

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1] - -
PUBLIC DOMAIN

1642. 15. Maij. S.

Leibn. Marg. 64:1

Fr. Gottfried Leibnitz

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [2] - -


1642. 13 Maij. S.

Leibn. Marg. 64:1

Iob: 19, 20. mr tribulationes et c
Matth: V, 46. diligeze tm diligen
tm; q. et publica
Mich. 6, 3. Ly sabbat dir gethan.
Ly D Christo ist bester meister C

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [4] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [5] - -

BIBLIOTHECA

Vniuerſalis, ſiue Catalogus omnium ſcriptorum locupletiſſimus, in tribus linguis, Latina, Græca, & Hebraica: extantium & non extantiũ, ueterum & recentiorum in hunc uſq; diem, doctorum & indoctorum, publicatorum & in Bibliothecis latentium. Opus nouum, & nõ Bibliothecis tantum publicis priuatísue inſtituendis neceſſarium, ſed ſtudioſis omnibus cuiuſcunq; artis aut ſcientiæ ad ſtudia melius formanda utiliſſimum: authore

CONRADO GESNERO Tigurino doctore medico.

Hanc quidam edidit Josias Simlerus Reip. Tigur. An. 1573. et post J. J. Frisij Basil. 1583. fol. Supplementum adjecit Anton. Verderius Lugdun. 1585. fol.



TIGVRI APVD CHRISTOPHORVM
Froſchouerum Menſe Septembri, Anno
M. D. XLV.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

AD LECTORES.

FAVETE Lectores optimi laboribus maximis, quos longo tempore incredibili cura, peregrinationibus etiam hac de causa susceptis, in uestrum & omnis posteritatis usum sustinuimus. Continentur autem hoc in opere non aliorum modo plerique de uarijs scriptoribus antehac editi catalogi: sed insuper infinita uolumina alijs indicta, tam recentis memoriæ eruditorum, quàm ueterum authorum, & ubi locorum extent, indicatur: quæ aut periisse plurimi etiam docti hactenus putabant, aut ne nomina quidem audiuerant: omnibus sine ullo professionis, religionis, doctrinæue discrimine simpliciter iuxta ordinem literarum commemoratis. Adiecta sunt plerunque etiam argumenta & censuræ in singulos libros. Et ne quem operis magnitudo absterreat, sciendum est eius usum fore ueluti Lexicorum, non ipsis modo authorum nominibus ordine digestis, sed etiam libris eorum singulis ita distinctis, & ubique interpuncto hoc indice, ut statim quod quis desyderauerit in promptu habeat, quod legere nolit prætereat. Exibit autem proxime, Deo fauente, secunda etiam & tertia pars huius Bibliothecæ, ambæ in uno uolumine multo minori, de quarum noua methodo & insigni utilitate ad omne studiorum genus, nonnihil in dedicatione operis dicetur.

Non mihi, sed studijs communibus ista parauí.
Sic uos non uobis mellificatis apes.

BIBLIOTHECA
REGIA
HANNOVERANA

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [8] - -
PUBLIC DOMAIN

ILLVSTRI ET GENEROSO

VIRO D. LEONARDO BECKH A BECKHENSTAIN, S. Cæsareæ maiestatis consiliario clarissimo, CONRADVS GESNERVS medicus S. D. P.



VOTIESCVNQVE MIHI PRISCAE PHILOSOphiæ in mentem uenit recordatio, clarissime LEONARDE, & quantam iacturam fecerimus amissis plærisq; quibus ea tradebatur, optimis uoluminibus: & rursus qualia in ipsorũ locum intra paucos annos à recentioribus conscripta subiuerint, χάλκεα χρυσείων ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων: non mediocriter huius temporis calamitate afficior & condoleo, atq; interdum exclamo: Sic omnia fatis In peius ruere, ac retro sublapsa referri. Vbi nunc sunt septingenta milia librorum bibliothecæ Ptolemæi Philadelphi, & Tyrannionis tria milia? A. Gellius scribit Alexandriæ milia uoluminũ septingenta per milites combusta esse. Io. Zonaras cognomento monachus, syncerę fidei historicus, refert Byzantij sub Zenone centũ & uiginti librorum milia grauissimo incendio periisse. Cl. Galenus ab initio generalis medicaminũ compositionis, scribit duos eius tractationis priores libros sibi interijsse in conflagratione templi Pacis, quæ etiam Palatij bibliothecas inuasit, & codices plurimos in cineres uertit. Idem ubi libros proprios recenset, de scriptis Menodoti Seueri libros undecim sibi compositos asserit. Didymus Alexandrinus grammaticus, qui Ciceronis ætate floruit, Chalcenteros ab assiduo labore lucubrãdi dictus, plus quàm tria milia & quingenta uolumina confecisse fertur. Origenis ecclesiastici scriptoris librorum sex milia D. Hieronymus se legisse testatur. Theophrasti trecẽta uolumina numerantur, Chrysippi septingenta, Empedoclis tria & quadraginta, Atteij Capitonis consulis sexaginta, Seruij Sulpitij centum & octoginta de iure ciuili, Galeni de medicina centum & triginta. Et quoniam tristi iuuat indulgere dolori, repetam hîc Strabonis uerba ex libro 13. Geographiæ. Neleus (inquit) Coriſci filius, Aristotelẽ & Theophrastum audiuit, & successor fuit bibliothecæ Theophrasti, in qua Aristotelica inerat. Nam Aristoteles et bibliothecam et scholam reliquit Theophrasto, & primus omnium quos scimus libros congregauit, & Aegypti reges bibliothecæ ordinẽ docuit. Thephrastus uero eam tradidit Neleo, Neleus eam Scepsim detulit, ac posteris dedit, hominibus sanè imperitis, qui libros inclusos ac negligenter positos tenebant. Cumq; Attalicorum regum, sub quibus erãt, studium sentirent conquirendorũ librorum, ad instruendam eam bibliothecam quæ Pergami erat, eos in fossa quadam sub terra occuluerunt, quos & tineis & humiditate labefa-

ctos, tandem qui ex eo genere erant Apelliconi Teio tradiderũt, magno emptos argento, Aristotelicos scilicet atq; Theophrasticos. Apellicon, ut qui magis librorũ esset studiosus quàm sapientiæ, uolens corrosiones emendare, eos transcribendos dedit, scriptura nõ recte suppleta, quapropter libros ædidit erroribus plenos. Continuo autem post Apelliconis obitum Sylla, qui Athenas cepit, bibliothecam eius Romam transtulit. Tyrannion quoq; grammaticus incœpit, cum Aristotelis amantissimus esset, eo sibi conciliato, qui bibliothecæ præerat. Item librarij quidam scriptoribus utentes non bonis, nec scripta cõferentes, quod in his libris præsertim fieri solet, qui uendendi transcribuntur, tum hic, tum etiam Alexandriæ. Et hactenus quidem Strabonis uerba. Porrò Laurentius ille uir Græca et Romana lingua disertus, ac idem iuris cõsultissimus, qui multiscios illos Dipnosophistas ab Athenæo descriptos conuiuio excepit, tantam librorum ueterum & Græcorũ supellectilem coëgisse fertur, ut omnes alios eodẽ nomine claros facile superauerit: cuiusmodi fuere, Polycrates Samius, Pisistratus Athenienſiũ tyrannus, Euclides Atheniensis, Nicocrates Cyprius Pergami reges, Euripides poëta, Aristoteles philosophus, & qui libros illorum custodiuit Neleus, à quo Ptolemæus Philadelphus omnia uolumina coëmit, eaq; cum alijs ex urbe Athenarũ & insula Rhodo Alexandriã transtulit. Proditur etiam in historijs, Asinium Pollionem primum Romæ bibliothecã in Herculis fano dedicauisse. Quid uero nũc ex omnibus illis tam glorioſis bibliothecis præter inanem famã reliqui est? Vbi hodie sunt illa duo milia uoluminũ ab exquisitis tantum authoribus Latinis & externis centum conscripta, de quibus attingebant studioſi propter secretum materiæ perpauca, unde suos naturæ thesauros Plinius Secundus congessit? Tarquinius Priscus olim Sibyllinos libros trecentis Philippeis sibi comparauit, Plato Philolai Pythagorici libros decem milibus denariũm: Aristoteles Speusippi Platonici utcũq; paucos talentis Atticis tribus emit. Sed quid lugemus uetera: perijt etiam patrum nostrorum memoria per immanem Turcorum impressionẽ celebris illa Bibliotheca Budæ, quæ regni Pannonię caput est, à nunquam satis laudato rege Matthia ex omni scriptorum genere, & innumeris Græcis Hebraicisq; uoluminibus instructa: quæ quidem ille capta iam Constantinopoli, euersisq; multis alijs amplissimis Græciæ urbibus, ex media Græcia inæstimandis sumptibus coëmerat. Quandoquidem igitur tot & tam pretioſi in omni philosophia libri paulatim amissi sunt, partim flammis aut bellorum tumultibus consumpti, partim ipsa uetustate tineis ac situ corrupti, plurimi uero dissipati negligentia & odio in literas barbarorum, quorum alij olim Italiam inuasere, Turci uero & eiusdem religionis alij barbarissimi Græciã, imò uniuersum penè orbem præter aliquam Europæ partem etiam hodie tenent: omnes profecto bonos uiros, quibuscunq; respub. literaria cordi est, summa cõtentione

tione anniti decet, ut pauci etiã illi optimi libri, soli adhuc nobis superstites, & diuinitus ut uidetur per multa sæcula conseruati, incolumes custodiantur, neq; per incuriam nostram pessum eant. Quod quidem si accideret, & posteri nostri (quod Deus auertat) præclaris illis disciplinarum, artium, & omnis doctrinæ instrumentis priuarentur, parũ opinor discrimis à cæteris animantibus habituri forent: quales hodieq; sunt illæ gẽtes, quæ remotissimas à nobis terras aut insulas nuper inuentas habitant. Itaq; uolui etiam ipse hac in parte quantumcũq; labore ac studio effectũ dare ualerem, in usum humanæ uitæ conferre: quod pro unius hominis cõditione, hoc uolumine publicato, si non perfeci, non infeliciter tamen, ut spero, inchoaui: uiam aperui, & magnã alijs occasionẽ præbui, qua facile diuites aut principes uiri Bibliothecas instituant, libris ad posteritatem transmittendis necessarias. Quamuis enim ars typographica librorum conseruationi nata uideatur, ut plurimũ tamen nostri temporis hominum nugæ, & inutilia scripta, uetustis & melioribus neglectis, in lucẽ eduntur: quare pro manuscriptis saltem libris opus est Biblithecis. Iam uero multa in diuersis Europę partibus excuduntur, quæ cum ab una ad alterã uix transuehantur, omnino latebunt, nisi diligẽter in Bibliothecas undecunq; accersantur. Adde quod impressi libri mox distrahuntur, nec amplius apparent: & qui penes priuatos homines sunt, per incuriã breui interire solẽt: solæ publicæ Bibliothecæ, & diutissime retinent libros, & in promptu ad usum se offerunt. Quod ad me, statuerã ab initio ueteres tantum & melioris notæ nostri sæculi scriptores enumerare, nec alios q̃ qui hodieq; extarent: sed cum eadem opera, nec multo maiori labore, omnes cuiuscunq; generis scriptores colligi posse uiderẽ, quotquot & quales cunq; reperi libros secundum nomina authorum per alphabeti ordinem recensui in tribus præcipuis linguis, Latina, Græca, et Hebraica, extantes & non extantes, ueteres ac recentiores, doctos cum indoctis, excusos & adhuc latentes: adiectis plærunq; censuris, argumentis, præfationibus, aut capitibus ut uocant, siue omnibus illis, siue nonnullis, ubi fieri commode potuit. Materiam operis undecunq; corrasi: ex catalogis typographorum, quorum non paucos diuersis è regionibus conquisiui: ex Bibliothecarum elenchis, tum Bibliothecis ipsis passim, et publicis & priuatis, in Germania, Italiaq; diligenter inspectis, ex literis amicorũ, ex narratione doctorum hominum, denicq; ex Catalogis scriptorum, quos paulò post nominabo. Cæterum nomenclaturas authorum ueterum, quorum scripta uel nulla, uel partim non extant, ex Dictionario Græco Suidæ, Athenæi Dipnosophistis, Gnomologio Stobæi, & Epigrammatibus Græcis (quorum congeriem Anthologium, aut Latine Florilegium uocaui, ab Agathia primum aggregatam, deinde à Maximo Planude castratam) nec nõ alijs quibusdam obseruatas excerpsi. Et nimiũ exquisita fortè aut curiosa diligentia, quæcunq; inter legendum citata nomina oc-

currebant, ſtatim annotaui: ita ut ferè pigeat quoſdam inſeruiſſe, ueluti epiſcopos, quorum uerba citantur à Cypriano in libello de hæreticis baptizandis: & illos, à quibus nihil editum extat, niſi præfationes quędam, aut etiam una ſolum, uel epiſtola una. Verum hæc omnia paucis uerbis comprehenduntur, ſaltem ſtudij mei perquam laborioſi teſtimonio futura: quid quod ipſa nominum uarietas in utraq; lingua nonnullos oblectare poteſt? Vt cũq; ſit, multo certe facilius fuerit, ſi quæ ſuperflua uidebuntur, ab ordine cæterorũ eximere, quàm ipſe inſerui. Nullus à me ſcriptor cõtemptus eſt, non tam quod omnes catalogo aut memoria dignos exiſtimarem, quàm ut inſtituto meo ſatisfacerẽ, quo mihi imperaueram ſine delectu ſimpliciter omnia quæ incidiſſent commemorare. Nam uel ob hoc ipſum nonnulli nominandi ſunt, ut Lectores moneantur de abſtinendo ab eis: non enim eruditis ſolum, ſed quibuslibet hunc Indicem collegimus, ut etiam rudes inde tanquam à præceptore muto de authoritate utilitateq; ſingulorũ librorum, & contra, admoneantur. Multi in uno loco uulgares et uiles ſunt, ĩdem alibi rariſſimi, aut planè incogniti: & qui olim tritiſſimi erant, nunc in nullo ſunt uſu ſtudiorũ: itaq; temporis & locorũ inita ratione, quãdoq; prolixior fui, & immoratus ſum parui momenti authoribus: atqui ne illos quidẽ quales nam eſſent ignorari decebat, ne quis meliora ſibi pollicitus ſumptum emẽdo temere faceret, aut tempus legendo male collocaret. Plurimi hodie authores omnibus notiſſimi ſunt, qui proculdubio poſt centum annos pauciſſimis cogniti in tenebris latebunt. Barbaros libros, cũ ab aliĳs tum à monachis compoſitos ſuperiore ſæculo, quorum plurimi ex Io. Trittemio cõmemorantur, qui uolet cancellare, & obeliſco notare poterit, ne ſæpius in eoſdẽ incidens faſtidiat. Nos recitare tantum uoluimus, delectũ iudiciumq; liberum reliquimus aliĳs. Certe non raro quanquam barbari ſtyli ſcriptores res cognitu dignas acri ingenio chartis mandarũt. Virgilius ex ſtercore Enniĳ legebat aurum, et Plinius dictitabat, nullum eſſe tam malũ librum, qui nõ aliqua ex parte proſit. Duplex ſanè barbarorũ genus exiſtit: ſunt qui dicendo tantũ barbari, res interim bonas & utiles doceant, quos modis omnibus conſeruari par eſt: aliĳ ut uerbis, ita ſenſis quoq; barbari & inutiles ſunt, quos equidem quoquo modo abolitos uelim. Verè Satyricus, Tenet inſanabile multos Scribendi cacoëthes: &, ut Salomõ inquit, componendi libros nullus eſt finis. Omnes ſibi famam quærunt, & ſi nõ cum gloria, quouis tamẽ modo in orbẽ ſpargi contendunt, ut nouæ alicuius rei habeantur authores: quo animo plurimos hæreticorũ præditos fuiſſe puto. Sic affectus erat ille qui ornatiſſimum Dianæ Epheſiæ templum ſuccendit. Sed quomodo fieri poſſit ut confuſa & noxia illa librorum multitudo circũcidatur, & in ſingulis diſciplinis optima certaq; uolumina deligantur, quod Iuſtinianus imperator in lure ſuo tempore fecit: & cũ aliunde tum ex barbaris præcipue ſelectis quæ inſunt bonis, cætera ſeponantur:

seponantur: & arguantur authorũ furta, ac millies repetita, tollantur: deniq; in posterum temere scribẽdi libido coërceatur, aliter in infinitũ progressura: doctioribus deliberandum, regibus deinde et principibus perficiendum relinquo. Ego quod labore magis quàm ingenio præstare potui, omnibus uelut in campum eductis, eligendi copiam feci. Cæterum non diffiteor argumenta uel capita librorũ aliquot, uerbosius quàm uellem explicata mihi displicere: sed illud maxime in primo elemento commisi amanuensiũ opera usus, in cæteris nolim breuior fuisse. Præfationum partes ad uerbum non raro transcriptæ, authoris stilum, libri occasionem, aut argumentum, aut aliud quidpiam à bibliothecæ instituto nõ alienum, subindicant. Legi autem præfationes librorum ferè omniũ qui ad manum erant, & inde solum quæ præcipua uidebantur excerpsi, sic ut superflua & parerga cuncta præterirem, qualia ferè pluríma sunt in præfationibus, ad ostentandum ingenium, aut assentandum alicui plærunq; cõpositis: ita ut magno onere leuandus sit Lector, si non integros authorum in sua, & multo minus aliorum in aliena opera prologos, sed nostra tantum excerpta legat. Est quando plura ex præfationibus descripsi, non tam ad præsentis operis notitiam, quàm quod nomina aut censuræ aliorum quoq; librorũ ibi haberẽtur, quamuis alterius ordinis: remittitur autem Lector ab uno loco ad alterum. Sed prolixitatẽ excusaui etiã in præfatiuncula superiori, & possum me tueri ueterum authoritate. Photius patriarcha in catalogo suo, quo plurimos sibi lectos libros recenset, non breues modo periochas addit, sed capita ferè singula persequitur, & præcipuas rationes quibus unusquisq; innititur: Galenus in opere de cõponendis secundum locos medicamentis, Critonis librorum capita singillatim enumerat: Gennadius etiam & alij argumenta uoluminum pluribus uerbis exponunt. Non raro sanè descripta mihi capita & argumẽta (quæ impressis codicibus uel omnino adiuncta non erant, uel non eodem modo) indicis usum præstabunt, ut quis cõmodius in eis uersetur. Authorum nomina pro literarũ ordine, maiusculis ubiq; characteribus signata sunt, & eorundem diuersa opera nouis uersuũ initijs distincta, uerba aliena ex præfationibus uel aliunde sumpta, geminis per margines semicirculis notaui, aut saltem authoris unde singula deprompta sint nomẽ adscripsi, & si quid aliud ad ordinem atq; claritatem facere uidebatur, non indiligenter obseruaui. Iam quod posterior libri pars multò parcius argumenta & præfationes delibat, ueniam peto, si quis modo succensebit: timebam ego ne moles, pergenti mihi ut inceperam, nimium excresceret. Et quanquam supra de prolixitate, hîc uero de breuitate me excuso, non est mirandum, quoniam, ut dici solet, quot homines tot sententiæ. Interdum festinante prælo, nõ ut uolebam, sed ut postulabat necessitas, scribendum fuit. Præterea per uarias & magnas occupationes subortas, quibus in deliberationem de uitæ studiorumq; meorum mutatione

uocabar, minus instituto perficiendo, ac si de lodice paranda securus fuis sem, incumbere ualui. Et si aliud nihil accidisset, longi tamen operis tædio non semel affectus, finẽ acceleraui. Quod si permittitur in longo itinere quietis aliqua uicissitudo, nimis uero durus ille fuerit, qui continuũ ac semper sibi æqualem progressum postularit: æquum existimo mihi quoq; ignosci, si qua tam prolixi operis inæqualitas apparebit: in quo certe non solus ingenij labor intentus fuit, sed etiam corporis, tum peregrinando foris, tum domi passim pro libris acquirendis circumeundo. Volui enim quoscũq; licuit ipse inspicere, cum prædictas ob causas, tum ut oculatus testis uere indicarem, ubi terrarum impressi singuli reperiantur, qua forma, à quibus typographis, quoto anno à Christi natiuitate, postremo quot chartis cõstent: unde quis & alia quædam commode, & pretij ferè summam conijciat. Multum interest inter typographos, cum alij polite, emendate, pulchris characteribus, & bonis chartis imprimant: alij contra. Quare plures etiam nominaui, ubi reperiebam à pluribus impressos codices. Non parum quoq; refert quo tempore quæq; prodierint. Multa enim olim excusa, uix amplius inuenias: & posteriora ferè prioribus meliora sunt, modo à diligentibus chalcographis editio repetatur: indiligentes enim, quales plurimi sunt, semper emittunt deprauatiora. Locorum quoque notitia conducet ut sciatur unde quæq; petenda sint, & ut olim distractis iam cunctis exemplaribus, si opus erit, inueniri possint. Verisimile est enim in publicis priuatisq; bibliothecis ibi quàm diutissime superstitem fore librorum copiam, ubi excusi fuerint. Ad hæc, elenchi siue indicis usum hic catalogus exhibebit, & cõmode in omnibus bibliothecis collocabitur, adscriptis ubiq; numeris librorum ordinis, quo dispositi sunt. Nam si qui noui accesserint, hîc non cõmemorati, illorum quoq; nomina marginibus inscribi licet, & spacijs sæpe uacuis. Quod si idem in priuatis bibliothecis amici & uicini studiosi fecerint, ita ut unusquisq; non suos tantum codices, sed amicorũ quoq; illos quibus ipse caret, in hoc catalogo signari curet: alter alterius libris commodato uti poterit, quando non omnium ea fortuna est ut multos libros comparare queant.

Modus inquirendi.

Hoc insuper admonebo Lectorẽ, ut scripta authorum, qui duo pluráue nomina habuerint, in prænominibus solũ requirat, ut Guilielmum Budæum, non in Budæo, sed Guilielmo, M. Tullium Ciceronẽ in Marco, Tertullianũ in Q. Septimio Florente. Nam licet prænomina minus ferè nota sint, homonymiæ tamen euitandæ causa (multi enim solis prænominibus discernuntur) & ut integra authorum nomina suo loco reponerentur, hunc ordinem sequi uisum est. Qui prænomina ignorat, is consulat elenchũ in calce operis, ubi singulis sua prænomina subnectuntur. Voco autem prænomina simpliciter, quæcunq; præponi solent: cognomina, siue unum, siue plura, quæ postponuntur. Aliquando quidem, sed raro,

raro, ubi prænomina nesciebam, solis cognominibus usus sum, ut si Budæũ Guilielmi nomen ignorans in secundo elemẽto reposuissem. Vbiq; autem exactum alphabeti ordinẽ seruaui, qualis in Dictionarijs obseruatur: exceptis illis, quibus loco cognominis nomen officij, professionis, gẽtis aut magistratus adijcitur, qualia sunt: Petrus Hispanus, Ioãnes monachus, Guilhelmus abbas uel episcopus, Nicolaus papa, presbyter, rex, &c. Hæc enim aliâs ab initio statim ante alios eiusdem nominis posui, aliâs tanquam in ueris cognominibus literarum ordinem spectaui: quod facile animaduertetur ipso usu. Hæc de inquirendi ordine.

Repetij interdum, sed paucis uerbis, mentionẽ illorum operum, quæ alibi suo loco commemorantur: quando uidelicet plura simul impressa erant, ut sic & de magnitudine codicis promptior æstimatio fieret, & facilius inquireretur. Quandoq; enim nõ omnia in uoluminibus contenta titulus recenset: & parua opuscula magnis addita sæpiuscule latent: non pauci uero bibliopolæ adeo imperiti sunt, ut si uerbis alijs quàm inscriptio promittit interrogẽtur, respondere non habeant. Valde aũt improbandi sunt illi, qui unius authoris opera diuellunt, et diuersa cõiungunt, hoc solum spectantes ut chartis undiq; consarcinatis uolumina augeant: Ediuerso plurimum laudandi, qui curant ut sua cuiq; opera integra permaneant. Decet enim cuiusq; scripta extare coniuncta, ut conseruentur hoc pacto melius, & emptores ijsdem libris iterum atq; iterum emendis non grauentur. Hoc quidem de illis accipi uolo, quorum lucubrationes per se iustæ magnitudinis sunt: Nam duorum aut pluriũ authorum tam exigua scripta ut facile componantur in unum uolumen, recte coniungi iudico: nempe quò maiores codices fiunt, eò minus uidentur latere, minus etiã perire posse. Et hæc ipsa non mediocris cõmoditas ex hoc indice typographis nascetur, quod hinc eis requirere liceat, si fortè alicuius eruditi opera integra prælo submittere uoluerint: diligẽtissime enim singulorum scripta minutatim collegi, & tanquã Aesculapius disiecta Virbij membra in unum corpus restitui. Porrò titulos librorum aliquot, præsertim Græcorũ, quos ex catalogis manuscriptis excerpseram, adscripsi quales inueni: licet corrupti aut manci uiderẽtur: quare Græca uerba interdum reliqui. Præterea fieri potest ut unum librũ aliquando pro duobus computauerim, aut contra, propter inscriptionũ uarietatem. Noui & hodie quosdã (qui inter bonos & doctos homines numerari cupiunt) à quibus librorum tituli ad imponendum emptoribus dolo malo immutantur, & opera tota interpolantur, ut pro nouis obtrudi possint: quorũ nominibus quanquam in præsentia abstinuerim, ab amicis persuasus, si tamen ita pergant, & Deus mihi uitam concesserit, efficiam ut eos sui facinoris pœniteat. Redeo ad me: & quãquam multa haberem excusanda, cum alia, tum stilum minime compositum (& fortassis aliquando barbarum, maxime ubi de industria imitor authoris uel tituli alicuius uerba)

ſpero tamen etiam tacenti mihi candidum & æquum iudicium ab eruditis omnibus aut plurimis, uel ob ipſam magnitudinem & utilitatem rei, minime negandum fore. Intelligũt illi, quod in magnis uoluiſſe nonnunquam ſatis ſit, & opere in magno fas eſſe obrepere ſomnum. Equidẽ ut quiſq; doctior & melior uir eſt, eò procliuiorem ad ueniam erratorũ dandam mihi polliceor. At ſi præter ſpem euenerit, acquieſcã in paucis illis bonis & ſapientibus uiris, qui mihi inchoandi abſoluendiq; operis hortatores & ergo doctæ fuerunt: acquieſcam in conſcientia mentis meæ, cui maxime ex propoſito fuit bonis ſtudijs opem adferre, quanto cunq; poſ-

Dedicatio. ſet conatu. Et quoniam, Leonarde generoſiſſime, tu ſummus & præcipuus illorũ fuiſti, qui huius Bibliothecæ ſpecimen approbarunt, ac mihi defeſſo, ut ſtrenue pergerem, benigniter animũ addidiſti: æquiſſimũ iudico, & ob hanc & alias cauſas, ut liber iam perfectus ad te primum redeat. Nam ut decora fiat cuiuſuis libri in alicuius nomẽ inſcriptio, tria potiſſimum ſpectari debent: Primum, ut egregius, bonus, & celebris uir ſit, qui non tam à libro famam & gloriam accipiat, quàm ipſe de ſua communicet: deinde ut eruditus ſit, & amans eruditorum, tum ut intelligat quæ ei nuncupantur, tum ne uoluntas gratitudinis deſit, quando nihil tam perit, quàm quod in ingratum confertur: poſtremo ut argumentum conueniat, nec ab illius ſtudio alienum ſit. Hæc enim omnia niſi coniuncta reperias, temeraria mihi futura dedicatio uidetur. Cum igitur ad eadem ipſe ueluti ſcopum meum collimarem, incidi quidem cogitando in plurimos excellentes & magnificos uiros, ſed quorum plærisq; alterum deeſſet, aut eruditio, aut in hoc ſtudij genere uoluptas: Te uero unum ut uirtutis & nobilitatis excellentia florere, ſic etiam doctrina & animi promptitudine ad Bibliothecam inſtruendam plærosq; omnes tui ordinis homines à tergo relinquere animaduerti. Ac de uirtutibus quidem tuis, nõ opus eſt me uerba facere, cum illuſtriſſimum hoc earum argumẽtum extet, quod in collegio præſtantiſſimorum uirorum qui Carolo V. Cæſari à conſilijs ſunt, minime poſtremum locum obtines. Eaſdem rurſus, regias inquam animi tui & ingenij dotes, & ſtirpis claritatẽ uel tacente me tua ſtemmata & arma coronis redimita loquuntur, quæ uel ideo libentius cum hac nũcupatione ad amplitudinem tuam publicari curauimus, ut præconij de te mei longe quàm pro merito anguſtioris tenuitatem explerent. Iam de eruditione tua in ſcientia iuris & legum, in diuerſis artibus ac linguis, & uarijs omnino rebus certiſſima mihi per doctos & fide dignos homines confirmata eſt fama, qui etiam ipſi ad hoc opus tibi præ omnibus inſcribendum, currenti (quod aiunt) calcar addiderunt. Cæterum Bibliothecæ tuæ pulcherrimum ſpecimen breui, Deo iuuante, publicum fiet: quum Nicolai ſiue Laonici Athenienſis de rebus Turcicis hiſtoriarum libri 10. Græco ſermone perquàm eleganter conſcripti, inſertis obiter aliarum quoque gentium hiſtorijs, Italiæ, Germaniæ, Galliæ, &c. &

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [16] - -

&c. & ijdem cura tua Latinitate donati in lucem edentur. Te igitur plurimis iuſtiſſimiſq; de cauſis patronum mihi adſciui, te inquã præclarum omnibus ad literas & bonos mores nobilitati iungendos exemplũ. Tu enim doctiſſimus nobilium, & doctorum nobiliſſimus celebraris. Tu maximus librorum helluo es: hoc denicq; uere de ingenio tuo prædicari poteſt, quod olim M. Antoninus imperator cognomento Pius & philoſophus de ſeipſo ſcripſit his uerbis: Ἄλλοι μὲν ἵπποις, ἄλλοι δὲ ὀρνέοις, ἄλλοι θηρίοις ἐρῶσιν· ἐμοὶ δὲ βιβλίων κτήσεως ἐκ παιδαρίου μεῖνος ἐγγέγονε πόθος. Ergo te Mecœnatem mihi delegi: ad animi tui celſitudinem Muſæ meæ confugiunt, ut benignitate tua ueluti iam longis exhauſtæ laboribus recreentur. Tu quæſo faueas operæ noſtræ, & hoc muneris acceptum habeas, ut idem Antoninus Oppiani, Auguſtus Virgilij, Alexander Ariſtotelis ſumma gratitudine ſcripta exceperunt: haud enim dubito te maximis illis & præpotentibus uiris adnumerare, qui tam excelſo & liberali pectore ſtudioſos foues, & regium planè opus inſtructiſſimæ bibliothecæ apparatu repræſentas, cui promouendo non parũ conducet hic noſter catalogus. Hunc tibi perpetuum meæ erga te obſeruantiæ pignus dicatum uolo: hoc enim ſolum tibi maximum munus offerre poſſum, quo nihil maius neq; pretioſius quicquã eſt in rebus meis: nihil hactenus perfeci laborioſius, nec forte perfecturus ſum unquam. Gaudeo profecto & gratias habeo immortali Deo, quod ex iſto labyrintho, qui me circiter triennium intricauit, tandem euaſerim: & uelut ex medij pelagi naufragio, ubi nil quàm pontus & aër, in portum redierim. Nunc lætus aſpicio labores meos, & meminiſſe iuuat: ut qui deſcendêre per altiſſimum & præruptum montem, cum in imo iam ſunt, conuerſi mirantur, & ipſi de arduo itinere ſuperato ſibi congratulantur. Sed hæc iam ſatis prolixe. Tu interim iſtis utere ac fruere fœliciter, & per te alij quotquot uoluerint: donec aliæ quoque duæ partes edantur, quarum altera, omnia authorum ſcripta copioſius in primo uolumine recitata, breuiter ſecundum artes & ſcientias diſponit: & multos præterea libros ordine ſuo enumerat, quorum authores ignoramus, cum in priori à certis tantum authoribus editos enumerare placuiſſet. Præcipua autem huius utilitas ſtudioſis illis inſeruiet, qui peculiare aliquot ſcientiæ genus ſibi propoſuerint. Nam quotquot de ſingulis ſcriptores extant, hîc ſimul ordine tanquam in acie conſtitutos reperient: & delectum ex multis facient, quos potiſſimum emere aut legere oporteat. Si quis de aliquo Græco libro dubitauerit, an in Latinum ſermonem conuerſus habeatur, hîc certior fiet: atq; interdum non de uno ſolum, ſed pluribus etiam interpretibus. Nam in primo tomo, ſingulis ferè Græcis libris conuerſis, interpretes ſingulos, ut ex impreſſis exemplaribus in promptu erant, adiecimus. Quæcunq; item ad alicuius authoris ſcripta uarijs modis illuſtranda pertinent, ut commentarij, ſcholia, epitomæ, introductiones, indices, & huiuſmodi, uno eodemq; loco

Secunda pars Bibliothecæ.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [17] - -

Tertia pars.

cum authorum libris qui per ea illustrantur, reposita hîc se offerent. Postrema pars communium locorum & similium thematum, de quibus à diuersis libri conscripti sunt, aut saltem capita prolixiora, ordine alphabeti enumerationem complectitur. Eadem conducet omnibus, qui certum aliquod argumentum dicendo aut scribendo tractare uoluerint: hinc sibi scriptores eligent quorum uerba aut sententias imitari uelint. Sed de secundæ ac tertiæ partis incredibili utilitate, plura dicentur aliâs, idq; breui ut speramus, cum in lucem seorsim exibunt: nunc tempus est in primam & maximam Bibliothecæ partẽ te admitti: reliquæ enim duæ ex ista tanquam parente nascuntur. Vale, meq; clientem tuum ita ut cœpisti fouere perge. Tiguri, quæ primaria Heluetiorum urbs est, anno Christiano, 1545. Mense Iulio.

BIBLIOTHECAE Italicæ, Græcis libris instructæ, quarum catalogos habui, aut ipse inspexi, hæ sunt.

Romæ, Vaticana siue Pontificia. Florentiæ, Medicum.
Bononiæ, S. Saluatoris.
Venetijs, Bessarionis: SS. Ioannis & Pauli, & aliæ quædam.
Illustrissimi Diegi Hurtadi à Mẽdozza Cęsarei oratoris apud Venetos.

Libri, ex quibus sparsim quædam decerpsi.

Raphaëlis Volaterrani Anthropologia.
Bernardinus Rutilius de uitis iurisconsultorum ueterum.
Io. Fichardus de uitis iurisconsultorũ, qui post annũ Dñi, 1190. claruerũt.
Petrus Crinitus de poetis Latinis.
Liliũ Gregorĩ Gyraldi historia poetarũ dialogis decem doctissimis conscripta, & nuper edita Basileæ.
Symphorianus Campegius, de scriptoribus medicinæ: & aliĩ quidam.

Catalogi scriptorum, quos integros inseruimus nostro.

Hieronymus de scriptoribus ecclesiasticis, & Gennadius de ijsdem. Si quæ tamen prolixius apud hosce dicta, & magis ad uitã quàm libros eorum pertinere uidebantur, non semper addidimus, Lectore ad ipsos remisso.
Io. Fichardi indices duo omnium scriptorũ in iure tam pontificio quàm ciuili à ueteribus & recentioribus iureconsultis ad nostra usq; tempora anni, 1535. editorum.
Io. Trittemĩ catalogus ecclesiasticorum scriptorum, siue illustrium uirorum, tertio ab authore auctus & recognitus, & toto septennio congestus, usq; ad annum Domini, 1494.

Et quo-


Et quoniam ipſe aliorum catalogos ſuo adhibuit, Proſperi, Honorij, Sigeberti, Richardi de Bury, Philippi Riboti, & aliorum: non admodum de illis inquirendis laborauimus, integro ipſo Trittemij opere iuxta ordinem literarum (ipſe enim temporis rationem ſequitur) in noſtrum aſſumpto. Quod ubicunq; factum eſt, T. literam in margine notaui, cui mox ſubieci quoto anno Domini author, cuius mentio fit cl. id eſt claruerit, uel M. id eſt mortuus ſit. Verum ille uitas quoq; authorum, & alia quædam prolixius interdum recenſet, nec ullum ferè non magnifice laudatum dimittit: nos præter genus, patriam, ſtudium, & ſi quid tale dici breuiſſime poterat, nihil aliud ab eo mutuati ſumus: libros tamen ſingulorum omnes cum ſuis initijs, ſi quæ aderant, diligenter exſcripſimus. Monachorum & inelegantiorum hominum ſcripta, ut tum ferebant illæ ætates, totidem inde ut plurimum ijſdemq; uerbis repetita ſunt: Doctiorum uero, de quibus & ipſe nõ paucis mentionẽ facit, locupletius ferè & caſtigatius ex Hieronymo aut alijs relata ſunt: & ſi quid poſt eius uerba de noſtro adijciendum uidebatur, aſteriſci notam interpoſui. Audio hunc Trittemium ut fauorem monachorum quorundã, præſertim Carmelitarum, ſibi conciliaret, omnes ex eorum familijs qualeſcunq; tandem rhapſodos ſuo catalogo dignatum eſſe. Nominati autem ſunt ubiq; omnes, ex quibus aliquid uſurpaui. Hæc ante operis ingreſſum habui, de quibus Lectores admonerem.

PRAEMIA VIRTVTIS FELICIA CONSPICIS ARMA.




LEONARDVS BECKH A BECKHENSTAIN SACRAE AC CA-
THOLICAE CAESAREAE MAIESTATIS A CONSILIIS.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [21] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [22] - -

AD LECTOREM DE VSV HVIVS INDICIS.

SCRIPTORVM nomina quæ bina trinaue singulorum erant, inuertimus, ut facilius suo quæq; loco inuenirentur: multi enim cognomina sciunt, prænomina nesciunt: nos autem plerosq; omnes eo in loco reposuimus, quem primum elementum prænominis postulabat. Horatium in Quinto, Quintilianũ in Marco. Sunt qui multa cognomina habent, ut Q. Septimius Florens Tertullianus, quæ omnia in hoc Indice posuimus, ut si quis uel unum eorũ meminerit, statim propriũ authoris locum reperiat. Foliorum numerum adiicere nihil opus erat, cum ordo literarum satis per se clarus sit. Quærendum est autem semper quod posterius ponitur nomen, ut in Tullio Cicerone Marco, quæres Marc. Tullium Ciceronem. Quando etiam plures ex una familia scriptores fuere, quod nonnunquam cognoscere iuuat, id quoque ex hoc Indice deprehendetur, Vale.

Baërsdorp Cornelius
de Abano Petrus
de Abbatis uilla Ioannes
Abderita Hecatæus
Abderites Democritus
Abelardus Petrus
Abinsceni, Auicenna
Abila Priscillianus
Abilta Cæcilius
Abiosus Ioan. ex Balneolo
Abydenus Palæphatus
Aboali Auicenna
Abrahmus Isaac
Abstemius Laurentius
Acakia Martinus Catalaunen̄
Achillinus Alexander
Acciaiolus Donatus
Acciarmus Tydeus
Acciarius Michael Vtianen̄
Acciaiolus Zenobius
de Accoltis Benedictus
de Accoltis Franciscus
Accorombonus Hieron.
Actiacus Nicolaus
Accursius Bonus Pisanus
Accursius Franciscus
Adamantius Origenes
Adamæus Theodoricus
Adelphus Ioannes
Adelphi Proba
Adrianus Matthæus
Aegæus Menelaus
Aegeus Polles
Aegidius Guilermus
Aegidius Ioān̄es Nucerien̄
Aegidius Petrus
Aegineta Paulus
Aelius Sarapian
Aelius Sextus
Aemilius Mansfelden̄. Georgius
Aemilius Paulus
Aemstelredamus Alanus
Aepmus Ioannes
Aggiua Quintus
Agricola Georgius
Agricola Iunior Rodolph⁹
Agricola Rodolphus Friso
Afer Optatus
Afer Posidonius
de Afflicto Matthæus
Africanus Iulianus
Albertus Leonis Baptistæ
Albertus Floriacen̄.
Adreualdus
Abidnus Festus Rufus
Alaxinus Iacobus
Albius Andreas
Albucasin Seruitor
Alcabitius, Alchabit
Alciatus Andreas
Alcidimus Gregorius
Alcyonius Petrus
Aldus Manutius Paulus
Aleander Gregorius
Alegretus Iac.
de Alerio Ioannes
Alesius Alexander
de Ales Alexander
ab Alexandro Alexander
de Alexandria Alexander
Alexander Ioannes Med.
de Alexandro Antonius
Alexander Lacydes Cyreneus
Alexandrinus Proterius
Alexander Seleucus
de Aliaco Petrus
Aligerus Dantes
Alkindus Iacobus
Almenar Hisp. Ioannes
Almadianus Ioannes Baptista
Alopeconnesius Manæchmus
Alphonsus Petrus
de Altauilla Iacobus
Althamerus Andreas
Altensteig Mindelh. Ioan.
de Aalzeia Conradus
Aluarotus Iacobus
Aluarus Ludouicus
de Aluernia Petrus
Amantius Bartolemæus
de S. Amando Ioannes
Amaseus Pompilius
Amaseus Romulus
Amerbachius Vitus
Amerinus Frācisc̄us Publ.
Amerottius Hadrianus
Anagnosta Theodorus
de Anania Bonon̄. Ioān̄es
Ancyranus Marcellus
de Ancona Ioannes
Andreas Antonius
Andreas Ioannes Alerien̄.
Andreas Ioannes Bononien̄.
Andreas Paulus
Andr. Resennius, Angelus
de Andernaco Henricus
Andronicus Liuius
Andronicus Zarida
Anemœtius Vuolfgangus
Anfrerus Stephanus
Angelus Bauarus Ioannes
Angelus Flor Iacob
Angelus Odonus Ioannes
Angel⁹ de Scarparia Iacob.
de Angelinis, Andreas

ab Angleria Petrus Martyr
Anglicus Ioannes Med.
Anglicus Michael
Anglicus Richardus
Anglicus Roberthus
Anglicus Thomas
Angrianꝰ Michael Bonoñ.
Annæus Cornutus
Annius Viterbieñ. Ioãnes
Ansbertus Ambroſius
Anſelmus Ryd Valerius
Antebolus Petrus
Anteceſſor Theophilus
de Antillo Alexander
Antimachus Antonius M.
Anthinus Furius Publius
Antiochenus Ioannes
Antiquarius Iacobus
Antiſiodoreñ. Remigius
Antonius Cãpanꝰ Ioãnes
Antonius de S. Georgio Ioannes
Antoniacus Ianus
Antonius Marcellꝰ Iacobꝰ
Antoniꝰ Nebriſſeñ. Aelius
Anthus Theodorus
Anyſius Ianus
Aomar Homar Omar
Aonius Melchior
Apameus Numenius
Apellus Ioannes
Apianus Petrus
Apitius Cælius
Apollo Niliacus Horus
de Apono Petrus
Aphrodiſ. Alexander
Apſyrtus Abſyrtus
Apuleius Lucius Afer Madaureñ.
de Aquaſponta Matthæus
Aquem. Claudius
Aquenſis Iodocus
Aquæus Stephanus
Aquila Iulius
Aquila Romanus
Aquilanus Sebaſtianus
Aquileieñ. Rufinus
Aquinas Thomas
Arabius Maior
Arabs Raſis
Arama Riſaac
Arbiter Petronius
Arboreus Ioannes Laudunenſi.
Arcadius Aurelius
Arcas Pancrates
Arculanus Ioãnes Veroñ.
de Ardizono Iacobus
de Arduinis Sanctes
de Arena Iacobus
Arelatanus Ioannes
Arelatanus Nicolaus
de Arengueria Gaſpar
Aretinus Carolus
Aretinus Ioannes
Aretinus Leonardus
Aretinus Paulus
Aretinus, Angelus
de Argelata Petrus
Argentarius Marcus
Argenterius Bartolemæus
Argius Callius
Argyropylus Iunior Ioan.
Argyropylus Ioannes
Ariminenſis Gregorius
Ariſtophilus Bartolemæus
Arius Aſclepiades
Arlenius, Arnoldus Peraxylus
de Arles Martinus
Arluneñ Bock Georgius
Arlunus Petrus
Arlunus Ioan. Petrus
Armenopulus Cõſtãtinus
Arnoldus Bartolemæus
Arnoldi Henricus
Arnoldus Bergellanus Io.
Arnolletus Ioannes
Arena Antonius
Artopœus Petrus
de Arundine Ioannes
Aſcalonita Dorotheus
Aſconius Quirinus Pedianus
Aſianus Melito Sardeñ.
Artabaſda Nicolaus
Aſianus Rhoden.
Aſinius Caius
Aſtarius Blaſius
Aſtenſis Natta
Aſſuicus Lombardus
Atalanta Phornius
Athenæus Serenus Aelius
Athenieñ. Polycrates
Athenieñ. Sannyrion
Athenieñ. Quadratus
Athenienſis Polemon
Atteius Didymus
Atheus Lucianus Samoſateñ.
Atticus Pomponius
Atticus Titus Pomponius
Attõdula Mutius Iacobus
Atrotianus Ioannes
Auantius Hieronymus
Auantius Rodolphus
Aubanus Boëmus Ioãnes
Auentinus Ioannes
Augerius Ioannes
de Auguſtis Quiricus
Auguſtinus Antonius
Auguſtinus Aurelius
Auienus Rufus
Auitus Alcimus
Aularegia Matthæus
de Aurbach Ioannes
Aurelianus Ioannes
Aurelius Iulianus
Aurelij Brandolini Lippi
Aureolus Petrus
Aurelius Augurellus Ioannes
Aurelius Beraldꝰ Nicolaus
Auricuria Rodolphus
Auriſpa Siculus Ioannes
Aurogallus Matthæus
Auſonius Decius
de Auſtria Leopoldus
Auſtrius Sebaſtianus Rub.

B

de Bachone Franciſcus
de Bachone Ioannes
Bachon Rogerius
Bacarus Menecles
Badius Iodocus Gandeñ.
Bæticus Gregorius
Bagellardus Paulus
Bagolinus Hieronymus
Bagolinus Ioãnes Baptiſta
Baguionus Ioannes
Balliſta Chriſtophorus
Balbus Franciſcus
Balbus Ioannes
Balbus Lanfrancus
Balbiolanꝰ Meyerus Iacob
de Baldach Canamuſalus
Baldeuinus Iacobus
Balduinus Franciſcus
Baldungus Hieronymus
Baliſtarius Ioannes
de Balmis Abraham
Baptiſta Ioannes Caccialupus
Baptiſta Ioan. Almadianus
Barbaus Angelus
Barbarus Daniel
Barbarus Franciſcus
Barbarus Hermolaus

Barbatias Andreas
Barbucalus Ioannes
Barlandus Hubertus
Barlandus Hadrianus
Barletius Marinꝰ Scodreñ.
Barolitanus ſanctus Marianus
Barolita de Graſſis Paduanus
Bartolinus Antonius Pius
Bartholinus Richardus Perufinus
Bartholus Io. Pariſieñ.
de Bartzis Benedicti
de Barzizijs Chriſtophorꝰ
Baſolus Ioannes
Baſſus Cæſus
Baſſus Saleius
Baueria Antonius M.
Bauerius Antonius
Bauius Marcus
de Baypho Guido
Bayfius Lazarus
de Bayro Petrus
de Bebenberg Lupoldus
Bebelius Henricus
Becharia Antonius
Beccus Ioannes
Berichemus Marinꝰ Scodr.
Bedda Natalis
Bedrotus Iacobus
Beimiran Iſaach
Beetz Ioannes
de Beka Ioannes
de Beka Sibertus
Beleth Ioannes
Belfortis Albertus
Bellamere Aegidius
Bellantius Lucius Seneñ.
de Bellapertica Petrus
de Belgor Leo
de Bellouiſu, Armandus
Belligenius Perſeualdus
Belmiſſerus Paulus
de Beluiſio Iacobus
Bellonus Nicolaus
Bembus Petrus
Bembius Zahel
Benedictus Guilhelmus
Benedictus Alexander
Beneuentanus Lirtorius
Beneuentanus Odofredus
Beneuentanus Rofredus
Benignus Georgius
Beniuenius Antonius
Bentinus Michael
Berberius Ioannes
Berceualus Ioannes
Bergomas Iacobus
Berytius Lupercus
Bernardꝰ Lucas Brixianus
Bernardinus Marmita Gel.
Beroaldus Philippus
Bertapalia Leonardus
Berthachinus Io. de Firmo
Berthorius Petrus
Bertram Ioannes
Bertrandus Petrus
Bertrandus Stephanus
Betrutius Nicolaus
Beſtius Symeon
de Beſuzio Petrus
Betuleius Xyſtus
Bethsbrugius Aegidius
Beyſſelius Iodocus
de Biaxio Petrus
de Bibera Nicolaus
Bibaculus Furius Marcus
Bibliander Theodorus
Biblius Philo
Byel Gabriel
Bigotius Guilhelmus
Billicanus Theobal. Gerlac
Biragus Lapus
Birckheimerus Bilibaldus
Bithynus Phrymichus
Byzantius Leo
Byzantius Hermolaus
Byzantius Niceta
Byzantius Philo
Byzantius Python
Byzenus Eleutherius
de Blanaſco Ioannes
Blanchinus Bartolemæus
Blanchus Ioannes
de S. Blaſio Baptiſta
Blemmida Nicephorus
Bleſcñ. Petrus
de Blomendal Ioannes
Blondus Michael
Bobius Franciſcus
Bocatius Io. de Certaldo
Bochius Achilles
Bodius Hermannus
Boërius Nicolaus
Bœſenſtein Ioannes
Bogentantz Bernardinus
Boherius Petrus
Boyc Henricus
Boyleau Simon
Boidus Antonius
Boyo Herenus
Bolanus Dominicus
Bolandus Petrus
de Bolkenhan Io. Langer
Bolerus Martinus
Bologninus Bartolemæus
Bologninus Ludouicus
Bologninus Angelus
Bombaſt Theophraſtus
Bonnus Hermannus
de Bonacurſio Albertus
de Bonacurſo Hubertus
Bonadus Franciſcus
Bonatiolus Ludouicus
Bonatus Guido
Bonauentura Euſtachius de Balneo regio.
Bondinus Alexander
de Bonis Cõpagnis Catal.
Bonicontrius Laurentius
Bonhor Honoratus
Bonfinius Antonius
Bonus Epidaurus Iacobus
Bononius Petrus
Borrana Petrus
Borbonꝰ Nicol. Vandop.
Borrhaus Mart. Cellarius
Boſianus Ioãnes Cremoñ.
Boſſius Donatus
Boſſus Matthæus Veroñ.
Boſtius Arnoldus
à Boue Matthæus Veroñ.
Bouillus Carolus
Bouillus Franciſcus
Brachelius Hieremias
Brachus Ioannes Petrus
Brack Venceslaus
Bracellus Iacobus
Brammart Io. Aquenſis
Branchaleones Io. Frãciſcꝰ
Branduandinus Velbra
Brandicius Io. Georgius
Braſauolus, Anton. Muſa
Braſſicanus Io. Ludouic.
Britẽbachius Bernhardus
Braſſicanus Alexander Io.
Brentius Ioannes
Brentius Patauin. Andreas
Bremerus Mart. Biſtricieñ.
Briconetus Guilielmus
Bricotus Thomas
Bryennius Manuel
Brieſmannus Ioannes
Bryllus Hippolytus
Briſſotus Petrus

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [25] - -
PUBLIC DOMAIN

Britannicus Ioannes
Britannus Robertus
Brixianus Pylades
de Brixia Antonius
Brixius Germanus
de Bromyard Ioannes
Broickuuy Antonius
Broſſerius Simon
Brucherius Treceñ. Ioãnes
Bruciolus Antonius
Brugheñ. Rodolphus
Brulefer Stephanus
Brunellus Ioannes
Brunfelſius Otto
Brunus Albertus
de Bruxellis Henricus
Brunus Franciſcus
Brunus Leonardus
Brunus Ludouicus
Brutus Decius
Brutus Marcus
Brutus Petrus
Bucerus Martinus
Buchananus Georgius
Buchingerus Michael
Bucius Aenicola Ioannes
Bucolicus Smyrneus
Bucus Ior
Bucoldianus Gerardus
Buconius Victorianus
Budæus Guilhelmus
Bugelius Iacobus
Bugenhagius Pomer. Io.
Bullingerus Henricus
Burana Io. Franciſcus
Burcheſius Ludouicus
Buridanus Ioannes
è Burgo S. Sepulchri Petr⁹
de Burges Antonius
Burgonius Florentius
Burellus Laur. Diuioneñ.
Burus Quietus
de Bury Richardus
Burerius Albertus Ioãnes
Burrus Belgicus Petrus
Buſmannus Ioannes
Buſchius Paſiphil⁹ Herm.
de Buſti Bernhardus
Butigella Hieronymus
Butinus Ioannes
de Butrigariis Bartolemæ⁹
de Butrigariis Iacobus
de Buttrio Antonius
Buturus Gerardus
de Buxella Rudolphus
Byzantius Parmeno

C

Caballus Franciſcus
de Cabanis Vitalis
Cabaſilas Nicolaus
Caccialupus Baptiſta
Caccialupus Io. Baptiſta
Cæſar Iulius Caius
Cæſar Iulius Scaliger
Cæſar Auguſtus Octauius
Cæſar Conſtantinus
Cæſarieñ. Priſcianus
Cælius Iuuentius
Cælius Marcus
Cagnolus Hieronymus
de Caieta Stephanus
Cainus Antonius M. Mediol.
Caius Titus
Calaber Quintus
Calanus Proſper
Calanchas Thomas
Calcagninus Cœlius Lud.
Calcagninus Cælius
Callantianus Cæcilius
Calcaneus Laurentius
Calciatus Ioannes
Caleca Cyrmanas
Caleca Manuel
Calder Gaſpar
Calderius Pantaleon
Calderinus Ioannes
Calderinus Domitius
Calentius Elyſius
Calepinus Ambroſius
Callimachi Hermippi
Callimachus Iſtrus
Callimachus Philippus
Caliſfordieñ. Guilhelmus
Calliſtus Nicephorus Xanthopolit.
Calphurnius Titus
Calphurnius Io. Brixieñ.
Caluander Leoſthenes
Caluinus Io. Nouioduneñ.
Caluus Fabius M. Rauẽnas
de Caluue Iodocus
Cambinus Andreas
Camers Varinus Phauor.
Camerarius Ioachimus
Camerari⁹ de Dalburg Io.
Camillus Iulius
Camotenſis Io. Epiſcopus
Campanus Franciſcus
Campeius Io. Bonoñ.
Campegius Bruyerin⁹ Io.
Campeius Symphorian.
Campenſis Ioannes
Campezius Ioannes
de Campo Heymericus
Campſceñ. Ioannes
Camutius Andreas
de Canario Antonius
Candidus Iacobus
Candidus Petrus
de Candia Petrus
de Canibus Io. Iacobus
Canonicus Ioannes
de Canibus Iacobus
Cantacuzenus Ioannes
de Cantiprato Thomas
Cantalupus Hieronymus
Cantuarieñ. Io. Epiſcopus
Cantiuncula Claudius
Cappadox. Io. Epiſcopus Conſtant.
Capella Galeatius
Capella Felix Mineus Marcianus
Capellutus Rolandus
Capycius Scipio
de Capiſtrano Ioannes
Capito Muſonius Tyrrh.
Capitolinus Iulius
Capito Volfgang. Fabriti⁹
Capnion Reuchlin Ioan.
Capreolus Ioannes
Capreolus Helius
Capra Benedictus
Capuanus Iulianus Epũs
Capuanus Franciſcus
Caraſſa Ioannes
Caranza Sanctius
Carrantus Matth. Petrus
Cardanus Hieronymus
Cardianus Hieronymus
Cardinalis Papieñ. Iacob⁹
Carion Ioannes
de S. Caro Hugo
Carnoteñ. Ioannes
Carus Titus Lucretius
Carmentus Cæſar
Caroloſtadius Andreas
Carpus Iacobus
Carpathius Ioannes
Carpathius Philon
Carteromachus Scipio
Caryſtius Diphilus
Caruaial Bernardinus
de Caſa Petr⁹ Lemouiceñ.
de Caſali Hubertinus
Caſſandreus Poſidippus
Caſſander Georgius

de

de Cassia Simon
Cassianus Ioannes Scytha
Cassius Caius
Cassius Dion
Cassius Longinus
Cassineñ. Rupertus
Cassiodorus Aurelius M.
de Cassol Philippus
à Caspe Donatulus
Castalion Sebastianus
de Castellione Lapus
de Castelliono Christoph.
Castellus Guilhelmus
Castelleñ. Ioannes
Castellanus Georgius
Casteneus Renatus
Catanæus Io. Mariæ
de Castro Paulus
de Castello Ammodeus
Catianus Gabriel
Cattus Lydius
Cato Marcus
Cato Portius Marcus
Catullus Valerius Caius
Caro Valerius
de Cauliaco Guido
Cæcinna Aulus
Celsus Iulius
Celsus Iubentius Publius
Celtis Protutius Cõradus
Cepion Coriolanus
Cepolla Bartolemæus
Ceporinus Iacobus
Ceratinus Iacobus
Cermisonus Antonius
Cesanus Leo
Cesarius Ioannes Iuliaceñ.
de Cesena Michael
Ceus Prodicus
Chæronæus Plutarchus
Chalcus Bartolemæus
Chalcondyla Demetrius
Chamaillardus Alexander
Characenus Isidorus
Champerius Symphorianus
Charax Ioannes
Charbinus Lasus Hermioneñ.
Charisius, Aurelius Arcadius
Chartophilax Nicephor⁹
Chartophylax Ioannes
Chartularius Cometa
à Cassenen Bartolemæus
Cheradamus Ioannes
Cherienſis Iafredus
de Chisano Leonardus
Cheroneus Sextus
Chirius Fortunatianus Consultus
Chius Ionas
Chienſis Leonardus
Cochleus Ioannes
Chœroboscus Georgius
Cholinus Petr⁹ Tuginus
Choniata Niceta
Choniates Georgius
Choriolanus Ambrosius
Chortasmenus Ignatius
Chrysococcæ Georgij Cyri
Chrisologus Petrus
Chrysolora Manuel
Chrysopolitanus Zacharias
Chrysoras Ioannes
Chrisostom⁹ Io. Constant.
Christianus Guilhelmus
Christophorus Ioannes
Chuchalon Hieronymus
Chumnus Nicephorus
à Cibaliana Donatus
Cicero Tullius Marcus
Cicero Quintus
Cimatorius Baptista
Cimbriacus Bartolem.
Cinna Heluius Caius
Cinesias Philyrinus
Cingularius Hieronymus
Cilix Oppianus
Cilix Pylades
de Citadinis Paulus
Citienſis Persæus
Ciruellus Petrus
Cynicus Salustius
Cydonius Demetrius
Cydonas Prochorus
Cygneus Ioannes Pollicarius
Cynicus Meleagrus
Cyprianus Cæcilius
Cyrenæus Nicanor
Cytherius Ptolemæus
Cytherius Philoxenus
Clarus Hispanus Idacius
Clarius Isidor⁹ Brixianus
de Clauasio Angelus
Claudius Cæcus, Appius
Claudius Didymus
Claudius Iasonis
Claudianus Claudius
Clauserus Chrystophor⁹
Clauserus Conradus
Clazomenius Scopelianus
Clemangis Nicolaus
Clemens Aurel. Prudent.
Clemens Terentius
Clenardus Nicolaus
Cleophilus Octauius Phaneñ.
Clicthoueus Iodocus Neoportuneñ.
Climacus Ioannes Scholasticus
de Clipido Alexander
Cluniaceñ. Richardus
Cniculus Pudentianus
Coccaius Merlinus
Coccinius Michael
Codega Io. Boscus
de Codega Boschinus
Cocles Bartholemæus
Codrus Vrceus, Antonius
Cœlius Ludouicus Calcagninus
Cœlius Ludouicus Rodagninus
Colophonius Nicander
de Colle Petrus
Coletus Ioannes
Collenutius Pandulphus
Colm Christophorus
Collimitius Georgius
Collin Conradus
de Colonia Ioannes
Colophinus Hermesianax
Colophonius Phœnix
de Columna Ioannes
de Columna Landulphus
de Cosco, Aliander
Cognatus Nozerenus Gilbertus
Comes Purliliarũ Iacobus
Cemestor Petrus
de Comitib⁹ Prosdocinus
Comminus Philippus
Comicus Philiscus
Comnenus Alexius
Comnenus Manuel
Cono Ioannes
Confalonerius Io. Baptista
de Conco regio Ioannes
Consentinus Parrhasius Ianus
Consobrinus Ioannes
Constantius Constãtinus
Constantinus Georgius

Claudij Apollinaris.

Constãtinopolitanus Proclus
Contades Arnaldus
Contarenus Ambrosius
Contarenus Gaspar
Contarenus Petrus
Contractus Hermannus
Copus Ioannes
Copus Guilhelmus
Coptius Constantinus
Copernicus Nicolaus Torunneus
Corradus Sebastianus
Coralisçus Epilycus
Corcyreus Petr⁹ Nicolaus
Crucigerus Gaspar
Corderius Maturinus
Cordus Euritius
Cordus Iulius
Cordubeñ. Isidorus
Cornarius Zuiccauieñ. Ianus
Corius Bernardinus
Cornazanus, Antonius
Cornelius Cneus
Corneus Petrus Philippus
Corneus Petrus
Corneus Philippus
Cornelius Agrippa Henr.
Cornelij Balbi Lucij
Cornutus Marcus
Corronius Dionysius
Corsetus Antonius
Cortesius Hilarius
Cortesius Paulus
Cortohoëuius Theodoric.
Coruinus Antonius
Coruus Andreas
Coruinus Laurentius
Coruinus Messala
Cospus Angelus
Cospus Bartolemæus
Costa Stephanus
de Cosueldia Henricus
Cotta Catellianus
Cottus Animundus
Cous Philetas
Cous Simonides
Crabbe Petr⁹ Machlinieñ.
de Cracouia Matthæus
Cracouieñ. Petrus
Crantz Albertus
Craneueldius Franciscus
Crassus Lucas
Crassus Petrus
Cremoneñ. Martinus
de Cremona Simon
Crestonus Ioannes
Crescentianus Petrus
Cribellus Leodrisius
Crinitus Petrus
Crispus Ioãnes de Mõtib.
Crispus Petrus
â Crita Crescens
Criticus Cratetes
Crocus Cornelius
Crotoaldus Valentinus
Crottus Ioannes de Monteferrato
Cruserius Hermannus
de la Cruce Franciscus
à Cruce Iacobus
Cruceus Ioãnes Picardus
Culmannus Leonardus
Cuelliacus Ioannes
Cumanus Hesiodus
Cumanus Raphael
de Cumo Guilhelmus
Curtius Benedictus
Curtius Franciscus
Curtius Iacobus
Curtius Matthæ⁹ Ticineñ.
Curtius Quintus
Curio Georgius
Curopalatus Ioannes
Cursius Petrus
de Curte Franciscus
de Curte Rocherius
Curtusius Ioannes
de Curtilli Bonus
Curulus Iacobus
Cusanus Nicolaus
Cuspidius Lucius
Cuspinianus Ioannes
Cyzicenus Neanthes

D

de Dacia Petrus
Dado, Andoënus
Daguinus Petr⁹ Mediatus
Dalmata Hermannus
Damascenus Ianus
Damascenus Ioannes
Damascenus Io. presbyter
Damascenus Menophilus
Damascenus Nicolaus
Damiani Ianus Seneñ.
Damianus Petrus
Damianus Berthramus
Damippus Criton
Damianus Tertius
Danck Ioannes
Dandalus Andreas
Dandalus Henricus
Dantiscus Ioannes
Dantzius Ioannes Astesañ.
Dardanus Bartolemæus
Dartona Georgius
Dasypodius Petrus
Dathus Augustinus
Dathus Nicolaus
Dauid Niceta
Dauienus Ioannes
Decane Ioannes
Decius Lancelotus
Decius Philippus
Decembrius Angelus
Decembrius Vbers
Delius Phillis
Deloinus Franciscus
Delphus Hegesandri
Delphinates Fine⁹ Orõtius
Demochares Antonius
Derrerus Sebastianus
Despauterius Niniuita Io.
Designatianus Largius
de Deo Ioannes
Dickius Leopoldus
Disse Galterus
Diaconus Paulus
Diaconus Rusticus
Diadochus Proclus
Diedus Franciscus
Dieppurg Ioannes
Dietenbergius Ioannes
de Dinanto Dauid
Dinckelspuhel Nicolaus
Dinterus Emondus
Diocles Iulius
Dionysius Aelius
Diodotus Petronius
Dyscolus, Apollonius Alexand.
Diuus Andreas
Dodo Augustinus
de Dolendorp Henricus
Doletus Stephanus
Domesticus Rufus
de Dominicis Dominicus
Dominicus Ioannes
Donatus Aelius
Donatus Bernardinus
Donatus Hieronymus
Donatus Ludouicus
de Dondis Iacobus
Donis Nicolaus
Dorhin Nicolaus
Dornig Matthias
Dorna Bernardus

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [28]

Dorpius Martinus
Dorotheus Guilhelmus
Dorſtenius Theodoricus
de Dorſten Ioannes
Draconites Ioannes
Dryander Ioannes
Driedon Ioannes
Druthmarus Chriſtianus
Duarenus Franciſcus
Ducas Laſcaris Theodor⁹
Ducherius Gilbertus
Duns Scotus Ioannes
Durerus Albertus
Durantus epiſcop⁹ Guilh.
de Duren Ioannes
de Duſeldorp Ioannes
Dutempleus Stephanus
Dux Benedictus

E

Ebnerus Eraſmus
Ebroicen. Matthæus
Eccius Martinus Maioris
Eccius Sueuus Ioannes
Ecmondanus Nicolaus
Ediſſenus Petrus
Ediſſenus Samuel
Eduus Rhætitius
Effrem Efræm
Egnatius Io. Bapt. Venetus
Egentinus Philippus
de Eybe Albertus
de S. Ella Rodericus
Elienſis Semus
Eligerus Io. de Gondersl.
Elimithar Elluchaſem
Elienſis Pyrrhon
Elienſus Phædon
Elius Ioannes
Elkoſeus Naum
Emericus Oppauian⁹ Frā.
Emiſenus Paulus
de Elten Gerardus
Emiſenus Seleucus
Ennius Quintus
Eobanus Heſſus Helius
Eparchus Antonius
ab Eppendorf Henricus
Epirota Maximus
Epius Varicus
Epheſius Heraclitus
Epheſi⁹ metropolitan⁹ Io.
Epheſius Michael
Epheſius Pythermus
Epheſius Polycrates
Epopœus Argiuus Palamedes
Epopœus Chœrilus
Eraſiſtratius Menodorus
Eraſmus Deſiderius
Eremita Richardus
Ereſius Phanias
de Erfordia Ioannes
de Erfordia Henricus
Erigena Ioannes
Erythræus Diodotus
Erythræus Nicolaus
Erneſtus Ioannes
Eſcolanus Hieronymus
Eſculanus Cichus
Eſculanus Ioannes
Eſculanus Saladinus
Eſopeus Ioſeph
Eterianus Hugo
Eſtuidus Ioannes
Euerardus Nicolaus
Euphrades Themiſtius
Euſtachius Bonauentura
Euticus Henricus
ab Exea Andreas

F

Faber Ioannes Vienen. Ep.
Faber Stapulen. Iacobus
Fabius Pictor Quintus
Fabritius Capito Vuolfg.
Facius Bartolemæus
Fagius Paulus
Falconeus Aymarus
Falconia Proba
à Falconibus Antonius M.
de Fano Martinus
Fauentinus Antonius
Fauentinus Didymus
Fauentinus Ioannes
Fauentinus Mengus
de Faucona Ioannes
Felduer Ioannes
Felix Minutius
de Felicitate Ioannes
Felician⁹ Ioan. Bernardus
Feneſtella Lucius
Feraldus Ioannes
Fernelius Io. Ambianates
Ferrarius Ioan. Montanus
de Ferrariis Ioānes Petrus
Ferrarius Vincentius
de Ferrariis Albertus
Ferrerius Io. Pedemontan⁹
Ferretus Aemylius
Ferrerius Octauianus Mediol.
Ferronus Arnoldus
Ferrus Alfonſius
Feſtus Pompeius Sextus
Ficinus Marſilius
Fichardus Io. Francofurtn.
Fiera, Baptiſta Mantuanus
Figulus Carolus
Finus Hadrianus
Firmicus Iulius Matenus
Fiſcherus Ioannes Roffen.
Flaccus Siculus
Flaccus Statylius
Flacc⁹ Setinus Valer. Caius
Flamma Galueneus
Flaminius Antonius M.
Flauiacen. Radulphus
Flauius Blondus
Flauius Clemens
Fliſcus Stephanus
Flos Petrus
Florentinus Pogius
Florentinus Richardus
Floridus Sabinus Franc
Florus Paulus
Florus Lucius
Folengus Io. Baptiſta
Forcatulus Stephanus
Forleon Guilhelmus
Forliuienſis Iacobus
Foroliuien. Reinherus
Forliuien. Raymundus
de Forliuio Raynaldus
Fortius Leonardus
Fortunatus Hamularius
Fortunatus Matthæus
Fortunat⁹ Venātius Hono.
Fortolus Antonius
Fontanus Iacobus
Fortanerius Sertorius
Fracaſtorius Hieronymus
Fraguier Ramundus
Franciſcus Benedictus Io.
Franciſcus Paulus Petrus
Francus Philippus
Frexius Bartolemæus
Friſius Ioannes Tigurinus
Friſius Laurentius med.
Frontinus Iulius
Frontinus Iulius Sextus
Fronto Papyrius
Fronto Cornelius
Fronthouen Reinardus
Froſchius Ioannes
Fuchſius Leonhardus
Fulgentius Fabius P.
Fulginas Gentilis
Fulginas Guilhelmus
Fulginas Sigiſmundus

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [29] - -
PUBLIC DOMAIN

Fulgoſus Baptiſta
Fulgoſus Raphael
Fuluius Andreas
Fumanus Adamus
Fumanellus Antonius
Fumeus Antonius
à Furno Vitalis
de Fuſcarijs Aegidius
Fuſt Ioannes
Frechtus Martinus

G

Gabalenus Seuerianus
Gabia Io. Baptiſta Veroñ.
Gabria Michael
Gabriel Ioannes Seneñ.
Gadaldinus Auguſtinus
Gadolus Bernardinus
Gaditanus Ramyrus
Gafurius Franchinus
Gaguæus Ioannes
Gaguinus Rupertus
Gaguinus Robertus
Gaynerus Antonius
Galba Seruius
Galatinus Petrus
Galenus Claudius
Galenſis uel Valeñ. Ioãnes
Galeota Marius Monaſteracius
Galetanus Daniel
Galiaula Lancilotus
Gallicanus Volcatius
Gallus Strabus
Gallus Guilhelmus
Gallus F.M.
Gallus Aelius bis
de Gallogræcia Photinus
Gammarus Andreas
Gãmarus Andreas Petrus
Gammarus Bernardinus
Gamboñ. Petrus
de Gandauo Henricus
de Ganduno Ioannes
de Garbo Dinus
Garnerius Renatus Lexouieñ.
Garratus Martinus
Garro Ioannes
Garronis Antonius
Garſias Petrus
Gartner Iodocus
Gaſſarus Achilles
Gaſt Hiob
Gaſtius Ioannes Briſaceñ.
Gatinaria M.
de Gauda Henricus
Gaudanus Guilhelmus
Gaufredus Ioannes
Gauuer Ioannes
Gauricus Lucas
Gauricus Pomponius
Gaza Theodorus
de Gazalupis Io. Baptiſta
Gazæus Procopius
Gazius Antonius
Gazulus Ioannes
Gebuilerus Hieronymus
Geiler Ioãnes Keiſersberg
de Geiluſen Conradus
Geldenhaurius Gerardus
Gelenius Sigiſmundus
Gellius Aulus
Gemblaceñ. Sigebertus
Geminus Rutilius
Geminus Tyllius
à Gemellis Lictus
Gemiſtus Georgius
de S. Geminiano Dominicus
de S. Geminiano Ioannes
Gemuſeus Hieronymus
Geneſius Sepulueda Ioan.
Gengelius Detmarus
Gengerus Iacobus
Genuenſis Ioannes
Geometra Ioannes
Geon Sabadias R.
de S. Georgio, Antonius
Georgius Franciſcus
à S. Georgio Iacobus
de S. Georgio Ioannes Bonoñ.
de S. Georgio Iacobus
Gerardus Hyperius, Andreas
Gerardus Petrus
Gerardus Theodoricus
Gerazenus Nicomachus
Gerbelius Nicolaus Phorceñ.
Gerlachius Theobaldus
Germinus Paulus
Gerſon Ioannes Cancellarius
Gerſon Ioãnes Celeſtinus
Gertophius Ioannes
Geruaſius Laurentius
Gernudeñ. Ioannes Epũs
Geſnerus Conradus
Getulicus Cneus
Charax Io. Grammaticus
Gilinus Camillus
Gillius Petrus Albieñ.
Girardus Carolus
Gislenus Thalaſſius Iacob⁹
Glareanus Henricus
Glycerus Cyri Ioannis
Gluel Ioannes
de Gmunden Ioannes
Gnapheus Hagieñ. Guilh.
Gnandus Ioan. Auenioñ.
Gnidius Dicæoclis
Gnidius Eudoxus
Gnoſſius Pinytus
Goblerus Iuſtinus Gozarinus
Gomeſſius Ludouicus
Gocchianus Puperus
Gocchius Ioannes Mechlinieñ.
Godſcalcus Ioannes
à Goes Damianus
Goyneus Io. Baptiſta
Golein Ioannes Normã.
Gomes Aluarus
de Gorran Nicolaus
Gordonius Borbonius
Gorrickem Henricus
Gotthus magnus Olaus
Goueanus Antonius
Gozad Ludouicus
Graben Matthæus
de Gradis Antonius
Græcinus Iulius
Graius Ortuinus
Grammaticus Ioannes Alexandrinus
de Grandual Marcus
Grapaldus Marius Franc
Grapheus Cornelius
de Graſſis Ioannes
de Graſijs Lucas
Gratiolus Andreas
Granius Henricus
Grebelius Conradus
Gregoras Nicephorus
Gregorius Lilius Gyraldus
Gregorius Martinus
Greſmund Theodoricus
Gribaldus Matthæus
Grillandus Paulus
Grimoaldus Nicolaus
Grynæus Simon
Griſch Ioannes
de Grochis Fabianus
Groſſus Ioannes
de Gruytrode Iacobus

Gulielmus Alverny Episc. Lexov.

INDEX.

Gruner Vincentius
Grunbeckius Ioseph
Gualtherus Rodolp. Tig.
Guarro Guilhelmus
Guarinus Baptista
Guarimbertus Matthæus
Guarna Andreas
Guarnerius Irnerius
Guidacerius Agathius
Guidalotus Diomedes
Guillandus Claudius
Guillonius Renatus
Guldebeck Sebastianus Tig.
Gulpen Henricus
Guinterius Io. Andernac⁹
Guntzius Hieronymus

H

de Hachenberg Tilmānus
Hadamarius Lorichius Reinardus
Hæconius Iacobus
Hædus Petrus
Hæmilius Q. Cimpriacus
Haithonus, Aitonus
de Halberstat Conradus
Halicarnasseus Dionysius
Halicarnasseus Herodotus
Halicarnasseus Panyasis
Halysis Chariclis
Haloander Gregorius
Hamretonius Guilhelmus
Hammonius agricola Io.
Hanerus Ioannes
Hantuillensis Ioannes
Hannibal Io. de Canonicis
Hartungus Ioannes
de Hassia Henricus Langenstein
Hassia Iunior Henricus
Hasfurt Ioannes Virdung
Hauerius Georgius
Hebræi Creteñ. Heliæ
Hedio Gaspar
Hegendorphin⁹ Christop.
Heyden Sebaldus
Heingarterus Conradus
Hellanicus Sandon
Heldelinus Gaspar
Heliæ Petrus
Helt Viuio
Hemaus Vitalis
Hena Sextilius
Henlin Ioannes
Henrichmānus Iacobus
Heracleotes Nymphis
Heracleotes Promathida
Herbrant Michael
Herculanus Vincentius
Herculanus Ioānes uel Arculanus
Hermanus Phrysius Hayo
Heresbachius Conradus
Herrandus. Vide in Stephano
Herlinus Christianus
Hermannus Guilhelmus
Hermenius Riffus Gualth.
Herennius Dexippus
Hermonymus Georgius
Hermeas Ammonius
Herodes Iulius
Heroldus Io. Acropolita
de Herp Henricus
Heruetus Aurelius Gentranus
Hessus Simon
Heutenius Io. Mechlinieñ.
de Herxen Theodoricus
Hieromonach⁹ Matthæus
Hierosolymorū Ioānes ep.
Hybernus Richardus
Higinus Iulius Caius
Hilacomilus Martinus
Hypatus Ioannes
Hipparchus Cratosthenes
Hyperius Andreas
Hypsila Pierius
Hirtius Aulus
Hispanus Petrus
Hispanus Ptolemæus
Hispaleñ. Isidorus
Hispaleñ. Ioannes
Hisdinius Ioannes
Hister Ethicus
Hochstratus Ioannes
Hœst Stephanus
Hoffman Christophorus
Hofheimerus Paulus
Hollerius Iacobus Steph.
Holkot Rupert⁹ Anglicus
Homerus Sellius
Honburgius Ioannes
Honorat⁹ Maurus Seruius
Honorius Venantius
Honterus Coroneñ. Ioan.
Horatius Flaccus Q.
Horatianus Octauius
Horit Ioannes
Horologius Paduanus Io.
Hospinian⁹ Steinanus Io.
Hugo Ioannes
Hugualdus Huldrychus
Humay Humain
Humelbergius Gabriel
Humelbergius Michael
Hurtad⁹ à Mēdozza Dieg.
Hus Ioannes
Huserus Ioannes
Huttenus Huldrychus
Huttichius Ioannes

I

Iabolenus Priscus
Iacchinus Leonardus
Iacobus Petrus
Iammetrius Textor Franci.
Ianuensis Antonius
Ianueñ. Simon
Iarchus R. Salomon Gall⁹
Iasensis Lycon
Iatrosophista Cassius
Iauellus Chrysostomus
Igneus Ioannes
Ilicnsis Polemon
Imbertus Io. Rupellanus
de Imenhusen Ioannes
Imoleñ. Alexander
Imoleñ. Benevenutus
de Imola Ioannes
de Ianduno Io. uel Iādonis
de Indagine Io. Hagen.
Indico Pleusus Cosmas
de Ingen Marsilius
de Insulis Alanus
Ioachimus Georgius
Io. Bapt. Gyrald⁹ Cynthi⁹
Ionas Iustus
Ioseph⁹ Mattathiæ Flauius
Iouius Benedictus
Iouius Paulus Comensis
Irenæus M.
Irenæus Philotheus
Irenicus Franciscus
de Isernia, Andreas
de Iuuera Guilhelmus
Italus Ioannes
Italicus Silius
Itrensis Ioannes
Iudæus Philo Alexandrin⁹
Iudæ Leo Tigurinus
Iudecus Nicolaus
Iulianus Saluius
Iulius Vestinus
Iuncus Apollonius
Iunius Gratianus
Iunius Hornan⁹ Hadrian⁹
Iunterbuck Iacobus
Iustinianus Augustinus

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [31] - -

Iustinianus Bernardinus
Iustinianus Flauius
Iustinianus Leonardus
Iustinianus Laurentius
Iustus Papyrius
Iuuenalis Guido
Iuuenalis Iunius Aquinas
Ixion Demetrius

K

de Kayotho Guilhelmus
de Kalkar Henricus
Kaltysen Henricus
Kanneman Ioannes
de Karthan Ioannes
Kœbelius Iacobus
Kemspeck Michael
Ketenensis Robertus
Kimhi Dauid
de Komberack Ioannes
Knopken, Andreas
Kraut Georgius
Kuefnerus Io. Trochoreus

L

Labeo Antistius
Lackman Nicolaus
Lacon Molpis
Lacon Pausanias
Lactantius Firmianus Cæ lius L.
à Lacuna, Andreas
Laertius Diogenes
Lætus Pomponius
Lafranchinus Christoph.
Lagi Ptolemæus
Lamasba Pusillus
Lambertus Franciscus
Lampridius Aelius
Lancilotus Pasius Curius
Landspergius Ioannes
Landulphus Cæsar
Landinus Christophorus
Landus Bassianus
Langius Rodulphus
Laodiceus Polemon
Leonicus Nicolaus
Lapidanus Guilhelmus
de Lapide Eyteluuolfius
de Lapide Ioannes
Largus Scribonius
Lascaris Constantinus
Lascaris Ianus
Lascarus Ioannes
Lascaris Theodor⁹ Ducas
de Lasco Ioannes Polonus
Latro Portius
Latomus Bartolemæus
Latomus Iacobus
de Laude Iacobus
de Laude Oldradus
Laudeñ. Martinus
Laurentianus Laurentius
Lauinius Petrus
Lebetius Iacobus
Lecapenus Georgius
Legius Leonardus
Lemnius Simon
Lenas Antonius
de Lentria Alexander
Lentulus Publius
Leonellus M. Fauentinus
Leo Florentius, Baptista
Leo Ioannes Arabs
Leonbergerus Georgius
Leonardus Camillus
Leonardus Hubertus
Leonicenus Nicolaus
Leo Nolanus, Ambros.
Leonicenus Omnibonus
Leontinus Gorgias
Leontorius Conradus
Lepidus Marcus
Leporeus Guilhelmus
Lepreata Harmodius
Lernhuserus Iacobus
Lesbius Myrsilus
de Lescut Nicolaus
Leus Eduardus
Leuanderius Petrus
Leursius Hieronymus
Libellius Aegidius Lilius Tifernas
Libertinus, Iamblichus
Liburnicus Nicolaus
de Licio Rupertus
de Ligniano Ioannes
de Lignamine Ioannes Phi lippus
de Lignerñs Ioannes
Lilius Guilhelmus
Lilius Zacharias
Linckius Sebastianus
Linck Venceslaus
Linconieñ. Rupertus
Lindius Cleobulus
Lindius Euagoras
Lippius Laurenti⁹ Colleñ.
Liftenius Nicolaus
Lirineñ. Vincentius
de Loazes Ferdinandus
Lobieñ. Ratherius
Lochieñ. Bartolemæus Ni colaus
Lochmeyer Michael
Lodouicus Antonius
Logothetes Theodorus magnus
Loguinus Bartolemæus
Lombarieñ. epūs Ioannes
Lombardus Petrus
Lombe Thomas
Longinus Dionysius
Longolius Christoph.
Lõgol. Gybertus Vtriceñ.
Longinus Cornelius
Longus Velius
Lonicerus Ioannes
Lonzone Raynaldus
Lopadius Ludouicus
Lopes Hieronymus
de Lopis Ioannes
Lorichius Gerardus Ha dama
Lorichius Hadamarius Io.
Losæus Alexander
Lotharius Iacobus
Lucanus Anneus M. Cor dubeñ.
Lucanus Franciscus
de Luca Hieronymus
Lucensis Petrus
Lucensis Ptolemæus
Lucidus Samotheus Io.
Lucilius Io. Santritter
Lucius Durãtinus Frãcisc⁹
Lucretius Titus
Liuius Titus
Lucus Franciscus
Lud. Gualtherus
de Ludo Guilhelmus
Ludouicus Viues Ioannes Valentiñ.
Lullius Raymundus
Lunardus Philenus
Luneburgeñ. Lampadius
Lupanus Otto
Lupinus Matthæus
Lupulus Sigismundus Ro tenburg.
Lupus Rutilius Publius
Lupus Ioannes Segobieñ.
Lutherus Martinus
de Lutria Ioannes
de Lusanna Iacobus
Luscinius Ottomarus
ad Lausum Palladius
de Lyazariis Paulus
Lycius Capito
Lycius Herdootus

Lycius

Lycius Proclus
Lycius Proculus
Lycopolites Plotinus
Lycus Polybius Megapolites
Lydius Priſcianus
Lydus Olympus
Lympurgeñ. Rupertus
Lymburgus Friſch Remaclus
Lyranus Nicolaus
Lyſtrius Gerardus

M

Macer Aemylius bis
Macer Licinius
Macer Pompeius
Machecrier Valerandus
Macerata Franciſcus
Macrẽſis Lyciꝰ Philagrius
Macrinus Salmonius
Macropedius Georgius
Magnes Alciphron
Magnes Demetrius
Magnes Poſis
Magnutius Eslzer Ioãnes
Magnus Gerardus
Magnus Iacobus Toletanꝰ
Magnus Ioannes Vpſalieñ.
Magnus Nicolaus
Magninus Magnus
Maiolus Paulus
Maiolus Laurentius Genueñ.
Maioragius Antonius M.
Maior Georgius
Maydeſcoñ. Richardus
de Mayno Iaſon
Mairæ Ioannes Belga
Maioris Ioannes Scotus
A. Maiorianus D.
Maius Iunianus Parthenopeus
Malacitanus Seuerus
Malleolus Felix
Malleolus Paulus
Maleretus Stephanus
Mallotes Proclus
Maluitius Troilus
Malumbra Richardus
Mamertus Claudianus
Mamuſa Aufidius
Manardus Io. Ferrarieñ.
Memmius Io. Baptiſta
Mancinus Dominicus
Mancinellus Antonius
Mandragotus Guilhelmus
de Mandelbertis Aegidius
Manfredus Hieronymus
Manichæus Secundinus
Manilius Marcus
Mantinus Iacobus
Mantuanus Petrus
Mantuanus Baptiſta
de Maraſcotis Antoniꝰ M.
de Mara Guilhelmus
Marcellinus, Ammianus
Marcellus Nonius Tiburticeñ.
Marcellus Vlpius
Marchepallu Iacobus
Marchiſius Franciſcus
Martialis Valerius M.
Martianus Aelius
Mares Nicolaus
Maria Antonius bis
de S. Maria Paulus
Marianus Tuccius
Marius Nicolaus
Marius Claudius
Martinarius Antonius
Marius Grapaldus Franc
Marius Ioannes
Marletus Claudius
Marlianus Aloiſius
Marlianus Io. Bartolemæꝰ
de Marliano Hieronymus
de Marliano Ioannes
Marlianus Raimundus
Marmita Bernardinus
Maro Ioannes Anglicus
Maronis Franciſcus
Maro Vergilius Publius
de Marſilijs Hippolitus
Marſus Petrus
Marſus Domitius
Marſus Paulus Piſcinas
Marthanus Iacobus
Martinus Franciſcus
Martinus Gandauus Ioachimus
Martyr Petrus Italus
Marullus Tarchaniota Michael
Marullus Marcꝰ Spalateñ.
Maſſarius Franciſcus
de Maſſa Michael
Maſſa Nicolaus
Maſerius Aegidius
Maſſilieñ. Saluianus
Mataratius Franciſcus
Mattheolus Andreas Petrꝰ
Matheſilanus Matthæus
Matheſilanus Petrus
Matthæus Io. de Gradi.
Matius Caius
de Maturellis Nicol. Mutiñ.
Maturantius Franciſcus
Mauritius Ioannes
Mauritianus Iulius
Maurocenus Petrus
Maurolycus Franciſcus
Maurus Pomerius
Maurus Rhabanus Magnentius
Maurus Terentianus
Maximus Marius
Maximus pater Sanctus
Maximus Valerius
Macedo Polyænus
Mechanicus Leontius
de Mechlinia Ioannes
Medicus Laurentius
Mediauilla Richardus
Megander Gaſpar
Mehrar Gaon
Meyer Sebaſtianus
Mela Pomponius
Melanchthon Philippus
Melandius Theodorus Matthias
Melguitius Dominicus
Melius Melanippides
Menander Arrius
Menappius Inſulanꝰ Guil.
Membritius Iouinus
Mendes Manæthos
Mendeſius Harpocration
Meneſſa Franciſcus
Mennlin Ioannes
Menſingus Ioannes
Merchius Martinus Neocleſianus
Merſmiota Niceta
Merula Bartolemæus
Merula Gaudentius
Merula Georgius
Meſſenius Hetruſcus
Metellus Io. Sequanus
Metellus Q. Nepos
Metianus Voluſius
Metianus Voluſius L.
Meteñ. Rugandus
Metochites Theodorꝰ magnus
Methoneus Palladius
Methodius Eubulius
Metzlerus Ioannes

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [33] - -

Michael Io. Sauonarola
à Michau Matthias
Micyllus Iacobus
Myconius Oſualdus Lucernanus
de Mylbach Ioannes
Mileſius Clitus
Mileſius Heſychius
Mileſius Hellanicus
Mileſius Menalippides
Mileſius Phocylides
Mileſius Rhetor
Mileus Pollianus
Milichius Iacobus
Milis Ioannes
Mimus Syrus Publius
Minſingerus Dentatus Ioachimus
Minutius Irenæus Pacatus
Mirandula Octauianus
Myrepſus Nicolaus
Myron Lyciæ Nicolaus
Mys Apollonius
Mityleneus Chares
Mityleneus Hellanicus
Mityleneus Pitacus
Mityleneus Potamon
Mithobius Burchardus
Mochius Petrus
Modeſtinus Herennius
Modicenſis Pileus
Molitor Georgius
Molo Apollonius
Moltherus Menradus
Monachi Ioannes
Monachus Io. Cardinalis
Monhemius Erueruelden Ioannes
Monhemius Ioannes
Monſterus Sebaldus
Mõtagnana Bartolemæus
Montdonius Ioannes
de Monteferrato Ioannes
de Monferr. Guilhelmus
de Monte Galerio Philip.
de Monte Lambertus
de Montemerlo Ioannes
Montaigne Ioannes
de Monte Petrus
de Monte Pico Paulus
de Mõte Puellarũ Conrad.
Montanus Iacobus
Montanus Io. Baptiſta
Montanus Iulius
Montuus Hieronymus
Montuus Sebaſtianus
de Montulmo Antonius
Mopſeates Saluſtius
Morbetus Guilhelmus
Morellus Theodoricus
Morena Otto Laudeñ.
Moretus Pelegrinus Matuañ.
Morgenſtern Gregorius
Morſianus Chriſtiernus
Morus Thomas
Moſellanus Petrus Protegeñ.
à Moſham Rudbertus Patauienſis
Moſchopulus Manuel
Mugelanus Dinus
Mundanarius Laurentius
Mundella Aloiſius
Munſterus Sebaſtianus
Muntz Ioannes
à Mure Conradus
Murrho Sebaſt. Colmar
de Muris Ioannes
Murmellius Io. Rurem.
Murner Thomas
Muſa Antonius
Muſa Braſauolus, Antoni⁹
Muſæus Raphael
Muſculus Vuolfgangus
Muſinus Benedictus
Muſotus Antonius
Muſurus Marcus Creteñ.
Mutius H.
Mutius Macarius Camers
N
Namuſa Aufidius
Nauclerus Ioannes
Naucratites Lyceas
Naugerius Andreas
Nannius Petr⁹ Alcmarian⁹
Nanus Mirabelli⁹ Dñicus
Naogeorgus Thomas
Naſo Guilhelmus
Naſo Ouidius Publius
Natta Georgius
Nauſea Fridericus
Nazianzenus Gregorius
de Neapoli Ioannes
à Neapoli Iunius
de Neapoli Nicolaus
Nemorarius Iordanus
de Neuo Alexander
Neobarius Conradus
Neoceſarieñ. Gregorius
Neomagus Ioannes
Nepos Cornelius
Nequam Alexander
Nerutius Ioannes
Nerutius Matthæus
Neſenus Conradus
Neſteuta Ioannes
Neſtorius Plutarchus
Nettelet Aegidius
Neuizanus Ioannes
à Nian Theodoricus
Nicaënſis Rufinus
Nicaënſis Parthenius
Niauis Paulus
Nicellus Antonius
Nicenus Ioannes
Nicenus Nicias
Nicephorus Blemmidas
Nicephorus Calliſtus
Niconitus Franciſcus
Nider Ioannes
Niger Baſſianas Franciſcus
Niger Petrus
Niger Stephanus
Niger Venetus Franciſcus
de Nigris Iacobus
de Nigris Sillanus
Ninicelleñ. Ioannes
Ninus Damis
Niphus Auguſtinus
Nizolius Marius Brixelleñ.
Noblet Ioannes
Nolanus, Ambroſius Leo
Nouenus Petrus Salaceñ.
de Nongento Paulus
Nouiomagus Ioannes
Nouimola Sebaſtianus Dinsburgeñ.
Northeymenſis Henricus
de Noto Ioannes Siculus
Nouellus Baldus
de Nouocaſtro Andreas
à Nuenare Comes Hermã.
Numagen Petrus
Numantianus Rutilius
de Nyſe Nicolaus
Nyſſenus Gregorius
O
Obſequens Iulius
Obſopeus Vincentius
ab Ocha Vincentius
Ockam Guilhelmus
Odaxius Ludouicus
de Odis Odus Patauinus
Odonis Gerardus
Oecolampadius Ioannes
Oecumenius Gregorius
Oldendorpius Ioannes
de Oli

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [34] - -

de Oliueto Lupus
Oliuarius Petrus Ioannes
Olympi Lycie Methodius
Olympius Aurelius M.
Olympius Gregorius
Olynthius Ephippus
Omphalius Iacobus
Opius Aulus
Opizo Ioannes
Opizonus Ambrosius
Oporinus Ioannes
ab Oppa Paulus
de Oppenbach Guilhelm⁹
Optatianus Suetonius
de Orbellis Nicolaus
Oresonius Nicolaus
de Oriano Lanfrancus
Orianus Paulus
Oridryus Arnoldus
Oroscius Christophorus
Orosius Paulus
Ornithoparchus Andreas
Orthon Agathomerus
Osiander Andreas
de Osa Bartolemæus
de Osenbruck Theodoricus
Ottherus Iacobus
Oxyrynchites Heraclides
Oyta Henricus
Ozenus Io. Franciscus

P

Pacatus Latinus
Pacatius Ioseph
Pacianus Dexter
Pacæus Richardus
Paccius Cosmus
Paccius Guilhelmus
Paccius Alexander
de Padua Hieronymus
Pagninus Santes Lucen.
à Palatijs Rubeis Laurenti⁹
Palearius Aonius
Palemon Fannius Rhemnius Quintus
Palmensis Christophorus
Palmerius Matthias Pisan⁹
Palmerius Matthæus
Palmerius Matthias Vincentinus
Palentinus Rodericus
Palmyrenus Antonius M.
de Paleat Vincentius
Palæologus Ioannes
Palæologus Manuel
de Palomar Ioannes
de Palude Petrus
Paneuphemus Niceta
Panites Priscus
Pannonius Quinecclesien. Ianus
Panopolita Cyrus
Panormita Antonius
Papa Petrus
Papeus Petrus
Papinianus Aemylius
Papinius Statius
Parceualus Ioannes
Parius uel Prienensis Palæphatus
Parisien. Ioannes
de Parma Antonius
de Parma Ioannes
de Parma Lucas
Parpalia Thomas
Parrhasi⁹ Cõsentin⁹ Ianus
de Partibus Iacobus
Paruus Ioannes
Passagerius Rolandinus
Passienus Paulus
Pastor Hermas
Patauinus Marsilius
Paterculus Velleius Pub.
Paternus Tarantito
Pathymeras Georgius
Patritius Thomas
Pauinus Franciscus
de Pauinis Io. Franciscus
Paulus Iulius Patauinus
de S. Paulo Ioannes
Paulinus Pontius
Pechanus Io. Cantuar.
Pedian⁹ Asconius Quintus
Pedianus Asconius Quirinus
Pedianus Asconius
Pediasimus Ioannes
Pediasimus diaconus Io.
Pedioneus Ioãnes Rhetus
Pedonis Caius
Pelargus Ambrosius
Pellæus Marsyas
Pellicanus Conradus
Pellitarius Petrus
Pellisonus Ioannes
Pelusiota Isidorus
de Penna Lucas
de Penna Raymundus
Penia Henricus
Pæonius Ausonius
Pepus Franciscus
Pesselius Ioannes Tylanus
Petantius Felix
Petra Hermannus
Petrus Simon
Petrarcha Franciscus
Petroselanus Ioannes Peregrinus
Petrutius Fridericus
Petsan Ioannes
Petus Fundanus Franc.
Peralt Guilhelmus
Peraxylus Arnoldus
Peregrinus Conradus
Peregrinus Ioannes Petroselanus
Perrellus Ioannes
Perennius Io. Buren.
Perrenotus Nicola⁹ Granuilla
Pergamenus Marcellus
de Pergamo Philippus
Pergulensis Paulus
de Pernionibus Raphael
Perionius Ioachimus
Periplus Hanno
Perrotus Aemylius
Perotus Nicolaus Saxoferraten.
Perpinianus Guido
de Perpiniano Petrus Rimus
Perouanus Gabriel
Persius, Baptista
Persius Aulus
Petronius, Alexãd. Traian.
de Petrutia Antonius
de Perusio Paulus
de Perusio Petrus
Petianus Cyllenius
Peutingerus Conradus
Phalereus Demetrius
Phasianinus Philippus
Phauorin⁹ Varinus Cam.
de Phedericis Stephanus
Pheffer Ioannes
Phernandus Carolus
Phernandus Ioannes
Philadelphiensis Ioannes Lydus
Philadelphius Matthæus
Philaltheus Lucillus
Philander Guilhelmus
Philargyrius Iunius
Philelfus Marius
Philelfus Franciscus
Phileticus Martinus
Philesius Ringmannus

Philippus Iacobus
Philocerdius Hipparchus
Philologus Ionas
Philomusus Locher Iacobus
Philonius Io. Dugon
Philostratus Flauius
Philotheus, Anguſtin. Niphus
Phosphor⁹ Luci⁹ Signinus
Phreas Io. Britannus
Phrygio Conſtantinus Paulus
Phriſſemius Io. Matthæus
Phryſius Gemma
Picardus Ioannes
Picus Io. Mirandulanus
Picus Io. Franciſcus Mir.
Piccolomineus Alexander
Picolomineus Franciſcus
Picolominus Iacobus
Pierius Io. Valerianus
Pighius Albertus
Pinitianus Fernandus
Pinitianus Ioannes
Pintor Petrus Hiſpanus
Pinus Io. Tholoſanus
de Pinu Laurentius
Piperonus Cõturſinus Ioannes Andreæ
de Piro Henricus
Pirrhus Io. Anglebermeus
de Piſa Andreas
Piſanus Reinherus
Piſanus Victor
Piſcatorius Ioannes Lithopolitañ.
Pitatus Petrus Veroneñ.
Pius Albertus
Pius Bononieñ. Io. Baptiſta
Placus Andreas
Placentinus Guilhelmus
Placidus Lactantius
Plæth Ioannes
Plagiarius Io. de Senis
Planudes Maximus Monachus
de Platea Franciſcus
de Platea Ioannes Bonoñ.
Platearius Io. Salernitanus
Platina Bartolemæus
Platina Baptiſta
Platus Platinus
Plancus Cneus
Plautus Actius Marcus
Phliaſius Pratinas
Plinius Cæcilius Secundus Caius
Plinius Secundus Caius
Plymus Secũd⁹ Athenieñ.
de Plombino Benedictus
Plomus Nicol. Poſnonieñ.
Plonatatius Thomas
Poggius Franciſcus
Poggius Iacobus
Pollio Aſinius Caius
Pollius Io. Vueſphalus
Pollicarius Io. Cygneus
Politus Catharinus
Politus Lancilotus
Polichius Martinus Mellerſtadius
Politianus Angelus
Policola, Antonius Zenus
Polydamus Valentinus
Polydeucos Phurnutus
Pollio Trebellius
Poll Nicolaus Med.
Polltus Ioannes
Pollux Iulius Naucratita
Pollux Polydeuces
Pomeran⁹ Bugẽhagius Io.
Pomerius Iulianus
Pemeran⁹ Petrus Casleteñ.
Pompeius Cneus
Pompeius Iunior Marcus
Pompeius Trogus
Pompilius Paulus
Põponati⁹ Petr⁹ Mãtuanus
Pomponi⁹ Iulius Sabinus
Pomponius Sextus Vetus
Pomponius Titus
Pomzimbius Franciſcus
Ponzinibius Io. Franciſcus
Pontanus Io. Iouianus
Pontanus Michael
Pontanus Ludouicus
Pontanus Petrus Cæcus
Ponticus Gregorius
Ponticus Heraclida
Porcellinus Franciſcus
Porcius Chriſtophorus
Portius Leonardus
Porcius Publius
Porretanus Alanus
Porphyrogenneta Conſtantinus
Porſena Chriſtophorus
Portus Franciſcus
Portus Vergilius
Poſtellus Barẽtonius Guil.
Poſidippus uel Cynicus Crates
Potken Io. Præpoſitus
de Prato Antonius
Pratenſis Felix
de Prato Ioannes
Preyerius Zacharias
Præpoſitus Nicolaus
Prætextatus Papyrius
Præuidellus Hieronymus
Prienæus Myro
de Prierio Syluester
Primeus Henricus
Priſcianus Theodorus
Priſcus Næratius
Prizol Abraham
Probus Aemylius
Probus Valerius
Procleius Proclus
Prodromus Theodorus
Promotus Aelius
Proptius Aurelius Sextus
Proterdius Gregorius
Protoſpatarius Theophil⁹
Prucknerus Nicolaus
Prudentius Aurelius
Prunneñ. Rhegino
de Pruſa Albertus
Pſellus Ioannes
Pſellus Michael
Ptolemæus Claudius
Prunerus Georgius
Pruſaëenſis Philiſtion
Pruſeus Dion
Puccius Franciſcus
Pupperus Ioannes
Purbachius Georgius
Purpuratus Io. Franciſcus
Puteanus Blãgiacus Guil.
Puteolanus Franciſcus
de Puteo Paris
de Puteo Iacobus
Pylander Georgius
Pyrrhus Ioannes

Q

de Quercu Guilhelmus
de Quercu Simon Brabantinus
Quintianus Ioannes
Quintian⁹ Stoa Io. Frãciſc.
Quintilianus Ariſtides
Quintilianus Fabius M.
Quintilian⁹ uel Quintilius
Quintinus Io. Heduus
Quintus Caſſius
Quintus Luceius L.
Quirinus, Aſconius
Quodus Nicolaus

Rabi.

Rabany vi der Rhabany
Rabirius Iunius
Radulphus uel Rathulffus
de Ragusio Ioannes
Rainerius Ioannes
Rainaldus Ioannes
Raithensis Ioannes
de Ramponib⁹ Lamptin⁹
Ranaud Martin⁹ Senoneñ.
Ranisius Ioannes Textoris
Ranta Petrus Veromand.
Ratbertus Pascasius
Raudeus Ioannes
Rauennas Petrus
de Rauenna Iacobus
Raymundi Petrus
Raymũdus uel Raimũdus
Raynaudus Ioannes
Realis Guilhelmus
Rebuffus Iacobus
Regius Ludouicus
de Regno Ioannes Gallus
de Regio Monte Ioannes
de Regio Nicolaus
de Regio Petrus
Regius Vrbanus
Regius Huldrychus
Regnaudus Ioannes
Regnier Helias
Regius Raphael
Regineñ. Prosper
Reinherus uel Raynerius
Remensis Richardus
Remeus Godofredus Petr⁹
Remundus Raymundus
Restaldus Alanus
Restion Ludouicus Vordinganus
Reuchlinus Capnion Io.
Reuchlinus Ioannes Capnion
Rex Franciæ Rupertus
Reysman Theodorus
Rhacenditas Iosephus
Rhabanus Maurus Magnentius
Rhæphēdarius Arenæus
Rhegino uel Regino
Rheginus Cleomenis
Rhellicanus Ioannes
Rhenanus Beatus
Rhodiginus Cœlius Ludouicus
Rhodion Eucharius
Rhodius Hagnoclis
Rhodius Idæus
Rhodius Socrates
Rhodius Simmias
Rhodius Panetius
Rhodolphus Christoph.
Ribittus Ioannes
Ribotus Philippus
Ricardus uel Richardus
Riccius Bartolemæus
Riccobaldus Geruasius
de Riga Petrus Remeñ.
Richaldus uel Ricoldus
Richerius Christophorus
Ricius Augustinus
Richerius Camillus
Ritzonis Nicolaus
Ricius Paulus
de Rigijs Ludouicus
Riminaldus Ioãnes Maria
Ringelbergius Fortius Ioachimus
Rinuccius Alemanus
dela Ripa Franciscus
de Ripa Io. Franciscus
de Ripolis Ioannes
Riuallius Aymarus
Riuius Ioannes Atthendorieñ.
Ritius Michael Neapolitanus
Robertus uel Rupertus
Robertsonus Thomas
Robertelius Franciscus
Rodenbergius Conradus
Rode Ioannes
Rodoham Hali
Rodolphus Gaspar
de Rodulphis Laurentius
Roffeñ. Ioannes Fischerus
Rogerius Bacho
Regerius uel Rocherius
Rogerius Petrus
Roleuinck Vuernherus
Romæus Franciscus
de Romancijs Rolandinus
Romanus Rutilius
Romanus Larensius
Romanus Ludouicus
Romanus Quintus
Romanus uel Rhomanus
Romanus Sanga
Romanus Septimius Quintus
de Rouille Guilhelmus
Ronzius Mercurius
Rosates, Albericus Roxiat
Roscius Vitruuius Lucius
Roselius Antonius Ioañ.
Rosselettus Claudius
Rosellus Antonius
Rosellus Paulus
de Rosenheim Petrus
Rossetus Petrus
Rota Marcianus
Roxiatus Albericus
de Rubeis Ioannes Antonius
Rubertus uel Robertus
Rubeus Antonius
Rudulphinus Orlandinus
Rueff Iacobus
Ruellius Ioannes Suessioñ.
Rufinianus Iulius
Ruffus Girardus
Rufus Festus
Ruffus Sextus
Ruinus Carolus
de Rupe Alanus
Rupeus Hieronymus
de Rupella Ioannes
de Rupe scissa Ioannes
Rusbrock Ioannes
da Rusia Rupertus
Rusius Laurentius
Rusticus Marius
Rutilius Palladus Taurus Aemilianus
Rutilius Bernandinus
Ryckel Dionysius
Ryd Valerius Anselmus

S

Sabellicus Coccius Antonius M.
Sabinus Aulus
Sabinus Fabius
Sabinus Georgius
Saccus Cato
Sachsius Henricus
de Sacrobusto Ioannes
Sadoletus Iacobus
Saguntinus Nicolaus
Saluiatus Robertus
de Saliceto Bartolemæus
de Saliceto Guilhelmus
de Salis, Baptista
Salomonius Marius Albertischus
Salustius Crispus Caius
Samius Lynceus
Samius Menodotus
Samoreñ. Rodericus
Sannazarius Iacobus
Sandeus Felinus

Sannazarius Actius
de Samuco Guilhelmus
Sauromanus Georgius
Sanutus Marinus
Sapia Sebastianus
Sapidus Ioannes
Sapiẽs Iacobus Nesibenus
Saracenus Ioannes
Sarayna Torellius
Sarcerius Erasmus
Sardianus Polyænus
Sardius Oribasius
Sardus Ludouicus
Sarzosus Franciscus
Sasgerus Gaspar
Saturninus Vemileius
Satyrius uel Satyrus
Sandoletus Ioannes
Sauonarola Michael
Sauonarola Io. Michael
Sauonarola Hieronymus
de Saxoferrato Bartolus
de Saxo Ioannes
de Saxonia Ioannes
de Saxonia Petrus
Saxus Pamphilus
de Saycello Claudianus
Scæuola Mutius Quintus
Scæuola Serpidius
Scala Bartolemæus
Scepsius Demetrius
Schafnaburgeñ. Lambert⁹
Scarab Franciscus
Scardæonus Barnardinus
Scaurus Terẽtius Quintus
Scedel Hartmannus
Scelsius Nicolaus
Schegkius Iacobus
Schenckbaro Fridericus
Schenck Iacobus
de Schildis Hermannus
Schillerus Ioachimus
Schinttel Ioannes
Schodehoueñ. Ioannes
Scholarius Gennadius
Scholasticus Agathias
Scholasticus Arabius
Scholasticus Io. Climax
Scholasticus Leontius
Scholasticus Leo Byzantius
Scholasticus Sarapion
Scholl Iacobus
Schonheintz Iacobus
Schonerus Io. Carolostadius
de Schonhouen Ioannes
Schottenius Hessus Hermannus
Schuuenckfeldius Gaspar
Scilacensis Franciscus
Scopa Ioannes Lucius
Scotus Ioãnes Monachus
Scotus Petrus Argentiñ.
Scribonius Cornelius
Scylax Ioannes
Sophocles Demochares
Sebeide Raymundus
Secundi Curionis Cælij
Secundus Ioannes Basia
Sedigitus Volcatius
Segobieñ. Ioannes Illustris
Segonius Martinus
de Segusia Henricus
Schofer Arsatius
de Seixelso Claudius
de Selua Ioannes
Sempronius Caius
Senalis Robertus Abriceñ.
Seneca Lucius Anneus Cordub.
Seneñ. Hugo
Senensis Richardus
Senoneñ. Otto
Senilis Raymundus
de Senis Gerardus
Sentinus Ricineñ. Iacobus
Serapionis Ioannes
Serapion pro Sarapion
Sermoneta Ioannes
Serenus Quintus Samonicus
Sergius Marius
Sequester Vibius
Serlius Sebastianus
Serranus Ioannes
Serratus Paulus
Seuerus Aquilius
Seruatus Lupus
Seuerus Menodotus
Seruetus Michael
Seuerus Cornelius
Seuerus Septimius Afer
Seyfridus Georgius
Sialandicus Saxo
Sichardus Ioannes
Sicidotes Michael
Sicyonia Praxilla
Sicyonius Machon
Siculus Diodorus
Siculus Nicolaus Abbas
Sidites Marcellus
Sifridus Sinnama Haryngus
Sigmarius Sebastianus
Silentiarius
Silesius Dubrauius Ianus
Siliceus Ioannes
Simenius Franciscus
Simler Georgius
Simoneta Ioãnes Calaber
Sinopensis Diogenes
Sinthemius Ioannes
Siphnius Diphilus
de Siricho Lombardus
Smyrneus Polycarpus
Sinapius Ioannes
Snoygoudan⁹ Raynerius
Socinus Marianus
Soldeuilla Philippus
Soldus Chrisostomus Io.
Solensis Clearchus
Solinus Iulius Caius
Solinus Sidonius Caius
de Solo Gerardus
de Solerio Arnaldus
Sommerfelt Ioannes
Soncinas Paulus
Sophianus Nicol. Cercyræus
Sophista Procopius
Sophista Sabinus
Sophita Proclus
Soranus Valerius
Soreth Ioannes
Sosterus Melchior
Soter Limotherme⁹ Christophorus
Sozinus Bartolemæus
Spangenbergius Io. Herdessianus
Spangher Ioannes
Spartianus Aelius
Spiera Ambrosius
Sprulius Richard Foroiulianus
Spiegel Iacobus
de Spira Petrus
de Spira Simon
de Spoleto Gabriel
Sprenger Iacobus
de S. Sophia Galeatius
de S. Sophia Marsilius
de S. Seuer. Baptista
Stabius Io. Austriacus
Stagirites Hipparchus
de Stagno Petrus
Stamler Io. Augustanus

Statius Achilles
Stella Erasmus
Stella Ioannes
Stella Petrus
Stellatus Palingenius Marcellus
Steuchus Augustinus
Stephanus Carolus
Stephanus Robertus
Stifelius Michael
Stiborius Andreas
Stigelius Ioannes
Stobæus Ioannes
de Stralen Iacobus
Strebeus Ludoicus Iacob⁹
Stredam Gerardus
Streflerus Ioannes
Stromerus Henricus
Strozza Philippus
Struthius Iosephus
Stridoneñ. Hieronymus
Stumpf Ioannes
Strunica Lopis Iacobus
Struppanus Antonius
Sturmius Ioannes
Suardus Paulus
Subertes Petrus
Suditus Theodorus
Suicetus Rugerus Anglus
Sulzerus Simon
S. Victoris Richardus
Sulpiti⁹ Apollinaris Caius
Sulpitius Ioãnes Verulan.
Sulpitius Seuerus
Sulpitius Seruius Vetus
Summerhart Conradus
Summontius Petrus
de Superuilla Petrus
Surgetus Ioannes
Susanneus Alexander
de Susato Nicolaus
Susenbrot⁹ Io. Almãgauus
Sutor Petrus
de Suzaria Guido
Syluanius Bartolem.
Syluaticus Matthæus
Syluiolus Antonius
Syluius Aeneas
Syluius Ambianus Iacob⁹
Syluius Franciscus
Syluius Ioannes Egranus
Symbaldus Cynus
Symoneta Bonifacius
Syncerus Actius
Syneſi⁹ Romulus Euchari⁹
Syngelus Michael

T

à Tabetis Secundianus
Tabœtius Iulianus
Taceſphale Ioannes
Tacitus Corneli⁹ Publius
Tagautius Io. Ambianus
Taiapetra Hieronymus
Tambacho Ioannes
Tappius Eberhardus
Tardinus Anicieñ. Guilh.
de Taranta Valeſius
Tarantaſia Petrus
Tarentinus Hegeſippus
Tarentinus Scyras
Tarrheus Lucilius
è Tarſo Hermogenes
Tartaretus Petrus
Taurelius Lælius Faneñ.
Theius Scyticus
à Telepte Iulianus
de Tenera munda Ioannes
Tertius Franciscus
Terentius Publius Afer
Tertullianus Florens Septimius Quintus
Tetthingerus Ioannes
Teuthonicus Ioannes
Texera Ludouicus
Textor Petrus
Thaſius Hecataeus
Thaurineñ. Maximus
Theatinus Nicoletus
Thebanus Coluthus
Thebanus Hippolytus
Thebanus Pindarus
Technicus Georgius
Theodori Prodromi Cyri
Theodoricus Ioannes
Theodoric⁹ uel Rodericus
Theodorus Vitus
Theodoſius Aurelius Macrobius
Theophilus Ioannes
Theophilus Nicolaus
Theos Plato
de Theramo Iacobus
Theſſalonicus Iſidorus
de Theſſalonia Iacobus
Thyillus Satyrus
Thyleſius Antonius
Tholoſus Ioannes
Thomas Petrus
Thomas Simon
Thomaſſinus Ioannes
Thomæus Leonicus Nicolaus
Thurinus Andreas
Thurotz Ioannes Pannonius
Tyaneus Chryſippus
Tibelenſis Geruaſius
Tibertus Darius
Tibullus Albertus
Tiburtinus Plato
Tierrus Io. Lingoneñ.
Tiſernas Gregorius
Tiſernas Lælius
Tinctoris Ioannes
Tiſſardus Franciſcus
Tiſlinus Ioannes
Titus Probrus Caius
Titelmannus Franciſcus
Titio Sebaſtianus Brant
Toletanus Iacobus
Toletanus Io. epiſcopus
Toletus Medicus
Toletanus Rodericus
Toloſatis Coraſius Io.
Toniolenſis Marcocus
Tonſtallus Cuthbertus
Tortellius Io. Aretinus
Torinus Albanus
Torrentinus Hermannus
de Tornaco Simon
de Tornamira Ioannes
Tortus Hieronymus
Toxites Michael Rhetus
Traianus Alexander
Tragus Hieronymus
Traiecteñ. Rathbodus
de Traiecto, Andreas
de Traiecto Hadrianus
Trallianus Alexander
Trallianus Phlegon
de Trano Gaufredus
Tranquillus Andreas
Trapezontius Georgius
Trebatius Bernardinus
Trebonius Caius
Triclinius Demetrius
Triphonius Claudius
Triſmegiſtus Mercurius
Trittenheminus Ioannes abbas
Triuet Nicolaus
Troianus Philocalus
Trophimus Eugenius
Trotus Albertus
Tſchudus Aegidius
à Tucca Honoratus
Tuccæ Paulus
Tudertinus Antonius

Tuitieñ. Rupertus
de Turre cremata Ioannes
Turretinus Paulus
Turnerus Guilhelmus
Turnotus Ioannes
Turpilius Sextus
Turſt Conradus
Tuſanus Iacobus
Tyrius Maximus
Tyrius Paulus
de Tuſignano Petrus
Tyrius Porphyrius
Tzetzes Ioannes
Tzetzes Iſacius

V

Vadianus Ioachimus
Valambertus Simon
Valens Aburnius
Valens Veſtus
Valeis Ioannes uel Galēſis
Valera Diegus
de Valentia Perez Iacobus
Valerianus Plinius
Valerius Lucius
Valerius Pollio Alexandrinus
Valerius Probus
Valeſius Franciſcus rex
Valgius Titus
Valgulius Carolus
Valla Georgius
Valla Nicolaus
Valla Ioannes Petrus
Valla Laurentius
Vallaſcus Gaſpar
de Valle, Baptiſta
Valleriola Franciſcus
Valois Thomas
Valturius Robertus
Vardinus Thomas
Varadieñ. Rogerius
Varenius Alanus
Varignaua Guilhelmus
Varennius Ioannes Mechlinieñ. fol. 460
Varinus Guarinus
Varro Ioānes ſeu Guarna
Varro Terentius M.
Varus, Alfenus
Varus Lucius
Vaſſeus Ioānes Meldeñ.
Vaſſæus Ludouicus Catalauñ.
Vatablus Franciſcus
Vatellus Ioannes
Vatinius Publius
de Vbaldis Nicolaus
de Vbaldis Petrus
Vecerius Conradus
Vrceus, Antonius Codrus
Vegetius Renatus Flauius
Vegius Maphæus
Vegius Matthæus
Velareus Iodocus
Velcurio Io. Velikirchius
Velſius Iuſtus Haganus
Venatorius Thomas
Venetus Ioannes Carth.
Venetus Paulus
Venray Rugerus
Verardus Carolus
Verardus Nicolaus
de Verberia Petrus
de Vercellis Antonius
Vercelleñ. Hugo
de Vercellis Panthaleon
Vergerius Petrus Paulus
Vergilius Marcellus
Vergilius Polydorus Vrbinates
Vergilius Publius Maro
Verinus Michael
Vernerus Ioannes
Verus Philoſtratus
Veſalius Andreas
Vehe Michael
Veſpucius Albericus
Veſpucius Bartolemæus
Vetruuius Petrus
Vetus Sabinus
Vgolinus Baccius
à Vico mercatus Frāciſcus
Victor Aurelius Sextus
de S. Victore Hugo
Victor Publius
de Victorijs Benedict.
Victorinus Fabius M.
Victorius Franciſcus
Victorinus Marius Afer
Victorius Bigis Ludouic⁹
Victorius Petrus
Vida Hieronymus M.
Vienneñ. Salonius
Vigerius Marcus
de Vigo Ioannes Genueñ.
de Vignate Ambroſius
de Villa Dei, Alexander
de Villa Diego Gundiſalu⁹
Villagagne Nicolaus
de Villanoua Arnoldus
Villanouanus Michael
de Villemat Ioannes
Villanus Ioannes
Villingenſis Pictorius
de Vineis Petrus
Vipera Mercurius
Viretus Petrus
Virmius Ponticus
de Viſchijs Ioannes
Viſorius Ioannes Cænomanus
Viſſenacus Tertius Damianus
Victor Sulpitius
Vitalis Ianus
Vitellius Cornelius
de Viterbio Iacobus
de Vitriaco Iacobus
Vitruuius Marcus
Viues Ludouicus Ioannes Valent.
Vlierdenus Daniel Bruxel.
Vlpianus Domitius
Vlpianus Epiphanius
Viſtadius Philippus
Vlſenius Theodoricus
ab Vlulis Irenæus
de Vnzola Petrus
Vochs Ioannes Colonieñ.
Vœgelin Ioannes
de Voërda Nicaſius
de Voragine Iacobus
Voluptuarius Apicius M.
Volaterranus Raphael
Voluſenus Florentius
Vomelius Cyprianus
Vopiſcus Flauius
Vrbicus Aggenus
de Vrbino Bartolemæus
de Vrimaria Henricus
Vrſinus Velius Gaſpar
Vrſinus Ioannes
de Vtino Leonardus
Vzielis filius Ionathas

Vu

Vuarnefridus Paulus
Vualſgrāñ Ioannes
Vuaufeld Robertus
Vueiſenburgius Vuolfgangus
Vuelpius Henricus
Vuendelſtein Ioannes
Vuengerus Conradus
de Vuerdena Ioannes
Vuerdmillerus Otto
de Vuerlis Henricus
Vuernerus Adam
de Vueſalia Ioannes

Vuef-

Varſomanny Ludovig

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [40] - -

Vueſſelus Io. Groningeñ.
Vueſthemerus Bartolem.
Vuicelius Georgius
Vuidmeſtadius Albertus Ioannes
Vuidefordus Vuilhelmus
Vuillichius Iodocus Reſellianus
Vuildenbergius Hieronymus
Vuindshemius Iodocus
Vuinmannus Nicolaus
Vuimphelingus Iacobus
Vuinſemius Vitus
Vuolfius Ioannes Herſbrugeñ.
Volfius Io. Tigurinus
Vulteus Ioannes Remeñ.

X


Xerocereus Symeon

Z

de Zarabellis Franciſcus
de Zabernia Conradus
Zacharias Ioannes
Zambertus Bartolemæus
Zanchus Chryſoſtomus Ioannes
Zanchus Baſilius
Zanetinus Hieronymus
de Zanis Vlpianus
Zaſius Vdalricus
Zatharius Ioannes
Zazarellus Ludouicus Bombix
Zellius Matthæus
Zenus Antonius
Zenus Patritius Iacobus
Zerbus Gabriel
Zeugmateus Sergius
Zieglerus Iacobus Landanus
Zimara Antonius M.
Ziriceus Pratenſis Iaſon
Zochus Iacobus
Zonaras Ioannes
Zouitius Brædanus Iaco.
Zuuichemus Vigilius
Zuinglius Huldrychus

FINIS.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [41] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [42] - 1r

BIBLIOTHECAE VNI

VERSALIS PARS PRIMA, QVAE OMNIS GENERIS AVTHORVM NOMINA CVM LVCV-

brationibus singulorum iuxta literarum seriem proponit.

ABBAS Vrspergensis quidam, cuius propriũ nomen ignoro, scripsit uolumen chronicorum. Initium eius à Nino rege Assyriorum magno, usq; ad Fridericum II. Romanorũ imperatorem. Vltimus annus ab eo recensetur à mundi salute 1229. Est autem Vrsperga monasterium ordinis Præmonstratẽn. medio ferè itinere inter Vlmam & Augustam Vindelicorum. Liber typis excusus Augustæ Vindelicorum, 1515. in F. Terniones habet 22. id est chartas 66. Historio graphus

ABBIANI cuiusdam epigrammata sex, in Florilegio à Planude congesto habentur.

ABDILAZVS, idem qui Alchabitius.

ABHOMERON Abynzoar scripsit opus in re medica impressum Venetijs Latine 1496. in fol. Chartas habet circiter 18. Libri 3. sunt. Medicus

Primo cõprehenditur ratio medendi uarijs affectibus capitis, eiusq; partium, colli, pulmonis, cordis, iecoris, lienis, stomachi, pectoris & diaphragmatis.

Secundus medetur intestinis, hæmorrhoidum fluori, renibus, uesicæ, genitalibus in utroq; sexu. Deinde uitijs ossium & carnis cutisq; totius corporis, lumbricis, & artuum doloribus.

Tertius febres curat, crises rationem exponit, & de pestilentibus morbis ex aëris aut aquæ corruptione disserit. Quis in Latinum conuerterit nescio. Citatur interdum ab Auerroë, Alij Abymeron, alij Abhumeron scribunt.

ABLABIVS genere Gothus, educatus Rauennæ, scripsit de bello Gothorum, temporum illorum historiam complexus. Volaterranus. Historicus

ABRAHAMI cuiusdam Iudæi libellus de natiuitatibus, ex Arabico opinor translatus, de 12. Cœli figurarum significatione tractat, ad iudiciariam astrologiam utilis. Coloniæ 1537. in 4. Chartas habet 8. à Io. Dryandro medico emendatus. Astronomus

Idem scripsit astronomica quædam, nempe librum introductionis in iudicia astrorum, quem uocant Principium sapientiæ. Et Petrum Aponensem eiusdem authoris opera quædam barbaro stilo in Latinum sermonem traduxisse audio. Alij Hauenzre, sunt qui Auenzare scribant.

ABBA Abraam, & Abba Patritius sancti patres οἱ ἐν τῷ λαύρᾳ ἡσυχάσαντες, Isaci monachi Syri sermones asceticos Græca lingua interpretati sunt. Quod opus Romæ extat in Bibliotheca Vaticana.

ABRAHAMVS de Balmis artium & medicinæ doctor scripsit Grammaticam Hebraicã, de qua Daniel Bombergus typographus in præfatione sic scribit, Nullis « impensis peperci, ut has Grammaticæ Hebrææ institutiones Abraham de Bal- « mis, uir sanè inter nostræ ætatis Hebræos doctissimus, accurate & diligenter in lu « cem ederet. Et paulò post de Latina translatione, quæ è regione apponitur, Ver- « bum (inquit) reddi uerbo curaui, idq; propense ac obnixe eundem Abraham sem « per rogaui: ast ubi opus aliquantulum processerat, decori paulò magis indulgere « incœpit: demum ubi diem suum obijsset Abraham, maiori libertate usum Caloën « Calonymũ uirum apprime doctum sententias fermè totas permutasse æquo ani- « mo tuli. Nec id ab re: ubi enim linguæ se quis ignotæ addixerit, uocabula primũ « Hebrœus

„ ut discat necesse est: postquam uero eidem aliquantulum assueuerit, congruita-
„ tem magis affectabit: ubi demum degustare cœperit, & enormitatem omnem in
„ dicendo deuitare curabit. Hæc ille. Venetijs 1523. in 4. Chartas habet 79.

Abraham de Balmes in Præfatione super Auerroys commentarijs & paraphrasibus Aristotelis analyticorum, topicorum, &c. ueteres Auerroys traductiones se castigasse testatur, & aliquot eiusdem libros integre conuertisse, denique suo Marte libellos uarios conscripsisse, dialecticos, physicos, & theologicos.

Ibidem hæc eius uerba sunt. Habebunt in hoc uolumine studiosi nondum apud Latinos uisa magna Auerroys commentaria super libros posteriorum analyticorum Aristotelis iuxta literæ seriem, quam etiam ad mentem Auerroys nouiter traduximus, & commentarijs singulis apposuimus.

Et paraphrases in libros topicorũ, ubi sæpe Auerroys mutat Aristotelis seriẽ, Themistium (ut ipse refert) imitatus.

Iterum eiusdem Auerroys paraphrases in libros elenchorum & rhetoricorum Aristotelis: nec non & in Poëticam eiusdem: licet hoc poëticæ sit potius epitome quàm aliud commentandi genus, cum multa principaliter ab Aristotele ibi tradita, Auerroys omiserit, eò quod suæ Arabicæ linguæ non conueniret.

Deinde multa logica quæsita subdimus, quæ licet pro maiore sui parte sint ab Auerroy ædita, ut suis titulis inscripsimus: connexa tamen sunt quædam aliorum Arabum philosophorum, quæ illis opitulantur: sicq; etiam unà connexa in exemplari unde traduximus contexta ea comperimus.

Tandem quendam nostrum libellum de demonstratione adiecimus, ubi Aristotelis multa dicta ut subiectiones supposuimus, & illa peculiari expositione explicauimus, nonnunquam ab Auerroys opinione recedendo, &c.

Vltimo totius logicæ epitomen Auerroys subiunximus, quæ pro memoriali quodam omnium teneri potest, nec non pro Isagogico haberi, ubi licet aliquando à propria opinione Auerroys recedat, omnia tamen logice necessaria tractat, secundum opiniones apud Arabes Auerroys tempestate uulgatas, præcipue Alpharabij Babylonij, qui maximus philosophus ea ætate habitus est.

In huius præfationis fine pollicetur epitomen philosophiæ naturalis & metaphysices ipsius Auerroys, paraphrases philosophicarum auscultationum, librorum de anima, metaphysices omnium 14. librorum, castigationes textus meteorologicorũ, quæsita naturalia & metaphysica Auerroys, destructiones Algazelis, & destructiones illarum destructionum Auerroys, de differentia inter legem & sapientiam: & de modis rationum legis, ac theoriarum chele eiusdem, connexis aliorum grauium philosophorum opusculis, quæ Auerroystæ doctrinæ opportuna uisa sunt, adiectis quibusdam suis commentarijs, ac quorundam retractationibus, & castigationes ueterum traductionum Auerroys commentariorum.

Ibidem hic author natum se scribit in Litio ciuitate agri Salentini, quæ à Brundusio Hydrunto & Graia Gallipoli 24. miliaribus distat, eodem in loco sita ubi olim Rudiæ patria Ennij, ex reliquijs Rudiarum nacta originem. Hæc omnia impressa sunt Venetijs 1523. in F. Chartæ sunt 152.

Abramus de Balmes librum de demonstratione ædidit, in octo capita diuisum. Liber impressus est Venetijs. Chartas habet quatuordecim & dimidiam.

Primo capite huius tractationis prolegomena exponuntur.

Caput secundum, de quibus sit demonstratio.

Tertium, quot sint demonstrationum genera.

Quartum, quot sint essendi modi, iuxta quos definitionum & demonstrationum modi uariant.

Quintum, de diuersis definitionũ generibus, discernendo eas quibus demonstrationes utuntur, ab his quæ demonstrationibus inutiles sunt.

Sextum,

Sextum, quomodo liceat transgredi ab uno genere in aliud in eadem aut diuersis facultatibus, & quomodo non liceat.

Septimum, quot sint genera facultatum quæ possunt demonstrationibus haberi: uel, De partitione scientiarum & artium seu facultatū in genera decernentia differentia genera demonstrationum.

Octauum & ultimum singula demonstrationum genera singulis facultatibus distribuit, & quæ uno, quæ pluribus demonstrationum generibus, & quibus fungantur.

Ex præfatione authoris uerba. Quamobrem necessarium mihi uidetur ex logicis eliciendum proprium genus demonstrationis cuicp singularum bonarum artium generi conueniens, cum neminem hucusq; Latinum legerimus qui tale onus susceperit. Deinde sui temporis hominum ignorantiam notans, alios aliter de potissima demonstrationis essentia sentire ait. Nam aliter, inquit, dicunt, qui Aquinatem sectantur, secus qui Ioannem Scotum imitantur, & nedum ab alijs uerum etiam inter se dissonos legisse memini illos, qui Auerroym imitari protitentur, omnes equidem potius dubie quàm scite loquutos de hoc præclarissimo demonstrationis genere putamus. Ideo iam primam senectutem agens decreui ex uetustioribus philosophorum uoluminibus uaria demonstrationum genera elicere, quæ differentibus facultatum generibus congruant, proprias uniuscuiusq; conditiones ac species exponendo. Hoc enim exacto, ut mihi ipsi ego factus uideor, totam cuiusq; demonstrationis ambiguam naturam consummate enucleasse & meæ sententiæ non modo Aristot. & Auerroys testabuntur, quos in his sectari me æstimo.

ABRAHAM Aben Ezdra exarauit Hebraica commentaria in Pentateuchum, in Isaiam & 12. prophetas minores, in Psalterium, in Prouerbia Salomonis, in Iob, Cantica canticorū, Ruth, Lamentationes Ieremiæ, Ecclesiasten, Hester, Danielem, Ezram, Neemiam. Quæ omnia hodiep typis excusa habentur. Venetijs apud Bombergum in folio. Natione fuit Hispanus, scripsitq; in Rhodo. 1217.

RABBI Abraham filius Leui scripsit Kabala Hebraice. Liber excusus est.

RABBI Abraham interpretationem suam in legem fasciculum myrrhæ inscripsit. Liber impressus Venetijs apud Bombergum.

RABBI Abraham Prizol commentaria extant in Iob.

ABSOLONIS sermones Gymnicus Coloniæ excudit.

ABSYRTVS author Græcus (alij scribunt Apsyrtus, Graeci Ἄψυρτος) scripsit Hippiatricam, id est, de cura equorum, siue ueterinariam medicinā ad Asclepiadem, cuius experientiam in militia circa flumen Istrum, ut ipse scribit, sibi acquisierat. Aliquot eius capita cum alijs mulomedicis impressa sunt Basileæ in quarto. 1537. Vide apud Suidam.

ABVRNIVS Valens scripsit fideicommissorum lib. 7. quorum fragmenta extant inter pandectas iuris ciuilis. Alij Alburnium & Eburnium scribunt. Sed Ἀβόρνιος ὐάλης apud Galenum quoq; Græce legitur. Vide Bernardinum Rutilium in uitis iurisconsult.

ACCVRSIVS Florentiæ in Italia natus, uir in utroq; iure peritissimus, multa scripsit, & primus totum ius glossis illustrauit. T. cl. 1240.

In ff. uetus, lib. 24. In ff. nouum, lib. 12.
In ff. Inforciati, lib. 14. Super Codice, lib. 12.
Super Institutis, lib. 4. Et alia quædam legum studiosis notissima.

Vide Io. Fichardum in uitis iureconsultorum, qui eum floruisse ait anno Domini 1226. quo tempore (ut ipse Accursius refert) etiam glossas in Autenticorum uolumen consc. Professus est Bononiæ, ubi relicto filio Fran. Accursio, ipso etiam iureconsulto & professore, sed patre longe obscuriore, decessit.

T. ACACII Cæsarieñ. Palæstinæ episcopi Ioan. Trittenhemius uerbis ex D. Hieronymo desumptis mentionem facit, & scripta quædam commemorat, ut sæpe solet, ita ut dubites an adhuc alicubi extent aut non.

ACERATI Grammatici epigramma quoddam legitur in Florilegio Planudis.

ACHILLEM Bochium Def. Erasmus in Ciceroniano, inter eos qui aliquid suo tempore scripserint, recenset.

ACHILLES P. Gassarus medicus & mathematicus Velcuriæ, nõ procul à lacu Podamico, scripsit historiarum & Chronicorum mundi epitomen ueluti indicem ordine annorum à condito mundo, item ante & post Christum, ubi summam quandam (ut ipse præfatur) omnium mundi ætatum, Monarchiarum sublimiorum, ac maxime illustrium, sanctorum denique & doctissimorum hominum, breuissime complexus est. Hen. Petrus impressit Basileæ 1532. in octauo. Chartæ sunt fermè octo.

Idem publicauit tabulam quandam mathematicam, Sciatherion pedarium inscriptam, astronomicum & geometricũ inuentum. Impressa Tiguri. Chartis duabus constat. Docet autem in ea quomodo ex dimensione umbræ humanæ omnes diei artificialis horæ, dierum noctiumq; quantitates, ortus uel occasus solis, cum quarumlibet altitudine, & latitudine, &c. in plano facillime deprehendi possint, nouo sanè commento.

Huius anni à natiuitate Domini 1544. quo nos hæc primũ scribere incipimus, libellum Prognosticum ædidit, Norimbergæ excusum.

ACHILLES author Græcus scripsit librum de Vniuerso, unde decerpta Isagoge in Arati phænomena. Romæ seruatur in bibliotheca Vaticana.

ACHILLES Statius scripsit libros octo Græce de Leucippes & Clitophontis amore. Extant Romæ in Vaticana bibliotheca.

AGHITIVS in philosophiam Platonis, Græce ibidem.

ACHMETI opus de proportionibus singularibus.

ACHMETH medici filij Habramij peregrinantium uiatica libris septem Græco sermone descripta. Habet eos hoc tempore Venetijs illustrissimus uir D. Diegus Hurtadus à Mendozza Cæsareæ maiestatis legatus.

ACRON Grammaticus omnia Q. Horatij poëmata scholijs suis illustrauit. Impres. Basileæ unà cum Q. Horatij operibus in octauo. 1527.

" Michaël Bentinus in præfatione. Acron Horatij interpres, Grammaticus mi
" nime triuialis, & si non uetustissimus, utpote Priscciani & Seruij, quem semel aut
" iterum citat, ætate posterior, certe omnium iudicio inter Horatianos interpretes
" facile primum sibi locum uendicat. Nam Porphyrionis bonam partem desidera
" mus. C. Aemilium, Modestum, Gelenium, & cæteros de nomine tantum noui
" mus, quorum si extarent cõmentarij, facile paterer recentiores, si ita uidetur, ob
" solescere. Verum cum hic unus ab interitu uix seruatus sit, indignus sanè uisus,
" qui contemptu & typographorum incuria totus periret. Proinde curauimus ut
" & nitidior & emendatior in lucem prodiret.

Commentarij Acronis seorsim chartas habent 27.

ACROPOLITES quidam Græce scripsit librum historicum, cuius initium à capta Constantinopoli. Seruatur Romæ.

ACTII Synceri Sannazarij poëtæ liber de partu uirginis.

Eclogæ aliquot eiusdem, Galathea. Lutetiæ apud Rob. Stephanum.

Lamentatio de mortui Christi.

ACTVARII Ioannis Zachariæ filij scripta in re medica Græce omnia in bibliothecis, præsertim Italiæ, instructioribus habentur, quorum numerum iam nõ teneo, quamuis ea nuper Venetijs diligenter inspexerim.

Epistolam eius quandã Romæ extare in bibliothecæ Vaticanæ catalogo legi.

Auicennæ

Auicennæ de urinis librum ex Arabico sermone in Græcũ conuertit. Diuersum à superiori de urinis uolumen est, in septem libros diuisum, quod ipse author composuit, non aliunde transtulit. Ambrosius Leo Nolanus Latinum fecit: cuius translationis, ita ut Basileæ impressa est in octauo, chartæ sunt circiter 26.

Liber primus de differentijs urinarum, postquã præfatus est quæ utilem hanc cognitionem esse astruunt, coloris, substantiæ, contentorum, & reliquas differentias, ut bullarum & coronarum, clare explicat, & sine hoc libri sequentes non satis intelliguntur, procedit enim methodo quadam. 1

Secundus & tertius de iudicijs urinarum sunt. Docet autem secundus, primũ de matula idonea, quo loco & tempore spectari urinas conueniat, deinde de iudicijs quæ sumuntur ex temperamentis, sexu, & ætate, anni horis, & regionibus, ac reliquis rebus non naturalibus, à quantitate urinæ, & tandem à uarijs coloribus. 2

Tertius exponit iudicia quæ colliguntur ex substantia & uarijs contentorum accidentibus: item ex bullis, coronis & innatantibus, deinde ab odore & hypostasis priuatione: tandem quomodo febres inde iudicentur, & membrorum principalium affectus. Ad hæc quod huic cognitioni disciplina de pulsibus coniungenda sit. 3

Quartus & quintus de causis urinarum philosophice differunt. Sed in quarto præcipue causæ assignantur generationis contentorum, cruditatis & quantitatis urinæ: item causæ coloris primum substantiæ urinarum, deinde contentorum coloris, quantitatis & substantiæ, & diuersarum hypostasium. 4

Quintus causas depromit contentorum lenium, asperorum, glutinosorum, unde spiritus gignantur, cur excitentur bullæ, cur in diuersis locis contenta uisantur: de causis colorum in coronis, cur desint aliquando contenta. De causis urinarum per genera, ætates, atq; temperamenta: de causis urinarum à rebus nõ naturalibus. De causis earum per genera ægritudinum, præcipue febrium, & affectuum in principalibus membris calidorum aut frigidorum. 5

Sextus & septimus præuidentias ex urinis docent. Sextus quidẽ, quod post pulsus urinæ ad præuidendum conducant. De præuidentijs secundum uarios colores urinæ, & secundũ substantiã. Vrinam quo magis colorata est eò tenuiorem uideri: & quo crassior, hoc minus pristini coloris seruare. De præuidentia ex contentis dissimilaribus, ex bullis, ex coloribus coronæ, & male olente urina, & colliquaminibus. 6

Septimus autem agit de præuidentijs ex priuatione hypostasis. Quid præuidendum ex urinis intermittentium & continuarum febrium. De præuidentijs ex affectibus cordis, pulmonis, hepatis, cerebri, uentris, costarũ, renum, uesicæ, intestinorum, uteri, podicis, deniq; extremitatum membrorum. Postremo, an uelocius an tardius ægritudo soluenda sit. 7

Actuarij eiusdem liber de cõpositione medicamentorum extat, sed Latine tantum exiuit hactenus. Basileæ in 8. Chartas habet 15. Translatus à Io. Ruellio, & post mortem interpretis à Dionysio Coronio recognitus atq; æditus, qui in præfatiuncula ad Lectorem ita scribit: De Actuario quoniam aliàs mihi plura erunt dicenda, cum uidelicet alij eius libri in lucem dabuntur, hoc in præsentia dictum uelimus, huius librum de compositione medicamentorum, Ruellio nostro uisum fuisse dignum, quem Romana à se datum colonia, posteritati relinqueret, ipsum uero authorem itentidem mihi uideri, cum potissimum eius doctrinam cõsidero, qui ut ueterum nouissimus, sic recentiorum primus merito censeri possit, quippe qui unus omnium optime illorum placita medicinasq; percallet, unus omnium maxime compendioso tradit artificio, & tantulo cogit enchiridio, quicquid bonæ frugis magna illa Galeni sylua cæterorumq; in hoc gènere similiũ immensa complectuntur uolumina, idem unus omnium bellissime cuncta recentiorum medi-

„ corum inuenta concinnat, & cum ijs quæ ipse per se reperit tam appositè iungit,
„ tam decenter usibus accommodat, ut de omnibus medium quoddam quasi tem-
„ peramentum facere uideatur. Hæc ille.

Ab initio uarias medicamentorum formas explicat, & compositionis metho-dum aliquam breuiter tangit. 2. Potiones febricitantium describit, & contra illos affectus qui febres comitantur remedia instituit, deinde obstructionem curat. 3. De antidotorum, pastillorum, catapotiorum & puluerum usu. Quæ medicamen
„ ta quatenus durent. Postea totius operis sequentis argumentũ proponit: Hinc
„ igitur (inquit) exorsi, de particularibus differemus medicamentis, & quibus sin-
„ gula uitijs subueniant. Deinde subnectemus purgantium medicaminum recen-
„ sionem ac delectum, nouissime post hæc exponemus quæ exterioribus uitijs con
„ ueniunt medicamenta. Vnumquodq; igitur primum inscriptam habebit pollici-
„ tationem, postea species, interdum & rationem componendi. Et paulò post: Medi
„ caminum quædam à nobis ædentur è Græcis medicorum monumentis deprom-
„ pta, quædam à nobis ipsis composita, nonnulla autem à uulgo audita & probata.

Mox igitur zulapia & serapia aliquot conficere docet, deinde pastillos, antido ta, & primum theriacam, estq; hæc prolixissima libri pars. Postea de liquoribus seu potionibus medicatis.

De usu purgantium. De simplicibus medicamentis purgantibus, quomodo singuli humores expurgandi sint. De uarijs medicamentis purgantibus compo sitis. De ijs quæ apposita purgant. Hæmagogon epithema. De glandibus & cly steribus. De errhinis & gargarizatu. De apophlegmatismis. De uomitu elicien-do. De myrobalanorũ generibus. Ratio miscendorũ medicaminum purgantiũ. De emplastris & linimentis. De pastillis quibusdam & pulueribus compositis. De pessis, & alijs uteri aniq; medicamentis. De oleis compositis. De morsibus uenenatorum.

Scripsit præterea medendi rationem omnium corporis affectuum à capite ad calcem, & alia quorum nihildum quod sciam publicatum est.

Laudat eum amplissime Ambrosius Leo in præfatione libri de urinis, qui uir autem & cuias fuerit, nusquam se inuenisse scribit.

T. ADAM abbas de Persema, D. Benedicti ordinis, scripsit
Sermones ad fratres lib. 1. De sanctis & diuersis materijs lib. 1.
Fertur etiam quosdam sacræ scripturæ explicuisse tractatus.

T. cl. 1494. ADAM VVernerus Themarensis, natione Theutonicus, scripsit multa carmina sparsim de diuersis rebus:
Carminum ad me, lib. 1. Reuerendo in Christo patri, lib. 1.
Epistolas quoq; multas. Ad me cudit de sancta Anna.
Alia insuper complura scripsit & scribit indies publicanda.

T. cl. 690. ADAMANNVS presbyter & abbas monasterij Huensis, scripsit
De locis terræ sanctæ, lib. 1. Et quasdam epistolas.

ADAMANTIVS cognomen est Origenis, de quo infra.

ADAMANTIVS sophista physiognomonicorũ libros 2. Græce scripsit ad Constan tium, partim ex Polemone alijsq; authoribus sententijs desumptis, partim experi-entia propria (ut ipse inquit) cõprobatis. Libellus Parisijs exiuit ex Vaurensis epi scopi bibliotheca erutus, 1540. in 8. Chartas habet 5. sed exiguas.

Eiusdem fragmentum de cura dentium, quos calidus morbus dolorificus affli gít, legitur apud Aëtium lib. 8. cap. 27. & de cura dentium ex siccitate laboran-tium, eodem lib. cap. 31. Item libro 3. cap. 172. citantur huius authoris uerba de uentis: opinor autẽ etiam duo proxima capita, scilicet cap. 173. & 174. Adaman-mantij esse: hoc, de diebus in quibus oriuntur in cœlo stellæ atq; occidunt aërem inmutantes: illud, de stellarum accessione, quam ἐπισημασίαν uocant.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [48] - 4r
PUBLIC DOMAIN

ADAMVS Fumanus Basilij Magni ascetica magna & parua conuertit. Gryphius Lugduni in fol. 1540.

ADDAEVS Mitylenæus, & Addæus Macedon, uterq; semel in Florilegio Planudis citantur. Alicubi etiam Adæus scribitur in eodem.

ADELBOLDVS episcopus Traiectensis, ex monacho, ut ferunt Lobien. ordinis sancti Benedicti, sub cuius persona Herigerus abbas dialogum de aduentu domini composuit, scripsit T.M.1027.

Vitam sancti Henrici Imperatoris, lib. 1. De laude sanctæ crucis.
De laude beatæ Mariæ. Sed & alia tam metro quàm prosa nonnulla ædidit, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

ADELMANNVS grãmaticus ex clerico Leodiensi episcopus Brixiensis. Fulperti Carnotensis antistitis quondam auditor, metro & prosa scripsit quædam cõmendanda opuscula, de quibus ad lectionis nostræ notitiam pauca peruenerunt. Scripsit ad Berengariũ Thuronensem olim apud Fulpertũ condiscipulũ suum, tunc errare & praue sentire incipientem, ualde prolixe & amice eum corripiens, T.cl.1040.

De corpore & sanguine domini, lib. 1. Collectaneum te uoco.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1.
Alia insuper multa tam metro quàm prosa scripsisse dicitur, quæ non uidi.

ADELMVS episcopus occidentalium Saxonum ex abbate Maildubensis cœnobij in Scotia ordinis S. Benedicti, scripsit gemino stilo quædam, T.cl.680.

De quibus ego tantum reperi subiecta. Cum adhuc abbas esset iubente synodo gentis suæ, scripsit aduersus errorem Britonum insigne & utile opus,
De celebratione Paschæ, lib. 1.
De uirginitate sanctorum metrice, lib. 1. Omnipotens genitor mun.
De eadem re prosaice, lib. 1. Reuerendissimus Christi uir.
Epistolas plures ad diuersos, lib. 1.
Alia quoq; multa scripsisse legitur, quę ad notitiã nostræ lectionis non uenerunt.

ADELPHVS abbas ordinis S. Benedicti, fertur scripsisse quędam, de quibus extant T.
Sermones ad fratres, lib. 1. Contra Sarracenos, lib. 1.
Et alia nondum à me uisa.

ADILREDVS abbas cuiusdam cœnobij, ordinis Cistertiensis, scripsit quædam, ex quibus extat opusculum religiosis uiris utilissimum, spiritualibus sententijs instructum, quod inscribitur, T.cl. circa annum 1200.

Speculum charitatis, lib. 1.
In Lucam, ho. 1. Cum esset Iesus annorum.
Et alia quæ non uidi.

ADREVALDVS, qui & Albertus, monachus Floriacensis cœnobij, ordinis sancti Benedicti, scripsit inter cætera sui ingenij opuscula à tempore translationis corporis sancti Benedicti, de cœnobio Cassinensi in monasterium Floriacense, usq; ad tempus Odonis regis Francorum historiam luculento sermone continentem, T.cl.890.

Miracula sancti Benedicti, lib. 1.
Et alia multa quæ non uidi.

ADRIANVS, uide Hadrianus.

ADRIANVS Papa primus, natione Romanus, libros tredecim epistolarum S. Gregorij papæ utilioribus decerptis breuiter in duos redegit. T.M.795.

Ad Leonem iuniorem & Constantinũ filiũ eius imperatores Constantinopol. scripsit
De ueneratione imaginum, lib. 1. Ad Carolum Imper. lib. 1.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1.
Adriani pontificis quodlibeta, impressa typis.

ADRIANI Cæsaris duo epigrammata Græca in Florilegio Planudis.

ADRIANI Barlandi dialogos, unà cum eiusdem opusculo de insignibus oppidis Germaniæ inferioris VVechelus Lutetiæ excudit.

Eiusdem iocorum ueterum ac recentium lib. 3. Primæ æditioni nunc adiecti sunt lib. 2. cum scholijs.

Collecti sunt autem 2. priores libri ex Macrobio, Pontano, Laërtio, Platina, & alijs quibusdam. Tertius ferè ex Martialis & Thomæ Mori epigrammatibus decerptus est. Eucharius Ceruicornus excudit Coloniæ, 1529. in octauo.

Idem Christiani hominis institutionẽ aphorismis descripsit. Liber exiuit Lugduni apud Frellæos, 1539. 8.

Compendiosas institutiones artis oratoriæ concinnauit. Louanij in 8.

Prouerbiales uersus ex Virgilio collegit. Henri. Petrus Basil, in 8.

AEGIDII cuiusdam epigramma in Florilegio Planudis extat.

T.cl.700. AEGIDIVS monachus Benedictinus, natione Græcus, scripsit opuscula quædam, ex quibus ego tantum reperi carminibus scriptos,

De pulsibus librum 1. Ingenij uires modicis.
De urinis lib. 1. Dicitur urina, quoniam.

* Ambo cum expositione Gentilis de Fulgineo impressi sunt primũ Lugduni 1505. in 8. chartis 15. Deinde Basileæ apud Thomã VVolffium, 1529. in 8. chartis 21. Libri quidẽ de urinis, chartæ sunt 12. & dimidia, alterius autem 8. cũ dimidia. Versus plærũq; barbari sunt, & prosodiæ leges nõ seruant, præsertim in Græcis.

Liber de urinis duas partes habet, quarum prima agit de iudicio urinarum secundum colores & substantias. Altera secundum distinctionem cõtentorum.

Liber de pulsibus primo in genere docet de 10. generibus pulsuum definiendo, & de quinq; considerationibus, secundũ quas differentiæ pulsus discernuntur. Secundo de speciebus generum, deq; circumstantijs & causis, ex quibus pulsus nominatur. Tertio præcipue tractat de significationibus pulsuum.

AEGIDIVS Bellamere scripsit consilia in iure, & licet in impressis sint solum consilia 48. Romæ tamen in bibliotheca Palatina inueni 148. Ludouicus Gomessius in suo indice iurisconsultorum.

Idem Aegidius scripsit super de foro competenti, c. Romana.
Super paragr. contrahentes, in fine suorum consiliorum.
De pluralitate beneficiorum.
De Rota Romana.

AEGIDIVS Bethsbrugius I.C. scripsit de usura centesima, triente, semisse.

T. AEGIDIVS de Fuscarijs, uir in iure canonico doctissimus, præclara quædam uolumina scripsit, ex quibus ego tantum uidi,

De ordine iudiciorum libros 3. In nomine domini nostri Iesu.
De officio tabellionis lib. 1. Restat nunc ut de offi.
Quæstiones iuris uarias.

AEGIDII de Mandelbertis disputationes 3. 12. in uol. rep.

AEGIDIVS Maserius Parisiensis scripsit commentarios in C. Valerij Flacci Setini Balbi argonauticôn libros 8. Lutetiæ apud Badium Ascensium (cuius instinctu etiam hæc scripsit) anno 1519. in fol. Chartæ sunt totius operis, carminum scilicet, indicis, & cõmentariorum 61. Correxit autem in carminibus poëtæ circiter mille locos, teste Badio.

T. AEGIDIVS Nettelet, decanus ecclesiæ Cameracensis, præclara quædam ædidit, è quibus extat opus celeberrimum omni statui necessarium, quod mirabili industria, pulcherrimaq; consequentia in unum comportauit ex epistolis Sancti Hieronymi presbyteri, lib. 4. Cætera me latent.

Viuit usq; hodie in ciuitate Cameracen. uita & doctrina celeberrimus, & uaria componit, sub Maximiliano Rom. rege.

AEGID.

AEGIDIVS de Roma, ordinis fratrum eremitarum S. Augustini prior generalis, ac deinde Bituricensis archiepiscopus, beati Thomæ Aquinatis quondam auditor, scripsit multa & penè infinita opuscula, de quibus ad manus nostras pauca peruenerunt. Feruntur autem eius subiecta, T. cl. 1280.

In Hexameron, lib. 2.
In Cantica canticorum, lib. 1. Sonet uox tua in auris.
In epistolas Pauli, lib. 14.
Super sententias, lib. 4. Candor est enim lucis.
Expositio primæ decretalis, lib. 1. Firmiter credimus &.
De regimine principũ excusus, lib. 1. Ex regia & sacratiss.
b Quodlibeta multa, lib. 1. Quæstiones propositæ.
In officium missæ, lib. 1. i De intellectu possibili, lib. 1.
Laudes sapientiæ diuinæ, lib. 1. De sapientia diuina in beatis, lib. 1.
De subiecto theologiæ, lib. 1. a De bona fortuna, lib. 1.
De corpore Christi, lib. 1. Quia inter cætera quæ.
e De mensura angelorum, lib. 1. Quod de mensura angelo.
d De cognitione angelorum, lib. 1. Quæstio, Vtrum ange.
De mortuis, lib. 1. Distinctio articulorum fidei, lib. 1.
e De gradibus formarum, lib. 1. Quæsitum est de deo.
De prædestinatione, lib. 1. Nobili militi domino.
f Theorica de esse & essentia, lib. 1. Omne esse uel est, &c.
De generatione & corruptione, lib. 1. Anima ut testatur phi.
De peccato originali, lib. 1. Ego sum puluis &.
De formatione humani corporis, lib. 1. In quo ponuntur, &c.
De potestate ecclesiastica, lib. 3. De carcere, lib. 1.
Compendium theologiæ, lib. 6. Veritatis theologicæ.
De renuntiatione papæ, lib. 1. Non ei placebit cum.
g Aduersus corruptorẽ librorũ Thomæ Aquin. lib. 1. Quare detraxisti sermo.
Sermones uarij, lib. 2.
h In omnes libros Aristotelis.
Epistolæ notabiles. Et alia non pauca. (Scoti.

* a Excusus est Venetijs, 1505. in fol. cũ alijs quibusdã, apud hæredes Octauiani
b Impressa Venetijs. c d e f g h i ibidem impressa. Quædã & Argentorati in folio exiuerunt.
h Extare scio impressa Aegidij commentaria Venetijs, in Aristotelis libros
Prædicamentorum, Perí hermenias, Priorum,
Posteriorum, Elenchorum.
Item in libros Physicorum, De anima, Metaphysicorum.
Eiusdem Aegidij scripta typis excusa habentur,
In artem ueterem,
Quæstio defensiua opinionis de medio demonstrationis.
De materia cœli contra Auerroym.
Elucubrationes in Petrum Lombardum.
Eiusdem castigationes extare legi, ubi an ipse castiget aliũ, aut ab alio castigetur, in dubio sum. Stilo barbaro utitur.

AEGIDIVS Tschudus Glaronensis (est autẽ Glarona unus ex confœderatis Heluetiorum pagis) uir clarus domi, & nuper præfectus Thermis, quod oppidũ est Heluetiæ calidis fontibus insigne, scripsit librum Germanicè de prisca ac uera Alpina Rhetia cum cætero Alpinarũ gentium tractu, mira antiquitatis obseruatione, locis illis peragratis, & optimis quibusq; in hoc genere authoribus, & uetustis ubiq; literarum ac instrumentorum, ut uocant, monumẽtis perlectis compositum.

Adiecit tabulam quoq; ubi ſcitiſſime regionum illarum, Rhetiæ, Heluetiæ, Sedunorum ac maioris partis alpium ſitus depingitur, cum Germanicis & Latinis locorum nominibus.

Hunc librum Sebaſtianus Munſterus Latinum fecit. Impreſſus eſt Baſileæ apud Iſingrinium, 1538. in 4. Chartas habet 18. Prima Munſteri Præfationem & Indicem continet. Circa finem acceſſit epiſtola eiuſdem Aegidij Tſchudi ad Beatum Rhenanum de nomine Germaniæ.

Tabula chartas nouem complectitur.

AELIANVS ſophiſta Rom. à Philoſtrato magnopere commendatur, quod Romanus homo tam probè atticiſſauerit, tamq; eleganter peregrinam à patria retinuerit uocem. Fuit auditor Pauſaniæ ſub Hadriano: deceſſit annorum LX. ſine liberis cum cœlebs fuiſſet.

Aeliani epiſtolia ruſtica Græce XIX. extant, excuſa ab Aldo Manutio cum reliquis uariorum authorũ epiſtolis. Folia ſunt 5. in 4. Imitatur colloquia & epiſtolas ruſticorum.

Eiuſdẽ liber de re militari, ſiue de inſtruendis aciebus. Lutetię apud VVechelum, item apud Colinæum, 1532. in 8.

Eiuſdem uaria hiſtoria nondum excuſa extat Græce in Italiæ bibliothecis.

Eiuſdem animalium hiſtoriæ libri 16. hoc tempore nondum publicati in lingua Græca. Ego aliquot exemplaria manuſcripta uidi, ordine capitum & librorum ualde diſſidentia, & Bononiæ ad S. Saluatorem uolumen habetur uaria hiſtoria inſcriptum, cuius plæraq; capita eadẽ quæ in libris animaliũ hiſtoriæ ſunt.

Aelianum hiſtoriographum alicubi citatum legi, non puto tamen aliam huius authoris præter animalium & uariam hiſtoriam reperiri. Quamuis autem hiſtoriæ uocabulum late pateat, hiſtoriographum tamen non alium proprie dici opinor, quàm qui humanam hiſtoriam ſcribendo illuſtrat, idq; κατ' ἐξοχήν.

Argumenta XVI. librorum hiſtoriæ animalium, ita ut Latine impreſſa eſt, Petro Gyllio interprete. Lugduni 1534. in 4.

Primus liber elephantorum naturam explicat.

2 Leonum, & pardalium ſiue pantherarum.

3 Canum hiſtoriam complectitur.

4 De equis, ac bubus tum domeſticis tum feris diſſerit.

5 De lupis, urſis, aſinis, onagris, onocentauris, mulis, camelis, rhinocerote, hyæna, crocuta.

6 De ſuibus, ceruis, feris capris, dorcadibus & cemadibus, capris domeſticis, ouibus, cynocephalis, Indicisq; animalibus Satyrorum ſimilibus.

7 De catobleponte, manticora, monocerote ab Indis nuncupato cartazono, chamæleonte, tharando, monope Pæonico, Pæphagis animalibus Indiæ pulcherrimam caudam habẽtibus, cepo, feris animalibus Samijs, ſphinge, ichneumone, ſimijs, uulpibus, leporibus, cuniculis, fele.

8 De muribus, muſtellis, herinaceis, teſtudinibus, ranis, cochleis, ſcarabeis, formicis, formica laẽrte & eiuſdem nominis ueſpa, eruca, araneis, phalangijs, mure araneo, ſcorpijs.

9 De ſerpentibus, draconibus, baſiliſco, aſpide, uipera, ceraſtis ſerpentibus, dipſade, hæmorrhoo, amphisbæna, colubro, hydris Corcyrenſibus, typhlope, iaculo, hyæna ſerpente, preſtere, ſepedone, paria, porphyro ſerpente Indica, lacertis, ſalamandra.

10 De ui & natura animalium aquatilium, & primum de balæna, maximis cetis, & uarijs piſcibus Taprobanæ inſulæ, iterum de cetis, Tritonibus, rotis, arietibus marinis, delphinis, crocodilis, ubi de trochilis quoq; & accipitribus auibus.

11 De thynnis, ſiluris, caniculis marinis & fluuiatilibus, ſcolopendra & urtica, ſcolo

ſcolopendra cetacea, ſcaro, ſargis, ellope, aulopio, acu, de piſce adonide exocæto appellato, æthnæo, anguillis, anthia, apuis, aſello marino, aſpargis, aurata, callionymo, capitonibus, cicadis marinis, citharo piſce maris rubri, denticibus, draconе marino, engraulis ſiue engraſicholis, fluuiatilibus equis, glani, glauco, marino grue: de maris rubri hygrophœnice piſce, de lacerto & charace, & ſagittario, hyæna, trachuro, thumo, torpedine & pulmone, hippocampo, iulidibus piſcibus, & lepore marino.

12 De lolliginibus & ſepijs, polypis (ubi etiam de muræna, locuſta, & aquila aue) iterum de ſepia, de piſce luna, lupo marino & mormylo, melanuro, merula marina, mullo & muſtello, muræna & uipera, muribus marinis, muſtello muſtelaq; terreſtri & marina, myrone piſce, orcyno, orpho, oue & epatho piſcibus, oxyrynchis, pagris & mæotis piſcibus Nili, pardali piſce, captura pelamidum, perſeo piſce maris rubri, phyſa, & phyſſalo piſcibus, pompylis, remora, ſcombris, ſimia maris rubri, thriſſis Aegyptijs, thymo piſce, torpedine, trocta, uitulis marinis, hirundine & accipitre piſcibus, uulpe marina, muſtello piſce, paſtinaca, muræna, xiphia, & alijs piſcibus Danubij, denicq; de marinis cantharis.

13 De rana marina uel piſcatrice, raia & ſquilla Indicis, aculeo paſtinacæ natatione & uolatu: de piſcibus uenenatis gobione dracone & paſtinaca, & quod eadem ſaltatione capiatur: de aſtaco, locuſta & polypo, marino leone, & cancris curſoribus: de metropoleos Epheſiæ cancris hoſtibus ſerpentium: de cancris, cancellis, & turbinibus, paguris, chamis, cochleis Ponticis, Nerite, conchis maris rubri, polypo piſce nauta nuncupato, margaritis & conchis, Indica margarita, de teſtaceis in genere, de patellis, pinna, purpura, teſtudinibus, echinis piſcibus, & de terreſtri aliquid, ſtellis marinis, ſpongia, de caſtore quadrupede, uerme Indico. Piſcium diuiſio generalis, de piſcibus Nili, deq; Hieropolitanis, de piſcium coitu, de lupo & mullo, de coitu piſciū, quod nō omnes piſces muti ſint. Quomodo piſces ad pariendū enatant in uicina flumina, quod diuerſas ſedes & cibos habeant, q; in mari alantur aqua dulci: de uaria & multiplici piſciū natatione. Quomodo ſe tepefaciant piſces in ſumma hyeme. Quomodo in ſinibus uadoſis piſces capiantur, de acrimonia piſcium in audiendo, lupi, ſalpæ, mugilum, &c. De piſcibus qui uiuunt in feruenti aqua: de piſcibus paludis Pæonidis, de ranis Seriphijs: quomodo mares ex ranis ad coitū alliciant fœminas. De piſcibus Armeniæ. Quomodo Lycij per piſces diuinant, de uarijs piſcibus Taprobanæ inſulæ: quomodo in Eridano & Tænaro piſces capiantur. Quomodo ex Iſtro conglaciante piſces capiantur: & de natura Antaceorum. Modus capiendi piſces in Macedonia.

14 De uolucribus. De aquilis, gryphibus, uulturibus, accipitribus, magna ſtruthione, cycno, anſere, attagene, gallo, gallinaceis Indicis, pauone, porphyrione, perdicibus.

15 De ſyroperdice Phrygio, de ciconijs, & obiter de herodijs & pelecanis: de cuculo, gruibus, aſteria, caprimulgo, hirundinibus, alcyonibus, ibe, luſcinia, lutea & uireone, charadrio ſiue galgulo, cyano, cinclo, cinamomo aue, dacnadibus, coſſubis, palumbis, cornice, coruis, paſſeribus, plateis ſiue pelecanis, uenatrice aue, turturibus, uulpanſere, ſpino, pico Martio, miluo & harpa, monedulis, anate, noctua, otide ſiue tarda, oto, upupa, auibus Diomedeis, merope, ſcope, & horione aue Indica.

16 De auibus peregrinis, apibus, & uarijs inſectis, & quædam de animalibus in genere. De pſittacis, de auibus inſularum Caſpij maris. Aues quibus animalibus terreantur, & quibus confidant. De auium maris & fœminæ pugna. De Caſtoridibus, de Caſpia uolucre, catreo aue, aue Caſpia uel potius Indica: de aue quam Indi celam, & alia quam cercionem uocant. De Indicis auibus ſandaricino colore: de meleagridibus, auibus Memnonis, parnopibus Galatarum, phattage Indi-

ca. Apicularum historia. De fuco, musca, asilo & tabano, locustis, uespis, cicadis, ephemeris, pyrausta, pyrigonis: de Musicis auibus, de auibus cantũ mutantibus, itemq; de marino lupo, & ceruario terrestri. Quomodo plantæ ramus alienæ arbori inseritur opera auium. De Arabiorum animalitũ uarijs coloribus, & ostreis rubri maris. Animalium diuersi soni. Bestias ad fortitudinem aliena hortatione, si cut homines, nõ egere. De animalibus quæ in Plutonis hiatum deijciuntur. Quo modo pinguescant animalia. Vbi crebrius abortus fiant. Quænam facile capiantur à quibusdam. Quomodo diuersæ nationes uario modo bestijs utuntur. De inuidis bestijs. Quomodo bestiæ quædam sine morsu mortem inferant: quod aliquę postquam attigerunt uenenatum quippiam acerbiores sint ad plagas. Quomodo lac apud Indos dulcescat. Quæ animalia alicubi in ueneratione sint. Quæ animalia quibus locis non sint. Mares præstare fœminis. De animalibus mutuo inter se odio flagrantibus. De amicitia & inimicitia diuersorum animalium: quæ animalibus quibusdam aduersentur. Quæ gentes ab animalibus deletę, aut expulsæ sint. Ex diuersis animalibus serenitatis & tempestatũ prognostica. Quænam sint quibusdam animalibus mortifera. Quæ bestiæ belli causa fuerint. De Libycis bestijs scientibus numerare. Hactenus argumenta sedecim librorum Aeliani historiæ, cuius tamen in catalogo bibliothecæ cuiusdam manuscripto xx. libros extare legi, nisi à scriptore erratum sit.

AELIODORVS præsul Tricensis, &c. in Raphaëlis Volaterrani anthropologia perperam scribitur pro Heliodorus. Vide infra.

AELII Antonij Nebrissensis cosmographia.
Lexicon iuris ciuilis contra quosdam insignes Accursij errores. Lugduni. 1537.
Commentarij in Auli Persij satyras. Lutetiæ apud Rob. Stephanum.
In aliquot sacræ scripturæ locos. Rob. VVinter Basil. in 8. cum alijs quibusdam.
Enarrationes in Cœlij Sedulij paschale opus.

AELII Dionysij opusculum de indeclinabilibus uerbis Græce.

AELIVS Donatus Grammaticus præceptor diui Hieronymi scripsit artem, quæ in manibus extat puerorum, quanquam in epitomen redacta. Raph. Volaterr.
Aelij Donati cõmentarij grammatici 3. ars prima, secunda, & de barbarismo, pedibus, tonis, cum Sergij in utranq; artem commentarijs, & Seruij Honorati in secundam interpretatione. Rob. Stephanus Lutetiæ.
Vtriusq; artis castigatissimum exemplar apud Ioan. Auentinũ est, nondum excusum, quod sciam.
Libellus de octo orationis partibus per Henricũ Glareanũ restitutus. Froscho. uerus Tiguri. 1540. in 8.
Libellum de barbarismo, pedibus, tonis. Soter impressit Coloniæ. 1536. in 8.
Extat eiusdem de literis & syllabis, earumq; accidentibus opusculum.
Argumenta scripsit in P. Ouidij fabulas, simul cum ipsis impressa Coloniæ à Gymnico in 8.
In Terentij comœdias annotationes habemus ex Aelij Donati, Cornuti, & Asperi ueterum Grammaticorum commentarijs congestas. Frobenius Basileæ, 1538. in fol. & Rob. Stephanus Lutetiæ.
Vita Terentij à Donato conscripta.
Vita P. Virgilij Maronis.
Fragmenta commentariorum in libros Aeneidis Virgilianæ, cum alijs interpretibus excusa Venetijs. 1520. in 4.

AELII Galli medicamenta quædam composita referuntur à Galeno libro secundo de antidotis.

AELIVS Gallus scripsit de significatione uerborum, quæ ad ius pertinent. Huius libri fragmenta seruantur in pandectis.

AELIVS

AELIVS Lampridius ad Diocletianum Augustum scripsit historias principum Didij Iuliani, & Cõmodi Antonini. Chartæ sunt 2. minus quarta parte. Frobenius Basileæ 1533. in fol. cum C. Suetonio & alijs.

AELIVS Martianus I. C. scripsit institutionum, lib. 16.
Regularum, lib. 5. De appellationibus, lib. 2.
De publicis iudicijs, lib. 2. Lib. singulares 3.
De delatoribus. Ad senatusconsultum Turpilianum.
Ad hypothecariam formulam.
Horum fragmenta producuntur aliquoties in pandectis.
Vide Bernardinum Rutilium in uitis iurisconsultorum ueterum.

AELIVS Promotus Alexandrinus Græcus medicinæ scriptor extat in Italia.

AELIVS Spartianus Hadriani imperatoris & Aelij Veri Cæsaris ad Diocletianũ Augustum historiam scripsit: aliorum enim principum historiæ ab eo conscriptæ, quarum meminit in præfatione de Aelio Vero dicturus, nihil amplius extat. Chartæ sunt in folio circiter 3. Frobenius Basileæ excudit, 1533. cum C. Suetonio & alijs.

AEMYLIANVS quidam epigrammatum scriptor Græcus in Florilegio Planudis citatur duobus in locis simpliciter, in tertio Νικαεὺς gentile adijcitur.

AEMYLIVS Ferretus nostri sæculi iurisconsultus scripsit annotationes in Cornelium Tacitum, quas Gryphius impressit Lugduni, 1541. in 8.

Commentaria siue Notas in Iustiniani institutiones, Paganus excudit Lugduni. Publicaturus est librum opinionum, quod ex amici cuiusdam epistola nuper cognoui, & alia plurima.

AEMYLII Hispani mulomedici scripta quædam Græca cum Absyrto & alijs impressa Basileæ in 4. 1537.

AEMYLIVS Macer I. C. à Papiniano instructus Alexandro imperante, scripsit
De re militari, lib. 2. De publicis iudicijs, lib. 2.
De officio præsidis, lib. 2. De appellationibus, lib. 2.
Εἰκοσῶψ, siue ad legem uicesimam de hæreditatibus, lib. 2.

Ex his libris multa citantur in pandectis.

AEMILIVS Macer quidam scripsit de herbarum uirtutibus carmine hexametrõ, stilo inculto, qualis ferè est Aegidij medici, qui simili carmine de urinis & pulsibus scripsit. Proinde nequaquam uerisimile uideri potest hunc fuisse Aemilium Macrum Veronensem poëtam, de quo scribit Ouidius,

Sæpe suas uolucres legit mihi grandior æuo,
Quæq; nocet serpens, quæ iuuat herba Macer.

Et rursus de eodem.

Tu canis æterno quicquid restabat Homero,
Ne careant summa Troica bella manu.

Alterius quoq; Macri mentionẽ facit Plinius epist. lib. 3. in epistola, cuius initium: Pergratum est mihi quod tam diligenter libros auunculi mei lectitas, &c.

Quis autem hic noster fuerit, uel qua uixerit ætate, nihil certi habemus, uidetur autem sibi propter studij similitudinem idem nomen adoptasse, quod ille Ouidij familiaris habuit. Apparet eum aliquid Græce intellexisse, quamuis prosodiam Græcorum plærunq; negligat, herbarũ enim nomina semper ab initio Græca præponit. Proinde & hoc argumento, & styli & carminis similitudine motus, aliquando cogitaui non alium hunc esse ab Aegidio urinarum scriptore, & facile hæc nomina transmutata sunt. Plinij & Galeni authoritate aliquando nititur, & recentiora medicamenta galangam & zedoar describit.

Opusculũ constat 6. chartis, in 8. impressum Basileæ, cum annotationibus Io. Atrociani, & postea Francofordę apud Egenolphum in 8. 1540. emendatius & au-

ctius quàm antea, & in 3. libros distinctũ, cum annotationibus Iani Cornarij, qui cum quartum in uetusto quodam exemplari repertũ, de quibusdã plantis, itemq; animalium partibus, ac terræ speciebus, fateatur non esse Macri: & quintus de lapidibus ac gemmis Merboldi episcopi uel Merbodei nomine inscribatur, in libri tamen frontispicio omnes 5. citra discrimen attribuit Macro.

Idem Cornarius in præfatione, tres priores libros, quorum primus & secundus de plantis uulgaribus tractat, tertius de peregrinis, hactenus creditum ait Macri cuiusdam esse monachi, qui quingentis plus minus annis ante nos uixerit, authorem interim huius opinionis nullum producens. Appellat uero Macrũ, absq; Aemilij prænomine. Et paulo post ita scribit. Certè capitũ ordo interturbatus, & corundẽ numerus in aliqbus exemplaribus auctior, subindicant eos subinde per alios atq; alios additione ac immutatiõe facta creuisse, & præsertim quartũ libellũ,

AEMYLIVS Perrotus scripsit in I. Gallus. Liber impressus. (&c.

AEMYLIVS Papinianus (uel, Aemylius Paulus Papinianus) uetus I. C. Scæuolæ discipulus, scripsit

Quæstionum,	lib. 37.	Responsorum,	lib. 19.
Definitionum,	lib. 2.	Libros singulares.	
De adulteriis,	lib. 1.	Ἀσυνομικῶν.	

Horum fragmenta citantur in pandectis.

Scripsit insuper ad edictum curulium, lib. 1. Digestorum, lib. 19. Quorum nihil extare puto. Vitam eius descripsit Bernardinus Rutilius.

AEMYLIVS Probus scripsit de uitis imperatorum, siue de externis imperatoribus. Liber excusus Venetijs apud Aldum, & Coloniæ 43. in 8.

AENEAE cùiusdam ad capitis dolorẽ pharmaca Galenus libro 2. cap. 2. de compositione pharmacorum secundum locos, recenset. Quorum experientiam, inquit, per Aeneæ usum habeo, à quo etiam descriptiones accepi, &c.

AENEAE Sophistæ Elenchus τῆς ἑλληνισιλογομαχίας, extat in Italia.

Aeneæ Sophistæ epistolæ Græcæ 24. fol. sunt 6. & dimi. in 4. Scribit aũt ad Iohannẽ quendã, ad Cassium, Alphiũ seniorẽ, Zonænũ sophistã, Vlpiam, Pampum Grammaticũ, Diodorũ scholasticũ bis, Zosimũ præfectũ, Sopatrũ sophistã, Marianum ἀπὸ ὑπάτων, Epiphaniũ sophistam bis, Encratiũ, Ioannẽ seniorẽ, Stephanum seniorẽ, Sarapionẽ, Dionysium sophistam, Theodorum sophistam, Gessium Iatrosophistam bis, Dorotheum seniorem, Marcianũ, Iulianũ architectum. Aldus impressit Venetijs cum alijs diuersorum authorum Græcis epistolis.

AENEAE Platonici Christiani de immortalitate animæ, deq; corporum resurrectione dialogus aureus, qui Theophrastus inscribitur, ab Ambrosio Camaldulensi cõuersus est ex Græco. Impressus Basileæ in 4. 1516. Chartæ sunt circiter 7.

Ex Beati Rhenani præfatione. Cõperi in legẽdo nõ Platonis aut Porphyrij, aut Syriani denique uel Procli illũ fuisse auditorẽ, sed circa Zenonis & Anastasij tempora floruisse, Platonicæ doctrinę studiosum. Nam circa dialogi finẽ uidisse se magnæ Libyæ sacerdotes ait, exectis à tyranno linguis, articulata nihilosecius uerba pronunciantes. Quod supplicij genus Hunericus VVandalorum rex, qui tunc Afris imperitabat, homusianis inflixit. Sic enim orthodoxos in quadã epistola uocat, cum ipse faueret Arrianæ factioni, &c. Eruditio certè hominis, & mysteriorum philosophiæ præsertim Platonicæ neutiq; uulgaris cognitio, tum poetica rum fabularũ passim intertexti flores, illis fuisse temporibus uicinum arguunt.

ARGVMENTVM ex eadem præfatione. Porrò negat primum Aeneas in hoc dialogo Platonicorum μετενσωμάτωσιν, hoc est, animæ de corpore in corpus migrationem, docetq; nõ ante uixisse animam, neq; rursus hic uicturam, Porphyrium & Iamblichum ridens. Deinde Syrianum ac Proclum damnat, nec non celebrem illam Pythagoræ παλιγγενεσίαν, & Apollonium Tyaneum nobilem illum impostorem.

impostorem. Sub hæc illorum opinionẽ refellit, qui priorẽ animæ uitam astruunt, nempe quod hic sit pauper, ille diues, hic ægrotus, ille salubri corpore: quasi uero hæc ob admissam antea noxam, uel ob prioris uitæ bene merita contingant, & non potius ex Dei prouidentia. Mox extollit liberum arbitrium. Postremo docet immortalem esse animam, & suo uestitam corpore resurrecturam, rationem reddens cur Deus supramundanos spiritus simul produxerit, animas uero quotidie creet, mundumq; hunc aliquando soluendum ostendit, neq; animam in hanc uitam redituram. Hæc fermè quo retulimus ordine disputantur. Dialogi illius interlocutores sunt Aegyptus Alexandrinus, Euxitheus Syrus, Theophrastus Athenienſis. Ego hunc eundem esse crediderim cum superiore Aenea sophista.

AENEAS Syluius, dictus postea Pius papa secundus, natione Tuscus, patria Senensis. T.M.1464. De scriptis eius subiecta feruntur, magnis eloquentiæ neruis composita.

De miseriis curialium,	lib.1.	Stultos esse qui regibus.	
De educatione liberorum,	lib.1.	Omnibus qui ad uirtutis.	
Solutio quæstionum,	lib.1.	Aderat nuper Cæsarea.	
De duobus amantibus,	lib.1.	Vrbem Senas unde tibi.	
Contra Thaboritas,	lib.1.	Quamuis apud Bohœmos.	
Ad Nicolaum de Cusa,	lib.1.	Venit ad me hac ipsa.	
De fide ad Turcum,	lib.1.	Scripturi ad te aliqua.	
De profectione in Turcas,	lib.1.	Ezechielis prophetæ.	
Ad episcopum Cracouiensem,	lib.1.	Heraldus Alphonsire.	
De concilio Basiliensi,	lib.1.	De ortu Nili fluminis,	lib.1.
De studio uenandi,	lib.1.	De fato quoq;	lib.1.
Abbreuiationes Blondi,	lib.20.	Fuit autem in urbe Con.	
De ortu & historia Bohœmorum	lib.1.	Interitura esse quæq;	
Præcepta rhetoricæ,	lib.1.	Bene esset uir illustris.	
Europa, ad Anto. Card.	lib.1.	Podagrantem me nuper.	
De præscientia dei,	lib.1.	Dialogus contra Turcas,	lib.1.
De grammatica,	lib.1.	Historiarum opus imperfectũ,	lib.1.
Epistolarum ad diuersos,	lib.1.	Non cogit me necessitas.	
De clade Constantinopol. oratio,	lib.1.	Constantinopolitana clad.	
De clade uniuersalis ecclesiæ,	lib.1.	Inuitus quidem beatissi.	
In conuentu Mantuano oratio,	lib.1.	Cum bellum hodie aduer.	
Ad Calixtum papam oratio,	lib.1.	Solent plerique omnes.	
Coram cœtu Cardinaliũ oratio,	lib.1.	Moses uir dei, beatiſſ.	
De rebus à se gestis,	lib.1.	Orationes uariæ.	

Epigrammata plura, & quædã alia elegantissima, quæ ego non uidi opuscula scripsisse dicitur, quibus nomen suum posteris notificauit.

Aeneas Syluius (postea creatus Pontifex Romæ, Pius II. dictus) inter tot occupationes etiam in extremo historiam orbis geographiæ cœptauerat, magis uere ac diligenter quàm eleganter. Nam eloquio quodam naturali ac laterum firmitate magis quàm literis clarus habebatur, scriptaq; eius quanquam sermone carent Latino, uim tamen & uirtutes ostendunt oratorias. Raph. Volat.

Idem scripsit decadum Blondi epitomen, qua omnis ab inclinato Romanorũ imperio historia, quæ cœpit ferè anno Christi 407. per 100. & amplius annos miro compendio, citra obscuritatem complectitur. Bebelius Basil. 1533. in fol. Operis chartæ sunt 44.

Aeneæ Syluij familiarium epistolarũ opus, in quadruplici uitæ eius statu transmissæ, primum cum esset imperialis secretarius, deinde Episcopus, deinde Cardi-

nalis Senensis, postremo iam Pontifex maximus Pius II. cognominatus. Excusum Norimbergæ in folio, anno 1481. Chartas habet 114.

Collegit aũt has epistolas, quidã Nicolaus de VVile, sacri Lateranensis palatij aulæq; imperialis cõsistorij comes, ut ipse in præfatione huius uoluminis testatur.

Singulis epistolis præfigit argumentum, ac in fronte libri argumenta singula per tabulam enumerantur.

Sunt aũt 431. epistolæ, quibus acta regum & principum describuntur: aliæ familiares ex officio tantũ amicitiæ, nonnullæ cõmendatoriæ, & aliæ uariæ, ut quæ gratiaś agunt, gratulantur, &c. Nos earum argumenta solum hic proponemus, quæ maxime ad rem literariam facere uidentur.

Epistola quarta, hortatur ad literas discendas, quæ cum omnes homines, tum principes decorant.

Quinta, laudat agriculturam.

Decima, quales magistratus esse debeant.

Duodecima, de Sicilia an sit duplex.

Decimatertia, de rege Ladislao.

18 Exhortatoria ad unionem ecclesiæ.

35 Nymphiplexim libellum se scripsisse ad Sozimum medicum de laudibus Baptistæ mulieris, cuius esse uersus inquit ultra 2. millia.

42 De incerto curialium statu.

43 Rex Aragonum se cingit in auxilium Rhodijs contra Thurcos.

44 Noua de Thurcis.

45 Quomodo uxor ducenda & principibus seruiendum sit.

46 De monte Veneris.

49 Leges dicit esse uariabiles.

51 Bello Thurcorum & Vngarorum rex Poloniæ & Cardinalis S. Angeli ce
55 Remedium ad resarciendam ecclesiæ pacem. (ciderunt.

59 Diuitibus non expedit condicere bellum.

60 Commendat pugnantem pro sanguine claro & pro iustitia.

63 Noua de Vngaria, & de conuentu Nurebergen̄.

64 Laudat eloquentiam, eamq; ad Britannos usq; prouectam.

68 De morte Cardinalis Aquileien̄. & de rebus concilij.

70 Fama non est contemnenda.

72 De diætis Germanicis.

77 Probat ueram esse scientiam discere mori.

82 Fortuna cur non æqualis omnibus. (prohibet.

85 Suadet pacem particularem, ubi uniuersalis haberi nõ potest, & mendacia

86 Delphin regis Franciæ filius Alsatiam obsedit, & Suitenses apud Basileam miserabili clade prostrauit.

88 Mori etsi formidabile, omnibus tamen necesse est.

91 Commendat uitam agrestem & commoda ruris.

94 Suitenses superbi, non se iustitiæ accommodant, sed ipsam iustitiam sibi famulari uolunt.

101 Concordiam inter Polonos & Australes suadet.

103 Inundatio Danubij, & grando in modum oui.

104 Tria problemata soluit. Vtrũ prudentia sit idem habitus cum scientia moralí. Cur poẽtæ nostris temporibus sint adeo pauci. Cur uiles cutes cadauerum, antiquæ camisiæ & cera in cancellarijs uendantur pro optimis muneribus.

106 Amoris illiciti remedium.

108 Somnium de fortuna describit.

110 Consolatur amicum de morte coniugis.

111 Poëſim laudat, & iuris ſcientiæ præfert.
112 Scribit hiſtoriam Euryali & Lucretiæ amatoriam, Zoſimi medici rogatu: cuius chartæ ſunt quinq;. Hanc à ſe ſcriptam fuiſſe iam creatus pontifex epiſtola 409. dolet ac pœnitentia ducitur.
119 Conſolatur mœrentem ſuper morte amici.
126 Heraldorum nomen aut officium unde ortum habeat.
130 Dialogus contra Bohemos & Thaboritas de ſacra communione ſub una ſpecie, chartas habet quatuor.
131 Oratio de Conſtantinopolitana clade, & bello contra Thurcos congre-
141 Conſtantinopolitanæ cladis uera hiſtoria. (gando.
155 Paſſagium perſuadet contra Thurcos ex clade Conſtantinopolitana.
159 Dux Venetorum reddit certum imperatorem Romanum de clade Conſtantinopolitana.
162 Ad Nicolaum V. Pont. max. de clade uniuerſalis eccleſiæ, de ſitu & fertilitate Vngariæ, & aduerſis Prutenorum contra Cruciferos ordinis Theutonicorum.
165 Viennam ciuitatem deſcribit.
166 De miſeriis curialium tractatus.
173 Dubitat an uxorem ducat cum ſit inops.
188 Conſolatur principem infirmum.
191 De utilitate literarum.
Sequentes epiſtolas iam Cardinalis ſcripſit.
220 Hiſtoria de terræmotu, cometa, & Thurcis.
228 Conſolatio ſuper morte amici.
232 Decima & indulgentia prædicatur contra Thurcos.
266 De morte comitis Ciliæ, & præſagio cometæ.
268 Reprehendit eum qui conſolationem ſuper filij morte non admittebat.
276 & 232. & 308. & 374. & 382. 420. Res nouas Italiæ ſcribit.
234 De bellis Italiæ.
301 Contra negantes auctoritatem ſummi Pontificis à Chriſto inſtitutam eſſe.
305 Prologus in epiſtolam Ioan. Chryſoſtomi.
306 Epiſtola Ioan. Chryſoſtomi in exilio conſtituti.
319. 345. & 348. & 351. & 352. 383. 385. Excuſantur grauamina Germanicæ nationis, & 370.
337 Conſolatoria ob mortem amici.
367 De palatio Budenſi, & aliquid contra Baſilienſe concilium.
378 Conſolatoria ſuper morte filij.
Hortatur contra Thurcos in epiſtolis, 275. 390. 391. 392. 393. 394. 401. 406. 407. Refert metum de feritate Thurcorum. 279.
398 Significat Pariſienſibus ſe papam electum.
410 Referat fidei noſtræ ueritatem, & collidit errores Machumet, & ſectam eius. Hanc epiſtolam ſeorſim quoq; excuſam uidi, unà cum Morbiſani Thurcorum imperatoris reſponſo.
411 Oratio Pij papæ in conuentu Mantuano habita.
412 Bulla de profectione in Thurcos, & de prærogatiuis eiuſdem paſſagij.
413 Oratio Aeneæ ad Calixtum papam offerendo imperatoris obedientiam.
414 Oratio Aeneæ coram Pont. max. & ſenatu Cardinalium, imperatore coronato præſente, & eius nomine ad paſſagium inducendum.
425 Pogius Florentinus de ſchola Epicureæ factionis, quæ regnat in Theutonia in balneo naturali dominorum de Baden Heluetiæ. Charta media.
426 Eiuſdē epiſtola de condēnatione Hiero. hęretici in cōcilio Conſtantienſi.

427 Leonardi Aretini de crudeli amoris exitu Guiſgardi & Sigiſmundæ Tancredi Salernitarum principis filiæ: hiſtoria ex Boccatio translata.

428 Vindicta illatæ uiolentiæ, quam de ſe extorſit Lucretia Romana ſpeculũ pudicitiæ.

431 Libellus Aeneæ Syluij de educatione liberorum ad Ladislaum Hungariæ & Bohemiæ regem. Chartas habet 6. & dimidiam.

Aeneæ Syluij Senenſis, Cardinalis S. Sabinæ hiſtoria Bohemica à principio gentis uſq; ad Georgium Poggiebratium Ladislai regis ſucceſſorem, ad Alfonſum regem Aragonum conſcripta.

Chartæ ſunt 16. in 4. Capita libri 72.

Præfatio ad Alfonſum regem.

Caput primum, de ſitu Bohemiæ, fluminibus, ciuitatibus, ac moribus gentis.

2 De origine gentis.

3 De Zechio primo duce.

4 De Croco ſecundo duce.

5 De Libuſſa filia Croci, quæ multis annis rexit Bohemiam.

6 De Primislao tertio duce.

7 De Valaſca puella, quæ principatum Bohemiæ more Amazonum ſeptennio potenter obtinuit.

8 De Sarca puella, quomodo Siradum nobilem deceptum occiderit.

9 De quarto, quinto, ſexto, & ſeptimo ducibus, quorũ nomina, Mnimislaus, Mnatus, Vorcius, & Vinslaus.

10 De Grezomislao, qui & Neclam dictus eſt, octauo duce: & graui bello quod cum patruo ſuo Vratislao geſſit.

11 De perfidia Duringi, qui & Vratislai filium ſibi commiſſum interfecit, pœnamq; condignam recepit.

12 De Noſtirico nono, & Borſiuoio decimo, ducibus: quorum hic ultimus paganorum fuit, & tandem cum uxore ſua fidem Chriſti ſuſcepit.

13 De ſitu Morauiæ, & Suatocopio penultimo eius rege: qui & primus Chriſtianus inter Morauiæ reges fuit.

14 De Spitigneo undecimo, ac Vratislao duodecimo ducibus Bohemorum.

15 De S. Venceslao martyre tertiodecimo: & fratre eius Boleslao quartodecimo, Bohemorum ducibus.

16 De Boleslao decimoquinto duce.

17 De Boleslao decimoſexto duce.

18 De Vdalrico decimoſeptimo duce.

19 De Biſetislao decimooctauo duce.

20 De Spitigneo decimonono duce.

21 De Vratislao uiceſimo duce.

22 Vratislaus dux Maguntiæ in regem creatur per Heinricum imperatorem quartum, regnoq; Bohemiæ Poloniam, Sleſiam, Luſaciam, Morauiamq; adiecit.

23 De Conrado uiceſimoprimo, Biſetislao uiceſimoſecundo, Boleslao uiceſimotertio, ac Borziuislao uiceſimoquarto, Bohemorum ducibus.

24 De Vladislao uiceſimoquinto duce, & rege ſecundo.

25 De Sobieslao uiceſimoſexto, Friderico uiceſimoſeptimo, Conrado uiceſimooctauo, Bizetislao uiceſimonono, & Venceslao triceſimo, Bohemorum ducibus.

26 De Primislao triceſimoprimo duce, & rege tertio.

27 De Venceslao rege quarto, & Othokaro rege quinto.

28 De S. Venceslao Bohemorum rege ſexto.

29 De Venceslao rege ſeptimo.

30 De Rudulpho rege octauo.
31 De Heinrico rege nono.
32 De Ioanne rege decimo.
33 De Carolo rege undecimo, qui & postea Romanorũ imperator factus Carolus quartus dictus est.
34 De Venceslao Bohemorum rege duodecimo, qui & rex Romanorum fuit.
35 De Hussitarum professione.
36 De Ioan. Huss. & Hieronymo hæresiarchis, in Constantiensi concilio igni traditis.
37 De morte Venceslai regis.
38 De Ioan. Zischa Hussitarum capitaneo strenuo & uictorioso.
39 De Sigismundo Bohemorũ rege tertiodecimo, & Romanorũ imperatore.
40 De ciuitate Thabor & extructione eius, fratribusq; Thaboritis.
41 De Adamitis hæreticis.
42 Quomodo Sigismundus Bohemiam ingressus coronam regni acceperit, minusq; feliciter pugnauerit.
43 De Orebitis hæreticis.
44 De multis prælijs & uictorijs Ioan. Zischæ.
45 De Ioan. Rochezana presbytero hæretico.
46 De morte Ioan. Zischæ.
47 De orphanis hæreticis, qui se post mortẽ Zischæ separauerũt à Thaboritis.
48 De expeditione in Bohemiam contra hæreticos & rebelles per Martinum Papam v. instituta, & de infelici pugna contra eosdem.
49 De inchoatione Basiliensis concilij, & uocatione Bohemorum ad ipsum concilium, ut fidei suæ rationem redderent.
50 Oratio Iuliani Cardinalis ad Bohemorũ legatos, cum responso eorundem.
51 De uictoria Bohemorum fidelium, & debellatione mortecq; Procopij, ac aliorum hæreticorum.
52 Quomodo Sigismundus Romæ coronatus post multas dissensiones & bella cum pace & gaudio à Bohemis suscipitur.
53 De morte Sigismundi imperatoris, & quẽ reliquerit hæredẽ in testamento.
54 De sepultura Sigismundi.
55 De Alberto Bohemorum rege quartodecimo, & etiam Romanorum rege.
56 De morte regis Alberti.
57 Quomodo Bohemi post mortem Alberti eligunt in regem Albertum Baioariæ ducem, qui electioni consentire noluit.
58 De Ladislao infante Bohemorum rege quartodecimo.
59 De morte Barbaræ imperatricis uxoris Sigismundi.
60 Quomodo Australes Ladislaum regem ab imperatore petentes, non exauditi bellum mouent, Nouamq; ciuitatem obsident.
61 De electione comitis Ciliæ, & priuatione administrationis suæ.
62 De coronatione regis Ladislai.
63 De restitutione Vlrici comitis Ciliæ.
64 De dolo comitis Ciliæ, Ioan. Huniadem ab administratione regni Hungariæ cupientis amouere.
65 De cruce signatis, eorumq; pugna contra Thurcas, & uictoria apud Albam Hungariæ.
66 De interfectione comitis Ciliæ per Ladislaum Huniadis filium patrata.
67 De laude Ioan. Huniadis per regem Ladislaum pronunciata.
68 De captiuitate filiorũ Ioan. Huniadis, & decapitatione Ladislai filij sentoris.
69 De coniuge regi tradenda.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [61] - 10v
PUBLIC DOMAIN

70 De infirmitate & morte Ladislai regis.
71 De opinione & causa infirmitatis & mortis regiæ.
72 De Georgio Pogiebracio rege Bohemorum sextodecimo. Finis capitum.

Author hunc librum scripsit circa annum Domini 1457. quo adhuc regnabat in Bohemia Georgius Pogiebracius, aduersus quem crucem prædicari, propter Hussitarum sectam, quam susceperat, Pij successor Paulus papa II. decreuerat.

Hoc opus postea repurgatum, & integris periodis locupletatum ad exemplar manuscriptum, Basileæ excusum est anno 1532. deinde Salingiaci apud Ioan. Soterem, 1538. in. 8. Chartis 11. & dimid. Inscribitur etiam Vitichindus hæc historia.

Pij secundi Pont. Max. Asiæ Europæq; descriptio, ueterũ simul ac recentium res memoratu dignas complectens, maxime quæ sub Friderico III. apud Europæos Christiani cũ Thurcis, Prutenis, Soldano, & cæteris hostibus fidei, tum etiã inter sese uario bellorum euentu commiserunt. Liber impressus in 8. Coloniæ, ut uidetur. Chartas habet 32.

Ordo libri ex præfatione.

» Quæ per nostrum æuum gesta sunt memoratu digna (quantum cognouimus)
» enarrare curabimus, prisca nonnulla præmittentes, quæ uel cognitionem maio-
» rem rerum, uel ornatum afferant: digeremusq; singula per sua loca, & ab orien-
» tali plaga facientes initium, per medias prouincias narratione deducta, ad occi-
» duas nostrasq; oras remeabimus. De locorum gentiumq; natura & situ, quæ ui-
» debũtur necessaria, inserẽtes. Et quoniã rerum, quas scribimus, quasq; mortales
» agitant, campus est ipse terrarum orbis, quatenus colitur cum interiectis & cir-
» cumfusis aquis, pauca de ipso in cõmuni attingenda sunt, priusquam partes eius
» & locorum historiam aggrediamur.

Capita libri, in quo Asia describitur.

1 De mundo in uniuersum, forma eius, & plagis terræ.
2 An mare circumnauigari queat, sententiæ.
3 De marium & sinuum diuersitate secundum uarios authores.
4 De longitudine & latitudine & climatibus terræ.
5 An sub æquinoctiali circulo ac torrida zona sint habitationes.
6 Partitio nostræ habitabilis in Asiam, Africam, & Europam tres principales partes, & ubi coniungantur.
7 Qui Africæ, Europæ, Asiæ limites: & de diuisione Asiæ per Taurũ montẽ.
De prima Asiæ parte.
8 Generalis distributio Asiæ in sex præcipuas partes.
9 De Seribus populis.
10 De gente Atocorum, Ciconibus populis, seu ut alij uolunt Sementinis, & quæ de Macino prouincia denarrauit Nicolaus Venetus.
11 De Sacis populis, quos & Nomadas appellant.
12 De Massagetis, ubi & de adolescẽte, qui tempore Pij papæ Solem adorabat.
13 De Anthropophagis, Essedonibus, Arimaspis, & id genus immanium hominum.
14 Qui populi inter Iaxartem fluuium & Hyrcanum mare incolunt: & de habitantibus sub polo Arctico, & Hyperboreis populis.
15 De Arimphæis populis, non absimilibus Hyperboreis, Cataio, & quæ de his locis enarrat Nicolaus Venetus.
16 De Sogdianis & Bactrianis.
17 De Aria & Hyrcania, & mirifica harum regionum uite.
De secunda Asiæ parte.
18 De secunda Asiæ parte, & Sarmatis generatim.
19 De Albanis, & de bonitate soli, ac gentis simplicitate, & prisca eorum superstitione.
20 De Amazonibus & Gargarensibus, & ex quibus prolem suscipiebant.

21 De

21 De Iberia, Iberis, uictu, ueſtitu, & republica eorum, & quomodo quóue tempore Chriſti fidem ſuſceperunt, quodq; Georgiani nunc appellentur.
22 De Colchis, & quæ flumina Colchidē claudunt, & de Tragelapho, & quantum Colchis olim claruit.
23 De Dioſcuriade, & apud eam linguarum uarietate, & aurati uelleris ficta fabula, de uictu & ueſtitu eorum qui apud Dioſcuriadem conueniunt.
24 De Syracoris, & Troglodytis, & nominum mutatione, & de pellibus quæ ab iiſdem manant.
25 De Alopecia in Mæotide inſula, quæ miſtorum hominum domicilium continet, quantáue opprimantur glacie & & frigore.
26 De Phanagoria, & de Gigantibus Venerem adorantibus, de Polemonis regis morte.
27 De Zogoris & Heniochis, de lemborū magnitudine, eorum maritimis furtis, de Enochiorum regum multitudine.
28 De Scythis, eorum origine, ſedibus incertis, uictoria: & quomodo de eis triumpharint Romani.
29 De Aſiaticis Scythis, eorūq; ferocitate, unde Attilas, de eorum fœditate, & quomodo Hungaros uelint eſſe Scythas, quomodóue quidam Hungarica lingua ſint loquentes.
30 De Parthis, apud eos uario terræmotu, ſermone miſto, de eorum uario inceſſu, & uaria regū ſucceſſione, atq; in bellis multa nunc regni populatione, nunc autem auctione.
31 De Coſdroa tyranno, & uictoria Heraclij, crucem Domini ablatam ac iterū eſſe reſtitutam: de Maumethe pſeudopropheta, nec non inſigni uictoria Thamerlanis Parthorum ducis.
32 De ſitu Mediæ, ac diuiſione generatim, de montibus eius, fluminibus, Atropatia regione, & lacu Spantha.
33 De Media magna, & ſolo equis paſcendis apto, ex hac ueſcos equos genus habere: de herba quæ Medica uocatur, equorum nutritura, abundantia.
34 De Medorum in Venerem profuſione, de uxorum multitudine, & Medea quæ ibi regnauit.
35 De Armenia, quod Tigris fluuius in ea naſcatur.
36 De Armeniæ montibus uarijs: quod Arca Noë in montibus Armeniæ hæſerit, & quanta niue ſint obruti.
37 Qui fluuij ſint in Armenia, & de Arſino lacu, aqua quæ in illo propter celeritatem impermiſta feruet: de equorum apud eos bonitate, & eorundē opulentia.
38 De opulentia Armeniorum, auctione, Thanaide dea, de ueſtitu atq; Sarapatis populis.
39 De regibus & tyrannis, qui Armeniam uiciſſim inuaſerunt, atq; grauiſſima inter ſe prælia commiſerunt.
40 Quomodo Armeni Chriſtiani ſint facti, & Tyridates gentis illius rex ſit ad baptiſmum conuerſus.
41 Quanta ſit longitudo, quantáue latitudo Aſiæ minoris. De Aſia minori.
42 In quot ſit diuiſa Cherroneſus.
43 In quot ſit diuiſa Cappadocia.
44 De ſitu minoris Armeniæ, quomodo Deum coluit, quāuis in errores nonnunquam lapſa.
45 De Cathaonia, & de Pyramo fluuio, eiusq; alueo.
46 De Thianenſi prætura, quot Cappadociæ præturæ, ubi Aſiæ fanū, in quod nudæ mulieres nudis pedibus primores ingrediuntur.
47 De Argeo, & quomodo Cappadocia lignis careat: & de Argei ſitu.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [63] - 11v

48 De Mazaca, de exemplo, quomodo parentes uereri debent pueri, hic gesto, quibus abundet Cappadocia, Onychitum lapidem in ea inuentum.
49 De Ponto, quare Cappadocia aliquando dicta, Leucosyris, cuius sit figuræ Pontus.
50 De Gadilonetica regione.
51 De Themiscyra campo, & quomodo Pontus regio sit fertilis, & in ea uiri docti orti sint.
52 De Sydina, & soli fertilitate.
53 De Coma urbe, & quanta incolarum superstitio, de uarijs Ponti regionibus, & unde Germani salis habeant excoctionem: de Sandara monte, ubi metalla effodiuntur, & qui Pontici Christum colant.
54 De Heraclia, ex qua Heracletus.
55 De Henetis, Sinopensibus, & de eorum uico Harmena, unde Diogenes Cynicus, & alij complures.
56 De Galatia, & in eam Gallici hostis pulchra uictoria.
57 De Lycaonia, & lacu Tacta, & de mira salis congelatione, & cuius fraude interierit Amyntas.
58 De Pisidis, & quomodo Styrace syluæ abundent.
59 De Bithynia, eiusq; urbibus compluribus.
60 De Salone & Nicæa, eiusq; figura.
61 De maiori Phrygia, eiusq; urbibus, & quomodo à Christo delapsi.
62 De Mysis, Lydis, & Mæonibus, quomodo uiri hi literati, & ad Christum proni.
63 De insigni ciuitate, quæ diu sub Attalicis regibus fortunata fuit.
64 De Sardensibus, & uiris apud eos excellentibus: de Troade, & urbibus ad eam pertinentibus.
65 De Adractia, & quomodo homines cum serpentibus cognationem habere dicantur.
66 De Dardania.
67 De Ilio duplici.
68 De Ida & eius fluminibus: deq; pinu quæ mira magnitudine pulchra est cognominata.
69 De Tenedo insula, & quod in ea castellum fuerit nobilissimum, quod cum Veneti & Genuenses pro eo multis inter se prælijs contenderent, communi consensu est deletum. Item de urbe Alexandrina, quæ prius Sigæa uocabatur, deq; in ea Smynthei delubro sacris muribus habitato.
70 De agro Lecti, campo Halysio: item de salibus Tragescis, qui Etesijs uentis spirantibus sponte nasci dicuntur.
71 De Palæscepsi, & qui ex ea Socratici fuerint philosophi. Item de Theophrasto, & eius bibliotheca.
72 De Anderis, mirandoq; lapide, qui solus cõbustus in ferrum, cum terra quadam in argentum falsum, quæ terra si æs accepisset in aurichalcum uertebatur: de Pitana urbe Aeolica, quodq; apud eam lateres inuenti sint, qui super aquas innatarent.
73 De Cuma Aeolicarum urbium maxima, & quomodo Cumani insulsi & hebetes sint putati: item de Larissa.
74 De Lesbo Aegæi maris insula, & quot in ea urbes memoratu dignæ sint: itẽ qui philosophi, poëtæ, & rerum scriptores ibidem floruerint. Insuper de fœmina, quæ urbem à Turcis una seruauit.
75 De Ionia minoris Asiæ regione: de Mileto & Epheso, quæ totius Ioniæ urbes fuere clarissimæ: de Branchidis oraculum Didymeum Xerxi prodentibus: de uiris

uiris ex Mileto memoratu dignis: de Latmio Endymionis Astrologi monte. Item de Auerno pestiferas exhalationes habente.

76 De Samo Aegæi maris insula, de tabulis, statuis, & Colossis in ea pulcherrimis: de Polycrate annulum aureum in mare proiciente, & eum paulò post in piscis à piscatore accepti uentre inueniente. De Pythagora philosopho, & quod Calcaphontis confabulatoris sui animam diu noctuq; secum degere dicebat.

77 De Icaria insula, & quæ de ea dicta sunt fabulosa: de Ortygia insula, in qua Latona peperisse fertur: de Curetibus & Ephesiæ Dianæ templo nonnihil scitu dignissimum. Item qui apud Ephesum uiri memoratu digni fuerint.

78 De Colophone, & qui ex ea uiri fuere clari: de Lebedo, & quod in eo loco scenicorum histrionum fuerit collegium: de Erythris ciuitate Ionica: de Coryco monte, à quo & Corycei piratæ sunt dicti.

79 De Chio insula, deq; in ea uino Aruisio Græcanicorũ optimo. Item de Mastiche ibi nascente.

80 De Clazomenis, & Smyrnæorum sinu ac ciuitate: de Leucis gentibus, & quod apud eas P. Crassus in prælio occubuerit.

81 De Magnesia, & iuxta eam Thorace monte, apud quem Daphita Grammaticus, propterea quod reges uersibus incesserat, crucí est affixus: unde & prouerbium, Caue à Thorace, natum est. Item de Trallibus, & ex eis uiris illustribus: de Nissa, & mirabilis naturæ antro Charonio.

82 De Mycale monte: de Hierapoli urbe, & quod aquas calidas habeat, quæ in tophum durabantur. Item de ore Plutonio nonnihil mirum creditu. (rimo.

83 De Caria, & apud Halicarnassum Mausoleo. Item de Salmací fonte celeber

84 De Coo maris Aegæi insula, Longoum à nostris iam dicta, deq; in ea Venere ab Apelle picta: & quod in ipsa domus Hippocraticæ ostendantur adhuc ruinæ.

85 De Astypalæa maris eiusdem insula, ex Cycladibus una: & quod in ea Dianæ Cindialis templum fuit, quod circumpluí crederetur. De in mediterraneis tribus memoratu dignis urbibus, Mylasis, Stratonicia, & Alabandis.

86 De Antiochia Asiatica, & Cibyreis populis linguis quatuor utentibus, quodq; apud eos facile erat ferrũ extornari: de Caribus, qui & Leleges dicti sunt. Item qui propríe dicantur Barbari.

87 De Lycia minoris Asiæ tertia parte, deq; in ea Dorica Cherroneso, de Gnido promontorio. Item de Caunis populis, uiridem colorem habentibus.

88 De Rhodo insula, & quod apud eam Thelchines populi ferri & æris fabricam primi inuenisse dicuntur: de Colosso & Protogenis tabula: de uiris in ea claris: de religiosis militibus beato Ioanni dedicatis. Item de canibus, Christianis aduentantibus blandientibus, & Thurcas morsibus impetentibus.

89 De Lycia, in qua 23. urbes in suffragijs dandis participabant: de tribus Chelidonijs insulis asperis: de Climace monte, qui iter facientibus eum pelago nudante peruius est, & quod apud eum Alexander per hyemem incidens, cum suis militibus mare fluctu restagnante, umbilico tenus est mersus.

90 De Pamphylia, & in ea Cataracte fluuio perquàm impetuoso, quodq; in ipsa Pamphylia Christi Euangelium sit susceptũ, postea in Mahumetis dogma deuentum.

91 De Cilicia duplici, Trachea scilicet & Campestri: de emporio nomine Delus, apud quod mancipiorum millia multa quotidie uenundabantur: de Arsinoe & Amaxia cedrinifera: de Scandalaro oppido, cuius dominus hominum uiginti millia armare posset.

92 De Pœcila petra scalis excisa: de Coryco monte, & antro crocum optimum producente: deq; ibidem specu flumen ingens emittente, quodq; flumen ipsum à

terra inuisibiliter absorptum in mare delatum exeat. De Zeniceto pirata, qui capto monte Isaurico, se cum tota domo concremauit.

93 De Zephyrio Ciliciæ promontorio, & Anchiala urbe in qua Sardanapali sepulchrum cum statua uisebatur: de Cydno flumine & eius natura: de Tarso, & quod apud id uiri fuerint percelebres cõplures, inter quos & Paulus Apostolus.

94 De Mallo urbe, & qui apud eam uiri clari fuere: de montis Amani portis Amanides appellatis: de Pindo amne, iuxta quẽ Alexander cum Dario conflixit.

95 De Cypro insula, & in ea promontorijs, quodq; in eo cuius summitas Olympus Veneris Acreæ templum fuit, quod mulieribus nec uidere nec adire licebat: de Clidibus, & Carpasijs circa Cyprum adiacẽtibus insulis: de promontorio, unde qui Apollinis aram tetigissent, præcipitabantur. Item de Treta, Boosura, Palæpapho, Arsinoë altera, Hierocepia & Papho.

96 De Acama promontorio, Nicosia, Famagusta, & Atraclensi hodiernis in Cypro urbibus: quod apud Colossum castellum cucurbitæ nascantur tantę, ut ex eis picatis efficiantur dolia. Item quod æs, metallum, uitriolum, rubigo æris, canna mellis ex qua saccarum excoquitur, plurimum apud Cyprum abundent.

97 Historia de bello apud Cyprum facto. Item quomodo Iacobus Cyprius nothus, Soldano fœdum & execrandum præstitit iuramentum.

98 Quo iure Soldanus Cyprum, & Thurca Rhodum sibi uendicent. Disputatio qui primum populi Asiam minorem coluerint: quiq; duces apud eam armis præcipue claruerint.

99 De Mithridatis Eupatoris laudibus admirandis. Item de mulieribus in Asia clarissimis.

100 De Thurcarum origine & moribus. Item de Ottomanorum progenie.

Capita libri in quo describitur Europa.

1 De Hungaria, siue ut nõnulli uolunt, Pannonia: de Sigismundo imperatore catholicæ fidei ad unitatẽ redactore: de Alberto rege Bohemo in imperatorẽ Romanorum à Germanis electo: de Iacobo Marchiano ad tumultum sedandum crucifixigero: de multis alijs & ducibus & regibus, inter quos de Matthia, qui ex carcere ad regnum est uocatus.

2 De Transsyluana regione, Teutonibus, Siculis, & Valachis populis eam incolentibus.

3 De Thracia & populo in ea, quomodo Byzantium, quod & Constantinopolis dicitur, à Constantino imperatore Romanorum, muris & pulcherrimis ædificijs auctum sit. Item de synodo facta super S. Spiritus processione.

4 De Thurcarum origine & propagatione, uictu, uestitu, & moribus eorum.

5 De bello contra Thurcas ab Hungaris duce Ioanne Huniade cõmisso. Item de altero ab eisdem contra eosdem, magno Christianorum detrimento, facto.

6 De alio bello per Huniadem, qui ignominiam apud Varnam acceptam abolere cupiebat, celeriter apparato: & quod Amurates à uita priuata ad bellum ducendum sit reuocatus.

7 De Mahumete fidei Christianæ ferali inimico, & quod Constantinopolim Thraciæ urbem excellentissimam armis & Christiana fide spoliauerit.

8 De Mahumete in Hungariam ad Saum usq; flumen exercitum ducente, & ab Alba uulnere sub papillam accepto turpiter refugiente.

9 De Macedonia, urbibus, fluminibus, montibus, & alijs in ea rebus.

10 De Boëtia, Thebis, montibus, & fontibus in ea sacris.

11 De Hellade, quæ & Græcia, & Attica est dicta.

12 De Peloponneso, & eius forma, de Isthmo, Examilio muro ab Amurato diruto.

13 De Acarnania, & strage memoratu digna à Io. Vintimilio in ea facta.

14 De

14 De Epiro XIIII. gentes authore Theopompo cõtinente, quod apud eã Paulus Aemilius imperator Romanorũ urbes LXX. fundítus euertit, quodq; in sinu Ambracio Cæsar Augustus Antonium & Cleopatram bello Attico deuicit.
15 De Albania, inter Dyrrhachium & Apolloniam regione.
16 De Illyricis gentibus, de Manichæis hæreticis, deq; matronis certo tempore post infirmitatem cum monachis promiscue manentibus.
17 De Dalmatia, & Croacia, & ubinam Liburnia.
18 De Istria hodie Schlauonia dicta, & quod Pomp. Mela & Nepos Istrum amnem à Danubio in Adriam fluere falsò crediderunt.
19 De Carnis & Iapidibus.
20 De Carinthia, ritu apud eam in nouo principe creando: quomodo nobiles ex Ingonis principis conuiuio ad Christi fidem fuerunt inclinati: de consuetudine in fures, & de comite Henrico uiro corruptissimo.
21 De Stiria, olim Valeria dicta, quod Fridericus comes uxorem suam amore concubinæ propria manu interfecit. Item quod nobilis quispiam, qui seipsum laqueo suspendere sæpe cogitabat, missa audienda est usus remedio.
22 De Austria & aliquot rebus gestis in ea.
23 De Morauia, per quam nulli propter latronum insidias transitus patet.
24 De Sclesia prouincia: de mira apud Vratislauiam urbem seditione: deq; Bulcone Opilienſi, uiro neq; inferos neq; superos esse dicente, animamq; cum corpore interire putante.
25 De Polonia regione uasta, quod in ea domus luto & materia componantur, equi syluestres & uiri inueniantur. De Vladislao cum regno baptismum suscipiente, deq; Frederico Brandeburgensi, & Alberto Bauario regnũ quodlibet pro se recusanti.
26 De Lituania regione, Vitoldo uiro facile sanguinario in ea regnante: de soli ad transitum æstiuo tempore difficultate, gentis in moribus qualitate: & quæ super sacrorum diuersitatibus Hieronymus Pragensis eremita denarrauit.
27 De Ruthenis, & quomodo principatus apud eos soleat assequi.
28 De Liuonia semiferos homines in una sui parte continente.
29 De Prutenis, & quomodo fidem Christianam à Teutonicis fratribus S. Mariæ sumpserint.
30 De Saxonia, fluminibus, gentibus, & oppidis in ea.
31 De Turingia, oppidis, & nobilibus templis in ea. De ritu mirabili super homine grauioribus uicijs inquinato.
32 De aliquot alijs in Saxonia oppidis, & rebus in ea gestis scitu dignissimis.
33 De Dania siue Dacia siue Suetia & Noruegia. De Margarita trium regnorũ insigni domina, deq; uaria trium regum fortuna.
34 De Bohemia succincte.
35 De Phrisia, moribus gentis eius, & soli qualitate.
36 De Hollandia, & Traiectensibus. Et quomodo Friburgiũ in ius Sabaudensium sit conuersum.
37 De Hassia, & aliquot rebus gestis in ea.
38 De Francia nobili prouincia, origine Francorum, & qui primum duces & reges in ea fuerunt.
39 De Franconia, ubi de Alberto uiro in armis dexterrimo, & quod suis egregijs factis Achilles Teutonicus sit cognominatus.
40 De Baioaria, & unde gens ipsa secundum Strabonem sit deducta.
41 De rebus nonnullis in Marchionatu Badensi gestis: ubi de Suitensium in hostes deuictos mira crudelitate.
42 De Ludouico Delphino Viennensi bellũ in Basilienses mouẽte. De Amedeo

Sabaudiæ duce, ex ducatu eremum, ex eremo ſummum pontificatum, & ex ſummo pontificatu Cardinalatum ſubeunte. Item de Bolomero in lacum demerſo: & Ioan. Segobienſi Alcoranum Mahumetis traducente.

43 De Ioanna uirgine Lothoringenſi Anglorum copias è Francia fugante. De Flocheto pontem arcis nouo commento inuadente, deq; Thalboto Anglo duce cum filijs ad Burdegalam in bello cadente.

44 Quod Gandauenſes ſupra uiginti millia ciuiũ amittentes Philippo duci Burgundię ſe ſubmiſere: quodq; Delphinus Viennẽſis Agnetem occidere tentauerit.

45 De Anglia inſula, & quod olim Britannia, quodq; Albion fuerit dicta. De rege Henrico, Sofulſo, Eboracenſi & Somerſeto, ducibus.

46 De Scotia, & mirandis apud Orcades arboribus ſuos fructus in aues mutantibus. Item de Hybernia.

47 Quod Hiſpania ſit in quinq; regna diuiſa, & quod apud ipſam nonnulla ſcitu digna ſint geſta.

48 De Genuenſibus, & eorum crebris in principatu reipub. mutationibus.

49 De Mediolanẽſibus & uarijs apud eos rebus geſtis, Philippo Maria, & Franciſco Sforția, ducibus.

50 De Venetis, & quod Franciſcus Foſcarius dux ab imperio depoſitus, animam indignatus ſtatim emiſerit.

51 De Mantuanis.

52 De Ferrarienſibus, & diſputatione apud eos inter Græcos & Latinos facta.

53 De Bononienſibus, & factione inter Baptiſtam Connetulum & Hannibalem Bentiuolum.

54 De Florentinis, & diuerſis apud eos rebus geſtis.

55 De Senenſibus, & eorum aliquot bellis: item de Hermaphrodito.

56 De Plumbinenſibus, Galeatio Baldaſino uiro in armis dexterrimo.

57 De Viterbio.

58 De Roma, & apud eam Eugenio, Nicolao quinto, & Calixto tertio, ſummis pontificibus, alijsq; uiris multis percelebribus.

59 De Vmbria, & Piceno, & diuerſis in eis bellis à uarijs ducibus confectis.

60 De Ioſia duce Aſculano.

61 Quod apud Vrbinates dux Oddo, & protonotarius Carpenſis propter ſuã in fœminas libidinem fuerunt interfecti.

62 De Sigiſmundo Malateſta duce Ariminenſi.

63 De Fauentia, & Fabrienenſibus.

64 De Aquila Marſorum, ubi de diuo Bernardino Senenſi.

65 De Neapolitano regno & multis prælijs per Alphonſum Aragoniæ regem, & alios duces non paucos in ipſo regno Neapolitano, & alijs locis factis.

Finis capitum deſcriptionis Europæ.

Aeneas Syluius ſcripſit commentarium in quatuor libros Antonij Panormitæ de dictis & factis Alphonſi regis Aragonum, quo capitatim cum Alphonſinis contendit. Baſileæ 1538. in 8.

Eiuſdem epiſtola de literarum ſtudijs, excuſa.

Acta concilij Baſilienſis.

Aeneæ Syluij Germania, qua continentur, graua mina Germanicæ nationis.

Confutatio eorundem cum replicis.

De concilio Conſtantienſi & Baſilienſi.

Deſcribuntur hic urbes, ciuitates, eccleſiæ, epiſcopatus, Abbatiæ, principatus, & nobiliſſimæ familiæ Germanorũ. Impugnatur cõſtitutio ſynodi Baſilienſis de col-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [68] - 14r
PUBLIC DOMAIN

de collatione beneficiorum, cum replicis, in bulla Leonis X, de ecclesia reformanda fundatis.
De concordatis principum.
De officio papæ, & eius officialibus.
De ueritate Christianæ religionis.
Profectio Iacobi Marchionis Badensis Romam, eiusq; oratiuncula ad Papam, eiusq; responsio Friderici III. & Maximiliani, cæterorũq; Germaniæ principũ.
De duobus Falsarijs Romæ sub Innocentio VIII. combustis.

Renatus Beck excudit Argentinæ 1515. chartis 19.

Io. Antonius Campanus episcopus Aretinus Pij secundi uitam conscripsit, quam Egenolphus Francfordiæ cum alijs doctorum uitis excudit: ibi hæc eius uerba sunt de scriptis Pij:
Iuuenis Niraphilenticum scripsit uersu magis facili & expedito quàm accurato.
Poëmata quoq; in epistolarum modum complura.
Scripsit ad Ladislaum regem Boëmorum adhuc adolescentem libellum unum de arte Grammatica, mox alterum de regia institutione, cum in Germania ageret.
De rebus Boëmicis ad Alfonsum. Ad Federicum de Noricis integros commentarios. Rerum sui temporis in Italia gestarum lib. 12. quod opus nondum absolutum cum uita finiuit, uetuitq; publicari, nisi emendaretur. De Eurialo, de ortu Nili, de studio uenandi, de hæresi Hussitarum, de dignitate Cæsaris, de potestate concilij, de sanguine Christi, de ueritate Christiana ad Mahumetem Turcam, de gloria belli suscipiendi ad Franciscum Sfortiam, de erratis Basiliensium, de fortuna, de defensione poëtices, de miseria curialium singulos libellos, quorum magna pars dialogis constat. Descripserat in Pontificatu Asiam minorem, maiorem mors intercepit. Præter Scotiam, Noruegiam, & Lituaniam (aliâs Luraniam) Rhodon quoq; & Mitylenen & Lesbon, & Cyprum expressit accurata breuitate. Reliquit epistolarum 4. uolumina distincta temporibus. Orationes eius quatuor & uiginti extant.

AESCHINIS Athenienſis rhetoris uitam Plutarchus & Philostratus scripserunt. Raphaël Volaterranus in Anthropologia sua ex Philostrato conuertit.

Epistolas eius optima disciplina refertas Aldus Venetijs impressit Græce cum plurimis aliorum epistolis in 4. Epistolarum Aeschinis chartæ sunt 2. tres epistolæ ad senatum & populum mittuntur, una ad Philocratem, & una ad Ctesiphontem, reliquæ inscriptis nominibus carent. Orationes eius idem excudit & uitam, cum alijs 12. rhetorum orationibus, forma folij.

Ex orationibus eius quarta, quæ Deliaca dicitur, eius linguam & stilum meritò uidetur, & à plærisq; Hyperidi tribuitur. In tribus autẽ omnis eius dicendi uis animaduertitur: contra Timarchum, in defensione illius de legatione, in accusatione Ctesiphontis, quæ postrema Latine etiam impressa est Basil. apud Cratandrum cum operibus Ciceronis Leonardo Aretino interprete.

AESCHYLI poëtæ tetrastichon elegiacum in Florilegio Planudis legitur.

AESCHYLVS Athenienſis, primus in lucem protulit tragœdias, teste Quintiliano, subtilis, grauis, & grandiloquus sæpe usq; ad uitium.
Tragœdias eius sex, Prometheum uinctum, Septem ad Thebas,
Persas, Agamemnonem, Eumonides, Supplices.
Aldus impressit Venetijs in 8. 1518. Chartis 14. Est autem æditio corruptissima. In primo eius quaternione omnes fabulæ, quas hic poëta scripsit, enumerantur.

AESCVLAPIVS philosophus Trallianus scholia Græca scripsit in primum & secundum librum Arithmeticæ introductionis Nicomachi. Extant Romæ, & alibi nondũ publicata quod sciam: aliâs non Trallianus, sed Traianus scribitur, peræque opinor.

AESOPI Phrygis uitam & fabulas Maximus Planudes conscripsit, ut suo loco dicemus.

Ex epistola AETII præceptoris Eunomij quædã ἀμφοτέρων ἀνομοιωτῶν, Græce Romæ in Vaticana.

AETII Amideni medici sermones seu libri sedecim, in quibus cuncta, quæ ad curandi artem pertinent congesta sunt, ex omnibus qui usq; ad eius tempora scripserant, diligentissime excerpta, præcipue autem

Ex Adamantio sophista,	Andromacho,	Antonio Musa,
Antyllo,	Apollonio,	Aspasia,
Archigene,	Asclepiade,	Critone,
Demosthene,	Didymo,	Dioscoride,
Galeno,	Heraclide Tarentino,	Herodoto,
Hippocrate,	Leonida,	Lyco.
Marcello,	Oribasio,	Philagrio,
Philumeno,	Posidonio,	Ruffo,
Seuero.	Sorano.	

Libri Græci ex Aldi officina 8. solum exiuerunt forma folij, 1534. Chartis 91. Latine uero omnes Basileæ à Frobenio impressi sunt primũ, 1535. partim à Ioanne Baptista Montano, partim à Iano Cornario translati. Deinde iterum 1542. omnes à Iano Cornario de integro uersi. Prior æditio chartas habebat 231. & index præterea 5.

Argumenta sedecim librorum Aëtij Amideni.

In primo & secundo libro compendium simplicium medicinarum ex Galeno, & alimentorum uires continentur, de plantis, de metallicis, de terrarum lapidũq; generibus, de animalibus, tum quadrupedibus, tum uolatilibus, tum in aqua degentibus, de uniuersis quæ alunt, & quæ non alunt, de his quæ facile distribuuntur, quæ facile concoquuntur, quæ stomacho conferunt, quæ flatũ nõ gignunt, quæ prompte corrumpuntur, de absterg entibus, de incidentibus, & de appositis.

In tertio de uarijs exercitijs, de concubitu, de sanguinis missione, de purgantibus medicinis, tam simplicibus quàm compositis, de glandibus, de clysteribus reliquisq; priuatis inanitionibus, de cataplasmatis, dropacibus, sinapismis, rubificantibus, de aëris diuersitate, de uentis, de aquis, de balneis tam naturalibus quàm arte paratis.

In quarto, de alendis infantibus, de uictu sano sequentium ætatum usque ad senectutem, de lassitudinibus, tam à labore quàm spontaneis, de dignotione temperaturarum tam uniuersalium quàm particularium, & de intemperamenti correctione.

In quinto, iudicatio, prænotio, curatio febrium ephemerarum, synocharum, & putridarum: & de accidentibus quæ continuas febres sequuntur: in quibus agitur de deliquio animi, de syncopa, de uigilijs, de siti, & reliquis huiusmodi, & de dulcibus potionibus ægro exhiberi solitis.

In sexto, quicunq; in cerebro & capite consistunt affectus, de delirijs omnibus, de resolutione uniuersali & particulari, de alopecijs quæ in superficie capitis fiunt, de caluitie, de uarijs pustulis, de ægritudinibus nasi & aurium.

In septimo de uniuersis oculorum ægritudinibus.

In octauo de supercilíorum ornatu, de linimentis ad hypopia & liuores, de præseruantibus faciem, & smegmata diuersa, & pasmata, id est, pulueículi odorem corpori inferentes: de maculis à sole cõtractis, de lentigine ac reliquis circa faciem affectibus, de impetiginibus, de oris ac tonsillarum morbis, de asperæ arteriæ, thoracis, pulmonis, cordis & laterum affectibus.

In nono,

In nono, de oris uentriculi, deq; ipsius uētriculi ægritudinibus, de colicis, cœliacis, dysentericis, tinesmis & uermibus.

In decimo, de hepaticis, splenicis, regio morbo, cachexia, hydrope.

In undecimo, de diabete, de renum ac uesicæ morbis, & de uenereis.

In duodecimo, de coxendicibus, de morbo articulari, in quo acopa ad plurimos usus describūtur & malagmata, id est mollientia linimenta ad resolutionem.

In tertiodecimo, de morsionibus animalium, & ferís quæ morsu uenenum inijciunt, de uenenosis medicamentis, de antidotis plurimi usus, de elephantiasi, de pruritu & scabie, de cicatricibus nigris, de utraq; uitiligine, de lepra.

In quartodecimo, de sedis, pudendorum, ac scroti uitijs, de thymis, formicis, & huiusmodi, & de simplicibus medicinis quæ imponuntur emplastris, de uulneribus sanguinolentis, de neruis uulneratis, de inflammationibus, de abscessibus, de ulceribus recentibus, de diuturnis, de malignis, de cancerosis, de carbunculis, de erysipelatibus, de ulceribus quæ serpunt, de ampullis, quas phlyctænas uocant, de intertrigine, de contusionibus, de attritionibus, de plantarum digitorum & unguium affectibus, de uaricibus, de uena Indica, quam dracontion seu uermiculū uocant.

In quintodecimo, de œdematibus, scirrhis, strumis, meliceride, steatomate, atheromate, & ganglijs, & de emplastris uarijs plurimorumq; usuum.

In sextodecimo, de mulierum affectibus, de suffumigijs, & quorundam unguentorum confectiones, foliatorum, spicatorum, & de œnantharijs.

AFRICANVS mulomedicus cum Absyrto, uide Aphricanus.

AFRICANVS uetus I. C. scripsit Quæstionum lib. 9. quorum fragmenta in pandectis habentur.

AFRICANI cuiusdam historiographi uerba aliquando citat Eusebius in Chronicis, ut in Artaxerxe & alibi.

AGAPETVS diaconus magnæ & sacrosanctæ Dei ecclesiæ, scripsit sententias paræneticas numero 72. ad Iustinianum Cæsarem Græco sermone, quam Græci schedam regiam appellant: disserit enim de regis officio. Cæterum primæ omniū sententiarum collectæ literæ ita sonant: Τῷ θειοτάτῳ καὶ βασιλεῖ ἡμῶν Ἰουστινιανῷ, Ἀγαπητὸς ὁ ἐλάχιστος διάκονος. Excusæ Basileæ apud Frobenium cum fabulis Aesopi Græcis, primum seorsim Græce, deinde cum Latina interpretatione oppositа in 8. Charta una est.

In Chronicis Matthæi Palmerij legimus Agapitum Pontificem Romanum LVI. anno uno præfuisse, & Constantinopolim profectum ad Iustinianum interijsse circa annum salutis 538. Vide Volaterranum Raphaëlem in Anthropologia, ubi historiam Pontificum texit. Apud Hermannum Contractum inuenio Agapitum Diaconum quendam sub Decio imperatore martyrio coronatum circa annum salutis 250.

AGATHIAS Scholasticus Smyrnæus fuit, qui scripsit historiam illam de rebus Iustiniani principis post Procopium Cæsariensem, ea uidelicet quæ sub Belisario acciderunt, & in Italia atq; Libya gesta sunt: hoc est, quæ sub Narsete in Italia ac Lazorum regione atq; Byzantio contigere. Hic composuit alios quoq; libros & metricos & oratione soluta: tum illa quæ uocantur Daphnica, & orbem nouorum epigrammatū, quæ ipse coēgit ex poētis iuxta tempus. Hæc deinde Maximus Planudes monachus lasciuioribus resectis castrauit: sunt autem, quæ nunc uulgo circumferuntur: de quibus copiose in Maximo Planude dicetur. Floruit cum Paulo Silentiario atq; Macedonio cōsule, ac Tribuniano, Iustiniani temporibus. Ex Suida, & Raphaële Volaterrano.

Extant hodieq; eius historiarum tomi Græci Romæ, nondum quod uiderim Græce excusi: Latini autē facti sunt à Christophoro Porsena priore S. Balbinæ,

quos Heruagius Basileę in folio excudit 1531. cum Procopio de rebus Gothorum, & alijs quibusdam historicis. Sunt autem historiarum libri quinq, & absoluuntur chartis 32.

In Bibliothecæ Vaticanæ catalogo post commemoratos Agathiæ historiarum tomos, statim subijcitur in sequente uersu: Apophthegmata philosophorum, ita ut dubitem, opus ne sit ab incerto authore collectum, aut quod magis puto ab eodem Agathia, quando & epigrammata ei congerere uisum est, inter quæ plurima passim leguntur ipso authore conscripta, ac inter cætera epitaphium Eugeniæ sororis, & aliud matris Byzantij sepultæ: & epigramma ad Paulum Silentiarium. Sunt autem in uniuersum circiter LXXXIII. eius epigrāmata uarij argumenti.

AGATHEMERI Orthonis hypotyposin Geographiæ alicubi manuscriptam extare ex erudito quodam uiro Venetijs cognoui.

AGATHII Guidacerij sacræ theologiæ regij professoris Lutetiæ Parisiorum, peculium, cuius argumentum ex ipsius authoris epistola cognoscetur, quæ huiusmodi
» ferè est. Etsi sanctarum in originalibus linguis scripturarum publicis lectioni-
» bus obstrictus, commentaria quæ in linguam sanctam conscribere institueram,
» nondum absolui: primas tamen eius præceptiones saltem ædere in præsentia uo-
» lui. Quamobrem ecce ex probatissimis Hebræorum præceptoribus, Mose Kim-
» hi, Pethah Debarai, Michlol, alijsq (in quorum scripta me ut à Christianis parenti
» bus progenitum, ac à teneris, ut aiunt, unguiculis, Latine Græceq & nō Hebrai-
» ce eruditum, Latina commentaria conscribere, puto feciſſe satis) de literis, de punc-
» tis, de quantitate syllabarū, de accentibus, deq perfecta deniq (in qua omne cœ
» lestis huiusce linguæ uersatur decus atq dulcedo) pronūciandi ratione, primum
» hunc libellum damus: Daturi mox, Christo auxiliante (si hæc placere uobis intel-
» lexero) & de octo partibus orationis alterum, subindeq & ad ea, quæ in peritissi-
» mi Dauid Kimhi, Michlol, ad huius artis dikduk, id est, subtilis cōsiderationis ex-
» ercitationem (sic enim Hebræi, id quod nos Grammaticam dicimus, appellant) co
» piosissime tradita sunt, elucubranda ædendaq accedemus.

Excusum est hoc opusculum Lutetiæ apud VVechelum, anno 1537. in oct. chartis 5. & dimid.

AGGENI Vrbici commentarius in Iulij Frontini librum de limitū iure & agrorum qualitate excusus est cum Theodosij codice, Basil. apud Hen. Petrum, 1528. in folio. Liber est paulò minor duabus chartis.

AGNELLVS episcopus scripsit epistolam ad Arminium de ratione fidei, in qua præcipue Arianam hæresim refutat, Dei patris & filij consubstantiali & coæua natu-
» ra. Initium tale est: Frater Martinus exegit literas ad tuam charitatem mitten-
das. Charta est in folio dimidia, & uersus insuper 16. Henricus Petrus excudit Basileæ, 1528. cum uarijs diuersorum theologorum opusculis: inscripsit totum uolumen Antidotum contra hæreses.

Rabbi AHA scripsit opus de accentibus, excusum Hebraice.

Rabbi AHERON scripsit librum Hahenoch, impressum ni fallor.

AITONVS Armenus Aitoni regis Armeniæ nepos, qui fuit anno 1290. historiam de Tartaris conscripsit. Raph. Volaterranus in Paralipomenis. Vide Orbem Rerum Basil. 1555. fol. p. 902.

T. ch. 1200. ALANVS de insulis, natione Theutonicus, scripsit metro & prosa pene infinita opuscula: sed pauca eorum ad notitiam meam peruenerunt. Reperi enim duntaxat subiecta in titulis.

Super Sententias,	lib. 4.	Quodlibeta quoq,	lib. 1.
Oculum sacræ scripturæ,	lib. 1.	Reuerendissimo patri &.	
De doctrina quoq,	lib. 1.	Omnis scientia suis nititur re.	
In quinq libros Moysi,	lib. 5.		
a In Cantica canticorum,	lib. 1.	Cum multi ad ornandum.	

De

De pœnitẽtia ad Biturícen. pa. lib. 4.
De æquiuocis myſticis, lib. 1.
De planctu naturæ, lib. 1.
b De parabolis, lib. 1.
De arte prædicandi, lib. 1.
De naturis animalium, lib. 1.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1.
Dei gratia Biturícen. pa.
De ſex alis Cherubin, lib. 1.
Summam uirtutum & uitiorũ, lib. 1.
A phœbo phœbe lu.
c Anticlaudianum, lib. 1.
Sermones plures, lib. 1.

Fertur deniq; in multos bibliæ libros commentarios & lecturas inſignes ædidiſſe, præcipue in Prophetas, in Euangelium, & in Apoſtolum. De quibus nihil uſquam potui inuenire. Miranda quædam de eo narrantur, quibus ego fidẽ nec aſtruo, nec temere infringo.

* a Liber typis excuſus eſt.

b Alani carmina elegiaca, quę parabolę uel doctrinale altũ inſcribuntur: ſunt autem ſententiæ morales cum expoſitione barbara, in 4. chartæ 6. excuſæ.

c Anticlaudiani poẽmatis ſic inſcripti, libri nouem ſunt, non unus ſolum ut Trittenhemius ait, typis excuſi Baſileæ apud Hen. Pet. anno, 1536. in 8. chartis 12. & dimid. quanquam authoris Alani nomen præfixum non habeant: uidimus tamẽ eadem exemplaria manuſcripta, quæ hunc authorem nominatim agnoſcunt.

Argumentum nouem librorum Anticlaudiani.

Primis duobus libris agitur de operibus naturæ, tertio & quarto de diuinis, ſeptimo & octauo de fortunæ operibus, poſtremo de uitio. Initio primi libri author proponit, argumento tamen non explicato propter uarietatem: deinde poſt inuocationem inducit Naturam deliberantem de tali homine procreando, qualis futurus eſſet, ſi nuſquam erraſſet. Sed quia talis hominis perfectio non ſolum in natura, uerum etiam in uirtutibus conſiſtit, introducitur uirtutum concilũ, cum quibus Natura deliberet, unaquæq; autẽ ſecundum proprium ſtatum. Mox deſcribitur locus amœniſſimus, in cuius ſupercilio locata Naturæ elegantiſſima regia depingitur. Ad hanc uirtutum exercitus conuocatur, ſua utitur cõſultatione Natura, ſuam adhibet ſententiam Prudentia, Ratio utrãq; collaudat Naturæ parti magis aſſentiens. Conſulit ut Prudentia delegetur in cœlum, quæ Naturæ uirtutumq; uota Deo explicet: ad quarum preces Deus animam mundam demittat in terras, & eius animæ corporisq; conſortio, mediante Natura, uirtutumq; miniſterio, beatus homo procreetur in terris. Sed quia nõ ſtatim his uerbis aſſentit Prudentia, ſuum cõſilium annectit Concordia, cui illa ſatisfaciens ſeptem ancillis ſuis imperat, ut talis ſibi currus fabricetur, quo celeriter poſſit ad cœleſtia deuehi, ſuamq; legationem expedire. Ancillarum igitur una temonem, axem altera parat, tertia utrumq; gemmis & floribus inſcribit: cæteræ quatuor totidem rotis fabricandis operam dant. Itaq; in curru iam abſoluto Prudentia reſidens, quinq; equis Ratione auriga in cœlum deducitur. Aſcendenti autem Prudentiæ uariæ rerum occurrunt figuræ. Intuetur enim cauſas meteororũ, nubium, niuium, grandinis, fulminis. Videt etiam dæmones diſcurrentes per aẽra, qui tumore ſuperbiæ cœlitus delapſi in caliginoſam huius aẽris noctem humanis inſidiantur profectibus. Speculatur quoq; diuerſos ſui aſcenſus, uarios planetarum anfractus. Tandem in cœlum euecta, uarias ſtellarum naturas contemplatur. Sed cum ultra non pateat ei aditus, cum & Ratio uiam ignoret, & equi ulterius aſcendere nequeant, in ambiguo fluctuat Prudentia, quid actura ſit: deniq; ſic perplexa puellam uidet ſtantem in ſupercilio cœli, cuius ductu uſq; ad empyreum cœlũ perducitur, uni inſidens equo, cæteris cum auriga Ratione in cœlo relictis. Inter agendum autem aquas ſuper firmamentum ſitas miratur, utpote cryſtallino rigore ſolidas. Demũ in cœlum empyreum euecta, ordines & opera angelorũ conſiderat, miratur ſanctorum gloriam, beatam Virginem ſupra alios collocatam, ibiq; humanã Chriſti

regnare naturam. Sed nimio fulgore perculsa, in lethargum delabitur: dux eius miserta, suaq; accersita sorore, quadam supercœlesti portione, sororis interuentu, Prudentiam liberat à languore. Postea tres simul in cœlum trinitatis ascendunt, ubi Prudentia coram deo Naturæ uirtutumq; uotum exponit. Deus uero earũ petitioni assentiens iuxta æternum mentis exemplar animam creat, creatam Prudentiæ commendat, monens ut eam caute in terras deducat, ne maleuolentia alicuius planetæ sæuientis ipsam corrumpat. Prudentia igitur hilaris ad inferiora descendens, animam Naturæ uirtutumq; manibus deponit. Natura corpus excudit, Concordia spiritum unit. Certæ autem uirtutes pro iure suo hominem creatum exornant. Nobilitas ultima, quia ex se nihil proprij habet, à matre Fortuna, quod largiatur, exquirit. Inde sumpta occasione, habitatio, domus, habitus, & rota Fortunæ describitur. Ad matris igitur domum Nobilitas perueniens, à matre petit, ne uirtutum munera defraudans, ei se subtrahat, sed dicta sua cum alijs nouo Naturæ operi conferat. Hac petitione impulsa Fortuna, domum Naturæ adit, suumq; munus impendit, cui danti assistit ratione Fortuna aliquo liuore ducta, aliquid fermenti interserat. Completa igitur hominis illius perfectione, ad aures Alecto huius operis fama peruenit. Alecto exercitum colligit, quo cum in hominem eiusq; comites, parat insultum. Cum uitijs homo congreditur, & uictoria potitur. Hæc ferè ex impresso codice, paucis immutatis, descripta sunt.

Eiusdem authoris Dialogi quidam de diuinis publicati sunt.

ALANI Porretani regulæ iuris cœlestis, uel maximæ, id est, axiomata theologiæ cũ interpretatione, numero 134. in 4. chartæ 10. stilus est barbarus.

ALANI Restaldi institutiones Grãmatices Hebraicæ, excusæ Parisijs apud VVechelum.

T.M.1474. ALANVS de Rupe, natione Theutonicus, ordinis fratrum prædicatorum, scripsit inter alia ingenij sui opera,

Compendium psalterij Mariani,	lib. 1.	Quia catholicæ uerita.
De miraculis rosarij,	lib. 1.	Quamuis speciosa laus non.
Sermones quoq; uarios,	lib. 1.	Et quædam alia.

ALANI Varenij dialogi quidam, excusi.

ALARDVS Aemstelredamus omnia Rhodolphi Agricolæ opera emẽdauit, & additis scholijs illustrauit. Coloniæ 1539. in 4.

Idem scripsit epitomen in lib. Rodolphi Agricolæ de inuentione dialectica. Impressa est Coloniæ apud Gymnicum, & Lutetiæ apud VVechelum.

Descripsit etiam Ecclesiasten iuxta omnes Rodolphi Agricolæ locos.

Similia sacra congessit, excusa Coloniæ apud Gymnicum.

Hippocratis Coi epistolam ad Damagetum paraphrastice conuertit in Latinum sermonem, idq; prolixe admodum, adiuncto etiam textu Græco. Opusculũ excusum Salingiaci apud Soterem 1539. in 8. chartis 10. & dimid. Differitur autem in ea epistola de atra bile, & Democrito quem pro insano Abderitæ reputabant, ideoq; ad curationem eius accersiuerant Hippocratem.

ALBANVS Torinus medicus Vitodurensis (Vitodurum Heluetiæ oppidum est in agro Tigurino) Pauli Aeginetæ libros in medicina Latinos fecit. Aeditio ultima exiuit Basileæ 1538. in 4. cum indice, & annotationibus, per quas translationis suæ rationem reddit. Prima eius translatio Basileæ publicata anno 1532. carebat sexto libro, quẽ in posteriore à se conuersum addidit reliquis etiam recognitis.

Eiusdem epistola apologetica ad Ioan. Guinterium Andernacum, qua calumnias illius repellit, & ipsius Guinterij ex Paulo Aegineta cõuersionem mendosam & mala fide natam ostendit. In hoc libello Pauli Aeginetæ textus Græcus multis in locis emendatur cum aliâs, tum ex Oroscij Hispani castigationibus. Excusus est Basileæ in oct. 1539. chartis 7.

Inter-

Interpretatus est etiam Philareti librũ de pulsibus, & Theophili de urinis: qui impressi sunt apud Henricum Petrum Basil. 1533. in 8. chartis 6.

Polybi antiquissimi medici, de seminis humani natura librum 1. transtulit, qui exiuit Basileæ, 1544. in 4. apud Io. Oporinum.

Epiphanij quoq; episcopi Cypri de prophetarum uita & interitu commentarium Latinitate donauit, qui una cum Græco textu è regione impressus est Basileæ apud Cratandrum, 1529. in 4.

Item Agapeti diaconi de officio regis ad Iustinianum Cæsarem libellum è Greco conuertit. Eum excudit Rob. VVinter Basileæ.

Ioan. Damasceni medici de exquisita febrium curatione compendiosum diegema, & Aphorismos eiusdem ex barbara translatione, elegantiore paraphrasi illustrauit. Chartæ utriusq; opusculi 9. excusæ Basil. 1542. in 8. apud Rob. VVinter. Scribit autem Damasceni librum de curandis febribus ex Herbipolensi bibliotheca se eruisse. His adiunctum est etiam Alexandri Aphrodisiei opusculũ de febrium causis & differentijs Georgio Valla interprete: in qua itidem emendanda translatione operam insumptam sibi scribit Albanus.

Emmanuelis Chrysoloræ Byzantini Grammatices epitomen, Latinam fecit, & marginibus adnotationes inscripsit. Bebelius Basileæ, 1528. in 8.

Cælij Apitij de re culinaria libros 10. partim suo Marte, partim ad uetustum exemplar castigatos ædidit, anno 1541. in 4. Basileæ, unà cum Platinæ libris de honesta uoluptate & opsonijs.

Alexandri Tralliani libros interpretatus est, de quo infra copiosius.

ALBATEGNI quidam Arabs epitomen Astrologiæ ædidit.

ALBENGNEFIT philosophi liber de facultatibus medicinarum & ciborum à Gerardo Cremonense ex Arabico sermone in Latinum transfusus. Impressus Argentorati 1531. in fol. cum Tacuinis sanitatis. Chartas habet 5. *Initiũ libri tale est:*

» Ex antiquorum libris hunc librum aggregaui de uirtutibus medicinarum &
» ciborum, in quo mentem meam diu fatigaui, &c. Primum ostendit uarios modos dignoscendi facultates, copiosius quidem de saporibus, de odore uerò & colore parcius differens: deinde quomodo dignoscantur ex applicatione ad corpus: tandem de secundis & tertijs eorum qualitatibus uel effectibus in genere docet: de ijs inquam quæ maturant, leniunt, indurant cum frigore, obstruunt, aperiunt obstructiones, abstergunt, rarefaciunt, inspissant, aperiunt ora uenarũ, constringunt uenas & poros, adurunt, putrefaciunt & corrodunt, consolidant, attrahunt, uenena pellunt, dolores sedant. Post hæc de tertijs qualitatibus, de ijs quæ frangunt lapides renum, pectus & pulmonem expurgant: caput purgant, item oculos, aures, cerebrum ex ore, per palatum: de ijs quæ stomachũ iuuant lædunt ue: intestina purgant, & uenas iecoris, & gibbam ipsius partem, & renes, & lienẽ, & uesicam purgant: de ijs quæ prouocant urinam, uesicæ calculos expurgant, libidinem citant, uel imminuunt, lac augent uel siccant, menses elicium aut sistunt, stercus ab intestinis repurgant, lumbricos depellunt, sudorem prouocant, cutim purgant.

In fine operis inquit, se de alimentis & medicamentis etiam ordine alphabeti scripturum, quare Galenum sequutus apparet, ac eius librorum de facultatibus simplicium medicaminum epitomen aliquam elucubrasse.

ALBERICVS Roxiatus, patria Bergomensis, utriusq; iuris professor insignis, ædidit in legibus multa instructa uolumina, quibus nominis sui memoriam cum laude transmisit ad posteros, de quibus ista feruntur. *T. d. 1540.*

Super Codice,	lib. 12.	Super. ff. ueteri,	lib. 24.
Super. ff. nouo,	lib. 12.	Super. ff. Infortiati,	lib. 14.
Super institutis,	lib. 4.	Super VI. Decretalium,	lib. 1.

* Albericici vel potius Americi Vesputii Navigationes continentur in libro, cui titulus est: Orbis Novus edit. Basil. fol. 1555. p. 84. sqq. et p. 211. sqq.

In Comœdias Dantis, lib. 1.

Alia quoq; nonnulla composuit, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

» * Albericus Rosates Bergomensis, æqualis Bartholi fuit, ipsius tamẽ commen-
» tarios Bartholus non uidit: Albericus autem Bartholi uidit, cum aliquoties locos
» ex illis citet. Fuit uir excellenter doctus, & magnus (ut Iason scribit) practicus, cui
» plus quàm alteri Doctori deferunt Aduocati Mediolanenses. Reliquit doctissi-
» ma commentaria super Digestis, & Codice: item De statutis uolumen 1. Item Di-
» ctionarium in Iure ciuili librũ unum. Floruit anno millesimo trecentesimo quin-
» quagesimo. Hæc ex uitis iurisconsultorum, quas Ioan. Fichardus descripsit.

* Aliâs scribitur Albericus de Rosate: inuenio omnia eius scripta in iure typis excusa haberi, & quod in totum ius scripserit. Commentarij eius super statutis unà cum Baldi super ijsdem exiuerunt Lugduni, & rursus aliâs cum Angelo de Peruf. super ijsdem. Impressi sunt & Venetijs, 1491.

* ALBERICI Vespucij mundus nouus. Libellus absoluitur charta 1. in 4.

ALBERTVS Belfortis Rhæticus, uir & antiqua generis nobilitate, & eruditione clarus, medicus excellens, nihil dum quod sciam in lucem dedit, daturus breui, Deo fauente, Rhætiæ Epiphasin, de gestis, antiquitate, nobilitate, & potentia Rhætorum, ubi omnis eius gentis & regionis historia ad unguem ita demonstrabitur, ut nihil apud Græcos aut Latinos extet, quod in medium non afferatur.

Pollicetur etiam librum De abolenda morbi Gallici nomenclatura, affectusq; (cui id nomen tum inconsultò tum falsò est inditum) iuxta Galeni censuram, explicatione & curatione, addita quoq; recentiorum ad hoc propositum Empirice. Ad hæc Epistolarum uolumen, Limacis encomium, Empiriam suam.

ALBERTI de Bonacursio practica in iure extat.

T. cl. 1340. ALBERTVS Brixianus monachus ordinis Prædicatorum, uir in sacris literis & in utroq; iure doctus, scripsit inter cætera ingenij sui monimenta insignem Summam de casibus, lib. 1. Sermones uarios, lib. 1. Et quædam alia.

ALBERTI Bruni Astensis iurisconsulti extant libri
De augmento rebusq; additis, a De augmento & diminut. monetæ.
b De constitutionibus, c Lectura. Consilia super feudis.
Consilium de qua moneta debet solui census principi.
Consilium de filia excluſa per statu. à legitima.
c De statutis excludentibus fœminas.
Repertorium in materia statutorum 3. pars.
d De formationibus. Omnia huius authoris opa simul excusa sunt.
a b c Impressi Venetijs. d ibidem anno 12529. e impressa seorsim.

ALBERTVS Crantz Suetiam & Daniam descripsit. (Cognomen indicat Germanum esse.) Item Saxoniam, quod opus exiuit Coloniæ, 1520.

ALBERTVS Durerus Nurenbergensis pictor celeberrimus, scripsit Institutionum Geometricarum libros 4. lingua Germanica, quos deinde doctus quidam Latinitate donauit, pictoribus, fabris ærarijs ac lignarijs, lapicidis, statuarijs, & uniuersis qui circino, gnomone, libella, aut alioqui certa mensura opera sua examinant, utilissimos, adeò exacte lineas, superficies, & solida corpora tractauit, adhibitis designationibus ad eam rem accommodissimis. VVechelus excudit Lutetiæ, 1532. in folio, chartis 49.

Eiusdem lucubratio de Symmetria, id est, proportione corporis humani, in folio excusa.

Liber de urbibus, arcibus, castellisq; condendis & muniendis. Lutetiæ apud VVechelum, 1531.

T. cl. 1460. ALBERTVS de Eybe, natione Theutonicus, Bambergensis ecclesiæ Canonicus, & Pij secundi Pontificis maximi cubicularius, scripsit non spernendæ lectionis opuscula,

ſcula, de quibus extant ſubiecta:
Ad dominum Ioannem ducem Bauariæ, Monaſterienſem epiſcopum, & Magdeburgenſem poſtea primatem, opus inſigne prænotatum.
Margarita poëtica, lib. 1. Optaſti ſæpenumero re.
De re quoq; uxoria, lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1.
Et alia complura.

* Albertus de Eyb utriuſq; iuris doctor ſcripſit Margaritam poëticam, in cuius prima parte elegantiæ linguæ Latinæ continentur, & ſcribendi formularum, ſiue clauſularum, præcipue ad epiſtolas pertinentium, ſynonyma, collecta maximè ex M. T. Cicerone: item ex uariis poëtis ſelectæ ſententiæ. In ſecunda uero parte authoritates ex uariis optimiſq; authoribus, uidelicet Cicerone, Lactantio, Macrobio, Apuleio, Paulo Oroſio, Victorino, Q. Curtio Rufo, Iulio Celſo, Valerio, Laërtio, Plutarchi apophthegmatibus, Franciſco Petrarcha, Terētio, Plauto, Caroli Aretini Comœdijs, Mercurij Ronzij, Vgolini, & Senecę Tragœdijs. Accedunt uariæ orationes à diuerſis & doctis uiris habitæ, cum Indice, qui locorum communium uſum exhibet. Volumen impreſſum Baſileæ, 1495. apud Ioan. de Amerbach in fol. chartis 122.

ALBERTVS de Ferrarijs Placentinus ſcripſit de horis canonicis. Item De celebratione miſſarum, in primum c. tertij decretal. qui incipit, Presbyter.

ALBERTVS Florentinus ſub Nicolao V. egregios de architectura libros conſcripſit, ut teſtatur Aeneas Syluius in deſcriptione Europæ cap. 58. Idem hic author aliàs, ut conijcio, Leo Baptiſta de Albertis Florentinus nominatur. Vide infra, item Albertus Leo.

ALBERTVS Galioti Parmenſis, canonum & legum profeſſor inſignis, quædam in iure non contemnenda ſcripſit, ex quibus extat ſumma, T.
Margarita quæſtionum, lib. 1. Cum ego Albertus Galio.
Et declarationes iudiciorum, lib. 1.
Et quædam alia diuerſa, quæ nobis incognita, habentur à diuerſis.

ALBERTI Leonis nauis, in Italia impreſſa. Vide Albertus Florentinus.

ALBERTVS monachus Lobienſis, & poſtea Gemblacenſis cœnobij abbas, apud Lobias publicam ſcholam monachorū tenuit, in qua Burckardum VVormacienſem deinde epiſcopum, unà cum aliis in utraq; literatura erudiuit. Scripſit inter alia ſui ingenij opera, T. cl. 880.
Vitas plurium ſanctorum, lib. 1. Cantus in honorem ſanctorum.
Et quædam alia.

ALBERTVS monachus Metenſis, ordinis D. Benedicti, Gallus, ſcripſit quædam opuſcula, ex quibus fertur opus breue, ſed utile, hiſtoriam continens rerū geſtarū ſui temporis, quod dedicauit T. cl. 1030.
Ad epiſcopum Metenſem, lib. 1. Et quædam alia.

ALBERTVS patriarcha Hieroſolymitanus, qui monachis Carmelitis adhuc in terra ſancta degentibus regulam dedit, quam illi iam in Europa conſtituti per Apoſtolicam ſedem modificatam & approbatam ubiq; profitentur, inſtante Innocentio papa III. deſcripſit luculento ſermone & ueraci T. cl. 1190.
Statum terræ ſanctæ, lib. 1. Regulam Carmelitarum, lib. 1.

ALBERTVS Patauinus, ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini, Aegidij Romani quondam auditor, multa ſcripſit, ex quibus hæc feruntur, T. cl. 1300.
In Geneſim, lib. 1. In Exodum, lib. 1.
In Leuiticum, lib. 1. In Numeros, lib. 1.
In Deuteronomium, lib. 1. In euangelium, lib. 4.
In epiſtolas Pauli, lib. 14. Sermones de tempore, lib. 1.
Sermones de ſanctis, lib. 1. Sermones per quadrageſimā, lib. 1.
Et quædam alia.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [77] - 18v
PUBLIC DOMAIN

„ * Alberti Eremitani noſtræ religionis theologi, ingenij acumen opera quæ ædi
„ dit, declarant. Calepinus in dictione Padua.

ALBERTVS Pius comes & princeps Carporum ſcripſit epiſtolam paræneticam ad D. Eraſmum Roterodamum.

T.M.1280. Octogenarius. ALBERTVS epiſcopus Ratiſponenſis, ordinis fratrum Prædicatorũ, natione Theutonicus, patria Sueuus, ex Laugingen oriundus, propter doctrinam & eruditionem Magnus cognominatus, ſcripſit penè infinita opuſcula, de quibus ſubiecta ſeruntur:

Summa theologiæ,	lib. 4.	Mirabilis facta eſt ſcientia.	
Super ſententias,	lib. 4.	De quatuor coæuis,	lib. 1.
De homine,	lib. 1.	De bono,	lib. 1.
De uita ſpiritali,	lib. 1.		
In officium miſſæ,	lib. 1.	Ecce ego declinabo in.	
De corpore Chriſti,	lib. 1.		
De eodem xxxij. ſermones,	lib. 1.	De ſacroſancto corpore.	
De muliere forti,	lib. 1.	Laudes eccleſiæ de.	
Super libris Dionyſij,	lib. 5.	Mirabile eſt nomen.	
De multiplici timore,	lib. 1.	Quoniam plus exemplo quàm uer.	
De laudibus ſanctæ Mariæ,	lib. 1.	Clara eſt & quæ nunquam.	
Defenſorium mendicantium,	lib. 1.	De partu hominis,	lib. 1.
De formatione hominis,	lib. 1.	De origine animæ,	lib. 1.
Super oratione dominica,	lib. 1.	De arte prædicandi,	lib. 1.
De reparatione lapſi,	lib. 1.		
De adhærendo deo,	lib. 1.	Cogitanti mihi aliquid.	
In quinq; libros Moſi,	lib. 5.	In Ioſue,	lib. 1.
In Iudicum,	lib. 1.	In Ruth,	lib. 1.
In Regum,	lib. 4.	In Paralipomenon,	lib. 2.
In Eſdram & Neemiam,	lib. 3.	In Tobiam,	lib. 1.
In Iudith,	lib. 1.	In Heſter,	lib. 1.
In Prouerbia,	lib. 1.	In Eccleſiaſten,	lib. 1.
In Cantica cant.	lib. 1.	In librum Sapientiæ,	lib. 1.
In Eccleſiaſticum,	lib. 1.	In Machabæorum,	lib. 2.
In Iob,	lib. 1.	In Eſaiam,	lib. 1.
In Hieremiam,	lib. 1.	In Ezechielem,	lib. 1.
In Danielem,	lib. 1.		
In xij. prophetas minores,	lib. 12.	Eccleſiaſtici xlix. Et xij.	
In Euangelium Matthæi,	lib. 1.	Sume tibi librum gran.	
In euangelium Marci,	lib. 1.	Ecce uicit leo de tribu.	
In euangelium Lucæ,	lib. 1.	In euangelium Ioannis,	lib. 1.
In epiſtolas Pauli,	lib. 14.	Aquila grandis magna.	
In Apocalypſin,	lib. 1.		
Sermones de tempore,	lib. 1.	Quoniam ueritatis teſtimon.	
Sermones de ſanctis,	lib. 1.	Venite poſt me faciam.	
De animalibus,	lib. 20.	Paradiſus animæ,	lib. 1.
Orationũ ſuper ſententias,	lib. 1.	Orationum ſuper euangelia,	lib. 1.
De differentia ſpirit. & animę,	lib. 1.	De diuinatione & ꝓphetia,	lib. 1.
Diuerſarum quæſtionum,	lib. 1.	De natura locorum,	lib. 1.
De cauſis elementorum,	lib. 1.	De motibus animalium,	lib. 1.
De intellectu & intelligibili,	lib. 1.	De iuuentute & ſenectute,	lib. 1.
De uita & morte,	lib. 1.	De plãtis & uegetabilib.	lib. 1.
Summa philoſophiæ,	lib. 1.	De unitate intellectus,	lib. 3.

Quæſtio-

Quæstiões cõtra Auerroistas,	lib. 1.	De unitate formæ,	lib. 1.
Philosophia moralis,	lib. 16.	De monastica,	lib. 5.
De Oeconomica,	lib. 4.	De politica,	lib. 8.
De arithmetica,	lib. 1.	De geometria,	lib. 1.
De musica,	lib. 1.	De astronomia,	lib. 1.
De sphæra,	lib. 1.	De astris,	lib. 1.
Speculum astronomiæ,	lib. 1.	De mineralibus,	lib. 1.
De natura deorum,	lib. 1.	De secretis naturæ,	lib. 1.
De xij. alphabetis,	lib. 1.	De magistris eligendis,	lib. 1.
De somnijs,	lib. 1.	De uniuersalibus,	lib. 1.
De prædicamentis,	lib. 1.	De sex principijs,	lib. 1.
De diffinitionibus,	lib. 1.	De causis,	lib. 1.
De grammatica,	lib. 1.	De rhetorica,	lib. 1.
De medicina,	lib. 1.	De lanificio,	lib. 1.
De agricultura,	lib. 1.	De aratura,	lib. 1.
De nauigatione,	lib. 1.	De metaphysica,	lib. 13.
In physicam Aristotelis,	lib. 8.	De cœlo & mundo,	lib. 4.
De generatiõe & corruptiõe,	lib. 2.	De scientia meteororum,	lib. 4.
De anima,	lib. 1.	De nutrimento & nutribili,	lib. 1.
De somno & uigilia,	lib. 1.	Quæstiones 15.	lib. 1.
De perspectiua,	lib. 1.		

In libros Aristotelis commentatus est, ac alia multa composuit, quæ ad notitiam meam non uenerunt. * Claruit Parisijs anno 1257.

* Commentarios Alberti Magni in duodecim prophetas minores Quendel typographus excudit Coloniæ. Commentarij in quatuor euangelia Haganoæ impressi sunt anno 1504.

Libellus de secretis mulierum Venetijs exiuit cum commentario, 1508. in 4. Extat & libellus de causis (quem diuersum reor ab illo qui de causis elementorum inscribitur) quasi epitome, ut aiunt nonnulli, totius philosophiæ. Super sententias Petri Lumbardi libri duo tantum duobus tomis seorsim impressi sunt: reliqui duo inueniri non potuerunt.

Omnia eius opera simul excusa, tum theologica, tum philosophica, Lugduni in officinis typographorum uidi. Plurimi uero libelli seorsim excusi reperiuntur, ut opusculum de natura locorum, commentarij in parua naturalia in fol. de rebus metallicis libri quinq; æditi Argentorati, 1541. in 8. apud Balthassarũ Beck, chartis 16. cum Raymundi Lullij libris de quinta essentia. Ex his duo priores de lapidibus & gemmis disserunt: reliqui de metallis proprie dictis: & sic quinq; libri sunt de mineralibus, non unus tantum, ut Trittenhemius habet.

Magiam quoq; huius authoris extare ferunt, & nescio quem librum aggregationis, librum de periculo missæ, de sacramentis, de immortalitate animæ, de apprehensione, super loco Missus est.

Diui Alberti Magni de animalibus libri 26. seorsim impressi Venetijs apud hæredes Octauiani Scoti, 1519. in fol. chartis 106. Trittenhemius uiginti solum libros recenset, nisi erratum sit à librario.

Argumenta singulorum librorum.

Liber primus in prima parte agit de communi diuersitate animalium quod ad membra, & uitam. Deinde de dispositione membrorum hominis, physiognomia, partibus similaribus, & compositis nonnullis. Postremo de reliquis membris interioribus.

Liber secundus cæterorum animalium partes humanis confert, quatenus conueniunt aut differunt, primum extrinsecus, deinde intrinsecus.

Tertius totus disserit de partibus simplicibus, primum quidem uenis, sanguine, & neruis: deinde uero de reliquis homogeneis.

Quartus, de differentia marinorum exanguium: & in altera parte libri, quomodo exanguia participent sensu, uoce, sono, & sexus discrimine.

Quintus, de generatione animalium in genere, & primo de coitus eorũ diuersitate: secundo, quo tempore semen emittant, & de formatione partus.

Sextus de ouis, in prima parte de differentia ouorũ uolucriũ: in secũda de ouis et generatiõe aquatiliũ: in tertia, de generatiõe, et causis eius, animaliũ uiuiparorũ.

Septimus, in prima parte de moribus & uita animaliũ: in secunda de profectu & infirmitatibus animalium: in tertia de causis superiorum.

Octauus, de moribus animalium, primum quidem illis, secundum quos inter se pugnant: deinde de prudentia & stultitia uariorum animalium: tertio, de solertia marinorum: quarto, de astutia & moribus insectorum: quinto, de moribus quadrupedum: postremo, de solutione dubiorum quæ nascuntur ex prædictis.

Nonus, de principijs & origine generationis humanæ, & primum de maturitate seminis, impregnatione, &c. Deinde proponitur disputatio Galeni & Aristotelis de principijs generationis hominis.

Decimus, de impedimentis generationis, deq; causis sterilitatis.

Vndecimus, de ordine doctrinæ tradendæ, de animalibus: deinde quæritur quæ forma sit finis animalium, & membrorum ipsorum.

Duodecimus, de causis partium animalium simplicium & compositarum, earumq; temperamẽto. Primũ de simplicibus particulis principalibus, cũ aliquot digressiõibus de tẽperamentis & cõpositione animaliũ, ætatibus, & cõcoctione: deinde de natura & causa similariũ partiũ: tertio, de mẽbris instrumẽtalibus capitis.

13 De causa & natura interiorum membrorum, primum quidem arteriæ uocalis, isophagi, pulmonis, cordis & uenarum inde exortu, iecoris, splenis, renum, uesicæ, diaphragmatis: deinde de intestinis ac partibus uentris: & in ultimo capite de interioribus plantanimalium & insectorum.

14 De membris externis insectorum, crustaceorum, & mollium: deinde de causis partium externarum in singulis animalium generibus.

15 De causis generationis animaliũ: & primũ de sexus distinctione secundũ diuersitatem partium: deinde de natura utriusq; spermatis, & sanguinis menstrui.

16 De uirtute mouente embrya, utrũ sit intrinseca spermati uel extrinseca, et uariæ ueterum huius quæstionis solutiones: & alia multa de ui naturaq; spermatis. In secunda parte, de causa sterilitatis, deq; generatione partium similarium.

17 De causa ouiparorum animalium & ouorum: primum de auibus ouiparis, postea de generatione insectorum.

18 De generatione perfectorũ animaliũ: primum de causis differentiæ sexuum & similitudinis ad parẽtes: deinde de causa multitudinis & paucitatis fœtuum: de fœtibus præter naturam, perfectis & imperfectis, de grauidarum dispositione & mola, de lacte, de tempore gestationis uteri: anacephalæosis superiorum.

19 De his quæ accidũt ex natura sensibus & partibus nonnullis animaliũ, nẽpe de somno, oculis, auditu, olfactu, capillorũ affectibus, rugis, coloríb. uoce, dẽtibus.

20 De natura corporum animalium: primum de elementis corpora constituentibus, & quintam essentiam eis non commisceri: de triplici humido, de temperamentis humorũ. Deinde de uirtutibus seu causis formalibus corporũ animaliũ.

21 De perfectione & imperfectione omne genus animaliũ, & iuxta corpus, & iuxta animã, præcipue autẽ de industria & sagacitate uariorum animalium.

22 Prima pars est de hominis coitu, semine, naturalibus & diuinis conditionibus.

bus. Altera de quadrupedum historia singulatim iuxta literarum seriem, copiosius autem de equis.

23 De singulis auibus ordine alphabeti: copiosissime autem de falconibus & accipitribus.

24 De natura aquatilium, primo in genere, deinde singillatim.

25 De natura serpentium, primum in genere, postea literarū ordine de singulis.

26 De insectis eodem ordine.

ALBERTVS Pighius Campensis Germanus de æquinoctiorum solstitiorumq; inuentione scripsit ad D. Franc. Molinium Abbatem S. Maximini, à secretis & consilio Regis Francorum, &c.

Item de ratione Paschalis celebrationis, deq; restitutione Ecclesiastici Kalendarij ad Leonem x. Pont. Max.

Opus impressum Parisijs in fol. Prioris libri chartæ sunt 12. posterioris 16.

Epistola ad Leonem x. scripta est anno 1520.

Ex præfatione prioris libri. Cum anno ab hinc quarto, quando Romæ in Lateranensi synodo agebatur de Calendario restituendo, uindicādoq; ab erroribus, qui iam diu multumq; ecclesiam uniuersam occupauerunt, & præcipue, ut iuxta sanctorum patrum constitutionem Pascha Domini rite celebraretur, à qua constat ecclesiam tota iam uia aberrasse: cœpissemus & nos, qui tum Louanij in theologica palæstra exercitabamur, quid de ea nobis uideretur, conscribere, quod per literas suas ad nostram tum academiam missas, Leo x. Pont. Max. hortabatur omnes & obsecrabat. Visum est nobis de æquinoctiorum solstitiorūq; inuentione ante scribendum esse, quàm de ratione restituendi Calendarij, ut quod sine uera æquinoctij notitia ea res absolui non possit, &c.

Ex præfatione sequentis libri. Non fuimus nescij plurimos ante nos, eosq; doctissimos uiros ingentibus uoluminibus æditis hac de re scripsisse. Nec tamē post omnes illos superuacaneum putauimus laborem nostrum, quin tanto magis necessarium, quod ab omnibus illis, quos tamen uidere contigit, bis per omnia dissentiremus, in his præcipue ex quibus pendet Kalendarij restitutio. Nam in uero æquinoctio longe lateq; aberrare illos euidenter demonstrauimus ex Alphonsina & recentiorum omnium Astronomia in libello superiore, ad quem, cum res postulabat, Lectorē remisimus. Cyeli etiam lunaris restituendi conseruandiq; (ubi omnes hæserunt in uado, quin & arma & spem proiecerunt uniuersam, ad astronomicas tabulas ecclesiam relegantes, quum nihil minus necesse fuerat) rationem facillimam (quantum præsens requirebat negotium) indicauimus. In quibus duobus summam totius restitutionis consistere, re ipsa manifestum est, &c.

Alberti Pighij astrologiæ defensio Parisijs excusa.

Eiusdem liber in Prognosticatores.

De controuersijs in comitijs Ratisponensibus. Coloniæ 1542. in fol.

De componendis dissidijs. Coloniæ 1542. in 4.

ALBERTVS de Prusa, natione Polonus, gymnasij Cracouiensis alumnus, carmine Conradi Celtis de astrorum peritia laudatus, multa scripsit non contemnenda, quorū pauca mihi cognita sunt. In Georgij Purbachij theoricas cōmentariorū T. cl. 1494.

Ad ephemeridas Konisperg. lib. 1. Et quædam alia. (lib. 1.

Viuit adhuc in Cracouiensi gymnasio uaria componens sub Maximiliano Romanorum rege.

ALBERTVS Trotus de perfecto clerico. Impress. in 8.

ALBERTVZII proportiones.

ALBINVS. Vide Alcuinus.

ALBIONIS demonstrationes instrumenti nobilissimi in astronomia extant. Eundē authorem esse conijcio, qui paulò post sequitur Albo Floriacensis.

ALBIVS Tibullus eques Romanus primum in Latina elegia locum, cum Quintilia-
ni tum plurimorum eruditorum sententia, tenet. Eodem sæculo Tibullus, Hora-
tius, Ouidius, & Aemilius Macer poëtæ claruerunt. Vitam eius Petrus Crini-
» tus descripsit, in qua sic loquitur. Tibullus libros quatuor Elegiarum siue amo-
» rum composuit, in quibus facile probatur, quàm elegans & candidum sit eius ca-
» men, ut eiusmodi caloribus describendis Latinos omnes uideatur superasse, cum
» affectibus exprimendis, tum elegantia & suauitate ingenij: quod ipsum etiam Fa-
» bius Quintilianus ad Marcellū Victoriū refert, cum poëtā Tibullum & elegantē
» in primis, ac tersum existimarit. Elegiæ eius excusæ sunt Basil. cum alijs elegio-
graphis apud Hen. Petrū, 1530. in 8. char. 5. Liber primus 10. elegias habet, se-
cundus 7. tertius totidem, quartus 14. quæ omnes lasciuæ nimium & amatoriæ
sunt, paucissimis exceptis, οὐ μόνον κατὰ τὸν γυναικεῖον ἔρωτα ἐν ταῖς πλείσαις ἐλεγείαις,
ἀλλὰ καὶ τὸν παρὰ φύσιν ἐν ὀλίγαις τισίν. Omnia elegiaca sunt, præter unum hero-
icum ab initio libri quarti de laudibus Messalæ Coruini.

T. cl. 970. ALBO Floriacensis monasterij abbas, ordinis S. Benedicti, dum in Vasconia uerbū
» Dei prædicaret, fidei Christianæ testis sanguinis effusione factus est. Scripsit su-
» per calculo Victorij, lib. 1. Additionem in eundem, lib. 1. Et quædam alia.
» Vide Albionis.

ALBRICVS philosophus librum scripsit de imaginibus deorum. Hen. Petrus
» excudit Basileæ, 1543. in 8. cum Phurnuto.

ALBVBATER astrologus magni Alchasili filius scripsit librum genethliacum, siue
» de natiuitatibus, qui typis excusus est Ioan. Petreij, Norimbergæ in 4. 1540. char-
» tis 18. Ex præfatione typographi: Albubatris librum de natiuitatibus, non
» solum propter rerum copiam & authoris diligentiam, cæteris præferendum puta-
» mus, uerum etiam propter iucundam ordinis nouitatem. Ita enim rerum per
» stellas significatarum ordinem sequutus est, ut tamen ordinem domorū non in-
» uerterit. Libri capita sunt 206.

» Primum agit de initijs generationis ex emissione seminis, & mora fœtus in ute
» ro, qualis futurus sit natus tum iuxta corpus, tum iuxta animi mores, ingeniū, uir-
» tutes, uitia, & iuxta corporis affectus ac morbos, quibus futurus sit obnoxius: de-
» inde quibus studijs aut artibus operam sit daturus. Postremo per duodecim do-
» mos præsagia natorum deducit usq; ad finem operis. Quisnam Latinus huius
» libri interpres fuerit, non inuenio.

ALBVBETRI, cognomen est Rasis medici, ut audio.

ALBVCASAE medici lib. 3. præcipue ad chirurgiam pertinentes, cum uarijs instru-
» mentis chirurgicis graphice depictis ad uarios morbos. Hen. Petrus Basil. in fol.
Fortassis hic idem fuerit, qui Bulcasis etiam uocatur, cuius liber de præparationi-
bus medicamentorum extat cum operibus Mesuæi excusus. Eundem alij Seruia-
torem nominant.

ALBVMASAR astrologus, alio nomine Iaphar, lib. 8. scripsit de magnis coniunctio-
nibus; annorū reuolutionibus, ac eorū profectionibus. Chartæ sunt 30. excusæ
in 4. Augustæ Vindelicorū, 1489. Titulus aliàs huiusmodi est: Hic est liber in-
diuiduorū superiorum. In summa de significationibus super accidentia quæ ef
ficiuntur in mūdo: de præsentia eorū respectu ascendentiū inceptionum coniun-
ctionalium, & aliorum.

Argumēta singulorū tractatuū, cuius obscuro & barbaro sermone scripta, addi
dimus tamen, ut ex eis de totius operis stilo iudicare liceret: quis autē Latinus in-
terpres sit, non inuenio.

» Tractatus primus qualiter aspicitur ex parte cōiunctionū apparitio, pphetarū,
» et eorū qui principantur, successorūq; eorū: & sunt differentiæ (.i. sectiones libri) 4.
» 2 In summa de rebus uicis, & mutatione earū: esse quoq; regū & successorū eo
» rum: & sunt 8. differentiæ.

3 tra-

3 Tractatus est in qualitate scientiæ significationũ coniunctionũ planetarum, & complexionum uel permixtionum eorum ad uicem in reuolutionibus annorum: & sunt sex differentiæ.

4 In qualitate significationum signorum, cum fuerint ascendentia inceptionum, quorum memoriam præmisimus, & peruenerit perfectio annorum ad ea ex aliqua ascensionum, inceptionum prædictarum, uel locis cõiunctionum: & sunt 12. differentiæ.

5 In qualitate scientiæ proprietatis significationum planetarum, singulariter cum fuerit eis almubtem, id est, cum habuerint dominium super ascendens alicuius inceptionum: aut fuerit eis altechodela, uel algerbutaria: & cum fuerint in directo cursus septentrionis uel meridiei: stellarum quoq; comas habentium ad cætera signa secundum complexionem: & sunt 7. differentiæ.

6 In qualitate accidentium inferiorum, quæ accidunt à uestigijs indiuiduorũ superiorum in reuolutionibus annorum ex ea parte, quæ feruntur super se inuicem: & sunt 12. differentiæ.

7 In qualitate scientię significationũ signi profectionis, aut alicuius ascensionũ reuolutionum annalium, cum conuenerit uni eorum aliqua domus, ex domibus alicuius positionũ, ascensionum, inceptionum, precedentium siue coniunctionũ: aut cum fuerit directio, uel aliquod indiuiduorũ superiorum in eo: aut aliqua ex diuisionibus reuolutionalibus super accidentia inferiora: & sunt 12. differentiæ.

8 In summa de qualitate scientiæ, significationum indiuiduorum superiorum, super accidentia inferiora ex parte profectionum annorum, & coniunctionum, earumq; succedentium: & sunt 12. differentiæ. Et hæc usq; ad nauseam, adscripsimus tamen. Inseruntur autẽ passim depictæ Zodiaci & planetarũ imagines.

ALBVMASARIS flores astrologiæ, excusi Augustæ Vindelicorum, 1488. in 4. chartis quinq;, cum figuris Zodiaci, & planetarum.

ALBVRNIVS Valens. Vide Aburnius.

ALCAEI duo uersus apud Stobæum in uituperio paupertatis. Sæpe citatur etiam apud Athenæum.

ALCHABITII, uel Alcabitij, Isagogen ad magisterium iudiciorum astrorum, uel ad scrutanda stellarum magisteria, &
De Planetarum coniunctionibus librum, Ioannes Hispalensis inetrpretatus est. Impress. Venetijs 1491. in 4. cum expositione Ioan. de Saxonia. Et rursus ibidem 1521. in 4. chartis 16. ex emendatione Antonij de Fantis medici Taruisini.

ALCIDAMANTIS orationes Aldus excudit Græce, cum Aeschinis, Antisthenis, Demadis, & aliorum orationibus Græcis, forma folij.

Eiusdem orationem Græcam contra dicendi magistros cum Isocratis orationibus excudit in fol.

Alcidamas Diocles filius, eius qui de Musica scripsit, natus ex Elea Asiæ, philosophus, & Gorgiæ Leontini discipulus. Suidas.

ALCHIMVS (uel Alcimus, uel Alphius) Auitus poëta.

ALCIMI Auiti de origine mundi liber, excusus Parisijs apud Ascensium in 8.

Apud Seruium legimus Q. Octauium Auitum, & Pœtelium Faustinum furta Virgilij adnotasse, ponentes unde quæq; carmina surriperentur, quod & Macrobius fecit. Vide Auitus.

ALCINOI philosophi Platonici de doctrina Platonis liber, excusus est Romæ Græce. Deinde Græce & Latine Lutetiæ apud Vascosanum in 8. anno 1532. Libelli Græci chartæ sunt 4. Marsilius Ficinius interpres partitur eum in 34. capita: ex quibus in Græco impresso desunt 26. 27. & 28. quæ in translatione dimidiam fere chartam continent.

L Alcimg, Aquitanus Rhetor, multa scripsit quæ S. Hieronymg recenset A.C. 360.

Argumenta singulorum capitum.

1 Quid philosophia, quale ingenium philosophicum.
2 Philosophus contemplationem actioni praeponit.
3 Philosophus uersatur in tribus, uidelicet in contemplatione rerũ, & in actione morali, & artificio disserendi.
4 De iudiciario, & uiribus animæ pertinentibus ad iudicium.
5 Elementum & officia Dialecticæ.
6 Species propositionis & argumentationis.
7 Distinctio scientiæ speculatiuæ.
8 De materia prima.
9 De ideis, & de causa efficiente.
10 Quomodo describatur Deus, & quibus rationibus inuestigetur.
11 Qualitates incorporeas esse.
12 De causis, & generatione, & elementis, & ordine mundi.
13 De conuenientia figurarum cum elementis mundi atq; mundo.
14 De anima mundi, & sphæris, atq; stellis.
15 De dæmonibus atq; elementis.
16 Dij iuniores sunt opifices hominis. De transmigratione animæ.
17 De corpore membrisq; hominis, & uiribus animæ.
18 De uisu, lumine, specularibus imaginibus.
19 De cæteris sensibus, & obiectis eorum.
20 De graui & leui. 21 De respiratione.
22 De causis morborum.
23 De tribus principalibus animæ uiribus.
24 De distinctione partium animæ.
25 De immortalitate animæ.
26 De uirtutibus & uitijs, eorumq; distinctionibus.
27 Quomodo uirtus quidem uoluntaria, prauitas autem inuoluntaria.
28 De iniustitia, & de affectuum distinctione.
29 De fato, & libero arbitrio.
30 De bonis, & summo bono, atq; uirtutibus.
31 Definitio uirtutis, atq; distinctio.
32 De amicitia. 33 De speciebus reipub.
34 De sophista.

» Libri initium: Præcipuarum Platonis institutionum doctrina haec traditur.
» Finis autem sic habet: Haec ad introductionem quandam in Platonicam disci-
» plinam dicta sufficiant: quorum quædam ordine suo tractata sunt, nonnulla sine
» ordine certo sparsim inducta. Veruntamen sic tradita sunt, ut horum uestigijs re-
» liqua etiam Platonica sensa uenari liceat. Author ipse quis & cuias fuerit, aut quando uiguerit, nusquam legi. Vidi etiam Basileæ impressum Latine solum.
» Alcinous epitomen composuit decretorum Platonis, à præsule Tropiensi po-
» stea in Latinum conuersam. Raph. Volaterranus.

ALCIPHRON Magnes philosophus, ex Magnesia iuxta Mæandrum. Suidas.

Alciphronis epistolas piscatorias rusticas & amatorias impressit Aldus Manutius cum reliquis uariorum authorum epistolis Græcis. Chartæ sunt ferè 4. Piscatorum epistolæ 21. fictitijs nominibus inscribuntur:

Eudius Philoscapho, Galenus Cyrtoni,
Glaucus Galateæ, Cymothus Tritonidi, Naubates Rhothio,
Panope Euthybulo, Thalassus Pontio, Eucolymbus Glaucæ,
Aegialeus Struthioni, Cephalus Pontio, Thynnæus Scopelo,
Nausibius Prymnæo, Auchenius Harmenio, Encymon Halicrypo,
Halicty-

Halictypus Encymoni, Encymon Halictypo, Eusagenus Limenarcho,
Euplous Thalasseroti, Thalasseros Euploo.

Deinde sequuntur 7. epistolia rustica: Thermolepyrus Ocimoni, (onti,
Conoposphrantes Ischolimo, Eubulus Gemello, Platylæmus Erebinthole.
Amnion Philomoscho, Eustolus Elationi, Agelarchides Pytholao.

Postea hetæricæ, id est, amatoriæ epistolæ: Anicetus Phœbianæ,
Phœbiana Aniceto, Glycera Bacchidi, Bacchis Hyperidi,
Bacchis Phrynæ, Bacchis Myrrhinæ, Thais Thessalæ,
Thais Euthydemo, Simalion Petalæ, Petale Simalioni,
Murrhina Nicippæ, Meneclides Euthycli, Megara Bacchidi,
Philumene Critoni. Et in secunda sectione scribunt
Lamia Demetrio regi, Leontius Lamiæ,
Menander Glyceræ, Glycera Menandro.

Inuenio eiusdem authoris Paralitticas quoq; epistolas extare in Italia, quæ nondum euulgatæ sint. Rusticæ enim, quamuis in titulis in æditione Aldina eas non promittat, inter supradictas tamen habentur.

ALCYONII orationem, de exilio docte diserteq; conscriptam, Aldus impressit Venetijs in 4. Non alium hunc esse puto, quàm Petrum Alcyonium, de quo infra.

ALCMAEONIS quædam aut uerba, aut placita in medicina, apud Stobæum in sermonibus de morbo & de sanitate citantur.

ALCVINVS siue Albinus monachus & diaconus, abbas monasterij S. Martini Thuronensis, natione Anglicus, S. Bedæ presbyteri quondam auditor, scripsit multa præclara uolumina, de quibus feruntur, T. cl. 7706. Alius cum praen. Flaccus, ab alijs Levita vocat.

De sancta trinitate & fide,	lib. 3.	Domino glorioso Carolo imp.	
Ad quæstiones Fredigisi,	lib. 1.	Desiderantissimo filio.	
Ad Eulaliã de ratione animæ,	lib. 1.	Charissimæ in Christi cha.	
Ad Guidonẽ comitẽ de uirtu.	lib. 1.	Dilectissimo filio Guid.	
Sententiarum,	lib. 1.	In Genesim,	lib. 1.
In Cantica Canticorum,	lib. 1.	In Ecclesiasten,	lib. 1.
In Euangelium Ioannis,	lib. 7.	In epistolas Pauli,	lib. 14.
In Apocalypsin Ioannis,	lib. 1.		
De adoptione filiorum dei,	lib. 1.	Venerabili & in Christi.	
De Ecclesiasticis dogmatibus,	lib. 1.	Credimus unum deum.	
Speculum paruulorum,	lib. 1.	In scriptura diuina le.	
De nominũ dei proprietate,	lib. 1.	Ad discipulos dialogus,	lib. 1.
Vita S. Vedasti episcopi,	lib. 1.	Enchiridion in quibusdã psal.	lib. 1.
Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.	De artibus liberalibus,	lib. 1.

Opera ipsius edita Parisijs Colonijs Agr.

Alia quoq; multa scripsisse dicitur, quæ tamen ad notitiam meam non uenerunt.

Homilias in Euangelia. * Alcuinus Leuita iussu Caroli Magni præstantissimorum ecclesiæ catholicæ doctorum homilias in euangelia dominicorum dierum, feriarum, & festorum totius anni, collegit, atq; in ordinem redegit. Sunt autem homiliæ,

D. Augustini	48.	Ambrosij	10.	Anshelmi	1.
Bedæ	48.	Chrysostomi	11.	Fulgentij	2.
Gregorij	39.	Haymonis	7.	Herici	37.
Hieronymi	6.	Hilarij	1.	Isidori	1.
Leonis	21.	Maximi	17.	Origenis	4.

Seuerini aut Seueriani 1. Summa omnium homiliæ 254.

De fide Sct Trinit. Ad hæc ipsius Alcuini de fide sanctæ & indiuiduæ trinitatis libri 3. ad Karolũ imperatorem. Chartis 4. Simul autem omnium chartæ sunt 250. Impressæ Basileæ apud Ioan. Frobeniũ 1515. in fol. Et rursus apud Ceruicornũ Coloniæ, 1539.

in magno folio, chartis 134. Adiectis aliquot homilijs postremo, & toto opere ad uetustissimos diuersarum bibliothecarum codices recognito.

Hoc Albino procurante Academia Parisiensis principium habuit anno salutis, 791. Vitam & gesta Caroli Magni alij per Eginhartum, alij per Alcuinum descripta esse uolunt. Vide in Eginharto. Vita Caroli M.

Albini Caroli illius Magni olim praeceptoris, in Genesim quaestiones, impressae Haganoae, 1529. per Ioan. Secerium, in 8. chartis octo. Ex praefatione Menradi Moltheri. Eg. in Genesin

» Authorem cõmendat antiquitas, conditioq; quippe Caroli illius Magni prece
» ptor fuit in disciplinis liberalibus. Adiuncta est in ueteri exemplari, eiusdẽ Ca-
» roli & Albini, de rhetorica, & de uirtutibus disputatio, meo uidere non uulgaris.
» Hoc exemplar cum mihi insignes pietate & humanitate uiri Ioan. Enolfus Deca-
» nus, & Pancratius Thiel Scholasticus Regalis ecclesiae diui Cyriaci prope Van-
» gionum VVormaciam commodato dedissent (pertinet enim ad eiusdem ecclesiae
» bibliothecam) eas ipsas Albini in Genesim quaestiones exscripsi, & ne nihil agerẽ
» restitui. Possem ex scriptoribus quibusdam integros locos hinc sumptos de-
» monstrare, &c.

Digeruntur autem hae quaestiones interrogandi ac respondendi uicibus.

Eiusdem Albini cum Carolo Magno Imperatore de Rhetorica & Virtutibus disputatio per dialogismum, ab eodem Menrado Molthero restituta: ibidem excusa eodem anno in 8. chartis 12. Stilus simplex & purus est, Graecae & Hebraicae linguae authorem non imperitum fuisse apparet. Disputatio.

Eiusdem Albini theologorum suae aetatis doctissimi in Ecclesiasten cõmentaria Bebelius publicauit typis suis Basileae, 1531. in 8. chartis 8. Comm. in Eccl.

Albinus in praefatione commentariorum in Ecclesiasten ad Oniam sacerdotem, Candidum presbyterum, & Nathanaelem diaconum. In Ecclesiasten ex sanctorum opusculis patrum, ac maxime de beati Hieronymi cõmentario, paruum
» compositi breuiarium, uestri causa filij charissimi, quatenus paterna solicitudine
» admonerem uestrum nobile ingenium, ne nimio amore studeatis caducis, & cito
» transitorijs inhiare diuitijs, &c.

» Albinus author ubiq; pius, ubiq; doctus, succinctus, maturus, grauis, scientia
» plenus, & ante alios praecipue dignus, qui semper in manibus hominum teratur,
» quò uanitas rerum omniũ quae sub sole geruntur, magis diluescat, & corda mor-
» talium ab instabilium rerum curis ad amorem coelestium ardentius inflammen-
» tur. Ex praefatione typographi.

ALDI Manutij Grammaticae Graecae institutiones, mero sermone Graeco conscriptae de uarijs declinationibus omne genus nominum & uerborum, à Marco Musuro expolitae, & post Aldi mortem aeditae cum praefatione Musuri. Venetijs, 1515. in 4. chartis 34.

Aldus Manutius Bassianas Romanus scripsit institutionum Grammaticae Latinae libros quatuor, excusos typis in officina ipsius in 4.

In primo libro habentur praecipua haec. De grammmaticae partibus. De nomine. De generibus nominum. De inflexione nominum. De casuum terminatione. De heteroclitis. De Pronomine.

In secundo haec. De uerbo. De inchoatiuis, & reliquis deriuatiuorũ uerborum speciebus. De inflexione uerborum. De praeteritis & supinis. De aduerbio, & caeteris orationis partibus.

In tertio haec. De constructione uerborum, aduerbiorum localium, participiorum, nominum. De duodecim figuris dictionis, & octo constructionis.

In quarto haec. De quantitate syllabarum. De pedibus metrorum Graecis, & Latinis, cum exemplis quantitatem syllabarum signis longo & breui indicantibus, Nazianzeni carmina uertit.

cantibus, usq; ad hexasyllabos. De uersu hexametro, pentametro, iambico, senario, hendecasyllabo, sapphico, trochaico: ubi & Græca habentur exempla. De accentibus. De distinctionibus. Has institutiones Gymnicus etiam publicauit Coloniæ.

Aldus Manutius scripsit de dierum generibus, simulq; de umbris & horis quæ apud Palladium memorantur. Folia sunt sex, in 8. cum authoribus rei rusticæ impressa. Verba Aldi in præfatione: Perquàm utile usum est futurum, si hic de diebus & qui in 24. partes, & qui in 12. diuidũtur: tum de horis, quæ sunt apud Palladium, nonnihil dicamus. Atq; eò magis, quod à perquàm paucis ætatis nostræ hominibus intelliguntur.

Dedit & annotationes in Q. Horatium, ubi ostenditur ratio mensum, quibus odæ Horatianæ tenentur.

Homeri poëma de ranarũ & murium pugna Latinis uerbis expressit, oratione prosa, sic ut uersus uersui respondeat.

Multæ eius præfationes extant plærisq; libris apud ipsum excusis præpositæ.

Eiusdem epistola una ad Angelum Politianum libro septimo Politiani epistolarum habetur.

ALEMANVS, uel Alemannus, uel Almannus, ut infra, nomen proprium.

ALEMANVS Rinuccinus (aliâs Rhinuccinus, & aliâs Ranutinus) Florentinus Philostrati libros 8. de uita Apollonij ex Græco in Latinũ transtulit, quos Aldus Venetijs Græce Latineq; impressit in fol. Deinde Gymnicus Coloniæ in 8. Latinam solum conuersionem excudit à Gyberto Longolio ad Græcum exemplar castigatam, & scholijs in margine illustratam cum indice, chartis ferè 27. Nam Eusebij aduersus Hieroclem librum non adnumero.

Idem Alemanus transtulit Plutarchi opusculum de mulierum uirtutibus.

ALEXANDRI Macedonum regis epistolium extat ad Aristotelem præceptorem suum, ubi reprehendit eum quod Acroamaticos libros euulgasset: refertur à Themistio in præfatione super primum physicorum.

ALEXANDRI episcopi epistola de sacerdotibus non uexandis, nec scriptis ab eis per metum aut aliquam fraudem exigendis. De passione Domini in consecratione corporis eius miscenda. De aqua cum sale populis benedicenda. De fide sanctæ Trinitatis. Data IX. Cal. Augusti, Traiano & Heliano VV. CC. COSS.

Eiusdem altera epistola ad omnes episcopos, per diuersas regiones constitutos, in qua commendat orationem, eam præsertim quæ communi multorum inter se adfectione fit: arcendos à Christianorum commercio, qui episcopos in ministerio importunius interpellauerint: Ethnicos patientia & concordia uincendos. Data IX. Cal. Nouembr. eisdem COSS.

Tertia epistola ad omnes diuino sacerdotio fungentes, episcoporum officium esse, ut omne uitæ tempus in cognitione diuinarum scripturarum collocent, atq; ex ea leges uitæ hominibus præscribant. Data Cal. Maij, Heliano & Veteres VV. CC. COSS.

Hæ tres epistolæ formis publicatæ sunt unà cũ D. Clementis recognitionibus, Basileæ apud Bebeliũ, chartis duabus. Item Coloniæ in uolumine Conciliorum, 1530. in magno fol. ubi primæ epistolæ idem argumentum præponitur, secundæ autem huiusmodi: Epistola Alexandri papæ, ut uitentur detractiones, & iniustę pulsationes. Et tertiæ huiusmodi: De causis & grauationibus sacerdotum. Simul autem omnes inscribuntur, Decreta Alexandri primi papæ. Epistola in Colonienſi æditione secunda, in altera cum Clemente tertia ponitur.

ALEXANDER papa tertius, Senensis, scripsit elegantes epistolas ad diuersos, lib. 1. T. M. 1141.
Ded potestate ecclesiastica librum 1. Et quædam alia.

ALEXANDER quintus. Vide Petrus de Candia.

ALEXANDRI monachi sermo historicus de inuentione sanctæ & uiuificæ crucis, Græce seruatur Romæ.

ALEXANDER Achillinus Bononiensis scripsit de chiromantiæ & physiognomiæ principijs librum Bononiæ excusum in fol. 1503. chartis sex. Stilus est barbarus.

T.cl.1240. vel Halensis ALEXANDER de Ales, natione Anglicus, ordinis minorum, scripsit iubente Innocentio papa quarto insigne opus quatuor uoluminibus partitũ multa utiliter complectens, quod prænotauit.

Summam theologiæ, lib. 4. Quoniam sicut dicit Boëtius.
Declarationẽ regulæ minorũ, lib. 1. Reuerendo in Christo.

Cætera eius non uidi. Dicitur autem quod tam uetus quàm nouum Testamentũ ex magna parte postillauerit, & de concordia iuris diuini & humani multa subtiliter disseruerit, aliaq; composuerit uaria, quæ ad manus nostras non uenerunt.

*Summa theologiæ super 4. libros magistri sententiarum, opus argute ac subtiliter, quamuis barbaro stilo explicatũ, in lucem exiuit Lugduni, 1515. in fol. tomis quatuor, chartis 683. Quæstiones & capita librorum recensere non est opus, quandoquidem authoris quem interpretatur, scilicet Petri Lumbardi ordinem & argumenta sequitur.

ALEXANDRI Alesij Scoti de authoritate uerbi Dei liber contra episcopum Lundensem. Verba authoris ex præfatione ad illustrissimũ principem, Ioan. Fride-
» ricum ducem Saxoniæ, &c. Disputaui autem in hoc libro de authoritate uer-
» bi diuini, quod à prophetis & apostolis conscriptum est, dictante Spiritu sancto:
» & confutaui Lundensis episcopi, & similium errorem, qui nescio quod uerbum
» non scriptum, ut ipsi appellant, cõmenti sunt, ac diuino illi præscripto nobis par,
» imò superius haberi uolunt: atq; ita præponunt authoritatẽ suam authoritati uer-
» bi diuini: quæ tanta est blasphemia, ut maior excogitari non possit. Et post pau-
» ca: Existimo autem usum esse me satis firmis argumentis, non modo ad confutan-
» dam aduersariorum ueræ doctrinæ temerariam impietatem, sed etiam ad proban
» dam & stabiliendam uerbi diuini dignitatem & maiestatem, nec omisisse quicq;
» quod ad breuem & simplicem huius naturæ tractationem pertinere uidebatur.

Hæc scripsit author Francfordiæ ad Oderam, anno Domini 1540. exul è Scotia. Libellus exiuit Argentorati 1542. in 8. char. 8. apud Cratonem Mylium.

T.cl.1310. ALEXANDER de Alexandria, ordinis fratrum minorum decimus & sextus minister generalis, composuit quædam opuscula, quibus posteritati innotuit.

Super sententias, lib. 4. Quæstionum uariarum, lib. 1.
In metaphysicorũ Aristotelis, lib. 12. In libros tres de anima.

In alios etiam Aristotelis libros commentarios ædidit, aliaq; uaria scripsit.

ALEXANDRI ab Alexandro Iurisperiti Neapolitani genialium dierum libri sex, excusi Lutetiæ accuratius quàm antehac apud Ioan. Petrum, 1532. in fol. cum duplici indice, chartis 106. Vixit hic author tempore Francisci Philelphi, Nicolai Perotti, Hermolai Barbari, &c. Vita eius breuiter ex hoc opere collecta statim post authoris præfationem ponitur. Verba ex præfatione authoris ad illustrem
» Aquæuiam ducem Adriæ. Accipias ergo opusculum & iocos meos, quibus
» quando à foro & negotijs otium & quies erat, quandoq; ab incursu calamitatum,
» & sæuientis fortunæ procellis respirare potuimus, cum amicis interdum ludere
» solebamus. Quibusq; mores & exempla omnis uetustatis, ueterumq; illa institu-
» tio auorum, tam circa honores & magistratus, senatusq; consulta, remq; bellicã
» & militarem, quàm circa sacra, cerimonias, cultusq; deorum, quantumq; à nostra
» religione, qua recte imbuti sumus, illa discrepent, liquido tibi innotescere possit,
» opus sane operosum. Et paulò post: Rudibus saltem ad capiendũ maioris ope-
» ris incrementum, et quandã uetustatis imaginem, uitandumq; inquirendi laborẽ,
» cũ omnia ex pluribus studijs collecta, cõplecti memoria nõ sit, fortasse proderit.

Deinde

Deinde conqueſtus de impedimẽtis ſtudiorum ſuorũ, ob uarias occupationes & curas, ſubijcit: Adde quod antiquitatis omnis ratio cognitioq́, & ſi quod eſt uetuſtatis exemplar, apud authores multiuagos, Græcos & Latinos, quos undiq́ conquiſitos, quoad facere potui, euoluimus, ſparſim & interciſe detruſa, nec in promptu expoſita ſunt.

Gerardus Morrhius Campenſis, qui hoc opus emendauit, collatis authorum locis, unde ſua hic Alexander deprompſit, in præfatione ſic ſcribit:
Mitto dierũ genialiũ libros Alexandri ab Alexandro Neapolitani, uiri (ut paucis dicam) exquiſite docti, quiq́ encyclopædiam omnibus numeris feliciſſime abſoluiſſe uidetur. Siue enim iuriſprudentiam ſpectes, ſiue in explicandis authorum nodis dexteritatem, ſiue hiſtoriarum & fabularum penitiſſimam cognitionẽ, breuiter quicquid ad perfectam rerum omnium doctrinam ſpectat, diſpeream niſi iures illum ubiq́ in ſua uerſari palæſtra. Hæc ille. Sed adſcribam aliquot capitum primi libri argumenta, unde coniectura fiat de reliquis.

Libri primi caput.

1 Locus ex Tranquillo de teſtamento Cæſaris in natali Iouiani Pontani inuicem diſcuſſus.

2 Qui reges uel principes apud uarias gentes, cognomenta ex ſuo nomine poſteris reliquerint.

3 Quid uerbum ſino cum negandi aduerbio apud Iureconſultos deſignarit, & quam uim habeat in edictis.

4 Ex quot millibus Decuria, Centuria, Manipulus, Vexillum, Turma, Cohors, & Legio à Romanis ſcribi conſueuerint.

6 Ex quibus cauſis Dictator apud Romanos olim & quare fieri conſueuit.

7 Locus ex Terentij Phormione elucidatus, & uetus Senatusconſultũ à Græcis ad Romanos deductum.

8 Spero te amaturum fore, uel amandum fore, ueterum authoritatibus dici licere, contra opinionem quorundam Grammaticorum.

9 Plæraq́ ueterum Romanorum cognomenta, quibus de cauſis indita, & denominata fuerint.

10 Quare partus ancillæ, cuius fructus legatus fuit, in fructu non ſit, cum reliquorum animalium contra fuerit.

11 Miracula de ſomnijs apud nonnullos cognita & comperta: & quæ ipſe expertus fuit.

Sunt autẽ primi libri capita 30. ſecundi 32. tertij 28. quarti 26. quinti 28. ſexti 26.

ALEXANDRI Aetoli tragœdias allegat Atheneus. Diſtichon eius habetur in Florilegio Planudis lib. 4. Alexandri autem ſimpliciter, diſtichon extat in tertio libro, & hexaſtichon in ſexto.

ALEXANDER de Antillo ſcripſit repetitionem rubricæ, de reſcriptis in 6. decretal. c. tibi qui.

ALEXANDER Aphrodiſiẽſis ſiue Aphrodiſieus ſub imperatoribus Seuero & Antonino philoſophiã profeſſus eſt, & primus omniũ Ariſtotelem antea uiris doctis laudatũ magis quàm intellectum, cõmentarijs enarrauit. A.C. 208. Ex huius ſchola uiri docti emanarunt, Themiſtius, Ammonius, Simplicius, Philoponus, Olympiodorus, omnes Ariſtotelis interpretes. Topica præſertim pulcherrime enarrauit. Na ſevero. Raph. Volaterranus. De anima libros 2. ſcripſit, quos eſſe Alexandri nõ tam inſcriptio, q̃ ſtilus, & citatæ à poſterioribus, præſertim ab Auerroi particulæ, fidẽ faciunt. Verba eius in præfatiuncula hæc ſunt: Propoſitũ noſtræ inſtitutionis eſt, ut de anima diſſeramus, quæ corpori, generationi, corruptioniq́ obnoxio inſita eſt: & quænam ſit illius ſubſtantia, quæ, quótue poteſtates, quæ poteſtatum inter ſe diſcrimina. Et paulò poſt: Sanè uero quemadmodum in reliquis philo

„ ſophiæ partibus ea, quæ ab Ariſtotele tradita ſunt, ſemper alijs præponenda eſſe
„ cenſuimus, & tanti hominis opinionem longe ueriorem cæteris exiſtimauimus:
„ pariter hoc loco ea, quæ de animæ doctrina ſentimus, ex eadem noſtræ inſtitutio-
„ nis lege abſoluẽtur. Quod ſi ea, quæ ab Ariſtotele de natura animæ recitata ſunt,
„ perſpicue pro uiribus aſſequemur, peculiari noſtra conſolatione freti, oppidò ele
„ ganter & recte ſingula tradidiſſe putabimus.

Capita primi libri.

Quæ ſit animæ ſubſtantia.
Quod facere & pati corporibus per incorporea competit.
Principium demonſtrationis, quod anima ſit forma.
Quot modis in alio eſſe dicatur.
Quod inſeparabilis eſt anima à corpore, cuius eſt anima.
Quod nullum ex ſimplicibus corporibus ſit anima.
Animam quod ad ſe attinet immobilem eſſe.
Contra Ariſtoxenum, qui uolebat animam eſſe harmoniam, hoc eſt intentionem quandam corporis.
Quot & quæ ſunt partes animæ.
Quod finitæ ſint numero facultates animæ.
De altrice uirtute, & quod duplex ſit alimentũ: & calorem inſtrumentũ eſſe eius.
Cur à ſtirpibus abſciſſæ portiones uiuant adoleſcantq́, ab animantibus uero mi-
De anima ſenſibili. (nime.
Quæ ſint per ſe ſenſilia, quæ per accidens.
De auditu. Quo pacto fiat echo.
De olfactu. De guſtu.
De tactu. De ſenſu communi.
De phantaſia & phantaſtica uirtute.
De impulſu ac ui impulſoria.
De rationali uirtute.
De intellectu potentiæ ſiue naturali.
De intellectu ſecundum habitum.
De intellectu practico & ſpeculatiuo.
De intellectu, qui uelut habitus dicitur.
De intellectu ſecundum actum.
De intellectu & re intelligibili ſecundum actum, & immateriali ſpecie.
De intellectu agente.
Quod anima eſt quodammodo res omnes.
De ordine animalium poteſtatum.
Quo in loco quáue in parte corporis animæ principatus conſtituendus ſit.

Hactenus primus liber de anima, qui ſolus etiam ab Hieronymo Donato patritio Veneto conuerſus eſt: ſed codex in officina Aldi impreſſus in folio Græce, alterum quoq́ librum de anima inſcriptũ habet nomine Aphrodiſiei, cuius hæc ſunt capita.

De animæ eſſentia, caput mutilum.
De intellectu.
De intellectu ſecundum habitum.
De intellectu agente.
Quod anima ſit incorporea.
Quod plures animæ facultates ſint, & non una ſolum.
Animam non eſſe in ſubiecto.
Qualitates non eſſe corpora.

Adeos

Ad eos qui nullum ex quatuor corporibus, quæ elementa uocamus, seorsim subsistere dicunt.
Quod aër natura sit calidus.
Ad eos qui uisum effici dicunt per radios.
Ad eos qui uisum constituunt διὰ τῆς τοῦ ἀέρος συνεπάσεως.
Ad eos qui simulachris incidentibus uisum fieri uolunt.
Ad eos qui uisum euenire asserunt, tum ab ipsis rebus, tum ab oculis defluxu quodam.
Quod lumen non sit corpus.
Quod corpus non possit penetrare per aliud corpus.
Quomodo uisus efficiatur secundum Aristotelem.
Quod color translucidi terminus sit.
De primo appetendo, id est, περὶ τοῦ πρώτου οἰκείου uariæ sententiæ.
Quod uirtutes inuicem se comitentur.
Iustitiam ex natura prouenire.
Quod uirtus ad felicitatem non sufficiat.
Marem & fœminam specie non differre.
De arbitrij libertate sententia Aristotelica.
Iterum de eodem. De fortuna. De fato.

Hactenus secundus liber extenditur, cuius & Latinus interpres nullam plane mentionem facit, & multa capita sunt nihil ad considerationem de anima pertinentia, multa uero eadem, quod ad inscriptionem, cum primi libri capitibus, & quicquid ab initio primi libri Alexander promittit, in eodem absoluit, unde moueor ut suspicer hunc librum uel huius authoris, uel certe huius loci, non esse.

Alexandri Aphrodisiei problematum libri duo impressi Græce forma enchiridij Lutetiæ apud Neobarium: sed circa finem desyderantur aliquot problemata Græca, quæ tamen in Theodori Gazæ translatione Latina leguntur, impressa unà cum Aristotelis problematibus Basileæ apud Cratandrum, 1537. in folio. Chartæ Alexandri problematum 11. sunt.

Ex præfatione Theodori Gazæ. Hæc problemata esse Alexandri illius, uiri fœcunda sapientia præditi, & uerí atq; germani opinionum Aristotelis speculatoris, nullo pacto equidem credere possum. Nam & doctrina authoris illius cum in plærisq; aliis, tum in ijs quæ de animo istæc disserunt problemata, omnino desiderantur, & ab elocutione illius adeò longe hæc dissonant, ut facile quisq; lectione ueterum literarum Græcarum exercitatus intelligere possit, non id opus ad Alexandrum Aphrodisieum, sed ad aliquem multò recentiorem authorem referri oportere. Sed quanquam non Alexandri esse putem, utilia tamen, legendaq; ita iudico, ut nec tibi (ad Nicolaum v. Pont. Max. scribit) conuerti iussisse displiceat, nec me munus hoc unquam pœniteat suscepisse. Quin & sermonis faciem talem nos scitamentis huius recentis, paruméq; linguæ periti authoris posuimus, ut ex eadem officina interpretis, ex qua Aristotelis problemata, hæc quoq; exisse uiderentur. Angelus Politianus quoq; priorem librum conuertit, à quo ita inscribitur: Alexandri Aphrodisiei super nonnullis physicis dubitationibus solutionum liber. Liber Græcus Lutetiæ impressus peculiarem præfationem in secundum quoq; librum habet de artis medicæ certitudine, quæ in Latina traductione Gazæ non legitur.

Primi libri problemata sunt apud Gazam 147. apud Politianum uero 151. Secundi 130. apud Gazam.

Alexandri Aphrodisiensis quæstiones naturales, de anima, morales, & liber de fato, Græce exiuerunt Venetijs, 1536. in folio, apud Victorem Trincauellum. Chartæ sunt quæstionum nouendecim: libri autem de fato 4. & dimid. Est autem

Græcum exemplar ualde corruptum, quod & Ioan. Baptiſta Bagolinus in Latina traductione ſua teſtatur. Hoc obiter admonendus eſt Lector, falſam eſſe Græci codicis impreſſi inſcriptionem, in qua cum typographus Damaſcij, Theophraſti, & Priſciani Lydi quædam, & epitomen in quatuor primos & octauum phyſices libros polliceatur, nihil tamen præter Alexandri quæſtiones & librum de fato excudit. Diuiduntur autem hæ quæſtiones per libros quatuor.

Quæſtiones ſeu capita primi libri, XXVI.

Per quæ quis conſtituat primam cauſam ſecundum Ariſtotelem.
De colore quædam.
Quorum ſunt definitiones.
Annotatio in dialogo, de hoc, ſi omnia fato fierent, auferri poſſibile & cõtingens.
Quamobrem augmentatio ſecundum formam ſolum, non autem ſecundum materiam quoq;.
Cur, ſi magis aqua per frigidum, quàm per humidum, eius quidem mutatio ex frigido in calidum non corrumpit ipſam, ex humido uero in ſolidum corrumpit.
Quo pacto non ſunt contraria magnum & paruum, cum mutatio quidem ſit in contraria, quod autem augetur & minuitur, in hoc mutatur.
Ad id, quod non ſit forma in materia, ut in ſubiecto.
Cur non bonæ habitudini ægritudo potius, quàm mala habitudo opponitur.
Quo pacto ſi quatuor ſunt cauſæ, non erit & in diuinis corporibus ſubiectum ipſa materia.
Quomodo dictum ſit in primo de anima: Animal enim uniuerſale, aut nihil eſt, aut poſterius.
Quo pacto poſſibile eſt ſimul eundem uoluptate & dolore affici, ſi contraria hæc.
Quod non eodem modo & ſecundum alias ſectas, & ſecundum Epicurum introducuntur colores, ut dicebat Cenſorinus Academicus.
Quod ſecundum quos ſolum honeſtum bonum eſt, nullum diſ hominibus præbent bonum.
Quod, ſi eadem materia & in diuinis, erunt & illa corruptibilia.
Expoſitio textus dicti in primo phyſicæ auſcultationis Ariſtotelis, de eo, quod contraria omnes quodam modo principia faciunt.
Quod non ſit forma in materia, ut in ſubiecto.
Quod non poſſibile eſt mundum eſſe Dei uoluntate incorruptibilem, ſi ſui natura corruptibilis ſit.
Quomodo eadem potentia ſimul contrariorum eſſe dicitur.
Quamobrem æſtate ſumus ſomnolentiores, ſi ſomnus eſt propter connati nobis calidi ad interiora retroceſſionem.
In quo prædicamento ſit motus.
An quod mouetur ſuper aliquo ſecundum priorem eius partem prius moueatur.
Cur, ſi corruptibilis eſt terra, non contingit ipſam & ſimul quandoq; corruptam iri.
Expoſitio textus ex primo phyſicæ auſcultationis Ariſtotelis in fine dicti, per quẽ dicit, inuentam materiam ſoluere etiam antiquorum dubitationes.
Quædam conferentia ad ea, quæ de prouidentia.
Quomodo forma in materia, per ſe ne, an per accidens.

Capita ſecundi libri, XXVI.

Sequi ad eos, qui & magnitudinem & tempus ex indiuiſibilibus componunt, omnia, quæ mouentur per indiuiſibile, æque uelociter moueri.

Expoſitio

Expositio textus in primo de Anima Aristotelis, dicti ad interemptionem huius, quod anima sit per se mobilis.
Quænam sit à motu diuini corporis ingenita uis uicino ipsi corruptibili, & generabili corpori.
Quod si hoc in nobis, cuius oppositū in nobis, neq; ipsum in nobis, neq; quod in nobis, in nobis erit.
De hoc, quòd & id, quod in nobis, fato est.
Quo pacto erit immobile secundum Aristotelem primum mouens: siquidem, ut ipse dicit, unumquodq; eorum, quorum est opus, gratia operis est. Dei aũt operatio est immortalitas: hæc autem est uita sempiterna, quare necesse est Deo inesse æternum motum.
Quid erit materia, si à priuatione quidem habet quod non sit qualis, & non figurata, à forma uero, quod qualificetur, & figuretur.
Quo pacto non definiuit idem per idem, qui animã definiuit actum corporis physici, organici, potentia uitam habentis.
Quomodo anima non sit ad aliquid, si actus est talis corporis.
Quod anima non est seipsa mobilis.
Quamobrem quod generatur, cum ex priuatione mutatur, simul ex suo contrario mutatur, si non sunt idem priuatio & contrarium.
Per id, q; corpora in seipsa cõtrahantur, nõ monstrari corpus per corpus pmeare.
Aduersus Platonicos, qui ex triangulis figuras, & formas corporũ dicunt componi, non ipsa corpora.
Si cõmunia sunt notiones, notiões uero nõ sunt corpora, neq; ipsum cõmune erit corpus, etiãsi sit ratio cõmunis corporis: nec definitio, est corporis definitio.
Quo pacto dicimus eandem potentiam simul esse contrariorum.
Quo pacto non eodem modo ac artes coniecturales, etiam aliæ artes finem habebunt, omnia scilicet, quæ apud ipsas, facere, ut propositum assequantur.
Quod non, si est illo, qui est, ut ὑπεκκαυμα, id est, succensus fomes, qui & elementũ est, calidior aliquis ignis alius, propter hoc mixtione contrarij tale illud.
De hoc, quod natura sit principium motus.
Quod si mundus est æternus, esse uero ipsi mundo ordo est, erit & hoc in sui propria substantia.
Quo pacto quod mutatur in aliquid per potentiã, quam habet, seruat potentiam & postquam mutatum fuerit in quod mutatur.
Non esse per accidens prouidentiam secundum Aristotelem.
Expositio textus ex secundo de Generatione & Corruptione Aristotelis, diuersa ab ea, quæ in commentario in illum: est uero textus hic, &c.
De lapide Herculeo, propter quid trahit ferrum.
Expositio textus ex secundo de Anima Aristotelis dicti, paulò post principium.
Expositio alius textus ex secundo de Anima Aristotelis.
Alius ex eodem textus. Rursus alius ex eodem.
Materiam non esse genus.

Capita tertij libri, XV.

Quid est reminiscentia.
Expositio textus ex secundo de Anima sermone Aristotelis, per quem dicit: Speculans enim fit habens scientiam: quod quidem, aut non est alterari, in ipsum enim accretio, & in actum.
Expositio textus ex secundo similiter de Anima, per quem de sensu dicit, est autẽ hic: Determinatis uero his dicamus communiter de omni sensu.
Cur accessus recessusq; Solis nõ pariter sunt generationis & corruptionis causæ; alius enim generatio, alius est corruptio.

Quod ſimpliciter ex neceſſitate generari, & nõ ex ſuppoſitione, eſt in his, quæ cir culo ſemper fiunt.
Expoſitio textus ex tertio de Anima Ariſtotelis, per quem demonſtrauit plures quinq; non eſſe ſenſus.
Alius textus expoſitio ex tertio de Anima, quo quærit, quomodo cõſenſus nobis ſentientibus fit.
An ſenſibile, quod ab omnibus ſenſibus per accidens ſenſibile.
Expoſitio textus ex tertio de Anima, quo demõſtrat Ariſtoteles, quod eſt aliquid, quo ſimul omnia ſentimus.
De mari, ex Meteorologicis.
Argumentatio, quod poſitione nomina.
Non eſſe infinitum ipſum ens.
De eo, quod in nobis, quædam.
Diſcurſus eorum, quæ in quarto Meteorologicorum, imperfectus.
De eo, quod eſt ueluti impartibile.

Capita libri quarti, xxx.

Difficultates aduerſus dicentes ipſum uiuere eſſe bonum.
Quod uoluptates non ſint eiuſdem ſpeciei.
Quod inter iuſtitiã, atq; iniuſtitiã, & omnino uirtutẽ & uitium, eſt aliquis habitus.
Difficultatis ſolutio dicentis, inſtrumento quidem nihil eſſe contrarium, diuitijs uero paupertatem contrarium, propterea non eſſe diuitias inſtrumentum.
Difficultas, quod communis uoluptas, quæ ut genus aſſumitur, neq; bonum eſt, neq; malum, neq; indifferens.
Quod uoluptati dolor eſt contrarium, non autem labor.
Cur, ſi dolor omnis ſuijpſius natura malum, non etiam uoluptas omnis eſt ſuijp- ſius natura bonum.
Quod uirtus neq; genus, neq; totum.
Quod nõ oẽs, qui peccant, ignoratione, quod mala & damnoſa ſint quæ faciunt, (peccant.
Quod homo uirtutum gratia, non autem è contra.
Quod non multipliciter ipſum inuitum, quoniam & ui & per ignorantiam.
Textus cuiuſdam expoſitio ex tertio Ethicorum ad Nicomachum Ariſtotelis.
Quod propria ſit uoluptas actioni, in qua fit.
Quo pacto defendetur eſſe aliquid medium uoluptatis & doloris.
Quod imprudentia horum eſt ignorantia, quorum prudentia eſt ſcientia.
Quo pacto, ſi dolor omnis malum, non etiam uoluptas omnis bonum.
Sub quo bonorum ſit uoluptas.
Cur maxime importunos dixit eos, qui in uoluptate finem ponunt, in primo Ethi corum ad Nicomachum.
Quod non ſint eiuſdem ſpeciei uoluptates ipſæ.
Quod non oportet ubiq; utile quærere.
De uerecundia.
Quod uirtutes ſe ſequantur.
Quo pacto, ſi uoluptas iuxta Ariſtotelem actus eſt habitus ſecundum naturam, non impeditus, non erit etiam fœlicitas iuxta ipſum uoluptas.
Quo pacto uirtutes ſint propter ſe expetendæ.
Diſcurſus, unde nam uirtutum inuentio & conſtitutio.
Quod honeſtum non uoluptatis gratia expetendum, ſed uoluptas honeſti.
Qua de cauſa morales uirtutes mediocritates.
Vtrum, uel ut genus, uel ut totum uirtutum uirtus.
Alterius textus expoſitio ex tertio Ethicorum ad Nicomachum Ariſtotelis, quo demonſtrat, quod & uitia, ſimiliter ac uirtutes, in nobis.

Quo

Quo pacto, ſi ex contrarijs contraria fiunt, non erit ex iuſtitia quidem iniuſtitia, ex iniuſtitia uero iuſtitia: & in alijs uirtutibus uitijſq; eadem ratio.

Capita libri de fato, & eo quod in nobis. XIX.

Proœmium ad Antoninum & Seuerum imperatores, qui ipſum Ariſtotelis interpretationi præfecerant.

Non eſſe inquirendum an ſit fatum, ſed quid ſit.

Quatuor eſſe omnium cauſarum genera, & fatum agentibus cauſis eſſe annumerandum.

Quot ſint agentes cauſæ, & ſub qua earum fatum contineatur.

Fatum non eſſe cauſam neceſſariò cauſantem, ſed ut plurimum, quemadmodum & naturam.

Eos, qui omnia fato fieri putant, auferre fortunam & caſum.

Contingens ad utrūlibet auferri ab his, qui omnia ex neceſſitate fieri arbitrantur.

Ab his, qui omnia fieri dicunt ex anteactis cauſis, tolli omnem conſultationem.

Ab his, qui omnia ex neceſſitate fieri dicunt, introduci alium modum eius, quod in nobis.

Eos, qui omnia fato fieri dicunt, non recte ſumere id, quod in nobis.

Falſam eſſe opinionem illorum, qui motuum & actionum noſtrarum cauſas externas introducunt.

Eos, qui omnia fato fieri dicunt, omnem humanæ uitæ actionem auferre.

Opinionem eorum, qui omnia fato fieri dicunt, in ſermonibus ſuis eſſe falſam.

Ratio ſumpta ex ordine cauſarum in uniuerſo, qua utuntur aſſerentes omnia fato fieri.

Refellitur prius dicta ratio, ceu falſas propoſitiones aſſumens.

Exponitur ratio ſumpta ex habitibus animi, qua auferebant id quod in nobis, & ſoluitur.

Ex deorum præcognitione non inuehi futurorum neceſſarium euentum.

Confutantur dicta illorum, qui aſſerunt ſe ſeruare id, quod in nobis, in uero ſenſu, eò quod non ſit in omnibus, quæ per impulſum agunt.

Falſam eſſe rationē illam, quæ nititur oſtēdere, niſi omnia fato fiant, leges auferri.

Improbatur ratio illa, quæ arguit, niſi omnia fato fiant, auferri uirtutes, & uitia.

Epilogus.

Alexandri Aphrodiſiei opuſculum de febribus ad Apolloniū à Georgio Valla Placentino translatum exiuit Baſileæ in 8. 1542. chartis ferè tribus. Pollicetur autem non amplam & exactam febrium curationem, ſed breuem & introductoriam, pro temporis anguſtia.

Capita libri ſunt XI.

Cap. 1. Febris definitio.
2 De calore naturali & contra naturam.
3 Duorum contrariorum entelechia in eodem ſubiecto eſſe nequit.
4 Febres non ſolum in membris, ſed ſpiritibus & humoribus accendi.
5 Corpora mortalium tria complecti, & de ſpeciebus febrium copioſius.
6 Febrium genera ac differentiæ.
7 De affectionum cauſis in genere.
8 Triplices eſſe apud medicos febrium cauſas.
9 De cauſis exactius in uniuerſum.
10 Aliter de eiſdem.
11 De febrium differentijs examinatius.

Clauſula in fine libri: Cunctas autem has febrium differentias, quidam ante nos examuſſim ſimulq; perſpicue expoſuit, inquiens. Hæc Alexandri uerba in codice manuſcripto libri Galeni de febrium differentijs ſtatim ſequuntur.

περὶ μίξεως, id est de mixtione liber huius authoris adiectus est commentarijs in Meteoris, Venetijs in officina Aldina, 1527. in fol. chartis tribus.

Inuenio etiam extare lucubrationem eius in Italia περὶ κράσεως καὶ αὐξήσεως, à superiore, ut opinor diuersam, necdum æditam.

Liber Alexandri de figuris sensus & dictionis, excusus Venetijs apud Aldum Græce in fol. in uolumine 12. rhetorum de arte rhetorica.

Alexandri Aphrodisiensis commentarij in Aristotelicos libros.

Commentarij in primum librum analyticorum priorum Græci, excusi Venetijs in officina Aldina, 1520. in paruo folio, chartis 71.

Commentarij in sophisticos elenchos: ibidem Græce, eodem anno, & forma eadem. Chartis triginta tribus.

Commentarij Græci in octo libros Topicorum, à M. Musuro ad collationem ueterum exemplarium recogniti. Apud Aldum 1513. in fol. chartis 71.

In Meteorologica commentarij, apud Aldum, 1527. in fol. chartis 35. unà cum opusculo de mixtione, & Io. Grammatici commentarijs in libros de generatione & corruptione impressi.

In librum de sensu, siue sensorijs instrumentis, & rebus sensibilibus hypomnema. Apud Aldum 1527. in fol. chartis 17. excusum cum alijs commentarijs Simplicij in libros de anima, & Michaëlis Ephesij in parua naturalia.

In libros de prima philosophia omnes qui extant, commentarij à Ioan. Genesio Sepulueda Cordubensi Latini facti (Græcos enim nondum uidi) & excusi Lutetiæ apud Colinæum, 1536. in fol. unà cum indice, & scholijs ad margines, quæ enarrationum summam paucis proponunt. Chartis 101. Locis quibusdam non integris asteriſci adiecti sunt, ut si quis Græcum exemplar emendatius fortè nanciscatur, eos in communem studiosorum utilitatem collatos restitutosq; emittat.

Eiusdem authoris commentarios in libros de naturali auscultatione alicubi extare Venetijs ex homine Græco, docto, & fide digno percepi.

In catalogo cuiusdam bibliopolij Alexandri Aphrodisiei practica nominatur, quod nomen ipsius libro de febribus ab imperito aliquo impositum suspicor, cum & alij quidam barbari scriptores sua scripta de febribus practicas appellarint.

Hoc autem Aphrodisiei opus non actum curandi febres, sed earũ naturæ speculationem continet.

ALEXANDER Aug. in fragmentis Gregoriani codicis allegatur.

ALEXANDRI Benedicti Veronensis de morbis medicandis à capite ad calcem libri 30.

Aphorismorum, liber 1. De peste, eius causis, & materia auxiliorum, lib. 1.
Anatomes libri 5. Henricus Petrus excudit Basileæ in 4. Stilus est elegans, & eruditio satis ampla.

Liber de pestilenti febre chartas habet 4. seorsim etiam impressus apud eundẽ typographum cum eiusdem argumenti libro Ioachimi Schilleri.

Anatomici quoq; libri & Aphorismi, siue collectiones medicinales, enchiridij forma simul excusi sunt in 16. 1527.

Præterea Ottho Brunfelsius suis locis communibus huius authoris aphorismos adiunxit, quorum chartæ sunt 2. in 8.

ALEXANDRI Bondini artium & medicinæ doctoris extat epistola Græca in organum Aristotelis, quod Aldus excudit.

ALEXANDER Chamaillardus Aristotelis libellum de uirtutibus, nuper excusum Latinitate donauit, quæ translatio in postrema æditione Basilicnsi Aristotelis operum habetur.

ALEXANDER de Clipido scripsit de authoritate ecclesiæ.

T.M.253. ALEXANDER episcopus Cappadociæ, scripsit epistolas,

De

De pace ecclesiæ ad Antinoitas unam.
Ad Antiochenses unam, per Clementem presbyterum.
Pro Origine contra Demetrium unam.
Ad Origenem: & alias plures.

* Hæc Trittenhemius ex D. Hieronymi uitis scriptorum ecclesiasticorum descripsit: an uero ulla ex illis epistolis extet non expressit; ego sanè nullam extare (putauerim.

ALEXANDER Hermanoctius. Vide in Hermanoctio.

ALEXANDER Imolensis, siue de Imola, I. C. Ioannis de Imola (qui claruit circa annum 1420.) discipulus, scripsit super omnes partes iuris ciuilis, uolumen impressum. Super ff. Super 1. inforciati lecturam, Consilia, & Disputationem, quæ incipit Sigismundus. Quæ omnia typis excusa in bibliopolarum catalogis legimus, Disputatione excepta.

ALEXANDER de Lentria scripsit de pluralitate beneficiorum ecclesiasticorum.

ALEXANDRI Losæi Auliani in tertium Codicis librum commentarij.

Eiusdem in paragr. præterea inutilis. Instit. de inutili stipul. enarratiuncula perbreuis. Gryphius Lugduni in 4. 1537.

ALEXANDER Myndius de animalibus & iumentis scripsit, qui eius libri apud Athenæum citantur.

ALEXANDER Nequam, citatur in summa Alberti Magni.

ALEXANDER de Neuo Consilium contra Iudæos fœnerantes.

ALEXANDRI Paccius patritius Florentinus Aristotelis de poëtica librum Latinitate donauit. Impress. Basil. 1537. cum indice, in 8. apud Robertum VVinter. Adiutus est autem tribus peruetustis exemplaribus, & doctorum hominum auxilijs Gasparis Contareni, & Nicolai Leonici, quod ipse testatur in præfatione ad Leonicum, anno 1527. ad eum conscripta, Venetijs. Hunc libellũ postea Gulielmus eius filius ædidit, nondum, ut inquit, à patre absolutum. Exiuit Basileæ in 8. unà cum Græco exemplari, indice, & castigationibus Græci codicis.

In eadem epistola Alexander mentionem facit de quibusdam tragœdijs suis, quas Nicolao Leonico recognoscendas miserat: et in principio statim sic scribit ad Leonicum: Obseruationes tuas in Electram nostram ita probauimus, ut omnium sanè diligenter habita ratione, digna statim uisa sit, cui suprema à nobis manus imponeretur. Suspicor aliquas Sophoclis tragœdias ab eo conuersas esse, inter quas & Electra est. « « «

ALEXANDRI Tralliani iatrosophistæ libri medicinales Græce extant in Italia non dum publicati. Eidē barbara translatione authoris incerti cum expositione quadam in margine. Excusi sunt Lugduni, 1504. Deinde Basileæ apud Henricum Petrū in fol. 1533. Albano Torino interprete: uel, ut mihi uidetur, metaphraste potius antiquæ translationis, non autem Græci uoluminis interprete, cum eius planè nullam in præfatione mentionem faciat. Antiqua translatio in libros tres digeritur, Albani autem in quinq; libros. Præterea in antiqua translatione affectus hæmoptoici curam non reperio, cum Albanus eam satis copiose proposuerit: cætera eadem mihi uidentur, quantum ex breui inspectione colligo, etiamsi plures apud Albanum libri sint, & multo maius uolumen, sequutus enim uidetur aliam libros diuidendi rationem, & metaphrasis libertati copiæq; nimis indulsit, aut etiã affectauit. Chartis constat 96.

Tractatur in his libris morborum omne genus secundum locos à capite ad pedes curatio, ac febriū quoq; in ultimo libro: & multæ passim egregiæ medicamentorum compositiones, non quælibet, sed experimentis celebriores, indicantur.

Apparet eum ex recentioribus Græcis esse, quandoquidē medicamenta tum simplicia, tum composita quædam antiquis ignota usurpat.

T.d,124e. ALEXANDER cognomine de Villa Dei, Dolensis, ordinis (ut dicunt) fratrum minorum, scripsit tam metro quàm prosa non pauca opuscula, è quibus ego tantum adhuc reperi subiecta, uolumen metro leonino scriptum, De grammatica, cui titulus est

Doctrinale puerorum,	lib. 3.	Scribere clericulis paro.
De computo ecclesiastico,	lib. 1.	Quamuis modo in fine tem.
De sphæra,	lib. 1.	De arte numerandi, lib. 1.

Fertur & alia cõplura scripsisse, sermones, epistolas, uariosq; tractatus qui ad manus nostras adhuc minime peruenerunt.

* Grammatica eius, siue doctrinale, multis in locis excusa est, cum olim assiduus eius in scholis usus esset, à quibus nunc frugibus inuentis istæ glandes reiiciuntur.

ALEXANDRIDAE poëtæ fabulas citat Athenæus, quatuor in locis.

ALEXIDIS poëtæ comici, subinde ex multis fabulis, nempe 114. uerba citat Athenæus. Allegatur & apud Stobæum aliquoties, & in Florilegio Planudis extant eius carmina 10. libro sexto, sectione quinta.

ALFENVS (uel, Alphenus) Varus uetus iurisconsultus, scripsit Digestorum libros 40. quos deinde Paulus in epitomen redegit. Extant eorum fragmenta in Digestorum libris à D. Iustiniano concinnatis.

ALFONSI Ferri Neapolitani medici, Pauli III. Pont. Maximi chirurgi primarij, de ligni sancti multiplici medicina, & uini exhibitione, libri 4. Impressi Parisijs, forma enchiridij in 16. 1539. quaternionibus 13. Conficit autem charta quaterniones 2. in 16. Primus liber agit de ligno sancto, eligendo, præparando, eiusq; uiribus, & uictu in eius cura seruando.

Secundus docet quibus in morbis administretur, quibusq; complexionibus, ætatibus, temporibus, regionibus, inueteratis aut recentibus morbis. Sunt autem hæc morborum nomina, quorum curam per huius ligni medicationem instituit: Cephalæa & hemicrania, Vigilia immodica, perturbatio intellectus, defectus & amissio memoriæ, melancholia, epilepsia, paralysis, spasmus, hebes auditus, morbi nasi ut polypus & alia ulcera, linguæ spasmus & ranula: gingiuarum imbecillitas, influxus humoris, ac dentium commotio: asthma, tabes, fastidium cibi, fœtidus spiritus, stomachi apostemata: morbi hepatis, præcipue carnosum ac durum eius apostema, hydrops, morbi renum, uesicæ ac renum ulcera, fluxus ex utero, sterilitas, cancer in matrice, ulcera matricis, hernia, elephantiasis & uarices,

morbi

morbi articulares, frígida apostemata & strumulæ seu scrophulæ puerorum.
Tertius liber peculiarem Gallici morbi, eiusq; accidentium & medicaminum considerationem proponit.
Quartus est de uini exhibitione, siue decocto ligni sancti in uino, neotericis nu
ALFONSVS. Vide Alphonsus. (per comperto.
ALPHONSVS episcopus Hispalensis, ordinis fratrum eremitarum S. Augustini æ- T. cl. 1340.
didit nonnulla magnæ authoritatis uolumina, quibus nomẽ suum etiam posteris
notificauit, è quibus ego tantum reperi opus subtile & insigne,
Super sententias, lib. 4.
ALPHONSVS rex Castellę & Legionis, philosophus et astronomus inter omnes sui T. cl. 1370.
temporis excellentissimus, scripsit utilissimas
In astronomia tabulas, lib. 1. Epistolarum ad diuersos, lib. 1.
* Alfonsi Hispaniarum regis tabulæ, quibus explicantur,
Temporum differentiæ ab Adamo ad plærosq; reges.
Tabella supputandi eras.
Tabula partibus proportionalibus opportuna.
Augem communem bifariam reperire.
Planetarum argumenta & centra media supputare.
Locum Solis in Zodiaco perscrutari.
Locum Lunæ uerum examinare.
Verum locum capitis draconis, & latitudinem Lunæ inuestigare.
Vera loca aliorum planetarum inquirere.
Modus corrigendi tabulas, & planetarum passiones.
Latitudines planetarum comperire.
Domos cœlicas trifariam fabricare.
Tabella ueri motus Solis in meridie.
Tabella introitus Solis in signa Cardinalia.
Tabella anticipationis æquinoctiorum & solstitiorum.
Modus corrigendi calendarium, & celebrandi pascha.
Aureum numerum, indictionem, & epactam indagare.
Qua feria celebrentur mensium calendæ.
Mensium Nonæ, Idus, & Calendæ.
Conuersiones annuas ac menstruas supputare.
Chronocratores annorum, mensium, ac dierum inquirere.
Coniunctiones superiorum medias reperire.
Eclipses luminarium per Alfonsi tabulas examinare.
De synodis & plenilunijs secundum L. Gauricum facilius supputare.
Eclipses luminarium supputatæ in plærisq; annis.
Stellarum fixarum naturæ seu qualitates.
Tabella diei prolixioris & parallelorum in quolibet climate.
His accesserunt tabulæ Elisabeth reginæ, nuper castigatæ, & in ordinem redactæ per L. Gauricum, cum additionibus & nouis problematibus eiusdẽ Gaurici.
Ex præfatione L. Gaurici: Anno 1524. Alfonsi regis Hispaniarum serenissi- "
mi ac doctissimi tabulis problemata seu nouos canones ac propositiones adijcere, "
& antiquos mirum in modũ perplexos dilacerare non dubitauimus. In luminari- "
bus præterea, synodis ac plenilunijs, theoremata, nouas tabellas. Omnia simul "
impressa Venetijs, 1524. in 4. chartis 31.
ALFRAGANI astronomorum peritissimi introductio astronomica, continens om-
nia rudimenta astronomiæ. Impressa Ferrariæ, 1493. in 4. chartis 7.
Capita libri triginta sunt, his argumentis.
1 De annis Arabum & Latinorum, ac mensium nominibus: tum quid inter se
differant.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [99] - 29v

1 Cœlum cum omnibus ſtellis inſtar ſphæræ rotundũ eſſe, & ſimiliter uolui.
3 Terram cum omnibus ſuis terrenis atq; marinis partibus ſphæricam eſſe.
4 Sphæram terræ tum ſitu tum quantitate ſe habere ad cœlũ, ueluti centrum ad circulum.
5 De utriſq; motibus primis cœli, altero totius ab oriente in occidentem: & altero contra, planetarum.
6 Deſcriptio quartæ partis terræ habitabilis, & omnium accidentium eius ex uolubilitate circuli, & diuerſitate diei ac noctis.
7 De proprietatibus diuiſionum eiuſdem partis: & cõmemoratione locorum, ſuper quæ oritur Sol menſibus, & non occidit: & contra.
8 De fractionibus menſuræ terræ, & diuiſione ſeptem climatum habitabilium.
9 De nominibus ciuitatum & regionum notarum in terra, & quæ earum ſit unoquoq; climate.
10 De ortibus ſignorũ & diuerſitate eorum in circulis rectis, qui ſunt horizontes lineæ æquinoctialis, & circulis decliuibus, qui ſunt horizontes climatum.
11 De quantitate temporum diei & noctis, & diuerſitate horarum æqualiũ ſiue inæqualium.
12 De forma & compoſitione orbium ſtellarum: & de ordinibus diſtantiæ ipſorum à terra.
13 De motibus Solis & Lunæ ac ſtellarum fixarum, uerſus orientem uel occidentem, qui appellantur motus longitudinis.
14 De motibus planetarum quinq; in circulis ſuis iuxta longitudinem.
15 De retrogradatione planetarum in circulo ſignorum.
16 De quantitate circulorũ planetarũ, tam breuium, quàm egreſſarũ cuſpidũ.
17 De orbibus planetarum in circulis ſuis, & in circulis ſignorum.
18 De motu latitudinis ſtellarum fixarum & errantium, id eſt, meridiem & aquilonem uerſus.
19 Numerus & quantitas ſtellarum fixarum: & ubinam 15. maximæ ſint.
20 De figurationibus ſyderum, quæ appellantur manſiones Lunæ, & ſunt numero 28.
21 De menſura qua diſtant à terra errantes & fixæ ſtellæ.
22 De magnitudine ſtellarum, & quanta ſit terra ſingulis ſtellis collata.
23 De diuerſitate inter ſtellas & gradus earum in circulo ſignorum, dum fuerint in medio cœli, & in ſuo ortu uel occaſu.
24 De ortu occaſuq; planetarum, & occultatione ipſorum ſub radijs Solis.
25 De ortu Lunæ, & augmento uel imminutione luminis eius.
26 De ortu quinq; planetarum ſub radijs Solis.
27 De eo quod accidit Lunæ & ſtellis propinquioribus terræ, de diuerſitate aſpectus.
28 De eclipſi Lunæ.
29 De eclipſi Solis.
30 Quantum temporis inter duas eclipſes labatur. (uenio.

Quis hoc opus ex Arabico, ut uidetur, ſermone in Latinum deduxerit, nõ in-

ALGAZEL author Arabs ſcripſit deſtructiones contra Auerroym, & rurſum Auguſtinus Niphus deſtructiones deſtructionum huius Algazel.

T. ALGERVS ex ſcholaſtico monachus Corbeienſis in Saxonia, natione Theutonicus, ordinis S. Benedicti, carmine ualens & proſa, ſcripſit urbano admodum ſtilo inſigne uolumen,

De ſacramento altaris, lib. 3. Quia ſancti de corpore.
De gratia & libero arbitrio, lib. 1. Sciendum eſt quod liberum.
Et quaſdam epiſtolas, & alia quæ non uidi.

* Algeri de ſacramentis liber, impreſſus Coloniæ à typographo Quendel.

ALHACEN

ALHACEN authoris perſpectiuæ ſcriptum quoddam extare audio.

ALIANDER de Coſco nobilis ac literatus uir, epiſtolam Chriſtophori Colom de inſulis in mari Indico nuper inuentis ex Hiſpanica lingua in Latinam non inerudite uertit, anno 1493. charta 1. in 4. libellus impreſſus.

ALMANNVS monachus Altuillarenſ. cœnobij, ordinis S. Benedicti, ſcripſit tam metro quàm proſa uaria opuſcula. Et quia ſuo tempore Francia à Normannis uaſtabatur, exemplo Hieremiæ prophetæ deſolationem eiuſdem terræ & ſui monaſterij quadruplici deplanxit T.cl.890.

Alphabeto componens,	lib. 1.	Vitam Vinardi epiſcopi,	lib. 1.
Vitam S. Syndulphi,	lib. 1.	Vitam S. Helenæ Auguſtæ,	lib. 1.
Translationem eiuſdem,	lib. 1.	Et alia quæ non uidi.	

ALMANSORI principi libros ſuos in re medica Raſis nuncupauit.

ALMANSOR aſtrologus ſcripſit iudicia, ſeu propoſitiones, ſiue capitula ſtellarum, 150. oblata regi magno Saracenorum. Ea tranſtulit Plato Tyburtinus ex Arabico ſermone in Latinum. Venetijs anno, 1493. in fol. charta 1. uel paulò minus, cum quadripartito Ptolemæi.

ALOISII Marliani Mediolanenſis epiſtola, qua calamitoſa Philippi Hiſpaniæ regis, in Hiſpaniam nauigatio deſcribitur. Liber impreſſus Argentinæ, 1514. in 4.

ALOISII Mundellæ, apud Brixiam Italiæ medici, epiſtolæ medicinales 23. uariarũ quæſtionum, & locorum inſuper Galeni difficilium expoſitionem continentes.

Argumenta epiſtolarum hæc ſunt.

Epiſtola 1. De ſmaragdi uiribus & uſu, & an putrida febre ac continua grauiter laborantibus, pro medicamento dari conueniat.

2 Vuæ paſſæ quæ ſint uetueribus, & earum uires.

3 Medicamenta quæ frigido ualde & ſicco temperamento præſtant, uel quæ ſubſtantia ſua imputreſcibili humoribus admiſcentur, qualia ſunt acetum, mala Punica, terebinthina, & cætera, an proſint febribus peſtilentibus, & quomodo.

4 De lapidibus, Achate, Gagate, Aëtite, eorum differentia & uſu. Et quod nõ recte Gagaten puerperæ medicus quiſpiam propinauerit.

5 De doſi rheubarbari quædam, & ſuper hoc Meſue locus. Item compoſitionum aluum ſoluentium, exhibendarum modus exploratus. An ſaccarum ignotum fuerit Dioſcoridi & Galeno, & quo pacto. Aloë ſit ne ægris danda tempore hyberno. De ſtomachi uocabulo nonnulla. De natura ſarcocollæ è ſententia Meſue.

6 Coturnix uulgò dicta apud Italos, quale genus ſit apud ueteres, deq; ipſius natura.

7 De uentriculo expoſitus Galeni locus: quomodo libro τῆς κατὰ γένη, ori eius & metaphrenis ad iuuandam coctionem illini præcipiatur myracopon regium, & aliorum huic quæſtioni affinium expoſitio. De hepate lupi, apparens apud Galenum diſſoluta controuerſia.

8 Ranarum ius, ranasq; ipſas ſumptas iis opitulari mirifice, qui à uenenatis reptilibus percuſſi ſunt: & proinde rationi conſentaneum eſſe, earum uſum in cibis apud multas præſertim Italiæ nationes frequentatum.

9 De cammaris, idem ne ſit eorum genus cum cancris, an diuerſum: & utros præparari dariq; aduerſus canis rabiem conueniat.

10 Cur Galenus libro Methodi undecimo, ubi peculiarem febrium putridarũ curationem tradere inſtituit, pharmacorum ſoluentium mentionem non faciat. De uſu clyſterum, quod non nutriant, aduerſus medicorum ſententiam.

11 De natura radiculæ, quæ raphanis dicitur. An cruda poſt cœnam ingeſta, coctionem iuuet: ſuper eo loci authorum uarij & inter ſe pugnantes.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [101] - 30v

12 Dyſenteriam generantes cauſæ, tam externæ, quàm internæ, & eius tota curatio expoſita.
13 Galeni locus è quarto de ratione uictus acutorum explicatus, ad curationẽ dyſentericorum pertinens.
14 An febrientibus uinum dari conueniat.
15 De Sena. An Ruellius iure miretur Galenum alioſq; authores nullam eius feciſſe mentionem, quum Theophraſtus illis ætate prior, in hiſtoria ſtirpium eam tradidiſſe uideatur: & an ea ipſa ſit, quam hodie in Gallia omnibus notam gigni idem Ruellius dicit.
16 De febris peſtilentis curatione.
17 Exanthematum ſiue morbillorum curatio.
18 Caſus mulieris à puerperio febre cõtinua laborantis ex pituita & bile in ueniculo & uenis exiſtentibus. Expoſitio eorum quæ in eius curatione à medicis adminiſtrata fuerint, & aſſignata ſingulorum auxiliorum ratio.
19 De natura aquarum ſponte calidarũ. In dubium uocatus Galeni locus ſexto ſalubrium, ubi uelle uidetur tales aquas ſimul & dulces eſſe & medicatas, quod aliis quibuſdam ipſius locis aduerſatur: & quædam conſimilia alia.
20 Auditus grauedine laboranti conſilium.
21 De recto uſu medicamentorum tum ſimplicium tum cõpoſitorum, & quæ eundem reddant difficilem.
22 Quàm ſit lubricum & ſuſpectum, medicamenta ſoluentia, iis præſertim qui cruda adhuc exiſtente materia humorum putredine febricitant, per initia morbi exhibere.
23 Annotationes in Examen ſimplicium ab Antonio Muſa Braſauola conſcriptum. Michaël Iſingrinius excudit Baſileæ, 1543. in 4. chartis 36.

ALPETRAGIVS quidam author citatur in ſumma Alberti magni.

T. ALPHANVS archiepiſcopus Salernitanus, ex monacho Caſſinenſis cœnobij, ordinis S. Benedicti, philoſophus & theologus, ſcripſit quædam profundi ſenſus opuſcula, è quibus extant:

De unione uerbi Dei & hominis, lib. 1.
De unione corporis & animæ, lib. 1.
De quatuor humoribus corporis, lib. 1.

Alia quoq; in omni literatura uolumina, quæ ad nos minime uenerunt.

ALPHARABII cuiuſdam liber de compoſitione aſtrolabij extare fertur.

ALPHENVS. Vide Alfenus.

Rabbi ALPHES Iudæus ſcripſit opus ingens Hebraice, ut audio, excuſum à Bambergo, de feſtis, ritibus, & conſuetudinibus Iudæorum.

ALPHEI Mitylenæi poëtæ epigrammata nouem in Florilegio Planudis ſuperſunt: ſex in primo libro: in tertio, quarto, & ſexto ſingula.

ALPHII (aliàs Alcimi) Auiti poëtæ fragmenta quædam extant ex libro, quem inſcripſit excellentium. Petrus Crinitus lib. 5. ca. 79. de poëtis Latinis. Vide in Auito.

ALPHONSI liber contra hæreſes, impreſſus Pariſijs in fol.

AMARANTHI Alexandrini περὶ σκιῶν liber citatur bis in Athenæi ſympoſiacis.

ALPHONSVS archiepiſcopus Toletanus in Ariſtotelis libros de Anima quæſtiones conſcripſit. Excuſæ ſunt Florentiæ, 1477. in fol.

T. ch. 1320. Amal. Franciſcan. 1330.

ALPHARVS ordinis fratrum minorum, natione Hiſpanus, Ioannis Scoti auditor, ædidit quædam præclara, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis tranſmiſit. E quibus extat opus magnum & inſigne, defectus eccleſiaſticarum perſonarũ deſcribens, quod prænotauit,

De planctu eccleſiæ, lib. 1.
Speculum quoq; regum, lib. 1.

In nomine domini noſtri Ieſu.

Alphonſus Toſtatus, Epiſcopus Abulenſis in Hiſpania. vide Bellarm. de Scr. Eccl.

Super

Super sententias, lib. 4. Apologiam, lib. 1. Et quædam alia.

* Aluarus Pelagius, theologiæ simul & utriusq; iuris peritia suo tẽpore celeberrimus, doctor canonici iuris, & Ioan. XXII. quondã pœnitentiarius, deinde præsul in Algarbia Portugalliæ in uilla Ramra (aliâs præsul Syluensis) scripsit 2. lib. de planctu ecclesiæ, in quorum priore Ioan. XXII. pontificis contra Marsilium Patauinum & alios causam defendit. Nã Ludouicus Bauarus Cæsar expulso Ioanne XXII. Petrum Corbarium Reatinum ei substituerat. Conatur igitur Aluarus in primo libro summam potestatẽ utriusq; gladij, ut uocant, ecclesiæ & pontifici uendicare, per capita siue articulos LXX. Multa inibi ad ecclesiasticas personas & regiam potestatem pertinentia disputans.

Secunda pars habet articulos XCIII. Vitia autem & defectus omnium statuũ (ut ipse scribit) in hoc opere in secunda parte tetigi, declarauí & exaggeraui, & de eorum contrarijs uirtutibus. Quomodo uero & status apostolorum, martyrum, confessorum, anachoritarum, & omnium religiosorum, & uirginum à sua perfectione ceciderunt, particulariter declarauí, &c. Non solũ autẽ religiosorũ, licet id maxime, sed aliorũ quoq; cuiuslibet status & artis hominũ uitia erroresq; persequitur. Volumen excusum Lugduni in fol. 1517. chartis 147. & prius Vlmæ in magno fol. anno 1474.

ALVARVS Gomes Hispanus prouerbia Salomonis reddidit carminibus, quæ typis excusa sunt Basileæ apud Robertum VVinter.

ALYPII cuiusdam authoris Græci Isagoge Musica seruatur Bononiæ in bibliotheca S. Saluatoris. Alibi in catalogo bibliothecæ cuiusdam, Alypij Musicam theoricam extare legi.

ALEXII Comneni Nouellas apud se extare Gregorius Haleander scribit in præfatione super Nouellis Iustiniani.

ALYPII & Augustini epistola ad Paulinũ numero sexta & centesima, inter D. Augustini epistolas. Eorundem epistola ad Iulianam Demetriadis uirginis matrem, CXLIII. Eorundem & Fortunati epistola ad Generosum CLXV.

AMANELLI de Claris aquis iurisperiti Singularia.

AMASIDIS Aegyptiorum regis epistolium extat apud Herodotum libro 3. ad Polycratem Sami principem in omnibus fortunatum.

AMBROSIVS Origenis auditor, primo Marcionites, ac deinde ab ipso Origene correctus, scripsit de sua conuersione gratias agens ad Origenem, T. cl. 230.

Epistolarum, lib. 1. Et quædam alia.

* Descripsit hæc Trittenhemius ex Hieronymi uitis scriptorum ecclesiasticorum: nihil autem amplius huius authoris extare puto.

AMBROSIVS presbyter, natione Alexandrinus, Didymi cæci quondam auditor, T. cl. 400.

cuius hæc apud nos feruntur:

Commentariorum in Iob, lib. 1. Contra Apollinarẽ Laodicenũ, lib. 1.

AMBROSIVS Ansbertus monachus, & presbyter ordinis S. Benedicti, multos in sacris commentarios ædidit, quibus nomen suum apud posteros illustrauit. Ego subiecta solum reperi. T. cl. 890.

In Cantica canticorum,	lib. 1.	Donum sapientiæ cum Sa.	
In psalterium quoq;,	lib. 1.	In Apocalypsin Ioannis,	lib. 10.
De cupiditate,	lib. 1.	Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.

AMBROSIVS Calepinus Bergomensis, ordinis S. Augustini, opus pergrande sua industria magno labore, ex innumeris propè authoribus collectũ de uocabulorũ notitia, ac præpositionũ interpretatione Græca & Latina cum authorũ attestatiõne non solũ quæ ad literaturam & poëtarũ & oratorũ cognitionẽ plurimũ conferunt, sed etiã quę ad medicos, philosophos, nec non doctores ecclesiasticos pertinent uocabula, docte satis eleganterq; explicuit. T. in appendice cl. circa annum 1500.

* Ambrosius Calepinus eremitanus Bergomâs scripsit Latinæ linguæ dictionarium, quod à multis deinde uiris doctis, diuersis temporibus, adeo & locupletatum & immutatũ est, ut si iam ipse Calepinus rediret, suum opus nequaq; agnosceret. Aeditio postrema, dum hæc scribimus, hoc anno 1544. sub prælo cuditur Basileæ per eruditum & diligentissimum typographum Leonhartum Hospinianum, de qua copiosius infra dicetur in mentione lucubrationum nostrarũ. Nunc, quoniam ipsius Calepini præfatio in recentioribus æditionibus ferè omittitur, aliquot inde uerba huc adscribam. Sic igitur ait in præfatione ad Senatũ Populũq; Bergomensem: » Plures anni sunt ex quo uel à prophanis, tum ueteribus, tum recentibus: uel à catholicis, & his sanè doctissimis sanctissimisq; uiris, cõplurimas dictionũ interpretationes, quæ mihi ad pernoscendas authorum sententias idoneæ uiderentur, excerpere atq; in unũ cœpi cogere. Et paulò inferius: Neq; uero eò uel temeritatis, uel dementiæ redactus sum, ut bonarum artium studiosis satis me facere posse existimem: quando nemo licet sapientissimus id unquam præstare potuerit, certoq; sciam me nec tanto ingenio, tantáue literatura præcellere, ut quæ à Nonio Marcello, Festo Pompeio, Pediano, Seruio, Donato, Varrone, cæterisq; Latinæ linguæ luminibus elucubrata fuerint, ego ipse magis religioni dedicatus, quàm cuipiã disciplinæ, clarius aut enucleatius scribere posse cõfiderem. Verum quia in præstantissimis illis literarum antistitibus plurima desiderabantur: ego ut communi studiosorum utilitati consulerem, ac meis pro uiribus suscepti muneris officio cumulatissime satisfacerem, ea carptim ex omnium penè disciplinarũ monumentis expromere conatus sum: multa contra Laurentium Vallam, contra Priscianum, aliosq; authores præstantiorum authoritate nixus. Plus enim apud me Ambrosij, Hieronymi, uel Augustini grauitas & doctrina ualet, & Græcorum, quàm Laurentij Vallæ studiosa reprehensio. Id autem bene maléue sim assecutus, iudicent alij. Hoc unum affirmare ausim, nostrum hoc opus & uocabulorũ multitudine, & præpositionum interpretamento, & authorum citatione ordineq;, dictionaria cuncta superare. Et circa finem epistolæ: Multa uero, imò penè innumerabilia desunt in hoc opere. Quis enim uniuersa multis etiam queat comprehendere uoluminibus? Hoc admoneri, ad rem plurimũ conducere uidetur, quippe quod unamquanq; dictionem inuentu facilem reddit. Nam omnes orationis partes, aut simplices sunt, aut cõpositæ. Quæ simplices sunt, suo quæq; loco, pro duarum triúmue literarum præcedentium ordine collocantur. Compositarum alias simplicibus, alias per se, secundum uariam multiplicemq; earum significationem, coaptaui ab A litera initium sumens.

Prima æditio, quam mihi uidere contigit, excusa est Venetijs in officina Petri Liechtenstein, anno 1509. in fol.

AMBROSIVS Contarenus V. C. legatus Venetorum apud Vxùmcossam regem Persarum, iter sutum descripsit; suspicor autem Italice scriptum esse, & Venetijs impressum superiore anno.

T. ch. 1430. AMBROSIVS Florentinus, ordinis Camaldulensis generalis abbas, Chrysoloræ Byzantini philosophi Græcas literas apud Venetias docentis quondã auditor: Hic fuit nuntius & orator Eugenij papæ ad concilium Basiliense, ubi pro eo solennem orationem habuit ad patres. Scripsit insigne uolumen.

Epistolarum ad diuersos, lib. 1. Orationes uarias.

Et alia complura.

In Latinum etiam ex Græco transtulit quatuor libros beati *Dionysij* Ariopagitæ, elegantiore & faciliori stilo.

Vitam quoq; originalem beati Ioannis Chrysostomi *ad Sigismundum Imp.*

Item Basilium de uirginitate, *ad Gabrielem Cardinalem*, postea papam Eugenium quartum.

Ambros. Catharin. defensor symboli fidei Trident. q. Lutherum. Lutheri Bo vide T. H. W. L. p. 141.

Item

Item Laërtium de uita philosophorum, ad Cosmam de Medicis.
Sed & tres libros diui Ioannis Chrysostomi ad Stagirium monachum Arrepticiũ luculento & ornato conuertit eloquio.
Et alia complura nobis adhuc incognita.

* Ambrosius Camaldulensis monachus Aeneæ dialogum Theophrastũ transtulit, de quo supra dictum est. D. Athanasij quædam, & Diogenis Laërtij libros 10. de uita & moribus philosophorum, Latinitate donauit. Item Ephren Syri aliquot sermones, inter quos unum in laudem fletus & uituperationẽ risus. Quanquam Ephren Syro sermone scripsit: aliquis enim eius libros Græce reddidit, quos Ambrosius secutus est.

Conuertit etiam Ioan. Scholastici Climacem, quod opus Venetijs exiuit in 8. anno 1531. chartis 16. & dimid.

In traductione Laërtij hic author, solum Frater Ambrosius, citra cognomen aliud, appellatur: hinc est quod typographus Valentinus Curio, uir non indoctus, in præfatione suspicetur hunc interpretem non esse Ambrosium illum Camaldulensem doctissimo sæculo natum, qui Politiani & illius temporis eruditorum uirorum amicitia usus est conuictu: sed potius alium quempiam monachum. Atqui hunc Camaldulensem esse Raph. Volaterranus in anthropologia & Trittenhemius testantur, quibus maior hac in re fides habenda. Quantum uero ad ipsam Laërtij translationem, idem typographus ex obseruatione doctorum hominũ admonet, eam planè infœliciter comparatam esse. Multa enim Græce reliquerat interpres omnino non uersa, aut planè peruerterat: carmina autem tum Laërtij tum aliorum consultò etiam se omisisse ipsemet scribit: sed in his omnibus restituendis operam se dedisse typographus scribit, ex cuius officina hic liber Latinus exiuit anno 1544. in 4. cum indice, chartis 51. & dimid.

Ambrosius monachus Camaldulensis oriundus è Portícu oppido Flaminiæ, dilectus in primis Cosmæ Medici, cui opera sua dedicauit: prodijt è schola Chrysoloræ, &c. Vertit è Græco, Laërtium, Ioan. Climacum, Vitas sanctorum patrum, Ephrem Syrum, Librũ Chrysostomi contra eos qui uitam monachorum uituperant.

Scripsit & ipse de Sacramentis, de sancto Spíritu, epistolasq; plures, quæ multos habent amatores. Raph. Volaterranus.

AMBROSIVS Chiriolanus, ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini, prior generalis, patria Romanus, scripsit quædam præclara opuscula, quibus nomen suum immortalitati commendauit, de quibus tamen ad notitiam lectionis nostræ pauca peruenerunt, quæ subiecí. T. cl. 1470.

In regulam sancti Augustini,	lib. 1.	Ex omnium parente docto.
Eiusdem regulæ cõmendatio,	lib. 1.	Postquam beatus Augustinus.
In secundam regulam,	lib. 1.	Acer ingenio uita præ.
De uita sancti Augustini,	lib. 1.	Sæpenumero cum in ma.
De eiusdem laudibus,	lib. 1.	Consueuere beatiss. pater.
Orationes uarias,	lib. 1.	Scripsit & alia plura.

AMBROSIVS Leo Nolanus scripsit opus quæstionum, tum alijs plærisq; in rebus cognoscendis, tum maxime in philosophia & medicina scientia. Impressum Venetijs, 1523. in fol.

Idem ædidit castigationes in Auerroym, qui liber magnus est, ac totius philosophiæ thesaurus. Sunt enim quasi commentarij quidam ordine in singulos Aristotelis libros. Excusæ Venetijs, 1517. in folio cum indice.

Actuarij Ioannis Zachariæ filij de urinis libros septẽ, ex Græcis Latinos fecit. Impressi Basileæ apud Cratandrum, 1528. in 8. chartis circiter 26.

In præfatione ad Camillum filium cum Græcis collaudatis Arabum authorita

„ tem eleuasset, hæc uerba subiungit: Auerrois quoq; interpretando Aristotelem,
„ frequentius expositiones Græcorum interpretũ retulit ut suas: quamobrem La-
„ tinis hominibus, qui Græcas literas ignorarunt, usus est apprime doctus. Vbi ue
„ ro suis nauigare uelis est ausus, nauem impegit. Nam præter cætera, in tractatu
„ suo de Substantia orbis præterquàm quod multas sententias falsas inculcauit, nõ
„ etiam est conspectare analysin ullam alicubi, uel doctrinam quæ ordine ullo pro-
„ cederet, ut latius in castigationibus aduersus ipsum demonstratum est à nobis.

T. cl. 300.

AMBROSIVS episcopus Mediolanensis, patria Romanus, scripsit multa præclara opuscula, de quibus ego duntaxat reperi subiecta.

Eig Epa recenset Hiero. nymus in Catal. c. 135.

De officijs,	lib. 3.	Non arrogans uideri.
De uocatione gentium,	lib. 2.	Inter defensores lib.
Hexameron,	lib. 6.	Tantum ne opinionis.
De dignitate humana,	lib. 1.	Faciamus hominem.
De paradiso,	lib. 1.	De paradiso adorien.
De Cain & Abel,	lib. 1.	De paradiso in superiori.
De Noë & Arca,	lib. 1.	Noë sancti adorimur.
De Abraham patriarcha,	lib. 2.	Abraham libri huius.
De Isaac & anima,	lib. 1.	In patre nobis sancti.
De bono mortis,	lib. 1.	Quoniam de anima superiore.
De fuga sæculi,	lib. 1.	Frequens nobis de effu.
De Iacob & uita beata,	lib. 2.	Necessarius ad disci.
De Ioseph patriarcha,	lib. 1.	Sanctorum uita cæteris.
De bñdictionib. patriarcharũ,	lib. 1.	Primum omnium quantam.
De Nabuthe Ietzraelita,	lib. 1.	Nabuthe historia tẽ.
De Helia & ieiunio,	lib. 1.	Diuinum ad patres re.
De Tobia,	lib. 1.	Lecto prophetico libro.
De interpellationibus,	lib. 4.	Multas nobis perturba.
Apologiam Dauid,	lib. 1.	Apologiam Prophetæ.
De Salomone,	lib. 1.	Mirum satis est dilectiss.
De mysterijs initiandis,	lib. 1.	De moralibus quotidia.
De sacramentis,	lib. 6.	De sacramentis quæ.
De cura pastorali,	lib. 1.	Si quis fratres oraculi.
De fide ad Gratianum,	lib. 3.	Regina Austri uenit.
De spiritu sancto,	lib. 3.	Hieroboal sub arbore.
De fide & symbolo,	lib. 1.	Multas quidem & gra.
De incarnatione domini,	lib. 1.	Debitum fratres cupio.
De mysterio Paschæ,	lib. 1.	Paschæ mysterium de.
De excessu fratris,	lib. 1.	Deduximus fratres.
De fide resurrectionis,	lib. 1.	Superiore libro aliquid.
De pœnitentia,	lib. 2.	Si uirtutum finis ille est.
Adhortationem pœnitentiæ,	lib. 1.	Admoneo uos fratres.
De uirginibus,	lib. 3.	Si iuxta cœlestis sen.
De uiduis,	lib. 1.	Bene accidit fratres.
Exhortationis ad uirgines,	lib. 1.	Qui ad conuiuium magnum.
Ad uirginem deuotam,	lib. 1.	Audi filia & uide &.
Ad uirginem lapsam,	lib. 1.	Audite me nunc qui.
Contra Symmachum,	lib. 1.	Ambrosius episcopus hea.
Consolatorium Valentiniani,	lib. 1.	Et si incrementum.
Contra Auxentium,	lib. 1.	Dalmatius me tribu.
De tradendis Basilicis,	lib. 2.	Video uos præter solitum.
De institutione uirginis,	lib. 1.	Commendas mihi pignus.

De morte

De morte Theodosij, lib.1.
De instructione sacerdotum, lib.1.
De circuncisione, lib.1.
De synagoga ad Theodosium, lib.1.
Reuelationē Gerualij Prothasijq́, lib.2.
De passione sanctæ Agnetis, lib.1.
De eligendo pontifice, lib.1.
De sancto Iob, lib.1.
Hymnorum & præfationum, lib.1.
In Psalmū: Beati immaculati, lib.22.
Epistolarum ad diuersos, lib.10.
In Euangelium Lucæ, lib.10.
Sermonum multorum, lib.1.
In quosdam psalmos, lib.11.
Hoc nobis motus ter.
Suscepisti munus sacer.
Non mediocris plæ.
Exercitus semper iugi.
Dominæ sorori uitæ atq́.
Ambrosius uirginibus.
De iudicijs, lib.1.
De XLII. mansionibus, lib.1.
In Epistolas Pauli, lib.14.
Licet mystico quoq́.
Pulchre admones frater.
Scripturi in librum Euan.
Libenter nos prædicare.

Fertur denicq́ Hegesippum & quosdam alios de Græco fecisse Latinos.

* Diui Ambrosij Episcopi Mediolanensis opera omnia, cum per Des. Erasmū Roterodamum, tum per alios eruditos uiros, accurata diuersorum codicum collatione nunc denuò emēdata, & excusa Basileæ in officina Frobeniana, anno 1538. in folio. Chartis 494. cum indice copioso.

Catalogus operum D. Ambrosij in quatuor tomis, cum D. Erasmi censuris.

Primus tomus continet ethica, hoc est, quæ ad mores Christianorum instituendos faciunt, quorū oportet primam esse curam. Quæ uidebantur notha, non semouimus, uel quia pauca sunt, uel quia non indigna lectu cuiuscunq́ sunt.

Officiorum, lib.3.
Ad uirgines exhortatio, lib.1.
a Ad uirginem deuotam, lib.1.
De uiduis, lib.1.
Exhortatio ad pœnitentiam.
De bono mortis, lib.1.
De uirginibus, lib.3.
Institutio uirginis, lib.1.
b Ad uirginem lapsam, lib.1.
De pœnitentia, lib.2.
De fuga sæculi, lib.1.

In libris de uirginibus & uiduis, uelut in argumento plausibili Ambrosius magis expromit, ne dicam ostentat, dictionis ornamenta.

a Hic libellus nihil prorsus habet Ambrosij, nec in phrasi, nec in sententijs.

b Opusculum non ineruditum est. Apparet declamationem esse, qualis est illa S. Hieronymi de matre & filia reconciliandis, & habetur inter huius opera, si titulis habenda fides, quanquam hic, ne deprehenderetur fucus, scriba omisit principium, & in fine quædam adiecit, aliaq́ nonnulla uariauit.

Secundus tomus continet pugnas, hoc est, ea quæ pertinent ad confutationem hæreticorum & gentium.

c De uocatiōe omniū gentiū, lib.2.
d De spiritu sancto ad eundē, lib.3.
De incarnationis dñicæ sacra. lib.1.
De fide ad Gratianum, lib.5.
De fide contra Arianos, lib.1.
De mysterio Paschæ, lib.1.

c Hosce duos de uocatione Gentiū libellos arbitror alterius esse, maxime quia totius phraseos manifesta dissimilitudo est. Res ipsa loquitur authorem eius in sacris literis diligenter exercitatum fuisse, ingenio sano & acuto. Isocraticis schematibus eleganter, & orationis copia iucunde utitur. Pelagianorū meminit cap.7. quos haud scio an nouerit Ambrosius, &c. Stilus non prorsus abhorret à phrasi Eucherij Lugdunensis episcopi. Vide plura apud Des. Erasmum in censura toti operi præfixa.

d D. Hieronymus quanquam aliquot locis multa cum honoris præfatione D. Ambrosium citat, tamen alicubi minus candide de libris eius sentire uidetur.

Siquidem in præfatione in Didymi librum de spiritu sancto ab ipso uersum, taxat libellos cuiusdam de spiritu, ex Græcis bonis Latinos non bonos, in quibus nulla uis sit argumentorum, sed tantum orationis facies exquisitis hinc inde coloribus pigmentata.

Cæterum D. Augustinus in lib. de doct. Christiana, sic ait: S. Ambrosius cum agat ui magna de spiritu sancto, ut cum patre & filio demonstret esse æqualem, submisso tamen dicendi genere utitur: quoniam res suscepta non ornamenta uerborum, aut ad flectendos animos commotionis adfectum, sed rerum documenta desiderat: quæ causa fuit ut ipse Didymi librum in Latinum conuerteret.

Catalogus operum tertij tomi.

Oratio funebris de obitu Valentiniani imperatoris.
De excessu fratris sui Satyri funebris.
De fide resurrectionis de eodem.
Funebris de morte Theodosij Imperatoris.
Epistolæ ad diuersos uarijs argumentis.
Conciones ad populum breues.

Tertius hic tomus exhibet orationes, epistolas, & conciones ad populum breues, quas suppositicias esse nihil addubito: nihil enim in his Ambrosianæ uenæ. Videntur eiusdem cuius multos habemus sermones Augustini titulo, ad fratres eremitas, de tempore, &c. Quin hic non pauci sunt, quos uidemus inter eos qui Augustino tribuuntur, ueluti qui hic est nonus Ambrosij, illic est 25. Augustini de uerbis Apostoli. Rursum qui hic est 37. illic est inter sermones de tempore 78. & qui hic 69. illic est de sanctis 26. & qui hic 72. illic de sanctis est 31. Rursus idem sermo bis habebatur in hoc uolumine sub numero 9. & 59. & idem habebatur inter Augustinianos. Sermo de Agne cuius sit nescio. Appendix in fine indicat artificem. Hæc ego Ambrosius, &c. Quis enim unquam appellauit diuina uolumina præter scripturas canonicas? Vltimus de baptismo diui Augustini, citra contrauersiã impostoris est ac blateronis, adeo nihil est illic Ambrosianũ, &c.

Tomus quartus complectitur explanationes ueteris Testamenti.

a Hexaëmeron,	lib. 6.	De paradiso,	lib. 1.
De Cain & Abel,	lib. 2.	De Noë & Arca,	lib. 1.
De Abraham,	lib. 2.	De Isaac & anima,	lib. 1.
De Iacob & beata uita,	lib. 1.	De Ioseph patriarcha,	lib. 1.
De bñdictiõibus patriarcharũ,	lib. 1.	De Nabuthe Iesrahelita,	lib. 1.
De Helia & ieiunio,	lib. 1.	De Thobia,	lib. 1.
De interpellatione,	lib. 4.	Apologia Dauid,	lib. 1.
b De Salomone,	lib. 1.	De his qui initiãtur mysterijs,	lib. 1.
De sacramentis ecclesiæ,	lib. 6.	De dignitate sacerdotali,	lib. 1.
c Apologia Dauid,	lib. 1.	d De interpellatione Dauid,	lib. 1.
e Precatiões præparãtes ad missam,	lib. 2.	Commentarij in psalmum 118.	

a Hieronymus in epistola ad Pammachium & Oceanum: Nuper, inquit, S. Ambrosius sic Hexaëmeron illius compilauit, ut magis Hippolyti sentẽtias Basilijq; sequeretur.

b Libellus de Salomone argutus & eruditus est, sed nõnihil dissonat à filio Ambrosiano.

c d Hi duo libelli, alter de apologia, alter de interpellatione Dauid, titulo quidem D. Ambrosium authorem præferunt, sed ipsa phrasi Ambrosianæ dictionis æmulum, ut dotibus aliquot præcurrat. Nam & explicat dilucidius, & minus à re digreditur: nec apte pariter ac dense citandis scripturarum testimonijs, nec pietate sententiarum, nec allusionum gratia, nec aculeorum acrimonia, Ambrosio tot

suspiciendo

ſuſpiciendo nominibus inferior, mea quidem ſententia. Huius arbitror eſſe libellos duos, quos habemus Ambroſij titulo de uocatione gentium.

e Has precationes ut pias nec indoctas fateor, ita iudico non eſſe Ambroſij.

Inter libros Hexaëmeron & de paradiſo interponitur in ipſo opere, licet in catalogo non memoretur, liber de dignitate humanæ conditionis, notata in eo quod ſcriptum eſt: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtram, qui S. Ambroſio authori à quibuſdam aſcribitur.

Tomus quintus complectitur ſcholiorum ſeu commentariorum:

f In Euangelium Lucæ, lib. 10.

In omnes Pauli epiſtolas, excepta ad Hebræos.

In his noui Teſtamẽti uoluminibus nihil admixtum alienum cõperi, niſi quod in ſingulas Pauli epiſtolas addidit argumenta, neſcio quis, Ambroſij titulo, aut certe quæ poſuerat Ambroſius contaminauit, præſertim in epiſtolas ad Romanos, ad Corinthios, & ad Galatas: et in ipſis cõmentarijs alicubi uidentur adiecta quædam, alicubi decurtata.

f D. Hieronymus in præfatione, qua præfatur in homilias in Lucam, recitante Ruffino, nam opus hoc intercidit, taxat Ambroſium in commentarijs in Lucam, ut uerbis ludentem, ſententijs dormitantem, denicp Græcorum plumis ſeſe uendi tantem. Verum ſiue hoc uere ſcripſit in Ambroſium, ut inimicus exprobrat Ruffinus, ſiue in alium, certe à nomine temperauit, quod ipſum uenerandæ cuiuſdam authoritatis eſt argumentum.

Hactenus de ordine & cenſura librorum Ambroſij, qui Baſileæ excuſi ſunt tomis quinq, anno 1538. ſequente autem anno 1539. eadem Pariſijs in fol. exiuerunt adiunctis inſuper enarrationibus in epiſtolam ad Hebræos, de quibus Eraſ. Rote rodamus: Ex Anglia quidam docti miſerunt ad me ſpecimînis loco pagînam deſcriptam ex commentarijs in epiſtolam ad Hebræos, quibus præfixum erat Ambroſij nomẽ: ſed tota phraſis magis referebat Remigiũ aut Anſelmum, aut alium eius notæ ſcriptorem quàm Ambroſium.

Creditur Hegeſippũ de excidio urbis Hieroſolymitanæ uertiſſe è Græco, quod opus non addidimus, uel quia uix credibile eſt eſſe Ambroſij, uel quia iam toties excuſum nuſquam non eſt ad manum.

Porrò præter illos typis excuſos Trittenhemius abbas in catalogo refert, illius in pſalmos libros undecim, quos tamen negat ſibi conſpectos eſſe: item librum de iudicijs (quem & Vincentius Belluacenſis numerat) de 42. manſionibus, nec hos repertos. Addit librum hymnorum & præfationum, quem intercidiſſe doleo. Declarant enim hæc fragmenta, quæ nũc in templis canuntur deprauatiſſima, illum in modulandis Lyricis haudquaquam infelici fuiſſe uena. Et tamen his ſubmotis quidam maluerunt nugaces nænias, fortaſſe deliri cuiuſpiam, in quibus nec ſenſus eſt ſanus, nec Latinitas pura, nec ulla metri ratio: Hoc tantũ præferuntur Ambroſianis, quod ab eiuſdem ordinis ſodali uenerint.

Commentarij huius authoris in Eſaiam, & liber cõtra Iulianum Pelagianæ hæreſeos inſtauratorem, & liber de ſacramento regenerationis, quos in ſuis ſcriptis Auguſtinus allegat, interciderunt.

Ambroſij uitam non habere Paulinum authorem, cui aſcribitur, aliâs uberius dicetur.

De laudibus S. Ambroſij, & ipſius ſtilo, ex Deſ. Eraſmo.

Inter priſcos eccleſiæ doctores Latinos, uix alium arbitror eſſe digniorẽ, cuius extent integræ lucubrationes, quàm D. Ambroſium. Sint enim ſuæ dotes cuicp: at quem mihi dabis, qui pari ſyncerítate tractet ſacras literas, qui cautius uerſetur in

ſpecta dogmata, qui ſic ubiq; gerat Chriſtianum epiſcopum, qui ſic ſpiret paterna uiſcera, qui ſummam præſulis authoritatem, cum ſumma manſuetudine coniunxerit? Vbiq; ſentias illum hoc affici quod loquitur. Et adeſt dictioni modeſta quædam ac pia iucunditas, grataq; ciuilitas. Eſt quem non omnino ſine cauſa doctorē mellifluum uocant. At hic iuxta nomen ſuum uere cœleſti manat Ambroſia, dignus qui ſit quod dicitur Ambroſius, hoc eſt immortalis, non ſolum apud Chriſtum, uerum etiam apud homines. A nemine non honorifice citatur, etiam ab hæreticis: tanta erat authoritas uiuo, quæ uix aliis à rogo contigit. Hieronymus tamen in catalogo ſcriptorum, nec laudat eum, nec uituperat: Ne in alterutram inquit, partem, aut adulatio in me reprehendatur aut ueritas: Ac ne lucubrationes quidē illius recenſet, quod tamen in aliis ſolet. Ex quo diuinare licet Hieronymo quædam in Ambroſij libris diſplicuiſſe, quæ ob ſingularem hominis authoritatē ſupprimere maluerit, quàm euulgare. Nec ea res quicquam officit gloriæ ſacri doctoris. Nam & Hieronymus erat homo, & nihil eſt humanum ex omni parte beatum, nec eadem placent omnibus. Illud confitendum, at non improbandū, quod plæraq; quæ ſcripſit Ambroſius, hauſit è Græcorum commentarijs, præſertim Origenis, ſed ita, ut quod ſanum eſſet excerperet, quod à ſyncritate doctrinæ catholicæ alienum aut contentioſum, diſſimularet, nec errorem proferens, nec authorem prodens, quorum alterum non erat tutum, alterum inuidioſum. Quod in illo comprobat etiam diuus Hieronymus epiſtola ad Pammachium et Oceanum. Nuper inquiens, ſanctus Ambroſius ſic Hexaëmeron illius compilauit, ut magis Hippolyti ſententias Baſilijq; ſequeretur. Rurſus ad Pammachiū & Marcellam. Habuit, inquit, Ambroſium, cuius penè omnes libri Origenis ſermonibus pleni ſunt. Nec Ciceroni quiſquam uitio uertit, quod in philoſophicis argumentis, Græcos ſequeretur, non ut interpres, ſed ut imitator. Nec erat corniculę furtum, quod Græcorum nomina, quæ plæraq; tum apud Latinos magna laborabant dogmatum improbatorum inuidia preſſit, ſed cauti paſtoris omnē offendiculi diſſidijq; materiam excludentis. Porrò dicendi character, nec flaccidus eſt, nec humilis, quo nomine taxare uidetur libellos de ſpiritu ſancto Hieronymus, excuſante Auguſtino, quod rem licet grandem, tamen ſubtilem docenti non laudanti conueniret oratio demiſſior: ſed habet interim ſuos aculeos, ubi res poſtulat, propius tamē accedens ad argutam iucunditatem, quàm ad δείνωσιν illam & affectus penè tragicos, in quos interdum exardeſcit Hieronymus & Hilarius. Ac plærunq; totus ferè ſermo ex uarijs ſententiarum generibus uelut ex teſſellis contextus eſt, quo dicendi genere ſupra modum delectatus uidetur Seneca. Hoc non minus creber eſt Ambroſius, ſed tamen mollior, ut fruſtra reclamante Fabio, qui uult orationē eſſe ueluti luminibus diſtinctam, non uelut emblematibus compactam: frequenter & diuiſionem, & argumentum & tranſitum, & concluſionem ſiue clauſulam argumentationis per ſententiam efferat. Interdum totus apparatus collectionis, hoc eſt propoſitio, aſſumptio, ratio, confirmatio, expolitio, meris conſtat ſententijs. Paſſim accinuntur epiphonemata, uixq; alius crebrius aut frequentius utitur ſententiarum genere, quas appellant νοήματα, in quibus latet aliquid arguti ſenſus, quod quum non exprimatur, intelligitur, ob hoc ipſum gratius, quia dictum obſcurius. Porrò denſitatis ſatietatem ac tædium excludit uarietas, tam felix, ut naturæ rem eſſe dicas non affectationis, quod hoc dicendi genus à puero imbiberat. Nonnunquam eandem ſententiam aliter atq; aliter uariatam repetens, uelut infigit animis, quod elabi non uult. Interim plurimum addit iucunditatis, illa paucis uerbis modulata breuitas. Nuſquam enim ſermo longis ambagibus uix tandē abſoluens periodum, obſcuritate moleſtus eſt, quod in Auguſtini ſcriptis offendit Hieronymum, ſed commatibus, & colis, concentu nonnunquā, numero plærunq; iucundus, tinnulus & compoſitus incedit.

Diui

Diui Ambrosij homiliæ decem cum cæteris doctorum sacris homilijs habentur, quas Albinus siue Alcuinus congessit.

Liber de fide resurrectionis acephalus, impressus est apud Henricum Petrum Basileæ, 1528. charta 1. in fol. cum uarijs aliorum operibus contra hæreticos.

AMBRROSIVS Pelargus Niddanus ordinis prædicatorum, sancti Chrysostomi liturgiam conuertit. Adiecta est Doxologia Græce simul & Latine, quæ & in Missa, & in precibus matutinis usui fuit ueteribus. Nicenum item symbolum per eundem conuersum. Omnia ad exemplar diui Symeonis, quod apud Belgicã Treuerim habetur uetustissimum, cum breuibus eiusdem Ambrosij annotationibus. Liber impressus VVormatiæ in Germania, 1541. in 4.

AMBROSIVS Opizonus scripsit super l. filius fa. paragr. diui. in 2. infortiati.

AMBROSIVS Spiera Taruisinus ordinis fratrum S. Mariæ scripsit Quadragesimale de floribus sapientiæ, impressum Venetijs, 1485. in 4. cum indice, chartis 102.

Verba authoris in præfatione: Tres quidem omnium sermonum partes faciemus, & unicuiq; parti tres cõclusiones per tria notanda, aut per tres ueritates, aut per triplex probandi genus diligenter subiungemus: Et quandoq; conclusiones propter earum euidentiam simplici medio probatas relinquemus. "

Argumenta singulorum sermonum, qui secundum cursum dierum quadragesimæ per ordinem se consequuntur.

1 De conscientia & synteresi: ac de quibusdam partibus animæ.
2 De oratione generatim & speciatim.
3 De diuina gratia.
4 De Virginis gloriosę nobilissima nuncupatione, rutilatione, & dotatione.
5 De sapientia & scientia. 6 De generali iudicio.
7 De timore. 8 De uera pœnitentia.
9 De sancta fide.
10 De sacramentis utriusq; legis.
11 De Virginis gloriosæ singulari & nobili maternitate, amabilitate ardenti, & qualitate excellenti.
12 De prædestinatione. 13 De libero arbitrio.
14 De honore & dignitate sacerdotum.
15 De uoluntate & dignitate, qualitate, & conformitate.
16 De remuneratione bonorum & malorum.
17 De sancta charitate.
18 De gloriosæ Virginis Mariæ nobili conditione, perfecta participatione, et reciproca retributione.
19 De sanctæ confessionis obligatione, conditione, & fructificatione.
20 De confessione audientium, conditione, & obligatione, & pœnitentium obseruatione.
21 De correctione fraterna.
22 De conditionibus filiorum.
23 De sanctificatione. 24 De Iudæis & alijs infidelibus.
25 De Virginis gloriosæ dulci susceptione, mirifica descriptione, & debita similatione.
26 De diuina misericordia. 27 De honore & dignitate ecclesiarum.
28 De temerario iudicio. 29 De flagellis Dei & utilitate eorum.
30 De morte & eius horribilitate.
31 De amore, & eius effectibus.
32 Quomodo Virgo gloriosa sit lux mundi, & empyrei cœli, quoad animam, & quoad corpus.
33 De Christi Iesu perfectione, incontaminatione, & conditione.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [111] - 35v

34 De indulgentijs. 35 De abusionibus Christianorum.
36 De actibus & operibus humanis per se, uel per respectum ad uoluntatem.
37 De Maria Magdalena.
38 De consilij opportunitate, peruersitate, & imperturbabilitate.
39 De Virginis gloriosæ clarificatione, lucidatione, & perlustratione.
40 De gloria & triumpho Iesu Christi.
41 De animæ creatione, custodia, & honoratione.
42 De Eucharistiæ singulari nobilitate, figurabilitate, & mirabili ostensibilitate.
43 De forma & materia Eucharistiæ.
44 Quomodo debeat sacerdos hoc sacrum ministrare: & suscipiens se præparare, & conseruare.
45 De passione Christi.

AMBROSIVS de Vignate scripsit de usuris: & in c. 2. tertij decretalium, rubrica de parrochijs.

AMEDEVS episcopus Lausannæ scripsit de Maria uirginea matre homilias octo, quas Adam Petri excudit Basileæ, 1517. in 4. chartis 8. & dimid.

AMERIAS Macedo glossarum scriptor ab Athenæo citatur.

AMIPSIAE poëtæ testimonia ex diuersis sex fabulis apud Athenæum adducuntur. Hunc Suidas Athenienſem comicum fuisse scribit.

AMMIANI Marcellini rerum gestarum libri 17. extant, à quartodecimo usq; ad tricesimum, quorum postremi quatuor recens opera Hieronymi Frobenij, codicem manu scriptum suppeditante Abbate Hirsfeldensi, cæteris adiecti sunt: & insuper multò quàm antea castigatiores æditi, Basileæ 1533. in folio, chartis 60. Continetur autem his libris historia rerum gestarum à Constantio, Iuliano, & Valentiniano Romanis imperatoribus.

» Ex præfatione Hieronymi Frobenij: Quis fuerit Ammianus nondum liquido comperi, nisi quod ipsa res loquitur, fuisse uirum utriusq; linguæ peritum, undiquaq; doctum, hoc grauioris in historia fidei, quod plærisq; rebus gerendis interfuit. Phrasis duriuscula partim ætati in qua scripsit attribuenda est, partim nationi. Nam reor hominem Græcum genere fuisse, & aliena lingua balbutire nonnihil, idq; gemino suspicor argumento, altero quod Græcas loquendi formas sæpenumero refert: altero, quod lib. 22. exponens unde dicantur pyramides, uideli cet quod habeant speciem ignis, addit, τοῦ πυρὸς quemadmodũ nos dicimus, &c.

» Ex Raphaëlis anthropologia: Ammianus Marcellinus historicus, qui Græcum se in suo libro fatetur, Latine cum scripserit, quod sanè ex ipsa styli peregrinitate apparet, quum itineris principum comes & ipse fuerit, ut in scriptis demonstrat libro 24. Historia hæc fracta, mendosaq;, ac lacinios a ad nos peruenit.

Ammianus Marcellinus idem mihi uidetur, qui & separatis nominibus aliàs Ammianus solum, aliàs Marcellinus nominatur, ad quam opinionem confirmandam Suidæ uerba de Marcellino translata huc adscribam: » Marcellinus uir bonus & generosus princeps fuit Dalmatiæ & Illyriorum in Epiro degentium. In liberis Romanorum doctus, & uaticinandi peritissimus, & aliorum quoq; studiorum amantissimus. Imperium possedit liberum, neq; Romanis, nec ulli principi seruiens: sed sui iuris princeps subditis sibi iuste præfuit. Præditus autem erat multa prudentia, gubernandi arte, miraq; fortitudine in bellicis rebus exercitata. Salustium philosophum familiarem habuit.

Hæc uerba Marcellinum & alijs argumentis eundem cum hoc scriptore mihi facere uidentur, cum hominem Græcum, Latine doctum, ac in bellis uersatum testantur: & ratio temporum accedit. Nam Salustius ei familiaris (ut alibi scribit Suidas, & si dubitari potest an idem Salustius philosophus fuerit, & Salustius præfectus prætorio, de utroq; autem bis agit Suidas) sub Iuliano & Valentiniano imperatoribus

peratoribus claruit, quo tempore Marcellinus etiam. Cæterũ an idem sit Marcellinus, cuius commentarios in Hermogenis librum de statibus Aldus publicauit, mihi incertum est. Certe Salustius philosophus rhetorices studiosissimus fuisse perhibetur à Suida, ut uerisimile sit familiarem ei Marcellinũ eodem studio delectatum fuisse. Extat præterea Marcellini fragmentũ de uita Thucydidis eiusq; scribendi charactere.

AMMIANI epigrammata Græca 26. extant in secundo libro Florilegij Planudis.

AMMODEVS de Castello I.C. scripsit de syndicatu.

AMMONIDAE epigramma Græcum extat in 2. libro Florilegij Planudis. Fortassis hic idem est, qui aliàs Ammonius micros Hermeas, quod ex forma diminutiua suspicari licet, qua & Ammonianum dicimus, de quo apud Suidam.

AMMONII librum de aris & sacrificijs citat Athenæus, & alium de meretriculis Athenarum.

AMMONIVS uir disertus & eruditus in philosophia, eodem tempore (de Origene prius dixerat) Alexandriæ clarus habitus est, qui inter multa ingenij sui & præclara monumenta, etiam de consonantia Moysi & Iesu, elegans opus composuit, & euangelicos canones excogitauit, quos postea secutus est Eusebius Cæsariensis. Hunc falsò accusat Porphyrius, quod ex Christiano Ethnicus fuerit, quum constet eum usq; ad extremam uitam Christianum perseuerasse. Hæc Hieronymus in uitis scriptorum ecclesiasticorum. Eusebij lib. 6. c. 18. 4. E. Baronij in Ann. ad A. C. 234. T. cl. 230. Bellarm. 227.

Ammonius Alexandrinus scripsit aliquot opera, de quorum numero extant subiecta:

De cõsonantia Iesu & Moysi,	lib. 1.	
Canonum euangelicorum,	lib. 1.	In primo canone quatuor.
Vnius ex quatuor,	lib. 1.	Quoniamquidem multi.

Et quædam alia.

*Ammonius philosophus Alexandrinus, qui cognominatus est Saccâs, à Christianis ad Græcos defecit, ut inquit Porphyrius Ammonij †Alexandri familiaris: qui & Aristarcho in schola successit, antequam Augustus monarchiam teneret, Suidas. Idem alibi Ammonij cognomen fuisse scribit Σάκκας, non Σακκᾶς. In hoc uerbo. Βακχοφόρος. Suid. in Photin. † Ἀλεξάνδρου in Græco, forte ἀλεξανδρέως / νεώτερος legendum, Latina uerba obscura.

Ammonium Alexandrinum euangelicos canones inuenisse authores sunt, Hieronymus & Eusebius: sed idem Eusebius alibi Tatianum Iustini discipulum euangelij solertem compaginationẽ disposuisse scribit. Vnde dubitat Victor episcopus Capuanus uter huius argumenti operis, quod sine nomine inuenit, & Latino sermone donauit, author existimari debeat. Magis tamen ei inclinat animus Tatiani laborem hunc esse, sed rem in dubio relinquit. Sunt qui Theophilum Antiochenæ ecclesiæ episcopum, huius operis concinnatorem suspicentur, moti uerbis D. Hieronymi in homilia de uillico iniquitatis: Verum recẽtiores plærique Ammonio ipsum inscribunt. Quisquis igitur hic author est, totam euangelij seriem in capita 181. distinxit, partitus est insuper cuiusq; euangelistæ peculiare euangelium in aliquot capita, Matthæi in 355. Marci in 235. Lucæ in 343. Ioannis in 232. Ex quorum diligenti inuicem comparatione, decem illos effinxit canones. Victor Capuanus singulis euangelistarum locis certos capitum numeros adiecit. Huius operis prima pars euangelium unum ex 4. continua serie describit: altera singulorum euangelistarum, quo prædictum est numero, capitum initia proponit: tertia tabulas decem canonum meris numeris depingit: ultima, uice indicis, singulorum huius euangelicæ symphoniæ capitum 181. argumenta ordine paucis recenset. Bellarmin. de Sc. in lib. de Sc. Eccl. ex Baronij Ann. ad A. C. 174. n. 5.

Cerui cornus excudit Coloniæ, 1532. in 8. chartis 18.

Ammonius in passiones apostolorum, liber impressus Coloniæ in 4.

AMMONIVS Hermeas scripsit commentarios in Aristotelis categorias, & in librũ de interpretatione, quos Aldus Græce excudit in folio.

Extant & cõmentarij in Rorphyrij librũ de quinq; uocibus, excepti ex ore Ἀμμωνίου μητρὸς τοῦ Ἑρμείου. Impressi Græce Romæ, 1500, in magno fol. chartis 19. Vide Ammonides.

Inuenio etiam Ammonij prolegomena in philosophiam extare Romæ: & forsan non aliud opusculum id est, quàm copiosa illa in uniuersam philosophiã præfatio, quæ commentarijs in quinq; uoces Porphyrij præfigitur.

Audiui præterea Venetijs ex erudito quodam uiro natione Græco, astrolabij descriptionem ab Ammonio relictam adhuc alicubi extare.

Cæterum an idem sit Ammonius Alexandrinus, & Ammonius Hermeas, & Hermeas simpliciter dictus, cuius in Phædrum commentarij extant, nondum mihi compertum est. Suidas Hermeam philosophum Syriani discipulũ unà cum Proclo fuisse scribit.

Ammonij liber Græcus de similibus & differentibus dictionibus, solet appendicis uice coniungi Græcolatinis Lexicis in fol. Chartas habet 5. & dimid. Exponit autem secundum ordinem alphabeti, & discernit tum similes dictiones, quales sunt quæ uel accentu solum differunt, de quibus seorsim etiam Cyrilli opusculum extat, ut ἄγροικος & ἀγροῖκος, uel aliqua litera, ut ἄσλως & ἀσλαῶς, uel terminatione ut ἄβλος καὶ ἄβλον, ἄβακος καὶ ἀβάκιον, ἀμύνειν καὶ ἀμυνέσθαι: uel compositione, ut βίβλα καὶ ἀβίβλα, ἄγγελος, ἐξάγγελος, αὐτάγγελος. Præterea dictiones quæ literis quidem differunt, significatu autem conuenire uideri possent, diligenter distinguit, ut ἄγειν καὶ φέρειν, ἄσπλα καὶ θύπλα, ἀλφὸς καὶ ἀοῦμαι, &c. Omnia autem hæc uocabula ferè hiuiusmodi sunt, ut ab imperitis harum distinctionũ facile cõfundantur.

T.cl.990. AMMONIVS monachus Floriacensis cœnobij, ordinis S. Benedicti, natione Gallicus, fertur tam metro quàm prosa nonnulla composuisse opuscula, sed ad manus nostras minime uenerunt.

Scripsit ad Renaldum monachum uolumen unum.

De miraculis sancti Benedicti, lib. 1.

* Ammonij monachi liber de rebus Francorum, siue de origine & gestis Francorum, excusus est Parisijs in fol. & Lugduni.

AMORVS, citatur in summa Alberti Magni.

AMOS propheta è Thecue de terra Zabulon oriundus, parens fuit Esaiæ prophetæ: eius liber diuiditur in 9. capita. Hic cum esset pastor & homo plebeius, & non filius prophetæ, subito ac diuino miraculo uocatus est in prophetarum ordinem. Habet autem argumentum commune cum reliquis prophetis, nempe quod taxat peccata, hortatur ad pœnitentiam, & postremo prædicat regnũ Christi cum promissionibus. Seruatq; hunc ordinem ut primum prophetet contra gentes uicinas terræ Israel, deinde contra x. tribus, & tertio contra tribum & regnum Iehuda, atq; contra templum ipsum. Non tamen sunt hoc ordine pœnæ inflictæ, sed primo sumpta est uindicta de Israelitis & tribu Iehuda, & deinde pessundatæ sunt gentes. Hæc Sebast. Munsterus.

AMPHICRATES author Græcus librum conscripsit de uiris illustribus, ut Athenæus testatur.

T.cl.190. AMPHILOCHIVS episcopus Iconij scripsit de spiritu sancto lib. 1.

Aliorum quæ composuisse dicitur nihil ad notitiam meam peruenit.

* Hieronymus in uitis scriptorũ ecclesiasticorũ: Amphilochius, inquit, Hiconij episcopus, nuper mihi librũ legit de spiritu sancto, quod Deus est, & q̃ adorandus, quodq; omnipotens sit. Hæc ille. An uero adhuc extet is liber, incertũ mihi est.

Extant autem in Italia eiusdem authoris sermones, qui sequuntur.

De uita & miraculis Basilij Magni.

In peccatricem, quæ Dominum inunxit, & in Pharisæum, &c.

Quod desperandum non sit. Item orationes & hymni quidam. Omnia Græce.

AMPHIONIS

AMPHIONIS Thespiensis liber de Museo in Helicone apud Athenæum citatur.
AMPHIDIS poëtæ comici Atheniensis aliquot carmina passim apud Io. Stobæum leguntur.
Eiusdem poëtæ uerba ex 13. fabulis apud Athenæum uarijs in locis allegantur.
AMYNTAS quidã, ut refert Athenæus, scripsit Ἀλεξάνδρου πράξεις, καὶ Ἀσίας πράξεις.
ANACHARSIDIS Scythæ sapientis apophthegmata & epistolium ad Crœsum regem refert Diogenes Laërtius lib. 1. de uitis philosophorum.
Eiusdem epistolas 9. impressit Aldus Venetijs, cum alijs diuersorum Græcis epistolis. Scribit autẽ Anacharsis ad Athenienses, Solonem, Hipparchum, Medocum, Anonem, filium regis cuiusdam, Tereum, Thrasylochũ, & Crœsum: sed alia est epistola ad Crœsum, quàm quæ à Diogene refertur. Hæc 9. epistolia implent chartam dimidiam in 4. & uersus 14.
ANACLETI papæ decreta, excusa Coloniæ cum aliorum Pontificum decretis, in magno uolumine.
Anacleti epistola 1. cum Clementis recognitionibus excusa.
ANACREONTIS Teij poëtæ Lyrici epigrãmata 7. Græca, in Florilegio Planudis leguntur.
ANANII cuiusdam Iambos Athenæus citat.
S. ANASTASII Antiochiæ sermones quinq; Græci seruantur ibidem.
1 De rectis apud nos ueritatis dogmatibus.
2 Περὶ ἀπεριγράπτου, id est, de incircumscripto.
3 De diuina œconomia, uel dispensatione.
4 De passione & impassibilitate Christi. De resurrectione.
ANASTASIVS apostolicæ bibliothecæ custos & instaurator, fertur nonnulla composuisse, quorum nihil ad manus nostras peruenit. Transtulit autẽ multa ex Græcis: nam iubente Nicolao papa primo transtulit, T.cl.800.
Vitam Ioannis eleemosynarij, lib. 1. Vnam Dionisij hierarchiam, lib. 1.
Synodum septimã uniuersalẽ, lib. 1. Vitas multorum patrum, lib. 1.
Et alia plura.
* Anastasius bibliothecarius Lateranensis Ioannis VIII. pontificis tẽpore emicuit, uir utraq; lingua doctissimus: transtulit in Latinum sermonẽ Septimam uniuersalem synodum, hierarchiam Dionysij, & multorum sanctorum uitas. Scripsit & historiam ecclesiasticam usq; ad sua tempora, rogante Carolo secundo, cui in primis charus erat. Raph. Volaterranus, idem alibi historiam pontificum ab hoc authore conscriptam ait, sed ea nimirum in ecclesiastica continetur.
ANASTASII monachi montis Sina in sextum psalmum commentarij.
Capita aliquot ex libro Anastasij monachi.
Oratio in principio quadragesimæ.
De modis diuersis animæ salutis. Hæc omnia Romæ seruari Græce, bibliothecæ Palatinæ catalogus, quem uidi, testatur.
ANASTASIVS papa secundus, natione Romanus, uir quidẽ eruditus, sed ab Acatio Constantinopolitano episcopo seductus, scripsit ad Anastasium imperatorem T.M.498.
De pace ecclesiæ epistolam 1. Exordium pontificatus.
Alias quoq; fertur scripsisse epistolas, sed in manus nostras non uenerunt.
Anastasij papæ decreta, cum cæteris pontificũ decretis excusa Coloniæ in magno fol.
Anastasij epist. de Ruffino, habetur in 2. tomo operũ D. Hieronymi.
ANATOLIVS Alexandrinus Laodiceæ Syriæ episcopus scripsit insigne uolumen, quod extat, T.cl.289. De pascha, lib. 1. De arithmetica institutione, lib. 10.
* Hi libri Anatolij etiam à D. Hieronymo commemorantur, nec alij: ego tamẽ ex catalogo quodam fideliter conscripto, intellexi Anatolij episcopi sermones tres de morte Græcos in Italia, Romæ ni fallor, asseruari.

ANATOLIVS. Vide Tribonianum I.C.

EX ANATOLIO quodam scriptore Græco fragmenta leguntur passim apud Constantinum Cæsarem de re rustica: & in mulomedicina cum Apsyrto & alijs. Basileæ impressa Græce.

ANAXANDRIDIS comici testimonia ex fabulis 21. apud Athenæum reperiuntur. Citatur & apud Stobæum.

ANAXILAI Ornithocomos allegat Athenæus: & Stobæus Myropium, fabulas.

ANAXILAS poëta fabulas scripsit 14. quarum mentio passim fit ab Athenæo.

ANAXIMANDER cõposuit Heroologiam, id est heroum historiam, unde paucula quædam in Symposijs Athenæi recitantur.

ANAXIMENES Lampsacensis scripsit historias quasdam, & regum μεταλλαγὰς, Athenæo teste. Anaximenis uerba aliquoties apud Stobæum recitantur.

ANAXIMENIS Milesij philosophi epistolia duo ad Pythagoram extant apud Diogenem Laërtium de uitis philosophorum.

ANAXIPPI poëtæ fabulas quatuor Athenæus recenset.

ANDOCIDIS orationes Græcas Aldus excudit, cum alijs duodecim rhetorum orationibus forma folij. Eiusdem authoris liber de mysterijs Græce extat etiamnum in Italia. Andocides rhetor Athenien sis unus ex decem primarijs, filius Leogoræ, ex genere Telemachi Vlyssis & Nausicaæ filij, ut inquit Hellanicus. Suidas.

T.cl. 660. ANDOENVS qui & Dado, episcopus Rothomagensis, natione Gallicus, scripsit ad Rupertum episcopum Parisiensem,
Vitam S. Eligij episcopi Nouiomensis, lib. 3. Et quædam alia.

ANDRANTVS ex Aristotelis & Theophrasti libris quædã interpretatus est, ut Athenæus scribit.

ANDROMACHI medici Neronis scripta Galenus in libris de cõpositione medicaminum generali & locali, & de antidotis, frequenter citat, & integras aliquando paginas ex eius libris describit: inter cæteros autem nominat librum inscriptum Δυνάμεις πρὸς τὰ ἐκτὸς, id est, medicamenta cõposita ad affectus extrinsecos. Apud Aëtium Cyphoides medicamen ad hunc authorem refertur.

ANDREAS medicus scripsit de serpentibus, de quibusdam falsò creditis, ut author est Athenæus.

ANDREAS Albius medicus Bononiensis ædidit aliquid, ni fallor, in re medica. Et mihi superiore anno 1543. Bononiæ narrabat se cõscribere sex dialogos de aquis.

Gyraldus. ANDREAS Alciatus Mediolanensis I. C. nostra ætate clarissimus, scripsit librum Emblematum, qui uarias picturas circiter centum tanquam hieroglyphica conti- 113.
net, quorum significationem, quæ singulas sequuntur elegiaca epigrammata argute explicant. Sunt & inscriptiones, huiusmodi: Insignia ducatus Mediolani, Fœdera Italorum, In silentium, Etiam ferocissimos domari, Gratiam referendã, Concordia, Potentissimus affectus amor, &c. Libellus excusus Augustæ Vindelicorum, 1531. in 8. chartis 5. & dimid. & deinde Parisijs apud VVechelum locupletior cum Gallica Latinorum epigrammatum expositione metrica è regione.

Lugduni 1556. forma minori libri 2. Emblem. aliecta Sebast. Stockhameri in lib. 1. Comment. pl. Edit. altero lib. auctor.

Libellum de ponderibus & mensuris composuit. Impress. in 8.

Historiæ encomium scripsit.

In P. Cornelium Taciti castigationes, ac difficiliũ aliquot locorũ expositiones, cum præfatione ad Galeacium Vicecomitem. Impressæ ad finẽ operum Cornelij Taciti Basileæ in officina Frobeniana, 1533. in fol. chartas habent 3. & quar. par.

Orationẽ ab eo Ticini habitã VVechelus Parisijs excudit, & haud scio an eadẽ sit Oratio huius authoris in laudem iuris ciuilis, impressa Haganoæ, 1530. in 8.

De uerborũ significatione, lib. 4. Et in tractatũ eiusdẽ argumenti ueterum iureconsultorũ, cõmentaria, ex ultima authoris recognitione exiuerũt in publicũ Lugduni

Lugduni ex officina Gryphij, 1537. in maiusculo folio, chartis 73. Eadem impressa erat Gryphius anno, 1530. sed nondum ab authore perfecta. Ex præfatione ad Franc. à Turnone Archiepiscopum Biturigensem: Accipies igitur læta fronte, « nuper à nobis communicatos studiosis omnibus hosce libellos, qui non modicam « iuris Ciuilis partem, Cimmerijs prius obuolutam tenebris, illustrant. Cum enim « in significatione uerborum, mentisq; coniectura ferè omnes lites uersentur, extri- « candum hoc argumentum assumpsi, quod ueterum nullus condigne tractarat. « Et paulò post: Vix alium in uniuersa legum sylua, tractatum offendes, cui ex- « plicando adeò sint humanitatis studia necessaria: hic (fateor) absq; eorum notione « intelligi perfecte nequit. Deinde ueniam petit, si quid forte erratum in his libris « sit, quod bibliotheca sua ob bellicas calamitates Mediolani derelicta, commodati- « tijs libris, hisq; paucis tantum, usus sit.

Eiusdem Paradoxorum ad Pratum, lib. 6. Dispunctionum, lib. 4.
Correctionum in tres libros Codicis, lib. 3. De eo quod interest, lib. 1.
Prætermissorum, lib. 2. Declamatio 1.
De stipul. diuisionibus commentariolus. Omnia impressa Basileæ apud Cratandrum in fol. primum anno 1523. deinde 1531. chartis 74. Et apud Gryphiũ Lugduni, 1532. in folio.

Ex præfatione in libros Dispunctionum: In his libris non sine summa trepida « tione quicquam innouare ausus fui, etiamsi certissimis ferè rationibus adducerer, « donec emẽdatissimis quoq; codicibus nostras annotationes comprobari posse co- « gnouissem. Cum igitur & plura à nobis collata exemplaria fuissent, cum item He- « truscorum pandectas obiter, ceu per transennam, legere mihi datum esset: decreui « pauculas aliquas de multis, insigniores tamen, in codicillum obseruationes redige « re, mediastinisq; seruolis, qui in alienum locum impudenter obrepserant, de fami- « lia ejectis, ordinarios restituere, & quantũ in me esset, in libertatem asserere. Con stant autem hi libri chartis 18.

Ex præfatione cõmentariorum eius quod interest: Cum superiore anno Ve « netijs hospes agerem, cõmodatò acceptis quibusdam iurisciuilibus interpretibus, « eius quod interest tractatum perlegi. Hæc postquã à me materia diligentius con « specta est, quod quidã interpretes longe & late à linea aberrare mihi uidebantur: « decreui in eam militiam & ipse nomen dare, uiresq; meas experiri, num dilucide « & Latine interpretari ipse possem, eaq; argumentis confutare, quæ à uero abesse « iudicassem. Hi commentarij absoluuntur chartis 8.

Ex præfatione annotationum in tres posteriores libros Codicis, ad
D. Philippum Saulum Electum Brugnatensem.

Cũ precibus quorundã adductus tres ultimos Codicis Iustiniani libros, emen- « dare conatus fuissem, creuissentq; castigationes illæ in opusculi formã, uisus sum « opæpreciũ facturus, si hoc qualecũq; est libelli, tibi nominatim dedicauissem, &c. « Accipe igitur sub patrocinio tuo eius authoris opusculũ, quẽ iamdiu tibi addictũ « habes, uel ex eo maxime, quod & tu merito in huiusce gloriæ partẽ debes admitti, « qui non parũ multam opem nobis attuleris, cum nescio cuius antiqui authoris de « palatinis officijs, ad Theodosium Imperatorẽ, quod unicũ extabat exemplar, mihi « dono dediſti: quoniã eum ad hanc prouinciam obeundã necessariũ esse cognoue- « ras, &c. Nec minus adiuuit me legũ interpres Græcus, alijq; quidam recentiores, « cæterorum manibus haudq; triti, uulgatiue, ut uel ob hoc non paruã gratiã aucu- « petur hic liber, quod repertu rara, nec passim cognita contineat. Et paulò infe- « rius: Quod ad me attinet, & si hoc opus breui tempore à nobis absolutũ sit (non « enim plus dimidio mense in eo elaborauimus) maximo tamẽ studio, continuaq; cu « ra ita usi sumus, ut quod propter tempus deesse potuit, sit repensum diligentia. « Chartæ sunt 9. Hæ annotationes Norinbergæ etiam publicatæ sunt seorsim.

Ex præfatione Prætermissorũ ad Iacobum *Minutium* regium senatorẽ, & I. C. clarissimum. Postq; multis uerbis ostendit se in gratiam Iacobi Minutij recentem hunc partum, licet immaturum adhuc, nimis propere forsan emittere, hæc subdit:

» Accipe igitur nomini tuo dicatũ opus, quod Prætermissorũ titulo insigniui. Cum
» enim in iure multa sint, quę sine cognitione studiorũ humanitatis pcipi nequeant,
» à cæteris operibus ea segregaui, & in hunc locũ congessi, ne inter tetricas illas (uti
» nam non etiam odiosas) quæstiones, hæc nostratiũ doctorũ iudicio sordescerent.
In primo libro uocabula aliquot difficiliora alphabeti ordine explicat. In secun-
» do autem, ut ipse ait, dictiones Græcæ, quæ sparsim per digestorũ uaria responsa
» à iurisconsultis referuntur, & impressorũ incuria de impressis uoluminibus sunt
» omissæ, in suum ordinem restituuntur. Non exigo hic, inquit, ut operã quisquam
» nostram aut probet, aut laudibus extollat: quandoquidẽ nec mihi ipsi hoc in opu-
» sculo satisfaciam, quod summa cum celeritate à me, tum ferè puero cõditum, mihi
» excidit priusquam suprema illi apponeretur manus. Chartæ sunt 14.

Ex præfatione Aurelij Albutij in glossemata Andreæ Alciati in legẽ II. III. IIII. de uerborũ obligatiõib. siue de stipulationũ diuisionib.

» Cũ in Alciati bibliotheca pro cõsuetudine mea uersarer, uenit ad manus meas
» eius liber, quo gordianos illos indiuiduarum obligationũ nodos tam eleganter &
» dilucide explicat, ut planè chaos ipsum in nouã rerum faciem digessisse uideatur.
» Curaui ergo protinus ut publicum acciperet, tum in gratiã studiosorũ, tum quod
» & authori ipsi non ingratam rem facturum me sperabam. Carthæ sunt 2.

Andreæ Alciati commentaria ad rescripta principum.
De summa trinitate. De sacrosanctis ecclesijs.
De edendo. De in ius uocando.
De pactis. De transactionibus.
De v. pedum præscriptione.
Omnia in uno uolumine Lugduni apud Gryphium in fol. 1530.

Eiusdem de quinq; pedum præscriptione lib. 1. Idem qui supra.
De magistratibus, ciuilibusq; & militaribus officijs lib. 1.
Ibidem apud Gryphium, 1529. in 8. chartis 8.
Parergon iuris libri tres, excusi ibidem, 1538.
Processus iuris, excusus Parisijs.
Apologia contra Lodouicum.
De præsumptionibus.
De rebus creditis. Lugduni apud Gryphium, in folio.
Ad Titulum, Si certum petatur, commentaria. Ibidem in fol. 1538.
De singulari certamine liber.
Consilium in materiam duelli, exceptum ex libro quinto responsorum.
In l. 1. secundi libri Codicis, De sententijs quæ.
In c. 1. secundi decretalium, De iudicijs.

ANDREAE Althameri Brentij scholia in Cornelium Tacitum Rom. historicum, de situ, moribus, populisq; Germaniæ, cum indice. Norinbergæ, 1529. in 4. chartis 17. & rursus anno 1536. in 4. chartis 43.

Idem ædidit syluam Biblicorum nominũ, qua uirorum, mulierum, populorũ, ciuitatum, montium, fluuiorum, & eiusmodi locorũ, propria uocabula, quorũ in sacris Biblijs mentio, explicantur: denuo diligentius excusa Basileæ apud Thomã VVolfium, 1535. in 8. chartis 31. prius autem exiuerat Norinbergæ, 1530. in 8. chartis 33. Scripsit & Germanice quædam in re theologica.

ANDREAS de Angelinis scripsit super 2. infortiati. & super secundum ff. Noui.

ANDREAE archiepiscopi Rhodi apologia demonstratiua ex scriptis beati Thomæ ad Bessarionem Nicææ, de diuina essentia & operatione: extat in Italia.

ANDR-

ANDREAS Barbatias Bartoli iurisconsulti mentionem facit, unde apparet eum aut æqualem aut antiquiorem fuisse.

Barbatia Siculus paucis ante annis Bononiæ, ubi diu professus fuerat, decessit, reliquit & consilia. Raphaël Volaterranus. Aliâs Barbazia scriptum reperio, extant eius opera, quæ sequuntur.

Consiliorum uolumina 4. Super 2. ff. noui.
In primum infortiati. Super Clementinis.
De Cardinalibus.
Super 2. Decretalium Rub. de testibus c. testimonium.
Super 2. Decretalium Rub. de fide instr. c. dilectorum.
Super 2. c. Rub. c. quæ admit.
Super 2. c. de fideicom. l. cum acutissimi.

ANDREAS Brentius Patauinus Hippocratis librum de natura hominis Latinum fecit: & eiusdem de insomnijs librum cum præfatione ad Sixtum Pont. Max. in qua multa de somnijs disserit: huic libello subnectitur eiusdem authoris epistola ad Ni. Gupalatinum, in qua exponit Hippocratis uerba, quibus internas corporis partes Lunæ, medias Soli, externas stellis attribuit: & cur Hippocrates supplicare iubeat Soli, Ioui cœlesti, Ioui terrestri, Mineruæ terrestri, Mercurio, Apollini, Terræ, Heroibus. Impressa Venetijs, 1497. in fol. cũ libro Rasis ad Almansorẽ.

ANDREAS Brixiensis scripsit tractatum de Cambijs.

ANDREAS Cambinus quidam, ut audio, de rebus Turcicis scripsit: nec memini an Latino aut Italico uulgari sermone scripserit.

ANDREAS Camutius medicus in Gallia cisalpina ædidit propositiones quasdam in philosophia & medicina, quibus se responsurum pollicetur: & opusculum quoddam in quo philosophiam & theologiam conciliare conatur. In 4.

ANDREAE Carolostadij conclusiones, apolog. In 4.

De cœlibatu, monachatu, & uiduitate liber. Impressus anno 1521. in 4. char. 4.
Obijt Basileæ, anno 1541. Scripsit etiam nonnulla Germanice.

ANDREAE Corui libellus de Chiromantia cum figuris: impressus Venetijs in 8.

ANDREAE Danduli mentionem facit Bernardus Iustinianus in sua Venetorum historia. Quis autem tum esset, inquit, earum gentiũ status, cum Christiani transmisere, & quo pacto ea tempestate Turcicum nomen propagatũ sit, nõ ego apud ullum reperio probabilius descriptum, quàm apud Andream Dandulum. Eam rem propter scriptoris authoritatem, cui facultas affuit quæcunq; altius condita in lucem eruere, ex Græca præsertim historia, quam habuit familiarẽ, ut ex Chronicis eius apparet, commemorare non pigebit. Hæc ille undecimo historiæ suæ libro.

ANDREAS Diuus Iustinopolitanus Homeri utrunq; poẽma ad uerbum transtulit. Ipress. Venetijs in 8. anno 1537.

Theocriti quoq; Idyllia & epigrammata similiter transtulit. Impressa Basileæ in 8.

ANDREAE episcopi Cretæ sermo in Lazarum quatriduanum.

In diuinam Domini resurrectionem.

S. patris Andreæ episcopi Cretæ, Hierosolymitani sermo, ut supra, in Lazarũ quatriduanum. Εις τὰ βάϊα. Et deinceps aliæ homiliæ festorum. Omnia seruantur Græce in Italia.

ANDREAS ab Exea iuris utriusq; doctor, & interpres in Academia Valentina, scripsit libellum de ærario ac fisco, & utriusq; ratiociniorum præfectura. In 4.

Pactorum quoq; lib. 1. in 8. Vtroq; Gryphius excudit Lugduni, anno 1542.

ANDREAS Gammarus I. C. scripsit de rerũ permutatione super 6. decretalium c. Romana. paragr. cõtrahentes, & in ca. 1. eiusdem libri. Nimirum hic idem est qui aliâs Petrus Andr. Gammarus, de quo infra.

ANDREAS Fuluius de antiquarijs urbis Romæ.

ANDREAS Gratiolus Tusculanus ex Benaco Latina fecit Eustratij episcopi Nicæni cõmentaria in secundum librum posteriorum resolutiuorum Aristotelis. Item incerti authoris expositiones compendiarias in eundem. Hieronymus Scotus excudit Venetijs, anno 1542. in fol. chartis 49.

ANDREAS Guarna Salernitanus scripsit bellum Grammaticale, siue de bello inter Grammaticæ reges de principatu orationis lib. 1. Impressus Basileæ apud Robertum VVinter in 8.

ANDREAS Hyperius scripsit commentarium de honorandis magistratibus, in quo psalmus 20. Exaudiat te Dominus, &c. enarratur.

Eiusdem in psalmum 12. Saluum me fac Domine, &c. in quo oratur, ut Dominus extirpatis omnibus erroribus, synceram doctrinam ubiq; promoueat, paraphrasis. Liber excusus Marpurgi in 8. char. 24. & dimid. anno 1542.

» Ex præfatione authoris: Est autem Commentarius de honorandis magistrati-
» bus, in quo & psalmum uigesimum, si crassiore Minerua, ut omnia, certe simplici-
» ter & bona fide enarrauimus: utinam quo mentis affectu id à nobis actum est, eo
» ab omnibus excipiatur.

» Ex præfatione in paraphrasim psalmi 12. Progymnasma quoddam theologi-
» cum, aliquot hinc annis, quo tempore meipsum hoc genus thematibus primum
» tractandis exercebam, laboratum uerius quàm elaboratum ad te mittere, ac tuo
» nomini dedicare uisum fuit. Accipe igitur paraphrasin, aut si mauis meditatio-
» nem in psalmum 12. &c. Et reuera modo nescio quo ego mihi ipsi in ea displiceo,
» tum quia sentio me in delectu errasse, &c. tum quia experior quàm infeliciter ces-
» serit uolenti felicissimam ubertatem magni illius paraphrastæ D. Erasmi Rotero-
» dami (qui ad hunc modum expositum psalmum tertium) imitari. Scripsit autem
» hanc præfationem Hyperius, anno 1541. ad LL. Doctorem Ioan. Ferrarium.

ANDREAS Knopken scripsit annotationes in epistolam Pauli ad Romanos.

ANDREAS Ianus Lascaris Rhyndacenus ex Polybij historijs quædam excerpsit de militia Romanorum, atq; in primis de castrorum metatione: uel, ut Græca inscriptio habet, περὶ τῆς τῶν ὁπλιτῶν κατασκάσεως: & eadem Latino sermone reddidit.

Eiusdem epigrammata Græca & Latina. Impressa Basileæ apud Robertum VVinter, 1537. in 8. char. 8.

Ex epistola Iacobi Tusani Græci professoris Parisiensis ad Angelum Lascarim
» Andreæ filium: Iani patris tui excellentem in Romana lingua, nedum uestra,
» peritiam pluribus hic uerbis ne fusius persequar, illud certe dicam: Græcæ litera-
» turæ quantum usu, quantũ scientia præcellat, ex hoc intelligi uel maxime posse,
» quod eum ex cunctis uestri generis hominibus de sententia doctissimorum dele-
» ctum princeps noster Franciscus accersendum esse censuerit, ut Museo, quod in
» hac urbe longe omnium principe multo celeberrimum speramus excitatum iri,
» propediem, uelut alter Apollo præsideat.

Plærique hunc appellant Ianum Lascarim sine alio prænomine.

ANDREAS de Isernia I.C. scripsit super feudis. Liber impressus.

De iure prothomiseos & iure congrui. cum cõm.

Super autenti. habita. in fi. feudorum. Ne fil. pro pat. in primo Codicis.

ANDREAS à Lacuna Hispanus Secobiensis philiatros scripsit de ratione noscendæ, præcauendæ, atq; propulsandæ febris pestilentialis. Opusculum excusum Argentorati apud Rihelium in 8. anno 1542. chartis 1. & dimid.

Eiusdem anatomica methodus, siue de sectione humani corporis contemplatio. Parisijs 1535. in 8. chartis 8. eodem anno ab authore conscripta.

» Ex præfatione: Hoc unum bona fide audeo polliceri, nihil in hoc commen-
» tario scripturum me, quod non uel Hippocratis, uel Galeni, uel Cornelij, uel Pla-
tonis,

tonis, uel Aristotelis, uel Plinij, uel denique Aphrodisiei authoritate etiam suadere possim.

Aristotelis libellus de uirtutibus ex Græco translatus, scholijsq; & exemplis multis illustratus, cum castigatiunculis quibusdam traductionis à Simone Grynæo profectæ. Coloniæ, anno 1543. in 8. chartis 10.

Ex commentarijs de re rustica olim D. Constantino Cæsari adscriptis, octo ultimi libri, in quibus animalium plurimorum natura, moresq;, & nutricatio describuntur, ad fidem uetustissimorum codicum Latini facti. Accedunt quædam castigationes in translationem eorundem librorum per Ianum Cornarium æditam. Coloniæ 1543. in 8. chartis 14. & dimid.

Galeni Pergameni de philosophica historia liber 1. in Latinum uersus.

Ex præfatione authoris, in qua ciuitatis Metensis medicum stipendiarium se profitetur: Hunc librum fateor iampridem superiori illo ac maxime inculto sæculo in Latinam linguam conuersum fuisse, cæterum infelicissime, tum quod ad uerba barbara, tum quod ad corruptas sententias. Postea Martianus Rota, uir utraq; lingua doctus, tralationem ueterem sequutus eam longe elegantiorem reddidit, adiutus Græcis codicibus, sed ijs mendacissime excusis. Quare coactus interdum fuit diuinare: interdum, ob truncata exemplaria, ex suis hortulis (quanquam philosophica & optima) plurima haud dubie interserere, quæ nusquam apud Galenum extant. Mihi uero, præter Basilienſe atq; Aldinum exemplar, quæ (ut constat) sunt mille mendis contaminata, etiam obtigit tertiũ manu conscriptum, idq; iam uetustate consumptum: cuius mihi (& si non facile) copiam fecit, dum Cæsar anno 1539. esset Gandaui, Hadrianus à Corone uir ille natione Græcus, eruditissimus, quod exemplar sedulo moliebatur suadere, propria Galeni manu exaratum fuisse. Nactus igitur tandem, uix multis precibus, in dies aliquot, id multò emaculatius exemplar, opus ipsum quàm fidelissime fieri potuit, conuerti, adhibitis etiam in studium alijs codicibus, quæ excusa, inter studiosorũ manus uersantur. Coloniæ 1543. in 8. chartis 7.

De uictus ratione & exercitiorum, maxime in senectute obseruanda, tabula duabus chartis comprehensa. Coloniæ 1543.

Aristotelis librum de mundo uidetur aut transtulisse, aut scholijs ornasse. Nam in præfatione ad Carolum V. Cæsarem, cui libros 8. de re rustica à se conuersos nuncupat, ita scribit: Denuo mihi exoranda uenit maiestas tua, Christianissime simul & inuictissime Cæsar, ut quemadmodum superioribus annis librum illum de Cosmographia Aristotelis Alexandro Macedoni nuncupatum, fronte hilari suscepisti, sic hos octo de re rustica libros, in gratiam olim Constantini Cæsaris æditos, sub tui nominis splendore & auspicijs in publicum studiosorum commodum exire permittas.

Europa seipsam deplorans. Coloniæ 1543. in 8.

Aristotelis de natura stirpium opus, eodem interprete. Coloniæ, ut supra. Scribit autem in præfatione rempublicam literariam hactenus hoc Aristotelis libro & Græco & Latino caruisse: cum tamen uno anno ante suam æditionẽ Hieronymus Gemusæus (quamuis nomen suum non ascripserit) in fine operum Aristotelis Basileæ impressorum Latine anno 1542. hunc etiam à se translatum adiecerit: an autem genuinus Aristotelis sit, quod hic Andreas maxime affirmat, in Aristotelis mentione considerabimus.

ANDREAE Naugerij Veneti orationes & carmina. Venetijs 1530. in fol.

ANDREAS de Nouo Castro scripsit super Sententias: opus impressum est.

ANDREAE Ornithoparchi de arte cantandi libri 4. recogniti. Coloniæ apud Iohannem Gymnicum, 1535. in 8. iuxta transuersum: chartis 11.

ANDREAE Osiandri epistola ad Huldrychum Zuinglium apologetica, qua docet, Mort. 1552.
Andr. Osiander novi dogmatis autor et pertinax defensor, quod diu quidem pressit, usq; ad A. C. 1549. sequa plenius Schlüsselburg in Catal. Haeret. lib. 6.

quid, quam ob causam reiecerit, quidq; posthac ab eo in Eucharistiæ negotio exspectandum sit. Ioannes Petreius excudit Norimbergæ, 1527. in 4.

In German. vertit Iohannes Schneidewein. Francof. Mart. 1541.

ANDREAS Osiander scripsit harmoniam euangelicam Græce & Latine, cum annotationibus & elencho harmoniæ. Liber excusus Basileæ in officina Frobeniana, 1537. in fol. chartis 90.

Ex præfatione authoris ad Thomam Cranamerum Archiepiscopum Cantua-
» rienſem: Cæterum quinã uiri, quanta eruditione, quo ſpiritu euangeliſtas con-
» ciliare & in unum redigere conati ſint, quis uel mediocriter doctus ignorat? Ten-
» tauit id primum Ammonius Alexandrinus, quem tamẽ Euſebius ὁ τῆς ἀκολουθίας
» ἁρμὸν in tribus euangeliſtis corrupiſſe cõqueritur. Quare illius opere omiſſo, idẽ
» alia uia, nempe Canonibus condendis, aggreſſus eſt: qui cum hodieq; extent, faci-
» le teſtantur quàm longe uterq; à ſcopo, quem ſibi propoſuerant, aberrarint. Poſt
» hos ſequutus eſt Aurelius Auguſtinus, qui 4. libris de conſenſu euangeliſtarum
» conſcriptis, idem conatus eſt efficere: uerum adeo non eſt aſſequutus quod uo-
» luit, ut magnas etiam ea in re tenebras (dicam libere) poſteritati offuderit. Non de-
» fuerunt tamen poſt hunc quoq;, qui eundem laborem ſuſciperent, & euangelia
» διὰ τεσσάρων poſteritati relinquerent. Quorum duo exhibuit mihi uenerandus il-
» le uir mihiq; amiciſſimus D. Ioannes Schopperius, abbas Monaſterij ad fontem
» Salutis: unum quidem ἀνώνυμον, alterum autem Zachariæ Chryſopolitani, ſed in
» utroq; tantam deprehendi negligẽtiam, ut authores eorum Auguſtini opus eiuſ-
» dem argumenti ne legiſſe quidem, tantũ abeſt ut imitati & aſſequuti eſſe uideantur.
» tur. Tertius, qui omnium ferè manibus iam teritur, Ioannes Gerſon Pariſienſis
» tantum præſtitit, ut poſt illos omnes laborem fortaſſis non fruſtra ſuſcepiſſe exi-
» ſtimari poſſit, uerum in iiſdem ferè locis omnibus hæſit, nauemq; impegit, è qui-
» bus Auguſtinus enauigare non potuit. Et paulò poſt: Statim autem depre-
» hendi niſi in Græca lingua negotiũ mihi non ſucceſſurum, quod interpretes mul-
» ta interdum neceſſitatis, interdum elegantiæ cauſa mutent, nonnulla etiam per
» oſcitantiam & imperitiam deprauent, quæ mutata iam & deprauata, nullo modo
» tam apte tamq; concinne poſſint miſceri, quàm recte ac feliciter in natiua ſua lin-
» gua ultro coibant, & unum quaſi corpus integræ narrationis contexebant, &c.
» Et paulò inferius: Quare laborioſo quidem & diuturno, id quod opus uel ſua
» ſponte præ ſe fert, non tamen interrupto aut impedito curſu, ad finem optatũ per-
» ueni. Contexui enim ex quatuor euangeliſtis unicam, perpetuam, ſibiq; aptiſſime
» undiquaq; cohærentem hiſtoriam, ea diligentia atq; induſtria, primum, ut nullius
» uerbum ullum omiſerim: de meo autem, nihil omnino, præter quaſdã particulas
» coniunctiuas, easq; pauciſſimas, addiderim. Deinde, ut quid cuiuſq; proprium,
» quid cum alijs, & cum quibus commune ſit, primo ſtatim aſpectu deprehendere
» queas, excogitatis ad id notulis aptiſſimis, memoratuq; facillimis, ſi quis modo Ca-
» nonem operi præfixum diligenter intueri uolet. Poſtremo, ut nullius ordinem
» inuerterim, ſed unumquenq; eodem quo ipſe ſcripſit ordine (excepto uno tantũ
» Matthæi loco) inſeruerim: ita tamen ut nihilominus ubi reuera eadem ſcribunt,
» concurrant, ſibiq; ubiq; adamuſſim conſentiant. Id quod duplici ratione conſe-
» quutus ſum: Vna, quod cicatrices, ubi à ſingulis aliquid conſulto eſt omiſſum, &
» quaſi exectum, diligenter inueſtigatas, aliorum uerbis cõmode inſerendis, iterum
» diduxi: Altera, quod ea quæ ſuperiorum ſæculorum theologi ſatis imperite confu-
» derant, & pro iiſdem acceperant, iterũ diſtinxi, eaq; diuerſa eſſe idoneis argumen-
» tis edocui, &c. Et aliquanto poſt:

Harmonie diuiſio in 4. libros.

» Quia uero ex 4. euangeliſtarum quatuor libris unicum opus effeci, placuit mi-
» hi, ut idem iterum in quatuor libros diuiderem: quorum primus à conceptione Io-
» annis Baptiſtæ ad ordinationem 12. apoſtolorum: ſecundus, ab ordinatione apo-
» ſtolorum uſq; ad migrationẽ à Galilæa in Iudæã: tertius, à migratione in Iudæam,

uſq;

Vide p. 236. a. fin.

usq; ad ultimam concionem Christi in templo habitam: quartus ab ultima concio-
ne passionem, resurrectionem, ascensionem, spiritusq; sancti missionem, usq; ad
initium euangelij per apostolos ubiq; prædicati, iustum & genuinũ rerum à Chri-
sto gestarum ordinem complectitur.

Elenchus. Addidi elenchum seu indicem, in quo ordinem seruatum oculis lectorum ita subieci, ut eius ratio maxima ex parte manifestissime constet.

Annotationum liber. Cæterum quum plæraq; loca in Harmonia eiusmodi sint, ut curiosus & uerita-
tis auidus Lector de illorum ordine non omnino sine causa dubitare queat, adieci etiam librum Annotationum, in quo quum ordinis à me obseruati ualidas ratio-
nes ubicunq; necesse fuit, reddidi, & perperam ab alijs confusa, diuersa esse, ido-
neis argumentis asserui: tum uero euangelistarum nonnulla loca maximi momen-
ti, à nemine hactenus (quod ego quidem sciam) recte intellecta, γνησίως explicaui: denicq; rem eò perduxi, ut nihil superesse putem in tota euangelica historia, quod Lectorem etiam morosum possit offendere.

De translatione sua. Erat autem in animo Harmoniam Græce tantum publicare, uerum quum co-
gitarem maximam partem eorum, quibus potissimum labor meus desudaret, Græ-
ce nescire, nouo operi, nouam è regione translationẽ adieci: quam tamen non ideo de nouo molitus sum, quod uel ueterem contemnerem, uel Erasmica meliorẽ ela-
borare me posse confiderem: sed quod utramcunq; sumpsissem, multa necessario mutari à me oportere animaduerterem, quod si mihi permississem in antiqua, ue-
rebar ne superstitiosi me ut falsarium damnarent: si in Erasmica, metuebam ne do-
cti me ut laboris alieni contaminatorem incesserent. Quare meo more, meoq; pe-
riculo, sine cuiusquam iniuria transferens, hoc unum spectaui, ut sensum genui-
num uerbis simplicibus ac mundis efferrem, maluiq; interdum ineptam elegan-
tiam negligere, quàm ab ecclesiastica consuetudine nimium recedere. Itaq; spero fore ut candidus & pius Lector, meam hanc translationem fructu suo neutiquam carere fateatur. Hanc præfationem scripsit author eodem anno quo liber in lucem prodiuit.

Elenchi seorsim numerati chartæ sunt 5. & dimid. Harmoniæ Græcæ simul & Latinæ è regione, 73. Annotationum uero, 17.

ANDREAS Panormitanus scripsit Σικελικὰ τὰ κατὰ πόλιν, teste Athenæo.

ANDREAS de Pisa I. C. scripsit super Institutionibus, & Pandectis.

ANDREAS Placus scripsit difficiliorum & Græcarum et Hebraicarum, omniumq; peregrinarum dictionum in Geneseos libro interpretationem. Hen. Petrus Ba-
sileæ chartis 11.

ANDREAS Suborius Boius, Viennæ Austriæ Canonicus, & mathematum profes-
sor fuit, cuius lucubrationum indicem istum reperi, à Georgio Tañstetter Colli-
mitio eius discipulo descriptum.

Opus umbrarum quinq; libris partialibus diuisum, in quo diuersarum proie-
ctionum speculationes, instrumenta, & horologia noua cum uarijs circulis sphæ-
ræ ad diuersas eleuationes & superficies comprehenduntur.

Liber instrumentorum astronomicorum primi & secundi mobilis, cum cano-
nibus proprijs & ueteribus.

Clypeus Austriacus cum canonibus, in quo astrolabij facies omni momento relucet.

Libellus de uarijs horologijs sphæricis, concauis, columnaribus, pyramidali-
bus, annularibus.

Libellus de uarijs compastis.

Libellus de uarijs quadrantibus.

Introductorium in sensibilem astronomiam cum uarijs astronomicis picturis, & calendario astronomico.

Arma pietatis Stiborij. Contemplatio scoue.
Contemplatio speculi pietatis. Contemplatio faciei saluatoris.
Contemplatio de diuersis matrimonijs.
Libellus de auctoribus mathematices.
Præfationes in libros diuersos in mathematica, à se publice prælectos.
Determinationes quarundam quæstionum de quolibet.
Libellus primi mobilis quadripartitus, geometrice, arithmetice, exemplariter, & instrumentaliter, &c.

ANDREAS Thurinus Pisciensis Medicus Apostolicus scripsit epistolã contra Matthæum Curtium Ticinensem medicum de uena in curatione pleuritidis incidenda, ubi impugnat hanc Curtij conclusionem: In omni pleuritide in principio, corpore existente pleno, fieri debet phlebotomia ex basilica lateris dolentis. Parisijs apud Ascensium, in 4. chartis 10. Epistola scripta est ab ipso authore Romæ, anno 1528.

Et rursus ad Paulum III. de curationè pleuritidis per sectionẽ, quod opus Lugduni impressum est, anno 1537. in 4.

Rursus, Responsiones contra Matthæum Curtium de loco incidendæ uenæ in morbo costali, libellus Bononiæ publicatus, anno 1543. in 4. chartis 8.

» Ex præfatione eius ad Cardinalem Guido. Ascanium Sfortiam: Quæstionẽ
» de incidenda uena in costali morbo iam triginta & amplius annos agitatam, etiam
» Matthæus Curtius in lucem dedit: cui quamuis à me satis responsum putarem eo
» libro, quem Paulo III. dedicaui, quia tamen per Fabricium Garzonum medicinæ professorem diligentissimum Bononiæ intellexi Curtium petere, ut postremo
» eius scripto responderem, id libenter feci, &c. Huc accessit quod libellus iste noster ad Paulum III. Lugduni impressus est, & rarus hodie in Italia reperitur. Itaq;
» summam illius sententiæ, & opinionis nostræ conati sumus in hunc transcribere:
» sed multa etiam addidimus huic ipsi quæstioni, & arti medicinæ ualde necessaria,
» & utilia.

Idem Andreas Pauli III. Pont. Max. & Christianissimi regis medicus scripsit de bonitate aquarum fontanæ & cisterninæ, quæ pluuialis est: præfert autem fontanam in hominum potu. Chartæ sunt 9. excusæ Bononiæ in 4. anno 1543.

De embrocha noua, siue Duccia artificiali, qua ad uarios morbos curandos utuntur recentiores medici Florentini, dissertatio. Vocat autem Ducciam balneum solij, in cuius aqua uariæ plantæ & alia medicamina decocta sint.

» Ex præfatione: Hic libellus amicè & humanè examinat, an hæc compositio,
» quam ad nos miserunt medici Florentini, uidelicet Ducciæ factitiæ, sit ratione inuenta, & quid nos de uirtute inuentorũ experientia docuerit. Et constituto quod
» hæc inartificiosa sit, & nulla composita ratione, perscrutandũ à nobis erit, utrum
» ars possit sponte natas aquas sulphureas, aut aluminosas imitari. Scripta est Lugduni, 1537. Impressa, ut supra, chartis 3.

Hippocratis & Galeni defensio aduersus Hieronymum Fracastorium, de causis dierum criticorum. Ex præfatione: Hieronymus Fracastorius in libello de causis dierum criticorum, causas eorum in humorem melancholicum refert. Ego uero, quia Hippocratem & Galenum pariter colo, epistolam composui, qua cuiq; manifestum fieri possit nostros medicinæ parentes causas dierum criticorũ nouisse, & scriptis mandasse: & Hieronymum toto, ut aiunt, cœlo aberrasse. Ibidem, ut supra, chartis 3.

T.cl.1445. ANDREAS de Traiecto, natione Theutonicus, monachus cœnobij nostri Spanhemensis, ordinis sancti Benedicti, scripsit tam metro quàm prosa, non contemnenda opuscula, de quibus habentur subiecta.

Soliloquiorũ hominis ad deũ, lib. 1. Dum olim diuinæ uoca.

De

De profectu uirtutum, lib. 1. Egressus forsan cubiti.
De abstinentia carnium, lib. 1. Tuæ fraternitatis au.
De usu floccorum, lib. 1. Reuerende pater nuper a.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1. Licet inter omnes qui siniſtre.
Collationes uariæ, lib. 1. Licet nihil in me sit quod.
Carmina & rhythmi. Et quædam alia breuia.

ANDREAS Tranquillus scripsit in iure quædam, impressa.

ANDREAE Vesalij Bruxellensis paraphrasis in nonum librum medici Arabis clarissimi ad regem Almansorem, de affectuum singularum corporis partium curatione. Ex præfatione eius ad Nicolaum Florenatem Caroli v. medicum. Postquam asseruit doctissimorum nostri sæculi medicorum hanc ferè sententiam esse, Arabum præcepta contemni non oportere, sed potius cum Græcorũ placitis coniungi, hæc uerba subdit: Cum igitur Rhazen ex alijs primum in manus sumpsissem, ac maiori cum studio ad Græcorum scripta, tanquã ad lapidem Lydium, examinassem (cum nanq; inter reliquos suæ gentis in curandi artificio primas tenere, à præceptore meo D. Iacobo Syluio, eruditissimo sanè Medicæ artis professore, subinde audieram) ita profecto placuit, ut dignum censerẽ, qui sordibus ereptus, & elegantiori Latini sermonis cultu circundatus, à delicatioris quoq; auris Lectore reciperetur: maxime quod omnes ferè locales morbos in tam exiguo opusculo persequutus sit, quodq; non nisi in paucissimis à Græcorum decretis declinarit. Vt hinc etiam quidam astruere sint conati, hunc Rhazæ librum è Græca in Arabicam conuersum linguam, ac sic deinceps Rhazæ nomen illi præfixum. Sed manifeste reclamare uidentur tum incognita Græcis medicamina, tum ipse dictionis stylus & character, adeò horridus & incultus, quemadmodum est Arabum uniuersus, ut nihil omnino cum Græcorũ illi concinnitate & elegantia conueniat: nec perinde facile aut in Græcum, aut in Latinum sermonẽ transfundi se sinat, &c. Neq; uero parum subsidij pollicerí uidebantur, qui difficillimæ simpliciũ medicamentorum scientiæ instaurationi incubuerunt, &c. His igitur motus causis, atq; horum adeo exemplo, Rhazæ uersionem castigare aggressus sum, repurgatis non solum medicamentorum barbaris, Latinisq; auribus incognitis uocibus; sed tota etiam orationis serie in melius commutata, ut quæ prius squalida & inculta essent, nec propter obscuritatem percipi possent, nunc quatinus fieri possit, & res ipsa ferat, splendeant, minusq; adeo Lectorí negotium exhibeant. Verum nec hic quidem (quod forte ab interprete desideraretur) uerbum semper uerbo reddere conatus sum: imò potius paraphrasten egi, libere quæ ad rem necessaria iudicaui subinde adijciens, & quædam fusiore, quæ nimirum obscuriora uisa sunt, oratione explicans. Opus excusum Basileæ in officina Roberti VVinter, 1537. in 8. chartis 14. & dimid. cum indice.

Eiusdem Andr. Vesalij Scholæ medicorum Patauinæ publici professoris, epistola docens uenam axillarem dextri cubiti in dolore laterali secandam: & melancholicum succum ex uenæ portæ ramis ad sedem pertinentibus, purgari. Rob. VVinter excudit Basileæ, 1539. in 4. chartis 7. & dimid.

Ex initio huius epistolæ ad Nicolaum Florenatem: Duobus nominibus, Patrone in primis obseruande, superiores tuæ literæ, plurimum me recrearunt, tum quod tabulas in studiosorũ usum à me æditas, Cęsareæ maiestati cæterisq; præstantissimis uiris, unice probari significas: tum quia pergratum tibi fore pollíceris, si lineas ad marginem uenæ cauæ de uena in laterali dolore secunda, & ad finem lateris uenæ portæ, de melancholici succi purgatione adscriptas, diffusius explicare contendam. A plærisq; enim quid in illis sentiam, parum perpendi arbitraris.

Andreæ Vesalij Bruxellensis, scholæ medicorum Patauinæ professoris, de humani corporis fabrica libri septem, cum elegantissimis omnium ubiq; figuris.

Ex præfatione ipsius Vesalij ad Carolum V. Imperatorem.

Primo quidem libro omnium ossium cartilaginumq; naturam enarraui, quæ quod illis reliquæ partes suffulciantur stabiliantur q, & secundum hæc describantur, ab anatomes studiosis primum cognoscenda ueniunt.

Secundus liber ligamenta, quorum beneficio ossa cartilagines q; inuicem connectuntur, & dein musculos, motus è nostro arbitratu pendetis opifices, commemorat.

Tertius, uenarum quæ musculis & ossibus, cæteris q; particulis familiarē, quo enutriantur, sanguinem deferunt: ac dein arteriarum insiti caloris spiritusq; uitalis temperiem moderantium, frequentissimam seriem complectitur.

Quartus non modo neruorum, qui musculos adeunt distributionem, sed et reliquorum quoq; omnium propagines edocet.

Quintus organorum nutritioni, quæ potu & cibo perficitur, famulantium constructionem tradit, ac insuper ob sedis uicinitatem, instrumenta etiam continet, ad speciei successionem à summo rerum opifice fabricata.

Sextus cordi uitalis facultatis fomiti, ipsiq; subministrātibus particulis dicatur.

Septimus uero cerebri & sensus organorum harmoniam ita persequitur, ut illic neruorum à cerebro originē ducentium series 4. libro expressa, nō repetatur.

Quippe in horum librorum ordine digerendo, Galeni sententiam sum sequutus, qui post musculorum harmoniam, uenarū, arteriarum, neruorum, & dein uiscerum anatomen pertractandam duxit. Quantumuis non inepte, ac potissimū apud huius scientiæ tyronē, aliquis cum uasorū distributione rudem uiscerum cognitionem ita persequendam contendet, quemadmodum in epitome præstiti, quā ueluti horum librorum semitam, ac in illis demonstratorum indicem præparaui, &c. Opus impressum Basileæ in officina Ioan. Oporini, 1543. in folio amplo, chartis 177. Scripsit autem Vesalius hos libros natus annos 28.

ANDRONICI scholia Græca in Homerum Venetijs reseruantur in bibliotheca SS. Ioannis & Pauli. Nimirum hic est ille M. Popilius Andronicus Grammaticus desidiosior in professione Græca, ex quo minus idoneus ad tuendam scholam, ex urbe se Cumas contulit, ibiq; in ocio uixit, multaq; composuit, uerum adeò inops atq; egens, ut coactus sit præcipuum illud opusculū annalium elenchorum XVI. millibus nummûm cuidam uendere, quos Orbilius nactus redemisse se dicit, uulgariq; nomine authoris. Tranquillus. Fuit & alius Andronicus Rhodius philosophus Peripateticus, cuius meminit Strabo: & alius historicus, qui res Alexandri scripsit.

Huic Codex mss. tribus partibus Ethic. Nicom. Heinsij & Lugd. Bat. 1607. 4. T. cl. 210.

ANGELOMVS monachus Lexouiensis, ordinis sancti Benedicti, iussu Dragonis episcopi Metensis, qui fuit filius Caroli magni & frater Ludouici Imperatoris, scripsit excellentissimū opus, & quale me in scripturis sanctis aliâs legisse nō memini: In libros Regum, lib. 4. Igitur cum aquam pluribus.
Ad Lotharium in cantica, lib. 1. Priusquam augustale decus.
De diuinis officijs, lib. 1. Et quædam alia.

* Angelomi lucubrationes in libros Regum & in Cantica canticorum excusæ sunt Coloniæ, 1530. in folio.

ANGELI Andreæ Resennij Lusitani carmen eruditum & elegans, aduersus stolidos politioris literaturæ oblatratores, Frobenius excudit Basileæ 1531. in 4. chartis 2. & dimid.

ANGELVS Aretinus I.C. (quem aliâs Angelum Gambilionum, uel de Gambyloni-bus de Aretio uocant) scripsit duo uolumina commentariorum super Iuris ciuilis institutiones ad Leonellum Estensem Marchionem Ferrariæ, ubi Angelus professus est. Opus typis excusum in magno folio, chartis 182. cum indice. Item Lugduni in 4.

Ex

Ex præfatione authoris: Putaui igitur si qua in re à puero uersatus essem, & « in ea potissimum aliquid elaborassem, id solum mihi reliquum esse, quo meum in « te animum aperirem, &c. Nam quemadmodum tu primus extitisti, qui his tempo « ribus in Ferraria florentissima urbe primum literarum gymnasium iampridem « intermissum rursus instituisti: sic nostrum opus prima legum incunabula expli- « cans, tibi deuotum esse oportet. «

De testamentis, & clausulis testamentorum.

De maleficijs in iure, & clausulis processus inquisitionalis: impressum opusculũ.

Super 3. librũ Codicis, impress. De inuentario.

Consiliorum uolumina duo. Quædam singularia.

Repertorium iuris. Super tertio C. de bon. uac. lib. x. l. si uacantia.

ANGELVS Barbaus Plutarchi de exilio librum transtulit.

ANGELVS Bolognínus chirurgiam ex Auicẽna publice docuit Bononiæ, & libros 2. scripsit de cura ulcerum exteriorum, sermone inculto, in quorum priore parte exponũtur ea quæ impediunt consolidationẽ, quæ & quot sint, quomodo noceãt, & quomodo cognoscantur: in altero administrantur medicamina tam generaliter q̃ singulariter. Capitum argumenta hæc sunt in primo libro.

1 Curatio ulcerum in quibus consistat.
2 Consoliditationem ulcerum quæ impediant.
3 Quonam modo præfata consolidationem impediunt.
4 De signis eorum, quæ consolidationem impediunt.

In secundo libro.

1 De regulis & modis generalibus curationis ulcerum.
2 De cura formæ ulcerum fistularis. 3 De cura saniei subtilis.
4 De cura saniei grossæ & uiscosæ.
5 De cura qualitatis saniei acutæ & corrodentis.
6 De cura sanguinis peccantis.
7 De cura malæ complexionis partis ulceratæ. 8 De cura doloris.
9 De cura superflui fluxus sanguinis. 10 De cura apostematis.
11 De cura ostracatæ carnis, seu callosæ & duræ.
12 De cura carnis mollis.
13 De cura carnis superadditæ atq; superfluæ.
14 De cura serpiginis seu pruriginis, in circuitu ulceris contingentis.
15 De cura corrosionis.
16 De cura putrefactionis. 17 De cura corruptionis ossium.

Eiusdem authoris liber de unguentis communibus in solutione continui.

Ex præfatione: Efflagitarunt scholastici, ut quæ unguenta cõmunis habeat « usus practicantium hodiernus in solutæ continuitatis medela, & quonam modo « & uia ea unguenta solutis continuitatibus applicata, in illis operationes à medico « intentas inferant, deinde in quo tempore solutis continuitatibus applicanda sunt, « postmodum quonam modo, & quo in loco applicari habeant, adhuc quanto tem- « pore in eorum applicatione continuandũ erit, ultimo eorum descriptionẽ & cõpo « nendi modũ describere uellẽ, & eis cæteræq; studiosæ iuuentuti imprimi curarẽ. «

Caput 1. Vnguentorum quæ in communi usu sunt generalis diuisio.
2 De unguentis defensiuis, quorum frigida uis & repulsoria est.
3 De unguentis digestiuis, id est, quæ concoquunt & maturant.
4 De unguentis quæ mundificant, siccant, & abstergunt.
5 De capitalibus unguentis, quæ soli capiti applicantur.
6 De unguentis Mercurialibus, quæ argentum uiuum recipiunt, ad malignã quandam scabiem curandam miro modo repertis.

Omnia impressa Basileæ, 1536. in 4. chartis 8. cum multis alijs de Gallico mor-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [127] - 43v

bo libellis. Prius autem Venetijs exiuerant, 1506. in 4.

T.ch.1494. ANGELVS de Clauasio, natione Italus, ordinis fratrum minorum sancti Francisci, fertur quædam præclara cudisse opuscula, quibus nomen suum longe lateq; diuulgauit: è quibus extat notabilis summa de casibus simplicibus confessoribus, doctis nihilominus occupatis ualde utilis & necessaria, ubiq; iam dispersa, quæ ex nomine authoris prænotatur,

Summa Angelica, lib. 1. Angelici spiritus & si.
Additiones in eandem, lib. 1. Et quædam alia.

* Angelus de Clauasio ordinis minorum, uicarius generalis Cismontanorum fratrum obseruantiæ, conscripsit Summam Angelicam, quod opus Venetijs impressum est, anno 1490. in 8. chartis circiter 67. In fine adijciuntur utriusq; iuris rubricæ, charta 1. & dimid. & nuper Lugduni apud Theob. Pag.

Verba authoris in prologo.

» Conspiciens etiam multitudinem summularum de casibus cõscientialibus nõ
» bene satisfacere pauperibus confessoribus & simplicibus propter prolixitatẽ alia-
» quarũ, & aliarũ nimiam breuitatẽ, decreui hanc Summã cõpendiosam ordinare,
» quã et Angelicã nominabo, in qua mediocritate seruata, etc. hanc quicũq; perlege
» rit, inueniet quicquid in alijs Summulis continetur, quod pertineat ad cõfessores,
» præsertim in Sumã dicta Pisanella, ac eius supplemento, cuius casus cõscientiales
» hic oẽs inserui, licet aliquando p alia uerba, aut alio ordine. Et ultra prædicta repe
» riet in c. quod incipit, interrogationes quæcũq; pertinẽt ad confessorẽ uel cõfiteri
» uolentẽ circa quæcũq; peccata mortalia cognoscẽda: Dirigetur etiã ad multa con
» silia danda, ac ad inueniendũ doctores & iura, ubi de talibus diffuse tractat. Ita q;
» hic liber erit utilis, nõ solũ cõfessoribus, uerũ etiã scholaribus utriusq; iuris, & alijs
» quibuscũq; secundũ Deũ & rectã ciuilitatem uiuere cupientibus. Et paulò infe
» rius: Ordo libri per literas alphabeti distinguitur, & quælibet litera per capitula di
» uersa: quodlibet uero capitulum suos habet paragraphos, exceptis quatuor, &c.

Scriptores in theologia, Sumistas, et in utroq; iure passim citat, circiter CLXX. eorumq; testimonijs sua confirmat. Sed enumeremus locos primæ alphabeti literæ, ut inde coniectura de reliquis quoq; fiat.

Abbas,	Abbatissa,	Aborsum	Abrogatio,
Absens,	Absolutio,	Acceptio,	Acedia,
Actiones,	Acolyti,	Actus,	Accusatio,
Adiuratio,	Administratio,	Admonitio,	Adoptio,
Adoratio,	Adulatio,	Adulterium,	Aduocatus,
Affinitas,	Agnati,	Alchimia,	Alea,
Alienatio,	Alimenta,	Altare,	Alternatiua,
Ambitio,	Amicitia,	Amor sui,	Amor sæculi,
Angaria,	Appellatio,	Apostasia,	Aqua benedicta,
Arbiter,	Archidiaconus,	Archiepiscopus,	Archipresbyter,
Argumẽtatio,	Arra,	Arrogatio,	Ars,
Ascisinus,	Astrologia,	Astutia,	Auaritia,
Audacia,	Augere,	Augurium,	Austeritas.

ANGELVS Cospus Bononiensis, homo in literis tum Græcis, tum Latinis apprime eruditus (cui Viennæ, cum hominem exuisset, nos in bonarum literarum publica professione successimus) uertit Diodori Siculi libros decimumsextum & 17. Ioachimus Vadianus in suis commentarijs in Melam.

ANGELI Decembrij Mediolanensis oratoris ad Pium II. Pont. Max. Politiæ literariæ libri 7. multijuga eruditione referti, ante annos 80. plus minus scripti, & Romæ in bibliotheca Pontificis reconditi: clade uero Romana Carolo Borbonio, & Georgio Fronspergio ducibus, anno 1527. eruti, & in lucem æditi Augustæ Vindelicorum,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [128] - 44r

delicorũ, 1540. in fol. chartis 85. Patrem hic author habuit Vbertem Decembriũ, de quo dicetur suo loco.

Ex præfatione: Hic liber, ut futuram eius seriem breuibus intelligas, seu ad opus A. Gellij noctium Atticarum, seu potius ad Quintiliani institutionem oratoriam formatus est, partium & librorum opportunitate eadem ferè seruata. Nam & hic non minus de oratorio poëticoq; tractatur artificio. In primis enim de omni bibliothecarum seu librorum omnium ornatu instrumentoq;, qui apud doctissimos magis necessarij cognitu recensentur: De uocabulorũ proprietatibus & improprietatibus aduertendis: porrò de eorundem uarijs egregijsq; per singulas uoces significationibus: de conficiendis diuersim ciuili & historico stylo orationibus: de diphthongorum orthographiæq; necessaria ratione. Hæc ille. Introducit autem colloquentes de politia literaria, quam ab expoliendo nominare uoluit, Leonellum Estensem principem, Guarinum Veronensem, & alios sui temporis eruditissimos uiros. Opus planè uarium & multiplex est, plurimis capitibus distinctũ, Grammaticum, & præter alia locorum aliquot ex antiquis authoribus interpretationem, emendationémue continet.

ANGELVS Florentinus geographiam Ptolemæi uertit.

Carmicis Florentinus. ANGELVS Politianus uir undecunq; doctissimus scripsit & uaria & præclara uolumina, de quibus hæc feruntur: T. cl. 1494. Genebr. in Alexand. VI.

Centuriæ quædam, lib. 1. In errores linguæ Latinæ, lib. 1.
Epistolæ uariæ ad diuersos, lib. 1.
Et alia quædam scripsisse dicitur, quæ mihi adhuc incognita sunt. Hic ausus est Iliadem Homeri uersu Latinis legendam exhibere.

* Angeli Politiani lucubrationes Aldus primum Venetijs excudit, post eum Ascensius Parisijs, anno 1519. in fol. unà cum commentarijs suis in epistolas & Miscellanea, & Francisci Sylurij quoq; in epistolas, cum indice, & Græcorum omniũ per Iacobum Tusanum interpretatione. Chartis 141. Deinde Seb. Gryphius Lugduni, anno 1536. in 8. duobus tomis eadem sine commentarijs publicauit. Earum nomina & argumenta ordine numerabimus.

Epistolarum libri duodecim, in quibus epistolas scribunt doctissimi uiri, quorum hæc sunt nomina.

Angelus Politianus,	Ioan. Picus Mirandula,	Hermolaus Barbarus,
Pomponius Lætus,	Baptista Guarinus,	Philippus Beroaldus,
Nicolaus Leonicenus,	Hieronymus Donatus,	Callimachus, (Signi,
Lodouicus Odaxius,	M. Ant. Sabellicus,	Lucius Phosphorus pont.
Iacobus Antiquarius,	Cæsar Carmentus,	Barptolemæus Scala,
Antonius Codrus Vrceus,	Franciscus Puccius,	Augustinus Maffeus,
Io. Franciscus Benedictus,	Marsilius Ficinus,	Macarius Mutius eques,
Tydeus Acciarinus,	Baccius Vgolinus,	Aldus Manutius Roman.

Matthæus Vero. Cano. regu. Innocẽtius Papa VIII. Iacobus Cardinalis Papiẽsis, Franciscus Picco. Cardinal. Senens. Paulus Cortesius, Ioan. rex Portugalliæ. Laurentius Medices, Ludouicus Maria, Sfortia dux Mediolani. Georgius Merula, Barptolemæus Chalcus, Petrus Crinitus, Michaël Acciarius Vtianensis, Scipio Carteromachus.

Præfatio in Platonis Charmidem è Græco in Latinum conuersum.

Charmidis conuersi fragmentũ, quod circiter quartã portionem chartæ solũ occupat; reliquum (inquit Aldus) summa diligentia quæsitũ habere nequiuimus.

Centuria prima miscellaneorũ sola habetur, quamuis in præfatione ad Laurentium Medicem ipse Politianus plures à se cõscriptas significet. Huius argumentũ quale sit uel ex inscriptione apparet: diuiditur enim in centum capita, quibus multa uariaq; apud uarios Latini Græciq; sermonis scriptores uocabula, res, & loci

abſq; certo ordine paſſim exponuntur aut emendantur. Opus planè iucundum eſt philologum, ſed guſtus gratia priorum v. capitum argumenta adſcribam.

1 Defenſus à calumnia Cicero, ſuper enarrata ui noui apud Ariſtotelem uocabuli, quod eſt Entelechia.

2 Quæ ſint Crepidæ, apud Catullum Carpatinæ, quod probe ſcriptum uocabulum perperam mutatur.

3 Quibus uerbis Horatius Camelopardalim ſignificauerit, quæq; ſit eius animantis facies, quibusq; etiam nominibus cenſeatur, & quo primum tempore uiſa in Italia.

4 Quod multa poëtarum interpretibus legenda, quodq; Satyram Perſius de Alcibiade Platonis effinxit.

5 Quid ſit apud Lucretium Durateus equus, quodq; legendum apud Valeriũ Flaccum non quidẽ nox Dorica, ſed Durica, uel Duria potius, in libro Argonauticon ſecundo.

Ex præfatione in Herodiani hiſtoriã ad Innocentium VIII. Pont. Max. Hoc
» opus à nobis neq; multo ſanè negotio, neq; inuita (ut arbitror) Minerua elucubra-
» tum eſt. Quæ ſanè noſtræ fuerunt partes, tentauimus profecto, utinamq; etiam ef-
» fecerimus, uti omnia ex fide reſponderent, ne inepta peregrinitas, ne Græculæ uſ-
» quam figuræ, niſi ſiquæ iam pro receptis habentur, Latinam quaſi polluerent ca-
» ſtitatem: ut eadem propemodũ eſſet linguæ utriuſq; perſpicuitas, eædemq; mun-
» ditiæ, idem utrobiq; ſenſus atq; indoles, nulla uocum moroſitas, nulla anxietas.

Et in epiſtola ad Andream Magnanimum ſuperiorem ſtatim ſequente, in hac
» translatione publicanda typis curam adhibendã hortatur, ut ne illæ quidem ad-
» notatiunculæ omittantur, quas marginibus (inquit) adſcripſimus. Inter eas uero
» etiam locos puto tres quatuorue ad ſummum reperies, ubi fuit excuſatione uten-
» dum corrupti apud Græcos exemplaris.

Ex præfatione in translationem enchiridij Epicteti ad Laurentium Medicem:
» Hoc ego opus cum Latinũ facere aggrederer, in duo omnino mendoſiſſima exem-
» plaria incidi, pluribusq; locis magna ex parte mutilata. Quapropter cum & cæte-
» ra quæcunq; uſquam exemplaria extarent, non diſſimilia his eſſe audirem, permi
» ſi mihi ut ſicubi aliqua capita aut deeſſent, aut dimidiata ſuper forẽt: ea ego de Sim
» plicij uerbis, qui id opus interpretatus eſt, maxima (quantum in me eſſet) fide ſup-
» plerem. Quod ſi non uerba ad unguem (id nullo modo fieri poterat) at ſenſum cer
» te ipſum purum, ſyncerumq; Latinum à nobis redditum arbitror: quod ne quem-
» piam fortaſſe perturbet, quemadmodum Ariſtarchus Homeri uerſus, quos ipſe
» non probaret: ita nos ſingula ipſa capita, quæ noſtris quidem uerbis explicentur,
» obelo, hoc eſt ueru iugulauimus.

Hoc enchiridion mox ſequitur Epicteti defenſio, quam ſcripſit Politianus ad Bartholomæũ Scalam, qui in Epicteto reprehendebat, quod obſcura, quod ſupra hoĩs uires, q falſa præcepiſſet: primũ nõ explicãdo quę noſtra ſint opa: deinde dolores ac gemitus abolẽdo: poſtremo corpus nõ ponẽdo inter ea quæ in nobis ſunt.

Alexandri Aphrodiſiei ſuper nonnullis phyſicis dubitationibus Solutionum liber 1. in Latinum conuerſus: non plenè tamen abſoluta translatione ut apparet ex epiſtola ſubiecta Petri Criniti.

Plutarchi Chæronei amatoriæ narrationes, Latinæ factæ.

In priora Ariſtotelis analytica prælectio, cui titulus Lamia. In ea deprecatur mo deſtiæ gratia philoſophi nomen, deinde utrúmne eſſe philoſophum turpe ac malum ſit, diſputat: poſtremo de ſeipſo nonnihil, deq; ſua hac profeſſione.

» Alia prælectio, cui titulus Panepiſtemon. Ex præfatiõe: Qui libros aliquos enar
» rare Ariſtotelis ingrediũtur, cõſueuere à principio ſtatim philoſophiã ipſã uelut in
» mẽbra partiri, &c. Mihi uero nũc Ariſtotelis eiuſdẽ libros de morib. interpretanti

conſilium

consilium est, ita diuisionem istiusmodi aggredi, ut quoad eius fieri possit, non di-
sciplinæ modo & artes, uel liberales quæ dicuntur, uel machinales: sed etiam sordi
dæ illæ ac sellulariæ, quibus tamen uita indiget, intra huius ambitum distributio-
nis colligantur. Imitabor igitur sectiones illas medicorũ, quas anatomas uocant:
imitabor & tabulariorum calculos. Nam & diuidam singula prope minutatim, &
in summam summarũ redigam, quo possit unumquodq; uel facilius percipi, uel
fidelius retineri.

Epistola ad Laurentium Medicem, quod ira in pueris optimæ sæpe indolis est argumentum.

Præfatio in expositione Homeri, cuius chartæ sunt tres, ubi huius poëtæ multiplex eruditio ex uarijs eius carminibus ostenditur.

Oratio super Statij syluis, & Fabio Quintiliano.

In C. Suetonij expositionem præfatio.

Oratio pro oratoribus Senensium ad Alexandrum VI. Pont. Max.

Pro oratoribus Florentinorum ad Alphonsum Siciliæ regem oratiuncula, cum obijsset Ferdinandus Alphonsi pater.

Alia ad eundem gratulatoria cum regnum iniuisset pro ijsdem Florentinis.

Pro prætore Florentino ad dominos ineuntes summum magistratum.

Magni Athanasij in psalmos opusculum Latinitate donatum.

Dialectica, in qua summa rerum capita, quinq; uocum Porphirij, & totius organi Aristotelici, delibantur, chartis duabus.

Prælectio de dialectica, ubi eam à prima philosophia discernit, & quibus præceptoribus in ea profecerit, declarat.

Prælectio in A. Persium.

Sylua, cui titulus Nutricia: argumẽtum de poëtica & poëtis, carmine heroico.

Opus multa & remota lectione constans, multa formatum opera.

Sylua, cui titulus Rusticus, ab argumento inditus, in poëtæ Hesiodi Virgilijq; Georgicon enarratione pronunciata, uersu heroico.

Sylua, cui titulus Manto, in Bucolicon Virgilij enarratione pronunciata, uersu heroico, in laudem Virgilij, ubi & eius operum argumenta proponuntur.

Sylua, cui titulus Ambra, in poëtæ Homeri enarratione pronunciata, eodem genere uersuum. Est autẽ Ambra prædij nomen, quod Laurentius Tornabonus (cui hoc opusculum dedicatur) pro laxamento ciuilium laborum sibi delegerat. Continetur hic poëmatum Homeri perioche.

Elegia siue Epicedion in Albieræ Albitiæ immaturum exitum ad Simsundum Stupham eius sponsum.

Epigrammata uaria Latina & Græca: chartis 6.

Ex Aldi Manutij præfatione ad Marinum Sannutum: Quod si quid doctas au
res tuas offendet, tanquam parum elaboratum & cultum, scito non esse hæc æditа ab ipso authore, sed ab amicis, & præcipue ab Alexandro Sartio Bononiensi literatis omnibus pergrato: qui amicissimi uiri quæcunq; habere potuit opera multum ac diu & accurate quæsita, imprimenda curauit. Est igitur dignissimus uenia Politianus noster, si quid in eius scriptis deprehendetur uitij, quandoquidẽ emendaturus, si licuisset, erat: imò si annos suos uixisset & leges ex Pandectis, quæ olim Pisanæ fuerunt, in pristinam (quod cœperat facere) lectionem restituisset, cõmentariosq; in illas, quod prædicabat, non barbare, sed more Romano, & doctissime confecisset. Cœperat etiam feliciter & miro successu à barbaris philosophiã ipsam asserere. Pollicebatur quoq; intra decennium liberalissimas artes omnes & uita uoce, & scriptis se luculentissime enarraturum. Et paulò post: Sed utinam & secundam centuriam Miscellaneorum, & epiphyllidas, & in Tranquillum, in Terentium, in Statium, in Quintilianum ingeniosas & doctas annotationes, & alia

„ quàm plurima, ex quibus uel centum facere centurias potuiſſet, habuiſſemus:
„ prodijſſent & illa in publicum profutura hominibus, quæ (ut audio) quidam Flo-
„ rentiæ occultant, ut edant pro ſuis, ſed ſtulte quidem, &c.

ANGELVS de Periglis I.C. ſcripſit ſuper ſtatutis, impreſſ.
Super primo & ſecundo ff. noui.
De uerborum obligatione in ſecundo ff. noui l. 4. paragr. Cato.
Super ſecundo Inforciati.
De Syndicatu, paragr. proficiſci.
De Suitate & extraneitate. De Socida.
De liber. & poſthu. in ſecundo Inforciati l. In ſuis.

T.M.423. ANGELVS Peruſinus, Baldi frater, & ſtudiorum eius ſocius, in iure ciuili doctiſſimus, multa in ſua facultate uolumina compoſuit, quibus monimenta ingenij excellentis conſtituens, memoriam ſui nominis ad multorum notitiam deſtinauit. E quorum numero elegantiſſima feruntur commentaria,

Super Codice,	lib. 9.	Super ff. ueteri,	lib. 24.
Super ff. nouo,	lib. 12.	Super ff. Inforciati,	lib. 14.
Super Inſtitutis,	lib. 4.		

In toto ſiquidem corpore iuris ciuilis, & alia quædam lucubraſſe dicitur.

* Angelus de Vbaldis Peruſinus, Petri de Vbaldis nobilis Peruſini artium & medicinæ doctoris filius, Baldi & Petri frater, floruit circa annum 1344. Eiſdem præceptoribus quibus & frater Baldus ius ciuile didicit. Anno 23. ſuæ ætatis doctoratus inſignia ſumpſit, & publice profiteri cœpit. Non indignus fratre ſuo Baldo fuit, ingenio inferior, eruditione par, acri omnino & ſolido iudicio præditus. Itaq; Ioannes Pyrrhus hunc inter triumuires Iuriſprudẽtiæ cum Bartholo & Paulo Caſtrenſe nominauit. Reliquit doctiſſima Commentariorum & Conſiliorum opera, quibus Ius ciuile maiorem in modum illuſtrauit. Mortuus eſt Florentiæ eodem anno, quo Baldus frater ſuus 1428. relicto poſt ſe unico filio Alexandro, legum profeſſore, ex quo Angelus ſecundus, iſtius Angeli nepos poſtea prognatus eſt. Ille à maiorum uirtute neutiquam degenerans, in celebrem Iuris profeſſorem euaſit, & cum publico ſalario multis annis Patauij profeſſus eſſet, à Sixto Pont. Max. Romam uocatus, & in Aduocatorum Conſiſtorij Pontificialis numerum adſcitus eſt. Hæc ex uitis Iureconſultorum Ioan. Fichardi.

Angelus Peruſinus ſcripſit ſuper tribus libris Codicis.
Super authenticis, impreſſ. Conſilia, impreſſa typis.
Super totum ius ciuile; ſed deficit in primum Codicis, ut per Opizo. In rep. paragr. diui.

Angelus de Vbaldis (eundem exiſtimo cum Peruſino) ſcripſit de ſequeſtro. In 2. Codicis, unde liberi. in 3. l. qui ſe patris.

T.M.1481. ANGELVS Saxo de Brunſuico, natione Theutonicus, ſcripſit inter alia opus quoddam inſigne.

In Canonem miſſæ,	lib. 1.	Sermones uarios,	lib. 1.
Quæſtiones diuerſas,	lib. 1.	Et quædam alia.	

forſ. Aniceti Papae I. Platinam.

ANITI II papæ decreta extant cum reliquis impreſſa Coloniæ in magno uolumine.

ANITIVS Boëtius Manlius Seuerinus, conſul Romanus, ſcripſit multa præclara uolumina, de quibus ego reperi ſubiecta.

Ad Symmachum ſocerum ſuum Romanæ urbis patricium.

De ſancta Trinitate,	lib. 1.	Inueſtigatam diutiſſi.	
De unitate Trinitatis,	lib. 1.	Quæro an pater & filius.	
De duabus naturis in Chriſto,	lib. 1.	Anxie te quidem diuq;.	
De fide ad Ioannem diaconũ,	lib. 1.	Chriſtianam fidem noui.	
De unitate & uno,	lib. 1.	Vnitas eſt qua una.	

De

De Isagogis Porphyrij, lib. 2. Hyemantis anni tempore in.
In secundam eiusdē æditionē, lib. 1. Secundus hic arrepte.
In cathegorias Aristotelis, lib. 2. Expeditis his, quæ ad.
In Perihermenias eiusdem, lib. 1. Magna quidem libri.
In æditionē eiusdē secundam, lib. 6. Alexander in commenta.
De diuisionibus, lib. 1. Quam magnos studiosis.
De diffinitionibus, lib. 1. Dicendi ac disputandi.
Ad cathegoricos syllo. introdu. lib. 1. Multa ueteres philoso.
In topicam Ciceronis, lib. 6. Exhortatione tua pa.
De differentijs topicis, lib. 4. Omnis ratio disserendi.
De syllogismo categorico, lib. 2. Multa Greci ueteres.
De syllogismo hypothetico, lib. 2. Cum in omnibus philoso.
De hebdomadibus, lib. 1. Postulas ut ex hebdo.
De Arithmetica, lib. 2. Inter omnes priscæ autho.
De Musica, lib. 5. Omnium quidem perceptio.
De philosophica cōsolatione, lib. 5. Carmina qui quondam.
In Geometriam Euclidis, lib. 3. Quia uero mi patrici.
De disciplina scholarium ut aliqui uolunt, lib. 1. Vestra nouit intentio.
De locis rhetoricis, lib. 1. De prædicatione potestatis, lib. 1.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

Alia quoq; nonnulla scripsisse dicitur, sed ad notiam meam non uenerunt.

* Anitij Manlij Torquati Seuerini Boëtij Ordinarij patricij, uiri exconsulis (totidem enim nominibus eum appellari Thomas de Aquino testatur) omnes libri à Trittenhemio enumerati (præter illum de fide, & tres ultimos, quos tres ne Trittenhemius quidem uidit, cum initia ipsorum non addat.) Venetijs excusi sunt anno 1491. in fol. chartis 158. adnumerando etiam Thomæ de Aquino commentaria in libros de consolatione philosophiæ, & de disciplina scholarium. Sed operæpretium uidetur fusius de omnibus istis libris tractare.

Aeditio prima cōmentariorum in Porphyrij Isagogen à Victorino translatam habet duos libros, quorum prior in duo capita, alter in 24. diuiditur.

Aeditio secunda in eandem ab ipso Boëtio translatam, continet capita 6.

Aeditio in prædicamenta Aristotelis, cuius prior liber 5. capita, posterior 9. habet.

Aeditio prima traductionis & commētariorum in librum Aristotelis de interpretatione.

Secunda in eundem continet libros sex.

De diuisionibus, liber 1. Charta 1. & trib. 8. par.
De diffinitionibus, liber 1. Charta 1. & dimid. & paulò amplius.

Ad categoricos syllogismos introductionis, lib. 1. Chartæ 3. Maxime autem de propositionum natura ac differentijs hic liber agit.

Commentariorum in Topica Ciceronis libri 6. Chartis 12. Hæc & seorsim excusa sunt Basileæ apud Hen. Petrum: & Lugduni apud Gryphium.

De differentijs topicis libri 4. Chartis 4.

De syllogismo categorico libri 2. quorum primus tractat de propositionibus syllogismi categorici: secundus autem de compositione eius. Chartæ sunt 3. & paulò amplius. Concludit autem librum his uerbis: Hæc de categoricorum « syllogismorum introductione Aristotelem plurimum sequens, & aliquia de Theo- « phrasto uel Porphyrio mutuatus, quantū parcitas introducendi permittebat, ex- « pressi. Si qua uero desint, in Analyticis nostris calcatius exprimemus. Nunc uero « solum quantum ad categoricorum syllogismorum formam spectabat, perfectum « à nobis est. «

» De ſyllogiſmo hypothetico libri 2. Chartis 4. Ex præfatione: Quod apud
» ſcriptores quidem Græcos perquàm rariſſimos ſtrictim atq; confuſe, apud Lati-
» nos uero nullos reperi, id tuæ ſcientiæ dedicatum noſter & ſi diuturnus, cœpti ta-
» men labor efficax, excoluit. De hypotheticis enim ſyllogiſmis ab Ariſtotele ni-
» hil eſt conſcriptum. Theophraſtus uero uir omnis doctrinæ capax rerum tantum
» ſummas exequitur: Eudemus latiorem docendi gradituꝛ uiam, ſed ita ut ueluti
» quædam ſeminaria ſparſiſſe, nullum tamen frugis uideatur extuliſſe prouentum.
» Hos igitur quantum ingenij uiribus, & amicitiæ tuæ ſtudio ſufficimus, quæ ab il-
» lis uel dicta breuiter, uel fundítus omiſſa ſunt, elucidanda diligenter & ſubtiliter
» perſequenda ſuſcepimus.

Ad Symmachum liber 1. quomodo Trinitas eſt unus Deus, & non tres dij. Capitula ſunt 12. In charta dimid. & octaua parte.

De Trinitate liber ſecundus (qui non excedit octauam partem chartæ) ad Ioan. diaconum Eccleſiæ Romanæ, utrum pater & filius ac ſpiritus ſanctus de diuinitate ſubſtantialiter prædicentur.

Libellus de hebdomadibus in duo capita diuiſus, parum excedit quartam char
» tæ portionem. Ex præfatione: Poſtulas ut ex hebdomadibus noſtris eius quæ-
» ſtionis obſcuritatem, quæ continet modum, quo ſubſtantiæ, in eo quod ſunt, bo-
» næ ſint, cum uero ſint ſubſtantialia bona, dígeram, & paulò euidẽtius monſtrem.

De unitate & uno libellus metaphyſicus duo capita continet in tribus octauis ferè portionibus unius chartæ.

Libellus contra Eutychen & Neſtoriũ de duabus naturis, & una perſona Chriſti. Charta una & quarta pars.

Ad Patricium Symmachum libi 2. de aritmetica: prioris capita ſunt 32. poſterioris 54. utriuſq; ſimul chartæ 9.

» Ex præfatione: At non alterius obnoxius inſtitutis arctiſſima memet ipſe
» translationis lege conſtringo: ſed paululum liberius euagatus alieno itineri, non
» ueſtigijs inſiſto. Nam & ea quę de numeris à Nicomacho diffuſius diſputata ſunt,
» moderata breuitate collegi: Et quæ tranſcurſa uelocius anguſtiorem intelligentiæ
» præſtabant aditum, mediocri adiectione reſerani, ut aliquando ad euidentiam re-
» rum noſtris etiam formulis ac deſcriptionibus uteremur. Quod nobis quantis ui-
» gilijs ac ſudore conſtiterit, facile ſobrius Lector agnoſcet.

De Muſica libri quinq; primi capita ſunt 34. ſecundi 30. tertij 16. quarti 18. quinti 18. Omnium ſimul chartæ ſunt 15. & dimid.

De geometria libri 2. cum præfatione Nicolai Iudeci Veneti, in qua Euclidis interpretum errata uituperantur, tum ueteris, tum Campani recentioris. Chartis
» 6. & dimid. Ex præfatione Boëtij: Quia uero mi Patrici Geometrarum exer-
» citatiſſime, Euclidis de artis Geometricæ figuris obſcure prolata te adhortante ex-
» ponenda & lucidiore aditu expolienda ſuſcepi, in primis quid ſit mẽſura definien
» dum opinor. Adijcitur & tertius quidam de geometria libellus, ſed qui nihil ex Euclide habeat, uſum eius docens in uarijs rebus, terminis præcipue, &c. Paulò minus quàm charta 1. & dimid.

De conſolatione Philoſophiæ libri v. partim uario genere carminum, partim proſa conſcripti. Summa horum librorum ex præfatione Thomæ Aquinatis:
» Boëtius in hoc libro oſtẽdit bona temporalia eſſe tranſitoria, & non conſiſtere
» totaliter in eis totalem ueram felicitatem: & per conſequens non eſt dolendum de
» eorum abſentia, nec gaudendum de eorum præſentia: & neminem debere extolli
» in proſperis, nec deprimi in aduerſis. Præterea quid ſit ſummum bonum, ubi
» ſitum, & quomodo ad ipſum perueniatur. Ad hæc quod boni ſemper ſunt poten-
» tes, & mali ſemper impotentes: & quod bonis nunquam deſunt ſua præmia, ma-
» lis nunquam ſua ſupplicia. Deinde oſtenditur quid ſit diuina prouidentia, quid ca

ſus,

sus, quid fatum, quid liberum arbitrium. Et ponit Boëtius rationes quibus probat liberum arbitrium non posse stare cum prouidentia diuina: & ponit quorundam falsam solutionem, ac eam improbat: postea depromit ueram solutionem, quam rationibus confirmat. Ista & alia plura pulchra determinantur in hoc libro. Introducit autem Boëtius duas personas per dialogum, scilicet seipsum plangentẽ suã miseriam, & Philosophiam ei condolentem, & ipsum super sua miseria consolantem: sed etiam Fortuna per ethopœiam in quadam primi libri parte Boëtium alloquens inducitur. Egebat autem consolatione Boëtius, utpote in exiliũ relegatus, omnibus bonis pulsus, dignitatibus exutus, multis denicp miserijs afflictus. Hæc ferè Thom. Aquinâs. Chartæ textus Boëtij simul & commentariorum Aquinatis sunt 32. Cum indice copioso præfixo.

Liber de scholarium disciplina. Argumentũ libri huius ex Aquinate: Cum uidisset Boëtius innumeros penè erudiendos præter modum ordinem atcp regulam ad doctrinam anhelare, & eapropter minime doctos euadere, ipse communi miseretus utilitati rudium, ut tantæ inordinationi obuiam iret, modum atcp disciplinæ formam instituit in hoc libro, in quo ipsis rudibus primo prima elementa subministranda censuit: adultos disciplinæ magistratuicp subijciendos commonuit, elatos reprimit, proficientes sagaci prouisione refouet, prouisos magistratuicp uenerabiles reddit, atcp tandem ipsorum magistrantium statum erga subditos concludit. Textus authoris & Aquinatis commentaria chartis 13. constant.

Capitula quæ sequuntur, sunt quidem & antiquis, & exploratæ fidei codicibus prænotata, nihil tamen super his conscriptum reperitur. Nam Boëtius morte præuentus opus imperfectum reliquit.

20 Caput. Quemadmodum ex æqualitate fiat inæqualitas proportionum.

21 Quomodo Ptolemæus diuidit diatessaron in duas partes. Et reliqua usq; ad 29.

Ad hæc uulgaris interpretatio Latina in duos libros priorum analyticorum Aristotelis Boëtij esse creditur.

ANSBERTVS in Apocalypsim. Coloniæ in fol. 1536.

ANSEGISVS abbas Lobiensis cœnobij, ordinis S. Benedicti, & postea Senonensis archiepiscopus, distinxit & comportauit ad utilitatem ecclesiæ catholicæ imperatorum Caroli magni & Ludouici leges, quas uidi ut sequitur, uidelicet, T. cl. 8406.

Statuta ecclesiastica Caroli,	lib. 2.	Regnante domino nostro Iesu.
Leges mundanas eiusdem,	lib. 2.	De pace admonemus.
Statuta ecclesiastica Ludouici,	lib. 2.	Omnibus uobis aut uisu.
Leges mundanas eiusdem,	lib. 2.	Si seruí per contumaciam.

Alia insuper nonnulla ædidit, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

ANSELMVS archiepiscopus Canthuariensis in Anglia ex abbate monasterij Becc. censis in Normannia, ordinis sancti Benedicti, scripsit penè infinita opuscula, de quorum numero feruntur subiecta. T. cl. 1080. uel ut Antonius habet, 1051.

Cõtra gentes cur deus homo,	lib. 2.	Sæpe & studiose à mul.
De incarnatiõe ẏbi cõtra Iudę.	lib. 1.	Domino & patrí uniuersæ.
De conceptu uirginali,	lib. 1.	Cum in omnibus religiosæ.
Prosologion,	lib. 1.	Eia nunc homuncio fu.
Monologion,	lib. 1.	Si quis unam naturam.
De spiritu sãcto cõtra Græcos,	lib. 1.	Negatur à Græcis quod spi.
De casu diaboli,	lib. 1.	Illud apostoli: Quid habes.
De diuersitate sacramentorũ,	lib. 1.	Domino & amico VValrã.
De fermento & azymo,	lib. 1.	Anselmus seruus ec.
De uoluntate dei,	lib. 1.	Humana ratio cum de.
De sancta Trinitate,	lib. 1.	In Cantica canticorum, lib. 1.

De pace & concordia,	lib. 1.		
De libero arbitrio,	lib. 1.	Cum liberum arbitrium ui.	
De gratia & libero arbitrio,	lib. 1.	De tribus illis quæstio.	
Dialogus de ueritate,	lib. 1.	Quoniam deum ueritatem esse.	
De similitudinibus,	lib. 1.	Voluntas tripliciter in.	
De mensuratione crucis,	lib. 1.	Quoniam iubente filio tuo.	
Meditationes,	lib. 1.	Domine deus meus da cor.	
Meditationes de passione dñi,	lib. 1.	Anima Christiana, anima de.	
De beata uita,	lib. 1.	De beata sufficientia,	lib. 1.
De bona occupatione,	lib. 1.	De laudibus sanctæ Mariæ,	lib. 1.
Stimulus amoris,	lib. 1.	Iesum Nazarenum à Iu.	
Pro insipiente,	lib. 1.	Dubitanti utrum sit.	
Contra insipientem,	lib. 1.	Quoniam non me reprehend.	
De miseria hominis,	lib. 1.	Terret me uita mea.	
De Antichristo,	lib. 1.	Dialogus Christiani & gētilis,	lib. 1.
De octo beatitudinibus,	lib. 1.		
De membris deo attributis,	lib. 1.	Vbicunq; sacra scriptu.	
De sacramētis et officijs diuinis,	lib. 2.	Celebratio missæ in cō.	
Prouerbia. i. de domo conscientiæ,	lib. 1.	Domus hæc in qua habi.	
In hexameron,	lib. 1.	Ad Lanfrancū archiepiscopū,	lib. 1.
De Grammatico,	lib. 1.	De S. Ioanne Baptista,	lib. 1.
In assumptione S. Mariæ,	ho. 1.	Intrauit Iesus, &c. quid.	
Ad Guilhelmum Hirsaugiēn.	epi. 1.	Ex quo uestra probitas mi.	
Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.	Seruus seruorum dei in.	
De peccato originali,	lib. 1.	Sermones etiam nonnullos.	

Sed & alia complura scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

* Omnia hæc à Trittenhemio commemorata Anselmi Cantuariensis opuscula simul impressa chartis 52. in 4. cum indice. Ex illis tamen libris, quorum initia Trittenhemius non adiecit, nullus excusus est, quod sciam (præter Commentarios in Cantica, in folio excusos) & alij cum initijs positi duo, uidelicet De sacramentis & officijs diuinis, Prouerbia id est, de domo conscientiæ, inter excusos mihi non reperti sunt. Nam homilia quæ inscribitur In assumptionem S. Mariæ, aliâs titulū habet, Homilia euangelij secundū Lucam: Intrauit Iesus, &c. Et epistola ad Guilhelmum Hirsaugiensem inter cæteras habetur. Porrò liber de laudibus S. Mariæ, forsan idem est qui aliâs De excellentia uirginis Mariæ inscribitur. Iam uero in excuso opere habentur duo libri de imagine mundi à Trittenhemio non numerati, & dialogus de passione Domini.

» Ex præfatione Anselmi: Opus contra gentiles scriptum (quod secundum » materiam de qua æditum est, Cur Deus homo, nominaui) in duos libellos distin- » xi: quorum prior quidem infidelium Christianam fidem, quia rationi putant illam » repugnare, respuentium continet obiectiones, & fidelium responsiones: ac tandē » remoto Christo, quasi nunquam aliquid fuerit de illo, probat rationibus necessa- » rijs esse impossibile ullum hominem saluari sine illo. In secundo autem libro si- » militer quasi nihil sciatur de Christo, monstratur, non minus aperta ratione & ue- » ritate naturam humanam ad hoc institutam esse, ut aliquando immortalitate bea- » ta totus homo, id est in corpore & in anima frueretur: ac necesse esse ut hoc fiat de » homine propter quod factus est: sed non nisi per hominem Deum, atq; ex necessi- » tate omnia, quæ de Christo credimus, fieri oportere. Colloquuntur autē Boso in- » terrogans & Anselmus respondens.

Liber de incarnatiōe uerbi (aliâs, Epistola de fide ad Vrbanū papam) quid personis in trinitate commune sit, quid diuersum, ostendit: & potissimum quod licet

tres

tres personæ non sint tres essentialiter separatæ res, non tamen sequitur ut incarnato filio, patrem quoq; & spiritum sanctum incarnari oportuerit, contra assertionem clerici cuiusdam in Francia.

Ad librum de conceptu uirginali, & peccato originali adñcitur declaratio cuiusdam anonymi super eodem libro.

Monologñ, id est soliloquiñ, hypothesis ex præfatione: Quidam fratres sæpe me studioseq; precati sunt, ut quædam de illis, quæ de meditanda diuinitatis essentia, & quibusdam alijs huiusmodi meditationi cohærentibus, usitato sermone colloquendo protuleram, sub quodam eis meditationis exemplo describerem: cuius scilicet scribendæ meditationis magis secundum suam uoluntatem, quàm secundum rei facultatem, aut secundum meam possibilitatem, hanc formam mihi præscripserunt: quatenus authoritate scripturæ penitus nihil in ea persuaderetur, sed quicquid per singulas inuestigationes finis assereret, id ita plano stilo esse & uulgaribus argumentis, simplicique disputatione, & rationis necessitas breuiter cogeret, & ueritatis claritas patenter ostenderet. Voluerunt etiam ut nec simplicibus penec; fatuis obiectionibus mihi occurrentibus obuiare contemnerem. Vide plura in præfatione iam sequente.

Prosologij præfatio: Postquam opusculum quoddam uelut exemplum meditandi de ratione fidei, in persona alicuius tacite secum ratiocinando quæ nescíat inuestigantis, ædidi: considerans illud esse multorum concatenatione contextum argumentorum, cœpi mecum quærere si forte posset inueniri unum argumentũ quod nullo alio ad se probandum quàm se solo indigeret: & solum ad astruendum quia Deus uere est, & quia est summum bonum, nullo alio indigens, & quo omnia indigent ut sint & ut bene sint, et quæcunq; credimus de diuina substantia, sufficeret, &c. Prosologium author alloquium interpretatur: quoniam seipsam alloquens introducitur persona hominis conantis erigere mentem suam ad contemplandum Deum, & quærentis intelligere quod credit.

Epistolæ seu potius libri contra Græcos de spiritu sancto, præfatio: Negatur à Græcis quod spiritus sanctus de filio procedat, sicut nos Latini confitemur: sed quoniam euangelia nobiscum uenerantur, & in alijs de trino uno Deo credunt hoc ipsum per omnia quod nos, qui de eadem re certi sumus, spero per auxilium eiusdem spiritus sancti, quia si malunt solidæ ueritati acquiescere, quàm pro inani gloria contendere, per hoc quod absq; ambiguitate confitentur, ad hoc quod non recipiunt rationabiliter duci possunt. Et in fine libri: Hæc de processione spiritus sancti alijs cogentibus, & ea occasione de unitate Deitatis, & de trinitate personarum aliquid addere præsumpsi.

Liber de casu diaboli per dialogũ interrogãtis discipuli & respõdentis magistri.

Argumentum eius ex præfatione authoris in librum de ueritate: Hic dialogus est de quæstione qua quæritur, quid peccauit diabolus, quia non stetit in ueritate, cum Deus non dederit ei perseuerantiam, quam nisi Deo dante habere non potuit: quoniam si Deus dedisset, ille habuisset, sicut boni angeli habuerunt illam, quia illis dedit Deus. Dicuntur & obiter quædam de confirmatione bonorum angelorum, de malis autem ex professo.

Libelli pro insipiente, principium sic habet: Dubitanti utrum sit uel neganti quod sit aliqua talis natura, qua nihil maius cogitari possit, tamen esse illam huic dicitur primo probari, quod ipse negans uel ambigens de illa iam habeat eam in intellectu, cum audiens illam dici, id quod dicitur intelligit: deinde quia quod intelligit, necesse est ut non in solo intellectu, sed etiã in re sit. Et hoc ita probatur, &c.

Opusculum contra insipientem, apologia est ad catholicum quendam qui non nulla in superiore reprehenderat.

Libellus de miseria hominis uix quartã chartæ portionem implet. Conqueritur

in eo peccator de ſtatu ſuo, & tandem Chriſti auxilium implorat.

Epiſtola de ſacramentorum diuerſitate circiter quintam chartæ partem complectitur.

Epiſtola de pane fermentato & azymo contra Græcos in Euchariſtia utentes azymo. Dimidia charta non prorſus impletur.

Liber cauſam myſticam ſingillatim reddens eorũ, quæ ſacra ſcriptura Deo attribuit, membra humana, motus animi, & actus humanos.

Opuſculum de uoluntate Dei, non excedit quartam chartæ portionem.

Liber de concordia præſcientiæ & prædeſtinationis & gratiæ Dei, cum libero arbitrio. Chartas habet 2. & paulò amplius.

De libero arbitrio diſcipuli & magiſtri dialogus, minus duabus chartis ſpaciũ occupat.

Argumentum eius ex præfatione authoris in librum de ueritate: Quid ſit libertas arbitrij: utrum eam ſemper habeat homo, & quot ſint eius diuerſitates in habendo uel non habendo rectitudinem uoluntatis, ad quam ſeruandã eſt data creaturæ rationali: ubi naturalem tantum fortitudinem uoluntatis ad conſeruandam acceptam rectitudinem, non quomodo neceſſariũ ad hoc ipſum illi ſit, ſed ad hoc ut gratia ſubſequatur, oſtendi.

De ueritate dialogus inter diſcipulum & magiſtrum, intra ſeſquichartam deſinit. Docet autẽ quid ſit ueritas (ut ipſe Anſelmus præfatur) & in quibus rebus ſoleat dici, & quid ſit iuſtitia.

Liber de ſimilitudinibus, uariij prorſus argumenti, multa monachalia & ſuperſtitioſa continet: ſimilitudines paucas habet, nec meretur talem inſcriptionem. Chartas 7. implet.

De menſuratione crucis liber, in quo omnes crucis dimenſiones ad fidelis hominis officium interpretando accommodat.

Meditationum, id eſt, orationum ad Deum libellus in charta 1.

Meditationes de paſſione dñi, uel redẽptionis generis humani. Charta dimidia.

Dialogus de paſſione domini, in quo Virgo Maria introducitur Anſelmo interroganti filij ſui paſſionem perfectius reuelare. Charta 1.

Speculum euangelici ſermonis, aliâs ſtimulus amoris. Charta 1.

Homilia euangelij ſecundum Lucam: Intrauit Ieſus in quoddam caſtellũ. Vel, In aſſumptione S. Mariæ homilia. Tertia pars chartæ.

De excellentia Virginis Mariæ, eius origine, annunciatione, amore & compaſſione pro filio, gaudio ob reſurrectionem & aſcenſionem filij, gloria reſurrectione eius, quantũ profuerit omni creaturæ tum humanæ, tũ præter humanã. Char. 2.

Epiſtolarum liber, duodecim habet ipſius Anſelmi epiſtolas, & unam Paſcalis papæ ad Anſelmum ſe de eo, quod inueſtituras eccleſiarum laicis indulſerit, excuſantis. Chartæ 2. ferè.

De imagine mundi libri 2. qui à quibuſdam beato Anſelmo, ab alijs Honorio Incluſo (ut etiam à Trittenhemio) adſcribuntur.

Ex præfatione: Ad inſtructionẽ multorum quibus deeſt copia librorum hic libellus editur, nomenq; eius imago mundi uel mappa dicitur, eò quod diſpoſitio totius orbis in eo quaſi in ſpeculo conſpiciatur. In quo etiam noſtræ amicitiæ pignus poſteris relinquatur. Nihil autem in eo pono, niſi quod maiorum commendat authoritas. Chartæ 3. & dimid.

D. Anſelmi Cantuarienſis theologi ſuo tempore clariſſimi luculentæ in omnes D. Pauli apoſtoli epiſtolas enarrationes, quæ latuerunt prope quadringentos & quinquaginta annos: ſed iam noſtro ſæculo induſtria ac labore D. Renati Caſtanei à ſitu & ſqualore uindicatæ ſunt: & impreſſæ Coloniæ apud Ceruicornum, anno 1533. in fol. chartis 136. cum indice.

Ex

Ex præfatione typographi: Anſelmus ex abbate archiepiſcopus in tenera adhuc ætate mundi illecebras uitiorumq; ſordes exoſus, Chriſti odore captus eſt: mira eius in dicendo breuitas, ac ſermo ſimplex quidē, ſed ſupra modū iucundus. Et alibi: Anſelmus, qui ſedatior Auguſtinus uideri poſſit, Bedas, Thomas, Gregorius, recentiores theologi, neſcio an ſæculi (in quo uixerunt) uitio, an ſimpliciore quodam affectu pia magis quàm diſerta aut grandia ſectati ſunt, &c. Deinde oſtenſo quàm deprauatum & mutilum, uariis denicq; modis corruptum hoc opus iam antea in lucem exiuiſſet, ſubijcit: Coacti igitur ſumus communi ſtudioſorum utilitate integrum opus nuper male natum incudi reddere: qua in re quantum laboris ac tædij deuorauimus, tum in caſtigando quę perperam excuſa erant, tum in reſtituendo quæ deerāt, nemo facile credet, niſi qui noſtrā æditionē cum ſuperiori contulerit, &c. Nihil in hoc authore deſideres præterquam paucarum dictionum paulò magis anxiam etymologiā, qua ſi philologus quiſpiam offenditur, cogitabit ſæculum, in quo ille uixit, infelicius, ſecus non ſuſtinuiſſe: idq; ſtuduiſſe huiuſcemodi ſcriptores, quo magis ad rei ac ſententiæ ueritatem uoces accommodarent, quàm ad ſcrupuloſas Grammaticorum paragogas, quod quidem & ipſum Platonem in Cratylo feciſſe uidemus. Abſtruſiora uero loca, quorum Lectorem in margine libri admonuimus, non authori, quo nihil eſt purius, ſed ijs potius qui authorem aut parum religioſe deſcripſerunt, aut negligenter excuderunt, accepta referemus. Porrò quod Tritemius inter Anſelmi libros huius nō meminerit, quid mirum ſi ad huius conſpectum non peruenit, quod tot annis & ad hunc uſq; diem latuit, cum & ipſe teſtetur eſſe plæraq; alia eiuſdem uolumina, quæ ſibi uidere non licuit?

* Anſelmus præſul Cantuarienſis Normandus genere, ac monachus apud Anglos, magna doctrinæ fama temporibus Paſchalis II. Pont. & Henrici III. imperatoris, circa ſalutis annū 1058. ſcripſit libros de meditatione, &c. de Iob. Raph. Volaterranus.

Anſelmi homilia 1. habetur cum homilijs ab Alcuino collectis.

ANSELMVS epiſcopus Lucenſis, reliquit monimenta clariſſima, è quibus extant: T.cl.1050.
In Hieremiam prophetam, lib. 1. In pſalterium quoq;, lib. 1.
Contra Guibertum antipapā, lib. 1. Et plures epiſtolæ ad diuerſos, lib. 1.

* Anſelmus præſul Lucenſis, eodem fere tempore claruit, quo Cantuarienſis, author ut Matildis Comitiſſa, quæ tunc Lucæ dominabatur, cœnobium S. Benedicti apud Mantuam ædificaret, ubi & ipſe primo ſepultus, deinde Mantuam translatus fuit, uterq; Anſelmus inter ſanctos relatus. Raphaël Volaterranus.

ANSELMVS Laudinienſis ſcholaſticus, nouo expoſitionis genere utriuſq; teſta- T.cl.1110.
menti ſcripturas gloſa interliniali & marginali ex patrum ſcriptis explanauit. Scripſit etiam alia quædam opuſcula, quæ ad me non uenerunt. Fertur
In pſalteriū commentariorū, lib. 1. Et quædam epiſtolæ.

ANSELMVS monachus Remenſis, ordinis ſancti Benedicti, natione Gallicus, ſcri- T.cl. 1050.
pſit opus quod prænotare uoluit,
Itinerarium Leonis papæ, lib. 1.

ANTHEMII cuiuſdam liber περὶ παραδόξων μηχανημάτων Romæ extat.
Anthemium Romæ conſulem fuiſſe lego ſub Theodorico rege.

ANTHERI papæ decreta cum reliquis, impreſſa Coloniæ in magno uolumine.

ANTHIPPI, ANTICLIDIS, ANTIDOTI, ANTIGONI CARYSTII, ANTIMACHI COLOPHONII, ſcriptorum Græcorum teſtimonia paſſim ab Athenæo citantur.

ANTICLAVDIANVS nomen eſt libri ab Alano conſcripti, de quo ſupra.

ANTIGONI regis epiſtolium ad Zenonem apud Laërtium lib. 7.

ANTIOCHI cuiusdam Græci epigrammata tria in secundo lib. Florilegij.

T.cl.590. ANTIOCHVS cuiusdam urbis episcopus, ex cuius scriptis hæc feruntur potiora. Contra auaritiam, lib. 2. De illuminatione cæci nati, lib. 1. Homiliæ ad populum plures, lib. 1. Et alia nobis incognita.

ANTIOCHI monachi liber Pandectes Græcus, Romæ seruatur.

ANTIOCHVS præfectus & consul sub Theodosio contulit operam suam ad codicem Theodosianum.

ANTIOCHVS Alexandrinus Græcus scriptor allegatur ab Athenæo.

ANTIOCHI Tiberti Cesænatis liberalium disciplinarũ professoris de Cheiromantia libri tres ad Octauianum Vbaldinũ Merchatellæ Comitem. Ex epistola autho» ris: Accipe igitur inuictissime princeps, has meas primitias, tanquam prima in» genioli mei libamina, tuo nomini dedicata, ac solito eas patrocinio, contra rabidos» adlatrantium morsus tuere. Interim dum hæc lectitabis, cæteræ germanæ ple» no matureſcent partu. Germanas appello physionomiam & pyromantiam scien» tias, quarum uagitus post paucos senties dies. Scripta est epistola Bononiæ, anno 1494. Impressi sunt Moguntiæ ad Rhenum, 1541. in 8. chartis 8. & dimid.

Adiecto etiã alterius incerti authoris de chiromantia libello chartis ferè tribus.

Cæterum primus Antiochi liber ab initio prolixe probat chiromantiam esse scientiam aduersus Stoicos & Porphyrium: deinde generaliora quædã persequitur.

Secũdus incisuras siue lineas manus, earũq; noïa & iudicia specialius enarrat.

Tertius est de quibusdam problematibus circa antedicta incidentibus.

ANTIPATRI scriptoris Græci fragmentum de nuptijs sermone soluto extat in Ioannis Stobæi collectaneis, loco 65.

ANTIPATRI poëtæ epigrãmata Græca circiter 90. extant passim in Florilegio Planudis, citra adiectionem cuias fuerit. Suspicor autem hoc poëtæ nomen simpliciter positum pro Sidonio accipi.

ANTIPATRI Bostrensis episcopi sermo in natiuitate, habetur Græce in Italia.

ANTIPATRI Sidonij epigrammata Græca 19. in Florilegio.

Antipater Sidonius seu ex Tyro Phœniciæ, Stoicæ sectæ, post Panætium de officijs scripsit. Hic quo die natus fuit, eodẽ semper febre laborauit omnibus annis. Et cum diu uixisset, postquam ætatis suæ tempus destinatum appropinquasset, eo die & eodẽ morbi genere consumptus est. Hic Antipater nobili epigrammate in Sapphò, decimam inter Musas eam coaptat. Calepinus. Ex tempore innumerabiles penè uersus faciebat, ut testantur Cice. & Quintil.

ANTIPATRI Macedonis epigrammata tria in Florilegio.

Antipater Macedon Alexandri successor, teste Suida, scripsit epistolarũ libros 2. & historiam de Perdiccæ gestis Illyricis.

ANTIPATRI Thessalonicensis epigrammata sedecim leguntur in Florilegio.

ANTIPATRI Tarsensis Stoici quædam apud Athenæum referuntur ex libris de superstitione, & de ira.

ANTIPHANIS poëtæ septem epigrammata extant in Florilegio Planudis, ubi semel tantum Byzantij gentile additur.

Antiphanis testimonia apud Ioannem Stobæum frequentia: & apud Athenẽũ ex diuersis 105. fabulis. Idem ex Antiphanis Colophonij Thebaide fabula testimonium profert. Antiphanes uarios uide apud Suidam.

ANTIPHILI epigrammata 27. in Florilegio.

ANTIPHILI Byzantij epigrammata 8. ibidem.

ANTIPHON scripsit Georgica & contra Alcibiadem, ut refert Athenæus. Ex Antiphonte gnomas aliquot Stobæus recenset.

ANTIPHONTIS orationes Aldus Græce impressit in fol. cũ Aeschinis, Lysiæ, Antisthenis & aliorum orationibus.

Antiphon

Antiphon Rhamnusius orator antiquus Athenis, simul & dux, præcepta dicendi tradidit, teste Quintiliano, quo neminē melius orauisse capitis causam cū se ipse defenderet, locuples est author Thucydides. Vitam eius descripsit Philostratus in sophistis, & Plutarchus in decem rhetoribus. Vide etiam apud Suidam.

ANTISTENES, uide Antiphon.

ANTISTII epigramma quoddam in Florilegio.

ANTISTIVS Labeo I.C. scripsit probabilium libros 8. Posteriorum libros 10. His libris etiā Tribonianus ad suos legum centones usus existimatur. Vide in Bernardini Rutilij uitis iureconsultorum.

ANTONINI archiepiscopi Florentini, ordinis Prædicatorū, historiarum siue chronicorum opus, excusum Lugduni in folio, tribus tomis, cum indicibus: char. 384.

Verba authoris ex procemio.

Loquar propositiones historiarum ab initio mundi: quantum audiuimus & cognouimus ea, & patres nostri annunciauerūt nobis, narrantes laudē Domini, uirtutes eius, & mirabilia quæ fecit, &c. Horum autem mirabilium quædam à natura mere, sed ideo mirabilia, quia rara & inusitata, ut terræmotus, pestilentiæ, fames, monstruosi partus, fortitudo corporis maxima, & huiusmodi. Quædam sunt mirabilia, non ab hominibus, sed à dæmonibus acta uel procurata, ut quæ facta sunt per magos, & responsa per idola. Tertium genus mirabiliū est, quæ fiunt à sanctis uirtute diuina supra uirtutem naturalem, ita quod tota uirtus naturæ non posset per se agere illa, ut illuminatio cæci, resuscitatio mortui, & huiusmodi. Quamuis autem de omni isto triplici genere mirabilium fiat mentio in istis historialibus, de quibus agitur, &c. tamen principalis intentio est narrare de ueris miraculis factis à sanctis in utroq; Testamento uirtute diuina, & copiosius in nouo sine comparatione. Et paulò post: Et hæc est tota intentio huius operis, ut ex his quæ narrantur in historijs, homines discant bene conuersari in mundo: unde à Domino sperent & beatitudinem consequantur.

Patres autem qui ista scripta narrant, sunt: Moyses in Pentateucho, qui de mundi creatione & duabus primis ætatibus prophetando & pronūciando quod hominibus erat occultum, sibi autem reuelatum, & alia multa quæ facta sunt tempore suo. Et omnes canonicæ scripturæ ueteris & noui testamenti. Post hæc sunt multa à summis pontificibus gesta & dicta ex decretis per Gratianum excerpta. Patres alij, qui nunciauerunt nobis in libris suis, sunt: Eusebius Cæsariensis in historia ecclesiastica, quam Ruffinus de Græco transtulit in Latinum, addens ad ipsam duos libros. Idem in Chronicis suis, quæ Hieronymus transtulit in Latinū, addens & quæ postea gesta sunt usq; ad tempus suum. Paulus Orosius in libro de Ormesta mundi. Iustinus martyr abbreuiator Trogi Pompeij. Suetonius in libris de duodecim Cæsaribus. Augustinus de ciuitate Dei, cum declaratione magistri Thomæ Anglici. Helinandus in sua compilatione historiarū. Eutropius. Magister Petrus Commestor in historia scholastica. Iosephus in libris antiquitatum. Sigisbertus in Chronicis suis, in historia Tripartita. Leonardus Aretinus in historia Florentina. Gregorius in dial. Vincentius in speculo historiali: & Ioannes de Columna, fratres ambo ordinis Prædicatorum. Et ex multis legendis sanctorum. Dicta quoque moralia philosophorum & poëtarum, ut Socratis, Pythagoræ, Platonis, Aristotelis, Tullij quoque & Senecæ, Virgilij, Ouidij, & aliorum plurium. Horum scripta & dicta huc referuntur: & parum uel nihil de proprio.

In partes autem tres diuidetur propter prolixitatem, quarū prima usq; ad Constantinum imperatorem magnum, & Syluestrum papam. Secunda usq; ad tempora Henrici VI. imperatoris, & Innocentij quarti papæ. Tertia exinde usq; ad tempus illud, quo uita comes fuerit.

Sunt autem totius operis tituli 24. qui rursus per capita diuiduntur, quorum periochæ sunt istæ.

Titulus primus de prima mundi ætate, & secunda.

Cap. 1 Quomodo Adam & Eua in statu innocẽtiæ sublimati, post lapsum deprauati condemnatiq; sint.
2 De secunda mũdi ætate, cuius initium à Noë: de fabricatione archæ, diluuio, & monstruosis generibus hominũ: de inebriatione Loth, & maledictione Cham.
3 De filijs Noë uolentibus erigere turrim, quomodo confusis linguis cessauerint, & in Asiam, Africam, Europamq; dispersi sint.

Titulus secundus de tertia ætate mundi.

Cap. 1 2 & 3 De gestis Abraam, Iacob, & Ioseph.
4 De gestis Moysi, & libris eius.
5 De gestis Iosue, & aliorum iudicum filiorum Israel.
6 De gestis Hely & Samuelis & Saul iuxta seriem primi libri Regum.

Titulus tertius de quarta ætate mundi.

Cap. 1 De gestis Dauid secundum seriem secundi libri Regum.
2 De gestis Salomonis, & eius gloria ostensa reginæ Sabæ.
3 De regibus subsequentibus iuxta seriem librorũ Regũ & Paralipomenon.
4 De prophetijs Dauid & Salomonis.
5 6 7 & 8 De prophetijs Esaiæ, Hieremiæ, Ezechielis, & Danielis.
9 De duodecim minoribus prophetis eorumq; dictis.

Titulus quartus de quinta ætate mundi.

Cap. 1 De regno Nabuchodonosor, & Cyro rege Persarum, & alijs subsequentibus.
2 De Alexandro Magno.
3 De sapientibus illorum temporum, scilicet Aristotele & alijs.
4 De diuisione monarchiæ Græcorum in plures partes.
5 De monarchia Romanorum, Romulo, Numa Pompilio, &c. Et de bellis Punicis, Macedonicis, socialibus, & ciuilibus.
6 De Octauiano & bellis eius, et sapientibus illius tempore, uidelicet Virgilio, Ouidio, &c. & de genealogia S. Virginis Mariæ.

Titulus quintus de sexta ætate mundi.

Cap. 1 De Christi incarnatione uita & miraculis.
2 De eius doctrina in parabolis.
3 De doctrina Christi redarguendo diuersa hominum uitia.
4 De responsione Christi ad inquisitionis causam sciendi ueritatem.
5 De clauibus ecclesiæ Petro collatis à Christo: quodcunq; ligaueris, &c.
6 De passione Domini.
7 De Christi resurrectione & ascensione, & gentilium attestatione.
8 De initio euangelij Ioannis: In principio erat uerbum.

Titulus sextus de ecclesia militante.

Cap. 1 De mystico corpore Christi, quatenus est caput ecclesię, & Christicolæ membra, secundum repræsentationem S. Ioannis in Apocalypsi.
2 De ecclesia primitiua, & gestis eius, ut elicitur ex Actis apostolorum.
3 De conuersatione S. Mariæ Virginis post Christi ascensum.
4 & 5 De conuersatione & martyrio S. Petri & Pauli apostolorum.
6 De conuersatione beati Ioannis Euangelistæ apostoli.
7 De conuersationibus & martyrijs Iacobi maioris.
8 Iacobi minoris fratris Domini.
9 Andreæ apostoli. 10 Thomæ.
11 Philippi. 12 Bartholomæi.
13 Matthæi Euangelistæ.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [142] - 51r
PUBLIC DOMAIN

14 Simonis & Iudæ. 15 Matthiæ apostoli.
16 Marci Euangelistæ. 17 Lucæ Euangelistæ.
18 Barnabæ apostoli.
19 20 De conuersatione Mariæ Magdalenæ & Marthæ.
21 De imperatoribus tempore Christi regnantibus, Octauiano & Tiberio.
22 De Claudiano Romanorum imperatore.
23 De Nerone imperatore, & malicijs eius.
24 De sapientibus illius temporis, uidelicet Seneca, Iuuenali, Persio, & Quintiliano, eorumq; scriptis.
25 De aliquibus sanctis sub Nerone martyrium passis, uidelicet Vitali, Martiali, Sabiano, Iuliana, Saturnino, Lazaro, & septem primis diaconis.
26 De diuersis discipulis S. Petri sub Nerone passis, scilicet Frontonio, Apollinari, Luciano, & Romulo.
27 De martyrio S. Nazarij, Perpetuæ filijs, & de S. Menno.
28 De discipulis S. Pauli, uidelicet Dionysio Areopagita, et socijs eius: de S. Thecla, Timotheo, Tito, Braxede, & Potentiana.

Titulus septimus de imperio Vespasiani.

Cap. 1 Quando & quomodo adeptus sit imperium Romanum, & de destructione Hierusalē: de imperio Titi filij eius, de persecutione Domitiani, de benignitate Neruæ imperatoris.
2 De summis pontificibus illorum temporū, uidelicet Lino, Cleto, Clemente.
3 De Adriano Aelio imperatore, & Secundo philosopho eiusq; dictis.
4 De Alexandro papa, Sixto, & de martyribus illo tempore passis, scilicet Eustachio, decem millibus crucifixis: de S. Sophia & filiabus eius, de Serapia uirgine, Sabina uidua, & alijs sub Adriano passis.
5 De papa Telesphoro, Higino & Pio successoribus eius: & martyribus tunc passis, Polycarpo, Iustino, Fortino, Felicitate cum filijs: & de mirabili historia Eugeniæ Virginis, Cæcilia, Martina, Quiritho, & Calisto papa, Vrbano, & de scriptis Origenis.
6 De fraude Maximini, quomodo Alexandro occiso imperium Romanū inuasit, de Philippo imperatore, Decio tyranno, & quibusdam martyribus sub eo passis, uidelicet septem dormientibus, &c.
7 De Valeriano assequente Romanū imperium cum Galieno filio: & de martyrio Cypriani eiusq; scriptis: de Sixto, Laurentio, Hippolyto, Apollonia, & papa Felice, Eutychiano, Gaio, Marcellino, Marcello, beatum Sixtum subsequent.
8 De martyribus passis sub Claudio & Numeriano, uidelicet Cæsario, & Iuliano, Sauino, Specusippo, Ionilla, Agapito, Babillo, Grisanto, Daria, Pelagia meretrice, & de Manichæo hæretico.

Titulus octauus de persequutione Diocletiani & Maximiani.

Cap. 1 De martyrio Mauricij cum socijs eius: Victore, quatuor Coronatis, Sebastiano, Erasmo, Bonifacio, Iuliana, Cosma & Damiano, Blasio, Dorothea, Ianuario, Anastasia, Barbara, Euphemia, Christina, Afra, Iuliano, Celso, Cyprianno prius mago, Vincentio, Georgio, Theodoro, Cyriaco, Marcellino, Lucia, Catharina, Agneta, Margareta, Christophoro, &c.
2 De crudelitate Galerij & Maximini, & diuina ultione illis illata ad robur fidei nostræ per triumphum Constantini magni. De Pamphilo, Eusebio, Ruffino historiographis, & Lactantio.

Titulus nonus de Constantino magno imperatore, & alijs, &c.

Cap. 1 De Constantini imperatoris conuersione, &c.

2 De summis pontificibus illorum temporum, uidelicet Syluestro, Marco, Iulio, Damaso, &c. summarie.
3 De Niceno Concilio, in quo Arius hæreticus condemnatur.
4 De filijs Constantini magni, Constantio, Constante, & Constantino.
5 De Iuliano apostata, quam sæuus & crudelis fuit in Christianos.
6 De Valentiniano catholico imperatore, & malitia Valentis hæretici.
7 De Theodosio Christianissimo imperatore, & Gratiano imperatore occiso.
8 Quando Theodosius imperare cœpit, & idola in toto imperio delenda decreuit. 9. De imperio Archadij & Honorij.

Titulus decimus de doctoribus & claris uiris illorum temporum.

Cap. 1 De Eusebio papa, & Eusebio Cæsariensi historiographo, Eusebio Vercellensi episcopo, & Eusebio Niceno.
2 De Athanasio episcopo Alexandrino.
3 De Hilario Pictauiensi episcopo.
4 De magno Basilio.
5 De Gregorio Nazanzeno, & Didymo doctissimo, licet cæco.
6 De S. Hieronymo, & libris eius.
7 De S. Ambrosio, & dictis eius.
8 De S. Augustino, & scriptis eius. 9 De S. Ioan. Chrysostomo,
10 De Orosio Hispano historiographo, Seuero, Sulpitio, &c.
11 De S. Martino. 12 De Zenobio episcopo Florentino.
13 De Maurilio Andegauensi episcopo. 14 De S. Alexio Romano.

Titulus undecimus de XI. pontificibus, Bonifacio, Cælestino, &c. & de regnis Persarum, Gothorum, Hunorum, Longobardorum, Francorum, &c.

Cap. 1 De Bonifacio primo, & scisimate tunc exorto, & decem successoribus eius.
2 De Theodosio iuniore imperante cum Honorio.
3 Reges Persarum enumerantur, & quot annis singuli rexerint.
4 Vigintiquinq; reges Francorum à Priamo usq; ad Carolum magnum.
5 Regnum Britannorum cum regibus suis.
6 Catalogus regni Vandalorum.
7 8 9 Catalogi regnorum, Gothorum, Hunorum, & Longobardorum.
10 De persequutione facta in Africa contra Christianos.
11 De S. Prospero, & scriptis eius.
12 De S. Paulino episcopo, & commiseratione eius.
13 De Sidonio episcopo Auernensi. 14 De Cassiodoro monacho.
15 De Boëtio, qui S. Seuerinus dicitur.
16 De S. Eucherio Lugdunensi episcopo, Hilario, & Honorato Arelaten. episcopo.
17 De S. Germano episcopo Antissiodorense, & Amatore prædecessore eius.
18 De S. Remigio Remensi episcopo.
19 De pluribus sanctis, Leonardo Vedasto, &c.

Titulus duodecimus de Ioanne papa primo, & alijs. &c.

Cap. 1 De Ioanne papa I. & II. & III. Felice, Bonifacio, Syluerio, &c.
2 De Pelagio secundo.
3 De Gregorio magno Romano apostolico, primo huius nominis.
4 De Iustino maiore imperatore, & Iustiniano post eum.
5 De gestis Totilæ contra Italiam, Romam, & imperatorem.
6 De Iustino secundo imperatore, & quibusdam gestis Narsetis ad ultionem iniuriarum suarum.
7 De Goare confessore, & Brigida in Scotia.

8 De

8 De sanctis Carilepho, Gregorio Lingonensi, & Gregorio Turonensi, et alijs.
9 De miraculis plurimorum sanctorum ex dialogo Gregorij collectis.

Titulus XIII. de uigintiduobus summis pontificibus, & pluribus imperatoribus & sanctis.

Cap. 1 De Sauiniano, Bonifacio, Deus dedit, Seuerino, Ioanne, Theodo-
2 De S. Isidoro episcopo, & scriptis eius. (ro papa.
3 De uenerabili Beda.
4 De Theodoro, Heraclio, Cõstre, Constantino, & Iustiniano imperatoribus.
5 De Machumet, & malitijs eius.
6 De multis sanctis, qui claruerunt temporibus illis.

Titulus XIIII. de summis pontificibus & imperatoribus.

Cap. 1 De Gregorio secundo papa, qui legatis Theutonicos ad fidẽ Christianam conuertit.
2 De imperatoribus Philippico, Theodosio, &c.
3 De Amelio & Amico mirabilia quædam. 4 De Carolo magno.
5 De Albino, qui & Alchuinus, magistro Caroli magni.

Titulus XV. De religiosis & anachoritis.

Cap. 1 De statu Anachoritarum & cœnobitarum, & eorum scriptis.
2 De 24. collationibus sanctorum patrum, scilicet Moysi, Pafnucij, &c.
3 De S. Antonio, & doctrina, & tentationibus eius.
4 De Paulo simplici, & eius obedientia.
5 De Hilarione. 6 De duobus Macharijs.
7 De Pastore abbate, & Malcho monacho fugitiuo.
8 De Ioanne Eremita, Arsenio, & pluribus alijs.
9 De Moyse Aethiope, & pluribus patribus deuotis.
10 De Apollonio Copreto, &c. & pluribus sanctis uirginibus in eremo degen-
11 De sanctis Pacomio & Euagrio. (tibus.
12 De sententijs moralibus & documentis sanctorum patrum.
13 De S. Benedicto, & sorore eius Scholastica.
14 De discipulis S. Benedicti, uidelicet Mauro, Placido, &c.
15 De institutione ordinis Camaldulensium à S. Romualdo, & eius uita.
16 De ordine Cluniacensium, & eius institutione per Oddonem, Odilem, &c.
17 De institutione ordinis Vallis Vmbrosæ à Ioanne Gualberto.
18 De fundatione ordinis Cistertiensium per Stephanum.
19 De ordine Præmonstratensium, & fundatore eius Nortbertho.
20 De ordine Templaris militiæ uocitati S. Ioannis Hierosolymitani.
21 De ordine Grandimontensi, & institutore eius Stephano.
22 De institutione ordinis Carthusiensium à Brunone & Hugone, &c.
23 De ordine Humiliatorum, & relaxatione prædictarum religionum.

Titulus XVI. De quadraginta summis pontificibus, & de regibus & imperatoribus.

Cap. 1 De summis pontificibus à Leone III. usq; ad Vrbanum II. cum eorum decretis.
2 De imperatoribus Ludouico, Lothario, Carolo, &c.
3 De tribus Othonibus imperatoribus.
4 De imperatoribus per electionem primo factis, uidelicet de Henrico II. & III. & de Turcis.
5 De Henrico IIII. & gestis illius temporis.
6 De S. Dunstano, & quibusdam regibus Angliæ.
7 De Elphego episcopo Cantuariensi martyre, & quibusdam gestis in Anglia.
8 De Petro Damiano, & dictis eius.

9 De Hyldeberto episcopo, & scriptis eius in uersibus & orationibus.
10 De Lanfranco episcopo Cantuariensi.
11 De Anselmo, & scriptis eius.
12 De Petro Alfonso ex Iudaismo conuerso: & de erroribus Iudæorum.
13 De recuperatione regionum orientalium & Hierosolymæ per Gotifredum & alios principes, & de eiusdem regibus.
14 De raris euentibus illius temporis.
Titulus XVII. De summis pontificibus & imperatoribus per annos centum, & de quibusdã sanctis, & bellis plærisq;.
Cap. 1 De sedecim summis pontificibus post Vrbanum II. usq; ad Innocentium III. & de gestis illius temporis.
2 De Malachia episcopo, & miraculis eius.
3 De Thoma archiepiscopo Cantuariensi, & eius martyrio.
4 De uisione Tundali pœnarum inferni, & gloriæ cœlestium.
5 De Bernardo abbate, & de sancta conuersatione, doctrina ac miraculis eius.
6 De Henrico V. & bellis orientalium contra Græcos, Turcas, & alios.
7 De Lothario imperatore, & regibus Hierosolymorum, & eorum bellis.
8 De Conrado imperatore & passagio eius cum rege Franciæ ad terrã sanctã.
6 De Friderico primo imperatore, de uarijs gestis per reges Hierusalẽ, & eius amissione: de bellis inter regẽ Franciæ & Angliæ, & Henrico imperatore VI. &c.
Titulus XVIII. De religiosis quibusdam, & de scriptis eorum.
Cap. 1 De Hugone, de S. Victore, & scriptis eius.
2 De Hugone, de Folietto & scriptis eius.
3 De Richardo S. Victoris Parisiensi canonico, & scriptis eius.
4 De Bernardo Clareuallensi, & scriptis eius.
5 De Helinando historiographo.
6 De compilatore decreti, & distinctione summaria eiusdem libri.
7 De Petro Lombardo compilatore sententiarum, & summaria distinctione eiusdem libri.
8 De Petro Commestore compilatore historiæ scholasticæ.
9 De libris decretalium, & distinctione earum.
10 De S. Thoma Aquinate & scriptis eius.
Titulus XIX. De summis pontificibus & imperatoribus.
Cap. 1 De Innocentio III. papa, qui Lotharius ante uocatus est, & scriptis eius.
2 De Othone imperatore & bellis eius.
3 De Honorio III. papa & ingentibus bellis contra infideles, & passagio com muni.
4 De Gregorio nono papa, & libro sexto Decretalium.
5 De Innocentio quarto, & depositione Friderici secundi.
6 De Friderico II. quantæ fuerit maliciæ contra ecclesiam Dei, & prosperitate Florentinorum.
7 De Alexandro IIII. & bello aspero Venetiarum & Genuensium, & bellis aliorum.
8 De gestis Tartarorum, & eorum bellis: & quomodo tandem ad fidem nostram conuersi sint.
9 De Ludouico rege Franciæ, & eius passagio.
10 De Cadimundo episcopo Cantuariensi.
11 De S. Elizabeth regis Hungariæ filia, Lantgrauia Hessiæ.
12 De quibusdam sanctis mulieribus, & præcipue de Maria de Ognies.
13 De Vrbano IIII. papa & gestis eius.
Titulus XX. De summis pontificibus, & bellis Caroli contra hostes ecclesiæ.

Cap. 1

Cap. 1 De Clemente IIII. papa, & felicitate eius erga Deum & homines.
2 De Gregorio X. papa, & sublimatione satis miraculosa.
3 De pluribus pontificibus, uidelicet Innocentio V. Ioanne XXI. &c.
4 De Martino IIII. & rebellione Siciliæ contra Carolum eorum regem.
5 De Honorio IIII. papa, & diuersis bellis Aragonum contra regem Apuliæ.
6 De Nicolao IIII. & diuersis bellis Guelphorum, & Gibellinorum.
7 De mutatione status Florentinorum, & pace facta cum Pisanis.
8 De Cœlestino V. papa, & Bonifacio successore eius: & diuersis bellis Flandrensium contra Francigenas, & è conuerso.
9 De Benedicto XI. papa, & seditione Florentinorum.

Titulus XXI. De summis pontificibus & imperatoribus, & rerum uariis mutationibus.

Cap. 1 Quàm industrie Clemens V. papa sit electus: & de maleficijs regis Francigenarum Philippi.
2 De confirmatione Henrici imperatoris electi ex industria, ne Franci imperium usurparent.
3 De concilio Viennensi & reprobatione Beghardorum, et quibusdam bellis.
4 De Ioanne XII. papa, mutatione status Genuensiũ, & diuersis bellis diuersorum.
5 De nouitatibus exortis in diuersis regnis, etiam infidelium.
6 De bellis Florentinorum profligantibus Castruccium, & consilio eorum si exteri sint reducendi.
7 De Benedicto XII. papa, & diuersis bellis Aretinorum, Pisanorum, & Florentinorum.
8 De Clemente VI. papa, & Iubileo instituto: de ditione Florentinorum, & bellis plurimis.
9 De Innocentio VI. papa, & bellis Florentinorum contra Pisanos, & præsulem Mediolanensem.
10 De Vrbano V. papa, & translatione S. Thomæ Aquinatis, & pace inter Florentinos & Pisanos.

Titulus XXII. De summis pontificibus, & imperatoribus, & scismatibus, & bellis diuersis.

Cap. 1 De Gregorio XI. papa, & diuersis nouitatibus exurgentibus Florentiæ & per Italiam.
2 De scismate durante 30. annis usq; ad concilium Constantiense.
3 De Bonifacio IX. electo post obitum Gregorij XI.
4 De Innocentio VII. papa, & alijs gestis in diuersis partibus.
5 De Gregorio XII. papa, & Alexandro V. papa: & quibusdam gestis diuersarum partium terræ.
6 De Ioanne XXIII. papa, quẽ Ladislaus Apuliæ rex ex urbe profugauit.
7 De Martino papa V. in Constantiensi concilio electo.
8 De Philippo Maria duce Mediolanensi, & prælijs eius cum Florentinis.
9 De bello Florentinorum contra Lucenses.
10 De Eugenio IIII. papa, & defectiõe ab eo: & tractatu captionis suæ detecto.
11 De reductione Græcorum, & bello Venetiarum & Florentinorum contra ducem Mediolani propter Lucam.
12 De creatione Nicolai V. & renunciatione iuris sui Amedei ducis Sabaudiæ Felicis: & concordia Francisci Sforciæ cum potẽtia restituendo marchiã ecclesiæ.
13 De captione Cõstantinopolitanæ urbis, & occisione imperatoris eius à Turcis, & eorum crudelitate.
14 De Calisto III. papa, & uictoria ab Hungaris contra Turcas habita.
15 De Cometis unde fiãt, & quid significẽt, & de bello Piccinini cõtra Senẽses.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [147] - 53v

16 Oratio facta à Florentinis pro obedientia & expeditione contra Turcas.
17 De Pio II. papa, & obedientia Florentinorum, Oratio pulchra.

Titulus XXIII. De origine & confirmatione ordinis Prædicatorum, & conuersatione sanctorum patrum eiusdem ordinis.

Cap. 1 De excellentia & præconijs S. Dominici Prædicatorũ patriarchæ.
2 De eodem. 3 Quomodo idem ordo à Iesu suæ matri sit cõmendatus.
4 Legenda S. Dominici complectens mortem & miracula: conscribitur etiam bulla canonizationis.
5 De priuilegijs ordinis, quibus eximitur à iurisdictione ordinariorum.
6 De S. Petro martyre ordinis eiusdem.
7 De S. Thoma Aquinate.
8 De S. Vincentio martyre eiusdem ord.
9 De Iordano primo generali ordinis post S. Dominicum.
10 In genere de laudabili conuersatione fratrum.
11 De summis pontificibus, cardinalibus, & episcopis ex ordine assumptis.
12 De generalibus ordinis nominatim expressis.
13 De numero prouinciarum & conuentuum, & exhortatione charitatis ad fratres minores.
14 De S. Catharina de Senis.

Titulus XXIIII. De institutione ordinis minorum per S. Franciscum: de sanctis ac claris uiris eiusdem religionis, & aliarum.

Cap. 1 De laudibus & præconijs S. Francisci.
2 De uita, conuersatione sancta, ac miraculis eiusdem.
3 De S. Antonio Patauino ordinis minorum.
4 De S. Ludouico filio regis, professo ordinis minorum.
5 De S. Bernardino, ac eius prædicatione.
6 De S. Clara, uita eius solenni ac miraculis.
7 De fundatione ordinum ac confirmatione per S. Franciscum, & discipulorum dispersione per mundum, ac gestis eorum sanctis in prima plantatione.
8 De claris uiris assumptis ad papatum, et alias dignitates ex ordine minorum, & eorum doctoribus.
9 De generalibus ministris huius ordinis, ac gestis sub eis.
10 De S. Nicolao ordinis Eremitarum S. Augustini.
11 De S. Brigitta, & reuelationibus, ac ordine eius.
12 De S. Osmundo Anglico episcopo.
13 De Ioannebono, VVenceslao, Florentio, & Proculo martyre.
4 De ordine Eremitarum S. Augustini.

Antonini archiepiscopi Florentini, opus de eruditione Confessorum. Impressum Memmingæ in 4. anno 1483. chartis 22. Capita sunt 49.

Antonini Summæ partes quatuor, impressæ Norimbergæ, 1485. et duobus sequentibus annis. Reperiuntur in magno & in paruo uolumine excusæ.

* Infra ex Trittenhemio scribitur Antonius Flor. quanquam falsò, ubi plura huius authoris scripta recensentur.

ANTONINI episcopi Constantinensis ad Arcadiũ actum in exilium à Genserico rege VVandalorum consolatoria. Hen. Petrus Basileæ 1528. in folio, in antidoto hæresium: paginæ 2. unius chartæ, & uersus 29.

ANTONINI Augusti itinerarium ex Aldi officina prodiuit.

Eiusdem liber ἐκ τῶν καθ' ἑαυτὸν, Romæ seruatur Græce.

Antoninus Aug. in fragmentis Gregoriani codicis allegatur.

ANTO-

ANTONII epigrammata 2. Græca in Florilegio.

ANTONIVS de Alexandro scripsit in primum librum Codicis Iustiniani.

ANTONIVS Andreas scripsit super 12. libros metaphysicorum quæstiones, excusas in fol. anno 1495. Parisijs, ut uidetur.

Quæstiones sex principiorum in fol. excusas.

Super arte ueteri.

ANTONIVS Arena Prouincialis de Bragardissima uilla de Soleris, ad suos compagnones studiãtes, qui sunt de persona friantes bassas dansas in gallanti stilo bisognatas, cum guerra Romana totum ad longum sine require, & cum guerra Neapolitana, & cum reuoluta Genuensi, & guerra Auenianensi, & epistola ad falotissimã garsam pro passando lo tempus. Liber excusus in 8. chartis 5. scriptus ab authore studioso iuris Auinione, anno 1519. uersibus elegiacis dictionibus Latinis & Gallicis ridicule permixtis.

Eiusdem opus de bello Massiliensi.

ANTONII Augustini iurisconsulti Hispani emendationum & opinionum libri 4. Ad Modestinũ siue de excusatiõibus liber singularis. Venetijs apud Iuntas, 1543. in 4. Conficitur autem totũ uolumen quaternionibus 55. His libris maxima pars iuris, ciuilis ex Florentinis Pandectis emendatur & declaratur.

Verba authoris ex epistola nuncupatoria.

Cum didicissem optimam iuris ciuilis partem ex nobilissimis illis libris, qui Florentiæ nunc sunt, patrum nostrorum memoria fuerant Pisis, exscriptam esse: cum primum per cæterarum partium iuris studia licuit, à Cosmo Medice Tuscorum duce humanissimo impetraui (&c.) ut mihi et Io. Metello Sequano adulescenti moribus & ingenio præclaris tandiu illis libris uti liceret, quandiu nostrorum librorũ emendationi operam dare uoluimus. (Deinde ait non solum grauiora, sed omnia etiam leuioris momenti, ad exemplaria illa ab ipsis emendata esse: sed quoniam & ipsa archetypa alicubi tum culpa librorum tum nimia literarum uetustate non satisfaciebant.) Ad has (inquit) difficultates Angeli Politiani libros adhibuimus, qui primus nostrorum hominum errorem cognoscens, illos libros cum suis contulit, cuius laboribus multa digestorum loca accepta ferẽda sunt, quæ alij eius libris usi ediderunt. Et quod ad conficiendum illum laborem tam breui tempore (neq; enim tres amplius menses ei rei impendi) maxime utile fuit, usus sum & iudicio & ingenio præclaris, & libris, Lælij Taurelij Fanensis doctissimi & integerrimi uiri, cuius hac eadem in re optime positi labores maximum propediem iuris ciuilis studiosis lumen præstabunt, &c. Deinde scribit se aliò auocatum non potuisse hoc emendationum opus ita ædere, ut animo conceperat, sed insigniora solum annotasse: reliqua uero à Lælio Taurelio accurate & minutatim explicata studiosis propediem expectanda esse: se interim Læliano munere contentum maximos illos minutatim singula expendendi labores in aliud tempus reiecisse. Sunt autẽ in his libris selecti insigniores quidam loci, qui aut ob Tuscos libros mendosi, aut ob nostram illis de rebus opinionem non recte interpretati esse uidebantur, &c. His adiunximus librum de excusationibus, quod non multum ab eadem re discedere uidebatur.

ANTONIVS Bauerius super institutiones in fol. Lugduni 1523.

ANTONIVS Becharia Veronensis Dionysij Afri poëma de situ orbis Latine reddidit oratione prosa ad Hieronymum de Leonardis physicum: sed planè infeliciter, quædam adijcit de suo, multa omittit, multa perperam reddit. Hen. Petrus excudit Basileæ, 1534. in 4.

ANTONII Beniuenij de abditis nonnullis ac mirandis morborum & sanationum causis liber, continens capita 3. chartas 7. & dimid. Impressus Basileæ apud Crantandrum, 1529. in 8. unà cum Scribonij largi compositionibus medicis.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [149] - 54v

„ Ex epistola Hieronymi Beniuenij: Cum post insperatã amantissimi fratris mor
„ tem, eius bibliothecam euoluerem, obtulit se mihi libellus quidam, in quo uir sum
„ mo studio & diligentia præditus, quæcunq; trigesimum supra secundum iam an-
„ num medenti illi admiratione digna occurrerant, & ex quorum cognitu usus ali-
„ quis posset existere, studiosissime prout quæq; acciderant, scriptitabat, &c. De-
inde inquit hęc quamuis impolita, & tumultuaria festinatione potius effusa, quàm
à cura diligentius exarata, se in publicum dare uoluisse, ne si qua in his utilitas po-
steris inuideretur, & unà cum authore periret.

ANTONIVS Boidus scripsit super Rub. uecti. no. in. in primo Codicis.

ANTONII Bonfinij rerum Vngaricarum decades tres, id est, libri triginta ad Vla-
dislaum regem, nunc demum industria Martini Brenneri Bistricien sis Transsyl-
uani in lucem æditæ, unà cum coronide Historiæ Vngaricæ Michaëlis Ritij, P.
Callimachi Experientis, & T. Alexandri Cortesij. Basileæ apud Rober. VVin-
ter in fol. anno 1543. chartis 152. Bonfinij autem opus seorsim chartas habet 134.

Ex epistola nuncupatoria Martini Brenneri.

„ Quæcunq; ab Vngaris ab eo tempore, quo Tanai paludeq; Mæotide emensa,
„ primum in Europã peruenere, gesta sunt, ea omnia ad Matthiæ regis usq; tempo-
„ ra, Antonius Bonfinius triginta libris elegantissime complexus est. Quanquã
„ autem liber imperitia librariorũ, qui ex Budensi exemplari autographo hunc de-
„ scripserant, multis in locis deprauatus esset, quibus castigandis restituendisq; nõ
„ parum operæ mihi insumptum est, neq; tamen in tanta temporis angustia, qua Ba
„ bliopolis nostris, ad mercatum Francfordiensem profecturis ædendi libri prouin-
„ cia demandata erat, pro dignitate quæq; à me restitui potuerunt: æditionem tamẽ
„ longius differre nolui, ne, ut labilis fluxusq; est rerum humanarum status, interci-
„ deret aliquid, quod æditionem interturbaret, remorareturq;, Historięq; studiosos
„ tantarum rerum cognitione fructuq; fraudarem. Hoc enim affirmare ausim,
„ Boëmos, Germanos, Italos, cæterosq;, quibus nostra primum tempestate Turci-
„ ca arma cognita esse cœpere, multis uix periculis, Turcarum in armis morem, bel
„ landi ritum, insidias, fraudes, astum, celeritatem ita percipere posse, quemadmo-
„ dum hic oculis subiecta propositaq; cernuntur: possuntq; Imperatores non pror-
„ sus ἀνεπαφάθητοι inde instrui, quomodo cum Turca deinceps bellandum sit. Et
„ paulò inferius: Ad Bonfinium redeo, quem aut morte præuentum, aut re qua-
„ piam graui impeditum, arbitror tanto operi non potuisse extremam limam indu-
„ cere. Quamuis enim absolutum opus, quod ad Historiam attinet, undequaq; sit,
„ plæraq; tamen concisa abruptaq; sunt: nisi librarijs indoctis, qui librum descripse-
„ runt, id uelimus attribuere: quod etiam ipse ut credam, facile adducor. Multorum
„ enim manus in exemplari agnoscebatur, unde furtiuis & succisiuis operis, alicu-
„ ius Episcopi iussu clam descriptum fuisse puto. Nam quantum author ipse dicen-
„ do scribendóue ualuerit, libri ab eo conscripti, eq; Græco traducti satis declarant,
„ ex quibus Hermogenis rhetorica clarissimo Matthiæ regi nominatim inscripta &
„ dedicata nuper uidimus. Ipse autem præter has decades, quas rogante iubenteq;
„ Matthia rege, se aggressum fuisse dicit, Philostratum & Herodianum è Græco
„ transtulisse se, Beatricisq; symposium scripsisse, hoc in uolumine testatur. Scri-
psit hanc epistolam Mart. Brennerus Viennæ, anno 1543.

Typographus pollicetur se propediem & reliqua iam commemorata huius au-
thoris opera omnia, & Tabulam Vngariæ Chorographicam æditurum.

Antonius Bonfinius Cicci Asculani Mathematici insignissimi coæuus & con-
ciuis fuit. Authores & libri, quorum testimonijs nititur in operis frontispicio su-
pra sexagínta Græci & Latini, & Boëmorum, Polonorum, Vngarorumq; anna-
les, enumerantur.

Antonius Bonfinis ciuis Asculanus & Recin. Hermogenis de arte rhetorica
libros

libros cum Aphthonij Sophistæ Præexercitamentis Latinitate donauit, ad Matthiam Vngariæ regem. Gryphius excudit Lugduni, 1538. in 8. chartis 24. Adiectis à studioso quodam, cuius nomen reticetur, in marginibus passim Græcis uocabulis, quæ non satis bene aut propriè ab interprete reddita uidebantur.

ANTONII de Brixia sermones: impressi in Italia.

ANTONII Broickuuy à Koninckstеyn, Obseruantiæ regularis Nouimagensis Gardiani, enarrationes in 4. euangelia, nunc primum ex ipso archetypo excerptæ. Eucharius Coloniæ in 8. anno 1539. chartis 122.

Authoris ad Lectorem admonitio.

Enarrationes in Monotessaron Euangeliorum breues & absolutæ, iuxta grauissimorum ac probatissimorum authorum tam priscorum quàm neotericorum, è sacris literis spiritu sancto illuminante hausturn intellectū, summo studio sic congestæ, ut Lector puro, germano ac plano sensu intellectum, & concionator in fide ac moribus ædificet populum. Placuit autem certis rationibus in duas partiri sectiones, tum ob Ioannis euangelium, quod magna pro parte ad passionem usq; so litarium ingreditur, tum ob cōmodiorem pro concionatoribus libri partitionē & ordinationē. Siquidem à Sacramenti festo ad ieiunij usq; tempus uix unum aut alterum occurrit euangelium ex Ioanne legendum in ecclesia: quare aptissime cum passionis, resurrectionis, ascensionisq; historijs ordinari potest, quum per ieiunijū & intra pascha pentecostenq; maxime legantur. Cōplectitur pars prima textū Euangelij inclusiue Matth. usq; cap. 25. Mar. 13. Luc. 21. Pars secunda Ioannis per totum, cum reliquo Matthæi, Marci, Lucæ & Ioannis, ad calcem usq;.

ANTONIVS Bruciolus utrumq; testamentum ex ueritate Hebraica in Italicum sermonem uulgarem transtulit. Opus impressum apud Lucantonium Giunti Venetijs, anno 1532. in fol.

ANTONIVS de Burges Hispanus scripsit de emptione & uenditione: liber impressus Papiæ 1411.

ANTONIVS de Butrio, natione Italus, patria Bononiensis, iureconsultus omnium suo tempore facile celeberrimus, ædidit in iure plura opuscula quibus nominis sui memoriam posteris reliquit: è quorum numero subiecta feruntur. T. cl. 1417.

Super Decretalibus,	lib. 5.	Super Clementinis,	lib. 1.
Repertorium iuris canonici,	lib. 1.	Repertorium iuris ciuilis,	lib. 1.
Consilia elegantissima,	lib. 1.	Et quædam alia.	

* Antonius de Butrio Bononiensis, uir excellens, sanctæq; uitæ, & Doctor omni ueneratione dignus fuit, ut inquit Caccialupus. Fuit æqualis Petri Ancharani. Scripsit in Decretales & Clementinas: item opus Consiliorum, & secundum eundem Caccialupum, duo pulchra Repertoria: unum in iure Canonico, alterum in iure Ciuili. Mortuus est anno 1408. No. Octob. ut habet Epitaphiū ipsius, quod Bononiæ ad S. Michaëlem in monte (si bene memini) ubi sepultus est, extat. Io. Fichardus in uitis iureconsultorum.

Opera huius authoris excusa: Consilia,
De emptionibus & uenditionibus.
Super decretalibus, anno 1532. Venetijs in fol.
Liber de Notario, haud scio an impressus.

ANTONIVS de Canario I. C. scripsit de Insinuationibus, de excusatore, de executione instrumentorum, de excusatione sine mandato.

ANTONIVS Cermisonus uir in medendis corporibus ad plenum instructus, præceptor Sauonarolæ, fertur in medicinis multa scripsisse opuscula, quæ necdum ad manus nostras peruenerunt, legi tantum opus illud insigne, quod scripsit sub forma Consiliorum lib. 1. Symphorianus Campegius.
Scripsit & de urinis.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [151] - 55v

ANTONIVS Corſetus I.C. ſcripſit de materia Trebelliánica.
De priuilegijs pacis. Fallencias ad regulam, quod ſpoliatus ante omnia debet reſtitui.

ANTONII Codri Vrcei opera, quæ extant, omnia, cũ índice: impreſſa Baſileæ apud Henricum Petrum, anno 1540. in 4. chartis 59. Sunt autem hæc:
Sermones ſeu orationes 15. multiplici eruditione refertæ: chartis 32.
Sermo primus, de metamorphoſi humana in beluas.
Sermo 2. habitus in enarratione Rhetorices ad Herennium, & Lucani.
3 In laudem Homeri. 4 Vtrum ducenda ſit uxor.
5 In laudem Ariſtotelis. 6 De mendaci mortalium uita.
7 Rurſus in laudẽ Homeri. 8 In eundem.
9 In laudẽ uitæ paſtoritię. 10 In laudem literarum Græcarum.
11 In Heſiodum. 12 De medio, ſiue mediocritate uirtutũ parente.
13 In laudẽ liberaliũ artiũ. 14 In laudem Virtutis.
Sermo 15. pro Iuuene quodam compoſitus ad magiſtratus Bononienſes.
Epiſtolæ 11. in chartis tribus, partim familiares, partim Grammatici argumenti.
Syluarum libri 2. chartis circiter 9. cum præfatione Philippi Beroaldi iunioris mire hoc opus collaudante.

Argumenta carminum primi libri.

Ad Ioannem Bentiuolum de oſtentatione armorum.
Contentio Martis & Pacis deæ ſuper Hannibale Bentiuolo.
De renouatione Bononiæ. De imagine ſua.
Sylua ad Ioannem Bentiuolum ſuper menſam recitata.
Sylua ad Principem Antoniũ Galeatium Bentiuolũ ſuper menſam pronuntiata.
Codrus rediens Mediolano.
Virgilij encomion in principio ſtudij pronunciatum.
Ad Baptiſtam Guarinum Veronenſem, oratorem eloquentiſſimum.

Argumenta Carminum ſecundi libri.

Sylua in principio ſtudij pronunciata.
Ad Mimum Roſcium commendatio.
Laudes Bononiæ ad Nicolaum Maſinum Cæſenatem.
Lamentatio ad lectum in quo expirauit Sinibaldus Ordelaphus.
Ad Phœbum lamentatio, cum obſideretur in arce Forliuij.
Ad Galeatium Bentiuolum incitantem eum ad ſcribenda carmina.
Ad Pinum Ordelaphum metapempticon. Aliud ad eundem.
De Ioanne Marſilio Oda Sapphica.
Satyræ duæ, duabus ferè chartis, una ad Georgium iuriſconſultum, altera in ignorantiam.
Aegloga una, cuius interlocutores Tityrus & Corydon: charta dimid.
Epigrammatum liber 1. chartis ferè 6.
Vitam huius authoris Bartolomæus Bononienſis deſcripſit, quæ ab initio eius operum habetur, unde nos hæc exſcripſimus.

» Natus eſt Codrus Herberiæ oppidulo in agro Regienſi, quę à Mutina abeſt citer ſeptem millia paſſuum, anno ſalutis 1446. &c. Immortalia animi ſui monimenta, quæ poſteris reliquit perſequamur: quibus manum ultimam tametſi haud quaquam imponere potuit, magna tamen ex parte præ ſe ferunt, quanta dicendi facultate, quanto ingenio, quantaq; demũ ualuerit doctrina. In fingendis pangendiſq; primũ carminibus, tam Græce q; Latine admodũ deditus erat: quo in genere permultæ extant eius Elegiæ, Epigrammata, Syluæ: quarum omnium ingenij acumẽ, & ſententiæ quanti faciendæ ſint, uidebunt qui ea legerint. Vocabulario Græco plura de ſuo addidit, multa emendauit. Nonnulla etiam, quæ in ruinis

Latinæ

Latinæ linguæ delituerant, pertinaci ſtudio atq; ingenij bonitate in lucẽ eruit. Epiſtolas ſcripſit ad amicos, funebres nuptiales q; orationes. Inter maxime præſtabilia huius uiri opera complures ſplendidæ atq; illuſtres extant orationes, ſiue ut ipſe appellitare conſueuerat, ſermones, quos tanquam mẽſam iucundis numeroſisq; dapibus exornauit. Emendati ſunt, dilucidi, ornati, & qui altiſſimam eruditionem ac ſcientiam præ ſe ferant, &c.

ANTONIVS Cornazanus Ferrarienſis, orator & poëta, inter cætera uitam & obitum Deiparæ Virginis copioſe & luculenter cecinit: quod opus Hippolytæ Neapolitanorum reginæ, dum adhuc uirgo eſſet, inſcripſit, dicauitq;. T. in appẽdicẽ.

Elegias quaſdam, atq; poëmata uaria emiſit.

Scripſit & oratione ſoluta uitam Bartolomæi Coloneí Imperatoris Venetorũ maximi.

Orationes quoq; plurimas atq; alia quædam.

ANTONII Corvini Zytogalli, uiri doctiſſimi, uerbum Domini prædicantis hodie VVittzenhuſij in ditione principis Heſſorum, opera Latina, quæ nos uidimus (nam & Germanica quædam ædidit) hæc ſunt.

Argutiſſima quæq; apophthegmata ex Eraſmi Roterodami opere ſelecta, inq; communes locos redacta, in commodum iuuentutis, præſertim Goslarianæ. Impreſſa Magdeburgi, 1537. in 8. chartis 9.

Ex præfatione authoris ad Senatum Goslarianum: Ego igitur cum ſuperioribus hiſce diebus Eraſmi Roterodami apophthegmatum collectanea diligenter legiſſem, adeoq; uoluptatem, quam inde non mediocrem cœpi (adferunt enim ſecum quandam tum hiſtoriarum tum honeſtiſſimarum rerum notitiam) pueris quoq; cuperem communem fieri, libuit argutiſſima quæq; ſeligere, ac in communes locos redigere: Non quod quicquam inibi ſit, quod ignorari uelim, ſed quod ipſius libri moles efficiat, ne enarrari pueris in ſcholis poſſit.

Auguſtini & Chryſoſtomi theologia ex libris eorundẽ deprompta, inq; cõmunes locos digeſta circiter 67. Impreſſa Halæ Sueuorum, 1539. in 8. chartis 59.

Ex epiſtola nuncupatoria ad fratres Ioachimũ & Ioannem Marchiones Brandenburgenſes: Inimici religionis noſtræ perpetuò cũ concilia, tum patres, tum diutinã conſuetudinẽ nobis obijciunt. Quid uero ſi rẽ ipſa oſtendamus, hic quoq; noſtras nobis uires, noſtra denique arma eſſe? Porrò aut de ijs, qui ſtatim poſt apoſtolorũ tempora floruerunt, loquuntur, aut de recentioribus. Si recentiores intelligunt, hoc eſt, ſophiſtas, quales fuerunt Aquinas, Bonauentura, Scotus, Occam: iam ne reſponſo quidem dignos iudicamus. Si uero cordatiores illos, quales fuerũt Origenes, Baſilius, Cyprianus, Cyrillus, Ambroſius, Chryſoſtomus, Hieronymus, & Auguſtinus, intelligũt, reſpondeo, doctrinæ noſtræ confirmationẽ ex iſtis quoq; peti poſſe. Quod ipſum ſi negarint, age, eccam uobis Auguſtini & Chryſoſtomi theologiã, Principes illuſtriſſimi, ita à me & collectam, & in cõmunes locos redactam, ut etiam parum æquo iudici fidem me facturum ſperem, non domi nuper noſtræ nata hæc, quæ eccleſijs noſtris tradimus dogmata, ſed ex ipſis quoq; patribus hauſta nobis eſſe. Nam hi ante omnes alios, in quibus opera hęc natuaretur, digni uiſi ſunt, propterea quod multorum iudicio, hic apud Græcos, ille apud Latinos facile primas tenet. Quod ſi iterum hic obiecerint, ea nos decerpere tantum, quæ noſtram confirment ſententiam, cæteris uel neglectis, uel diſſimulatis, conſiderent obſecro illud Apoſtoli: Omnia probate, quod bonum eſt tenete.

Sed ex iſtis 67. ut dixi, locis, aliquos commemoremus, ſpecimínis gratia.

De Adam & Heua. A Deo tantum mens humana illuminatur.

Afflictionis & crucis bonum. Animæ uita, mors, & immortalitas.

Arbitrium an liberum ſit in homine.

Baptiſmus ad ſalutem neceſſarius, etiam paruulorum, neq; iterandus.

Bona opera quæ ſunt, & unde proficiſcantur. Caro, Carnalis.

Charitas omnibus bonis operibus potior est.

Christi & Apostolorum doctrina sola tradenda, non hominum opiniones, &c.

Postilla in Epistolas & Euangelia cũ de Tempore, tum de Sanctis, totius anni, per ipsum authorem recognita & locupletata, adiectis etiam ubiq; ceu scholijs quibusdam & locis. Accedunt & in Domini passionem loci antehac non æditi, cum indice. Cephalæus excudit Argentorati in 4. anno 1540. chartis 117.

Ex epistola authoris nuncupatoria ad Consules & Senatores urbis Rigæ in Liuonia: Enarrationem illam meam in Dominicarum epistolas, ipse per hosce dies Latinam feci, multis additis, multis purgatis, addita etiam alicubi perspicuitate maiore. Reliqua ita recognouimus, ut tamen eam uersionem bona ex parte reliquerimus intactam, idq; propter facilitatem qua apud uulgus sacerdotum, quibus liber hic æditur, uel in primis opus est. Adiecimus in singulas Epistolas, in singula item Euangelia, tam de Tempore, quàm de Sanctis, ut uocant, ceu scholia quædam & locos Latine à nobis ante triennium scriptos: qui quanquam & ipsi antehac excusi, adeoq; Ioanni Ficino Hessiaco Cancellario, Mecœnati meo candidissimo, nuncupati sint, tamen iam nunc & purgatiores & nitidiores prodeunt. Neq; enim falsus omnino est Mimus iste prouerbialis: Discipulus est prioris posterior dies, &c. Et paulò post: Equidem scio librum ipsum haud ita magni pretij esse, neque tam splendide, tanto orationis adparatu, tali ordine dici omnia, atq; sæculi huius nasus poscat. Sed à perpendentibus recte, quibus, quando, & quibus de causis scripserim, dubium non est, quin ueniam facile impetraturus sim. Principio enim sacrificulorum uulgo, & idiotis sub papatus tyrannide constitutis scripsi. Qui cum partim indocti, partim pauperes sint, opus est, ut crassam quandam tractandarum concionum formam, quam inter concionandum, ceu Mercuriales quasdam statuas, sequantur, habeant. De ijs qui uillanis ecclesijs præfecti sunt, hæc loquor, ne quis putet me turbato ordine, rusticis quoque promiscue concionandi potestatem facere. Deinde iuuenis scripsi, tyro tyronibus, Germanus Germanis, idq; tum cum sectis & simultatibus feruerent omnia, ac cœlum terræ, iuxta prouerbium, ubiq; misceretur. Atq; hic non tam mihi tyrocinijs & præexercitamentis huiusmodi prodesse, quàm imperitam multitudinem cum sacrificorum tum idiotarum, à curiosis disputationibus auocare, adeoq; ad simplicem ac sanum scripturæ intellectum reuocare uolui, neminem interim lædens, neminem odiosius perstringens, præterquam Anabaptistas. Nam ei hominum generi etiam occulto quodam naturæ ductu sum infensissimus. In iustificationis negotio, præcipuam operam dedi, ut & fidei dignitas conseruaretur, & tamen nihilominus operum quoq; doctrina, idq; eatenus quatenus par est, urgeretur. Id enim sæculum hoc periculosissimum, totq; malis fœcundum poscere uidebatur. Quid? Vbiq; hoc egi, ut officij memor, solum Christum & hunc crucifixũ, docerem, prædicarem, urgerem, inculcarem.

Ex præfatione ad Lectorem: Dum Laconismi nimium sum amans, in obscuritatis uitium incido. Nam cum Germanicas illas demegorias scriberem, exisli mauí tum demum me officio recte functum, si omnia & ad uulgi captum dicerẽ, & quàm breuissime. Huc accessit typographorum importunitas, qui cum æditionem accelerarent, eoq; semper, sicubi cessabam, urgerent, factum est, ut uulgatũ illud αὐτῶν ἐ βραδίεως, uolens nolens transgredi sim coactus. Quis autem non uidet nimiam in ædendis libris celeritatem, & perspicuitati ferè obesse, quæ non infima orationis uirtus est, & lapsus nonnunquam aliquot secum trahere? &c. Quia uero Germanis Germanice scripsimus, breui etiam Germanico libello hisce de rebus & rationem reddituri sumus, & locos aliquot maiori perspicuitate tractaturi.

Expositio Decalogi, Symboli apostolici, & Dominicę precationis ad captũ puerorum in dialogos redacta. Apud Ceruicornum Marpurgi, 1537. chartis 6.

Collo-

Colloquiorum Theologicorum libri 2. in cõmodum theologiæ candidatorum scripti, iam ab authore recogniti diligenter, & duobus colloquijs aucti. Cephalæus Argentorati, 1539. in 8. chartis 18. & dimid.

Eiusdem tertius liber Colloquiorum, ibidem excusus chartis 9.

Primus liber hos locos continet.

De pœnitentia & fide. De bonis operibus.
De cruce & spe in adflictiõib. De sacramentis in genere.
De baptismo. De confessione & satisfactione.
De Eucharistia. De lege & Euangelio.
De peccato. De libero arbitrio.

In secundo hi loci tractantur.

De libertate Christiana. De uero cultu Dei.
De inuocatione Sanctorum. De ecclesia.
De ueri pastoris officio. De authoritate Scripturæ.
De Oratione & Ieiunio. De Magistratu.
De Creatione. De Sacerdotio Christia, Spirituali.

Loci in tertio libro.

De sacrificio Missæ. De potestate Ecclesiastica, & Conciliorũ authori-
De Angelis. De Matrimonio. (tate.
De Scandalo, seu offendiculo. De uotis monasticis.

Scribit autem in epistola nuncupatoria ad Philippũ Hessorum Landtgrauiũ, se pietatis negotium in his dialogis proponere cũ simplicissime, idq; ferè in gratiam puerilis institutionis: quod nulla ætas (ut inquit) ad percipiendam pietatis rationẽ magis idonea sit ac puerilia, ut quæ nullis adhuc opinionibus infecta, ei rei tantũ cui destinata est, & uacet & aurem præbeat. Postremo, inquit, me ad hoc scripti genus impulit mira Anabaptistarum hoc sæculo fœcunditas, ut quorum malicia ac nocendi studium, iuuentuti modis omnibus ostendendum fuit, &c.

ANTONII Democharis Ressonei in octo libros Topicorum Aristotelis Hypomnema. Impressum Parisijs in 4. 1534. apud Colinæum: chartis 79.

Ex epistola nuncupatoria: Ast indefessis laboribus nõ tantum illustrare, sed & infinitos propemodum locos aperire sum conatus uiriliter: quorũ utilitas mortalibus hactenus delituerat, è quibus thesaurus rationum abunde hauriri possit, tanta luce, ut nemo sit tam mente cæcus, qui non permanifeste intelligat. Adieci simul, ad copiosiorem negotij usum, singulorum nomina in quoduis thema propositum: quæ facile commendare poterit memoriæ quiuis adhuc artis dialecticæ neoptolemus. Neq; his contentus omnium numeros et usum tam pulchre digessi, ut haud arbitrer aliquem, uel mediocriter eruditum, qui non possit intra paucos dies in rem quamuis probabiliter disserere. Contextum insuper innumeris uindicaui erroribus, non sine exacta uoluminum reuolutione, quæ extare crederentur, tum Græcorum omnium, tum Latinorum, ne studiosus Lector amplius aliquo offenderetur. Item in præfatione ad Lectorẽ sic scribit: Ad opus itaq; architectos conduxi, quos potui, quàm plurimum insignes, & Græcos & Latinos: ubi interdum uiribus diffiderem proprijs, quorum uigilijs & industria adiutus, qualecunq; hoc opus fuerit, erexi: tum maxime Alexandri, quem semper habui paratum, ubi difficultatis locus sese offerebat. Nonnunquam Faber Stapulensis manum porrexit, & quasi uacillantem firmauit. Postremo, ut purgatior contextus prodiret, adfuit traductio quæ Boëtij circũfertur, tum quæ Argyropyli, tum quæ Fabri, atq; antiqua, quas cum Græcis exemplaribus quatuor contuli. Ita demum factum est, ut ausim dicere, Aristotelem nunquam hoc uno ad manus hominum nitidiorem peruenisse. Vnum tamen dissimulare non possum, quod minime ausus sum semper acriter omnia expungere uel immutare, quæ contextui Græco

„ haud quadrarent: ſed tantum in cõmentario diuerſitatem teſtimonio Græcorum
„ codicum admonui.

ANTONIVS Eparchus Cercyræus Græcas literas Venetijs docet, & aliquot Polybij hiſtoriarum libros (ut ipſe mihi retulit) nondum aut Græce aut Latine euulgatos, in Latinum ſermonem tranſtulit.

ANTONIVS Fauentinus medicus, profeſſor olim Papiæ, aphoriſmos Hippocratis carmine reddidit, quod an exiuerit in publicum, neſcio.

T.M.1459. ANTONIVS ordinis fratrum prædicatorum, archiepiſcopus Florentinus, natione Italus, ſcripſit multa & præclara uolumina, è quibus extat opus magnum & celeberrimum, in quatuor non paruis uoluminibus diuiſum, quod prænotatur.

Summa caſuum conſcientiæ,	lib. 4.	Quàm magnificata ſunt.
Chronica ingens & notabilis,	lib. 3.	Loquar propoſitiones ab.
Inſtructorium confeſſorum,	lib. 1.	Defecerunt ſcrutantes.
De cenſura eccleſiaſtica,	lib. 1.	
Sermones de tempore,	lib. 1.	Conuertimini ad dominum.
Sermones de ſanctis,	lib. 1.	Et quædam alia.

* Vide ſupra Antoninus: perperam enim Antonius apud Trittenhemium ſcribitur.

ANTONIVS Fortolus Ioſerienſis, noſtræ ætatis, Galeni commentarios tranſtulit de diſſectione uenarum, arteriarum, & neruorum, ſtilo ſatis eleganti. Libellus excuſus Baſileæ in 8. 1529.

ANTONII Fumanelli Veronenſis medici in artis uſu longe per uniuerſam Italiam exercitatiſſimi, omnium febrium & dignoſcendarum & curandarũ abſoluta methodus.

Eiuſdem conſilium Chirurgicum, de caluariæ fractura, pectoris atq; pulmonis uulnere, ac inflammatione.

Hiſtoria & curandi ratio pro urinæ reddendæ difficultate & anguſtia.

Item, An mineralis aqua urinæ conueniat difficultati.

In quibus omnibus totius artis medicæ uniuerſalia ad particularium exercitationem, ſummo eiuſdem candidatorum uſu deducuntur.

De balnei ferrati facultatibus, ferriq; natura.

De balneis aquæ ſimplicis.

Omnia cum præfatione Hieronymi Gemuſæi: impreſſa Baſileæ in 4. in officina Ioannis Oporini, 1543.

ANTONIVS Fumeus I. C. ſcripſit de eo quod intereſt, liber impreſſus apud Gryphium Lugduni.

De coniunctionibus. De ſubſtitutionibus.

ANTONII Garronis I. C. in titulum Pomponij de origine Iuris elegantiſſima eruditaq; commentaria, nunc primum in lucem ædita, unà cum Gilberti Cognati Nozereni de legalis ſtudij ratione epiſtola. His acceſſere Iuſtiniani leges de re ruſtica, & alia quædam Græce & Latine. Oporinus excudit Baſileæ, 1543. in fol. chartis 39. Sed Antonij commentariorum chartæ ſeorſim ſunt 16.

„ Ex epiſtola Gilberti Cognati: Cæterum quoniam citra exactam hiſtoriarum
„ ueterum cognitionem (uti non parum multi, & quidem maximi nominis interpre
„ tes Iuris ciuilis teſtantur) intelligi non poſſunt unquam Iuriſconſultorum ſcripta,
„ maxime ea, quæ in titulo de Origine iuris à Pomponio traduntur, Commentarios
„ in hunc pulcherrimum titulum elegantiſſimos atq; doctiſſimos ab Antonio Gar-
„ rone, uiro linguæ Romanæ candore ac iuris ſapientia illuſtri, olim ſcriptos & nu-
„ per in Italia repertos, atq; à me tandem non ſine magno labore ex autographo de-
„ ſcriptos, Ioanni Oporino diligentiſſimo typographo in Græcis Latiniſq; libris, in
„ publicum extrudendos dedi: indignum, minimeq; ferendum ratus, hos tam mire
utiles

utiles iuris studiosis commentarios in obscuro tot annis esse, in quibus quàm fieri potest breuissime & planissime luris ciuilis historia explicatur.

ANTONIVS Gazius Patauinus medicus anno 1490. (ut ipse testatur in fine libri sui) scripsit librum de sanitate tuenda, quem Coronam floridam appellauit, inde nimirum quoniam ex præcipuis medicorum sententijs ceu flosculis hoc opus ueluti sertum quoddam concinnauerit. Liber constat capitibus trecentis, excusus Lugduni 1514. in paruo folio, chartis 84.

Verba authoris ex præfatione ad principem quendam, ut uidetur.

Hunc librum tibi tradimus, non quidem ut ciborum aut potuum quantitatem « te fugere doceamus: sed ut, quæ à ueteribus laudata, qúæue uituperata sunt, co- « gnoscere ualeas, cibariorumq; & potuum qualitatem, ac ipsorum non solum in co « medendo ordinem adipiscaris. Sed qua id hora exequendum sit, quantum exerci « tandum, quando quiescendum, qua hora & quantum dormiendum, reliquaq; his « similia, quæ non minus sunt homini utilia quàm necessaria, facillime perscrutari « possis. Ita enim doctissimorum ueterũ in hoc libro dicta de regímine sanitatis con- « spicies, ac si omnes de re hac in cubiculo tuo disserentes coràm haberes: Audies « Aristotelem, Hippocratem, Galenum, Hali, Rasim, Haliabbatem, Dioscoridem, « Serapionem, Auicennam, Auenzoar, Damascenum, cæterosq; omnes hac in sci- « entia approbatos uidebis. Et paulò post: Præfati sapientes tibi ostendent, qua « lem medicũ pro sanitatis conseruatione eligere debeas: in quo aëre habitare, quem « locum incolere, qualiter & quantum exercitari, quid comedere & bibere, qualiter « dormire & uigilare, à quibus animæ accidentibus abstinere, quomodo purgari & « à futuris ægritudinibus præseruari oporteat: qualiter, si in ægritudinem labi con- « tingeret, curari: pluraq; alia non minus hominis usui utilia, uerumetiam quàm ma « xime necessaria. Quæ omnia tibi gratissima fore speramus, ac te tantum ex hoc o- « pere utilitatis consecuturum, quantum si omnia præfatorum, quæ quasi infinita « sunt uolumina, perlegisses: ut nos ipsi magno cũ labore multisq; uigilijs fecimus. « Et quoniam legenti sæpe tædium prolixitas afferre solet, hinc solum ex eis tantum « meliora, & quæ magis huic nostro pertinere uidebantur negotio, excerpsimus: di « uersisq; ex locis hinc inde, quæ dispersa erant, hoc in libello congessimus. «

Antonius Gazius uiuit usq; hodie sub Venetorum dominio annos natus 43. multa & uaria componens, anno Christi 1504. Symphorianus Campegius.

ANTONIVS Gaynerus, natione Papiensis, artis medicinæ doctor celeberrimus, scripsit in ea doctrina quædam luculenta opuscula, quibus nomen suum posteritati notum reddidit. De quibus ista feruntur, T.cl.1440. uel 1430, ut scribitur.

De ægritudine stomachi,	lib. 1.	De febri quoq;,	lib. 1.
De ægritudinibus in generali,	lib. 1.	De pleuresi.	lib. 1.
De matrice,	lib. 1.	De fluxibus,	lib. 1.
De artetica in iuncturis,	lib. 1.	De passionibus calculi,	lib. 1.
In tertium Auicennæ,	lib. 1.	Et alia complura.	

* Antonij Guainerij Papiensis tractatus,

De ægritudinibus capitis.	De calculosa passione.
De pleuresi.	De peste.
De passionibus stomachi.	De uenenis.
De fluxibus.	De febribus.
De ægritudinibus matricis.	De balneis.
De ægritudinib. iuncturarũ.	Antidotarium.

Liber impressus Lugduni cũ additionibus Io. Falconis, in 4. chartis 68. Stilus quidem barbarus est: sed medendi ratio & medicamenta ipsa, legi nequaquam indigna.

ANTONIVS de S. Georgio I.C. scripsit de appellationibus.

ANTONII Goueani Lusitani epigrãmata quædam & epistolas quatuor Gryphius impressit Lugduni, anno 1539.

Virgilij opera castigauit, & Terentij comœdias suis uersibus restituit, quæ idẽ Gryphius excudit, 1541.

Porphyrij quinq; uocum introductionem transtulit elegãter admodum eodem anno apud Gryphium: & totam Aristotelis logicam similiter se cõuersurum promittit.

Præterea, ut cognoui nuper ex literis nobilissimi medici Alberti Belfortis, hoc anno elapso Lutetiæ in lucem dedit Enarrationem in Ciceronis orationem cõtra Vatinium testem, & criticam logices partem, certans cum Marci Tullij topica: in Terentium item commentaria hoc anno emittenda pollicitus est, cum multis alijs.

ANTONIVS de Gradis scripsit tractatum de febribus, sermone barbaro: impress.

ANTONIVS Guainerius. Vide Antonius Gaynerus.

T.cl.1418. ANTONIVS Ianuensis, ordinis fratrum eremitarum S. August. scripsit quædam quibus nomen suum cum laude transmisit ad posteros. Sed ego nullum eorum uidere merui, præter illud quod prænotatur, compendium

Figurarum moralium, lib. 1. Religiosis uiris in Christo.

Cætera ad me non uenerunt.

ANTONIVS Lenas annotationes quasdam in Valerium Maximum reliquit.

ANTONII Lodouici medici Olyssiponensis doctissima quædam opera in medicina uidi impressa Olyssiponæ in fol. 1540. Est autem Galeni sectator, & multa ex Galeno declarat.

Eiusdem libri quinq; de occultis proprietatibus, ibidem in fol.

Problematum libri quinq;, opus absolutum, iucundum, & uarium: ibidem in fol. 1539.

ANTONIVS Mancinellus insignis Grammaticus, claruit & multa scripsit Venetijs circa annum Domini, 1490. ubi & opera eius impressa in 4. reperiuntur, ab anno 1493. usq; ad 1497.

Scribendi orandiq; modus, chartis 10. titulis siue capitibus 20. quorum inscriptiones hæ sunt.

Orationis initium. Epistola quid, & unde dicitur.
Epistolare officium quid. Epistolarum genera.
Epistolæ modus & qualitas. Litera & literæ.
Binæ literæ, duæ epistolæ. Calendæ, Nonæ, Idus.
Quot dies, nonas, idus mensis habet.
De quinq; partibus artificiosæ eloquentiæ.
De phrasi, id est, elocutione. De laude & uituperatione.
De memoria. De pronunciatione.
Discendum esse. Studendi modus.
Lectio qualis. Discipulorum officium.
Præceptoris officium. Præceptoris contubernium.

Vocũ proprietas ex Donato, Aulo Gellio, Asconio Pediano, Macrobio, Rhetoricis Ciceronis, Tusculanis quæstionibus, Vegetio de re militari, Capro, Pompeio Festo, Nonio Marcello, Tullio de natura deorum, Tullio de diuinatione, Lactantio Firmiano.

Epitoma seu regulæ constructionis, chartis ferè 4. titulis 13. hoc ordine, Personalia uerba, Impersonalia, Aduerbia localia, Infinita, Gerundia, Supina, Distributiua, Partitiua, Relatiua, Interrogatiua, Comparatiua, Superlatiua, Participia, Figuræ.

Summa declinationum quinq;, de patronymicis uarijs, Vnus, totus, solus, &c. De numeralibus. De compositis è duobus rectis, recto & obliquo, è duobus genitiuis.

nitiuis. A qui & quis deducta. Compoſita pronomia. Chartis 2. & dimid.

Theſaurus de uaria cõſtructione uerborum & nominum iuxta ordinem alphabeti: chartis ferè 4. Ex præfatione ad Dominicum de bonis Augurijs I. C. Offero tibi uir præſtantiſſime, Theſaurum quendam filiorum tuorum nomine ædi- tum: quem ſi, ut ſpero, memoriæ quandoq; tradiderint (nam rerum omniũ ea theſaurus appellatur) & carmẽ & orationem pedeſtrem tum facilius, tum elegantius ædent.

Spica uoluminum quatuor, de declinatione, iiſdem ferè capitibus & ordine, ut ſupra in ſumma declinationum, iiſdem quoq; uerſibus repetitis: ſed hic nulla eſt proſa oratio, & meris conſtat hexametris. Carmen de generibus nominum. Carmen de præteritis. Carmen de ſupinis. Omnium chartæ ſunt 12. & dimid. Omnia carmine hexametro.

Verſilogus eodẽ genere carminis, chartis duabus: de quantitate in primis, mediis, & ultimis ſyllabis: de pedibus & generibus aliquot carminum, & de dictionibus quæ ſyllabas communes habent.

Carmen de floribus, id eſt, electis uocabulis: chartis 9. & dimid. Recenſet autem per octo titulos totidem orationis partium ſingula ferè, aut ſaltẽ potiſſima uocabula ordine alphabeti: nonus titulus orthographiam docet.

Carmen de figuris, chartis 16. & dimid. Vnamquanq; figuram uerſibus explicatam ſcholia ſermone ſoluto ſequuntur. Ex præfatione authoris ad Michaelẽ Pannonium adoleſcentem: Etſi Fabius Quintilianus, Diomedes etiam & Donatus non pauca de figuris dixere, Michaël inclyte: attamen ego quoq; id ontis ſumpſi, triplici quidem ratione impulſus: primum, ut tuæ & aliorum memoriæ conſuleretur. Facilius enim percipiuntur, & fidelius continentur, quæcunq; carmine pateſiunt: deinde ut diuerſorum dicta breui colligerentur: poſtremo, ut figuræ cuiuſq; etymologia, id eſt originatio, uno libello haberetur. Et in epilogo: Si omnia minime proſequutus fuerim, quid mirum? cum res ſit quodammodo infinita. Illud tamẽ prætereat neminẽ, de figuris extare hodie nullum opuſculũ, quod quidem ita plene dilucideq; præcipiat, uti hoc noſtrum.

De poëtica uirtute, chartæ 2. tituli 50. quibus è uarijs poëtis ea carmina ſelegit, quæ pias & Chriſtianas ſententias includunt, & uel dehortantur à uitijs uel inciitant ad uirtutes: ſic ut decalogum ex eis concinnet, & ſeptem mortalia uitia ab ipſis damnari oſtendat.

Carmen de uita ſua, patria, parentibus, & ſtudijs: charta dimidia.

Laurentij Vallenſis epitome, portuſq; elegantiæ: chartis 17. Eſt autem ueluti lexicon quoddam, in quo uaria uocabula ordine alphabeti enumerantur, cum explicatione quomodo eleganter uſurpentur, conſtruantur, ac inuicẽ differant. In præfatione teſtatur, ſe bona fide ex Laurentij documentis hanc epitomen inſtituiſſe: In qua ſanè (inquit) ad hunc ordinem redigenda menſibus quatuor non ſine labore ingenti & tædio, amicorum gratia, ultro elaborauí: & quæcunq; obſcuriora erant, magna ex parte clariſſima reddidi.

Lima Laurentij Vallæ elegantiarum: chartis tribus, tituli 64.

Ex præfatione: Animaduertenti mihi Laurentij Vallæ elegantias, paſſim ferme in manibus eſſe, plurimum quippe orationi Latinæ conferunt: uiſum eſt, ut & magis & fidelius conferre poſſent, loca quædam curſim & breuiter à me obſeruata, in medium dare. Locupletior aũt eſt ſecunda æditio, quæ exiuit anno 1493. quàm prior. Præcedunt ubiq; Laurentij uerba, & ſtatim Antonij lima ſubſequitur.

Rhetoricen ad Herenniũ eſſe Ciceronis, aſſertio: in quadrante chartæ, & uerſibus 20.

Commentariolus in rhetoricæ ad Herennium primum librum: chartis 5. &

dimid. Venetijs 1497. aſtante Mancinello.

Speculum de quatuor uirtutibus carmine heroico, Gymnicus excudit Colo. niæ, chartis duabus, & Verſilogum chartis tribus.

Commentarij in Virgilij Bucolica & Georgica cum Seruij, Chriſtophori Landini & aliorum commentarijs, impreſſi Venetijs in 4. 1520.

Præter enumerata hactenus opera, extant eiuſdem authoris,

Epigrammata quædam. Libellus de arte.
Conatus melior. Commentarius in Odas Horatij.
Commentarius in carmen Epodon, & Seculare carmen.
Commentariolus in ſomnium Scipionis.
Lexicon de uerborum ſignificatu.
Centiloquium. Io. Tortellij lima quædam.
Annotationes in Suetonium, excuſæ: & in Iuuenalis Satyras.

Anto. Mancinelli opera his uerſibus comprehenſa ſunt:

Verborum regimen, uariatio, ſpica, figuræ,
Theſaurus, flores hic (id eſt in patria) uigilata prius.
Gymnaſium poſt Roma dedit: commenta Maronis,
Tum Satyri, hinc Flacci: Verſilogumq; paris.
Pomponi hortatu Venetas deductus ad oras
Laurenti limam ſcribis, & inde modum.
Somnia quis maior declaras Scipio uiſus:
Rhetoricenq; ſimul, uel Ciceronis opus.

ANTONII Mariæ Comitis Maioragij oratio habita in nuptijs Iacobi Philippi Sacci præſidis ſenatus Mediolanenſis, qua ſeni quoq; uxorem ducendam eſſe perſuadet. Caluus Mediolani excudit in 4. anno 1540.

ANTONII Mariæ Viſdomini liber de ocio & Sibyllis. Adiecti ſunt etiam uarij elegi. Liber impreſſus Bononiæ in 4. anno 1500.

ANTONII Marinarij profeſſionis Carmelitanæ theologi de conſonantia Ieſu Chriſti & prophetarum libri tres. Pariſijs impreſſi anno 1541. in 8. chartis 14.

» Ex præfatione authoris: Quamobrem exiſtimaui, me rem pergratam omni
» bus ſacrarum literarum ſtudio addictis, præſertim his qui apud populum concio-
» natores agunt, facturum eſſe, ſi in ordinatum uolumen digererem, ac complecte-
» rer prophetarum oracula, quæ illi diuino ſpiritu edocti de Chriſto ediderunt, atq;
» inter ea & geſta & myſteria Ieſu Chriſti, conſonantiam atq; concordiam omnimo
» dam eſſe, declararem. Iam uero non me fugit multos excellenti ingenio uiros, mi-
» rabili doctrina, pariq; eloquentia de hac re diſſeruiſſe: ſed uel ſparſim ſcripſerunt,
» non redacto negotio in uolumen proprium, uel eorum libri apud nos non ſunt.
» Nam Ammonius Alexandrinus, referente Hieronymo de uiris illuſtribus, ele-
» gans opus ædidit, cui titulū fecit, Conſonantia Ieſu & Moſis: puto diſertiſſimū il-
» lum uirum negotium hoc ibi cōplexum eſſe. Euſebius item Cæſarienſis 20. libros
» de Euangelica demonſtratione inſcriptos ordinauit, quorum decem nuper in lu-
» cem uenerunt. Itaq; & ſi nihil continent hi noſtri libri, quod ab alijs authoribus tra
» ditum non ſit, ordinem tamen habent non mediocriter ad omne doctrinæ genus
» facientem: Et ſi tantæ rei, ueluti difficillimæ non ſatisfecero, alios reddam ad id mu
» nus exactius obeundum alacriores, &c.

T. cl. 330. ANTONIVS monachus & abbas, natione Aegyptius, dictauit Aegyptiaco ſermone ad diuerſa cœnobia apoſtolici ſenſus atq; ſermonis, uarias epiſtolas, è quibus extat inſignis illa,

Ad Arſenoitas, Epiſt. 1. Ad alia cœnobia, Epiſt. 6.

Eius uitā beatus Athanaſius epiſcopus Alexandrinus inſigni uolumine Græco ſermone deſcripſit.

Hæc

Hæc mutuatus est Trittenhemius ex Hieronymo de uitis scriptorum ecclesiasticorum.

ANTONII monachi, beati & sancti patris nostri (sic enim Græcus titulus habet in quibusdam, in alijs abest authoris nomen) opus, quod Melissam, id est, apiculã inscripsit, superiore ætate Venetijs nactus sum opera doctissimi uiri & de bonis literis ac literatis omnibus optime meriti Arnoldi Arlenij, & breui Deo fauente in lucem exibit Græce simul ac Latine. Congestum est autem ex sententijs authorũ in locos communes digestis, præcipue theologis: Ex utroq; testamento, Irenæo, Basilio, Gregorio Thaumat, Athanasio, Gregorio Nysseno, Clemente, Seuerino, Philone, Theologo, Theophilo, Serapione, Nilo, Dione, Socrate, Cyrillo, Synesio, Symeone, Methodio, Ignatio, Ioan. Climace, Marco, Senioribus, Theotimo, Iosepho, Theodoreto, Euagrio, Iustino philosopho, Dionysio, Isidoro Pelusiota, Photio patriarcha, Firmo, Maximo, Dorotheo, Ioan. Damasceno, Constantino imperatore: Item ex plurimis gentilibus, philosophis, poëtis, ac oratoribus, quorũ nomina breuitatis gratia non attingam.

Locorum siue capitum 76. primi libri summa hæc est.

1 De fide ac pietate in deum, & quod bonis omnibus antecellant, quando maxime operibus resplendent.
2 De illis qui pietatem ac fidem præuaricantur, & erga Deum impij sunt.
3 De amore & timore in Deum.
4 De illis qui Deum non metuunt, nec amant.
5 De spe in Deũ: quod in Deum sperare oporteat, & non in præsidia hominũ.
6 De illis qui freti sunt opibus & hominibus, ac non in Deum spem & fiduciã collocant. 7 De uirtute.
8 De sapientia, & intellectu, & prudentia.
9 De insipiente, stolido, imperito, & stulto.
10 De consilio, & quod consulto consideratéq; omnia facienda sint.
11 De rebus quæ inconsultò aut sero consilio fiunt, & quod incircumspecta temeritas damnum pariat.
12 De fortitudine ac robore. 13 De iustitia.
14 De uirginitate, & castitate, & temperantia, honestisq; nuptijs.
15 De scortatione & adulterio. 16 De iniustitia & peccato.
17 De pœnitentia, & confessione. 18 De illis qui cito mutantur.
19 De illis, qui ad pœnitentiam non conuertuntur.
20 De futuro iudicio. 21 De ueritate ac testimonio fideli.
22 De mendacio, & calumnia, & falso testimonio.
23 De fratribus, & amore fraterno, atq; odio aduersus fratres.
24 De amicis, & amicitia.
25 De malis amicis. 26 De charitate.
27 De misericordia, & beneficentia in pauperes.
28 De parcis, illiberalibus, & misericordiam non exercentibus.
29 De beneficijs & gratia.
30 De inopia, & statu paucis rebus egente.
31 De diuitijs, ac diuitibus illis qui bonam decentemq; uitam agunt.
32 De diuitibus illis, qui non bene uitam instituunt, decq; aula ipsos comitante.
33 De pauperibus ac egenis. 34 De auaritia.
35 De illis, qui potiorem ubiq; partem sibi uendicant, & de iniustis.
36 De frugalitate, siue illa uirtute quæ suis rebus contenta est.
37 Non semper optimam esse maiorem partem.
38 De ieiunio & continentia. 39 De incontinentia & gula.
40 De luxuria. 41 De ebrietate. 42 De somno.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [161] - 60v

43 De insomnijs. 44 De fide. 45 De prouidentia.
46 De oratione. 47 De actione.
48 De doctrina, & sermone, & conuersatione.
49 De admonitione. 50 De disciplina & philosophia.
51 De laude. 52 De adulatione.
53 De uituperio & obtrectatione.
54 De memoria. 55 De anima. 56 De medicis.
57 De ægrotantibus. 58 De morte. 59 De cognoscendo seipsũ.
60 De pulchritudine. 61 De gloria. 62 De inuidia.
63 De risu. 64 De rationali & ratione.
65 De uoluntario & inuoluntario.
66 De timore. 67 De lege.
68 Quod uirtutem honoribus, malitiam pœnis afficere conueniat.
69 Quod malitia in promptu sit, uirtus acquisitu difficilis.
70 De secunda & aduersa fortuna.
71 De uitæ inæqualitate.
72 De tristitia & animi ægritudine.
73 De silentio & secretis. (tibus.
74 De loquacibus, qui uel multum uel celeriter loquuntur, & arcana diuulgan-
75 De illis qui linguam suam custodiunt, & de colloquio non duro neq; contu-
76 De illis qui os suum & linguam non custodiunt. (mace.

Finis primi libri.

Capita locorum communium secundi libri Melissæ, numero centum.

Cap. 1 De bono iustoq; rege, & de imperio ac potestate.
2 De rege, qui admirationem non admodum meretur.
3 De bonis episcopis, & præcepta Dei seruantibus, & quod uita ipsorum honesta & inculpabilis, doctrinæ exemplar subditis exhibeat.
4 De prauis episcopis, & præcepta Dei non obseruantibus.
5 De bonis principibus. 6 De malis principibus.
7 De iudicibus incorruptis, & manus puras habentibus, & iudicium ac iustitiam promouentibus: & quod Deo iudicia recta pronunciari gratissimum sit.
8 De iudicibus reprehensione dignis, & munera capientibus, & illicite condemnantibus.
9 De bonis parentibus, & quod liberorum educatio studiose ac decenter instituti debeat.
10 De parentibus, qui circa liberorum educationem negligentes sunt.
11 De liberis parentes honorantibus, & quanta bona obedientes eis sequantur.
12 De parricidis, & sequuturis eos malis.
13 De filio sapiente ac prudente.
14 De filio imprudente, stulto, & imperito.
15 De filia pudica & honesta.
16 De filia impudica & inhonesta.
17 De senibus ob uirtutem & prudentiam claris.
18 De senibus amentem & improbam uitam degentibus.
19 De iuuenibus disciplina & prudentia ornatis.
20 De iuuenibus insipienter & absq; mente uiuentibus.
21 De bonis dominis. 22 De malis dominis.
23 De bonis seruis. 24 De malis seruis.

25 De

25 De bonis creditoribus. 26 De malis creditoribus.
27 De mutuum accipientibus, & quod erga creditores oporteat esse gratos.
28 De mutuum accipientibus & ingratis.
29 De locatoribus operarum, & mercenarijs bonis.
30 De locatoribus, seu mercede conducentibus, malis.
31 De honestis & bonis uiris.
32 De malis & improbis uiris.
33 De muliere forti, temperante, ac prudente.
34 De mulieribus malis & adulteris, & omni malitia plenis.
35 De conuentu bonorum uirorum, & quod cum probis uiris familiaritatem inire oporteat, non improbis.
36 De conuersatione prauorum uirorum, & quod improborum societates fugiendæ sint, utpote perniciem inferentes.
37 De illis qui optimos & sanctos uiros despectui habent.
38 De odio malitiæ, deq; illis qui auersantur absurda.
39 De illis qui gaudent rebus malis, & praua complectuntur.
40 De ciuibus bonis. 41 De ciuibus improbis.
42 De monachis frugi, & bonitate præeuntibus.
43 De monachis iterum delinquentibus, & redeuntibus ad malitiam.

45 De hominibus gnauis ac studiosis, & quod laborandum sit, utile enim esse.
46 De ignauis, segnibus, negligentibus, & supinis.
47 De homine sensato. 48 De insensatis.
49 De nomine bono, & gratiam habente.
50 De nomine malo, & ingrato.
51 De stateris, ponderibus, & mensuris.
52 De stateris, ponderibus & mensuris iniustis.
53 De animi feruore, & ira.
54 De simplici benignitate, & oblitione malorum.
55 De proximo, quod onera proximi ferenda sint, & communi ope iuuanda: & quod amicè ipsum delinquentem arguere oporteat, & delictorũ eius oblituisci.
56 De illis qui non ignoscunt, sed malorum præteritorum memoriam retinent.
57 De gratis & candidis.
58 De ingratis & minime candidis.
59 De consultore, ac illis qui consilium & reprehensionem admittunt. Dignoscendi est autem qualisnam sit consultor.
60 De illis qui consilium & redargutionem non admittunt.
61 De pudore bono. 62 De pudore prauo.
63 De illis qui proclíues ad iuramenta sunt: & quod iuramentum non temere usurpandum, uel omnino iurandum non sit.
64 De iurantibus frequenter, & illis qui iuramenta exigunt.
65 De bona æmulatione, imitationeq; proba.
66 De æmulatione & imitatione praua.
67 De charitate, & pace, & concordia, & hominibus pacificis.
68 De odio, & inimicitia, & illis qui contentiones promouent.
69 De obtrectantibus, & de contumelia.
70 De garrulitate.
71 De contradictione & temeritate.
72 De temerario, & impudente, & iracundo, & feruido, & bilioso.
73 De illis qui humiles & pauperes spiritu sunt.
74 De superbis, & fastuosis, & arrogantibus, & inanis gloriæ studiosis.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [163] - 61v

75 De amore sui.
76 De curiositate, & tranquillitate, & quiete.
77 De uita negotiosa, & uarijs occupationibus distracta.
78 De fiducia loquendi, & redargutione.
79 De nobilitate, & ignobilitate.
80 De consuetudine & more.
81 De conscientia. 82 De libertate.
83 De benignitate.
84 De mansuetudine, & cautione.
85 De simplici & innocente moribus.
86 De uersuto, & doloso, & obliquo moribus.
87 De puro corde, & cogitationibus, & conscientiam puram habentibus.
88 De corde prauo, & conscientia mala, & cogitationibus.
89 De patientia & longanimitate.
90 De impatientibus, & parui animi hominibus.
91 De republica honesta, & obedientia.
92 De republica culpabili, & inobedientibus ac immorigeris, & prauo ingenio malisq; moribus præditis.
93 De retributione donanda illis, qui bene honesteq; uixerunt, in beatitudine æterna.
94 De retributione illorum, qui uitam in malitia & illicite transegerũt, & quod pœna perpetua infinitaq; eis destinata sit.
†Ασκήσιως. 95 De præcepto, & subiectione, & † uita monastica.
96 De præfectio.
97 De illis qui propter cibos offenduntur, & mensarum diuersitate.
98 Quod offendere non oporteat, neq; iudicare quenquam.
99 De negligentibus ac socordibus, & quod si fuerimus sobrij nihil nos lædere poterit diabolus.
100 De participatione diuinorum mysteriorum.

ANTONII de Montulmo fragmenta quædam in astrologia extant.

ANTONII Musæ de herbæ Vettonicæ remedijs 47. ad Marcum Agrippam libellus, circiter chartam 1. restitutus per Gabrielem Humelbergium, & commentarijs illustratus. Froschouerus Tiguri impressit in 4. cum L. Apuleij libro de medicaminibus herbarum.

» Ex præfatione Humelbergij: Quoniam prius impressi Antonij Musæ et Apulei de re herbaria libri, humanæ saluti perquàm utiles, plurimis & grauibus quidem illis scatent erroribus, operæpretium duxi illos pro uirili & diligenti nostro studio correctiores & emendatiores iterum in publicum dare, adiuncta parua uocabulorum quorundam enarratione. Et paulò inferius: Quum tamen sint qui libellum de Vettonica Apuleio etiam adscribere conentur, haud abs re de hoc etiam aliqua subiungenda dignum duxi. Nos enim eius operis non Apuleium, ut aliqui uolunt, sed Antonium Musam authorem esse credimus, adtestantibus id uenerandæ uetustatis exemplaribus, & epistola ipsa, qua opus id Marco Agrippæ dedicatur: quorum temporibus nondum uixit Apuleius, sed longe post, sub Hadriano & Antonino Pio Cæss. Augg. Fuit autem Antonius hic Musa Cæsaris Augusti medicus, &c. Meminit eius Plinius lib. 19. cap. 8. & lib. 25. cap. 7. ubi eum regis Iubæ fratrem appellat, & lib. 30. cap. 3. & Scribonius Largus in compositione 110.

Antonij Musæ de bona ualetudine conseruanda institutio ad Mecœnatem suum: libellus excusus Norimbergæ in 4. anno 1538. cum alijs quibusdam.

Remedium ad anginam à Musa scriptũ Galenus lib. 6. cap. 2. de compositione secundum

ſecundum locos recenſet: Aëtius quoq; medicamentorum ex Antonio Muſa frequenter meminit.

ANTONIVS Muſa Braſauolus medicus Ferrarienſis ſcripſit examen omnium ſimplicium medicamentorum, quorum uſus eſt in officinis, Italiæ præſertim & Ferrariæ, ad Herculẽ Eſtenſem Ferrariæ ducem. Liber impreſſus Romæ, anno 1536. in fol. chartis 67. cum indice: deinde Lugduni in 8. Eſt autẽ dialogus inter ipſum Braſauolum pharmacopolam ſenem, & Herbarium quendam.

Primum ferè agitur de floribus & herbis: deinde
De ſeminibus, quæ apud Ferrarienſes pharmacopolas in uſu ſunt.
De fructibus. De corticibus.
De lignis. De liquidis ſuccis & liquoribus.
De ſuccis prædenſis, & concretis liquoribus.
De gummi. De oſſibus. De metallis.
De lapidibus. De gemmarum fragmentis.
De generibus terrarum ſecundum recentes. De ſalibus.
De nonnullis, quæ pharmacopolæ ad caput deducere neſciunt.
De pinguedinibus. De medullis.
De pulmonibus & teſticulis.
De oleis quæ ex minera ſumuntur, & quæ per expreſſionẽ fiunt, & quæ igne parantur.
De oleis quæ ex floribus & herbis fiunt.

Sunt autem omnium ſimul capita 530. Et nomina plærisq; adſcribuntur Gallica, Hiſpanica, & Germanica: ſæpenumero etiam Italica & Græca. Cum ſuperiore anno 1543. Ferrariæ per aliquot dies immorarer, ab authore audiui hoc opus multò quàm antea locupletius prælo à ſe deſtinatum eſſe, Venetijs excudendum.

Antonij Muſæ Braſauoli in octo libros aphoriſmorum Hippocratis & Galeni expoſitionem, Commentaria & annotationes, cum duobus Indicibus copioſiſſimis. Opus excuſum Baſileæ in officina Frobeniana, anno 1542. in fol. chartis 324.

Ex præfatione authoris.

Octo annis in hoc almo Ferrarienſi gymnaſio Dialecticæ gyros interpretati ſumus: deinde philoſophiam naturalem nouem annis. Nunc uero eandem naturalem philoſophiam ſub alio nomine interpretari auſpicabimur: nempe Medicæ rei theoriam, naturalis philoſophiæ partem ſummi uiri cenſuerunt. Et paulò infrius: Quum uero & hi qui in publicis ſcholis hoc opus profitentur, aut Iacobũ, aut Vgonem, aut alium ex recentibus imitari ſoleant: nos ex his nullum imitabimur, utpote qui ad ueritatem exprimendam plus obſint, quàm prodeſſe poſſint. At Hippocratem ipſum, & Galenum, ac reliquos antiquiores authores totis uiribus imitari ſtudebimus. Nempe ex Hippocrate Hippocratem, & ex Galeno, non ſolum in huius libri commentarijs: ſed in alijs etiam ſuis uoluminibus interpretabimur: nullus enim eſt qui aptius mentem ſuam ſeipſo intelligat.

Et in commentarijs ſuper primum aphoriſmũ, poſt enumeratos ueteres Græcos aphoriſmorum interpretes (ex quibus tantum adhuc extant Oribaſius Sardianus, & Philotheus quidam, quorum ſententijs uſurum ſe profitetur) hæc uerba ſubdit: Nos quoq; ſupra eaſdem ſententias (id eſt, aphoriſmos Hippocratis) noſtras ſpeculationes in medium afferre non uerebimur: eò præſertim, quia nullus extat Latinus, qui hunc librum ex bonis authoribus aggreſſus ſit. Barbari etenim ſunt Iacobus Forliuienſis, Vgo Seneñ. Sermoneta, & reliqui recentes, qui ſummi uiri alioqui extitere, & apprime perſpicaces: at bonos authores, quos imitari poſſent, non habebant, & tempora incidere, quibus perpulchrum uidebatur dialecticam rei medicæ, & ſophiſticam artem cõmiſcere. Et paulò poſt: Nunc particulas omnes, quæ in hoc primo aphoriſmo continentur, ſingulatim percur-

„ ramus. Hunc enim ordinem in tota nostra commentatione obseruabimus: primo
„ aphorismi sententiam breuibus adducemus, deinde singulas eius particulas con-
„ templabimur, eas & Græce & Latine adducentes: ut cuiq; Hippocratis uerba in
„ promptu sint, nec illa apud Græcos codices quærere cogatur. Cæterum Phi-
lothei commentariorum Græcorum maximam partem huc in suos transcripsit,
& Latinis uerbis expressit.

Antonij Musæ de syrupis liber excusus Lugduni in 8. chartis 15. 1540. per dia-
logum inter ipsum Antonium & Pharmacopolam senem, ubi & de simplicibus
pharmacis quædam differuntur, quæ in libro de examine simplicium non satis di-
scusserat, & de tota componendi ratione, nonnunquam & usu compositionum.
Audio hunc librum iam tertio ab authore recognitum esse.

Examen catapotiorum seu pilularum, quorum usus est apud pharmacopolas,
excusum Venetijs in 8. & Basileæ in officina Frobeniana in 4. chartis 18. unà
cum Enumeratione medicamentorum purgantium, uomitoriorum, & aluum
mollientium, quam ego quondam congessi. Hic Brasauoli liber, ut reliqui hu-
ius authoris, dialogus est ipsius & Pharmacopolæ senis. Ab initio autẽ per duas
chartas & dimidiam, præter institutum de compescendis affectibus & iniurijs
obtrectatorum ferendis docet: deinde catapotiorum compositionem & appara-
tum præscribit, ac de simplicibus medicamentis, unde constant, differit.

Stilus huius authoris ubiq; dilucidus ac simplex est, citra ullã ornatus affectatio
nem. In fine catapotiorum examinis promittit se scripturum quoque de cathar
ticis medicamentis, quæ uel liquida sunt, uel consistentie mellis formã habent aut
paulò densiorem.

Scripsit & in præsagiorum libros Hippocratis commentarios, si bene memini
inscriptionem, qui propediem publicabuntur.

ANTONII Musoti erudita scripta Antonius Codrus in fine epigramatum suorum
hoc tetrasticho laudat.

Ingenium Tulli, sacri uel adesse Maronis
Temporibus nostris maxima turba negat.
Quæ tua si Antoni legeret nitidissime scripta,
Hoc utrunq; sibi cerneret esse loco.

ANTONIVS Nicellus I.C. scripsit, Quo casu citatio non ualeat.
De glossis contrarijs, & earum accordantijs.

T.cl.1230. ANTONIVS dictus de Padua, natione autem Hispanus Vlyssiponeñ. ordinis mi-
norum, & beati Francisci discipulus, scripsit inter cætera ingenij opuscula ualde
elegantes & ardentissimos
Sermones de tempore, lib. 2. Erunt signa, &c. dicit.
Sermones quoq; de sanctis, lib. 1.
* Sermones huius scriptoris excusi reperiuntur.

ANTONII Panormitæ de dictis & factis Alphonsi regis Aragonum libri quatuor,
excusi Basileæ in 4. apud Heruagium 1538. cum Aeneæ Syluij commentarijs,
quæ capitatim cum Alphonsinis contendunt, & Iacobi Spiegelij scholijs. Om-
nium chartæ sunt 37. & dimid.

„ Ex procœmio Ant. Panormitæ: Nostris quidem temporibus etsi non cõtigit
„ uirum uidere, ut quondam, oraculo Apollinis sapientissimũ iudicatũ, certe conti-
„ git Alphonsum intueri, qui sine controuersia regũ principũq; omniũ, quos nostra
„ ætas tulerit & sapientissimus & fortissimus haberetur. Cuius dicta aut facta tanto
„ chariora esse debebunt, & memoria digna maiore, quanto pauciores uel omni-
„ bus sæculis reges inuenti sunt, ingenio sapientiaq; præstantes, &c. Itaq; nobis
„ nec dicta nec facta literis merito tradenda desunt: quinimò talia se offerunt,

ut neq;

ut neq; de philisopho, neq; de rege ferè ullo unquam grauiora uel iucundiora ue "
legeris uel audieris. "

Antonius Panormita Alphonsi Aragonis Siciliæ regis magister epistolarum fuit, eiusq; dicta factáue memorabilia conscripsit. Raph. Volaterranus.

ANTONIVS de Parma, ordinis Camalduleñ. prior generalis, scripsit ad directionẽ T.cl.1420.
prædicatorum uerbi dei nonnulla præclara opuscula, quibus nomen suum notificauit, è quibus præcipua feruntur,

Sermones de tempore, lib.1. Cum appropinquasset.
Sermones de sanctis, lib.1. Sermones per quadragesimã, lib.1.
Et quædam alia.

ANTONIVS de Petrucia scripsit de iureiurando l.1. secundo Digesti Vet.

ANTONIVS de Prato Tridentinus scripsit librum de republica,
De feudis, De secundis nuptijs, Repertorium in Bar.

ANTONIVS Rosellus, natiõe Tuscus, utriusq; iuris professor eximius, scripsit mul T.M.1487.
ta præclara opuscula, quibus nominis sui memoriam posteris commendauit. Sed ego nihil eorum me usquam uidisse memini. Fertur autem eius insigne opus,
De monarchia mundi, lib.3. In legibus uarij tractatus.
Et alia complura.

* Antonij de Rosellis Aretini tractatus de potestate imperatoris ac papæ, & Concilij: & an apud papam sit potestas utriusq; gladij: et de materia Conciliorum, qui appellatur monarchia. Impressus Venetijs 1487. in fol. chartis 57. In hoc uolumine argumenta in utranq; partem producuntur: sed concluditur autho ritatem pontificis summam esse in rebus diuinis, Imperatoris autem in humanis ac terrenis. Stilus incultus, ut id sæculum ferebat. Conclusio operis: Con- "
cludamus igitur Romanum imperium iuste esse apud Germanos, & per conse- "
quens apud nostrum monarcham iustissimum Federicum III. cuius uota Deus "
æternus prospere felicitet & perpetuò secundet. "

* Antonius Rosellus Hetruscus scripsit in iure ciuili. Raph. Volaterr.

Antonius de Rosellis (aliâs Roxellis) Aretinus scripsit de successionibus,
De legitimatione spuriorum.

ANTONII Rubei commentaria in iure, impressa.
Super Digest. Nou. de acqu. rer. do. l. Ea quæ ciuiliter, paragr. post mortem.

ANTONIVS Stuppanus Rheticus auxit dispensarium medicamentorum compo- sitorum Nicolai. Impress. Lugduni 1543. forma enchiridij apud Frellæos.

ANTONIVS Syluiolus Parisieñ. poëta & orator insignis, tribus linguis, Gallica scili T. in appẽdice.
cet, Latina, & uulgari Itala excellit. Scripsit multa & præclara, in primis in uulga- ri suo comœdias plures: Latine uerò emisit,
Elegiarum, lib.1. Epigrammatum, lib.1.
Dialogos plures & graues. De Venetis triumphum.
Scripsit & indies scribit alia longe maiora.

ANTONIVS Thylesius Cosentinus Mediolani cum alios honestissimos discipulos bonis literis instituit, tum ex nostratibus Io. Iacobum Ammianum collegij Tigu- rini Scholarcham Latinęq; eloquentiæ professorem, colendissimum præceptorem meum, & Rodolphum Collinum doctissimum in collegio nostro Græcæ linguæ interpretem, cui ego etiam propter eius linguę, quantulamcunq; sum adeptus, co gnitionem plurimum debeo.

Antonij Thylesij de coronarum generibus apud antiquos commentarius ad Ioan. Matthæum Gybertum: excusus Coloniæ, anno 1531. in 8. chartis duabus.

Libellus de coloribus, impressus Basileæ in fine Actuarij de urinis apud Cra- tandrum: & apud Frobenium pro appendice Lazari Bayfij scriptorum de re na- uali, uestiaria, & uasculis, chartis duabus.

Præfatio authoris.

» Dicam aliquid de coloribus in hoc libello, non quidem unde conficiantur, aut
» quæ sit eorum natura: neq; enim pictoribus hæc traduntur aut philosophis, sed
» tantum philologis, qui Latini sermonis elegantiã studiose inquirunt. Scribam om-
» nia breuiter & accurate, ac rerum ipsarum nomina, quo statim colores intelligan-
» tur, singulis apponam.

Cyclops hexametro carmine, & Galatea elegiaco. Tiguri apud Froschouerum, 1551. in 8. charta 1. Cyclopis argumentum: Aeneas Achæmenidem ab Vlysse in antro Polyphemi inter trepidationem relictum, sed iam abs se in nauem receptum, seruatumq; interrogat, quas Polyphemus post effossum oculum querelas ediderit, eas Achæmenides non grauatim Aeneæ ac pulcherrime refert.

Galateæ argumentum: Polyphemus pastor cum in syluis de Galateæ amore secum quereretur, & Echo eius uerba redderet, existimans Galateam amicam alicubi latentem secum ludere, ac sua iterare uerba, ita tandem eam alloquitur.

Imber aureus Tragœdia, de Danaë Acrisij filia, quam Iupiter in auream pluuiam mutatus grauidam fecit. Impressa Norembergæ in 8. 1530. chartis 4.

» Ex præfatione Lelij Aleandri: Cum Tragœdia hæc Antonij Thylesij, uiri,
» mediusfidius, ut eius scripta declarant, ingenio, ac uaria doctrina expoliti, in ma-
» nus meas peruenerit, sic ipsa sermonis elegantia, dicendiq; puritas, sic passim ser-
» uata grauitas, sententiarumq; splendor ubiq; sese mihi offerebant, ut non possem
» non maiorem in modum admirari, uirum, his temporibus nostris id scriptis suis
» assecutum esse quod nemo post ueteres illos, ne attingere quidem ausus est. Sene-
» ca enim tametsi plenus sententiarum sit, arsq; fortasse, quæ præstari à scriptoribus
» omnibus præcipue debet, in eo non requiratur, tantũ abest, ut eum Latine ac pu-
» re loquutum esse existimem, ut ob id etiam in Latinorum scriptorum numerum
» cooptandum esse minime censeam. At Thylesius de suo, non autem aliena scripta
» inuadens, Latine ita pure ac proprie omnia nobis exponit, ut Plautino, uel potius
» Terentiano ore eloqui uideatur. Et in argumẽto: In hac tragœdia metus sunt
» uarij, querelæ, fletus, minæ, atq; etiam pugnę, cædesq;: quæ omnia passim illustra
» ta sunt sententiarum ac uerborum splendore, sic ut tragœdia, quo genere poëma-
» tis nihil grauius auditur, Latine uideatur eloqui non indecenter.

Habet præterea D. Rhodolphus Collinus noster Idyllia siue poëmatia sex huius authoris nondum publicata, uidelicet Aeneam, Lucernam, Thetin, Charites uel Fraga, Arundinem, & Promotheum.

ANTONIVM Tudertinum Des. Erasmus in Ciceroniano suo nominat, ut qui scripserit aliquid.

ANTONII de Vercellis sermones, excusi.

ANTONII Zeni (aliâs Zenonis) Policolæ Veneti, liber de natura humana et de embryo, ad Senatum populumq; Venetum: impressus Venetijs anno 1491. chartis 14. & dimid. Huius libri prior tractatus de embryo præcipue, posterior magis de fœtu disserit.

Primi tractatus capita 12.

1 De sterilitatis cautelis.
2 De humani seminis diffinitione & genio.
3 De fœcunditate & rectificatione eiusdem.
4 De seminariorum uasorum, & membri causa & genio.
5 De matricis & secundinæ causa & genio.
6 De matrice rectificanda & fœcundanda.
7 De seminis iniectione & genio.
8 De spermatis coniunctione & natura.
9 De conceptione & generatione.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [168] - 64r
PUBLIC DOMAIN

10 De aborſus cauſis & cautelis.
11 De propinquantis aborſus coniecturis & remdijs.
12 De embryi † eucharistia, & eius ætate cum dependentibus.
Sigillum, de embryi zephyratione (id est, uoluptate quadam) & exultatione.

† *Sic nominat, quia matrix ipſum bona gratia (ut ipſe inquit) amplectitur.*

Secundus tractatus de embryi formatione, & animæ infusione in capita 13. diuiditur.

1 De embryi & fœtus natura & fato.
2 De rebus quæ obſunt, quæq; proſunt embryo, & fœtui.
3 De coniecturis ſalutis & ægrotationis embryi & fœtus.
4 De embryi & fœtus peculiaribus ægrotationibus.
5 De fœtus uiuacitate ac titillatione.
6 De numero fratrum & ſororum prognoſticando.
7 De ſexus differentia ante partum illæſa matre præcognoſcenda.
8 De partus obſeruatione & maturatione.
9 De rebus fœtum ad natiuitatem rectificantibus, & facilitantibus.
10 De propinqui iam partus termino, & labore prognoſticandis.
11 De partu & obſtetricatione.
12 De primis infantis ſuſceptione & regimine.
13 De nutricis electione & regimine.

De conſideratione coſmi & microcoſmi ſecundi tractatus ſigillum.
Stilus eſt barbarus, admiſcentur & ſuperſtitioſa quædam & magica.
Scripſit & alios ſeptem libros, planetarum nominibus inſcriptos, de reliquis humanæ uitæ ætatibus, qui an exiuerint in lucem, certum non habeo.

ANTYLLI multa fragmenta paſſim in libris Aëtij proferuntur, uidelicet:
De inſolatione, operimento arenæ, alijſq; fomentis.
Quomodo uena incidenda. De inciſionis magnitudine.
De figura diuiſionis. De cucurbitulis.
De purgatione. Chirurgia euerſionum genarum.
De dyſenteria.

Antylli fragmenta aliquot leguntur apud Ioan. Stobæum ſermone 99. de Sanitate inſcripto: uidelicet,
De diſcrimine aëris ſecundum diei partes.
De differentijs in ipſo aëre.
De differentijs quæ habentur in ſingulis anni partibus.
De locis & differentia aëris ſecundum ipſos.
De quatuor auxiliorum generibus.
De aëris differentijs. Et rurſus de eiſdem iuxta partes menſium.

ANYTES epigrammata Græca 17. extant in Florilegio Planudis.

AONII Palearij Verulani de animorum immortalitate libri tres uerſibus heroicis: excuſi apud Gryphium Lugduni in 8. anno 1536. chartis 5. & dimid. Ad Ferdinandum regem Romanorum.

Librorum ſectio & index.

Quæſtio omnis de animorũ immortalitate tribus à nobis libris pertractata eſt. Nam cum quidam, qui uulgo à Græcis athei dicti ſunt, deos nullos omnino eſſe crederent, atq; ex ea re animorum mortalitatem firmiſſime aſſeuerarent, aduerſus hos primo loco conſiſtendum fuit. Itaq; in primo libro Deum eſſe, qui mundũ omnem regat, ex certiſſimis Stoicorum & Peripateticorum rationibus, quorum acutiſſima ingenia ſemper fuerunt, demonſtrauimus. Deũ præterea ad cœli uniuerſi temperationem ſedentem preces bonorum audire, neq; aſpernari (non enim defuerunt qui id affirmarint) quin eo pie ſancteq; cultu maxima eius in homines, & non obſcura quædã beneficia extitiſſe: cumq; de iis orbibus, quibus infixi ſunt

Argumentum primi libri.

„ errantium ſtellarum curſus, & de eorum conſtantia dicendum eſſet, ut προνοιαν
„ oſtenderemus, multa περὶ ψυχῶν τοῦ οὐρανοῦ (quas nos animas, & animos cœleſtes
„ poſſumus appellare) è media Chaldæorum recondita & ſanctiſſima diſciplina, ac
„ uetuſtiſſimis Græciæ ſapientibus accepimus, tum quod per hos nonnulla geren-
„ da eſſe in tertio libro dicturi eramus, tum quod res ea uerſibus digna uideretur.
„ Quoniam uero ex æternis illis mentibus animi hominum generi dati dicebantur,
„ non alienũ fuit perſcrutari, quænam mentes illæ eſſent, an Deus unus, an plures,
„ an ex cœli motu, & luce, an ἐκ τῆς ὕλης δ' υνάμεως, an ab ipſo Deo animi corpori-
„ bus hominum iungerentur. Itaq; in eo libello cum de iis ipſis ſatis eſſet dictum,
„ de animi ortu, deq; eius partibus, ex doctiſſimorum hominum monumentis, mul
„ ta à nobis collecta ſunt, plæraq; illuſtrata.

Secundi. „ Quamobrem cum præclare fundamenta iecisſe uideremur, in ſecundo libro
„ Stoicorum, & ſi quæ erant Peripateticorum rationibus, immortales eſſe hominũ
„ animos probauimus.

Tertij. „ In tertio cum quædam firmiſſimis argumentis muniremus, magna ex parte
„ ſanctiſſimos uiros theologos (utar eo ſanè libenter uerbo, cum iam Latinum ſit) &
„ eos in primis Chriſtianos, κατὰ τῶν ἀληθειῶν ἀληθεςάτην, ut aiunt, ſecuti ſumus: in
„ quo certa eſſe, & æterna quædam bonis uiris cõſtituta præmia, malis uero ſuppli-
„ ciorum exempla omnia: tum multa de earum rerum fatali neceſſitate, quam εἱμαρ-
„ μένην uocare ſolent, proſecuti ſumus: ita ut in ea quæſtione, quæ certe quidẽ per-
„ difficilis & perobſcura ſemper habita eſt, Latinis uerſibus, quantum in nobis fuit,
„ nihil homines noſtri deſyderare poſſe uideantur. Hæc ipſe author de ſui poẽ-
matis argumento præfatur. Deinde fuſius quæ ſingulis libris continentur ſumma capita & argumenta ordine quaſi in tabula proponit, ſoluto ſimiliter ſermone.

Iacobi Sadoleti Carp. epiſcopi de his libris teſtimonium in epiſtola præliminari ad Gryphium typographum.

„ Atq; ibi uideo id, quod mihi primum ſummæ uoluptati, deinde penè incredibi
„ li fuit admirationi, rem tantam, quanta altera nulla eſt, quæ quidem ingeniis pro-
„ poſita ſit, & conſiderationibus, tam grauiter, tam erudite, tam etiam & uerbis &
„ numeris apte, atq; eleganter tractatam eſſe: nihil ut fermè noſtrorum temporum
„ legerim, quod me in eo genere delectarit magis. Nam nec ſententiarum, oratio-
„ nisq; ubertas in tam difficili, ac penè ſpinoſa materie, ulla deſideratur: nec in ex-
„ ponendis rebus reconditiſſimis lux atq; facilitas. Numerus porrò carminis is eſt,
„ ut uideatur Lucretium uelle imitari, redolet enim antiquum illud: Sed ita ſapore
„ humanitatis conditus eſt, ut aſperitate dimiſſa, uetuſtatis tamen authoritas ſalua
„ remaneat, atq; hæc in uniuerſum. Illa iam partium ſingularum propria, nihil non
„ latiniſſime dictum, nihil non accurate, quóue iudicium, ac diligentiam adhibitam
„ eſſe non pateat: multaq; præterea ubiq; nitentia ingenij & uenuſtatis luminibus,
„ &, quod ego pluris quàm reliqua omnia facio, Chriſtiana mens, integra caſtaq; re
„ ligio, erga Deum ipſum honos, pietas, ſtudium in eo libro uel maxime, non ſolum
„ docere mentes errantium, ſed etiam animos incendere ad amorẽ puræ religionis
„ poſſunt.

APHANIS librum Ariſtonis nomine inſcriptum citat Athenæus.

APHRICANVS. Vide Africanus.

APHRICANVS paradoxa ſcripſit, unde quædam decerpta in Geoponicis Græcis Conſtantino attributis leguntur.

APHTHONII ſophiſtæ progymnaſmata, id eſt, præludia uel præexercitamenta in artem rhetoricam: impreſſa Lutetiæ in 4. apud VVechelum, chartis 5. anno 1531. Solent autem præponi rhetoricæ Hermogenis: proinde Suidas non ſimpliciter Aphthoniũ progymnaſmata ſcripſiſſe inquit, ſed in Hermogenis artem progymnaſmata. Inde forſan deceptus eſt Raph. Volaterranus in Anthropologia, dicens ab Aph-

ab Aphthonio tum progymnasmata scripta esse, tum in artem Hermogenis commentarios: nisi forte anonymum illum expositorem, qui præter Syrianum, Sopatrum, & Marcellinum accedit, præsertim in libros de Inuentione & de Ideis, Aphthonium existimet, quod non opinor. Nam in plurimis locis, quos è Græcis in Anthropologia transfert, aliquid uitij deprehendas.

Capita progymnasmatum Aphthonij 14.

Fabula.	Narratio.	Chria.	Sententia.
Refutatio.	Confirmatio.	Locus communis.	
Laus uel encomiū.	Vituperatio.	Comparatio.	Aethopœia.
Descriptio.	Thesis.	Legislatio.	

Singulis autem hisce thematibus postquam definita sunt, exempla subiungun-
tur, quæ per certos locos rhetoricos ducuntur, adscriptis locorum siue capitū no-
minibus. Exempla singulorum, eodem ordine quo iam enarrauimus, thematū
hæc sunt,

Fabula de formicis & cicadis incitans iuuenes ad laborem.
Narratio de rosæ purpureo colore.
Isocratis chria: Doctrinæ radix amara, dulces autem fructus.
Sententia Theognidis de fugienda paupertate.
Confutatio historiæ Daphnes. Eiusdem confirmatio.
Contra tyrannum locus communis.
Thucydidis encomium: Sapientiæ encomium. Vituperatio Philippi.
Achillis & Hectoris comparatio.
Aethopœia cum perturbatione: Qualis Niobes sermo fuerit occisis liberis.
Descriptio arcis Alexandriæ.
Thesis, an uxor ducenda sit.
Accusatio legis mœchum in crimine deprehensum occidi iubentis.

Hunc librum Reinhardus Lorichius Hadamarius scholijs & compluribus exemplis illustrauit, & in præfatione ita scribit: Nō uideo quis author ad eloquen “
tiæ destinatorum puerilium ingeniorum captum magis appositus sit, quàm Aph- “
thonius, qui minora opera quæ uocauit progymnasmata, scripsit breuitate tam “
dilucida, ut uix alius perspicua magis & utili potuisset ratione. Et cum dicendi uir- “
tutes (authore Cicerone) tribus modis assequi liceat, arte, imitatione, & exercita- “
tione, non occurrit qui Aphthonio præferri debeat author, in quo commodior ad “
illa tria præformans institutio sit expressa, &c. “

APOLLAS scripsit de ciuitatibus in Peloponneso, ut refert Athenæus.

APOLLINARIS Cremonensis, Sanctus Pisaureñ. Benedictus Musinus, Ioannes Horologius Paduanus, Antonius Guaynerius, omnes ferè sub Eugenio 4. & Francisco Sfortia, commentarios & practicas, ut uocant, reliquerunt. Otho Brunfelsius in catalogo medicorum.

Claudig – APOLLINARIS Hierapolitanus, in Asia episcopus, scripsit opuscula, è quibus ista T.ch.1054 Euseb. 170.
Euseb. l.5.c.17.& feruntur;

Apologeticus pro Christianis, lib. 1. ad Imper. Antoninum Verum. Contra Iudæos lib. 2. citante Eusebio H. E. lib. 4. c. 25 et 26. p. m. 49. 50. l. 5. c. 19. p. 81. g. eam ubi vocat Apollinarium.
Aduersus gentes, lib. 5. De ueritate, lib. 3. al. 2.
Aduersus Cataphrygas, lib. 2. Ex Diuo Hieronymo.

APOLLINARIS Laodicenus Syriæ episcopus, scripsit præclara quædam, è quibus T.ch.380. Bellarm. 365.
extat opus celeberrimum, Contra insanum Porphyrium, lib. 30.
Et quædam alia. Ex D. Hieronymo, in Cabalæ vocat. et Honorio ibid.

De Apollinario Laodiceæ Syriæ episcopo copiose scribit Suidas, & inter cætera quod uniuersam Hebræorū scripturam heroicis carminibus transtulerit. Ego Venetijs psalterium ab hoc authore, si bene memini, translatum uidi hexametris elegantissimis apud clarissimum uirum D. Arnoldum Arlenium.

Apollodori tot sint et tam varij, ut Scipio Tetty integrum de his volumen conscripserit.

APOLLINARII epigrammata tria leguntur in Florilegio Planudis.

APOLLODORI Bibliotheca, opus Græcum extat in Italia.

APOLLODORI uersus iambicos non raro citat Stobæus.

APOLLODORI Arithmetici distichon libro nono Athenæi.

APOLLODORI Atheniensis uaria scripta ab Athenæo recensentur:
De etymologijs. De dijs. Περὶ κρατῆρος φιλοδοξίας.
De nauium catalogo. De temperante. De meretriculis Athenis.

APOLLODORI Carystij fabulas 4. Athenæus allegat.

APOLLODORVS comes sacri consistorij sub Theodosio cum aliquot alijs in Theodosiano codice elaborauit.

APOLLODORI Geloi fabulæ 2. citantur ab eodem.

APOLLODORVM Lemnium M. Varro lib. 1. cap. 1. inter plantarum & agriculturæ scriptores numerat.

APOLLONIDAE cuiusdam habentur epigrammata Græca 23. in Florilegio Planudis, ex quibus in primo libro 14. sunt, reliqua in sequentibus.

APOLLONIDAE senarios aliquot refert Stobæus in laude nuptiarum.

APOLLONII scripta in medicina citantur in 16. diuersis locis apud Galenũ de compositione secundum locos, & inter cætera liber primus de facile parabilibus.
Apollonij collyrium ad carbunculos recensetur apud Aëtium libro 7. cap. 30.
Idem Aëtius alibi Apollonium Memphitem citat.
Appollonij duo Antiocheni pater & filius, medici Empirici, apud Galenũ nominantur. Meminit eorundem Celsus libro 6. cap. 1. inter Chirurgiæ professores.

T.cl.130. APOLLONIVS quidam uir disertissimus fuit, ut patet legentibus insigne illud uolumen, quod maximis eloquentiæ leporibus composuisse dicitur,
Aduersus Montanum, lib. 1. Et alia complura ædidit ignota mihi.
Vide copiosius apud D. Hieronymum.

T.cl.190. APOLLONIVS senator Romæ scripsit inter alia Apologeticum pro fide nostra.
Vide D. Hieronymum.

APOLLONII Alexandrei Dyscoli de constructione libri 4. impressi Venetijs in 4. apud Aldum, & Florentiæ in 8. anno 1515. & olim Romæ, sed omnes istæ æditiones imperfectæ sunt. Nicolaus Sophianus uir Græcus, & in ea lingua doctissimus, ostendit mihi Venetijs exemplar suum impressum, cui multa folia, quæ deficiebant, manu ascripta erant. Hic Apollonius pater fuit Herodiani Grammatici, & scripsit plurima opuscula rei Grammaticæ, quæ apud Suidam enumerantur. Alius Apollonius Alexandreus, infra dicetur in Apollonio Rhodio.

APOLLONIVS Aphrodisieus, pontifex & historicus, scripsit de Trallibus, de Orpheo, deq; eius sacrificijs. Suidas.

APOLLONIVS Archebuli aut Archebij filius scripsit de uocabulis Hanericis ordine literarum. Suidas.

APOLLONII Iunci uerba apud Stobæum in comparatione uitę & mortis. Et nescio an idem sit author Iuncus citra aliud prænomen, cuius satis prolixum fragmentum ex libro de senectute Stobæus in eiusdem argumenti loco recenset.

APOLLONIVS Molo calumnias quasdas contra Iudæos scripsit, ut meminit Iosephus libro secundo aduersus Appionem. Ciceronis & Cæsaris præceptor fuit.

APOLLONIVS Mys allegatur apud Galenum in secundo libro de antidotis.

APOLLONII Pergæi Conicorum liber Græcus habetur in Italia: & Latinus iam à quodam factus est. Volaterranus Astrologum cognominat, & in bibliotheca Vaticana extare testatur.

APOLLONIVS Pergamenus nominatur apud M. Varronem lib. 1. cap. 1. inter plantarum & agriculturæ scriptores.

APOLLONII Rhodij Argonautica ad multa manuscripta exemplaria collata sunt, & impressa

& impressa Venetijs apud Aldum in 8. anno 1521. cum scholijs Græcis, quę ex Lucilli Tarrhæi, Sophoclei, et Theonis annotationibus collecta sunt. Constant heroico uersu, in libris 4. chartis 12. & dimid. Commentarij uero seorsim chartas 15. implent. Hic poëta dictus est Rhodius, quod in Rhodo ageret, Alexandriæ natus, Callimachi discipulus, æqualis Eratosthenis Grammatici: cuius etiam successor fuit in præfectura bibliothecæ apud Ptolemæũ Euergeten. Suidas. Cum iuuenis adhuc Argonautica à se scripta ostenderet, reiectus est: sed postea rursus idem opus longo studio emendatum ostendens, tantam inde gloriam nactus est, ut ciuitatis ius & honores apud Rhodios consequeretur. Plura de eo, & argumentum Argonauticorum, habes in principio libri impressi Græce.

APOLLONII Smyrnæi epigramma Græcum in quarto libro Florilegij Planudis.

APOLLONII Tyanei epistolæ, cum alijs diuersorũ Græcis epistolis impressæ ab Aldo, chartis ferè tribus in 4. Scribit autẽ epistolia 17. ad Euphratem, ad Dionẽ 2. Seuleuciorum πρεσβείαις 3. Scopeliano sophistæ 3. Lesbonacti 2. Critoni 1. Hellanodicis & Eleis 1. Peloponensibus 1. Sacerdotibus Delphicis 1. Regi Scytharum 1. Legislatori 1. Quæstoribus Romanorum 1. Gubernatoribus Asiæ 1. Scribis Ephesiorum 1. Milesijs 1. Sapientibus in Musæo 1. Hestiæo 3. Corinthio Basso 2. Sardianis 6. Platonicis 1. Ephoris 1. Musonio 2. cum responsis Musonij. Vespasiano 3. Ὀνησόφοις, id est, illis qui sibi sapere uidebuntur, 1. Hestiæo fratri 1. Gordio 1. Tyanensium senatui & populo 1. Diotimo 1. Pherucciano 1. Dicæotis Romanorum 1. Apollonio fratri 1. Scriptoribus doctis 1. Valerio 1. Ephoris & Lacedæmonijs 2. Ephesijs in Dianæ templo 3. Milesijs 1. Trallianis 1. Saitis 1. Ionibus 1. Stoicis 1. Discipulis 1. Frumenti cauponibus 1. Tito regi 1. Demetrio Suniensi 1. Ex his etiam aliqua habentur in uita huius authoris à Philostrato descripta.

Apollonij uerba ad Idomenen, ad familiares suos apud Stobæum de continentia, & de garrulitate: ad Delium in sermone de ueritate: ad Satyrum in sermone de amore sui: ad fratres in sermone de inuidia: ad Numenium in Consolatorijs: ad Dionem in sermone de assiduitate: ad Danaum, ibidem: ad Euphratem in sermone de iniustitia: ad Macedonẽ in sermone de ira: ad Lycũ in laude paupertatis.

Apollonij Tyanei philosophi uitam, dicta factaq; Philostratus descripsit: eius historiæ compendium quoddam habes apud Raphaëlem Volaterranũ in anthropologia. Vide etiam in Suida.

APOLLOPHANIS fabulæ 3. apud Athenæum nominantur.

APPIANI Alexandrini sophistæ de ciuilibus Romanorum bellis historiarum libri quinq;. Item Libri, Illyrius, Celticus, Libycus, Syrius, Parthicus, Mithridaticus. Omnes conuersi à P. Candido, qui minister Nicolai Pont. v. ab epistolis fuit. Impressi Moguntiæ 1529. in 4. chartis 96. cum indice: et accuratius à mendis repurgati ueterum collatione codicum, quàm antea unquam ut titulus pollicetur. Reperiuntur ijdẽ libri Græce Romæ, & alibi in Italia. Raphaël Volaterranus in anthropologia Appianum 22. libros historiæ Romanæ composuisse scribit, quorum 9. tantum ad nos peruenerint conuersi à P. Candido: præterea de ciuili bello Cæsaris & Pompeij libros 5. huius authoris extare. Ego aliàs in catalogis bibliothecarum, quas Italia habet, lego Appiani Ἐμφυλίων lib. 5. aliàs, Italicæ historiæ lib. 5. Ad hæc Hibericam & Hannibalis historiam, sed forte Hannibalica eadem est, quæ Libyca, siue Carchedoniaca, de secundo bello Punico tractans.

Vixit A. C. 130. sub Hadriano. Vide Photii Biblioth.

Argumenta quinque librorum de ciuilibus bellis, quos P. Candidus uertit.

Libro primo continentur.

Explicatio legis Agrariæ.
Tribunitiæ potestatis immutatio.
Graccorum interitus.
Seditiones inter senatũ & equestrẽ ordinẽ.

Bellum ſociale. Contentio inter Marium & Syllam.
Syllæ monarchia. Quæq; poſt eius obitum à Sertorio eo anno in Iberia, à Spartaco in Italia acta ſunt.

Libro ſecundo continentur.

Catilinæ coniuratio & mors. Cæſaris probitas in Iberia.
Seditiones eiuſdem in urbe. Clodij obitus.
Origo odij inter Cæſarem & Pompeium.
Principium ciuilis belli.
Quæ à Cæſare in Iberia contra Pompeij duces geſta ſunt.
Belli Pharſalici uictoria à Cæſare.
Quæ in Alexandria, Syria, Aphrica, & Hiſpania peregit Cæſar.
Demum ipſius interitus, & tumultus in urbe referuntur.

Libro tertio continentur.

Diſceſſus conſpiratorum ex urbe.
Aduentus Octauij Cæſaris. Contentiones eiuſdem cum Antonio.
Trebonij mors à Dolabella. Quemadmodum Antonius hoſtis iudicatur.
Bellum Mutinenſe, & Antonij conflictus.
Hircij & Panſæ interitus. Conciliatio Antonij cum Lepido.
Conſulatus occupatio ab Octauio.
Poſtremo Dec. Bruti finis refertur.

Libro quarto continentur.

Triumuirum conſpiratio in ſenatum.
Tumultus & clades urbis. Proſcriptiones optimatum & interitus.
Varij & admirandi fortunæ caſus.
Quæ à partium fautoribus in Libya geſta ſunt.
Dolabellæ mors. Belli apparatus per Brutum, & Caſſium in Aſia.
Octauij demum & Antonij in utroſq; uictoria.

Libro quinto continentur.

Nouus ſenatorum apparatus in Octauium & Antonium.
Quæ ab Antonio in Aſia, à Cæſare in Italia in promerendis uictricibus copijs agitata ſunt.
Diſſenſio inter Octauium & L. Antonium.
Peruſina fames.
Conciliatio iterum, & affinitas, orbisq; partitio inter Octauium & Antonium.
Conciliatio item cum S. Pompeio ab utriſq;.
Diſſenſio iterum, & nauale bellum inter Sextum & Octauium.
Sexti fuga, & mors ſubinde deſcribitur.

Illyriorum libro hæc inſunt (chartis 2. & quar. par.)

Illyriorum ſitus & eorundem origo populorum peruetuſta.
Quæ ab Octauio in Illyrios, quæue ab alijs prius geſta referuntur.

Libro Celtico aut fragmento potius ab alio quodam decerpto ex integro Appiani libro: ut Vaticanæ bibliothecæ catalogus teſtatur, continetur (in tribus octauis unius chartæ) breuis explicatio Celtici belli uſq; in finem.

De Libyco ſupra diximus. Syrus ſiue Syriacus, bellū cum Antiocho narrat.

Ex proœmio Romanæ hiſtoriæ.

» Romanorum hiſtoriam ſcribere adorſus, neceſſarium in primis mihi exiſtima-
» ui, terminos præponere quibus nationibus imperent Romani, &c. Deinde Ro
mani imperij finibus, forma & magnitudine enumeratis, hæc uerba ſubijcit:
» Et hæc quidem multi Græcorum, multi etiam Romanorum perſcripſere. Cæ-
» terum cupientem Romanorum reſgeſtas per uniuerſum contemplari, adduxit
» ſæpenumero hæc ſcriptura Carthagine in Iberiam, ex Iberia in Siciliam uel Ma-
cedoniam

cedoniam per legatos, aut auxilia ad exteros dimissa, iterumq; in Carthaginem ac Siciliam reduxit, ueluti errabundũ, ac denuo ab his imperfectis se conuertit, quousq; à me per partes est collecta: quotiens Romani in Siciliã bella gessere, aut emisere legatos, aut quid aliud egere in Sicilia, donec insulã in hunc, in quo nunc est, ornatum statuerunt. Quotiens Carthaginensibus intulere bella, aut inducias cum illis effecere, aut legatos ad illos dimiserunt, aut ab illis recepere, aut aliud egerunt, aut passi sunt ab eis donec Carthaginis urbem euerterunt, & nationem Libycam reduxere in potestatem, & denuo sibijpsis erexere Carthaginem, Libyam, ut nunc est, demũ statuentes. Hæc omnia à me per nationes quasq; suo ordine sunt descripta: ut qui populorum imbecillitatem uel potentiam, aut uictorum uirtutẽ felicitatemue cognouerim, aut si quid illustre contigit, notum habeam. Quę uero interim apud alios Romanis euenere, enarro singula, & eorũ gestis interpono. Tempora autem in omnibus referre superuacaneũ existimo: tum si qua memoratu digna ex interuallo contigere uicissim refero, & quæ Romanis fuere noxia, &c. Plura quoq; his & alijs similia, quæ eximia habentur, subinde refero. Tribus autẽ libris existentibus, in quibus omnia quæ à Romanis in Italia gesta sunt cõgeruntur, eos omnes Romanorum Italicos puto appellandos, uerum ob rerum magnitudinẽ in partes diuidendos. Primus autem quæcunq; sub septem regibus acta sunt, quæue ab illis, cõtinet, quem Romanorũ Regium dicemus. Qui uero deinceps, quæ per reliquam Italiã separatim ab ijs quæ per Ionium sinum gesta sunt cõtinet, in prioris comparationẽ Romanorum dicemus Italicũ. Vltimi Samnites erunt, qui Ionium incolunt, & magno difficilioq; bello per annos 80. conflictati sunt: & post hos quæcunq; gens illis finitima auxilio fuit, & Græci omnes, qui sub Italia sunt, colligun- tur, quem in priorum cõparationem Romanorũ Samniticum dici uolumus. Reli qui iuxta ordinem inscribentur omnes, Romanorum Celticus, Siculus, Iberius, Hannibalis, Carthaginensis, ac Macedonicus: & deinceps pari modo unus alium ex ordine sequetur, quemadmodum bellum ex bello nasci contigit, quousq; mulța tandem finis huic genti dabitur. Quæcunq; autem Romani inter se dissidentes, aut ciuilibus bellis contendentes egere, quæ omnium formidolosiora illis extitere, per seditionum duces acta describemus, partim per Marium atq; Syllam, partim per Pompeium & Cæsarem, alia per Antoniũ & Cæsarem alterum cognominem Augustum in percussores primi Cæsaris, alia per Antonium & Augustũ inter se dissidentes atq; bellantes, quoad postremũ peracto ciuili bello, Aegyptus quoq; ad Romanorum accessit principatum. Hæc igitur per libros singula populorum ducumq; ciuilia bella partimur. Postremo exercitus eorum & copias quas habuere, aut prouentus quos ex singulis carpunt nationibus, aut ualidioribus præsidijs absumunt, & quæcunq; alia huiusmodi cognitione digna. Aequum est autem de uirtutibus eorum differentem ab hoc genere capere initium.

Qui uero ista perscripserim multi nouere: & ipse apertius dicere proposui. APPIANVS Alexandrinus, prius quidem in patria degens, mox Romæ sub imperatoribus forenses professus causas, quoad me ipsis inseruire dignum putant. Sin & reliqua scire appetis, etiam de his à me conscriptum est.

Ex præfatione Pub. Candidi ad Nicolaum v. summum Pont. quæ procœmium historiæ Romanæ iam commemoratum antecedit: & sanè debebant primum in uoluminibus excusis locum tenere, cum temere post historiam demum de ciuilibus bellis collocentur.

Doleo equidem summe pater, his in libris traducendis non mediocrem mihi laborem, & industriam ereptam esse. Nam cum mecum ipse reputo duos & uiginti libros (tot enim Appianus exaraſſe dicitur) ita euanuisse, ut nouem uix à me, ac ne hi quidem integri posteritati tradi possint, omnis mihi scribendi feruor ille delabitur: quanquam hæc uetus apud nos historiæ querela sit, ut rerum gestarum scri-

pta deflere potius uacet, quàm inspicere.
Historia Libyca Romanorum: chartas habet 11.
Historiæ Romanæ libri Syrij: chartæ 6. Historiæ conclusio in Pompeium.
Et sic historiam omnem Syriæ intuemur ab Antiocho magno usq; ad Romanorũ uictoriam, deinde ab Alexandro superius reuertendo usq; in Antiochum ipsum; postremo ab Antiocho in Pompeium magnum.
Romanorum libri Parthici: chartæ sunt 3. & dimid.
Romanorum Mithridatici libri: chartæ 11.
Librorum quinq; de ciuilibus bellis: chartæ 54. In eorum fine testatur se statim post istos libros Illyrium & Macedonicum conscribere uelle.
Ex præfatione P. Candidi ad D. Alphonsum utriusq; Siciliæ regẽ: Nam cum priores Appiani libros, Libycũ, Syrium, Parthicũ, & Mithridaticum Nicolao v. summo Pontifici dum in humanis ageret è Græco transtulissem, reliquos Ciuiliũ bellorum commentarios, quæ Senatus populusq; Romanus inuicem gessit nondum æditos, aut perfectos à me, ad quem potius mitterẽ, quàm ad te inuictissime princeps Hispaniæ pariter, & Italiæ nostræ decus? & qui non minus optimarum artiũ studijs, & literis, quàm armis inclytus es atq; memorandus. Accipies igitur nouum opus, quod cum priscis illis uoluminibus ab his, qui historias scripsere posteritati traditis, facile conferri queat. Quod si in contrariũ nonnulli refragentur, ut æmulorum mos est, quem uelint ex Latinis in medium adducant, siue Crispũ, siue Cæsarem, siue Curtium, siue alia uulgata doctorum nomina, eorum qui historias scripserunt, nullos ex his, qui cum ciuilibus Appiani libris conferri possint, inuenient: si historiæ pulchritudinem & uarietatem, si orationum copiam, si bellorum magnitudinem, & eorum qui gessere gloriam, & famam, non eloquentiæ locinia metiri uelint: cuius tamen nec hi quidem omnino expertes sunt. Deinde cũ Romanorũ facinora omnia, ut magnifica & præclara celebrentur, quid magnificentius, aut præclarius ab illis actũ asseremus, cũq; cum exteris relictis inter se uertere manus? Et quanq; illa nefanda, & horrenda sint, illustria tamẽ habebuntur si ducum excellentiã, militum præstantiã, præcipuã in perferendis rebus tolerantiã, & prudentiam uelimus recensere, ut in his quæ Mutinæ, quæ Perusij, quæ alijs in locis gesta & transacta memorãtur. Adde quod doctis, & Ciceronis opera quotidie uersantibus, aut aliorũ qui de Romanis scripsere, nihil utilius, aut necessarium magis dicet quispiã, quàm historiã per partes cõcisam, & à uarijs authoribus hinc inde disiectam, uixq; quodammodo intelligibilem ordine suo inspicere: & quæ in Philippicis, quæ in familiaribus epistolis, & ad Atticũ à Cicerone perscribũtur intelligere. Ego mediusfidius dum hæc lego, non audire Romanorũ gesta, ut hactenus consueueram, uerũ intelligere: nec intelligere tantũ, sed interesse mihi uideor. Ita suo ordine singula apposita & descripta sunt: quod à Græco homine tam accurate diligenterq; fieri potuisse, utiq; admirarer, nisi iam perspectũ haberem & cognitum, quod luce clarius intueri datur, ex Augusti cõmentarijs, quos de uita sua ædidit, ut Suetonius refert, hos libros desumptos et exaratos extitisse. Sed hæc suo loco in Illyriorum bellis, quę ab eodem gesta sunt, sexto huius operis aperte describentur. Hic author in quibusdam Polybium secutus apparet.

APPION apud Suidam per simplex p scribitur.

APPION sub Seuero principe in Hexaëmeron tractatus fecit. Hieronymus.

APPION Grammaticus librum ædidit de luxu Apicij, Athenæo teste.
Contra Apionem Grammaticum Alexandrinũ Flauius Iosephus libros 2. scripsit de antiquitate Iudæorũ: & in libro secundo aliquot eius uerba ex tertio rerum Aegyptiacarum recenset, & multa contra Iudæos mendacia refellit.
Appion Alexandrinorum legatus ad Caium Cæsarem cõtra Iudæos mittitur, apud Iosephum libro 18. antiquitatum Iudaicarum.

APPII Claudij Cæci uitam Bernardinus Rutilius descripsit: ubi & orationem eius iam ætate confecti in Senatu habitam contra Pyrrhum recenset, & paulò inferius subdit: Eius orationis initium Ennius in Annalibus ita expresserat: "

"Quò uobis mentes, rectæ quæ stare solebant "
"Antehac, dementi sese flexere ruina? "

"Sed & Appij oratio ipsa, & nonnullæ mortuorum laudationes, usq; ad Ciceronis "
"extremam ætatem peruenere: adeo non omnibus improbatæ, ut inuenti sint, qui "
"Appium quàm Catonem magis imitarentur. Actiones etiam ab eo primum scri- "
"ptas Pomponius tradit. Legimus & carmen quoddam ab eo relictum, à Pythago- "
"ræorum institutis non abhorrens, quod Panætius Stoicus Philosophus quadam "
"ad Q. Tuberonem epistola ualde laudarit. "

APRIGIVS ecclesiæ Pacensis Hispaniarum episcopus, de cuius opusculis extat in- T.cl.530.
signe uolumen subtili sensu & illustri sermone
In Apocalypsin Ioannis, lib.1. In Cantica Canticorum, lib.1.

APRONIANI Grammatici aliquid extare legi, si bene memini.

APSINIS præcepta de arte rhetorica, Aldus impressit Græce cum alijs 12. rhetorum orationibus.

Apsinis Gadarei sophistæ scripta quædã in rhetorica adhuc extant. Raph. Vò later. Vide plura apud Suidam.

APSYRTVS, uide Absyrtus.

Ex APVLEIO Constantinus in libris de re rustica Græce scriptis quædã mutuatus est. Platonicum uero Apuleium in Lucio commemorabimus.

AQVILAE, Theodotionis, & 70. interpretum translatio in Ecclesiasten extat cum Olympiodori scholijs, quæ Latine impressa sunt Basileæ apud Bebelium. Claruit Aquila anno Domini, 128. teste Hermanno Contracto.

AQVILANI sermones impressi.

AQVILIVS Seuerus, in Hispania, de genere illius Seueri, ad quẽ Lactantij duo epistolarum scribuntur libri, composuit uolumen, quasi hodœporicum, totius suæ uitæ statum continens, tam prosa quàm uersibus, quod uocauit κατασφαγὴν siue πεῖραν, & sub Valentiniano principe obijt. Hieronymus.

AQVINVS ordinis fratrum prædicatorum ex Suedia habens uitæ originem, philo- T.cl.1494.
sophus celebris & mathematicus præclarus, imitatus Boëtium, scripsit commendatissimum opus de numerorum & sonorum
Proportionibus, lib.1. Epistolas quasdam.
Et quædam alia. Vixit usq; hodie apud ducem Bauariæ Ottonem in pretio, & uaria conscribit, sub Maximiliano rege.

ARABETI Cyri aliquid Græce extat in Italia.

ARABII scholastici epigrammata 7. in Florilegio Planudis, libro 4.

ARARI cuiusdam fabulæ 4. Athenæo citantur.

ARATOR sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ subdiaconus, scripsit ualde insigne uolu- T.cl.540.
men ad Florianum quendam abbatem metro compositum,
In Actus apostolorum, lib.2. Vt sceleris Iudæa sui.
Ad Florianum abbatem, epist.1. Qui meriti florem ma.
Ad Vigilium papam, epist.1. Mœnibus undosis bel.
Et quædam alia quæ non uidi.

* Arator subdiaconus, poëta Christianus, Rom. ecclesiæ Cardinalis Acta apostolorũ descripsit hexametris uersibus libris 2. ad Vigiliũ Pont. cum præfatione ad Florianum abbatem. Basil. in 8. 1537. chartis 7. cũ luuenco. Interseruntur autẽ ubiq; sequentiũ carminũ argumenta sermone soluto. Ex epistola ad Vigilium.

Sensibus ardor inest horum celebrare labores,
Quorum uoce fides obtinet orbis iter.

Verſibus ipſe canam, quos Lucas retulit Actus,
Hiſtoriamq; ſequens carmina uera loquar.

ARATVS Solenſis è Cilicia filius Athenodori, diſcipulus in Grammatica Menecratis, in philoſophia Timonis & Menedemi. Emicuit olympiade 124. regnante Antigono in Macedonia Demetrij Poliorcetae filio, apud quem ad extremũ uſq; in honore uixit. Fuit uerſificator, ſcripſit Phænomena, quorũ mirabile eſt initium, & æmulatio Homerica: Hymnos in Pana, Spondophoros, Ludos ſiue iocos, Aſtrologiam & Aſtrotheſiã, in medicina quoq; quę ad cõpoſitionẽ Theriacorũ pertinent, Anthropogoniã, Epithyticũ in Theopropũ, in Antigonũ, Ethopœias, Epiſtolas, Epigrãma in Antigoni uxorẽ, Anatomen ad Pauſaniam Macedonem, Epicediũ Cleombroti, Caſtigationẽ Odyſſeæ, ſoluta item oratione epiſtolas. Suidas.

Vide plura de eius uita & ſcriptis in Græcis prolegomenis, cum Græco Arato impreſſis Baſileæ in appendice translationis moralium Ariſtotelis per Ioachimum Periçnium: ubi etiam de diuiſione operis τῶν φαινομένων prolixius diſſeritur. Nam ex omnibus à Suida enumeratis ſola phænomena nobis reſtant, id eſt, apparentia: tractat enim de ſtellis apparentibus præcipue fixis, earum motu, ortu, occaſu, ſitu, & numero inſignium ſyderum: deinde de manifeſtis & apparentibus tempeſtatum ſignis, non ijs ſolum quæ à ſole & luna petuntur: ſed ijs etiam, quæ ex inferioribus, animalibus, plantis, & uilibus quandoq; rebus cõſiderant homines. Aliqui priorem ſolum partem phænomena inſcribunt, poſteriorem διοσημεῖαι, id eſt, Iouis & tempeſtatum ſigna: alij totum uolumen de ſphæra, alij de cœlo inſcribunt.

Exiuit Græce cum Dionyſij geographia, & Procli ſphæra, adiectis ad uerbum conuerſionibus Latinis, & ſcholijs Ceporini in 8. 1534. Et olim VVittembergæ in 8. Et cum commentarijs Græcis in 4. apud Ioan. Valderum Baſileæ.

Procemium huius poẽtæ ita pium eſt, ut etiam D. Paulus uerſum inde allegare
» uoluerit. Quintilianus: Arati materia motu caret, ut in qua nulla uarietas,
» nullus adfectus, nulla perſona, totusq; in nominibus abſumitur. Sufficit tamen o-
» peri, cui ſe parem credidit uel æqualẽ. Phænomena ipſius à Cicerone & à Germanico Cæſare conuerſa fuere.

Arati diſtichon legitur in ſecundo libro Florilegij Planudis.

ARCADII Cæſaris frequens allegatio in codice Theodoſij.

ARCANDAM non uulgaris aſtrologi liber de ueritatibus & prædictionibus aſtrologiæ, & præcipue natiuitatum, excuſus Pariſijs in 8. anno 1542.

ARCESILAI philoſophi dicta quædam in collectaneis Stobæi leguntur.

ARCHEDEMI fragmenta quædam de curandis equis cum Abſyrto & alijs, Græce impreſſa ſunt apud Valderum Baſileæ in 4. anno 1537.

ARCHEDICI fabulæ 2. ab Athenæo allegantur.

ARCHELAI (aliâs Aſclepiadæ) tetraſtichon libro 4. Florilegij Planudis.

ARCHELAI Cherroneſitæ iambos & Idiophyῶs nominat Athenæus.

T.cl.230. ARCHELAVS epiſcopus Meſopotamiæ Syriæ, ſcripſit Syro ſermone nõnulla opuſcula, quæ apud Latinos raro inueniuntur: inter quæ
Diſputationem contra Manichæum. Reliqua nobis incognita ſunt. Ex D. Hieronymo.

ARCHELAVS philoſophus Mileſius phyſicus: uide Suidam.

ARCHELAVS de fluuijs librum ſcripſit, unde uerba quædam Stobæus in ſermone de morbis allegat.

ARCHEMACHVS ſcripſit Euboica, Athenæo teſte.

ARCHESTRATVM Gaſtronomiam, & de tibicinibus ſcripſiſſe ab Athenæo refer(tur.

ARCHIAE epigrãmata circiter 28. extant in Florilegio Planudis.

ARCHIBIVS Alexandrinus Grammaticus docuit Romæ ſub Traiano principe, & ſcripſit commentarios in epigrammata Callimachi, teſte Suida. Nos antiqua incerti

certi authoris in quosdam Callimachi hymnos scholia habemus, quæ Frobenius excudit Basileæ.

ARCHIGENES Philippi, Apameus, Syriæ medicus, discipulus Agathini, sub Traiano medicinam exercuit Romæ, uixit annis 63. & multa tum medica tum physica conscripsit. Suidas.

Archigenis uerba de ulceribus antiquis ex libro secundo de pharmacis citantur apud Galenum libro 4. de compositione secundum genera. Cæterum in libris de compositione secundum locos ubiq; huius authoris citata fragmenta occurrunt.

Archigenis citatio frequentissima est apud Aëtium, locis hic annotatis.

Libro 3. cap. 118. Hiera Archigenis ex epistola ad Marsum de melancholia: & cap. 177. De balneis naturalibus: & cap. 180. de applicatione spongiæ: & cap. 191. de sinapismo.

Libro 6. cap. 26. De apoplexia: & cap. 28. de resolutione: & cap. 39. de tetano aut conuulsione: & cap. 50. de communi curatione cephaleæ ac hemicraneæ.

Libro 8. cap. 14. Ad capitis & mentis icos: & cap. 46. de crustosis & pestilentibus tonsillarum ulceribus: & cap. 47. ad anginam.

Libro 9. cap. 28. De uoluulo: & cap. 37. de cœliaca affectione: & cap. 43. de dysenteria: & cap. 45. de farris apparatu.

Libro 10. cap. 4. De hepatis abscessu: & cap. 5. de hepatis exulcerati cura: & cap. 19. de malo corporis habitu: & cap. 32. de cõmuni diæta omniũ hydropicorũ.

Libro 11. cap. 3. De his qui per circuitum quendam sanguinem mingunt, & cap. 30. de diæta in uesicæ ulceribus: & cap. 31. de uesicæ fluxione, & his quæ capillorum forma exeunt cum urina.

Libro 12. cap. 1. De ischiadicis: & cap. 2. Ceratum ad ischiadicos: & alia multa in sequentibus ad eosdem ischiadicos.

Lib. 13. cap. 120. De elephantiasi: & cap. 123. de uiperarum esu, & de pruritibus.

Libro 16. cap. 67. De muliebri fluxu: & cap. 87. de abscessu uteri: & cap. 90. de utero ulcerato: & cap. 92. ad sordida uuluæ ulcera: & cap. 96. de cancris uteri.

Cum alijs etiam apud Aëtium citatur, nempe:

Libro 6. cap. 3. cum Possidonio de lethargo: & cap. 7. cum eodem de uertiginosis: & cap. 8. cum eodem de mania.

Libro 11. cap. 4. cum Philagrio de calculosis renibus.

Libro 16. cap. 44. cum Leonida de cancris mammarum.

ARCHILOCHI libellus de temporibus, Basileæ impressus apud Bebelium in 4. cum Myrsili, Berosi, & aliorum commentariolis de antiquitatibus quibusdã, anno 1530.

ARCHILOCHI poëtæ uersus aliquoties à Stobæo citantur. Eiusdem Elegias & Telephum Athenæus allegat. Vide Suidam.

ARCHIMEDIS opera Græce & Latine impressa Basileæ apud Ioan. Oporinum in fol. anno 1544. cum cõmentarijs Græcis Eutocij Ascalonitæ in tria prima opera.

De sphæra & Cylindro,	lib. 2.	Circuli dimensio,	lib. 1.
De conoidibus & sphæroidib.	lib. 1.	De lineis spiralibus,	lib. 1.
Planorum æquæponderantium inuenta, uel centra grauitatis planorum,			lib. 2.
De harenæ numero,	lib. 1.	Quadratura parabolæ,	lib. 1.

Conuersi sunt in Latinum à Iacobo Cremonense.

Ex præfatione in Basilien. æditionem: Cæterum de quibus diximus, omnes haud illibenter Archimedi nostro sunt concessuri. Etenim quæ scripsit ille, in eo eminentiæ posita sunt loco, ut qui palmam artis præripere ei contendere ausit, facile inuenias nemínem. Claruit autem Archimedes Syracusis ciuitate Siciliæ, Mathematicus & Geometra inter primos nobilis: à quo metiendi moles quascunq; & facilis & expedita inuenta est ratio, Quin etiam terræ globũ huiusmodi inuenisse,

„ memoriæ proditum est, ut dicere nõ dubitarit: Si alter foret terræ globus, se illum
„ ad hunc suum pertracturum: uel hunc suum, ad illum alterum impulsurũ. Et ue-
„ re quidem, Nam ipse artis suæ fiducia, haud paruo tempore obsidionem M. Mar-
„ celli remoratus, & patriæ simul tutatus est muros. Placet etiam, in gratiam studio-
Lib. 7. cap. 37. „ sorum, C. Plinij calculum hic subijcere, ita scribentis: Grande & Archimedi Geo-
„ metricæ & machinalis scientiæ testimonium, M. Marcelli contigit interdicto, cum
„ Syracusæ caperentur, ne uiolaretur unus, nisi fefellisset imperium militaris im-
„ prudentia.

Archimedis de mundo librum à Georgio Valla translatum esse inuenio: sed suspicor legendum esse Cleomedis.

Archimedis quadratura circuli. Vide plura de hoc authore apud Plutarchũ in uita Marcelli.

ARCHIMEDES Trallianus philosophus commentarios in Homerũ reliquit, & mechanica. Suidas.

ARCHITHRENII opus quoddam carminibus scriptum, impress.

ARCHIPPI fabulæ 5. Athenæo commemorantur.

ARCHYTAS Tarentinus Hestiæi filius, aut Mnesarchi, aut Mnasagoræ, philosophus Pythagoricus, discipulos habuit præclaros, & multa uolumina conscripsit, &c. Vide Suidam.

Archytæ epistolium ad Dionysium extat apud Diogenẽ Laërtium in uita Platonis, lib. 3. & alterum libro 8. in Archytæ mentione ex professo. Platonis etiam ad ipsum epistolæ binæ habentur.

Ex Archytæ Pythagoræi libro de uiro bono & felice fragmentum legitur in fine primi sermonis apud Stobæum: & aliud ex eodem libro in laude senectutis: Et in sermone de magistratu ex libro de lege & iustitia.

ARCHYTAS Opsartytica descripsit, Athenæus.

ARENAEI Rhæphendarij hexastichon, in Florilegio Planudis.

ARESIAE poëtæ carmen Athenæus citat libro 11.

ARETAEVS Cappadox medicus scripsit de acutis passionibus librum, quem Græce Venetijs manuscriptum habet clarissimus Caroli v. legatus Diegus Hurtadus à Mendozza. Opinor etiam plura huius authoris extare. Sic enim habet index Bibliothecae cuiusdam in Italia: Ἀρεταίου Καππαδόκου τὰ ἐνῳσιακόμενα.

Bellarmin. dicit esse hac compend. ex Andreæ Cæsarien. Commentat.

ARETHAE commentaria Græca in Ioannis apocalypsin ex diuersis sanctorum patrum monumentis collecta, exiuerũt in lucem Veronæ anno 1532. in fol. unà cum Oecumenij commentarijs in aliquot noui Testamenti tractatus.

ARIANVS (aliâs Rianus) poëta apud Stobæum per simplex r scribi debet. Vide Arrianus.

T. M. 1031. ARIBO Moguntinus archiepiscopus, decimusnonus post sanctum Bonifacium martyrem, ad quem Berno abbas Augiensis cœnobij de aduentu domini conscripsit tractatum, celebrata synodo apud Selgenstat cũ Burckardo episcopo VVormaciensi et alijs episcopis atq; abbatibus suis. Anno 1023. Indictione 6. multa utilia cõstituit, quæ in scripturis autenticis habentur. Scripsit etiam,
In psalmos 15. graduum, lib. 1. Ad Bernonem abbatem, Epi. 1.
Et quasdam ad alios epistolas.

ARISTARCHI de magnitudinibus & interuallis solis ac lunæ liber Græcus Romæ seruatur.

ARISTARCHI senarios aliquot recensет Stobæus in loco de Venere & amore.

Fabula hic scripta sub Ptol. Philadelphi ante Christ. an. 270. Thema historiæ Aristeæ genuinum esse contra Vrsinum ex Ioseph. Casaubono docent Bellarmin. et Possevin.

ARISTEAS ad Philocratem fratrem de LXXII. legis Hebraicæ interpretibus librũ scripsit, quem à Matthia Palmerio Pisano ex Græco in Latinum sermonem conuersum, Bebelius excudit Basileæ in 8. chartis 4. cum alijs quibusdam. Missus est autem legatus hic Aristeas à Ptolemæo Lago rege ad Eleazarum pontificem Iudæorum

Vide Hieron. in Prolog. Galeat. Eusebii lib. 8. Præp. Evang. c. 1.

Iudæorum pro conquirendis 72. uiris, qui Iudaicam legem Græco sermone donarent. Cæterum libellus hic supra quod summorum pontificum uestes, uasa, phialas, mensamq; auream, tum ipsius sacerdotis ac templi ornatum omnẽ sic repræsentat, ac si ea omnia coram oculis lustranda exponeret: addit etiam sapientissimorum uirorum dicta responsaq; grauissima, tum miram quandam ac prorsus diuinam sacrorum obseruationem.

ARISTIDES Adrianeus sophista: Sunt autem Adriani urbs Mysiæ, quæ nunc Bithynia uocatur. Polemonis Smyrnæi rhetoris discipulus, hinc est, nimirum quod aliqui ipsum quoq; Smyrnæum uocant. Filius Eudæmonis, qui philosophus & sacerdos fuit templi Iouis in patria sua. Audiuit Herodem Athenis, & in Pergamo Aristoclem. Vixit sub Antonino Cæsare, & usq; ad Cõmodum. Orationum eius nullus finis, cum passim alij atq; alij se offerant. Suidas.

Aristidis (cuius uitam inter sophistas Philostratus describit) orationes 56. Græcæ excusæ Florentiæ 1517. in folio, chartis 92. quarum inscriptiones hæ sunt:

Panathenaicus, in quo ex priscis scriptoribus Herodoto, Thucydide, & Theopompo, quæcunq; ad laudem Athenarum & ciuium panegyrice celebrandã conducere uidebantur, comprehendit: nihil interim de ipso festo dicens, à quo inscriptionem hæc oratio habet. Leuctrici pro Lacedæmonijs duo, & totidem pro Thebanis, & unus quod neutris succurrendum sit.

Leuctricorum omnium argumentum commune ex Græco.

Post Peloponnesiacũ bellum uictis Atheniensibus Lacedæmonij socios quoq; suos in potestatem redigere uolebant. Itaq; primum Thebanos adorsi, ab illis simul & Athenienſibus bis uicti sunt, ac tertio à solis Thebanis in Leuctris magnam cladem acceperunt. Post hanc uictoriam Thebani uicissim Lacedæmonijs bellum inferunt: quamobrem Lacedæmonij ab Athenienſibus auxilium petunt per legatos, nec non Thebani ut illos prohibeant legationem mittunt. Ex hoc argumento Aristides quinq; orationes conscripsit, primam pro Lacedæmonijs, alteram pro Thebanis, tertiam rursus pro Lacedæmonijs, & pro Thebanis quartam, quintam uero quæ neutris suppetias ferendas suadet. Sunt autem in admiratione non mediocri tum propter stili grauitatem, tum propter sententias siue epicheremata.

Auxilium in Siciliam mittendum esse: Sicelica prima.

Altera Sicelica, in contrarium.

De pace cum Lacedæmonijs fouenda, ad Athenienſ.

De pace cum Athenienſibus promouenda, ad Lacedæmonios.

Oratio cum Philippus transitũ à Thebanis ad Athenienſes peteret, & Athenienſes ultro se socios offerrent.

Ad Thebanos de societate belli cum ipsis ineunda contra Philippum.

Contra illum qui orationem eius in laudẽ Mineruæ quasi ineptam reprehenderat.

De illis qui dicebant se propter auditores concinnum & numerosum sermonem negligere.

Ad reprehendentes ipsum quod non declamaret subinde.

Panegyricus in Cyzico de templo Aesculapij, & urbis laudibus.

Apellæ Genethliacus. Apellas nobilis adolescens erat, annos natus circiter 14. cui mox instituenda erat Aesculapij festiuitas, in huius laudem natalitiam orationem composuit rhetor: quæ frequentibus argutisq; sententijs, & uarijs admirabilibus figuris, ac splendore uerborum ubiq; exornata est: & ῥυθμίαν peculiarem Aristidis typum passim ostendit.

In puteum Aesculapij.

Monodia siue luctus ob Smyrnam dirutam igne & terræmotu.

Aelij Aristidis epistola de eodem Smyrnæ casu ad Impp. Augg. M. Aurelium Antoninum & Aurelium Commodum, pro instauratione eius orans.

Palinodia ſuper Smyrna & eius reſtauratione.
Oratio ad Smyrnæos, qua reſtauratam urbem, & elegantiorem factam prædicat.
Oratio ad Eleuſinios, qua priſcam loci religionem ac felicitatem recenſet, ut magis exaggeret præſentem ex conflagratione templi ipſorum calamitatem.
Smyrnaica ciuilis: ubi Smyrnæ ciuitatis ſitum, ſtructuram & amœnitatē extollit.
Oratio qua Mineruam partim laudat, partim quædam ab ipſa petit, quæ in ſomnio uiderat.
Aſclepiadæ, de Podalirij & Machaonis laudibus.
Dionyſij, id eſt, Bacchi hiſtoria & laus ſiue hymnus.
Ad Rhodios inter ſe diſſentientes de concordiæ bono oratio.
Ad eoſdem de calamitoſo terræmotu, quæ tota ipſorum ciuitas concidit.
In Romam panegyricus.
Oratio ſuaſoria ad Smyrnæos, quod non deceat in feſtis deorum, conuitijs & inſanis comedijs uti.
In Eteoneum oratio funebris.
Alia funebris in Alexandrum ad ſenatum & populum Cotyaenſium.
De laudibus imperatoris.
Aegyptius, ſiue de Nilo: chartæ ſunt 3. & quar. pars.
Sermo in Aeſculapium. In Iouem. In Aegæum pelagus.
In Serapin. Sermo Iſthmicus in Neptunum.
De rhetorica contra Platonem ſermones 2. & tertius Platonicus ad Capitonem: quorū argumentum Sopater in præfatione fuſius enarrat: nos paucula decerpſimus.

Socrates in Gorgia apud Platonem rhetoricam artem uituperat, & Adulationis ſpeciem facit, quæ uoluptatem potius quàm iuſtitiam ſpectans in uicem τῆς δ' κακικῆς ſubrepat, quemadmodum comptoria pro gymnaſtica ſe inſinuat: & quod ars non ſit, ſed exercitium quoddam & uſus. Rhetores autem adulatores eſſe conuincit, non politicos uiros, qui uera ſcientia & omni uirtutum genere abſoluti eſſe debent, ut reliquis recte imperare poſſint, ad conſeruandam reipublicæ felicitatē. Deinde quatuor iſtos magni nominis oratores, Themiſtoclem, Cimonem, Miltiadem, & Periclem, ſimiliter non politicos, ſed adulatores fuiſſe oſtendit, &c. Hæc cum legiſſet Ariſtides hoſce de rhetorica libros conſcripſit, ubi primum artem ipſam defendit probabilibus & rhetoricis argumentis Platonis demonſtrationes eluans, & ex particularibus rhetorum dictis factisue in uniuerſum eos politicos fuiſſe aſſerens.

Contra Platonem in Gorgia defenſio quatuor rhetorum Athenienſium, Cimonis, Periclis, &c. de quibus iam diximus.
Oratio in laudem Cimonis. In Miltiadæ laudem. In Themiſtoclis laudem.
Communis apologia ad Platonem pro quatuor prædictis oratoribus.
Oratio de concordia ad ciuitates. Herculis laus.

Sermones ſacri quinq;, & fragmentum ſexti: in quibus explicat morbos ſuos, & quæ ſomnia ab Aeſculapio immiſſa uiderit ægrotans, quibus ferè de ualetudine ſua admonebatur, & uarias peregrinationes ſiue geſtationes, quas ſomnijs dictantibus ſequutus eſt. Chartæ ſunt 8.

Et hæ quidem Ariſtidis declamationes ſimul omnes excuſæ ſunt *Florentiæ*, ut dictum eſt. Cæterum orationes 2. de laudibus Athenarum & *Romæ*, ab Aldo etiam cum Iſocratis operibus impreſſæ ſunt: & eiuſdem *authoris* De ſimplici oratione, & de ciuili, libros duos Aldus excudit in uolumine duodecim rhetorum.

Ariſtidis orationes Romæ in Vaticana bibliotheca Græce cum ſcholijs Græcis extant: & fortaſſe Sopatri ſunt ea ſcholia, cuius præfatio in libros de rhetorica, & de quatuor oratoribus etiam in Florentina æditione extat.

Ariſtidis

Aristidis rhetoris capita 57. extant Romæ. Item,
Aristidis & Aristophanis fabulæ quædam.
Physica Aristidis, ibidem. Et cuiusdam prolegomena de uita ipsius & arte dicendi. Et sermo de Pericle Venetijs latet.

ARISTIDAE Quintiliani de Musica libri 3. Græci, seruantur in bibliothecis Italiæ.

ARISTIDES philosophus Athenienſis, uir in sæcularibus literis doctissimus, & in diuinis scripturis admodum studiosus, tanta eloquentia insignis emicuit, ut miraculum sui gentibus præberet, qui sub habitu philosophi Christianam & fidem & conuersationem baiulans, non sine sanctitatis opinione clarus effulsit. Scripsit Apologeticum pro Christianis, Ad Adrianum principem lib. unum. T. cl. 1206.
Et quædam alia.
* Desumpsit hæc Trittenhemius ex D. Hieronymo.

ARISTIPPI Cyrenenſis sententiæ quædam philosophicæ habentur in Stobæi locis.

ARISTOBVLVS Iudæus, unus ex 72. ueteris Testamenti interpretibus.

ARISTOCLES primũ ex auí nomine uocatus est is philosophus, qui postea ab Aristone palæstrita Plato propter egregium corporis habitũ cognominatus est. Laërtius. Apud Suidã tres huius nominis describuntur, unus Messenius, alter Lampsacenus, tertius Pergamenus.

ARISTOCLIS uerba ex libro secundo Paradoxorum referuntur â Stobæo in Vitu peratione Veneris.

ARISTONIS epigrammata 3. in Florilegio Græco.

ARISTONIS similitudines aliquoties citat Stobæus, & alibi multa huius authoris refert sine titulo libri. Confunditur autem aliquando hoc nomen cum Aristonymo. Vide Suidam.

ARISTONYMI Tomaria sæpius, & communes diatribas alicubi Stobæus allegat. Vide Suidam.

ARISTOPHANIS ciuis Athenienſis, poëtæ Comici fabulæ 9. cum antiquis cõmentarijs Græcis impressæ ab Aldo in folio. Venetijs, anno 1502. chartis 119. Etrursus cum commentarijs & indice copioso, &c. Florentiæ in 4. anno 1515. chartis 101. Sine commentarijs autem Parisijs apud Gormontium, 1528. in 4. quarum nomina hæc sunt: Plutus, Nebulæ, Ranæ, Equites, Acharnes, Vespæ, Aues, Pax, Concionantes. Thesmophoriazusas autem, id est, Cereris sacra celebrantes, & Lysistratẽ seorsim excudit Bernardus Iunta Florentiæ 1515. in 8. nactus exemplar ex Vrbinate bibliotheca, sed admodum corruptum, ita ut dictiones interdũ mutilæ sint. Deinde omnes undecim simul exiuerunt Basileæ in 4. anno 1532. chartis 65. & apud VVechelum Parisijs. Suidas quoq; non plures enumerat quàm istas undecim, & si 54. fabulas ab eo cõscriptas testetur. Floruit circa Olympiadem 114. Tetrametrum & octametrum inuenit. Filios reliquit, Ararotem, Philippum, & Philetærum comicos.

Argumenta undecim fabularum Aristophanis.

Argumentum Pluti. Chremylo cuidam seni pauperi Delphicum oraculum consulenti, quo pacto ad insignem & uoluptuariã uitam peruenire posset, responsum est: Illum sequi oportere, in quem primum egressus templo incideret. Chremylus in senem quempiam cæcum incidens, illum sequutus est: atq; hic ipse Plutus erat. Postea igitur habito colloquio in Aesculapij ædem ipsum inducit, ut cæcitati eius medeatur: itaq; à Pluto iam uidente ditatur. Id Paupertas ægre ferens huius rei authoribus conuitia dicit: Et colloquium non inelegans miscetur, Blepsidemo & Chremylo Paupertatis mala Plutiq; bona comparantibus. Tandem cum alij quoq; multi influerent, in arce Athenæ Pluti imaginem consecrarunt.

Argumentum Nebularũ. Anytus & Melitus cum Sophronisci filio Socrati inuiderent, nec ipsum lædere possent, multum argenti dederunt Aristophani, ut

fabulam aduersus ipsum conscriberet: qui persuasus senem quendam nomine Strepsiadem ære alieno pressum ob sumptus Phidippidæ filij nutrientis equos, induxit. Et cum Strepsiades debitis obrutus animi cruciaretur, filium Socrati adducere conatur, ut iniustum sermonem ab ipso discens creditores arte eluderet. Sed quia multis precibus id à filio impetrare non poterat, tandem ipse met Socratẽ accedit: sed cum ob ingenij hebetudinem nihil proficeret, denuo ad filium redit ac efficit tandem ut in Socratis disciplinam se præbeat. Constat autem hęc fabula ex choro nubium: & accusat Socratem, ut qui contemptis numinibus patrijs, noua inducat, aërem, nubes, & huiusmodi.

Argumentum Ranarum. Dionysius ab Hercule usam edoctus ad inferos descendit, pellem leoninam & clauam gestans, ut Euripidem reduceret: & dum Acherusiam paludem trajicit ranarum cantui auscultat: deinde mystas uidet saltantes ad inferorum portas. Tandem ueluti Hercules ingressus, ad Plutonẽ peruenit, unde Aeschylum in certamine artis superiorem Euripide factum, secum reduxit.

Argumentum Equitum. Traducitur Cleon quidam, Paphlagon cognomine, coriarius, ut qui pecunias publicas iniquissime compilaret, ac fraudulenter, falsisq; rationibus omnes uinceret. Huic deinde sordidus allantopola quidam, id est, farciminum uenditor persuasus, unà cum equitibus nonnullis, qui chorum constituunt, insidiatur: & ut ipse magistratu potiretur, Cleonem palàm accusat. Itaq; Cleon turpiter deiectus & sordidus ille honestissimum in ciuitate locũ adeptus est.

Argumentum Acharneorum. Concio Athenis publice habetur, ubi Dicæopolis quidam artifex manuarius rhetores populum inflammantes ad bellum, reprehendit. Deinde Acharnici senes cum audiuissent quendã cum Laconibus fœdus iniuisse, & Dicæopolin sacrificantem reperirent, illum, hostibus confœderatum esse putantes, lapidibus obruere conantur. Tum ille impetrato causam dicere caput super trunco habens, ut nisi persuaderet statim decollaretur, mendicum Telephi habitum ab Euripide sumit, & Periclem egregie incessit propter Megaricum decretum. Cum autem dissentiente populo pars orationem eius damnaret, pars approbaret, Lamachus tumultuatur. Tandem chorus ut cõponeret tumultum Dicæopolin absoluit, & alia quædam obiter disserit. Deinde cum res pacata iam esset, aduenit Megarensis quidam ferens in sacco suas filias uenales tanquam porcellos, &c.

Argumentum in Vespas. Patrem subinde in foro & litibus uersantẽ, filius ob hunc ipsius animi morbum dolens, domi includit, & nocte dieq; asseruat. Ille impatiens clamabat. Tum socij eius iudices uespis assimilati aduenerunt, sed nihil profecerunt. Tandem admiranti iuueni tantum in litibus transigendis amorẽ, pater respondit, rem esse magnam, & ferè similem principatui iudicare. Et cum hæc opinio nullis ei uerbis excuti posset, conceditur ei ut domi manens domesticis tantum iudicet. Itaq; adducuntur ei duo canes forensi more iudicandi, &c. Constituitur autem chorus ex Vespis, in quas mutati senes erant: utpote qui iuuenes adhuc iudicijs acriter inhiassent: & iam in senecta aculeis pungant. Traducit autem Athenienses iudicijs deditos, & à litibus populum auocat.

Argumentum in Aues. Pisthetærus & Euelpis duo senes Athenienses urbe relicta propter lites iudiciorum & calumnias, ad Tereum in upupam olim mutatum ueniunt, & quærunt ubi nam inueniri possit ciuitas tranquilla & inhabitatu commoda. Duces autem habebant graculum & cornicem. Et cum aues decernerent ciuitatem in medio aëre condere (id enim ex concione cuiusdam auis persuasæ erant) Nephelococcygiam nomine, primum quidem cõmercia hominũ utpote inimicorum recusant, deinde uero quid utilitatis inde capere possent edocti, senes illos admittunt. Sed ne sic quidem tranquillitatem consequuti sunt: ab augu-

ribus

cibus enim & auſpicibus Athenienſium interpellantur: Et tandē à dijs quoq; eſurientibus: cum ciuitas iſta impediret ne nidor ſacrificiorum in cœlum ferri poſſet. Scopus fabulæ eſt traducere Athenienſes litigandi calumniandiq; auidiſſimos.

Argumentum in Pacem. Cum Athenienſes & reliqui Græci Peloponneſiaco bello defatigati iam eſſent, Ariſtophanes hortatur ciuitates, ut pro inimicitijs priſtinis concordiam & pacem mutuam ineant. Proinde ruſticum quendā Athenienſem Trygæum nomine introducit pacis maxime ſtudioſum: qui bellum ægre ferens, in cœlum ad Iouem aſcendere deliberat, ut tantæ inter Græcos diſcordiæ cauſam inquirat. Dubitans autem qua uia peruenīret ad cœlos, ſcarabæum alit, ut ſuper ipſo adulto in cœlum euolaret Bellerophontis inſtar. Cum uero Iouis domū iam attigiſſet, occurrit Mercurio, à quo intelligit Deos propter mutuas Græcorū cædes in ſupremam cœli partem migraſſe, & Pacem à Bello nunc inhabitante, in antrum quoddam lapidibus obſtructum incluſam eſſe, & ſtatuiſſe ciuitates in pilam deiectas conterere. Sed dum cochlearī parando Bellum occupatur, Trygæus & Mercurius interim Pacem extrahunt ab antro. Quamobrem artifices, quicūq; ex armis & inſtrumentis bellicis uictitabant, triſtati ſunt: cæterī uero quī in pacis ſtudio & agriculturæ operibus uiuebant, gratulatum Trygæo accedūt, quo cum pecudibus mactatis ueluti ad conuiuium & nuptias læti progrediuntur.

Argumentum in mulieres concionantes. Mulieres paciſcuntur ſimul nihil non moliri ut uiderentur uiri eſſe, uirilibus ſtolis & barbis aſſumptis: & toto corpore, ut quantum fieri poſſet uirile appareret, inſtructo. Concionatur autē una ex eis, ut ipſis imperiū traderetur ſuadens, quod id optime adminiſtraturæ eſſent: & depoſitis in medium pecunijs, legibus obedire hortatur.

Argumentum Lyſiſtratæ. Lyſiſtrata tum Athenienſium tum Thebanarum mulierum concionem conuocat, deinde belli magnitudinem oſtendit, poſtremo rationem conficiendæ pacis commemorat: nam ſub id tempus uniuerſa ferè Græcia bellis periculoſiſſimis ardebat. Cum uero hæc ipſa de pace deliberatio difficilis foret, ac multa ultro citroq; in hanc ſententiam mulieres diſſiſſent, tandē aliquando de Lyſiſtratæ ſentētia ſtatuunt ac deliberant, nunquam ſe cum uiris concubituras, niſi prius pacem Athenienſes cum Lacedæmonijs confeciſſent. Sed quoniam fieri non poterat ut uiris concubitū denegarēt, ſi domi cum uiris aſſiduæ ſuiſſent, arcem, in qua erat ærarium Athenienſium, primo quoq; tempore occupāt. Hanc cum Athenienſes magnis uiribus oppugnare cœpiſſent, neq; tamen expugnare potuiſſent: tum quod in ſummas rei pecuniariæ anguſtias adducti eſſent, tum etiā quod uxorum incredibili quodam deſiderio flagrarent, pacem cum Lacedæmonijs conficiunt.

Argumentum ſacra Cereris celebrantium. Euripides in feſtis Cerealibus à mulieribus capitis accuſatus, in eum locum adducitur ut opem atq; auxilium petat ab Agathone peſſimo ac effœminatiſſimo omnium poëta. Nam eum nonnullum in ueteribus amicis multis, tum ſummum in eo (quod erat effœminatiſſimus) præſidium ſuis calamitatibus conſtitutum eſſe arbitrabatur. Ad hunc igitur cum Mneſilocho propinquo accedens, rogat & orat ut ſuarum fortunarum omnium cauſam, defenſionemq; ſuſcipiat: eum ſæpe eſſe pollicitum, ſæpe oſtendiſſe dicit, ſi quod tempus accidiſſet, quo tempore aliquid ab eo requireret, cōmodis eius non defuturum. Ad eius igitur fidem quam habebat ſpectatam iam & diu cognitam, confugiſſe eum defenſorem fortunarum ſuarum, actorem cauſæ ſuæ ex omnibus delegiſſe. Cum uero Agathon exorari minime potuiſſet, Mneſilochus optimus atq; adeo fideliſſimus propinquus tempore atq; officio coactus ultro ſe offert Euripidi, ac ueſte muliebri indutus, ad feſta Cerealia accedit, ibiq; in maximo mulierum cōuentu Euripidē præſenti animo defendit: ſed tamē efficere non poteſt, quo minus in carcerē cōijciatur, qui tamen non multo poſt dolis et fallacijs quibuſdam ē carcere aufugit.

„ Ex præfatione Aldi Manutij: Accipe igitur nouem Ariſtophanis fabulas:
„ nam decimam Lyſiſtraten ideo prætermiſimus, quia uix dimidiata haberi à nobis
„ potuit. Sint ſatis hæ nouem cum optimis & antiquis commentarijs, quibus Græce
„ diſcere cupientibus nihil aptius, nihil melius legi poteſt, non meo ſolum iudicio,
„ ſed etiã Theodori Gazæ uiri undecunq; doctiſſimi, qui interrogatus quis ex Græ
„ cis authoribus aſſidue legendus foret Græcas literas diſcere uolentibus, reſpon-
„ dit: ſolus Ariſtophanes, quod eſſet ſanè quàm acutus, copioſus, doctus, & merus
„ Atticus. Hunc item Ioannes Chryſoſtomus tanti feciſſe dicitur, ut duodetriginta
„ comœdias Ariſtophanis ſemper haberet in manibus, adeo ut ꝑ puluillo dormiens
„ uteretur: hinc itaq; & eloquentiam & ſeueritatem, quibus eſt mirabilis, didiciſſe di-
„ citur. Ego ſic aſſidue legendum à Græcis cenſeo Ariſtophanẽ, ut à noſtris Teren-
„ tium: quem quod ſemper legeret M. Tullius familiarem ſuum appellabat. Hæc
Aldus. Cæterum cõmentaria diſperſa prius & confuſa Marcus Muſurus Cre-
tenſis diligenter colligens in ordinem redegit, & inter imprimendum caſtigauit,
quod ipſe teſtatur cum in præfatione Græca, tum in fine Auium ſeptimæ comœ-
diæ: quaſi in duabus poſterioribus nihil laborauerit. Certe Cõcionantes fabula ul-
tima, pauciſſimis & raris ſcholijs explanatur, ita ut ex pluribus collecta eſſe mini-
me uideantur. Qui uero ſint authores cõmentariorum nuſquam inuenio: quan-
quam ab initio operis Grammaticorum aliquot ueterum de carminibus & comœ
dijs ſcripta leguntur, Hephæſtionis inquam, Demetrij Triclinij, Platonij, & Tho-
mæ magiſtri: & argumẽta in ſingulas fabulas partim ab eodem Thoma magiſtro,
partim ab Ariſtophane conſcripta leguntur.

Ex præfatione Antonij Fracini in Florentinam æditionẽ ad Benedictum Ac-
„ coltam Archiepiſcopum Rauennatem. Inter alia recognouimus Ariſtophanis
„ Comicorum omnium lepidiſſimi nouem comœdias, uere Græci candoris elo-
„ quijq; delitias, cum ſale ſuo, lepore, politiſſimisq; facetijs delectet multum: ſenten
„ tiarum uero luminibus, plurimum prodeſſe poſſit, ad hoc Arſenij Cretenſis Ar-
„ chiepiſcopi Monembaſiæ magna eruditione uiri acerrimo iudicio uſi, dum is Flo-
„ rentiæ adoleſcentulos illos, quos Leo Pont. Max. ad reparandam Græcæ linguæ
„ iacturam ex media Græcia accerſiuerat, inſtituit. In qua quidẽ recognitione hoc
„ in primis gloriari licet, nos omniũ primos in Comœdia, cui titulus eſt Pax ad ſexa-
„ ginta uerſiculos noſtra diligentia repertos reſtituiſſe. Has comœdias nunc primũ
„ diligentiſſime excuſas, commentarijs auctas, atq; indice copioſiſſimo exornatas,
„ tuo illuſtri nomini Pontifex permagne dicare cogitantes, &c.

Ex præfatione Bernardi Iuntæ in duas Ariſtophanis comœdias ſeorſim excu-
„ ſas. Abſolutis iam prioribus nouem Ariſtophanis comœdijs à prælo noſtro,
„ polliciti ſumus data copia alias quoq; nouem illis addere. Et uenit iam expectata
„ dies illa, in qua ex Vrbinate bibliotheca antiquiſſimum Ariſtophanis exemplar
„ nacti ſumus, ibiq; inter alias Lyſiſtraten et Cereri ſacrificantes fœminas, non alias
„ uiſas comœdias inuenimus.

ARISTOPHANES Byzantius Grammaticus filius Apellæ ducis militum, diſcipu-
lus Callimachi, Zenodoti, Dionyſij Iambi, & Euphronidæ Corinthij ſiue Sicyo-
nij. Claruit Olympiade 127. Suidas. Habemus adhuc argumenta ab hoc au
thore, partim proſa, partim ſenarijs, in aliquot Ariſtophanis Comici fabulas con-
ſcripta.

ARISTOPHONTIS ſenarios 4. Stobæus habet in Vituperio paupertatis.

ARITOTELIS Stagiritæ opera Græca plæraq; primus excudit Aldus Venetijs in
diuerſis uoluminibus in folio, adiectis paſſim Theophraſti quoq; libris. Vltima
uero & caſtigatiſſima quod ſciam æditio Græca prodijt Baſileæ ex officina erudi-
ti ſanè diligentiſſimiq; typographi Michaëlis Iſingrinij, anno 1539. in fol. char. 268.
Adiectis etiam duobus opuſculis de plantis, & uno de uirtutibus.

Ariſtoteles

Aristoteles Stagirita Nicomachi filius ex Aesculapij genere, Alexandri magni præceptor, Platonis auditor, Peripateticæ sectæ author, methodi summus artifex, princeps ac ueluti deus philosophorũ (est enim homo homini deus iuxta prouerbiũ) quamuis id M. Tullius Platoni tribuat, & plærique diuum Platonẽ, Aristotelẽ uero dæmoniũ cognominent: flumen aureum ab eodem Tullio dictus, uir in omni humanæ sapientiæ doctrinæq; genere incomparabilis, quauis deniq; hominis laude superior; multos & necessarios libros sapientiæ studiosis reliquit, quorum à Diogene Laërtio in uita huius authoris enumerantur plurimi: & quanquã multi boniq; perierint, melior saltem pars adhuc supereſt. Vitã eius præter Diogenem Ioan. Philoponus descripsit, & apud Suidam nonnihil reperitur. Recentiores uero Guarinus Veronensis, Erasmus Roterodamus, Ioan. Ludouicus Viues, Angelus Politianus, Raphaël Volaterranus, Leonardus Aretinus, Hieronymus Gemusæus, Philippus Melanchthon, Franciscus Caballus, & alij forte, quorũ in præsentia non memini, aut de uita philosophi, aut de libris ipsius, aut de utrisq; aliquid commentati sunt: quorum fere scripta Aristotelis operibus Græce Latineue impressis adiuncta leguntur. Ego uero ne actum agam, ut dici solet, argumenta solũ librorum omnium huc adscribam, ita ut ex doctissimis interpretibus Græcis præcipue, deinde Latinis, ea collegi: & sicubi eorum copia nõ fuerit, capita saltem, uti fermè in exemplaribus Latinis habentur, cõmemorabo, plærunq; nostrum quoq; iudicium & nouas obseruationes additurus. Peto autem ueniam, si quando forte in re tam uaria tamq; difficili, perspicatioribus ingenijs non satisfecero.

Natu Olymp. 101. Ante Christum annis 372.

Logicæ siue rationalis philosophiæ primus apud Aristotelem liber est, qui de categorijs, id est decem generibus entium, uulgo prædicamenta dicuntur, inscribitur, & à nonnullis τὰ πρὸ τῶν τόπων. Antea uero quàm ad ea accedat pauca quædam præfatur, uulgus anteprædicamenta uocat, de æquiuocis, uniuocis, denominatiuis, ijs quæ dicuntur, ijs quæ sunt uel non sunt, & dicuntur uel non dicuntur de subiecto, cum regulis quibusdam & generali diuisione prædicamentorũ: deín ordine decem suprema cum proprijs singulorum conditionibus ac diuisionibus explicat: Substantiam, Quantitatem, Relatiua, Qualitatem, Actionem & Passionem. Dictum est autẽ & de situ esse in relatiuis, denominatiue ipsum à positionibus dici: De cæteris uero, ut de quando, de ubi, & de habere, quia sunt manifesta, nil aliud dicitur, quàm ea quæ in principio diximus, habere quidem, indutum atq; armatum esse significare: ubi uero in Lycio esse, & cætera quæcunq; de ipsis sunt dicta. His subiungitur caput de oppositis, quæ opponuntur, uel ut ad aliquid, uel ut contraria, uel ut priuatio & habitus, uel ut affirmatio & negatio: item alia capita de modis prioris, de modis simul, de speciebus motus, de modis habendi. Hæc uulgus postprædicamenta uocat.

Librum κατηγοριῶν sequuntur libri duo (ita enim apud Latinos diuiduntur) peri hermenias, id est, de interpretatione uel enunciatione: aliqui perperam categorijs

Cap. 1 De signis rerum, animi conceptu & uoce. (præponunt.

2 Quid nomen, quid infinitum nomen, & nominis casus.

3 Quid uerbum, quid infinitum uerbum, & uerbi casus. 4 Oratio, & eius species enũciatio, quid sint & quomodo diuidantur. Est enim enunciatio una uel plures: simplex uel cõposita: affirmans aut negans, unde contradictio fit.

5 Enunciationum differẽtia secundũ quantitatem: & quomodo opponantur.

6 De regulis oppositorum.

7 Quod in ea affirmatione ac negatione, quæ non sint unæ, contradictionum regula locum non habeat.

8 Quo pacto in futuris contingentibus regula contradictionũ locum habeat.

Capita libri secundi.

1 De enunciationibus infinitis atq; ipsarum oppositionibus.

2 De coniunctis & diuisis enunciationibus.
3 De enunciationibus modum adiectum habentibus, deq; ipsarum oppositionibus. Modi autem sunt, possibile, contingens, impossibile, & necessarium.
4 Quæ magis apte enunciationes contrariæ dicantur.

Porrò Magentinus interpres Græcus totum opus de interpretatione diuidit in quinq; partes: sic ut prima apud eũ pars quatuor capita cõtineat, de partibus propositionis, & oratiõis diuisione: secunda pars de propositiõibus simplicibus extenditur ultra primi libri secundũ Latinos finẽ, usq; ad hæc ῥῆba in primo cap. secundi
» libri: Cum aũt ipsum Est tertiũ insup prędicatur, &c. Tertia pars (quæ disserit de subiecto & prędicato cũ adiacẽte prędicati: ut, Socrates iustus est: est enim coniungit prædicatũ cũ subiecto) pertingit usq; ad tertiũ secundi libri cap. Quarta de propositionibus modũ adiectũ habentibus in tertio eiusdẽ capite absoluitur. Postremo quinta pars, propositiones distinguens in ueras & falsas, ut utrũ negatio affirmationi magis opponatur, q̃ affirmatio affirmationi inquirens librum claudit.

Analytica priora duobus libris constant. Nomen eis impositum quod syllogismos resoluere doceant in tres figuras, & quomodo syllogismus in tres terminos et duas propositiones diducatur, commonstrent. Priora autẽ uocantur, eò quod de omni syllogismo in genere doceant: nam posteriora inscripta demonstrationi solũ, quæ una syllogismi species est, addicuntur. Genus autem specie prius addiscendũ est. Itaq; traditur in prioribus cõmunis syllogismorum institutio, quæ consequentiæ necessitatem ex ipsorum forma inducit: demonstratiuo autem syllogismo præter formam materiæ insuper & propositionum necessitas accersenda est. Summa argumenta, istorum librorũ 3. sunt, primum de generatione syllogismi, alterũ de abundantia propositionũ, tertiũ de resolutione in syllogismos, à qua tanq; potissima parte, totus hic tractatus denominatur. Sed operępretiũ uidetur ut ordine singula capita huc adscribamus. Diuiditur ergo primus liber in XLII. capita.

Cap. 1 De propositione, termino, & syllogismo.
2 De conuersione absolutarum propositionum.
3 De conuersione propositionum quibus additur modus.
4 De modis syllogisticis & assyllogistis absolutis primæ figuræ.
5 De syllogismis in secunda figura, quatenus absoluti, quatenus non.
6 De syllogismis absolutis tertiæ figuræ.
7 De tribus figuris, & indirectis syllogismis adinuicem.
8 De syllogismis ex utraq; necessaria in tribus figuris.
9 De mixtis ex altera necessaria, altera absoluta in prima figura.
10 De ijsdem in secunda figura.
11 De ijsdem in tertia.
12 De contingenti non necessario.
13 De syllogismis ex utraq; contingente in prima figura.
14 De syllogismis ex una absoluta & altera contingente, in prima figura.
15 Mixtio necessarij & contingentis in prima figura.
16 De syllogismis ex ambabus contingentibus, in secunda figura.
17 Mixtio absoluti & contingentis in secunda figura.
18 Mixtio necessarij & contingentis in eadem.
19 De syllogismis ex ambabus contingentibus in tertia figura.
20 Mixtio contingentis & inesse in tertia figura.
21 Mixtio necessarij & contingentis in eadem.
22 De syllogismo ostẽsiuo. 23 De syllogismo ex hypothesi.
24 De qualitate & quantitate terminorum syllogismi.
25 De numero terminorum syllogismi.
26 De numero propositionum, & prosyllogismis.

27 De

27 De problematis, id est, propositis in unaquaq; figura facile difficileue construendis, & destruendis.
28 De abundantia propositionum.
29 De medio syllogismorum inueniendo.
30 De syllogismis assertorijs, ad impossibile, & reliquis qui ex hypothesi.
31 Quod omnium scientiarum syllogismi superioribus præceptis efficiantur.
32 De diuisione, & eius syllogismo.
33 De resolutione syllogismorum in propositiones.
34 De resolutione in terminos.
35 De necessario & thesi terminorum.
36 De ecthesi terminorum.
37 De ecthesi terminorum compositorum, & obliquorum syllogismi.
38 De anadiplosi & thesi syllogismorum, hoc est de geminatione & positione.
39 Pro debita resolutione præcepta.
40 De resolutione syllogismorum ad impossibile, & ex hypothesi.
41 De reciproca reductione syllogismorum unius figuræ in aliam.
42 De syllogismis infinitis, & regulis consequentiarum.

Secundus liber analyticorum, ut Alexandro placet, primi libri paralipomena persequitur, quæ sunt, quod ex falsis uerum cõcluditur, & quod ex ueris uerum. Aut potius, ut alij uolunt, quoniam in primo libro formam syllogismorum exposuit, in hoc de materia loquitur: formam dico conclusionem, materiam uero propositiones. Summam primi libri statim in huius procœmio repetit. Philoponus secundum analyticorum utilem esse inquit ad tractandum de locis argumentorũ, quia de materia syllogismorum docet: primum autem demonstrationi conferre.

Capita huius libri XXVIII. sunt.

Cap. 1 Qui syllogismi plura concludant.
2 Quod ex falsis in prima figura uerum colligatur.
3 Idem fieri in secunda figura.
4 Itidem in tertia. 5 De circulari ostensione in prima figura.
6 De eadem in secunda.
7 Itidem in tertia. 8 De syllogismo conuersiuo.
9 De eodem in secunda.
10 Et in tertia, figuris.
11 12 13 De syllogismo per impossibile in tribus figuris.
14 Quo iusta, & quæ ad impossibile ducit demonstratio, differant.
15 16 17 De ratiocinatione ex oppositis, in tribus figuris.
18 De petitione principij.
19 De non propter hoc accidere falsum.
20 De falsa ratiocinatione, catasyllogismoq; & elencho.
21 De fallacia secundum opinionem.
22 De conuersionibus terminorum.
23 De inductione. 24 De exemplo.
25 De apagoge, id est, abductione.
26 De instantia.
27 De consentaneo signo, indicio, & enthymemate.
28 De syllogismo physiognomonico.

De posterioribus analyticis.

Inscriptionis causam supra dixi. Agitur autem in his libris de argumentandi genere perfectissimo, quod nihil ab altero sumit, nihil interrogari aut concedi desyderat: sed adeo manifestis propositionibus ac necessarijs utitur, & medio non

ſolum concluſionis, ſed etiam rei cauſa, ut nolit uelit, is qui auſcultat, ſtatim ad ueritatem ipſam impellatur.

Capita libri primi poſteriorum XXVII.

Cap. 1 An ſit demonſtratio, quæſtio, eiuſq; diſſolutio. Quod ſit, aduerſus Platonem & antiquorum nonnullos. Item quo pacto ſit: è prænotione enim.

2 Quid ſit demonſtratio, quæſtio: definitioq; duplex, altera à forma, à materia altera. Quod ſit ſyllogiſmus ſcientificus, à forma: A materia uero, quod propoſitionibus conſtet, non ut cæteri, quibuſuis, ſed euidentem neceſſariamq; ueritatem habentibus, reiq; demonſtrandæ accommodatis. Item propoſitionum immediatarum, id eſt euidentem ueritatem habentium, differentiæ.

3 Confutatio eorum, qui huic definitioni contrarias de demonſtratione opiniones aſtruunt.

4 Quod neceſſariam ueritatem habere oporteat demonſtrationum propoſitiones, unde naſcatur ea neceſſitas: ex eo enim ut ſint uniuerſales, ac per ſe ſint. Quid ſit uniuerſale, quid per ſe ſit, & quid de omni.

5 Quo pacto contingat hallucinatio circa uniuerſale primum.

6 Quod omnis demonſtratio cõſtet ex his, quæ per ſe ſunt, quando omnis demonſtratio ex neceſſarijs ſit, & ſola per ſe ſint neceſſaria. Vbi oſtẽditur maior, primum ſigno, deinde argumentis duobus alijs.

7 Quod nõ ſint principia ex alio genere petenda, q̃ꝑ ꝓblematum. Et quod omnino ex uno genere diſciplinæ in aliud tranſire non liceat, demonſtrantẽ. Eſt enim neceſſe ut ſint per ſe propoſitiões demonſtrationis, ut præcedente capite fuit oſtenſum: & quæ è diuerſis generibus ſunt, non per ſe ſunt, uelut hic oſtenditur.

8 Quod principiorũ alia pluribus diſciplinis cõmunia ſint, alia quibuſq; diſciplinis propria: quoq; pacto, & quæ ſint: de prænotione principiorũ ac differentijs. Item quis uſus duorũ axiomatũ, quæ ſunt cõmuniſſima, in demonſtrationibus ſit.

9 An interrogatio aliqua demonſtrationi conueniat, & quod unicuiq; diſciplinæ propriæ ſint interrogationes. Item matheſeos commendatio, deq; ſyllogiſmorum ampliatione in directum, in latus, ac per media.

10 Demonſtrationum alia oſtendit, ut ſit res, ἢ τὸ ὅτι: alia quamobrem ſit, καὶ τὸ διότι. Illa biſariam fit: aut enim per effectum, aut per cauſam quidem, ſed remotam. Item quemadmodum ſcientiæ ambabus utantur.

11 Primam figuram maxime ſcientiæ eſſe accommodatam.

12 Conueniebat de ſcientia demonſtratiua tractantem, non ſolum ipſius exponere generationẽ, ſed eorũ quoq;, quæ ipſam turbare ſolent, explicare modũ. Turbat autẽ eam ignoratio affectionis, quæ tum dicitur, ubi quis falſam de rebus ꝓſuaſionẽ habet: et aut in propoſitiõibus uerſaẽ mediatis, aut nõ mediatis, atq; in utriſq; per ſyllogiſmũ naſci poteſt. Id quo modo fiat, nunc exponitur: primum uero quot quibúsue modis ſyllogiſticis de immediatis propoſitiõibus oriatur talis ignoratio.

13 Quo pacto earum propoſitionum, quæ mediatæ ſunt, per ſyllogiſmum generetur ignoratio.

14 Senſu à natura deficiente, ſcientiam quoq; propriorum ſenſibilium illius deficere: qui modus alius ignorationis eſt.

15 Si in infinitum eat demonſtrationum reſolutio, tum nullius fuerit ſcientia, ac rurſus inducetur rerũ ignoratio. Quod non ſit in infinitũ abitio, neq; ſurſum, neq; deorſum, oſtenſio.

16 Determinatis extremis, ſummo imoq;, media non eſſe infinita.

17 Propoſitionis negatiuæ mediatæ media, quibus reuocetur ad immediatam, non eſſe infinita.

18 Propoſitionis affirmatiuæ mediatæ media, non eſſe infinita.

19 Elementa monſtrandarum mediatarum non eſſe infinita.

20 Quæ

20 Quæ demonſtratio ad ſcientiã magis idonea ſit, quodq; uniuerſalis præſtantior ſit particulari.
21 Quod demonſtratio affirmatiua præſtantior ſit, quàm negatiua.
22 Demonſtrationem oſtenſiuam potiorem eſſe ea, quæ ducit ad incõmodum.
23 Quæ diſciplina certior ſit, quę una, qúæue diuerſæ inter ſe diſciplinæ ſint. Et quod eiuſdem plures eſſe demonſtrationes poſſint.
24 Fortuitorum non eſſe ſcientiam, neq; in ſenſuum functione.
25 Non omnium ſyllogiſmorum eadem eſſe principia poſſe.
26 Scientiam & ſcibile, ab opinatione & opinabili differre.
27 De ſolertia.

Capita libri ſecundi poſteriorum XVIII.

Cap. 1 In diſciplinis quot ſoleant quæri.
2 Omnem quæſtionem eſſe medij.
3 Diſceptatio, quod demonſtratio & definitio non ſint eiuſdem.
4 Syllogiſmo duplicante non demonſtrari quid eſt, de eo cuius eſt.
5 Neq; idem effici poſſe per diuiſionem, ſyllogiſmo.
6 Non monſtrari definitionem ſumendo definitionis definitionem, neq; definitione contrarij.
7 Quid eſt non poſſe monſtrari.
8 Quid eſt monſtrari per aliud quid eſt.
9 De quid eſt, & quòd eſt.
10 De definitione quid eſt: & propter quid.
11 Per quodlibet genus cauſæ demonſtrari poſſe.
12 De fieri & facto eſſe.
13 In ijs quæ circulo gignuntur, demonſtrationem eſſe circularem.
14 Quo pacto definitio ueſtiganda ſit.
15 Species facilius quàm genera finiri.
16 Anatomen, & analogiam terminandis problematis momentum habere.
17 De cauſis & effectis, & an unius plures ſint cauſæ.
18 Quomodo principia cognoſcantur, & quis principiorum ſit habitus.

Topicorum, id eſt, artis inueniendi locos argumentorum, libri octo ab Ariſtotele ſcripti ſunt, in utranq; partem probabiliter de qualibet propoſita quæſtione diſſerendi inſtrumentum. Opus eſt uarium, multæ eruditionis, & obſeruationis rerum diuerſarũ. Alexander Aphrodiſieus, Quintilianus, & noſtri temporis conſuetudo poſt analytica locum his libris aſſignant. Ioan. Philoponus præponit in principio commentariorum in poſteriora analytica. Et Cicero à Topicis, quod eorum doctrina prior ſit natura, ordiri ſe teſtatur. Quare Ioachimus Perionius elegans Ariſtotelis interpres ac Ciceronis æmulus in annotationibus ſuis in Topica, his uerbis ſuam hac in re ſententiam aperit: Ego ſic exiſtimo, tribus his libris, inſtitutioni Porphyrij, categorijs, & de interpretatione Ariſtotelis, ſtatim hos octo Topicorũ adiungendos eſſe, tum unum de reprehenſionibus captioſis & fallacibus: poſtremo, quatuor de ratione & arte iudicandi. Hæc ille. Ego ſanè in uetuſto codice Ariſtotelis categorias aliter inſcriptas legi τὰ πρὸ τῶν τόπων.

Argumenta & capita octo librorum de inuentione.

Primus liber uarijs diuiſionibus uiam & ordinem ſequentibus præparat. Primum igitur, inquit, dicendum quid ſit ſyllogiſmus, & quæ eius differentiæ, ut ſumatur ſyllogiſmus dialecticus, de quo in præſentia agimus.

Secundum cap. Ad quæ & quot ſit utilis hæc methodus dialectica.
3 Partes problematis quæ & quot ſint: et quid à propoſitiõe problema differat.
4 Definit partes problematis, terminum ſeu finitionem, proprium, genus, & accidens: Et quod accidens uel ſimpliciter, uel ſecundum cõparationem efferatur.

5 Quod licet omnes iam dictæ partes definitionis, siue prædicata, ad ipsam definitionem referri queant: uno enim labefactato tota definitio corruit: conuenit tamen locos instituere, non quidem communes omnibus, sed peculiares singulis.

6 Idem tribus modis aliquid dici, uel numero, uel specie, uel genere: itidem diuersum.

7 Omne prædicatum esse uel terminum, uel genus, uel proprium, uel accidens: & quomodo hæc in X. prædicamentis considerentur.

8 De propositione dialectica.

9 De problemate dialectico, & de positione.

10 De speciebus differendi syllogismo et inductione.

11 Quatuor syllogismorum instrumenta sunt, sumptio propositionum, distinctio intellectuum, inuentio differentiarum, consideratio similitudinis: de quibus deinceps ad finem usq; libri.

12 Propositiones accipimus ex omnium, ex uulgi, è sapientiũ opinionibus, uel memorabilibus, uel naturalibus, uel rationalibus. (&c.

13 Multiplicis distinctio fit inspectis oppositis, specie ne, an uocabulo differant.

14 Differentiæ generibus exquiruntur: similitudo ijs indagatur, quæ diuersorũ sunt aut eorundem generũ. Horũ quælibet usus habent in disputando proprios.

Secundus liber locos accidentis absoluti tractat, siue refellendum, siue sit asserendum: Sunt autem illi trigintaseptem. Vulgò diuiditur hic liber tantum in quatuor capita, quorum primum de problematibus uniuersalibus inscribitur, & quibus in prædicatis inesse & esse conuertuntur: Reliqua tria locos enumerant.

Tertius quoq; uulgò in 4. capita distrahitur, quorũ tria priora idem argumentum habent, locos uidelicet meliorum & eligibiliorum: quartum deniq; de eligendis fugiendisq; absolute. Sunt autem loci in problema eligibilioris uniuersale LIX. qui tribus primis capitibus comprehenduntur: deinde loci ad differendum in omne problema comparationis uniuersale VII. Postremo, loci ad particularia problemata conducentes IX. qui ultimo capite proponuntur. Melius autem & eligibilius uarie accipiuntur: ut, diuturnius, stabilius, optabilius, honoratius, prius, fini propinquius, magis possibile, pulchrius, honestius, laudabilius, &c.

Quartus distinguitur ut plurimũ in sex capita, quibus omnibus à principio ad finem idem institutum est locos generis ob oculos ponere, qui sunt numero 73.

Quintus, quinq; capitibus distinguitur. Primum quot modis proprium accipiatur, docet. Secundum locos XIIII. recenset, quibus destruere contingit problema proprij simpliciter, & construere aliquo modo. Tria ultima locos habent XXVI. ad problema proprij simpliciter & destruendum & construendum.

In sexto sex capita notantur, omnia de locis definitionis. Primum, in genere de malis definitionibus, quæ committuntur quinq; modis. Horum generum siue modorum partes & loci particulares in sequentibus enarrantur. Secundũ proponit locos quinq; non bonæ definitionis propter obscuritatẽ: ac totidem propter superfluitatem. Postrema quatuor infirmant definitionis positionem per locos LXXVII.

Libro septimo de eodem & altero cõsideratur: nam & ea quæ de hoc dicuntur, ad definitionis problemata reducuntur. Sunt autem capita tria, ex quibus primum de eodem & diuerso locos XV. enucleat. Alterum, quinq; locos ostendit de eodem definitione, cum documentis nonnullis. Tertiũ docet de locis cõstruendi & destruendi supradicta prædicata: & quod definitio facillime destruatur, difficillimaq; constructu sit, inde genus & proprium, accidens autem reliquis facilius construatur.

Liber octauus (qui cæterorum utilitatem æquat, aut superat potius) interrogandi ac respondendi modum & ordinem præscribit, quod proprium est dialecti-

ci. In-

ei. Inuentionẽ enim argumentorũ cum philosopho cõmunem habet. Capita v. sunt. In primo ita proponit: Loci quidẽ unde oporteat sumere, dicti sunt prius: « hic autem de ordine & interrogatione dicendum, diuidendo propositiones, quæ- « cunq; sumendæ sunt, præter necessarias. (Necessariæ uero dicuntur per quas syl- « logismus fit.) Quæ autem præter has sumuntur, quatuor sunt: aut enim gratia in- « ductionis, ut detur uniuersale: aut ad magnitudinem orationis, aut ad occultatio- « nem conclusionis, aut ut sit dilucidior oratio. His ita propositis persequitur sta- « tim ad occultationem pertinentia documenta quindecim usq; ad primi capitis fi- « nem. Tria reliqua in secundo absoluit. Tertium caput certis rationibus re- « spondentem instituit. Quartum, locos interroganti & respondenti communes affert. Quintum, opponenti & respondenti.

Capita librorum de elenchis.

Quanquam Ioachimus Perionius magni nominis operum Aristotelis in Lati- num sermonem traductor, elenchos unà cum topicis (ut supra monui) statim post summa x. genera legi debere ante lectionem analyticorum, statuit: ex epilogo ta- men operis elenchorum constare uidetur hanc ultimam logicæ partem esse: nus- quam enim alibi communem peroratione adhibuit quàm hoc in loco, de syllo- gismis quoq; iam antea elaboratam sibi lucubrationem commemorans. Interim uero non negauerim commodam esse Perionij sententiam, præsertim illis qui æta- te ac eruditione minores sunt: sic enim paulatim à facilioribus ad obscuriora pro- cedent.

Caput primum. Quod sit & quid sit syllogismus sophisticus.

2 Sophistam magis cupere sapientem uideri quàm esse. Quot sint colloquutio- nis genera, & quod nam ex eis sophisticum.

3 Sophistarum in disputando fines, ut refellant, ut mentiri cogant, ut absurda loqui, & barbara, & nugatoria. Loci eorum in uerbis, æquiuocatio, ambiguitas, compositio, diuisio, accentus, dictionis figura: quæ genera rursus in suas species diducuntur.

4 Loci sophistici extra dictionem, ex accidenti, aliquò relatum quod simplici- ter efferendum erat, confutationis inscitia, ex consequenti, principij acceptio, po- sitio non causæ tanquam causæ, & multarum interrogationum in unam collisio.

5 Quod omnes sophisticæ reprehensiones ad unam elenchi ignorantiam reuo cari possint.

6 Causam omnis deceptionis esse quia multiplex distinguere non ualemus.

7 Inter apparentem & sophisticum syllogismum quid intersit.

8 In qualibet arte uel scientia peculiares redargutiones haberi, quas Dialecti- cus non attingit: sed communes tantum redarguendi locos explicat.

9 Modos captionum non bene sic diuidi, ut uel ad nomen, uel ad intellectum referantur, cum ubicunq; alterum est, sit alterum.

10 De interrogatione tentatiuæ, & quid inter contentiosum sophisticumq; in- tersit.

11 Orationes dialecticorum tentatiuorumq;, non esse ad determinatum genus, ut neq; demonstrans aut metaphysicus.

12 Loci sophistici interrogantium ad falsum aut inopinabile.

13 De captionibus nugationis & solœcismi.

14 De occultatione sophistica, & contra ægre respondentes.

Capita libri secundi IX.

Libro secundo instituit respondentem, quum supra opponentẽ docuerit. Mon- strat enim soluendi paralogismi modum.

Caput 1 De utilitate harum exercitationum.

2 De apparenti ſolutione reſpondentis.
3 De recta ſolutione, loci ad diluendas captiones in dictione.
4 Quomodo diluantur accidentis argutiæ.
5 Quomodo ſoluantur ſex ultimę cauillationes (eas nominauimus lib. 1. ca. 4.) quæ ſunt extra dictionem.
6 Dilutiones nugationis, & ſolœciſmi.
7 De oratione facili, difficili, & acuta.
8 Epilogus octo Topicorum, & duorum præſentium librorum.
9 Peroratio communis ad totam logicam, in qua ſyllogiſmorum rationem à ſe primum inuentam profitetur.

Poſt libros dialecticos non inepte mihi collocaturus uideor eos qui de Rhetorica, & poëtica ab Ariſtotele conſcripti ſunt: cum omnes ſub idem genus cadant, quod Logicum ſiue ſermocinale uocari poteſt, & ipſe philoſophus Rhetoricam Dialecticæ ἀντίστροφον eſſe teſtatur: & Zeno Cittieus ut hanc indicaret claudebat manum: ut illam, aperiebat: quoniam ſubiecto conueniunt ferè omnes tres iſtæ artes, quod nulla proprium ac definitum habet: eloquutionis modo differunt.

Rhetoricorum ad Theodecten primi libri capita.

1 Quod de eiſdem ſint rhetorica & dialectica: quodq; qui ante ipſum de rhetorica ſcripſerunt, non recte tractauerunt, & de utilitate eius.
2 Quid ſit rhetorica, quod eius ſubiectum, quomodo ſe ad dialecticam habeat, & ex quibus rebus principalibus conficiatur oratio.
3 De tribus generibus cauſarum, & finibus ipſorum.
4 De quibus deliberatio eſſe ſoleat.
5 De felicitate ac fine deliberantium.
6 De utili ac bono. 7 De maiore ac minore.
8 De rerumpub. numero ac formis.
9 De honeſto ac laudabili, quæ ad demonſtratiuum genus pertinent.
10 De accuſatione & defenſione.
11 De iucundis. 12 Quomodo ſe habẽtes & quib. iniuriã faciant.
13 De iniuria, iureq; factis. 14 De maiori ac minori iniuria.
15 De inartificiali fide.

Capita libri ſecundi.

1 Quod auditores afficiendi ſint.
2 De ira. 3 De manſuetudine.
4 De amicitia & amore, eorumq; contrarijs.
5 De timore & eius contrario.
6 De uerecundia & inuerecundia.
7 De gratia. 8 De commiſeratione.
9 De indignatione. 10 De inuidia.
11 De æmulatione. 12 De affectibus & habitibus iuuenum.
13 De affectibus & habitibus ſenum.
14 De moribus ætatis mediæ.
15 De moribus nobilium. 16 De moribus diuitum.
17 De moribus potentium & fortunatorum.
18 Quod ſunt quædam omnibus generibus communia.
19 De poſſibili & impoſſibili.
20 De exemplo. 21 De ſententia.
22 De enthymemate. 23 De locis enthymematum.
24 De apparentium enthymematum locis.
25 De ſolutionibus.
26 De amplificatione & attenuatione.

Capita

Capita libri tertij.

1 De partibus rhetoricæ. 2 De eloquutione. 3 De frigidis.
4 De imagine. 5 De Latinitate.
6 De amplitudine elocutionis.
7 De decoro in elocutione.
8 De numero. 9 De pendente oratione ac eius contraria.
10 De urbanis. 11 Quid sit ante oculos ponere.
12 De diuersis dicendi generibus.
13 De partibus orationis. 14 De exordio.
15 Loci ad dissoluendam calumniam.
16 De narratione. 17 De confirmatione.
18 De occasione interrogandi.
19 De peroratione.

Ex præfatione Georgij Trapezuntij ad Papæ thesaurarium: Libros rhetori- “
corum Aristotelis ad Theodecten, quos è Græca lingua in Latinam nuper tradu- “
xi, tuo potissimũ nomini dedicaui. Est enim liber cæteris ferè Aristotelis libris om- “
nibus longe utilior, ijs præsertim qui multorum magnorumq; negotiorum onera “
subeunt: adeò ut facile animum inducere Lector possit, aut multa se de rebus hu- “
manis hinc didicisse, aut quæ prius experiendo didicerat, cuncta hinc recogno- “
uisse. Mirum enim est sic ipsum omnia de moribus hominum per diuersas ætates “
atq; fortunas prudenter inuenisse, distincte explicasse, ornate conscripsisse, ut ni- “
hil ab eo prætermissum esse uideatur: nec secreta naturæ solum, ut summus om- “
nium philosophus, sed abditas quoq; hominum mentes, motusq; reconditos non “
iniuria percepisse putetur. “

Capita Rhetoricæ ad Alexandrum, qua continentur præ-
cepta de causis ciuilibus.

Præfatio ad Alexandrum regem. De genere deliberatiuo.
Quæ sint consultanda. De genere demonstratiuo.
De genere iudiciali. De quæstione.
Quæ communia sunt omnibus generibus.
De probationibus. De exemplis.
De coniecturis. De commentationibus.
De sententia. De signo. De argumento.
De probabili & differentijs. De testimonio & testibus.
De quæstione. De iureiurando.
De præoccupatione. De postulatis. De iteratione.
De facetijs & prolixitate oratiõis. De nominum compositione.
De oratione dilucida. De contentionibus.
De compari. De similiter cadente.
De exordijs. De narratione.
De ordine narrationum. De confirmatione.
De præoccupatione. Suadendi species.
Laudandi uituperandiq; species.
Accusationis quæstionisq; præcepta. De quæstionis speciebus.
Peroratio antedictorum omnium per enumerationem & amplificationem.

Ex præfatione Aristotelis ad Alexandrum: Assumpsimus autem, sicuti no- “
bis Nicanor exposuit, si quid hisce de rebus apud cæteros artis scriptores expoli- “
tum elimatumq; inuenimus. Impendes autem operam etiam hisce duobus libris, “
quorum alter meus est, eas continens artes quas ad Theodecten scripseram: alter “
autem est Coracis. Reliqua uero omnia, quæ siue ad ciuilia præcepta, siue ad iudi- “
cialia pertinent, seperatim hoc in libro scripta sunt. “

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [195] - 77v

In librum de Poëtica.

» De Poëtica, opus pulchrum & necessarium, cum poëmatibus componendis,
» tum compositis recte iudicandis, ex Aristotelis officina prodijsse manifestissimum
» est, non modo propter stilum & ordinem notissimum cunctis, uerum etiam quo-
» niam in rhetoricis ab eodem interdum allegatur, & à Plutarcho quoq; non semel,
» alijsq; claris tam Græcis quàm nostris authoribus. Sed cum obscurus & difficilis
» liber sit, multisq; portentis scateat, neglectus iacuit hactenus, nec ullis illustratus
» commentarijs. Nam quod Auerrois super eo commentatio reperiatur, planè ni-
» hil est, cum nihil ad rem afferat: propterea quod parum intellectum esset ab ijs, qui
» in Arabum linguam hoc opus uerterunt. Nihil etiam est quod à Georgio Valla
» conuersum in Latinum habeatur: id quod satis per se apparet. Hermolaus Bar
» barus quidem in epistola quadam conuersurũ se promittit: sed cum tale nihil eius
» reperiatur, uel illud omisisse credi potest, uel certe parũ sibi in eo satisfecisse. Ale-
» xander Paccius libri interpres in epistola ad Nicolaum Leonicum.

De naturali parte philosophiæ.

Physicam philosophiam Aristoteles excoluit maxime, & plurimos in ea libros reliquit, quorum primi sunt octo illi, qui per excellentiam de auscultatione physica inscribuntur.

In primo libro physicorum acroamatum, refutat opiniones ueterum de principijs naturalibus, docetq; de materia & forma, sed magis de materia: sicut in secundo etiam de utrisq; loquitur, sed magis de forma. De priuatione etiam in hoc primo tractat, quæ & ipsa res naturales sequitur, non tamen omnes, sed generationi solum & corruptioni obnoxias, ut quæ per uices soleant nunc formæ nunc priuationi locum dare.

In secundo disserit de causa seu principio efficiente propinquo, quod dicit esse naturam, & similiter de ipso fine, quam proprie causam dicit. Sed quia sunt aliæ quoq; causæ quæ per accidens causæ efficientes uidentur, ut casus & fortuna, simul de istis quoq; agit.

3 Cum autem statuerit naturam esse principium motus, & earum deinceps rerum omnium, quæ motus alicuius proprietate notaq; designantur, in tertio docet quid sit motus, & in uniuersum, & singillatim singula genera. Cum uero continuus sit naturalis motus, omne autem continuũ in infinitum sit scissile, itidem hic de infinito & de continuo disputatur. Nam physici quidam infinitum inter communia rebus naturalibus statuebant: ut Anaxagoras homœomerias suas, & Democritus atomos infinitas. Pronunciat igitur quod infinitum non possit actu dari, neq; simul totum subsistere, sed potentia solum & particulatim existere. Sicut spectaculum esse dicimus, nõ quod semel uniuersum sit, sed quia successione partium constat.

4 Corpora autem naturalia cum loci egeant, & eius in quo sunt, & eius in quo mouentur, ea ratione de loco disseritur in quarto. Ad hæc cum nonnulli putarent locum esse uacuum interuallum, atq; inter principia ipsum inane magno plausu consensuq; collocarent (Democritus enim omnia ex atomis & uacuo constare asseuerabat) iure eodem libro eas exulcerat quæstiones, quæ de niani atq; uacuo serebantur. Item cum motum omnem metiatur tempus, necessarium uidebatur de tempore diligenter esse perquirendum.

In quinto motum qui proprius esset ab alijs mutationibus separauit.

In reliquis libris quæ oppositiones pugnantiæue tum motus ad motum, tum quietis ad quietem: quæ motus item uicissim quietisq; haberentur oppositiones: postremo quis esset motus unus deinceps ostendit.

In sexto, de motu, quatenus is de numero continuorum est, præcipue tractat.

In septimo habetur comparatio mouentium ad res motas, quarum demonstra-

tionum

tionum hæc ſunt capita: Omne quod mouetur ab alio moueri. Primum mouens primumq; motum neceſſario exiſtere, neq; in infinitam ſeriem mouentia & mota protendi. Motum omnem finitũ eſſe, et terminis contineri excepto circulari.

Octaui libri demonſtrationum capita præcipua ſunt hæc: Motum eſſe ſempiternum, neq; incœpiſſe, neq; deſiturum unquam: quod probat partim ex natura motus, partim ex natura temporis, quod cum ſemper fuiſſe oſtendat, motum quoq; ſemper extitiſſe concludit. Poſtquam igitur motum eſſe probauit æternum, addit quod mobile quoq; ſempiternum ſit, corpus cœleſte ſcilicet: & motor ſempiternus, qui tamen neq; per ſe, neq; per accidens moueatur, in nullo corpore, puriſſima ἐντελέχεια ſine omni potẽtia materiæ, infinitæ uirtutis mens, quæ ſummum naturæ bonum eſt: ex quo, ut in prima philoſophia inquit, totum cœlũ atq; natura uniuerſa dependet ac conſeruatur.

De inſcriptione librorum 4. de Cœlo, & argumento eorum in genere.

Libri de Cœlo, ſic tantum inſcribendi ſunt, non etiam de mundo, quod hodie plærique faciunt, & olim Alexandro Aphrodiſ. placuit. Nihil enim de mundo tractant, niſi id quod ei cum cœlo commune eſt, uel potius quod à cœlo accipit bona ſua ei communicante, ut quod finitus eſt, unus, æternus. Sed neq; Syrianus & alij quidam recte ſentiunt, omnes quatuor huius tractationis libros de cœlo tantũ ex profeſſo diſſerere, id eſt, de æterno & circulari corpore, quæ uero de elemẽtis dicuntur nõ aliam ob cauſam afferri, q; propter doctrinam de cœlo, ut illud demonſtretur non eſſe de numero quatuor elementorum, nec ex ipſis conſtare, ſed peculiarem habere eſſentiam quintã, ab alijs quatuor diuerſam, nec leue aut graue eſſe ut cætera quatuor. Atqui non ita ſentiendum eſt, ceu prorſus aliena ac præter inſtitutum ſint ea, quæ de elemẽtis dicuntur: ſed tum de cœlo tum de quatuor elementis, utpote ſimplicibus corporibus, Ariſtotelem ex profeſſo in his libris tractare exiſtimandum. Totum autem opus à cœlo, utpote digniore, & quia priores duo libri de eo ſolum agunt, denominatur: uel ſynecdochice quoniam elementa cætera contineantur cœlo, quod ipſum quoq; elementi nomine aliquando Ariſtoteles abuſiue nuncupat.

Argumenta librorum quatuor de Cœlo.

Libris de Cœlo ſubiectum eſt corpus mobile ſimplex, rectum, aut circulare: In his oſtenditur cuiq; harum corporis differentiarũ ſuam mouendi rationem peculiariter competere, & quonam pacto, quibus ue de cauſis. Sic motus ſimplex, rectus, ſurſum tendens, corpori ſimplici recto leui competere oſtenditur, & quo pacto: ut motus qui deorſum eſt, corpori graui. Eſt autem motus localis natura prior quàm cæteræ tranſmutationes ſint, proinde diſputatio librorum de cœlo, reliquorum tractationem præcedere debet, & ob alias quoq; cauſas: non enim recte faciunt, qui hunc ordinem contrauertunt. Rerum naturalium æternarum, aliæ tum uniuerſim huiuſmodi ſunt, tum particulatim, ut cœleſtia: aliæ, in uniuerſum quidem æternæ ſunt, iuxta ſingulas uero partes gignuntur ac intereunt, ut elementa 4. de his in libris 2. poſterioribus de Cœlo agit, de illis in prioribus duobus.

Liber primus ex ſimplicium motuũ differentijs quinq; ſimplicia corpora oſtendit, unũ circulare, & quatuor procedentia motu recto: quodq; circuli corpus neq; ſit unum aliquod ex quatuor, nec ex eis conſtitutum, ſed quinta quędam eſſentia, à quatuor illorum numero exempta, iſſdemq; præſtantior, quæ nec uniuerſa nec ulla ex parte mutationem ullam niſi localem ſubeat, ingenita, incorruptibilis. Generationes enim & interitus rerum ex contrarijs & in contraria fiunt, at circulari corpori nihil eſt contrarium: contrariorum enim cum contrariæ ſint motiones, circulari motioni nulla contraria eſt. Deinde oſtendit cœlum magnitudine finitũ eſſe: Impoſſibile eſt enim corpus ullum infinitum eſſe, præſertim quod moueatur.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [197] - 78v

Addit etiam perinde facere, qui cœlum infinitum dicit, ac illum qui ulnam uel circulum infinitũ diceret. Nam & qui ulnam nominauit simul certæ magnitudinis, & qui circulum determinatæ figuræ notionem proposuit: ita qui cœlum, similiter. Insuper quod mundus tantum unus sit, non plures, nec infiniti multitudine, quibus consequens est hunc incorruptibilem, finitum, unumq; esse, ex omni naturali ac sensili corpore cõstitutum, nullo extra cœlum relicto, seu corpore, seu loco, seu uacuo. Post hęc repetita disputatione de ingenito & incorruptibili, ostendit cœlum ingenitum & incorruptibile esse, eiusq; gratia mundum quoq; non esse uel genitum & incorruptibilem: uel corruptibilem quidem sed ingenitum: Generabile enim & corruptile mutuo conuerti.

In libro secundo conclusionem subdit illorum, quæ in primo dixerat, & præter alia de quatuor elementorum integritate docet: Primum autem quod circularis latio, quæq; in ipso manent, natura cœlo insint, nõ per uim aliquã. Mox de localibus ipsius interuallis, atq; extremis eorum, scilicet superi, inferi, dextri, sinistriq;, ante & retro. Tertio, de contrario motu planetarũ, cur is fuerit institutus. Quarto, de figura, quod sit sphæricũ cœlum, & stellæ. Quinto, cur moueatur in eam partem, in quam moueri conspicitur. Sexto, quod primi cœli motus æqualis sit, & minime inæqualis. Septimo, de stellarum substantia, figura, ordine, motu. Octauo, cur cum prima sphæra uno motu uertatur, quæ ab ea distant non tanto pluribus motibus circumagantur, quanto plus conspiciuntur distare, ueluti sol & luna: sed quæ mediæ sunt pluribus motibus cientur. Nono, cur quisq; ex errabundis orbibus unam solum stellam habeat, cum tantus earum numerus in suprema sit. Postremo de terra disserit, non per se quidem, sed de habitudine eius ad cœlum, quod centri rationem obtinens in medio cœli sit locata, nulla ui indigens qua sustineatur, ut quispiam putauerit: sed contra potius non sine ingenti uiolentia à medio dimoueri possit, figuram habens sphæricã, & circum ipsam immotam cœlum moueatur: quodq; magnitudinem ad cœlum cõparata minimam habeat, minor plærisq; omnibus stellis, excepta tantum luna. Breuiter, tria sunt capita huius libri, De cœlo, de astris, & de terra.

In tertio libro, tractaturus de elementis, id est, simplicibus sub luna corporibus, quatenus gignuntur & corrumpuntur, nempe secundum partes (supra enim de ipsorum integritate mundum constituente loquutus est) primum quærit an sit generatio, quam in rebus existere aduersus eam tollentes, partim ratione, partim euidentibus actionibus rerum asseuerat. Posita generatione negat eam ex incorporeo fieri posse: sic enim aut uacuum daret r rei genitæ post occupandum, aut corpus oporteret per aliud corpus transire. Fit igitur, ait, ex corporeo, quod uocamus elementum, in quod ultimum corpora reſoluuntur, potentia aut actu inexistens: ex quibus utrum uerum sit, declarabit inferius. Mox numerum elementorum definit, quod nec unum, nec uel numero uel magnitudine infinita sint: cœlo enim, quod finitum est, continentur, & nihil actu infinitũ admittitur. Nec unũ est. Sic enim (si unum foret) non tantæ uigerent contrarietates, & aduersariæ motiones in rerum natura: nec homo doleret, inquit Hippocrates, aut si doleret, semper uno medicamento curaretur. Supponit igitur quatuor esse: Demonstrationem enim eius in secundo libro demum de generatione & corruptione profert: ad id confirmandum hic se præparans, & ostendens quod elementa gignantur, idq; ex se mutuo, non ex alio quopiam: corpus enim generabile simplex præter quatuor elementa nullum dari posse. Sed cum ex se mutuo gignantur, oportet quod unum alteri uel actu insit, uel potentia. Non ineſt autem actu: sic enim non generatio rerum, sed concretio tantũ & discretio fieret, & atomi uel homœomeriæ inducerentur, res absurda & impossibilis, quæ omnia omnibus ineſſe concludit. Ineſt igitur potentia. Quomodo autem insit, & quomodo hæc generatio mutua fiat,

in libris

in libris De generatione & corruptione perſequetur. Hic uero concluditur, quod elementa generationi ſint obnoxia, &c. & quod ex ſe mutuo generentur, non per ſecretionem aut concretionem, neq; diſſolutionem planorum aut indiuiduorum, ſed per qualitates trifariam in ijs inſpectas, aut iuxta facultatem agendi, aut iuxta actionem, aut paſſionem, quæ poteſtate erat, actuq; fit in patiente. Iſtis tribus conſideratis, & generatio mutua intelligetur, & ex modo quot & quæ ſint elementa manifeſtum fiet.

Argumentum quarti libri. Modum inquirens generationis elementorũ mutuæ, ad mentionem uenit de facultatibus, paſſionibus, & motibus ipſorũ. Et cum in fine tertij libri dixiſſet, oportere omnes elementorum inter ſe differentias conſiderare, tum eas quæ ſecundum facultates ac motus ipſorũ examinantur, tum quæ à qualitate, actione, aut paſſione ſumuntur: ſtatim in quarto de grauitate ac leuitate diſſerit, iuxta quas naturaliter mouentur, & peculiarem quæq; locum ſortiuntur. Vel aliter copioſius: Vti primum ex ſimplicibus corporibus ex motu inuenit (quod phyſicum decet: eſt enim natura principium motus) ita hic reliqua inquirit è motu recto: qui cum per poteſtatem grauis & leuis inſit naturalibus corporibus, de graui leuiq; prius diſquirit, utpote quibus potiſſimũ ſpeciem ſuam ſortiantur quæ ſub luna ſunt ſimplicia corpora (cœleſtibus enim hæc non conueniunt) & rectà mouentur, ac inuicẽ ex ſe gignuntur, quãuis aliæ paſſiones plæræq; & facultates & actiones eis inſint: ut per caliditatẽ, ariditatẽ, raritatẽ, aliaq; huiuſmodi, & iſtis contraria. Graue autẽ & leue quid appellemus ſtatim initio primi libri ſupponendũ ait, ita ut ad præſentẽ tum contemplationẽ ſufficeret, accuratius poſtea diſcutiendũ in ipſorũ ſubſtantiæ contemplatione, nimirũ in præſentem locũ rem differens. Itaq; diſtinguens primum id quod ſimpliciter leue & graue, & quæ cõparatione inter ſe dicuntur, eorumq; diſcrimen aſſignans, deinceps opinionem antiquorũ de graui ac leui enumerat, & oſtendit q; nullus eorũ de graui ac leui ſimpliciter uerba fecerit: ſed de ijs quę ad aliud ſunt. Mox in tertio capite definit ob quã cauſam quædam corpora ſurſum natura ferantur, quædã deorſum: & cauſa cõmuni reddita in 4. cap. differentiã tradit extremorũ elementorũ, id eſt ignis & terræ ad aẽrẽ & aquam. Quinto, quod ſimpliciter graue ſit terra, & ignis ſimpliciter leuis ſubiecto medio definito. Sexto demonſtrat mediũ iſtud definitũ eſſe, atq; inde quod etiam extrema ſint definita, ideoq; extrema etiã elementorum leue aut graue ſimpliciter eſſe, quod perinde eſt ac ſi ignem & terram dixeris. Deinde quod media quoq;, aër & aqua, partim grauia, partim leuia ſint. Septimo, quod ignis nequaquã grauitatẽ habeat, & terra leuitatẽ neutiquam. Media porrò in locis propriis quidem nec leuitatẽ habere neq; grauitatem: at in locis ſuperiorũ grauitatem habere, leuitatẽ non habere. Octauo, quod elementa quatuor propriis differentijs materiæ differant, neq; media ex extremis componantur.

Argumenta librorum 2. de generatione & corruptione.

Argumentum primi libri. Poſtquam ſupra diſſeruit de grauitate & leuitate elementorum, iam de reliquis etiam differentijs facultatum ipſorum dicturus, iuxta quas in ſe mutantur inuicem, ex quibus & generationis eorum modus eluceſcit, & numerus quæ nam ſint & quot: prius de communi uel ſimplici generatione & corruptione docet, ſcilicet quid ſit (quod ſit enim in libris de Cœlo aſſeruit) & quomodo differat ab alijs mutationibus, ut alteratione, & augmẽtatione. Nam multi ueterum philoſophi nullũ diſcrimen conſtituere uidebantur inter eiuſmodi mutationum genera: nominibus tantum ea differre inquientes, re autẽ cõgruere: & reliqua quæ ad uniuerſalem generationem corruptionemq; pertinent perſequitur, ac ita demum de mutua generatione ſimplicium corporum ex ſeſe diſputat, ut quæ elementa ſint omnium quæ gignuntur & corrumpuntur mixtorum corporum. Proprium etiam huius inſtituti putauit diſputationem de tactu ſuſcipere,

quod actionis & perpessionis ratio nunquam satis intelligatur nisi cognito earum intermedio, quod scilicet intersistit, ac ueluti internuncius utraq; conciliat & coniungit. Itaq; ueterum somnia de actione & passione conuellit, meatusq; & atoma, quibus illi maxime utebantur ad utriusq; motus reddendam rationem, nullum ad id adiumentum afferre testatur. Postea de naturali mixtione loquitur, quæ cum temperationem & appositionem sub se comprehendat, priori significato contentus est. Temperatio enim necessario accõmodatur ad fabricationem eorum, quæ ex elementis finguntur.

Argumentum secundi libri. Hic liber complectitur elementorum discrimina, uel potius facultates agentes patibilesq;, ut hoc modo rationem generationis illorum mutuæ inueniat, & demonstret quatuor solum numero elementa esse, quod supra pro hypothesi sumpserat. Idcirco autẽ de mutatione illa elementorum in se inuicem disputationem instituit, ut uicissitudine atq; talium corporum commutatione, mundi naturam continuari, & ad immensum tempus permanere demonstraret. Hunc statim sequi debebat quartus de meteoris inscriptus, ut infra dicetur.

De quatuor libris Meteorologis.

Libri meteororum tractant de aquis etiam, terra, metallisq;: sed nomen ceperunt ab ijs, de quibus primo loco differitur. Videntur autem dicta meteora, eò quod fiant ἐν μετεωρίῳ, id est, in loco medio & confinio, extremorum elementorum. Et sic proprie uocantur sublimia, quæ secundum naturam quidem sunt, sed imperfectam: & motum minus ordinatum quàm cœlum seruant, ut cometæ, faces, salientes, &c. qualia in proximo stellis loco generantur. Post hæc meteora dicuntur communes aëri & aquis affectiones, ut impressiones & apparentiæ, quarum utraq; aëri & aquæ inest: per quæ manifesta fiunt quæ de fascibus, parelijs, halo, iride, ac similibus traduntur. Postremo meteora etiam terrestria habentur, ut euaporationes terræ, quæ causæ nubium, fulgurum, pluuiarum, flatuum, &c. Aqua uero terræ inclusa fontes, spiritus inclusus terræmotus producit. Est autem non omnino certa meteororum cognitio, sed magna ex parte uerisimilis. Quædam enim (ut inquit Alexander) dubitationem habent, uelut quo pacto fiat iris, & cur aqua maris salsa sit. Alia mediocriter assequimur, uelut de nubium constitutione, deq; ipsarum in aquam mutatione. Nam de huiusce modi, si non exactam doctrinam facere possimus, non tamen ipsorum generationẽ prorsus ignoramus.

Primus liber Meteororum agit de regionibus aëris & affectionibus eius: flammis sublimibus & differentijs earum, cometis & lacteo circulo: deinde de pluuia, nube, caligine, niue, pruina, rore, ac grandine. Deinde proposita disputatione de uentis, fluminibus, fontibus, cataclysmo, ac mari: sed de cæteris quidem tractationem hoc in libro absoluit; de mari autem in secundo demum differere pergit.

Liber secundus sermonem de mari orditur, & quærit quæ sit eius substantia & natura, & salsedinis aquæ causa, quóue pacto primum hæc fiat. Ac primo ueterũ theologorum, ut Hesiodi, Homeri, Orphei, opinionem affert, qui fontes quosdam maris ac terræ principia faciebant propria, non autem ex aliorum mutatione generationem ipsorum statuebant. Similiter quoq; Physici, non ingenitum esse mare, sed ex fontibus quibusdã deriuari opinabantur. Aliqui igitur ipsorum mare dicebant reliquias esse primi humoris, cuius tenuiores partes in spiritus euaporarent, & solem lunamq; alerent: quæ causa etiã conuersionis illorũ syderum ad euaporationes subinde se conuertentiũ & consumentiũ eas, propterea mare imminui tandem planè exiccandum: reliquum crassius & salsum permanere. Alij mare sudorem

sudorem esse dicebant terræ à sole calefactæ. Alij aquam per terrã deuolutam salsedine putant imbui: salsos enim nitrosos & acidos humores in terra esse. Cæterũ post tractationem de mari, eius generatione, salsedine, & loco, & post assignatam causam cur accessione fluminum non augeatur: de saporibus & coloribus aquarum disputat: mox de uentorũ causis, & generatione, cur quandoq; cessent, quandoq; moueantur, unde & quo tempore quisq; flare soleat, eorum situ, contrarietate, natura, & temperamentis disputat: Tandem de terræmotu causis & generatione: item de tonitru ac fulguratione, refutatis ueteribus suam sententiam approbat.

Argumentum tertij libri. Cum circa finem superioris libri de tonitru & fulgure declaratum sit, nũc pergit de cæteris eiusdem generis dicere, ut procellis uentorum, uortice, prestere, fulminibus: hæc enim omnia subiecto unum sunt, fiuntq; uiolenter excreta euaporatione sicca quæ intra nubes includebatur, consistentes nimirum ac densas, & propria densitudine frigiditateq; ipsam exhalationem consolidantes, ἐκπυρηνίζουσαι. Ac primum loquitur de uentis ecnephijs, sic dictis quod ex nube spirent: tum de altero genere meteororũ, halone, iride, uirgis, & parelijs.

Quartus meteororum statim post libros de generatione & corruptione locandus est: siquidem cum in ijs esset loquutus de facultatibus quatuor tactilibus, caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate: atque ostendisset ex harum coniugatione elementa fieri: & alias quidem actiuas, alias uero passiuas esse: In hoc libro docet quæ nam sint ea quæ harum facultatum unaquæq; patiatur aut agat, in rerum constitutione scilicet, quæ ex elementis constant. Docet igitur generationem simplicem ex his constitui, in qua calor artifex est, artificij materia humidũ, quod iunctum sicco firmum stabileq; efficitur ad actionem calidi retinendum: quare & ipsum pro passiua qualitate sicut humidum censetur: & frigidum pro actiua sicut calidum: caloris enim uim temperat in mixtione, ut materiæ proportionatæ & congruens sit: Nimius enim uel non gignit, uel absumit: Moderatus uero & natiuus tum gignit, tum genita perficit ac conseruat. Humidum non habet terminum & diffluit, nisi siccum accedens ipsum diffluere, & ueluti ceram liquari prohibeat. Sic igitur his rite mixtis, & ut decet agentibus ac patientibus generatio simpliciter peragitur, opus illarum: cui opponitur mixti corruptio, quæ nomen quidem generis totius nullum habet peculiare, sed in rebus singularibus putrefactio dicitur. Calor agens patienti humido terminum inducit, qui mixtione sicci retinetur: at in putrefactiõe dissoluta mixtione sicci ab humido, aboletur terminus: hinc fit quod quæ putrefiunt foris humida, intus sicca apparent, tendente ad extrema humido. Corrumpitur etiam aliquid ubi calor non moderatus est, quare is nec efficere mixtionem, neq; prius factam conseruare potest. Est quando calor natiuus ab ambiente uictus ad eum mouetur à medijs mixti partibus, & unà secum rei ipsius humidum, cui tanquam subiecto inhæret, educit: itaq; separatio fit humidi à sicco. Post generationem rerum à qualitatibus elementorum, consideratur rerum iam consistentium perfectio aut conseruatio per easdem: quæ ut arte, sic etiam natura tripliciter in animantium corpore fit ratione concoctionis, quæ uel perficit, & maturatio nominatur, cui cruditas opponitur: uel conseruat, utrunq; beneficio caloris, qui in maturatione quidem peculiariter intelligitur, in elixatione cum humido iunctus, in assatione autem cum sicco: His oppositæ cruditates ob frigoris iniuriam fiunt. Sic in animali sanguis fit à calore humido, eodemq; sicco bilis: phlegma autem à frigore humido, quod cruditatem elixationi oppositam producit. Post hæc passiuarum qualitatum effectus numerat & differentias, ex quibus sunt mollicies & duricies quæ tactu iudicantur: Mollia plurimum humidi, dura sicci habent. Et quoniam hæc aliaq; huiusmodi coagulatione uel congelatione fiunt, de ipsa quoq;, & opposita ei liquatione differit. Postremo ad expositionem simila-

rium partium transit, quæ in animalium corporibus primæ sunt ac simplicissimæ, harum modũ & differentias ut ex hisce qualitatibus eas sortiuntur, exponit aptissime. Ita apparet hunc primum esse librum qui de compositione mixtorum habetur, ut qui mixtionem, & eius pro qualitatum passiuarum natura affectiones uniuersim doceat.

Argumenta trium librorum de Anima.

Postquam in quarto libro de meteoris explicauit affectiones communes omnibus mixtis corporibus, nunc ad species mixtorum descendit, quæ uel natura sola reguntur ut inanimata, uel animam quoq; habent ut plantæ (sic enim Peripatetici sentiunt: Platonici autem & medici ferè nutritionem auctionemq; & huiusmodi, naturæ potius q̃ animæ opera faciunt) uel cognitione insuper ac sensu fruuntur.

In primo ueterum de anima opiniones recenset, examinatq;, ac interim ostẽdit quod substantia sit ipsa anima, & incorporea: quodq; alia ipsius pars ueluti finem præbeat terminúmue corpori mobili uiuenti, alia uero moueat. Item quod rationalis anima actiones habeat quasdam non utentes instrumento corporis, & quod hæc princeps sit maxime. Deinde quo pacto cognoscat non iuxta materiam scilicet cum rebus noscendis, sed iuxta formæ affinitatem. Ad hæc animationis (ut ita loquar) differentiam totius elementaris molis ad particularia ostendit, & quod una singulis anima insit.

Liber secundus definitionẽ cuilibet animæ cõmunem affert: inde ad particulares uegetatiuæ & irrationales animæ facultates transit, de nutritione, sensibus omnibus, eorũ modo, causis & obiectis disputans. Nam in libro de sensu & sensilibus sensoria instrumẽta exponit, quod cuiq; sensui cõueniat, et unde cõstet. Ferè enim omnis animæ actio organo eget corporeo. Ibidem de sensilibus uel sensuũ obiectis accuratius agit: quodnam unicuiq; sensui proprium, & quæ sit eius essentia quatenus sensile est & sensum afficit. Hic uero de anima sensitiua, eiusq; partibus dicit, unde sentiendi facultas sit, quæ actio sensifica, & de obiectis eius, non amplius quàm ad sentiendi actionem ei commodum erat.

Libri tertij scopus est de rationali mortalium anima differere, cuius essentiã & facultates inquirit, & facultatũ differentias, quibus distant tum inter se, tum præstantioribus irrationalis animę partibus collatę. Inquirit ergo phantasiæ & opinionis à cogitatione uel dianœa discrimẽ, & rursum cogitationis à mente. Quia enim opinio, quæ facultas est rationalis animæ, conuenire uidetur quodammodo cum sensu cõmuni & phantasia, iccirco differentiam eorum inuestigat. Et primo quidẽ astruit nõ plures haberi sensus particulares q̃ quinq;, ut inde probet, unũ esse primum cõmunemq; sensum: huius aũt simul & phantasiæ, non propter se meminit (neq; enim de irrationali anima amplius ex professo dicturus erat) sed ut collatione mutua discrimen eorum elucesceret ab anima rationali, quæ huic libro, teste Philopono, uniuersalis scopus est: nõ aũt irrationalis, ut quidã æstimarunt. Hanc appetitui coniunctã in animalibus perfectis, ut homine, motus localis causam ponit: & alia quędam de motu animaliũ, quatenus ab anima citatur, tum perfectorũ, tum imperfectorum ut uermiũ, disputat. Tandem regreditur ad sensuum considerationẽ: cohæret enim huic liber proxime sequens de sensu & sensibili inscriptus. Notandũ est autẽ quod sicut in fine physicorum Aristoteles ascendit ad primum motorem, immobilẽ, incorporeum, æternum, omnipotentẽ: similiter in fine librorum de generatione & corruptione. Ita hic etiam in ultimo libro de anima, ad mentem & intellectũ agentem se conuertit, quamuis immortalem & organo corporeo non utentem. Decet enim physicum post assignatas naturales causas non immorari eis, sed ad superiores & à materia separatas conscendere.

De libellis, quos uocant parua naturalia.

Cum in commentarijs de Anima, uniuersali quodam modo de illa, & uelut in quadam

quadam abstractione sit pertractatū (habent enim ferè demonstrationes de anima cōmune quiddā cum mathematicis quod à materia seorsim consyderari queant) in posterioribus quæ ueluti appendices sunt librorum de Anima (uulgus à paruitate libellorum parua naturalia nominat) non ab re de eadem agitur anima per complicationem quandam concretionemq; quam ad corpus habet, & per ea sanè opera quæ ex utrorūq; contubernio generatim prouenire uidentur. Apparet autem ex procœmio ipsius philosophi in librum de sensu & sensilibus omnes istos parauorum naturalium tractatus sub uno titulo conscriptos fuisse: & Petrus Alcyonius qui hos libros doctissime Latinos fecit, librum de sensu & sensilibus aliâs de communibus animæ & corporis functionibus inscribit; qui sanè titulus non huic solum operi, sed omnibus paruis naturalibus conuenit. Communis autem Aristotelis prefatio & quasi inscriptio, talis est: Cum ante de anima seperatim, & de facultatibus, quæ cuiq; per partes reddantur, præceptum sit: proximum est ut institutionem suscipiamus de animalibus, et de ijs omnibus quę uitam adipiscantur: de functionibus inquam eorum ipsorum tum peculiaribus, tum cōmunibus, &c. Communia inquam animæ & corporis hæc statuimus, sensum, memoriam, iram, cupiditatem, & omnino appetitionem: uoluptatem insuper & mœstitiam. Iam uero alia omnibus quæ uitæ societate fruuntur communia adscribuntur, alia certis duntaxat animalibus. Ex his summa quatuor paria connectuntur, somnus & uigilia, iuuētus & senectus, spiratio & expiratio, uita & obitus. De quibus omnibus præcipiendum, quid quoduis eorū sit, & quas ob causas fieri soleant. Nam rerum quoq; naturæ interpretis partes sunt prima salutis atq; morbi cognoscere initia, cum minime fieri possit ut uitæ expertia aut ægrotent aut ualeant. Cæterū non est quod quisquam dubitet, quamuis Erasmus Roterodamus rem in dubium uocet, an hi libri Aristotelis genuini sint, eò quod unus Laërtius eorum mentionem non faciat. Primum enim si omnibus unus est titulus, quod nunc assertum est, minus fuerit mirum eum à Diogene Laërtio omissum, quàm si tam multi sint diuisis opusculis, plærisq; etiam inepte, ut hodie mos obtinuit: deinde phrasis ubiq; tota Aristotelica est, & res & sententiæ: & interpretes Græcorum doctissimi, Alexander Aphrodisieus, Themistius, & Michaël Ephesius citra ullam dubitandi suspicionem pro genuinis interpretantur.

Argumentum libri de sensu & sensilibus.

Argumentum huius libri breuiter explicatum est in mentione secundi de anima, ubi huius ab illo discrimen annotatur. Vide etiam nonnulla circa finem tertij de anima. Quod autem statim superiores libros de anima hic sequatur, apparet tum ex argumenti similitudine, tum ex uerbis philosophi ab initio huius opusculi. Similiter in alijs quoq; libris de ordine ipsorum coniecturam facimus ex principio & fine singulorum.

Argumentum libri de memoria & reminiscentia ex Michaële Ephesio.

Post libellum de sensu & sensili commentariolos de memoria & somno non sine ratione subiungit Aristoteles. Memoria enim uel passio est & affectio, uel habitus, communis appellati sensus, quem primum uocamus sensum: qui sanè cōmunis sensus in primo collocari constituiq; sensorio instrumento censetur, id est, in corde. Quærit autem in præsenti opere, quid nam sit memoria, & in qua animæ collocetur parte, item quæ nam sint quæ memoria pollere dicuntur: ubi etiam memoriam in primo esse asserit sensu, illiusq; organo. Deinde quonam modo fiat memoria, et quamobrē neq; prima ætate pueri, neq; ualde senes memoria ualeant. Præterea cur interdum accidere uideatur, ut illi qui aliquorum meminerint, falsò sibi ipsis sentire, id est imaginari uideantur. (Phantasia enim & sensus licet ratione

differant, eadem tamen esse subiecto censentur.) Et rursus, quã ob causam interdum sentientibus accidat, ut non sentire, sed meminisse uideantur, quod Antiphonti Oreitæ contigit & aliis in excessu mentis. Subiungit præterea quænam sit reminiscentia, & quo proueniat fiatq; modo, quáue re à memoria distare censeatur: & quod corporea quædam est passio ipsa reminiscentia. Denicq; quam ob causam pumiliones minus reminisci ualeant. Themistius huius operis paraphrasim reliquit, & in duas partes siue libros secuit, secundum incipiens à reminiscentia.

Argumentum libri de somno & uigilia.

Quoniam in istis paruorum naturalium libellis, de communibus quibusdam animæ & corpori proprietatibus sensuum opera consequentibus pertractare institutum est: & iam in cõmentario de memoria de eisdem uerba fecit, uerum quæ magis ad animam quàm ad corpus uergerent, animalibusq; tantum conuenirent perfectis: in præsente opusculo de ijs loquendum sibi duxit quæ cum corpore magis faciant, & ex illius esse parte censeantur, & alioquin uniuerso animantiũ competunt generi: huiusmodi autẽ sunt somnus & uigilia, &c. Primum igitur quærit in quanam animæ parte huiusmodi fiant passiones: ostenditq; quod in eadem animæ & unica parte isthæc ambo fiant, & quod animæ corporiq; cõmunes sint. Deinde causas reddit cur uicissim animalia dormiant & uigilent: & quinam ille sit sensus cuius ratione animalia hæc patiantur, & quales hæ passiones existant. Sed ipse philosophus statim inchoans argumentum quoq; & summa capita breuiter tangit. Michaël Ephesius hunc librum & sequentem de insomnijs superiori de memoria coniungit, communem omnibus præfationem ponens, & singulorum in eadem argumenta referens.

Argumentum in librum de insomnijs: & * de diuinatione per somnum.

Libellus hic inquirit quanam animæ parte insomnia cernantur & appareant, quæue sint & quomodo fiant somnia. Quam ob causam somno deuincti modo somnient, modo non somnient: & utrum dormientibus somnia semper obuersentur, quæ in uigilia excidant, an non, &c.

* Quinetiam quod à dijs & superioribus non transmittantur naturis, ut quidam uoluere, ostendit, cum illorum quædã sint signa, alia uero causæ eorum quæ circa corpus uersantur: nonnulla autem fortuita quædam accidentia merito existimari possint, subditq; postmodum quibusnam certa significantiaq; accidere solita sint insomnia, & quam ob causam id contingat. Coniungendus est autẽ superiori de somno uigiliaq; libro, in cuius principio huius etiam argumentum ab Aristotele proponitur.

Argumentum in librum de communi animalium motione.

In libro de animaliũ progressione.

» Ex præfatione Philosophi: De animalium motione quæcunq; per singu-
» la genera illis attribuantur, & quæ discrimina causæq; eorum, quæ sigillatim ijs-
» dem ipsis accidere soleant, † alibi de omnibus disputandum est. Nunc autem com-
» munis omnino explicanda causa, cur quocunq; motionis genere agitentur:
» alia enim uolatu, alia natatu, alia gressu, alia per alios eiusdem generis motus
» impelluntur. Michaël Ephesius in præfatione super hoc libro docet, Quod
cum appetitiua & motiua animæ facultates coniunctæ animaliũ motus causa sint:
& quod cum post phantasticam istæ facultates collocentur, hic liber *illum* de memoria sequi debeat: memoria enim habitus est phantasmatis, &c. Verum hic interpres, ut iam dixi, operi de memoria proximos quoq; *tres libellos* supra memoratos coniungit, & omnes sub eodem nomine cõprehendit. Inuestigat autem Aristoteles hoc loco (inquit Michaël) quænam sit causa propter quã animalia per quamlibet moueantur motionum speciem: ostenditq; quod omne illud quod à se mouetur,

mouetur, necessario quiddam in se habet immobile, & quod extrinsecus etiam alterum ab ipso existens immobile quiddã esse oportet. Postea quærit quod nam sit mouens ipsum cœlum: ubi reprehendit illos qui Atlantem cœlum sustinere & fulcire dixerunt. Præterea quærit an mundum ipsum corrumpi destruiq; contingat: Consequentiq; deinceps ordine quonam modo corpora mouet anima, & quodnam sit principium uoluntariæ motionis animantium: & quomodo aliquando intelligentes non dicuntur facere. Infert præterea, quod primum mouens animalia, simul cum principio est: & quod spiritu moto mouentur animalia, & quonam modo moueantur subiungit, cum per uoluntarios appellatos motus, tum per inuoluntarios: quãmue ob causam cor maxime & pudenda inuolũtarijs motibus cientur: Et quomodo principium quidem à partibus, & rursum à principio partes mouentur.

Argumentum libri de communi animalium gressu.

Considerat in hoc libello philosophus de partibus animalium commodis ad localem motum, cur scilicet singulæ eiusmodi esse censeantur, & cuius gratia animalibus insint: item de partibus eiusdem animalis inter se differẽtibus, ut in equo de anterioribus posterioribusq; cruribus: tum de partibus in diuerso animalium genere inuicem differentibus, ut brachia in hominum specie ab alis (quæ in uolucrum genere brachiorum gerunt uicem) & ab anterioribus in quadrupedi genere cruribus differre animaduertimus: eæ etenim partes, licet inter se distare uideantur, proportione tamen sibi respondent. De his igitur, & uarijs earum inflexionibus, differit: & alia quædam obiter scitu iucunda. Nihil moueri posse sine ali quo ad quod renitatur. De sex dimensionibus, & quod in plantis quoq; summum ac imum sit. De dextro & sinistro. Hominem animal perfectissimum dimensiones & situs partium omnes maxime secundum naturam habere. Omnia sanguinea quatuor signis ut minimum moueri, siue pedes habeant, siue non: exanguia uero pluribus, &c. Ipse met in præfatione summa capita, de quibus uerba facturus sit, proponit.

Argumentum libelli de longitudine ac breuitate uitæ ex Michaële Ephesio.

Quærit hic Aristoteles qua de causa, quóue modo animalium alia multum ætatis, alia parum durent: & ab initio statim præfatur de ordine eorum quæ iam perscripta, uel deinceps scribenda sunt. Primum autem hic inquirit quidnam facile sit obnoxium corruptioni: hoc enim intellecto, etiam eius contrarium eluceret, nempe quid ægre corrumpatur. Deinde quid sit longæuum, & quamobrem: tum de longæuis per generis & locorum differentias agit. Postea cur plantæ uiuaciores animalibus sint, & in plantarum genere aliæ alijs, indagat, cadẽ exactius in libro de plantis ex professo tractaturum se promittens.

Argumentum in librum de iuuentute & senectute, uita & morte, & respiratione.

Non separari debent hæc opuscula, cum omnibus idem sit institutum, quod liquet ex utriusq; principio & fine: Et quæ titulus prioris pollicetur, de iuuentute scilicet & senectute, uita & morte, ea in posteriore libro demum de respiratione inscripto circa finem explicari reperias. Commune igitur argumentum iuxta Michaëlem nostrum ponemus.

Post librum de longitudine & breuitate uitæ, hunc de senectute ac iuuenta Aristoteles proximum ordine fecit. Longæuum enim comitatur senecta, ut iuuentus id quod fugacis æui est. Hic igitur tractat id ipsum quod pollicetur, de senio inquam, & iuuenta: Item de respiratione, cuius functio plurimis animalium aduitam est necessaria.

Argumentum prioris partis.

Primum autem ostendit insitum esse cordi animalis principium, atq; facultates unde sentimus, alimur, & augemur.
Deinde quod tam plantæ quàm animalia refrigerio opus habeant.
Quodnam satis sit plantis.
Refrigerationem animalibus aut ab aqua aut ab aëre dari.

Sequentia in libro de respiratione habẽtur.

Deinde contradicit Anaxagoræ, & Diogeni de respiratione loquutis: item Democrito, & Platoni, & Empedocli.
Refrigerandi causa respirationem fieri.
Exanguibus ipsum continentem ad refrigerium sufficere.
Aquatilium aliqua refrigerandi se gratia humorem recipere, alia non ideo, ut Delphinus, polypus, sepia, & alia quædam: sed necessariò, quia in humido nutrimentum accipiunt.
Plurima attracto aëre refrigescere.
Refrigerationis causa pulmonem habere ea, quæ quidem habent.
Postea refutat Empedoclem, qui calidos esse pisces dixerat.
Deinde docet quid sit generatio, quid uita, quid mors, & quare animalibus ista contingant. Item quid iuuentus, quid senectus.
Quamobrem quædam in aqua, quædam in aëre suffocantur.
Quot & quæ sint cordis motiones, & quare fiant.
Postremo, quónam pacto respirantia hauriant aërem.

Porrò in fine huius operis Aristoteles asserit contemplationem de sanitate ac morbo non solum medici esse, sed etiam physici aliquo modo: quasi statim de ijs quoq; peculiari tractatu uerba facturus. Ibidem Michael Ephesius in scholijs suis post hunc librum, inquit, statim ordine subsequi debebant sermones de lacte (ut supra promisit) item de coctione & cruditate, deq; sanitate & morbo: concoctis enim alimentis sanitatem, secus autem morbos fieri probabile est. Verum hæc, & alia quæ sequi debuerant, ut sunt libri de plantis, & succis siue saporibus, ab Aristotele quidem literis mandata non inuenimus, quoniam libri interciderũt: à Theophrasto autem ea sumemus, donec illius scripta reperiantur.

Argumentum libri de spiritu.

Opusculum hoc uidetur aut non esse Aristotelis, id quod insigniter testatur locus unus aut alter: aut si sit eius inter hypomnemata magis q̃ syntagmata locandus esse, quando sanè iustæ compositionis modum, quibusq; scilicet in suum ordinem digestis, non habet. Poterat censeri inter ea quæ Theophrastus reliquit, si dictionis breuitatem, & sententiarum problematúmue frequentiam inspicias. Perstringit autem quæstionem de spiritus natura, quæ sit eius auctio & quæ duratio: num ex aëre inspirato alatur, an ex sanguine. Post hanc sequitur de spiratione disputatio, & quæstiones, earumq; solutionis loci. Deinde de pulsus motione, fine, & an cæteris, ut respirationi, respondeat, & quo pacto. Postea partes animalium enumerat, cum earum causis & differentijs: quo loco animalium sectionem exercere docet. Postremo de actionis artificio, qua res naturales constituuntur, & num in calorem ea referri debeat, aut in aliud principiũ aliquod: cum quibus de uirtute formatrice quoq; cietur quæstio, cum locis eandẽ dissoluendi.

Argumentum in libros 2. de plantis.

Hermolaus Barbarus in Corollario super Dioscoridem dubitat an *hi libri* genuini sint Aristotelis. Hæc commentatio (inquit) Græcis perierat, habebatur in Arabico, demum conuersa est in Græcum sermonem à quodam, ut ferunt, Maximo. Propterea quædam in eo libro barbara fruticum & radicum leguntur nomina, ut sunt benteli, nenuphar, opinais, & aliquot huiusmodi. Hæc illæ. *Hi libri* de plantis primum ex Græcis Latini facti sunt, ex Latinis Arabici, ex Arabicis rursus Latini à Celta quodam in Arabia peregrinato, ac demũ ex Latinis Græci uel

ci uel à Maximo quodam ut Hermolaus quibuſdam probari teſtatur, uel incerto interprete, ut libri impreſſi habent. Facilis autem eſt lapſus à uoce Μαξίμου in ἀνωνύμου. Ego potius Hermolao aſſentior & alijs qui Maximum eius interpretem faciunt, fortaſſis Planudē: qui etiam alia plura ex Latinis Græca fecit: & hunc quoq; Chriſtianum fuiſſe ex præfatione conſtat. Quiſquis igitur hic interpres eſt, certe nihil addubitans hoc opus Ariſtoteli tribuit: prima inquiens fronte Ariſtotelē hic agnoui, & Ariſtotelicas ueteribus philoſophis contradicendo opinionem examinationes. Deinde inquit ſe multum difficultatis & ſententiarum confuſionem hic deprehendiſſe propter frequentes traductiones in diuerſas linguas. Andreas etiam à Lacuna, qui nuper hos libros ex Græcis Latinitate donauit, germanum Ariſtotelis fœtum eſſe contendens: Mira (inquit) differendi ſeuerĭtas, ſeuera argumentandi grauitas, grauis demonſtrandi curioſitas, curioſa denicq; diuidendi definiendiq; ſolicitudo, quibus undiq; ſcatet, non ſecus illum Stagiritam reddent, quàm qui liberi ex forma & lineamentis membrorum, uel tacentes, eum à quo geniti ſunt, exprimunt & patefaciunt. Hæc ille: ſed interim qui fiat ut in eis totrecentia ſtirpium nomina reperiantur, (ut quæ Hermolaus recenſuit, item carnabadium, olus baſilicum, &c.) nihil cauſæ dicit. Hoc tamen non diſſimulauerim in ſecundo libro non procul ab initio Meteororum tractationem ueluti ſuam, ab hoc authore citari. Michaël Epheſius in fine ſcholiorum in Ariſtotelis librum de reſpiratione: inter cæteros libros qui ſtatim poſt illū legi debebant, illos qui de plantis ſunt, & de ſuccis ſiue ſaporibus connumerans. Verum hæc, inquit, & alia ab Ariſtotele quidem ſcriptis mandata non inuenimus, quoniam libri interciderunt: à Theophraſto autem ea ſumemus, donec Ariſtotelica reperiantur.

De nouem libris hiſtoriæ animalium.

Primus liber hiſtoriæ animalium, uarias eorum inter ſe differentias proponit, & rurſus quędam ipſis communia refert, uſq; ad ſextum caput. Deinde partes externas internasq; humani corporis præcipue, quod reliquorum partes ad hominis membra ceu regulam examinentur.

Secundus totus de partibus diſſimilaribus brutorum animalium agit.

Tertĭj primum caput de genitalibus omnium animantium partibus differt: reliqua uero cuncta, omne genus ſimilarium explicant: ut ſunt, ſanguis, uena, medulla, neruus, os, dens, cartilago, caro, cutis, pilus, fibræ, ungula, unguis, cornu, penna, membrana, omentum, ueſica, adeps, ſeuum, medulla, lac, ſerum, caſeus, coagulum, ſemen genitale.

Quartus eſt de animalibus exanguibus, eorumq; partibus. Exanguia ſunt: ut, mollia, cruſtis ac teſtis obducta, inſecta. Quæ animalia ſenſibus perficiantur, quæ uocem aut ſonum quempiam ædant. De ſomno, uigilia, & ſomnijs animaliū. Poſtremo de maſculino fœmineoq; ſexu, & utriuſq; differentijs.

Quintus ingreditur hiſtoriam generationis animalium, & primò eorum quæ coire ſolent. De ſerpentium, inſectorum, & quadrupedum ouis.

Sextus deſcribit, Quomodo aues coĕant, geſtent, & pariant. De fœtura aquatilium. De generatione partuq; quadrupedum animal parientium: & alia quædā obiter inſeruntur, de natura quadrupedum quarundam.

Septimus diſſerit de hominis generatione, tum prima in utero, tum poſteriore in luce: & quomodo ſe habeant in ſenectutē uſq;, ea quæ ſuæ naturæ ratione eueniunt, tradenda promittit. Huic libro coniungi debet fragmētum illud, quod in fine hiſtoriæ animalium extat: eſt enim idem huius finis, quod principium illius: idem utriuſq; inſtitutum de hominis generatione: & ſi coniunxeris ambo, ita demum unus liber fiet, qui magnitudine cæteris reſpondeat. Nouem autem duntaxat, non decem, de hiſtoria animalium ab Ariſtotele conſcriptos eſſe libros, Diogenes Laërtius in ipſius uita teſtatur. Theodori Gazæ iudicium haudquaquā

probo, qui istud segmentum in fine, ad historiam animalium prorsus non referendum duxit, sed potius ad libros de generatione. Idem hunc librum, qui ultimus antea fuerat, septimum fecit, & sic altera pars, quæ prius, ut debuit, continua erat, seorsim relicta est. Eam à Theodoro, quod ualde obscura sit & corrupta, non translatam opinor: habetur tamen in ueteri Latina translatione. Ideo autem Aristoteles de generatione hominis nouissime agit, quoniam plurima de se affert explicanda: quanquam in superioribus diuersam rationem sequutus, prius de humanis, mox de reliquorum animalium partibus egerat. Atqui par est in una specie homínis philosophum quiescere, postquã præcedentibus libris plures ac diuersas ubiq; formas cõprehendisset. Hæc primum à nobis obseruata, hoc in loco studiosis commode usum est communicari.

Octauus liber explicat uictum omnis generis animalium usq; ad caput duodecimum. Deinde loquitur de actionibus eorum, industria, locorum mutatione, & occultatione, id est, quæ lateant, quo modo, quoq; tempore. Item quæ & quando exuant senectutem: quæ tempora quibus animalibus conueniant: quæ piscibus noceant, quo ingenio capiantur. De morbis animalium. De animalium differentia pro locorum uarietate, quæ & mores ipsorum uariare, & serpentium uenena mitiora uel asperiora fieri in causa est. Quo tempore piscium genera præstantiora in cibum reddantur.

Nonus liber maxime uarij argumenti est. De affectibus animorum & inimicitijs inter animalia. De piscibus, qui gregatim amicèq; uiuunt, & contrà. De genere ouili amente & stulto. De societate boum equarũq; mutuo amore. De ceruæ prudentia in pullis ædendis: deq; maris cornuũ amissione & reparatione. De prudentia & intelligentia quorundam animalium. Multa uariaq; de auibus, ipsarum ætate, nidificatione, prudentia, generibus, partu & generatione singulatim, corporis forma, moribus, & huiusmodi. Item de ingenio marinorum & fluuiatilium piscium pro ratione commodioris uitæ. Mox de ingenio insectorum, generibus araneorum, & industria, de generibus apum, earum industria & herbis, quibus aluntur. Tum de uespis, crabronibus eorumq; studijs & uictu. De bombycibus & teredinibus. Præterea de leonibus, lupo ceruario, specie & partu bonasi, elephanti ingenio & sagacitate: castitate cameli, & equi regis Scytharum. De mansuetudine, amore, & celeritate delphinorum. De animalibus quæ pro actionibus afficiuntur, moribusq; immutantur. De castrationis ui, & ruminatiõe animalium quorundam.

Atqui hæc sunt præcipua capita animalium historiæ: ubi notandum, non ipsa animalia integra, neq; omnia quæ ad unum animal pertinent in uno loco recenseri: sed tanquam per locos communes & differentias hic partes, illic generationem, alibi uictum, alibi mores, alibi nidificationem & similia exponi. Cæterum stylus in hisce libris fusior est ac ornatior, nec rerum modo amplissimarum cognitio, sed ingens quoq; uerborum copia, quæ non sunt passim cuiuis obuia.

Quod librorum ordinem attinet, plærique primum legendos proponunt libros de partibus earumq; causis, mox de generatione animalium, postremo historiam. Ego uero historiam primum, deinde libros de partibus, tertio loco de generatione legi debere asseruerim. Quandoquidẽ in historijs τὸ ὅλον maiori ex parte maxime in posterioribus libris: illic partes tractantur ubiq; item in historia τὸ ὅτι partiũ simpliciter, illic τὸ διότι uidelicet in opere de partibus, usus earum & finalis causa: de generatione autem, efficiens. Atqui totum nobis notius est quàm partes, & τὸ ὅτι quàm τὸ διότι: incipiendum autem à notioribus nobis. Alius enim ordo est doctrinæ, alius naturæ: Naturæ initium fieri constat à generatione, nobis igitur aliunde incipiendum. Siquidem ordo illius constitutione, noster uero resolutione proceditur. Ad hæc Aristoteles in libris de partibus historiam aliquando citat, utpote

prius

prius scriptam, non autem contrà, quod meminerim. Primus igitur locus historiæ sit, secundus librorum qui de partibus communiter inscribuntur, tertius illorum qui de genitalibus tantum partibus & proprio eis opere disserunt. Eiusdem opinionis sunt Theodorus Gaza, & Franciscus Caballus. Cæterum nuper doctus quidam pronunciauit historiam post libros de partibus & generatione sibi legendam uideri. Sic enim (inquit) ad species infimas descendentibus quiescere continget. Quasi uero non eædem species in omnibus iam dictis libris tractentur: quorũ differentia non à speciebus aut subiecto sumenda est: sed à toto & partibus, & ipso tractandi modo, qui aut simpliciter narrat, aut causas adiungit finalem uel efficientem. Sed forte non adeo refert utros eorum prius legas, ut multum in ea contentione temporis absumi operæpretium sit.

Capita quatuor librorum de partibus animalium, & earum causis.

Primus ueluti exordium ad reliquos de animalibus commẽtarios esse uidetur, uarijs & præclarissimis contemplationum subtilitatibus refertus.

Cap. 1 Duos esse & contemplandi & docendi præcipue habitus.
2 Contra eos qui genus singulare in duas diuidunt differentias.
3 Contra eos qui differentias per priuationes diuidunt.
4 De genere & specie.
5 De substantijs naturalibus, partim mortalibus, partim immortalibus.

Capita libri secundi.

1 Triplicem esse rerum omnium compositionem, scilicet ex elementis sensilibus, partibus similaribus, atq; dissimilaribus: & de propriis singulorum in genere.
2 Partium similarium alias molles & humidas, alias siccas & solidas esse: deq; ordinis earum discrepantia: & de calidi ac frigidi acceptionibus eorumq; excessu.
3 De sicco & humido disputatio.
4 De fibris, & quæ animalia ijs careant, deq; metus causa, & saniei natura.
5 De seuo & adipe, eorumq; differentia: & quæ animalia alterutrum habeant.
6 Medulla quid, & quibus animalibus insit.
7 De cerebri natura, capitis fluxionibus & somni causa.
8 De carne, seu ijs quæ uice carnis habentur.
9 De uenis, ossibus, & cartilagine.
10 De partibus animaliũ duabus maxime necessarijs, qua alantur, & qua excernant: deq; sensuum ui & loco in corpore.
11 De auriculis quadrupedum.
12 De meatibus auditorijs auium.
13 Homines, aues, & quadrupedes cõtectos palpebra oculos habere: quoq; modo ipsorum quodq; conniueat.
14 Quæ animalia cilium habeant, aut non: deq; cauda & iubis quorundam, & hominis capillo.
15 Ciliorum & supercilliorum usus.
16 De naribus & labris, eorumq; officio.
17 De lingua, eiusq; situ & uarietate in quibusq; animalibus.

Capita libri tertij de partibus animalium.

Cap. 1 De dentibus, ore, & facie, cum differentijs eorum.
2 De cornibus, & cornutis animalibus, uel non.
3 De collo, gula, & arteria, earumq; officijs.
4 De corde, eius qualitate, & usu.
5 De uenis, earumq; situ.
6 De pulmone, & eius forma: quæ pulmonem habeant, aut non.
7 De uiscerum forma, situq; & usu.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [209] - 84v

8 Vesicam quæ habeant, eius officium & situs.
9 De renibus similiter.
10 De præcordijs, uel septo transuerso, & eius officio.
11 De membranis & earum officio.
12 Non omnia uiscera omnibus animalibus inesse.
13 Viscera quid à carne differant.
14 De intestino & uentre, eorumq; officio, & locis concoctionis.
15 Quæ coagulum habeant, quæ non, & de eius loco.

Capita libri quarti de animalium partibus.

Cap. 1 Viscera & uentrē cæteraq; superius exposita in quadrupedibus oui-paris, & ijs quæ pedibus carent, eodem modo haberi, at in nonnullis alijs differre.
2 Cur animalium alia fel habeant, alia non.
3 De omento, eius ortu, & officio.
4 De lactibus, eorum ortu, & usu in sanguineis animalibus.
5 Mollia, crustacea, testata, & insectorū genus, omnibus supradictis membris carere: deq; ijs quæ uice eorum fungantur.
6 De partibus exterioribus generis insecti, earumq; inter se dissidentia.
7 De partibus testatorum exterioribus.
8 De exterioribus partibus crusta intectorum.
9 De ijsdem in mollibus & exanguibus animalibus.
10 De ijsdem in uiuiparis & sanguine præditis animantibus, ac eorum cum homine in ijs differentia.
11 De partibus animalium ouiparorum tum quadrupedum, tum expedum: & earum causis.
12 De partibus auium externis, earumq; differentijs & causis.
13 De ijsdem similiter in piscibus.
14 De struthione Africo, eius natura & forma.

Capita librorum quinq; de generatione animalium.

In præfatione testatur se iam scripsisse de partibus animalium earumq; causis, uidelicet in historia animalium de similaribus ac dissimilaribus partibus quæ pro materia corpori sunt: alijs uero quatuor libris de causa earum finali, siue cuius gratia, quæ cum forma seu substantiæ ratione hic coincidit: restare nunc ut post superiora de partibus quæ ad generationē pertinent, differat, tanq; de causa mouente.

Cap. 1 Vniuersalis generationis partitio.
2 Principiū generationis esse marem, & fœminā: hanc materiale, illū efficiens.
3 Genitalia membra non eadem omnibus esse animalibus.
4 Cur testes animalibus dati: & quæ citius, quæue tardius coëant: & de tauro, qui statim à castratione iniens impleuit.
5 Quæ animalia membrum ad coitum idoneum obtineant, & quæ non.
6 Cur nonnulla genitali careant.
7 Quomodo serpentes coëant.
8 De situ uterorum aut uuluarum in quibusq; animalibus.
9 10 11 De generatione uiuiparorum, cartilagineorū & uiperæ, et mollium.
12 Cur cum uteri omnibus intus sint, testes alijs emineant, alijs lateant.
13 Meatus excrementi sicci & humidi in omnibus animalibus esse diuersos.
14 Crustacea, mollia, testacea, & insecta, tum inter se, tum cum sanguineis in generatione differre.
15 16 De coitu & generatione mollium, & insectorum.
17 Quæ semen emittant, quæ non: & quorundā opinio, qui semē ex unaquaq; corporis parte prouenire affirmant.
18 Contra eandem opinionem, & quod semen non sit excrementum.

19 Menstrua

19 Menstrua esse excrementa, omniaq; sanguinea ea emittere.
20 Contra eos qui credunt fœminas, ut mares, semen genitale emittere, argumento quod pari ferè uoluptate afficiantur.

Capita libri secundi de generatione animalium.

Cap. 1 Cur animalia sexu differant. Vel, quid sit causa, ut principium generationis cuiusq; mouens primum & procreans.
2 De seminis natura, quid sit, & cur non congelascat.
3 Vtrum in his animantibus, quæ semen in fœminam mittunt, insit aliqua constituendi conceptus pars.
4 Quænam sint generationis causæ, & quomodo partes quæq; constituantur in animalibus.
5 Quomodo fœtus in utero animantium augeantur.
6 Contra Empedoclis & Democriti sententiam, qui non recte senserũt quam ob causam muli sint steriles.

Capita libri tertij de generatione animalium ouiparorum, quæ uel perfectum ouum emittunt, ut aues: uel imperfectum, ut pisces plæriq;.

Cap. 1 De generatione animaliũ sanguineorum & ouiparorũ, deq; ouis subuentaneis, & cæterorũ ouorũ natura, & cur alia simplicis, alia duplicis coloris sint.
2 De ortu eorum, quæ perfectis ouis foras generantur, tum auium, tum quadrupedum ouum crusta intectum parientium.
3 De ijs animalibus, quæ perfectũ ouum intra se pariunt, foras autem animal, quamq; ob causam piscium oua mollia sint contra quàm auium.
4 Quam ob causam piscium oua foris suscipiunt incrementum.
5 De ortu cartilagineorum piscium, eosq; qui pisces omnes esse fœminas putant non recte sentire.
6 Contra eos qui coruos & ibin ore coire, mustelã autem ore parere, hyenam duplex genitale habere, trochum uero seipsum inire opinati sunt.
7 Quare cartilaginei pisces mares semen spargere non uisuntur, nec fœminæ suos conceptus.
8 De partu mollium animantium & ortu locustarum.
9 De triplici insectorum generatione.
10 De generatione & ortu apum.
11 De generatione & ortu testatorum animalium, quomodoq; nonnulla plantarum generationi contigua sint; deq; testatorum incremento. Vide epilogum huius libri, in quo tractatum de generatione concludere uidetur.

Capita libri quarti de generatione animalium.

Cap. 1 Democritum Empedoclem, & nonnullos alios non recte de maris & fœminæ generatione sensisse.
2 Indicia, quibus maris à fœminæ generatione generatio discernatur.
3 Causæ ob quas nati, uel patri, uel matri; uel alijs (atro, auiæ, uel simpliciter homini) sint aut similes aut dissimiles.
4 Quas ob causas monstrosa animalia generentur, & quare alijs unifer, alijs paucifer, alijs multiplex sit partus.
5 Quamobrem animalium alia superfœtent, alia non: & quæ superfœtant interdum fœtus enutriant, interdũ non: & alia libidinosa in eo genere sint, alia non.
6 Quare uiuiparorum alia perfectum, alia imperfectum animal pariunt.
7 Quam ob causam mola in uteris mulierum generetur: & quare potius in muliere quàm in cæteris animalibus.
8 Quæ animalia lac habeant, & quam ob causam à natura datum sit.
9 Quam ob causam partus nonnullis animalibus in caput uersis fiat.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [211] - 85v

10 De tempore ferendi uteri, & quare non omne animal possit esse diuturnius.

Capita libri quinti de generatione animalium: & si nihil de generatione loquatur, sed de accidentibus solum quibus genitæ animalium partes differunt, ut est color totius corporis, oculorum, pilorum, pennarum: uocis acumen aut hebetudo. Et epilogus quarti libri, de nutritione animalium & generatione eorum in lucem, eò usq; dictum esse ait. Verum cum & ipse scholiastes hunc librum esse quintum de generatione dicat, receptæ consuetudini non admodum repugnabimus.

Cap. 1 De discrimine oculorũ in animantibus, eorumq; differẽtia. Et quid sit somnus, quid uigilia.

2 De auditorijs sensibus & olfactu, eorumq; ratione.

3 De pilorum uarietate, & quæ pilorum loco sint.

4 Quam ob causam homines canescant.

5 Cur nonnulla animalia pilis, aut ijs quæ pilorũ uice fungantur, immutentur.

6 De coloribus animalium.

7 De uoce animalium, eiusq; mutatione.

8 Quare dentes à natura constituti sint, & cur partim decidant, denuoq; nascantur: partim autem non.

Ordo physicorum librorum Aristotelis secundum doctissimi uiri Francisci Caballi sententiam.

De physico auditu libri 8.
De cœlo & mundo libri 4.
De generatione & corruptione libri 2.
Meteorologiæ libri 4. Eorum tertio nonnullæ aliorum, scilicet Theophrasti Græci, & Arabum & Latinorum in particulari magis de inanimatis plene mixtis conscriptiones annectendæ sunt.
Historiæ animalium libri 9. uel 10. secundum aliquos.
De partibus animalium libri 4.
De partibus ad motum siue de progressu liber 1.
De anima libri 3.
De sensu & sensibili liber 1.
De memoria & reminiscentia liber 1.
De somno & uigilia liber 1.
De motu communi animalium liber 1.

Et hæc est prima pars librorum post animalium historiam: quorum tres priores agunt de essentia, & quatuor posteriores de propriis operationibus animalium.

Secunda pars complectitur libros quinq; de generatione animalium.

Tertia pars libros habet de uita & morte, & his cognata: uidelicet,
De causa longitudinis ac breuitatis uitæ librum 1.
De iuuentute & senectute unum.
De respiratione. De uita & morte unum: qui ultimus est rerum à natura productarum. Deinde liber unus ab eo scriptus putatur de languore & sanitate (quæ simul à natura & arte procedunt) omnium postremus.

In librum de coloribus.

De coloribus liber 1. Hoc negotium de coloribus maxime uarium & intrica
» tum est. Tanta enim est (ut inquit Cœlius Calcagninus huius libri interpres in
» præfatione) colorum multitudo, tam multiplex coagmentatio, tam lubrici transi-
» tus, ut nõ aliunde Arcesilas cõmodius suã illã ἀκαταληψίαν probauerit, &c. Quod
» uero ad hunc libellum pertinet, eum arbitramur ex duobus, quos Aristotelẽ scri-
» psisse testatur Laërtius, in unum coaluisse. Sanè phrasis & obscuritas, quasi sepiæ
» atramentum, multis locis aspersum, non multum abest à uernacula Aristotelis
» consuetudine.

Pertinet

Pertinet hoc opusculũ ad naturalem philosophiam, cum aliâs, tum quia colores non seorsim, sed in rebus subiectis considerat, uidelicet inanimatis, aut plantis, aut animalibus, eorumq; partibus, causas reddendo cur singulis huiusmodi insint.

In Physiognomonica.

Physiognomicôn liber ex lineamentis, uultu, figuris, coloribus, magnitudine, motu, similitudinibus ad reliqua animalia, & huiusmodi manifestis corporum affectibus, de ingenio et animi moribus seu affectibus, probabiliter pronunciat, cũ sit hęc ars cõiecturalis, signorũ argumẽtis utens. Reperiuntur aũt aliquot eius partes passim etiã in libris historiæ animaliũ. Adamantius sophista scribit se sua physiognomonica (quæ nup in lucẽ uenerunt) partim ab Aristotele, partim ab aliis collegisse.

In mirabiles narrationes.

Liber de mirabilibus narratiõibus quoq; referri debet inter corollaria naturalis historiæ: multa enim uariaq; recenset, de animalibus, elementis, plantis, metallis, & huiusmodi mundi partibus, seu naturæ operibus, quæ narratu iucunda admiratione auditoribus excitent: et eorũ nonnulla in historia animaliũ ijsdem ferè uerbis recensentur. Meretur autem postremum locum, cum & particularia solum tractet, eaq; sine ordine aliquo. Opus aliquot locis mutilum est & corruptum, nec satis bene translatum ad Latinos. Librum de mirabilibus narrationibus res ipsa loquitur è diuersis authoribus esse consarcinatum, nec præ se fert indolem Aristotelicam. D. Erasmus Roterod. Ioan. Stobæus in collectaneis suis ubi de melle Pontico loquitur sermone 98. uerba aliquot nominatim ex hoc libro citat sub Aristotelis nomine: sed paulò post in sermone de morbis, ex Trophili libro de mirabilibus narrationibus (hoc enim libri nomẽ in manuscripto codice adiectũ uidi) quatuor locos citat ijsdem uerbis & ordine quo hic leguntur. Cæterum in fine sermonis de medicis, Trophilum quoq; professione medicum fuisse apparet.

In librum de mundo ad Alexandrum.

Liber de mũdo ad Alexandrũ à plerisq; nostri sæculi doctioribus uiris, non existimatur Aristotelis esse. Nam & præfationẽ & dedicationem Aristoteli insolitas habet: & stilus ipse comptior ac floridior est, quàm pro huius philosophi more. Rerum tamen tractatio à Peripateticis nõ discedit, nisi tribus fortè locis, quos Alcyonius in præfatione sua notauit: & citatur tanquam Aristotelicus à Iustino martyre ac philosopho, Themistio, & à recentioribus Cardinale Bessarione, & Ioan. Pico. L. Apuleius eum uertit, & tanquam suum posuit inter sua opera titulo Cosmographiæ. Plæraq; dicens in id opus se transtulisse ab Aristotele & Theophrasto. Non debet autẽ acroamaticis libris, sed exotericis potius adnumerari. Hanc dubitationem copiose tractat Petrus Alcyonius in Præfatione super hunc librum à se conuersum: nos non tam quis dixerit, quàm quid dicatur satagentes, argumentũ operis ex Alcyonij præfatione adscribemus. In hoc opere de mundo (inquit) philosophus ille summus uidetur mihi breuiter attigisse, quæ longiore præceptione in libris de naturali auscultatiõe, de cœlo, de ortu & interitu, de sublimibus, de transnaturalibus, postea tractauit; nec aliquid prætermisisse ex ijs, quæ de Deo uel dicenda essent, uel ab eius doctrina expectari possent, qui reliqua obscuritate suę naturæ latitantia inuestigaturus foret, et propria cõpositaq; oratione, & artificio quodam admirabili, summaq; explanatione distincta, & suis proprijsq; præceptis instructa relinquere cogitaret. Atq; hunc ipsum librum nõ multo post scriptũ fuisse suspicor, quàm præstantissimus philosophus à Philippo rege doctor Alexandro filio acciretur: uoluit enim ut prima incunabula institutionis tanti regis hæc essent, regniq; administrationem quasi ab hac lectione institueret.

Ex Isagoge Simonis Grynæi in hunc librum de mundo.

Synopsin Græci uocant cum fusa partibus res lateq; patens, in angustum redigitur, ac sub conspectum unum omnis datur: quod fit, cum singulorũ tractatione

» missa, capita tantũ recensemus, &c. Eiusdẽ rationis hic libellus est, pinax scilicet
» naturæ rerum. Iuuabat opinor postquam rimatus omnes naturæ angulos scrupu
» losiore disputatione fuisset, ac de elementis, & impressionibus, quas uocant, sub-
» limioribus, cœlo item terraq; disseruisset, emensi laboris itinerisq; summam inire,
» & peregrinationẽ totã sub oculos ponere, quo suo iam quidq; in loco cerneretur,
» ac reputatio quædã totius animo relinqueretur, ut posita mundi medio firmataq;
» pondere suo tellus, uelut sinu genus omne animantiũ foueret, ut circumfusa ma-
» ria, & rebus oĩbus infusus aër mundi spiritus, immẽsis inter cœlũ terrãq; spaciis,
» campũ nubibus, uentis, tonitruis, fulminibus, huiusq; generis rebus præbens, agi
» tet: ut æther incorruptibili natura, mũdo corruptibili uelut corpori cohærens, non
» solũ motu, sed ui tacita discurrentũ per se globorũ & facium, animet uegetetq; o-
» mnia. Libelli igitur dispositio sic habet: Est principio exordiũ, in quo philosophię,
» cui mundi considerationẽ omnẽ debemus, laus continetur: ab animi philosophan
» tium celsitudine, præclarisq; conatibus, & uera in hominum genus beneficentia,
» sumpta. Hinc propositio est, quatenus nũc quidem de omni natura sit tractandũ:
» & nuncupatio hortatione ad philosophandũ & Alexandri laudibus mixta. Post
» sequitur ipsum iam institutum, rerum naturæ omniũ nomenclatura, & recensio
» perpetua, nihil è tanta diuersitate mundoq; rerũ, q; æstimationẽ tacitam legentum
» animis relinquens. Atq; hæc hactenus altera libelli totius pars est. Pars altera,
» mundi machinam, quamq; maximam, & uix ulla cogitatione humana concipien
» dum opus, opificis consideratione in angustum iam redigit, & ab illius maiestate
» minutum reddit, docens cum tale sit tantumq; nulla prorsus illiũs occupatione in
» summis æque & infimis rebus, uniuersum administrari.

Librum de indiuiduis lineis Philoponus in expositione librorũ de ortu & inte-
ritu plærosq; ad Theophrastũ referre prodidit. Argumentum.

Quamuis Aristoteles multis alijs in libris, ut in tertio physicorũ, & in primis in libro de generatione corruptioneq; demonstrarit, q; scilicet insecabiles nullæ sint magnitudines (contra Platonẽ & Xenocratem: uide Platonis Parmenidem) sed di uidi omnes sine exceptione possint ad infinitum usq;, nõ quidẽ actu, sed potentia: in præsenti tamen tractatione peculiari quadam & singulari disputatione de hisce rebus disserit, in primis more dialectico aduersariorum argumenta proponens.

Mechanicæ quæstiones numero 35. cum figuris.

» Ex præfatione. Arte superamus ea, à quibus natura uincimur, ut scribit An
» tipho poëta. Huiusmodi autẽ sunt in quibus & minora superant maiora: & quæ-
» cunq; momentũ paruũ habẽt, magna mouent pondera: & omnia ferè illa quæ me-
» chanica nũcupamus problemata. Sunt aũt hæc neq; naturalibus omnino quæstio
» bus eadẽ, neq; seiugata ualde: uerũ mathematicarũ contemplationũ naturaliũq;
» communia. De problematibus.

» Problematũ disputatiões Aristoteles encyclias appellat, hoc est circulares, siue
» quod in circulis habitæ sint, & cõsessu auditorũ rogantiũ doctorẽ & annotantiũ,
» quę ab illo responderẽtur: seu quod de ijs reb. agitur, quæ Græci encyclia. i. circula
ria uocãt, quę sunt quotidiana de usu uitę cõmunis: aut potius, mea quidẽ senten-
tia, quod circa nullũ scientiæ genus determinatũ uersentur, sed de quolibet, ut in-
» ciderit, disquirãt, & circa totã encyclopædiã occupentur. Apparet aũt opus hoc
» nõ esse ab Aristotele conscriptũ, sed ex disputationibus illius ab auditoribus colle
» ctũ. Multæ sunt in eo repetitiones, quas nunq; reliquisset author ipse, si in ordinẽ
» digessisset quæ disputarat, & consignasset monumentis literarũ: reliquit autem
» studiosus coaceruator, dum maiorem diligentiam adhibet in cogendo, quàm iu-
» dicium in disponendo. Multæ insunt in eis rationes frigidæ, leues, dilutæ, alienæ
» ab Aristotelici ingenij grauitate atq; acrimonia, aliq; obscurę et molestæ: sunt enim
» dubitata omnia, nihil affirmatum. Quæ aũt inter colloquendum inquirendumq;
excidebant,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [214] - 87r
PUBLIC DOMAIN

excidebant, ut usuuenit, tenuia, inania, ambigua, non minus rapta sunt ab auidis auditoribus, quàm dilucida, grauia, & solida. Ita conflatum est opus egregium sanè, sed inæquale, enorme, & multis in locis sui dissimile. Hæc ferè ex Ioan. Lodouici Viuis censura. Reposuimus autem istas sectiones in fine naturalium librorum: habent enim plurimas naturales quæstiones, quãuis & alias omnis generis.

Sectionum duarumdequadraginta, & problematum 887. Aristotelis elenchus. Eorum quæ pertinent ad

Medicinam, sectio I. cuius quæstiones 56.
Sudorem, sectio II. cuius quæstiones 42.
Vini potum & uinolentiam, sectio III. cuius quæstiones 34.
Rem Veneream, sectio IIII. cuius quæstiones 33.
Laborem, sectio V. cuius quæstiones 39.
Sessionem, ac cubitum, & habitum corporis, sectio VI. cuius quæstiones 7.
Consensum naturæ animantium, sectio VII. cuius quæstiones 5.
Rigorem atq; horrorem, sectio VIII. cuius quæstiones 19.
Vibices, & cicatrices, & pelles, sectio IX. cuius quæstiones 15.
Res naturales, sectio X. cuius quæstiones 67.
Vocis soniq; rationem, sectio XI. cuius quæstiones 65.
Res bene olidas, sectio XII. cuius quæstiones 13.
Male olidas, sectio XIII. cuius quæstiones 12.
Regionum habitus, sectio XIIII. cuius quæstiones 16.
Res mathematicas & cœlestia, sectio XV. cuius quæstiones 12.
Res inanimatas, sectio XVI. cuius quæstiones 13.
Res animatas, sectio XVII. cuius quæstiones 3.
Literarum studia, sectio XVIII. cuius quæstiones 10.
Concentum, sectio XIX. cuius quæstiones 51.
Stirpium genus & oleracea, sectio XX. cuius quæstiones 36.
Farinam & massam, cæteraq; id genus, sectio XXI. cuius quæstiones 26.
Fructus arborum, sectio XXII. cuius quæstiones 14.
Mare, salsamq; omnem aquam, sectio XXIII. cuius quæstiones 41.
Aquas calidas, sectio XXIIII. cuius quæstiones 19.
Aërem, sectio XXV. cuius quæstiones 22.
Ventos, sectio XXVI. cuius quæstiones 64.
Metum & fortitudinem, sectio XXVII. cuius quæstiones 11.
Temperantiam & intemperantiam, & continentiam & incontinentiam, sectio XXVIII. cuius quæstiones 8.
Iustitiam, sectio XXIX. cuius quæstiones 16.
Prudentiam, & mentem, & sapientiam, sectio XXX. cuius quæstiones 13.
Oculos, sectio XXXI. cuius quæstiones 30.
Aures, sectio XXXII. cuius quæstiones 13.
Nares, sectio XXXIII. cuius quæstiones 18.
Os, & ad ea quæ in eo sunt, sectio XXXIIII. cuius quæstiones 12.
Tactum, sectio XXXV. cuius quæstiones 10.
Faciem, sectio XXXVI. cuius quæstiones 3.
Totum corpus, sectio XXXVII. cuius quæstiones 6.
Colorem, sectio XXXVIII. cuius quæstiones 10.

In libros decem de moribus ad Nicomachum filium ex Hepylide ei natum.

Sunt qui dubitent de his libris an sint ipsius Nicomachi: ut Cicero lib. 5. de Finibus. Nam Aristotelis ipsius alios habemus eiusdem argumenti, quæ Magna mo

„ ralia dicuntur, tum etiam quæ ad Eudemum: ut ſuperfluũ uideri poſſit, tam mul-
„ ta eſſe eadem de re ab Ariſtotele compoſita. Sed mihi tamen nihil tam uidetur Ari-
„ ſtotelicum, quàm hoc opus, uerbis, contextu dictionis, breuitate ſententiarũ, pon-
„ dere, acumine argumentorum, ordine, ſeu uerius ſerie, tota denique præcipiendi ra-
„ tione: ut ſi Nicomachi ſint, non Ariſtotelis, filius ita expreſſerit patrem, ut nõ tam
„ uideri poſſit ſimillimus, quàm idẽ prorſus. Hæc ex Io. Lodouici Viuis cenſura.

Argumentum primi libri. Quandoquidem philoſophiæ morum parentis finem humanis actionibus ultimũ explicare ſcopus eſt, Ariſtoteles primum finem ipſum ſiue bonum, quod idem eſt, deſcribit ac diuidit. Deinde probat extare quendam ſupremum finem, & oſtendit, quamobrem, à quo, & quo modo, qualiq; auditori ſit explicandus. Hunc finem appellat felicitatem, quam non in uoluptate, nec honore, neq; diuitijs, nec otioſa uirtute, nec in idea denique collocat, ſed in uſu uirtutum. Et has partitur partim in appetitus, partim in mentis uirtutes: ſiue ut multi nominant, in morales & intellectiuas.

Secundi. Moralium uirtutum cauſas & definitionem inquirit: uidelicet, Virtutem eſſe habitum electiuum conſiſtentem in mediocritate reſpectu noſtri, quæ ratione gubernatur ad prudentis uiri iudicium. Inſuper catalogum ponit uirtutum moralium, unà cum oppoſitis uitijs.

Tertij. Qualis uirtus eſſe debeat exponit, primum quæ uoluntate & contra uoluntatem ſuſcipiantur & fiant, docet: deinde quid ſit electio ſeu propoſitum: quod quia inuenit proficiſci à conſilio & deliberatione, de quibus deliberandum ſit explicat. Et quia uoluntatem finis eſſe dixerat, deinceps quis ſit finis uoluntati propoſitus tradit. His præpoſitis uirtutem moralem uoluntariam eſſe, & uitium uoluntarium, actionesq; uoluntarias eſſe demonſtrat. Deinceps à toto genere uirtutum ad ſingulas cõuertit orationem. Qui ſanè locus perfacilis eſt (uerba ſunt Ioachimi Perionij) ut non magnopere egeat noſtris commentationibus. Singulis enim tradendis uirtutibus hoc ferè docet, quibus in rebus quæq; uerſetur: ſi in duabus, in utra potius: ſi in pluribus, in qua potiſſimum. Ex his quid ſit quæq; uirtus colligit, adiectis circumſtantijs. Veluti fortitudo, quoniam in rebus formidoloſis, & ijs quæ animis noſtris fiduciã præbent, cernitur, quærit in utris potius. Eadem eſt ratio temperantiæ. Nam cum in uoluptatibus & doloribus eam cerni dicat, in uoluptatibus potius uerſari concludit. Itemq; liberalitas in dandi accipiendiq; rationibus, ſed in largiendo potius cernitur. Si multa ſint genera, traduntur, ut fortitudinis, & iuſtitiæ. Virtutũ etiam & eorum, qui ijs ſunt præditi, officia & munera exquiruntur. Eadem eſt ratio uitiorum, niſi quod utrum uirtuti magis repugnet, exponit.

Quarti. Iam dictum eſt in tertij libri argumento, quid in hoc etiam & quinto tractetur in genere: peculiariter autem hic diſſerit de liberalitate, magnificẽtia, magnanimitate, manſuetudine, ueritate, urbanitate, & alijs uirtutibus, ac uitijs quæ ſingulis opponuntur.

Quinti. Iuſtitiam diuidit in uniuerſalem & particularem: hanc in commutatiuam & diſtributiuam. Rurſus omne ius uel iuſtum partitur in naturale & legitimum uel poſitiuum: idq; ab æquitate diſcernit.

Sexti. Eundem in hoc libro ſeruat ordinem, quem in ſuperioribus. Duo genera uirtutum earum, quæ in ratione ſitæ ſunt (intellectiuas multi uocant) ex duobus earum ſubiectis concludit. Quinq; autem uirtutes eſſe ex earum munere communi, & quid quæq; ſit ex rebus ijs in quibus uerſantur, colligit. Nempe quid ſit ſcientia, ſapientia, notitia principiorum, ars, & prudentia: copioſius autem de ultima loquitur, quia dux eſt moralium uirtutum. Quæ ijs quinq; attributa ſint, quid ſimilitudinis, quid diſſimilitudinis inter ſe habeant, docet. Poſtremo quæ cum prudentia coniuncta ſint, ut recta deliberatio, ſagacitas, & ſententia: quid ſapientia &

prudentia

prudentia conferant, & utra melior sit, quod prudentia cum uirtutibus moralibus habeat commercium.

In septimo, octauo, & nono de ijs differit, quæ non sunt illa quidem in uirtutibus & uitijs, sed tamen sunt in bonis & malis.

Septimi. De continentia & impotentia (siue incontinentia) & uoluptatibus ipsarum materia, & dolore.

In octauo & nono. De amicitia, quam uirtutem dicit, uel cum uirtute copulatam: & uarijs amicitiæ speciebus.

In decimo, primum de uoluptate & dolore eadem de causa disputat, quod scilicet ad uirtutem conducant. Vel, De uoluptate comite uirtutum & felicitatis. In eo extremo iterum de beatitudine agente simul & contemplante differit, ut extrema primis respondeant, &c. Hæc ferè ex Ioachimi Perionij cõmentationibus mutuati sumus.

In duos libros Magnorum moralium.

Hæc & quæ sunt ad Eudemum, eiusdem ferè argumenti, cuius Ethica ad Nicomachum. Sed hic uniuersalius nonnulla dicuntur, atq; idcirco Magna moralia nominantur.

Capita primi libri Magnorum moralium, 35.

De bono in communi. Quot modis bonum.
Alia diuisio bonorum. Virtutem in anima esse.
Animæ diuisio. In quibus sit uirtus collocata.
De his quæ in anima. De habitu. Quid medietati opponatur.
Quod omnia talia ex talibus principijs: & alia eiusdem euidentior enarratio.
Quod hominis sit agere solum.
De appetitus tribus generibus.
Socratica argumentatio de continenti, & incontinenti.
De ui & necessitate. De necessitate.
Quotupliciter unitum & spontaneum.
De proposito. De animi sententia.
Finis uirtutis honestum. De fortitudine.
De temperantia. De mansuetudine, liberalitate, & speciebus auaritiæ, de magnanimitate, de magnificentia, de indignatione: de grauitate, uerecundia, urbanitate, amicitia, ueritate: de iustitia: de duplici ui mẽtis, & utriusq; habitu.

Eorundem libri secundi capita.

De æquitate, modestia, promptitudine, continentia & incontinentia, feritate, incontinentia & continentia, uoluptate, fortuna, honesta probitate, recta ratione, amicitia, affinitate, amicitia erga se. Quomodo probus sese diligat. De eo quod sibi satis. De multorum amicitia. Quomodo amico utendum sit.

Ex epistola Iacobi Fabri ad Guillelmum Budæum: Magna moralia Aristotelis auidissimus perlegi: laborem tamen mihi & non paruum quidem iniecerunt codices ipsi, non satis emendati: quos inter legendum (utcunq; uires suffecerunt) ad correctionis limam reuocaui, & per numeros cum Ethicis Aristotelicis conciliaui. Nam fermè eædem hic atq; illic materiæ discutiuntur: sed hic remissius inexpletiusq;, illic uero copiosius, atq; distinctius. Cum enim Aristoteles tria (ut fertur) de moribus euderit opera, & quidem dignissima, primum paruorum moralium opus ad Eudemum, secundum magnorum moralium, & tertium Ethicorum Nicomachiorum: horum euigilantissimũ absolutissimumq; est illud Ethicorũ opus, quo rite assequuto, quicquid ad beate uiuendum desideratur, patet latissime. Notas ad latus pauculas adieci, ubi litera se subobscuriorem offerebat.

Liber moralium, quæ magna dicuntur, uidetur ex libris ad Nicomachum decerptus. Qui uero ad Eudemum scripti sunt, in prioribus planè referunt uim &

» acumen Aristotelis, posteriores uidentur ab alio quopiam adiecti, quum in his re-
» petantur ijsdem uerbis quæ disputantur ad Nicomachum. Erasmus Roterod.

In VII. libros ethicorum ad Eudemum.

Quamuis eiusdem ferè cum superioribus duobus argumenti hoc opus sit, explicatius tamen aliqua profert: ita ut non omnino, quod aliqui putarunt, superuacanea horum librorum doctrina sit. Quinimò rationi consentaneum est, reuocatis ijsdem sub incudem priora nihilominus à maioribus seruata fuisse. Et hoc opus non est à ratione Aristotelica alienum, siue modum docendi spectes, siue sententiarum grauitatem. Animaduertendũ est autẽ, quod duæ tertiæ partes posteriores libri 4. quæ incipiunt: Δοκεῖ δίκαιον καὶ τὸ ἀντιπεπονθὸς ἁπλῶς εἶναι δίκαιον, &c. usq; ad librũ septimum, ordine & ad uerbũ deinceps inueniantur in Ethicis ad Nicomachum libro quinto capite quinto usq; ad librum octauum.

» Præfatio libri septimi. De amicitia quid sit, & quale sit, quis item amicus: ac
» utrum simpliciter tantum dicatur amicitia, an multifariam: & si multifariã, quot-
» nam modis: insuper quo pacto sit amico utendum, quidue iustum amicum, nihilo
» minus excutienda nobis sunt, quàm ea quæ de moribus circa honesta eligibiliaq;
» traduntur.

» Aristot. Moralia ad Eudemum, quia unum duntaxat exemplar habere potui-
» mus, doctorum aures nonnunquam offendent. Aldus.

» Oeconomica potius fragmenta quædam quàm liber integer & absolutus uide-
» buntur. Atq; utinam id omne quod est à Leonardo Aretino traductum in Latinũ
» dare potuissem: hoc est secundũ à Leonardo translatum librum. Ibidem.

In libellum de uirtutibus.

Hoc opusculum siue ab Aristotele scriptum est, siue potius à studioso quopiam ex eius libris collectum, primum uirtutes ac uitia diuidit secundum animę partes, his uerbis: Cum autem animæ partes iuxta Platonem tres sint, rationalis quidem partis uirtus est prudentia: animosæ, mansuetudo ac fortitudo: concupiscentis, sobrietas & continentia: totius autem animæ, iustitia, liberalitas, & magnanimitas: & totidem eis opposita uitia. Deinde singula definit, & quid cuiq; suum sit, & quę opera tum singulas uirtutes et uitia, tum ipsam in uniuersum uirtutem sequantur, breuissime declarat. Ioan. Stobæus, quem nos nuper dedimus, nihil aliud habet quàm hunc Aristotelis libellum in quarto sermone.

In Oeconomica, quæ rei familiaris siue domesticæ curam instituunt.

» Rei familiaris administrationem diffusius exequutus est Xenophon Athenien-
» sis, sed Aristoteles acutius & neruosius, non tam habita quæstus ratione, ut ille, q;
» officij totius familiæ, & quietis domesticæ. Ioan. Lodouicus Viues.

» De Oeconomicis Laërtius non recenset nisi unum librum, quum Leonardus
» Aretinus uerterit duos, quorum posterior non inuenitur. In huius locum Aldus
» supposuit fragmentum stratagematum, nihil faciens ad rem Oeconomicã. Prior
» γνησιώτατος est Aristotelis, sed utinam esset absolutus. Secundus, quem uertit Leo
» nardus, nec cohæret cum superiore nec resipit ingenium Aristotelis. Erasmus
» Roterodamus.

» Argumentum primi libri œconomicorum.

» Exponitur primum differentia, conuenientia & ordo politicæ disciplinæ & œ-
» conomicæ. Deinde partes domus & acquisitio, coniugalis societas, leges uiri ad
» uxorem, leges domini ad seruos, œconomi leges: hæc sex capitibus continentur,
» quorum maxime quartum, quintum & sextum officia rei familiaris continet. Pri-
» mum autem, secundum & tertium rem familiarem exponunt.

» Secundi. Quæ sint leges probæ matris familiâs. Item leges probi uiri ad coniu-
gem,

gem, testimonia & exempla ex Homero. Postremum, probi uiri & mulieris bonae inter se mutuo leges quae sint.

Secundus hic liber in codicibus impressis nusquam habetur: sed eius loco alius cui titulus est Oeconomicorum publicorum, id est, dispensationum cum adiectione, ne tres libri œconomicorum uideantur esse. Videtur profecto indignus, qui locum habeat post tam sancta praecepta, quibus est plenus uterq; œconomicus. Insuper etiam ordo eius magnopere pugnat cum ratione docendi qua utitur Aristoteles, iuxta quam uniuersalia praecepta praemittit singularum rerum contemplationi: quemadmodum in ethicis licet uidere, si ad politica fiat comparatio. Plutarchus duos tantum œconomicorum libros ab Aristotele scriptos commemorat. Proinde fieri potest, ut uel hi duo quos Aretinus uertit pro uno solum numerandi sint, & liber publicorum pro altero: uel Aretinus quidem illos recte diuiserit, hic autem non sit Aristotelicus. Vtcunq; est, illi sanè magis merentur œconomicorũ nomen, cum ea praecepta contineant quae ad familiam & priuatam institutionem pertinent, ut & titulus ipse rei priuatae est: publicae autem administrationi minus proprie hoc nomen tribuitur.

Ioachimi Perionij Argumentum, quo librorum octo de Republica ordo & sententia breuiter exponitur.

Sententia quidem quę sit horum librorum, ipse Aristoteles decimo extremo de Moribus ad Nicomachum filium libro, qui cum his cohaeret, explicat. Nam primum quid de Republica senserint ij qui ante ipsum in hoc genere uersati sunt, se expositurum esse pollicetur: deinde ex ijs Rebuspublicis quas collegit, confirmat facile nos perspecturos, & quae sint Rerumpub. salutis causae, & quae interitus, & quid sit quamobrem aliae praeclarè, aliae contrà administrentur: quibus cognitis, facillime quae omnium optima sit, quoq; modo singulae sint constitutae, quibusq; legibus institutisq; utantur, intelligi posse. Sed quoniã haec ille summatim tradidit, nos sigillatim, idq; quàm poterimus breuissime de ijsdem rebus disseremus.

1 Quia de ciuitate ciuilique societate his libris disputaturus est, primum cuius causa unaquaeq;, omniumq; optima constituta sit docet: quo exordij genere ferè in libris suis omnibus utitur. Deinde reprehensa Platonis de rege, ciuitatis rectore, patrefamiliâs, heroq; sententia, quod in omni arte tradenda faciendum esse dicit, id ipse obseruat. Cum enim his libris quaerat, quae uis sit ciuitatis, eam ex partibus cognoscendam esse confirmat. Et quoniam ciuitatem ex familijs & uicinijs ut partibus constare uidit, quid familia, quid uicus siue uicinia sit, exquirit. Intellexit autem familiam uiro & uxore, ut partibus primis contineri: de ijs ergo primum disserit, eorumq; societatem seu coniugium à natura constitutum esse docet, ut ciuitatem omnem etiam à natura ortam doceat, & constitutam. His ab eo expositis (neq; enim sigillatim omnia explicanda sunt à nobis) hominem aptum esse natura ad hanc ciuilem communionem docet, non belluam: quod ille boni & mali, iuris & iniuriae notitiam, quae hanc sola coniunctionem constituant, habeat, haec non habeat. Tum de singulis partibus ciuitatis disserit: quarum quoniam inuenit unam esse rem familiarem, eius partes explicandas suscepit, imperiũ seruile, rem uxoriam, & imperium paternũ. Ac primum de seruili imperio disputat, quod ut à natura comparatum esse doceat, à natura esse generatum et id quod praeest, & id quod paret, multis exemplis & rationibus docet: nec aliquod contra naturam negat esse. Inde alias rei familiaris partes persequitur, quas in tribus superioribus non duxerat, ut rei faciendae & pecuniae quaerendae rationem, ex quarum posteriore quae à natura inuenta sit cum eius plurimis partibus, quaedam contra naturam extiterit. Exponit ergo rationis quaerendae pecuniae, quam natura peperit, omnes partes, agriculturam, rem pecuariam, piscatum, aucupium, uenationem, caeteraq; animantia hominis causa parata esse confirmat. Itemq; alterius partes

omnes, quæ repugnante natura inuenta est. Tum de imperio paterno & re uxoria pauca dicit, & cætera ex ijs quæ de Rebuspublicis à secundo libro ad extremum tradentur, esse cognoscenda confirmat. Hæc primi libri ferè sententia est.

2 In secundo autē, cum sibi optimum ciuitatis statum proposuisset, alij ne eum populi & scriptores qui aliqua laude ualerent, in Rebuspub. suis tenuerint, exquirit. Ac primum Platonis utranq; Rempub. multis de causis, tum Phaleæ, Milesiorum, Lacedæmoniorum, Cretum, Carthaginensium, postremo Solonis, omniūq; qui aliquid de Repub. præclare scripserunt, repudiat & refellit: ita ut horū omniū improbatis uel Rebuspub. uel de optimo ciuitatis statu sententijs, deinceps de ea suam interponat.

3 Ac primum in tertio libro, quid ciuitas sit, exquirit. Et quoniam ciuitatem omnem ex ciuibus constare uidit, primum quid ciuis sit, inuestigat & tradit: tum quæ eadem ciuitas sit appellanda, quæ alia: quod boni ciuis sit officium, id ne à boni uiri officio differat: qui incolæ ciuitatis ciues sint habendi, qui nō habendi: quæ multorum populorum de ciuibus sententia & consuetudo in eis uel probandis, uel improbandis: tum quid Respub. sit, quotq; eius sint genera, tradit. Tria autem dum inuenit præclara & laudabilia, regiam potestatē, optimorum, & quæ cōmuni omnium nomine appellatur, Rempub. triaq; uitiosa his contraria, tyrannidem, paucorum opulentorum potestatem, & populare ciuitatis genus: eorum naturis explicatis, refutataq; nonnullorum de ijs sententia, quod cuiusq; ius sit, quod illa genera contineat, exquirit, & inuentum refutat. Quoniamq; non solum Respub. sed etiam optimam sibi Rempub. proponit, quid summam in Repub. potestatem habere oporteat, quærit, plebémne, an diuites, an bonos, an unum uirtute præstantem, an tyrannum. Ac multitudinem quidem sic anteponit, ut aliorum de quoq; uel quibusq; alijs, ipse pulcherrimis sententijs firmissimisq; ratiōibus refellat, conuellatq; sententias. Quanquam unum qui cæteris uirtute antecellat, uel etiam plures eius generis probat, eiq; cæteros æquum esse dicit obtemperare. His ita constitutis, singula genera in quæ Rempub. diuisit, considerat, ac primum regalē potestatem, eiusq; quatuor genera: deinde de optimati ciuitatis genere disserit.

4 Tum in quarto libro de uitiosis generibus, earumq; partibus dicit, posteaquā docuit quæ omnium sit deterrima, & utra reliquarum ad eam propius accedat: primumq; spectat populare ciuitatis genus, eiusq; partes: deinde idem etiā in paucorum potestate sequitur. Ex his autem duabus quoniam ea quę Respub. dicitur, extitit, his expositis de ea disputat: tum de tyrannide, in quo & uniuscuiusq; generis partes persequitur, & quæ sint earum dissimilitudines, & quamobrem tot fuerint explicat. Cumq; supra quæ esset optima Respub. ut dixi, eamq; quæ à recto re optimo aut pluribus regeretur, optimam constituisset, deinceps ex rebus ipsis quæ possidentur eam optimam concludit, in qua moderatæ earum & magnæ sint copiæ. Sed quoniam non solum eam optimam esse, quæ omnino esset optima, intellexit, sed eam etiā quæ potest esse optima, deinceps quæ cuiq; aut quibusq; optima sit, quærit. Id quo facilius faciat, tres ciuitatis partes quæ ciuitatē quamq; continent, cōstituit, ordinem senatorium, magistratus, & iudicum decurias: earumq; trium partium quis sit in quaq; Reipub. forma modus, sed ferè uitiosus, ostendit, ut postea corrigat. Atque hæc quidem in quarto libro.

5 In quinto autem, cum unumquodq; ciuitatis genus eorum quæ enumerauit, à statu dilabi, mutariq; in alium uideret, mutationis interitusq;, quas caueremus, & salutis quas retineremus causas tradidit. Ac primum causas eas explicat, quæ communiter ad omnium generum interitum exitiumq; pertinent: deinde singillatim eas quæ singulas aut commutant, aut euertunt funditus: tum quæ Respublicæ in quas potissimum mutentur. Quem etiam ordinem seruat in causis salutis omnium, & cuiusq; proferendis. In quibus omnibus, infinitis utitur exemplis Rerumpub.

rumpublicatum cum propè omnium gentium, tum uel maxime Græcorum.

6 Eodemq; modo in sexto libro quæ res populi paucorũq; potestatis partes & efficiant, & labefactent & conseruent, ex ijsq; partibus quæ optima, quæq; deterrima sit, explicat. Deinde qui magistratus, & quot constituendi sint, & quæ eis cura data sit, docet. Quoniam autem optimam Rempub. inuestigat, & eam quæ quibusq; optima sit, quoniamq; optimum uitæ genus, id est beatã uitam cum optimo ciuitatis statu coniunctum esse cognouit, & bonis animi, corporis, & fortunæ expleri: primum utra uita sit anteponenda, eáne quæ in Repub. & in gerendis rebus ponitur, an ea quæ actione cernitur.

7 8 Deinde quæ res illa tria bona efficiant, in septimo octauoq; libro constituit. Itaq; urbs quam magna, & quo in loco sita esse debeat, docet: quantus numerus ciuium cum omnium, tum eorum qui necessarij sunt, quæq; eorum sit & urbis descriptio, qui quæq; munera sustinere, & an parere uicissim debeãt: tum qua ætate coniugium inire, grauidæ mulieres quid facere uel fugere, nati pueri primũ quæ facere & fugere: deinde qua ætate, quibus quotq; artibus erudiri debeant: horum inquam omnium his duobus libris disciplina continetur.

In metaphysicorum libros argumenta, præcipue secundum Alexandrum Aphrod.

Libri περὶ τῶν μετὰ τὰ φυσικά, hoc est, de his quæ sunt post naturalia, duodecim habentur: quibus an absolutum sit Aristotelis propositum, in dubio est. Plærisq; in locis obscuri & difficiles sunt, non tam tractatione ipsa quàm ignorantia earum rerum quæ tractantur. Putant de his libris esse querelam illam, & quasi expostulationem Alexandri ad Aristotelem, quod libros de philosophia priuatim sibi præfectos euulgasset.

Primus liber, qui maior dicitur, honestæ scientiæ dignitatẽ exequitur, & quemadmodum ipsius habitum sensuum experimentis consequamur. Et de principijs entium opiniones antiquorum.

Minor primus liber (Latinis secundus) Aristotelis quidem opus est, quantum ex dicendi charactere ipsaq; disputandi ratione coniectura consequi possumus: non tamen solidus, sed mutilatus, & libri pars quædã esse uidetur, si quis eius exiguitatem, initium, & finem spectet. Nam in superioris fine, cum ait: Nunc autem redeamus ea rursus allaturi, quæ super eisdem principijs aliquis dubitauerit: quæstiones significat, quæ in secundo libro disputãtur, ita ut hic minor alieno loco insertus uideatur. Porrò quatenus in hoc quoq; libro de principijs uerba fiunt (quærit enim utrum principia causæq; in infinitum progrediantur: docetq; in ipsis esse principium aliquod, nec fieri antecessiones in infinitum) hac inquam ratione à primo maiore discrepare non uidetur, sed potius ipsum de principijs & causis agentem sequi. Rursus ad eius finem intuentibus, qui talis est (quamobrem primum quid sit natura, considerare oportet: hoc enim pacto & quibus de rebus sit scientia naturalis, patebit) hic liber præfatio quædam naturalis philosophiæ uidebitur. Vtcunq; sit, ea certe quæ hic traduntur, non prorsus ab instituto abhorrent, sed ueluti præfatio quædam sunt, quæ communiter omni contemplatrici philosophię præferri potest. Quando igitur de ente ac ueritate scientia simpliciter est, à principio statim infert, ueritatem uno modo facilem, altero difficilem esse, & difficultatem interdũ ex parte materiæ, quod quomodo sit uerũ in quarto libro declarat.

Tertius liber (sequar enim nunc Latinos) de ijs agere incipit, quæ necessariò ad hic proposita conducunt. Nam quæ in duobus primis dicta sunt, exordium huius libri uideri possunt, & ad constituendum ordinem pertinere: quo factũ est ut quibusdam hunc librum doctrinæ metaphysicæ primum esse placuerit. Docetur hic hanc scientiã esse theoricam: quid autem praxis & theoria differant, sexto demum

libro differitur. Præterea XXVIII. quæstiones de ente, & principijs, & ijs quæ huc pertinent, enumerantur, quas paulatim in libris sequentibus soluit.

Quartus disserit quod ueritas nequaquam nisi per causas liqueat: & quod causarum in nullo genere in infinitum progressus sit: speciatim uero de causa prima, efficiente ac fine in libro 12. tractabitur. Ad hæc docet quibus in rebus prima philosophia uersetur, ostenditq; ipsam de ente in uniuersum disputare. Itē de uno, quoniam ens & unum subiecto idem sunt: ac perinde de ijs quæ uni subijciuntur, de quorum numero sunt idem, æquale, & simile: & de oppositis uni, quæ quidem sunt plura. Oppositorum nanq; cognitio ad eandem pertinet doctrinam: quo fit, ut de prædictorum oppositis eadem consideret, imò uero de omnibus oppositis. Cuncta enim opposita diuersitati subijciuntur, diuersitas autem pluribus, at plura & unum contraria sunt. Quod si de omnibus contrarijs oppositisq; cognoscit, dubitari non potest, quin de omni ente cognoscat, cum entia omnia in his contineantur, ut quæ uel contraria sint, uel ex contrarijs consistant. At si omnia entia considerat, ne ea quidem inconsiderata omittet quæ per se communiterq; enti adsunt in eo quod ens est, quales sunt sententiæ nuncupatæ, quarum communissimam & nobilissimā illam esse ait, non posse contradictionē simul esse ueram. Deinde docet ens sic multifariam dici, ut quæ ab uno, & ad unum. Vt autem ens dicitur unum, sic scientia de ente qua est ens, una esse uidetur. Cæterum tum dialecticum tum etiam sophistam eadem atq; sapientem considerare ait, ea uidelicet quæ enti simpliciter dicto communiter adsunt, nec enim in uno genere aut re una uersantur ut reliquæ artes ac disciplinæ. Sed horū alter fallax est, & falsis captiunculis circumuenit: alter probabilibus, & ex opinione sumptis rationibus concludit: philosophia autem prima sic eadem considerat, ut scientiam possit ingenerare. Demonstrans autem contradictionem ex utraq; parte ueram aut falsam esse non posse, sed omnino esse necesse ut altera pars eius uera sit, altera falsa, Heraclitum accusat & Protagoram, qui medium quoddam contradictionis esse putabant.

Aliter, & breuius. Veritatem non *intelligi nisi* per causas, easq; non progredi in infinitum. Mox incipit loqui de ente ac proprietatibus eius, quæ cum eo cōuertuntur (transcendentia nostri uocant) præsertim de uno. De reliquis uero, & maxime de uero & bono, agitur in sexto.

Quintus liber proculdubio ab Aristotele scriptus, & huic ordini conueniens, partitionem tractat eorum, quæ multifariam dicuntur, quibusq; utuntur disciplinæ, & quæ ens communiter affectantur. Qui uero librum hunc imperfectum esse putant ea coniectura quod non omnia partiatur quæ multifariā dicuntur, horum sententia probari non debet: quoniam ne propositū quidem est simpliciter ipsi hoc in ipso præstare, sed de ijs tantum agere, quibus doctrinæ omnes ut communibus utentes, proposita sua demonstrant. Haud enim propositum est de æquiuocis disserere, neq; de omnibus quæ ab uno & ad unum dicuntur, sed de his quæ plurifariam dicuntur. Nam ens quatenus est ens, multipliciter dicitur. Ita non mathematicum assumit, aut aliquid huiusmodi ex ijs quæ multifariam dicuntur: quoniam hæc non sic usui sunt disciplinis ad ea demonstranda, de quibus edisserūt, ut principium, ut causa, natura, elementum: & cætera quæ communia sunt, hoc *in libro* diuiduntur, utpote quæ propria sint huius doctrinæ: quod si quæ his *finitima* prætermittuntur, diuidi tamen possunt iuxta illorum partitionē, quibus *finitima* sunt.

Aliter. Quintus liber proprietates enti subiectas ponit, quæ *sunt* x. genera, ubi differitur non tam de potestate illarum, quàm aliorum *uerborum* ad illas siue primo siue secundo loco pertinentium: quod quidem fit ad deprehendenda significata, quæ ad metaphysicam pertinent.

Sextus. Subobscure hoc in libro, apertius *in consequente*, illustrius etiamnum in posterioribus primam philosophiam *in entis*, quà ens est, cognitione uersari docet, ac

cet, ac de cuiuſcp definitione diſſerere, & quomodo quodcp definiendum ſit, aperire, ſiue intelligibile ſit, ſiue quid aliud: eademcp quorum habeantur definitiones, & quorum ſecus, explicare.

Aliter. Excludit quædã à metaphyſicæ ſcientia, uidelicet ens rationis, quod nihilominus uerũ ſignificet per propoſitiones cõſtitutas ex uerbis priuatiuis, ut cũ dicitur cæcitas. Et quoniã ſit de huiuſmodi ente mentio, ex cõſequente diſſerit de uero, quod cum ente cõuertitur, & item de bono. De naturis entiũ diſputat, quorũ aliquæ ſunt ſubſtantiæ, aliquæ accidẽtia. Sed quando accidens à ſubſtantia dependet, tam quo ad eſſe, tam quo ad cognitionẽ, ideo ſi quis ſubſtantiã indagauerit, illi eo accidẽtis naturã noſſe poterit. Ea ꝓpter de ſubſtantia tantũ ueſtigat in hoc ope.

In ſeptimo libro toto, & eo qui hunc conſequitur proxime, de definitionibus ediſſerit: definitiones autem, ut in progreſſu teſtabitur, accidentium proxime non habentur, ſed ex accidenti, ut ipſa per accidens ſunt: ut enim res ſunt, ſic definiuntur, & earum definitiones habentur, quemadmodum quid eſt in ſubſtantijs propriè ac ſimpliciter dicitur, non itẽ in accidentibus, ſed cũ aliquo additamento, &c. Quoniam igitur definitiones propriè entis exiſtunt atcp ſubſtantiæ, diſſerturus de definitionibus, quæcp his conſentanea ſunt, merito rurſus de ente cõmemorat, ipſumcp multifariam dici tradit, quemadmodum ſupra in libro ſecundo.

Aliter. Communis eſt omni ſubſtantiæ definitio, quam Ariſtot. quod quid eſt eſſe, noſtri uero quidditatem appellant, per quam talis eſt ſubſtantia, ut deus deitate ſit deus, quemadmodum dicunt, & homo humanitate homo: ac de his diſſerit libro 7. declarando quæ ſint ea quæ requiruntur ad quod quid eſt, & quomodo ſe id habeat. Et id cuius eſt quod quid eſt, tam in ſubſtantijs compoſitis quàm ſimplicibus, non tamen ſeparatim de aliquo, ſed generatim, & in uniuerſum de ipſo loquendo.

Liber octauus, quæ tum in ſuperiore, tum in tertio abhinc libro diſſeruerat Ariſtot. ea non quidem omnia (hoc enim eſſet eadem rurſus diſputare) ſed tamen potiſſima quæcp (nam hæc ſummam appellauit) repetit, atcp in pauca colligit, & cuius cauſa dicta ea ſint exponit: ita ſe finẽ propoſitę diſputationi impoſiturũ inquiens, utpote proximo libro de potentia & actu, & cæteris, de quibus diſſerere inſtituit, initium facturus.

Aliter. Subſtantiarũ aliquæ ſunt cũ materia et corruptibiles, ut phyſica corpora: aliquæ incorruptibiles, ut cœlũ: nõnullæ citra materiã & incorruptibiles, ut intelligentiæ ſeu mẽtes: de primis agitur libro 8. ſanè declarando, quod ex materia & forma componuntur, & quonam modo hæc inter ſe, & ad compoſitum habeant.

Liber nonus. Diſputato in duobus ante proximis libris de ente per ſe, conſentaneũ eſt, ut in hoc de eo quod actu eſt ſiue potẽtia, diſſerat. Nam cũ ens de eo quod actu eſt dicatur, decp eo quod eſt potentia, hæc autem doctrina de ente conſideret, merito in hoc libro diſputat de potentia & actu. De actu uero neceſſariò diſputat, propterea ꝙ, ut oſtendet, prima cauſa, quã hic inquirimus, nihil eſt aliud cẽ actus.

Aliter. Tractat deinceps de proprietatibus, ſiue, ut noſtri uocant theologi, paſſionibus quæ in omni ente reperiuntur, ſed in aliqua tantũ parte, uidelicet de energia & potentia. Nam in ſubſtantijs citra materiam, ita eſt energia quod non eſt potentia: in ſubſtantijs uero cum materia utrumcp exiſtit.

Liber decimus. Quoniã idearum authores (quo. ũ ſententiã ſi cui diligẽtius inſpicere libet Parmenidẽ Platonis legat) ipſiunum inducebant, hoc ipſum naturam eius eſſe tradentes, eiuſdẽcp ſubſtantiã eo conſiſtere, ꝙ unũ ſit, &c. Idcirco Ariſtoteles in hoc libro diſputare proponit, num tale quiddã unum habeatur, an ſecus: ſed prius partitionẽ unius exequitur, quæ ſunt eius propriæ notiones exponens, & quomodo interdũ in ſenſilibus accipiat. Atcp unũ quidẽ ubicp ut menſuræ principiũ uſurpari tradit, tum in numeris, tũ in magnitudinibus, tum etiã in concenti-

bus. Diesim nanq; concentuũ principiũ efficimus. De his igitur & similibus prima est huius libri commentatio. Primum ergo inquirit, an huiusmodi idea esse possit quicquam, cuius natura sit unum: deinde contraria quæ sint, & omnino de oppositis, & quomodo sint, inuestigat.

Aliter. In X. disserit de quadam alia proprietate disiuncta, uidelicet de eodẽ & diuerso, & de his quæ ea consequuntur, id est de oppositionibus.

Liber XI. Quæstiones tertio libro propositas in cæteris ex sententia sua & ueritate persequutus est ad hunc usq; librũ, dubia soluens & quæcunq; ad rem pertinentia consentaneaq; inciderent, exponens. Plæraq; autem & in hoc libro & in sequentibus explicaturus, quæstiones aliquas cõmemorat, quæ uel omnino non fuere solutæ, uel supra non satis explicatæ. Præcipue autẽ hic repetit demonstrata superius, nobisq; suggerit huiusmodi doctrinam à physica & mathematica esse diuersam, eandemq; solam sapientiæ nomen mereri. Cæterum circa finẽ huius libri, à loco qui incipit: Fortuna autem est, cum quippiam horum fuerit per accidens ortum, &c. usq; ad 12. librũ, eadem omnia & istis simillima in opere de physico auditu traduntur.

In ultimo libro de primo eodẽq; immobili principio, propter quod hæc omnis doctrina tradita est, edisserit. Sed quoniã principij nomen plurifariã dicitur (nam & materia principium appellatur, atq; item forma, & priuatio) idcirco quæ ad eius modi partitionem attinent, summatim primum perstringit, ut conueniente ratione compendiariaq; uia ingressi, recte facileq; huius à cæteris principijs discrimen inuestigemus. Præterea quoniam inter propositas quæstiones illud quoq; quærebatur, utrum sint omnium eadem principia, an aliorum alia, quod nondum explicatum constitutumq; est: idcirco causarum mentionem repetit, ut modo quodã omnium rerum eadem principia, alio secus esse demonstret.

Aliter. In XII. de substãtijs æternis disserit siue sint corporeæ, siue incorporeæ.

In tres sermones de Xenophane, Zenone, & Gorgia.

Hos tres sermones de philosophia istorum uirorum, & mutilatos habemus, & obscurissime scriptos. Continent autem opiniones illorum de generatione rerum, ente, & Deo. Nondum opinor in Latinum sermonem traducti sunt.

Aristotelis epistolia 6. Aldus impressit cum reliquis diuersorũ epistolis Græcis. Sunt autem 3. ad Philippum, & Alexandrum 2. ad Theophrastum 1.

Hucusq; enumerata sunt ea Aristotelis opera, quæ quidẽ Græce extare nouimus, & prælis publicata. Catalogus Græcus bibliothecæ Vaticanæ quendã Aristotelis librum de corpore nominat, quem nondum uidi. Cæterum apud Latinos cum reliquis Aristotelicis extant impressi Venetijs in fol. libelli quidã sub huius authoris nomine, De causa, de intelligẽtia, de pomo, de proprietatibus elementorum, de Nilo: de uegetabilibus, idẽ ni fallor, qui de plantis: & de bona fortuna opusculum, quod conflatum est ex parte secundi libri Magnorum moralium, & septimi ad Eudemum, ut annotauit Ioan. Franciscus Picus.

» Librum de uegetalibus probabile est Arabis cuiusdam esse, adeo subinde citat
» Abruculum quendam, Græcis inauditum. Quicquid tamen est huiusmodi libe-
» lorum, quoniam ab his qui philosophiam Aristotelicam in scholis profitebantur,
» solent prælegi, Aristotelis titulum obtinuerunt. Erasmus Roterod.
» Librum de pomo constat hominis esse Christiani. Idem.

In Athenæi symposiacis Aristotelici libri citantur isti: Ζωικὸν siue de piscibus, de cognatione, de animalium moribus, de animalium historia, de ebrietate, de plantis, problemata physica: respublicæ Aeginensium, Deliorum, Thessalorum, Colophoniorum, Crotoniatarum, Massiliensium, Methonæorum, Naxiorum, Syracusanorum.

ARISTOXENI harmonicorum libri 3. extant Bononiæ in bibliotheca Saluatoris, Græce

Græce scripti, & alibi in Italia. Vide Suidã de hoc authore: citatq; etiã ab Athenæo.

Aristoxeni Pythagorici uerba ex libro de sententijs Pythagoræ Stobæus citat in sermonibus de iniustitia, de parentibus honorandis, de sanitate: alicubi etiam ab Aristotele Pythagoræ apophthegmata scripta allegat: proinde uidendum ne forte confundantur.

ARLOTVS, Ordinis fratrum minorum minister generalis, Hetruscus, fertur collegisse utriusq; testamenti T.cl. 1190.

Concordantias lib. 1. Sermones uarios lib. 1. Et quædam alia.

ARLVNVS quidam de faciliori alimento & balneis scripsit librum impressum Basileæ apud Isingrinium. Nescio an idem sit qui Ioan. Petrus Arlunus uocatur.

ARMANDVS de bello Visu ordinis prædicatorum scripsit declarationẽ difficilium terminorũ, tam theologiæ, q̃; philosophiæ, ac logicæ. Ex præfatione authoris ad Ioan. episcopum Brixiensem. Sanè in hoc tractatu in propriis uiribus, uelut in “
arundineo baculo, non confidens, uestigijs doctorũ inhæreo meliorũ, & præcipue “
doctoris communis reuerendissimi & præclarissimi S. Thomæ. Et paulò post, “
Hunc ergo tractatum in tres partes principales iudicaui ad utilitatẽ studentium di “
uidendum. Prima pars continet sex breuia præambula, quæ sunt fundamenta in- “
troductoria ad sequentia declaranda. Secundo subsequuntur declarationes di “
ctorũ & dictionũ uocabulorũ cõmunium, quæ ex physicis seu theologicis sæpius “
sunt ad manum. Et quia horum ponitur declaratio, ut possimus aliquam refulgen “
tiam splendoris conspicere illius, qui habitat in altissimis, &c. idcirco pars tertia in “
quodã generali determinat quæ & quomodo nomina Deo & diuinis cõueniant, “
&c. Post præambula, & transcendentia decem prædicamẽtis prolixe immoratur.

Liber impressus in 8. chartis 25.

ARMENOPVLVS, uide Constantinus Armenop.

ARNALDVS Contades Narbonensis scripsit de bonorum possessionibus, & in Pandectarum librum 33. epito.

ARNALDVS de Solerio scripsit super De testamentis super C. si pater, sexti Decretalium.

ARNOBIVS, sub Diocletiano principe, Siccæ apud Africã, florentissime rhetoricã docuit, scripsitq; aduersum gentes, quæ uulgo extant uolumina. Ex D. Hierony.

Arnobius presbyter, philosophus & rhetor insignis, scripsit T.cl. 300.

Aduersum gentes, lib. 7. In psalterium, lib. 1.
De rhetorica institutione, lib. 1. Et alia multa mihi incognita.

* Ex libris aduersus gentes tres aut quatuor Romæ impressi sunt, ut audio, anno 1543.

Arnobij Afri commentarij in omnes psalmos ad Laurentiũ & Rusticum episcopos per D. Erasmũ Rot. proditi & emendati. Basileæ apud Ioan. Frobeniũ, cum præfatione Erasmi ad Adrianum VI. Pont. & cõmentario in psalmum: Quare fremuerunt gentes, anno 1522. in fol. chartis 70. Eadem Knoblouchius eodem anno Argentorati excudit in 4. chartis 40. & dimid. Ex præfatione Des. Erasmi. Quum Arnobium eloquentiæ professione clarum fuisse constet, etiam an- “
tequam fidei nostræ mysterijs initiaretur, quumq; Lactantius discipulus satis de- “
claret, quàm nõ insans fuerit ille præceptor: quumq; catechumenus scripserit elo- “
quentissimos libros aduersus gentes, Tertullianum imitatus, quemadmodũ hunc “
imitatus est Lactantius: non potest imperitiæ uideri, quod in hoc opere tot solœ- “
cismi comperiantur, præsertim adeo manifesti, ut uix Holcot aut Bricot solœcis- “
set crassius. Nec est quod hinc suspicemur hunc Arnobium esse diuersum ab illo, “
cuius opus aduersus gentes etiam ob orationis elegantiã laudatur. Idem scripsit, “
sed non scripsit ijsdem. Illud opus scripsit eruditis, hoc scripsit uulgo. “

Et aliquanto post, Interciderũt illi laudati libri, quibus pugnat aduersus gen “

„ tes. Saltem hoc superſit illius toties Hieronymo laudati ingenij monumentũ. Atq;
„ huius quidem operis in catalogo ſcriptorum illuſtrium nõ meminit Hieronymus.
„ Fortaſſis in cauſa fuit, quod is liber, ut uulgo ſcriptus, tantum in Africa circumſe-
„ rebatur: aut notior erat, omniumq; manibus tritior, quàm ut Hieronymus putarit
„ recenſendum, &c. Deinde authoris antiquitatẽ hoc argumento colligit, quod aliquot hæreticorum per occaſionem meminerit, qui omnes Arnobij ætatem præ-ceſſerint, nullius autem qui ſequutus ſit. Deinde breuẽ ac dilucidum in pſalmis enarrandis eſſe teſtatur, paucis multa cõprehendere, à propoſito non digredi: ora-tionem eſſe ſimplicem ac feſtiuam, non languidam, quæ properans multum & co gitationum & aculeorũ in animo relinquat. Hæreſeos ne ſuſpicionem quidem ul-lam apparere, ſed omnia ſyncera & catholica eſſe. Cæterum exemplar accepit ex collegio diſciplinæ regularis, quod inter VVormatiam Vangionũ ciuitatem & Spiram Nemetarum urbem ſitum uulgo dicitur Franckental.

Arnobij Afri in aliquot euangeliſtarum locos annotatiunculæ, excuſæ Baſ-leæ, anno 1543.

T.cl.1160. ARNOLDVS abbas Boneuallis, ordinis Ciſtertienſis, Beati Bernardi abbatis quon-dam familiaris amicus. Defuncto nanq; Guilhelmo abbate ſancti Theoderici, & opus uitæ ſancti Bernardi imperfectum relinquente, ipſo etiam ſancto iam cœle-ſtia regna tenente, ſcripſit & perfecit

Vitam ſancti Bernardi, lib. 4. Virorum illuſtrium geſta.
Et quaſdam epiſtolas.

T.cl.1494. ARNOLDVS Boſtius, natione Theutonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper uirginis de monte Carmeli, conuentus Gandenſis, cuius ad me plures extant epi-ſtolæ. Scripſit metro & proſa multa præclara opuſcula, de quibus extant ſubiecta, uolumen inſigne carmine & proſa conſcriptum, in quo luculenter oſtendit ordi-nis ſui Marianæ protectionis intuitu prærogatiuam originẽ & progreſſum, quod idcirco prænotari complacuit,

De patronatu Mariæ, lib. 1. Petiſti uir clariſſime.
De illuſtrib. uiris Carthuſienſium, lib. 1. Venerabili & inter mif.
De illuſtrib. uiris ordinis ſui, lib. 1. Frater Arnoldus Boſtius.
Contra Vincentiũ in nouo caſtro, lib. 1. Vſquequo ſemper deſip.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1. De quatuor nouiſſimis, lib. 1.
Carmina diuerſa. Et alia complura. Viuit adhuc Gandaui ætate uirili & ua-ria componit.

ARNOLDI Ferroni Burdegalenſis in conſuetudines Burdegalenſium commenta-rij, impreſſi Lugduni in officina Gryphij in 4. anno 1540.

ARNOLDVS Peraxylus Arlenius, uir in iuuenili ætate mature doctus, agit adhuc ni fallor in contubernio nobiliſſimi uiri D. Diegi Hurtadi à Mendozza Cæſareæ maieſtatis apud Venetos legati: ſingulare decus & columen rei literariæ, de om-ni ſtudiorum & ſapientiæ genere quàm optime meritus, dum ueteres authores, præcipue Græcos, paſſim in Italiæ bibliothecis ueluti ſepultos, diligenter in-quiſitos eruit, eoſq; in lucem atque uſum mortalium reſtituit. Plurimum autem ut iſtud efficiat excellentiſſimi D. Legati authoritate iuuatur. Merebatur qui-dem huius uiri & morum candor integerrimus, & eruditionis mira ſynceri-tas, eximiũ laudis teſtimonium: ſed quoniam ferè ſimpliciter doctorum ho-minum in hoc opere mentionem facio, ne qui forte amplius amori quàm ue-ritati à me tribui ſuſpicentur, ut ſolet inuidia comitari uiuentes, hic etiam mi-hi temperare ſtatui. Expectamus autem ab Arlenio noſtro, ſi deus uitam extenderit. Quoſdam ex Plutarcho de moribus commentarios à nemine ad-huc conuerſos. Dionis Coccæi Romanæ hiſtoriæ libros duos & uiginti in La-tinum ſermonem pure traductos. Olympiodori magni philoſophi Platonici & Peri-

& Peripatetici commentarios ad Aristotelis Meteora. Ex sacris, Chrysostomi, Theodoreti, & aliorum hactenus non uisas pulcherrimas tum cõciones, tum commentarios, & orationes. Ad hæc decreuit ædere quasdam ad Lactantium Firmianum parecbolas, in quibus & ueterum nugacem superstitionẽ & uanitatem refellere, & nostra ut longe certiora & ueriora astruere attentat, &c.

ARNOLDVS Oridryus scripsit summam linguæ Græcæ, impressam Lutetiæ ante decennium in officina VVecheli. Præterea, ut cognoui nuper ex epistola clarissimi uiri Gilberti Cognati Nozereni,

De bona mente carmine Iambico dimetro iustum librum,

De cura pauperum insigne opus inchoauit tantum.

Vertit carmine Hesiodi agriculturam. Sed his omnibus deest suprema authoris manus.

Scripsit & Iubilæum, cuius argumentum est sacrum, non iniucundum neq; indoctum, mira inuentionis dexteritate.

Vertit & comparationem regis ac monachi ex Chrysostomo.

In Angia Hannoniæ oppido aliquot principũ & nobiliũ uirorum liberos instituit.

Mortuus est autem paulò maior natu tricenario obrutus studiorum laboribus.

Hæc ex epistola Gilberti.

ARNOLDVS Vesalienſis scripsit exegesin decalogi, quæ impressa est Coloniæ anno, 1542. in 8.

ARNOLDVS de Villa noua natione Gallus Prouincialis, uel ut alij uolunt, Catalanus, cum Villa noua sit oppidũ distans quatuor miliaribus à Gyrona ciuitate Cataloniæ. Astronomiæ studiosissimus fuit, & aliqui eum hæreticum fuisse asseruerunt: à Frederico rege missus ad Papam ex Sicilia, in mari obijt, Genuæ sepultus, ut quibusdam placet. Plurima uolumina in unaquaq; doctrina ex propria excellẽtia ingenij sine magistro præcedẽte explicuit, &c. Symphorianus Campegius.

Arnaldi de Villa noua opera in re medica, impressa Lugduni anno 1504. in fol. chartis 206. Ex præfatione Thomæ Murchij Genuensis medici. Hic au- « thor arcana naturæ adeo calluit, ut ueram alchimiam teneret, faceretq; laminas au « reas non cedentes perfectissimo auro, ut Ioannes Andreas in titulo de falsi crimi- « ne attestatur: & Raymundus Lullius in testamento suo affirmat cognouisse se ab « illo artem hanc esse ueram. Calluit item uir iste linguam Hebraicam, ut uidere licet « in expositione libelli Tetragrammaton, Græcam pariter & Arabicam, ut in mul- « tis ab eo translatis operibus apparet. Scripsit multa in philosophia, et theologia, sed « plura in medicina. Secreta autem naturæ adeo rimatus est, ut altius post ætatem « suam penetrauerit nemo: multa tamen ascribuntur illi quæ nec sua sunt, nec hu- « ius authoris sapiunt officinam, ut ex stilo facile deprehendi potest. Enarrat ipse « plura opera in libro speculi. Non tamen omnia medicinæ illius scripta potui inue « nire. Hæc autem quæ in manu sunt mea scriptorum culpa deprauata, & ipsa ue- « tustate manca, puluere obsita, pro uirili castigaui, &c.

Catalogus operum Arnaldi de Villa noua, quæ Lugduni uno uolumine olim impressa sunt.

Speculum medicinæ. De humido radicali.

De intentionibus diuersis medicorum.

De regimine sanitatis opus, quod Magninus Mediolanensis sibi uendicauit addendo & immutando nonnulla.

De regimine sanitatis regis Aragoniæ.

De conseruanda iuuentute, & retardanda senectute.

De considerationibus operis medicinæ.

De phlebotomia. Parabolæ meditationis, quæ alio nomine à medicis appellantur Regulæ seu Canones generales curationis morborum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [227] - 93v
PUBLIC DOMAIN

De tabulis generalibus, quæ medicum informant ſpecialiter cum ignoratur ægri.
De aphoriſmis. De parte operatiua. (tudo.
De regimine caſtra ſequentium.
De regimine ſanitatis Salernita.
Breuiariũ Practicæ cum capitulo generali de urinis, & tractatu de omnibus febri.
Practica ſummaria, ſeu Regimen ad inſtantiam papæ Clementis. (bus.
De modo præparandi cibos & potus infirmorum in ægritudine acuta.
Compendium regiminis acutorum.
Regimen quartanæ. De cura febris hecticæ.
Regimen podagræ.
De ſterilitate tam ex parte uiri, quàm ex parte mulieris.
De conceptione. De ſignis leproſorum.
De bonitate memoriæ. De amore erotico.
De maleficijs. De cautelis medicorum.
De uenenis. De arte cognoſcendi uenena.
De doſibus theriacalibus. De graduationibus medicinarum aphoriſmi.
De ornatu mulierum. De ſimplicibus medicamentis.
De decoratione. Commentarius ſuper ſuis parabolis. De coitu.
De conferentibus & nocentibus principalibus membris noſtri corporis.
De uinis. De aquis laxatiuis.
Liber de antidotis. Repetitio ſuper canone.
Vita breuis. Tabula ſuper eodem.
Expoſitio ſuper aphoriſmo: In morbis minus periclitantur, & ſuper commentario Galeni in eundem.
Commentarius ſuper textu Galeni de mala complexione diuerſa.
Quæſtiones ſuper eodem libello.
De febribus regulæ generales.
De pronoſticatione uiſionum quæ fiunt in ſomnis.
De aſtronomia. De phyſicis ligaturis.
Roſarium philoſophorum. Lumen nouum.
De ſigillis. Flos florum.
Epiſtola ſuper Alchimia ad regem Neapolitanum. Hactenus quæ impreſſa ſunt Lugduni.

Præter hæc quidam ei adſcripſerunt tractatum de quercu & partibus eius, ſcilicet folio, uiſco, cupulis, glandibus & gallis.

Vertit Hippocratis librum de lege ex Græco in Latinum, quæ uerſio habetur in Articella medicorum barbarorum.

Quod autem non omnia preſcripta opera Arnaldi genuina ſint, patet in tractatu de bonitate memoriæ. Herbarium quoq; conſtat non eſſe Arnaldi, quoniã Arnaldus alicubi in eo citatur.

ARRIANVS è Nicomedia hiſtoricus & philoſophus Epictetius de Epicteti diſſertationibus opus ædidit tribus uoluminibus: & Alexandri magni hiſtoriam 8. libris deſcripſit: utrũq; opus habetur in bibliotheca Vaticana. Raph. Volaterranus. Emicuit Romæ ſub Hadriano & M. Antonino principibus, à quibus ob eruditionis dexteritatẽ, & alias dignitates & conſulatũ nactus eſt. Suidas ex Heliconio.

Arriani Epictetus, id eſt, Epicteti Stoici dogmata fuſe tractata libris quatuor, & eorundem enchiridion ſiue gnomologion. Venetijs excuſa anno 1535. in 8. chartis 27. Enchiridium autem ſeorſim ſeſquicharta conſtat, & paulò amplius. Hoc & ſeorſim impreſſum eſt cũ traductione Angeli Politiani Baſileæ apud Cratandrum in 8. & cum Græcis commentarijs Simplicij, in 4. Venetijs anno 1528. chartis 26. Ex præfatione Simplicij aliquid conuertere libuit, quoniam Latinis hactenus

hactenus isti cõmentarij, quod sciam, ignoti sunt: sic igitur ait, De uita quidem & obitu Epicteti, Arrianus scripsit, qui Epicteti diatribas seu conuersationẽ prolixis commentarijs prosequutus est. Cæterum hic libellus Epicteti enchiridion inscriptus, similiter ab Arriano compositus, præcipua & maxima in philosophia, & quæ in primis animos hominum percellere possint Epicteti dicta complectitur, ut ipse Arrianus testatur in epistola ad Masgalenum, cui hoc opus inscripsit, utpotè charissimo sibi, & Epictetum admiranti non mediocriter: fermè autem eadem, & iisdem uerbis sparsim in libro de diatribis Epicteti scribuntur. Institutum est libri, ut si homines aliquos morigeros adipiscatur, qui non solum audiant, sed etiam afficiantur his sermonibus, & in actionem producant, illorum animos efficiat libe ros, quales à primo eorum opifice olim cõditi sunt: ita ut neq; metuant quicquam, nec ulla de re tristentur, nec à peioribus uincantur. Titulus autem est Enchiridion, id est, pugio, eò quod ipsum deceat semper ad manũ & in promptu esse illis qui recte uicturi sint: quemadmodũ militaris pugio promptũ semper & præsentissimum manibus sui usum exhibere debet. Multum autem uehementiæ his sermonibus inest, ut qui non prorsus ingenio ceu mortui languent, inde pungantur, & passiones suas sentiãt, et ad emendationẽ sui excitentur, alij magis, alij minus. Quod si quem hęc dicta nihil mouerint, ille solis opinor inferorũ iudicijs castigari poterit. Docent sanè hominẽ intelligere, quod tota eius essentia in anima rationali sita sit, corpus uero instrumenti duntaxat uicem præbeat. Denicq; ex præscripto eius uiuentem reddit beatum, siue ille animam immortalem, siue mortalem credat, &c.

Stilus concisus est, dilucidus, citra omnem ornatum, Pythagoreorumq; præceptis, quas illi Diathecas uocant, quàm simillimus. Sed quod in toto hoc libello pluribus explicatur, id omne Epictetus duobus his uerbis, quæ etiam frequentissime usurpabat, comprehendere est solitus: ~~Sustine & abstine~~. Patriam Epictetus Hierapolim Phrygiæ urbem habuit. Romæ Epaphrodito cuidam Neronis familiari seruijt. Atq; ad Marci usq; Antonini tempora peruenit. Domitiano autem imperante, eius dominatu offensus Roma Hierapolim migrauit. Tanta uero apud omnes homines eius uitæ admiratio extitit, ut Lucianus Syrus Epicteti lucernam fictilem tribus drachmarum milibus ob eius auctoritatem uæniisse tradat. Hæc Angelus Politianus. Vide plura apud Suidam. Diuiditur hoc enchiridion in capitula seu potius aphorismos sexaginta octo. De uita Epicteti

In quatuor libros de dictis memorabilibus siue philosophia Epicteti ab Arriano scriptos.

Arrianus in epistola præliminari ad Lucium Gellium testatur se hos libros nõ publicasse, neq; eo studio scripsisse, ut in publicum æderentur, sed sibi tantũ commentarios sententiarum illius uiri, quas ipsum præsens differentem audiuisset parasse, qui deinde nesciente se publicati sint, &c. Hinc fit ut nullus ordo sermonum sit, & idem argumentum diuersis in locis repetantur: & aliquando sententiæ quædam diuersi thematis in eodem capite legantur: ut cum inscribitur, ὅτι προαιρετικὴ γυνή. Est autem opus multis in locis deprauatum cum aliâs, tum quod ad orthographiam & distinctiones: & plæraq; quasi per dialogum scripta sunt, argute ac breuiter: quod non animaduersum obscuritatem parit. Sed libet capita in singulos libros adscribere, sic ut ex tempore à nobis translata sunt.

Capita 30. primi libri sermonum Epicteti.

Quæ in nobis sita sint, quæue non.
Quomodo quis personæ suæ officio ubiq; satisfaciat cum lenitate & patientia.
Quomodo quis cognito quod Deus pater sit hominum, ad reliqua progrediatur.
De profectu.
Contra Academicos manifesta non admittentes.
De prouidentia.
De usu syllogismorum tum categoricorum per uarias figuras, tum hypotheticorum, & similium.

Quod dicendi facultas non commoda sit indoctis, cum eos inflare soleat.
Quomodo quis intelligens nos Deo cognatos esse, ad reliqua procedat.
Ad illos qui Romæ promoueri ambitiose student.
De naturali amore, quem Græci philostorgiam uocant.
Vt quis facile & æquo animo omnes euentus ferat utpote diuinitus institutos.
Quomodo quis in singulis actionibus dijs placere queat.
Deum omnia intueri. Philosophia quid polliceatur.
Iterum de prouidentia. Logicam esse necessariam.
Non succensendum esse peccatis.
Quomodo erga tyrannos affici oporteat.
De ratione quomodo seipsam contempletur.
Ad eos qui in admiratione esse uolunt.
De prænotionibus. Ad Epicurum.
Quomodo contra casus aduersos pugnandum sit. Iterum de eodem.
Quænam sit uitæ lex, scilicet agere secundum naturam.
Quot modis phantasiæ nobis oboriantur, & quænam in promptu remedia contra ipsas habere conueniat.
Quod non oporteat hominibus indignari: et quæ sint parua & magna inter hoïes.
De constantia. Quid in aduersis casibus in promptu cogitandum sit.
Capita 26. libri secundi.
Quod animi fiducia cautioni non repugnet.
De imperturbatione.
Ad eos qui philosophis commendant aliquos.
Ad quendam in adulterio deprehensum.
Quomodo iungantur magnanimitas & diligens animaduersio.
De eo quod nihil interest. Quomodo diuinandum sit.
Quæ sit boni essentia.
Quod uix hominis nomenclaturæ sufficiētes philosophi insup titulū assumamus.
Quomodo ex nominibus unusquisq; quid se deceat inuenire possit, & officij sui admoneri: ut ex appellatione, hominis, patris, senatoris, &c.
Philosophiæ principium quodnam sit.
De differendo. De anxietate & solicitudine.
De doctrina philosophi ad Nasonem.
Ad eos qui contumaciter in proposito permanent.
Quod non exerceamus nos in usu dogmatum de bonis & malis rebus.
Quomodo accommodandæ sint prænotiones cōmunes ad particulares actiones.
Quomodo resistendum sit phantasijs, & prauis opinionibus.
Ad eos qui uerbis tantum philosophiam approbant.
Ad Epicureos uoluptatis patronos & Academicos manifesta negantes.
De uitijs quæ non fatentur homines, & quæ facilius fateantur, & quare.
De amicitia. De facultate dicendi quod magnam uim habeat.
Ad eum, quem sermone suo & responso dignatus non fuerat; qualem & quando loqui oporteat, & qualis audiendo iuuetur.
Quod logica necessaria sit. Quid proprium sit peccati.
Capita 26. libri tertij.
De ornatu. Circa quæ exerceri debeat is qui promouere cupit: & quod potissima negligamus.
Quæ sit boni materia: & quid exerceri præcipue conueniat.
Ad procuratorem Epiri qui Comœdo cuidam in theatro indecenter nimis dedi-tus erat.
Ad illos qui propter morbum discedunt, & mutant locum.

Quod

Quod uarijs sint profectus: quod uir bonus et sapiens inuictus sit: quomodo discernantur ingenioſi à reliquis.
Disputatio contra Epicureum quendam, quid homini sit optimum.
Quomodo circa phantasias exerceri oporteat.
Ad rhetorem quendam, qui Romam ibat ad iudicium, ut Cnosiorũ præfectus fieret.
Quomodo ferendæ sint ægritudines.
Quæ incommoda sequantur alia bona aut mala existimantes quàm quæ ab ipsorum arbitrio pendent. Parentes & cognatos qualescunq; honorifice tractandos.
De exercitatione philosophica.
Quid solitudo, & quis solitarius. Varia quædam.
Quod circumspecte singula aggredi oporteat.
Quod qualiscunq; conuersatio cum alijs caute recipienda sit.
De prouidentia. Quod non oporteat ad nuncia perturbari.
Quis status idiotæ sit, quis item philosophi.
Quod ab omnibus externis rebus iuuari liceat.
Ad eos qui facile ac temere progrediuntur ad profitendum & docendum alios.
De cynicæ sectæ professione.
Ad illos qui legunt & colloquuntur ambitioſe.
Quod non oporteat affici propter ea, quæ in nobis sita non sunt.
Ad eos qui à proposito relabuntur. Ad eos qui metuunt inopiam.

Capita 13. quarti libri.

De libertate. De conuersatione.
Quæ pro quibus permutanda sint.
Ad eos qui student in tranquillitate uiuere.
Ad homines pugnaces & belluinos.
Ad eos quibus dolet misericordiam de se alijs oboriri.
De animo intrepido, & timore uacuo.
Ad eos qui cito ad habitum philosophorum transiliunt.
In quendam ad inuerecundiam mutatum.
Quæ contemnenda sint, & pro quibus certandum.
De purítate. De attentione.
Ad eos qui facile res suas euulgant.

Arriani de expeditione siue rebus gestis Alexandri Macedonũ regis libri octo, reperti nuper in Italia Græce, impressi Basileæ 1539. in 8. unà cum traductione Latina Bartolomæi Facij. Voluminis Græci chartæ sunt 41. utriusq; uero simul 67.

Prioribus septem Alexandri gesta complectitur: octauo res Indicas pertractat: & fatetur ipse in quinto & sexto huius uoluminis res Indicas se narraturum.

Ex præfatione ipsius Arriani. Ex omnibus rerum Alexandri scriptoribus, « quæcunq; Ptolemæus Lagi, & Aristobulus Aristobuli de ipso rege consentientes « memoriæ prodiderunt, eadem ipse tanquam uerissima literis mandaui: in quibus uero eos discrepare animaduerti, ex his quæ probabiliora ac narratu digniora « existimabam, delegi. Cæterum de Alexandro alij alia scripsere. Nec uero quisquam est, de quo aut plures aut inter se dissentientes magis. Verum hi duo tamen « in ipsis rebus narrandis, mihi cæteris probabiliores uisi sunt: Aristobulus quidẽ, « quod regiæ expeditionis socius fuit: Ptolemæus autem, quia præterquam quod « & ipse regem eo bello secutus est, regiam dignitatem tenuit: cuius rei gratia longe « turpius illi futurum fuerat, si à ueritate discessisset: Vterq; uero, quoniam mortuo « iam Alexandro ea scripserunt: ubi quidem neq; necessitudine, neq; mercede ulla « adducti uidentur, ut hæc aliter atq; contigerunt literis mandarent. Quædam præterea & ab alijs scripta, quæ ipse narratu digna iudicaui, tanquam non penitus improbabilia, & quod de Alexandro erant prodita, adieci. Si quis uero fortasse mire «

„ tur, cur post tam multos rerum Alexandri scriptores, ego quoq; scribere eadem
„ aggressus sim: is denuo perlectis omnibus, postquam hęc nostra legerit, nullam si-
„ bi admirationis causam fuisse intelliget.

Ex præfatione Nicolai Gerbelij ad nobilem uirum D. Iacobum Sturmium Ar
„ gentinen. reipublicæ ex patritijs proconsulem. Arrianus, teste Suida, υἱὸς Ξενο-
„ φῶντος ab authoribus dictus est: adeoq; diligens Xenophontis æmulator fuit, ut etiã
„ librorum titulos antea à Xenophonte usurpatos imitatus sit. Quemadmodũ enim
„ Xenophon Cyri iunioris, cuius in bello comes extitit, παιδείας conscripsit: ita &
„ Arrianus de Epicteti uita tres libros ex Epicteti maximis uoluminibus, temporũ
„ postmodum iniuria deperditis, ueluti flores decerptos congessit. Deinde ut Xeno
„ phon libros septem ἀναβάσεως Cyri, sic noster libros octo Alexandri magni Ἀναβά-
„ σεως posteritati commendauit. Hæc sanè in inscriptionibus. Verum in referenda
„ iucunditate & elegãtia Xenophontis, neruis atq; uiribus omnibus Arrianus ad-
„ uigilauit. Quod si quis per otium Arriani libros cum Xenophonte contulerit, ui-
„ debit non infeliciter, neq; aduersis Gratijs & Musis conatum illum Arriano ces-
„ sisse: qui res ab Alexandro terra mariq; gestas, mira breuitate, & incredibili dicen
„ di suauitate adeo splendide depinxit posuitq; ob oculos, ut sæpe mihi uisus sim ex-
„ pugnationibus illis urbium, petrarum, barbararumq; gentium adesse. Porrò præ-
„ ter Epicteti enchiridion, & octo libros Alexandri Ἀναβάσεως, etiam de patrijs re-
„ bus libros composuisse dicitur: nam in decimosexto, & aliâs sæpe in Bithynicis ci-
„ tatur à Stephano in libro de urbibus: præterea & in Indicis in dictione Μάσσακα:
„ & alibi idem decimumseptimum Parthicorum huius authoris adducit. Et paulò
„ post de Arriano. Quanto studio prosequitur passim & Macedonum & Barba-
„ rorum arma, uestitum, mores: quanta cura machinas bellicas, oppugnationes ur-
„ bium, earumq; rerum omnium, quæ in talibus accidere solent, exactissimam de-
„ scriptionẽ? Atq; illud singulari ardore & studio in rebus Indicis, perinde ac si ani-
„ mo præsenserit authores qui de his scripserunt aliquando interituros, &c. Vide-
„ bis apud Bactrianos legesq; ingenti cum uoluptate Aornum petram locum mu-
„ nitissimum, & Barbarorum eius gentis omnium ὁρμητήριον, qua calliditate, quibus
„ machinis, qua arte & industria militum in potestatem suam redegerit, &c. Omit-
„ to quanta prudentia usum Alexandrum commemoret in mittendis legatis, &c.

Arriani Periplus Bithyniæ Ponto adiacentis.

Eiusdem Indica. De expeditione Cyri libri 6. Extant Romæ.

Arriano apponitur prænomẽ Flauius in Periplo Ponti Euxini & rubri maris, cuius etiam Stephanus de urbibus mentionem facit, excuso Basileæ apud Frobe-nium in 4. anno 1533. chartis ferè quinq;, cum alijs quibusdam Geographicis Han nonis, Plutarchi, & epitome Strabonis, quorum omnium chartæ sunt 26. cum in-dice. Omnia Græce. Hoc sanè iucundum est in Arriani Periplo, (quem Traiano Adriano Aug. nuncupat) quod passim quæ merces, aromata & huiusmodi rara in singulis locis habeant commemorat.

Arriani uerba quædam non expresso libri nomine citat Stobæus in sermone de ira, & in sermone quod euẽtus quilibet fortiter ferendi sint. Idem in cõparatio-ne paupertatis ac diuitiarum protrepticam homiliam Arriani citat. Et Arrianum Epictetium ad philosophantem in rebus superfluis in sermone de dijs: & de pro-uidentia Epicteti orationem ab Arriano scriptã in sermone quod fortiter ferendi sint quilibet. Ex enchiridio autem Epicteti multa passim adducit.

Arrianus de instruendis aciebus Venetijs extat, Græce opinor, cũ figuris 20. ut nuper in catalogo quodam legi, nisi forte legendum sit Aelianus.

Arrianum insignem fuisse iurisconsultum legi, quem Paulus Patauinus citat in lege Arrianus, Digestis de actio. et obliga. & Vlpianus Tyrius in L. 1. parag. qui autem, ff. quorum legatorum: ubi affirmat ipsum bellissime scripsisse. Nam plures

libros

libros scripsit in iure ciuili, & præcipue de re militari. Ipsius etiam extant leges in Pandectis Iustiniani imperat. lex uidelicet, Qui libertatem. de liberali causa. et lex, Qui cum uno. & lex, Non omnes. & lex, Omne delictum: de re militari. Quare hunc eundem Arrianum fuisse, qui eisdem temporibus floruit (nam in dicta lege, Omne delictum, paragr. quis uulnerauerit, aduocat imperatorem Hadrianũ) qui philosophus & historicus & iureconsultus fuerit, quiuis mediocriter sapiens affirmabit, Iudicent tamẽ doctiores. Hæc Alexander Gabuardus Turcellanus in præfatione super Latina conuersione Bartholomæi Facij.

ARRIANVS poëta Tyberij Imperat. temporibus uixit: cuius carminibus ipsum Tyberium delectatum fuisse Tranquillus scribit. Eius autem opera Suidas commemorat: metaphrasim Georgicorum Vergilij, Alexandrida, poëma uidelicet de Alexandri magni gestis libris 24. alia quoq; in Attalum Pergamensem poëmata.

Fuit & tertius ARRIANVS qui Maximini & Gordianorum uitam memoriæ tradidit, ut innuit Iulius Capitolinus his uerbis: Gordiani (inquit) non, (ut quidã imperiti loquuntur) duo, sed tres fuerunt, idq; Arriano scriptore Græcæ historiæ docente. Quamobrem noster hic Nicomedensis, alius & posterior duobus iam nominatis uidetur. Alius est Rhianus poëta, de quo infra.

ARRII presbyteri ad Eusebium Pamphilum epistola legitur in uita Athanasij, quam Ioannes Aretinus scripsit. De Arrio & Arrianis uide Suidam & Volaterranum. Suidas & alij per simplex r scribunt.

Arij epistola ad Eusebium Cæsariensem, qualis sit sua opinio de generatione filij Dei, propter quã ab Alexandro Papa persequutionẽ sustineat. Versus XXVI. in folio. præposita est Marij Victorini libris 4. de Trinitate aduersus Arium. Basileæ apud Hen. Petrum cum alijs uarijs.

ARRIVS Menander uetus I. C. scripsit de re militari lib. 4. unde quædam decerpta leguntur in Pandectis.

ARSATIVS Sehofer scripsit enarrationes Euangeliorũ Dominicalium ad dialecticam methodum & rhetoricam dispositionem accommodatas. Adiecti sunt loci Theologici, subnexis etiam aliquot propositionibus. Cum indice. Liber exiuit Augustæ Vindelicorum, anno 1538. in 8. chartis 41. & dimid.

Ex præfatione authoris. Sumpsi igitur hunc laborem, ut methodi usum in sacris thematibus utcunq; ostenderem inexercitatis & neophytis: nam rudibus tantum seruire uolo, atq; eis uestigia artificij crassiore Minerua depingam. Doctos autem remitto ad præstantiora antesignani nostri Lutheri opera; ego hoc solum ago, ut tardiores aliquo modo promoueam & obsequar amicis, qui hanc operam mihi extorserunt, & subinde petierunt, ut eis proponerem exempla in quibus cernere possent, quomodo Euangeliorum themata in methodum includantur, & hypothesis ad thesin, hoc est peculiare argumentum ad locum communem referatur. Scriptum est opus anno 1539. in Germania in oppidulo VViniden ad principem Vdalricum ducem VVirtenbergensem.

ARSENDINVS D. Rainerí scripsit super Rubr. Soluto matri. l. si filius qui patri. in I. Infortiati. & ibidem in Rubr. de uulg. & pup.

ARSENIVS Archiepiscopus Monembasiæ collegit apophthegmata philosophorũ, imperatorum, rhetorum, & poëtarum ordine alphabeti iuxta nomina authorum. Liber impressus est olim Romæ in 8. Græce.

In Euripidis tragœdias septem scholia Græca collegit, nempe in Hecubam, Orestem, Phœnissam, Medeam, Hippolytum, Alcestin, Andromachen. Publicata sunt Venetijs, anno 1534. in 8. char. 36. & dimid. & nunc imprimuntur Basileæ apud Heruagium, ni fallor. In præfatione ad Paulum III. Pont. Max. scribit se ex uarijs ueterum scholijs in Creta, Venetijs, & Florentiæ hæc congessisse in unũ uolumen.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [233] - 96v

Locos aliquot cõmunes ex Græcis authoribus collegit, quorum Venetijs manuscriptum exemplar uidi: & quantũ ex breui inspectione iudicare potui, omnia aut certe plæraq; ex Stobæi collectaneis, ordine tantum immutato, transcripta mihi uidebantur. Vide præfationem Græcam in Galeomyomachiam cum fabulis Aesopi excusam.

Libellus quidã Græcus Romæ ante aliquot annos exiuit in 8. ab Arsenio consarcinatus, quo continentur uaria & arguta carmina, fabularum aliquot poëticarum enarrationes, & ex Stromatibus Clementis quædam de furtis scriptorum.

ARTAXERXIS magni regis epistolæ tres inter Hippocratis medici epistolas extãt.

ARTEMIDORI Aristophanij Glossas opsartyticas, & librum de Doride citat Athenæus.

ARTEMIDORVS philosophus Ephesius siue Daldianus (est autem Daldis urbs Lydiæ) scripsit de somniorum interpretatione libros 4. item de augurijs & manuum inspectione. Suidas. Huius authoris quinq; libros Aldus Græce excudit in 8. sed priores 4. tantum artem cõtinent: quintus aliquandiu post reliquos scriptus seorsim, ut ipse in eius præfatione testatur, particularia somnia comprehendit, eorumq; euentus: idem Artemidoro filio nuncupatur, sicut & quartus: reliqui autẽ tres cuidam Cassio Maximo. A Iano Cornario Latine redditi Basileæ ex officina Frobeniana prodierunt, anno 1539. in 8. chartis 30.

» Verba authoris ex præfatione in primum librum. Ego uero partim quidem
» magna animi contentione, nullum non mihi librum de somniorum interpretatione
» ne conscriptum comparaui: partim uero quum omnes uates ex foro profligati esse
» sent, utpote quos mendicos, præstigiatores, ac scurras appellant hi qui graui simulato uultu supercilia contrahunt, cum eis tamen omni spreta calumnia, per multos annos in Græcia tum per urbes tum per cõuentus conuersatus sum, insuperq;
» & in Asia & in Italia, insulisq; maximis & populosissimis, quo scilicet uetera somnia, eorumq; euentus audiendo cognoscerem: neq; enim poteram aliter circa hæc
» exerceri. Ex quo contigit ut abunde mihi sit quod de singulis dicam, & plura fortassis quàm quis expectauerit, sic adeò ut in ueritatis narratione minime nugarũ
» deprehendar: & quorum mentionem fecero etiam demonstrationes euidentes, &
» quæ ab omnibus facile comprehendi queant, ex simplicibus faciam, nisi sanè quid
» adeò manifestum sit, ut superfluum existimem eius apponere interpretationem.

Deinde per sequentia decem capita docet de differentia somnij & insomnij. De speculatiuis & significatiuis somnijs. De somniorum speciebus. De sex elementis. De modo generali somniorum. De modo speciali. De curiosis & diuinis somnijs. De temporibus & qualia sint iudicanda. De moribus. Quæ à somniorum interprete sint expendenda. His præmissis undecimo demum capite dicendorum ordinem proponit, his uerbis:

» Ordiemur (inquit) primum à natiuitate, deín de educatione, consequenter de
» corpore agemus, eiusq; partibus, tum quæ accesserunt, tum quæ corruptæ sunt,
» & auctæ in formam aliam siue materiam. Deinde de doctrina artium omnigena-
» rum, operumq; ac studiorum. Deinde de pubertate, de gymnasijs iuxta speciem,
» de certaminibus, de balneis ac lauacris omnigenis, de alimento omni arido ac li-
» quido. De ungentis & coronis. De uenere. De somno. Atq; hæc quidem primus
» liber continet.

» Secundus autem de uigilia, salutationibus, mundo omni uirili ac muliebri: de
» aëre ac his quæ circa aërem sunt, de uenatione, de piscatu, de nauigatione, de agri-
» cultura, de iudicio, de magistratu publico, de militia, de cultu deorum, & de ipsis
» dijs, de morte: & si quid aliud est in progressu sermonis commemorabitur.

Tertius liber certum argumentum non habet, sed collectio est eorum quæ in prioribus duobus libris sunt relicta. Quare neq; proprie tertius inscribitur, sed philalethes,

philalethes, id est, ueritatis amator, aut enodios, id est, inuitatorius, siue Mercurialis in uia positus.

Quartus item liber paralipomena superiorum tractare uidetur.

Artemidori Ephesij Geographia & Ionici commentarij ab Athenæo allegantur. Idem est hic qui Daldianus: uide circa finem tertij libri de somniorum interpretatione Artemidori Daldiani, de quo iam diximus.

ARTEMON scripsit de Dionysiaco epistemate. Athenæus.

ASCLEPIADES genere Prusiensis medicorum eloquentissimus, Cn. Pompeij familiaris, cum in arte rhetorica decoxisset, medicinā sectatus est, aliam à cæteris uiam ingressus. Dicebat salutem constare cibi potusq; abstinentia, præterea gestatione, ambulatione, frictione. Ipse cōdita noua secta spretisq; legatis ac pollicitationibus Mithridatis regis reperta ratione qua unum ægris medetur, relato è funere homine & conseruato. Sed maxime sponsione facta cum fortuna, ne delatus ad rogum medicus crederetur, si unquam inualidus ullo tempore fuisset. Et uictor suprema in senecta lapsu scalarum exanimatus est. Hæc Plinius. De eodem quoq; multa libro quarto refert Apuleius. Ex Volaterrano.

Asclepiadę medici epithemata ad capitis dolores, Collyria, remedia ad aphthas, quædā ex libro cataplasmatum, & epulotica ulcerū uteri, citantur apud Aëtium. A Galeno etiam eius scripta allegantur in libro secundo de antidotis: item in libris de compositione medicamentorum secundū genera & secundum locos frequentissime: & libros eius nominat, de alopecia, quintū exteriorū, & secundū interno- (rum.

ASCLEPIADAE epigrammata Græca 18. in Florilegio.

ASCLEPIADIS Arij librum de Demetrio Phalereo citat Athenæus.

ASCLEPIADIS Myrleani Aegyptiaca, librū de Nestoride, & Tragodumena Athenæus commemorat.

ASCLEPIVS Afer in Baiensi territorio uici nō grandis episcopus, scripsit aduersum Arrianos, & modo aduersum Donatistas scribere dicitur: in docendo autem ex tempore grandi opinione celebratur. Gennadius.

Trittenhemius legit Vagense territorium, non Baiense, & superioribus addit homilias infinitas ad populum ab eo scriptas, & alia multa sibi incognita. T. cl. 400.

ASCONIVS Pædianus (alij sine diphthongo scribunt) uixit Neronis tempore, & in aliquot Ciceronis orationes commentarios exarauit: impressos Venetijs apud Aldum: & apud Secerium Hagenoiæ in fol. char. 22. & apud Conradum Reschum Lutetiæ. Ex epistola Gulielmi Budæi ad Beraldū. Est enim eius liber quod ad ætatem nostram peruenit, & breue & ualde mendosum. Sed quod si restitutum fuerit, laboris compendium allaturum sit non aspernandum ijs, qui ad lectionem adspirant, & intelligentiam Ciceronis orationum, quarum ille laudatissimas enarrauerat atq; cōmodissimas. Absq; eo autem foret, quàm multa sunt antiqui moris instituta memorabilia, quæ nunc ignorarentur? Ita multorum summi oratoris locorum uerborumq; obscuritas lumina clarissima obruisset earum orationum, aut splendori certe offuisset eximiæ præcellentissimæq; facundiæ. Hæc ille, & eadem ferè in præfatiuncula sua Philippus Melanchthon.

Enarrantur autem Ciceronis orationes,

Contra L. Pisonem, Pro M. Scauro, Pro Milone,
Pro Cornelio de maiestate, Contra C. Antonium & L. Catilinam cōpetitores.
In quatuor Verrinas.

Asconius Pædianus, utinā & integer ad nos peruenisset & syncerus, potuisset magnopere intelligentiam Ciceronis linguamq; adiuuare. Ioan. Lod. Viues.

Quirinus ASCONIVS Pedianus scriptor historicus clarus habetur, qui septuagesimo tertio ætatis suæ anno captus luminibus, 12. postea annis in summo omnium honore consenescit, anno Domini 78. Eusebius.

r

Rabbi ASER Iudæus scripsit librum Thalmudicũ Hamischniot, siue in causas quasdam forenses: impress.

ASIANVS Sardiensis episcopus Antonino imperatori apologeticum pro Christianis tradidit, anno Domini 173. Eusebius.

ASIVM Samium poëtam ueterem semel & iterum nominat Athenæus.

ASPASII scholia in Ethicorum Aristotelis librum septimum & octauum & secundum, ut aliqui putant, unà cum Eustratij commentarijs habemus.

De tribus Aspasijs uide Volaterranum & Suidam. (nato.

ASPER Grãmaticus antiquus in Terentiũ annotationes scripsit. Vide in Aelio Do.

ASTERIVS Arrianæ philosophus factionis, scripsit regnante Cõstantino, in epistolam ad Romanos & in Euangelia & psalmos, commentarios, & multa alia quæ à suæ partis hominibus studiosissime leguntur. D. Hieronymus.

T.cl.1330. ASTESANVS de Ast, ordinis fratrum minorum, fertur uaria cudisse opuscula, è quibus ego tantum uidi

Summam de casibus lib. 8. Dicturi ergo in hos pri.

ASTYDAMANTIS Tragici Hercules Satyricus Athenæo citatur.

T.M.379. ATHANASIVS Alexandrinæ urbis nonusdecimus episcopus, symbolũ: Quicunq; uult saluus esse, composuit.

Scripsit Græco sermone penè infinita opuscula, de quibus apud Latinos subiecta reperi.

De unitate Trinitatis,	lib. 1.	Tu unus deus, deus pater.
De ꝓprijs personis trinitatis,	lib. 1.	Nunc per singula nomina.
De hominis assumptione,	lib. 1.	Quemadmodum in una.
De nominibus trinitatis,	lib. 1.	Hic iam de singulis no.
De unica substantia trinitatis,	lib. 1.	Hic contradicens persona.
De beatitudine fidei.	lib. 1.	Posco à te de unico.
De ꝓfessione regulę catholicę,	lib. 1.	Propter quod impensissime.
De unitate fidei,	lib. 1.	Sine initio temporum super.
De patre & filio & spũ sancto,	lib. 1.	Cum legeris hanc fidem.
De trinitate & spiritu sancto,	lib. 1.	His qui filium dei creatum.
Ad Luciferum episcopum.	lib. 1.	Domino beatissimo ac.
Contra obiecta Arrianorum,	lib. 1.	Prima eorum obiectio est.
Altercationẽ cõtra Arriũ, &c.	lib. 1.	Cum apud Nicæam urbem.
Cõtra Valentem & Vrsatiũ,	lib. 1.	
De uirginitate,	lib. 1.	De psalmorum titulis, lib. 3.
Ad episcopos Aegypti et Libyę,	li. 1.	Omnia quæcunq; dominus noster.
De spiritu sancto,	lib. 1.	Literæ sanctæ charitatis.
Contra Gentes,	lib. 2.	Diuini cultus & uni.
Contra Arrianos,	lib. 1.	Hæreses quotquot ipse.
Aduersus eosdem,	lib. 1.	Insanientes Arriani.
De patris & filij homousion,	lib. 1.	Qui maligne diuinas.
Dialogum cum Arriano,	lib. 1.	Prouidentia dei actum est.
Exhortatoriũ ad monachos,	lib. 1.	Et si quid gloriari in.
Vitam sancti Antonij,	lib. 1.	Optimum in istis fratres.
Symbolum fidei suæ,	lib. 1.	Quicunq; uult saluus.
In oẽs epistolas Pauli,	lib. 14.	Paulus, &c. Nec Moy.
De persecutione Arrianorũ,	lib. 2.	
De Fuga & exilio suo,	lib. 1.	

Epistolas plures ad diuersos ædidit, sermones quoq; & uarios tractatus, qui uel necdum translati sunt in Latinum, uel ad notitiam meam non uenerunt.

* Magni Athanasij episcopi Alexandrini opera aliquot Latina excusa sunt primum

mum Lutetiæ in folio, anno 1520. Deinde Argentinæ apud Knoblouchum 1522. in fol. chartis 165. & rursus ibidem in 4. Postea aliquot alia prius non ædita Basileæ exiuerunt apud Frobenium in fol. anno 1527. Postremo quod sciam, omnia simul, quæ prius Latine publicata erant in diuersis uoluminibus, Ceruicornus Coloniæ coniunxit in 8. chartis 43. anno 1532. sed hic non addidit commentarios in epistolas Pauli, qui in primis æditionibus habebantur, ut qui Theophylacti potius sint Bulgariæ episcopi, quàm Athanasij, ut suo loco dicemus.

Extant autem Latine impressa in ultima æditione, quæ hic sequuntur.

Contra gentiles liber 1. ad Macharium Alexandrinæ ecclesiæ presbyterum.

De incarnatione uerbi, eiusq; ad nos per corpus aduentu.

Disputationis atq; controuersiæ super fide catholica, inter diuum Athanasium prius diaconum, deinde quoq; episcopum & Arrium, coram Probo iudice gentili à Constantino imperatore delegato habitæ præfatio, docens contemporaneos fuisse inter quos lis acta dicitur.

Eiusdem disputationis introductio, originem eius & Arrij perfidiã declarans.

Antedictæ disputationis Laodiceæ habitæ initium, in qua interloquuntur Probus iudex, Athanasius, Arrius, & interdum ut ratio dialogi constet, authoris qui ipsum traduxit, persona inseritur.

Magni Athanasij in psalmos, siue in uim psalmorum, opusculum, in quo ferè argumenta singulorum psalmorum ordine ponuntur, ut ad singulas orandi occasiones quibus potissimum psalmis utendum sit, intelligatur.

Exhortatio ad monachos.

Libellus qui continet miraculosam narrationem de passione imaginis Domini nostri Iesu Christi, qualiter crucifixa est in Syria, in urbe quæ Berythus dicit̃, temporibus Constantini senioris, & Hyrenæ uxoris eius, quinto Idus nouembris. Hunc libellum Petrus Nicomediæ antistes publice legit in Cæsarea Cappadociæ cum multi præsules conuenissent propter exortum errorem de cruore lateris Domini nostri. Diuiditur autem in septem capitula.

Athanasij epistola & Aegyptiorũ pontificũ ad Marcum Papam pro exemplaribus Niceni Concilij, quia Arriani eorũ exemplaria incenderant: cum rescripto Marci Papæ, & Iulij Papæ epistola increpatoria ad Orientales episcopos ꝓ causis Athanasij, & excessibus cõtra Romanã ecclesiã: ad hæc epistola Orientaliũ ad Iulium Papã causantiũ quod in cõmunionem receperit Athanasiũ, & cæteros quos ipsi damnauerant.

Iulij Papæ rescriptum contra Orientales pro Athanasio & cæteris.

Athanasij epistola & Aegyptiorũ episcoporũ ad Liberiũ Papã de oppressionib. Liberij Papæ rescripta 2. (Arrianorum.

Alia epistola Athanasij & pontificum Aegyptiorum de infestationibus Arrianorum ad Felicem Papam Romanum: cum rescripto Felicis Papæ.

De uarijs quæstionibus ad Antiochũ principem libellus: sunt autẽ quæstiones 41. cum responsionibus ad singulas. Ioan. Capnione interprete. Eiusdẽ Capnionis annotationes quoq; in has quæstiones typis excusæ feruntur.

De S. spiritu ad Serapionem episcopum epistolæ 2. Des. Erasmo interprete, qui sequentia quoq; omnia conuertit.

Quod Nicena synodus cum uidisset malitiam Eusebij, merito pieq; promulgauit, quæ erant aduersus Arrianam hæresim decreta.

Apologeticus aduersus eos qui calumniabãtur, quod in persecutione fugisset.

Apologeticus secundus.

De passione Dñi, ac de cruce. Huius opusculi phrasis non sapit Athanasium.

De hoc ꝙd scriptũ est: Euntes in uicũ qui cõtra uos est, inuenietis pullũ alligatũ.

Apparet esse fragmentum ex opere quopiam decerptum. Eius author torquet scripturas, quasi ludens.

De uirginitate, siue de exercitatione. Hoc opus si est Athanasij mire deiecit stylum ad captum uirginis: tamen ob antiquitatem uerti. Des. Eras.

De hoc quod dictum est in Euangelio: Quicunq; dixerit uerbum aduersus filium hominis remittetur ei: qui uero dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei, nec in hoc sæculo, nec in futuro.

» Ex Erasmi Rot. epistolio ad Lectorẽ. Plenus bonę spei sumpserã hoc Athanasij
» scriptũ uertendũ, mihi pollicens nihil hic omissum iri, quod ad huius difficillimæ
» quæstionis solutionẽ ptineret: uerũ cõperi tanto uiro quiddam humanũ accidisse.
» Primũ sic dissentit, imò potius dissentire uideri cupit ab Origene & Theognosto,
» ut fateat esse aliquod peccatũ, cuius nõ sit speranda remissio, quã sententiã nunc
» Augustinũ secuti reijciunt doctores: deinde propemodũ eo relicto quod quærendum erat digredit ad Arrianorũ insectationẽ, & ueri sensus inuestigationẽ commíttit illi, cui scribit. Quanq; ad id quidem quod agit, magis conducebat Origenis
» Theognostiq; sententia. Nec tamen uideo cur ei displiceat Origenis sentẽtia, &c.

De spiritu sancto.

» Saluo et integro doctorũ iudicio, ego cẽseo hoc opus esse hoïs otiosi, nulloq; in-
» genio prędíti, qui uoluerit imitari diui Athanasij libellos ad Serapionem. Hic mira
» cõgeries locorũ, et rationũ cõfusio, molestissimaq; semel dictorũ iteratio. Eras. Ro.
» Apologeticũ secundũ sequebantur in Græco exemplari diuersæ diuersorũ epi
» stolæ synodorũ & principũ, de actis aduersus Ahtanasiũ, quas quoniã & multæ
» erant & prolixæ, quædam etiam suppositiciæ, piguit uertere. Des. Erasmus.
» Athanasij uitam sese Latinam fecisse scribit Ioan. Tortelius: sed an ea traductio
» publicata sit alicubi, certi nihil habeo. Extant etiamnum hodie apud Græcos
» Athanasij permulta opera, ut de Trinitate, atq; unica Trinitatis substãtia, de fidei
» beatitudine, aduersus Arrianos, de uirginitate, symbolum illud notissimum. Opu
» sculum in psalmos ab Angelo Politiano uersum, & à Capnione (ut fertur) locuple
» tatum. Commentarij in epistolas Pauli à Christophoro Porsena Latini facti. Opus
» præterea elegantissimum aduersus gentes ac hæreticos Latina lingua ab Omni-
» bono Leoniceno donatum. Enumerentur & alia, ut commentarij in Ecclesiastem,
» Opus de spiritu sancto. Quæ omnia utinam & haberentur, & à nostris Occanista
» rum ac Scotistarum loco legerentur. Stilo usus est candido ac simplici, id est di-
» lucido, & aperto. Fuit tamen in disputando cum primis argutus & acer, id quod
» maxime eius aduersus Arrium & Arrianos uolumina testantur. De eo si quis plu
» ra scire cupit, adeat Eusebij Cæsariensis ecclesiasticæ historiæ librũ decimũ. Nam
» quæ de eo à quibusdam præterea traduntur, incõstantiora sunt, cq; ut pro ueris ad-
» duci debeant. Hæc de Athanasio collecta ab Erasmo Roterodamo, ut mihi uide
» tur, legi in æditionibus quæ exiuerunt, anno 1522. in Germania.

Athanasij lucubrationes, quas in Italię bibliothecis (ut earum catalogi, quos inspeximus, indicant) sermone Græco scriptas extare hodie, cognoui, hæ sunt:

Sermones 32. Sermones contra Idola.
Contra Arrium & alios cacodoxos.
Interpretatio adhortatoria psalmorum.

Tractatus ad Antiochũ de plurimis & necessarijs quæstionibus, quæ in sacris literis dubiæ sunt, & ab omnibus Christianis cognosci debent. Hæc omnia Romæ habentur, nisi fallit memoria, in bibliotheca Vaticana.

Athanasij Lexicon Græcũ extat Venetijs in biliotheca SS. Ioannis & Pauli.

ATHANES scripsit Sicelica, teste Athenæo.

ATHENAEI Dipnosophistarum, id est argute sciteq; in conuiuio differentiũ libri 15. Græci, primum ab Aldo Venetijs excusi sunt: postea *Basileæ* apud Valderũ anno 1535. in folio, chartis 102. per Christianum Herlinum & Iacobum Bedrotum castigati, quorum opera etiam accesserunt, Elenchus titulorum in singulos libros:

catalo-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [238] - 99r
PUBLIC DOMAIN

catalogus scriptorum, quotquot Athenæus citat, cum lucubrationibus singulorum: syluula prouerbiorum, annotationes aliquæ ex doctorum hominum scriptis animaduersæ. Postremo Indices duo, alter Græcus, alter Latinus, rerum & nominum quæ in his libris tractantur.

De Athenæo pauca apud scriptores inuenire licuit. Suidas ait fuisse Naucratiten, ac Marci tempore floruisse: quod ex eodem Volaterranus repetit. Præter opus hoc Dipnosophistarum & uarium & eruditum, scripsit & historiam de regibus Syriæ, cuius mentio fit libro 5. ubi Alexandri conuiuium describitur. Priores duo libri Dipnosophistôn non extant: quæ enim habemus, epitome tantũ sunt, ab Hermolao Byzantio nobis relicta, si credimus Volaterrano. Verum, quod pace tanti uiri dictum uolo, memoriæ lapsum hunc arbitror. Necp enim in epitomen redactũ Athenæum Suidas meminit ab Hermolao Grammatico Byzantio: sed Stephanũ potius qui Ethnica scripsit, quorum epitome etiamnum extat, licet nequaquam integra.

Fuerunt & alij duo Athenæi, alter ex Seleucia Ciliciæ, Augusti tempore, Peripateticus doctissimus: de quo nonnulla ex libro 14. Strabonis Volaterranus. Alter uero Attaleus medicus insignis, ut eo nemo inter recentiores medicos, omnem adeo medicinæ rationem memoriæ prodidisse melius à Galeno referatur. Sæpe enim illius hic meminit, præcipue tamen libro 2. de causis symptomatum, & libro de elementis. Hactenus de Athenæo ex Basilienſi æditione.

Præfatio, quæ & argumentum explicat, & Dipnosophistas, quorum colloquia his libris introducuntur, recenset: nunc primum à nobis conuersa.

Author libri Athenæus est, qui Timocratem alloquitur. Libri inscriptio, Dipnosophista. Introducitur autem Laurentius quidam Romanus homo locuples, qui uiros omni disciplinarum genere peritissimos conuiuio excipit domi suæ, nec quicquam est egregium quod in ista cœna non commemoretur. Insunt huic uoluimini pisces, ac eorum usus, & nominum explicationes, & olerum genera uaria, & animalium omnifariorum: & authores à quibus scriptæ sunt historiæ, & poëtæ, deniqp doctissimi quiqp. His adde instrumenta Musica, dicteriorum genera infinita, pocula diuersa, diuitias regũ, nauium magnitudines, & alia multa, quibus enarrandis dies mihi non suffecerit. Refertur autem sermonis artificium ad imitationẽ sumptuosi conuiuij: & orationis modus uices colloquij exprimit. Sic admirabilis ille sermonis artifex suauissimum λογόδειπνον, id est, eruditis confabulationibus conditam cœnam instituit, in qua ipse sui ipsius uictor, ut Athenienses rhetores, præ calore dicendi ad sequentes subinde libri partes ceu gradus quosdam transilit. Cæterum conuiuæ, qui epulis interfuere, Dipnosophistæ sunt, quorum nomina: Masurius iureconsultus, & in alijs quoqp disciplinis nõ oscitanter uersatus: Monius poëta, tum in reliquis doctrinæ studijs nulli secundus, tum ijs quæ encyclia uocant non uulgariter eruditus. Nam in quocunqp genere disputaret, id solũ sibi studio habuisse uideri poterat, statim à puero ut multiscius euaderet educatus. Scribendis autem lambis nemini post Archilochum cedebat. Aderat etiam Plutarchus, & Leonides Eleus, & Aemilianus Maurusius, & Zoilus, Grammaticorum elegantissimi. Ex philosophis autem, Pontianus & Democritus Nicomedienses, uariarum rerum scientia omnium præstantissimi: item Philadelphus Ptolemæensis, uir & in Philosophica cõtemplatione doctus, & uitæ ciuilis peritus exímie. Ex Cynicis unus, quẽ uocat Cynulcum, intererat, quem non solum ponè sequebantur gemini canes, ut Telemachum Homericũ in concione, sed multo plures quàm Actæonem illum uenatorem. Rhetorum insuper turba erat, non minor quàm Cynicorum: quibus aduersabatur, unà cum reliquis qui hic loquuntur con

tiuis Vlpianus Tyrius, qui propter frequentes quæstiones quas singulis horis mouebat in uicis, deambulationibus, bibliopolijs, & balneis, cognomen Κεντύκλος habuit multo notius quàm proprium eius nomen. Nunquam prius cibum gustare solebat, quàm huiusmodi aliquam de nominum usu quæstionem moueret: uerbi gratia, εἰ κεῖται ὥρα ἐπὶ τοῦ ἡμέρας μορίου, id est, an hora apud aliquem authorem pro diei parte ponatur: an uulua inter cibos posita inueniatur, an syagros nomen cõpositum pro sue ponatur. Cæterum ex medicis inuitati discumbebant, Daphnus Ephesius arte & moribus sacer, in Academicis studijs non infeliciter doctus: & Galenus Pergamenus, cuius lucubrationũ tantus est numerus in philosophia pariter & medicina, ut omnes ueteres excellat: elocutione insuper nullo eorũ inferior: item Rufinus Nicaënsis. Porrò Musicus aderat Alcides Alexandrinus. Est autem hic catalogus militaris potius quàm conuiualis. Dialogum Athenæus instituit ad æmulationem Platonis.

* In catalogo Dipnosophistarum, qui præponitur præfationi, præter eos conuiuas qui iam enumerati sunt, nominantur etiam: Magnus, Myrtilus, Dionysiocles, Arrianus, Vdrus, & Palamedes: & Cynici nomen supra non expressum, Theodorus Cynulcus.

» Ex præfatione Aldi Manutij ad Ianum Vyrthesim Pannonium. Hi enim
» libri præter uariam ac miram rerum, quas cõtinent, cognitionem: ut piscium, her-
» barum, arborum, & aliorum penè innumerabilium, iuuabunt te, & studiosos cæ-
» teros corrigendis alijs libris, ex plurimis, quos citat, authoribus. Cuius rei facere fi
» dem potest locus apud Theophrastum de historia plantarum lib. 4. ubi de malis
» Medicis ac Persicis tractat, &c. Et paulò inferius: Musurus noster hos libros
» sic accurate recensuit collatos & cum multis exemplaribus, & cum epitome, ut
» infinitis penè in locis eos emendauerit, carminaq́, quæ ueluti prosa in alijs lege-
» bãtur, in sua metra restituerit. Adde quod primus & secũdus liber, qui in alijs dee
» rant, ex epitome additi sunt cum bona parte tertij libri: erat enim hic sine capite,
» quo factum est, ut ijdem ferè hi existimari possint, qui erant integri, quoniã ea est
» materia, ut non multa subtrahi ex eis potuerint.

Restant adhuc plurimi loci deprauati, aut mutili, quod in causa esse suspicor, cur hactenus hos libros in Latinam linguam traducere nemo conatus sit: quanquam enim Paulus Iouius in libello de piscibus Romanis Sangæ Romani poëtæ familiaris sui mentionem faciat, cuius beneficio (ita enim ait) Latinum Athenæum debeamus: nihil tamen huiusmodi adhuc typis excusum uidimus. Permulti autẽ uiri docti ex hoc ueluti thesauro, ut Bedrotus scribit, corollaria, rerum urbanarũ commentarios, dialogos in Pausaniam, lectiones antiquas, uarias historias, Aelianos suos, & quicquid ferè speciosorum titulorum extat, magna ex parte locupletauerunt. Stephanus Niger etiam opus suũ de nimio uitæ luxu, siue nimia opsoniorum appetentia totum ex hisce libris carptim collegit: item Lazarus Baysius in opere de uasculis aliquot huius authoris locos interpretatur.

Athenæi paraphrasin in Alexipharmaca Nicandri Græcã Venetijs habet nobilissimus Cæsareæ maiestatis legatus D. Diegus Hurtadus à Mendozza.

ATHENAGORAE philosophi Christiani (qui floruit infra ducentesimum à Christo annum) liber de resurrectione, impressus Parisijs apud VVechelum in 4. anno 1541. Græce & Latine. Marsilius Ficinus etiam quædam inde decerpsit & transtulit, quæ habentur in libello ædito Basileæ 1516. in 4. cum Aeneæ Platonici opere de immortalitate animæ.

Eiusdem legationem pro Christianis ad M. Aurelium Antoninum, et Commodum Romanos imperatores, uidi manuscriptam Græce Bononiæ in Bibliotheca S. Saluatoris.

ATHENIO scripsit Samothraces, quos citat Athenæus.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [240] - 100r

ATHENOCLEM Cyzicenum nominat Athenæus.
ATHENODORI liber de seriis & iocis allegatur Athenæo.
ATHENODORI hexastichon in primo libro Florilegij.
ATTALVM medicum Galenus citat in opere de compositione secundum genera.
ATTICVS Constantinopolitanus post beatum Ioan. Chrysostomum episcopus, scri- T.cl.420.
psit ad reginas Arcadij imperatoris filias, De fide & uirginitate lib. 2.
Ex Gennadio. Trittenhemius addit etiam epistolas quasdam, & alia non pauca ab eo scripta esse, extare ea dicens. Gennadius tamen unum solum de fide & uirginitate librum commemorat, in quo peruersum dogma Nestorianum impugnetur. Hoc admonendus est Lector, quod Trittenhemius aliquando libros ali- *Admonitio de Trittenhemio.*
quos extare dicat, non quod extent hodie, sed quia apud ueteres extabant, ex quorum libris sua ad uerbum sæpe transcribit, nullam unde sumpserit authoris mentionem faciens.

Atticum Platonicæ sectæ philosophum Eusebius author est claruisse anno Salutis 379. & Suidas scribit Atticum post Arsacium qui defuncto Chrysostomo ecclesiæ curam habuerat, episcopatum Constantinopoli gubernasse, natum ex Augusta Armeniæ, & à puero in philosophia institutum à monacho quodam Macedonicæ sectæ (prodibant autem eius temporis philosophi ex Eustathij schola) deinde adultum catholicæ ecclesiæ accessisse. Hæc ille, ex quibus conijcere licet eundem esse Atticum philosophũ, qui deinde factus sit episcopus, præsertim cum temporum ratio non dissentiat. Vide plura apud Suidam de moribus ipsius, eruditione, & concionibus.

Attici Platonici πρὸς Ἀριστοτέλη διηνεχθέντα μῶσι καὶ πλάτωνι, liber Græcus extat apud excellentissimum uirum Diegum Hurtadum à Mendozza Cæsareum legatum hoc tempore Venetijs.

AVANCIVS quidam emendationes scripsit in Statij syluas. Excusæ sunt Venetijs in folio.
AVDBERTI homiliæ quædam extant: impressæ ni fallor in postrema æditione operis homiliarum, quas Alcuinus Leuita congessit.
AVDENTIVS episcopus Hispanus, scripsit aduersus Manichæos, Sabellianos & T.
Arrianos, præcipua tamen intentione contra Photinianos, qui postmodum Bonosiaci uocati sunt, opus insigne, quod prænotasse dicitur,
De fide contra hæreticos, lib. 1. Hæc ex Gennadio.
Alia quoq; nonnulla ædidit, quæ ad notitiam meam minime uenerunt.
AVEMPACE Arabs in Aristotelem quædam scripsit. Raph. Volaterranus.
AVEMPACE Hispanus commentationes quasdam in Aristotelem reliquit.
AVERROYS medicus cognomento commentator, philosophus clarissimus, secta « «
Mahumetanus, apud Cordubam Hispaniæ uetustissimam urbem floruit circa an « «
num Domini 1149. & multa ac uaria composuit. Et inter cætera excellenter in om « «
nes Aristotelis libros scripsit, ut commentatoris cognomen meruerit: deinde de se « «
ctis & de substantia orbis composuit. Librum Colliget dictum totã fermè medi- « «
cinam complectentem ædidit. Auicennæ medici æmulus & inimicissimus fuit, ut « «
eum nominare in suis libris uereatur. Hæc ex Symphoriano Campegio. In « «
commentarijs suis in Aristotelem Græcos maxime imitatus est, ut Alexandrum Aphrodis. & Themistium. A nõnullis stimulus medicorum uocatur. Nam & Galeno locis non paucis contradicit.

Auerroys Cordubensis opera ferè omnia in philosophia ex castigatione Augustini Niphi: impressa Venetijs in fol. 1496. chartis 434. Sunt autem hæc:

Destructiones destructionũ contra Algazelem, chartis 64. adiecta expositione Augustini Niphi, cum operibus philosophicis eiusdem Auerroys. Refutantur autem in hoc libro Algazelis opiniones metaphysicæ, quas contra philosophos asse-

rebat. Auerrois philosophorum sententiam defendit.

Algazelis proposita 14. quæ totidem libri partibus singillatim examinantur.

1 Vtrum mundus sit ab æterno.

2 Vtrum mundus sit sempiternus in futuro.

3 Disputat id quod dicunt philosophi, quod mundus sit effectus Dei, & Deus agens.

4 Contra philosophos infirmis rationibus dicentes mundum agentem habere.

5 Ostendit philosophos debiliter asserere Dei unitatem, & quod nequeant esse duo incausati.

6 Philosophorum errores super Dei scientia.

7 Contra philosophos sentientes quod Deus non communicat cum aliquo in genere, neq; ab eodem differt in differentia.

8 Quod debiliter astruant Deum esse simplicem absq; ulla quidditate.

9 Item quod non sit corpus aut corporeũ, non firmiter à philosophis probari.

10 Sed nec illud, quod sciat genera & species modo uniuersali.

11 Contra philosophos dicentes quod Deus tantum seipsum sciat.

12 Refutatur philosophorum sententia, quod Deus particularia ignoret, quæ temporis diuisionem recipiunt.

13 Ostendit errores ipsorum, quatenus putant cœlos animatos esse, ac Deo obedire contemplando.

14 Contra opinantes, quod motor orbium propriam habet uoluntatẽ erga quædam desiderata separata: Vel, Quod uoluntas cœlorũ motoris in mouendo eos sit propter quoddam intentum ab eis desideratum. Et hæc pars prima est disputationum Algazelis, quas Auerroys impugnat in metaphysicis: secunda uerò, cuius meminit Auerroys in prologo, super quibusdam naturalibus propositis, mihi uisa non est.

Commentaria in Aristotelicos libros.

In octo libros de physico auditu.

In libros 4. de cœlo & mundo.

In libros 2. de generatione & corruptione.

In libros 3. de anima.

In parua naturalia, id est libellos, de sensu & sensibili: de memoria & reminiscentia: de somno & uigilia: de causa longitudinis & breuitatis uitæ.

In libros 4. Meteororum.

In libros 14. metaphysicorum.

In quinq; uoces Porphyrij.

In prædicamenta Aristotelis.

In librum de enunciatione.

In analytica priora & posteriora.

In libros decem moralium ad Nicomachum.

Liber de substantia orbis, siue de rebus unde componitur corpus cœleste subijcitur post commentarios in parua naturalia.

Porrò in librum Gilberti Porretani de sex principijs, adiecta sunt commentaria Alberti magni: & in Oeconomica Leonardi Aretini. Nam Auerroys ipse in præfatione suæ epitomes in rempub. Platonis testatur se Oeconomicos & Politicos Aristotelis libros non attigisse.

Librorũ topicorum, elenchorũ, politicorum & physiognomonicorum translationes sine commentarijs additæ sunt.

De Auerroi operibus plura, si libet, lege supra in Abrahamo de Balmes.

Auerroi cõmentaria super Aristotelis librũ de mũdo, seorsim excusa Venetijs.

De beatitudine animæ, uide inter commentarios Augustini Niphi.

Auerrhoi Cordubensis opus de medicina inscriptum Colliget, id est, uniuersale, diuisum in libros septem, impressum Venetijs, anno 1496. in fol. chartis 32. traductione barbara incerti interpretis, ex castigatione Hieronymi Suriani unà cum

Abho-

Abhomeron Abynzohar libro theysir & antidotario. In fine adiecta est tabula singulorum capitum.

Ex præfatione authoris decerpta summatim. Ex præcepto nobilis domini Audelach Sempse, qui pro consilio suorum philosophorũ Auosait & Auencha- lit iniunxit mihi ut conscriberem opus, quod Arabico sermone totam medicinæ scientiam contineret, ad approbandum iudicandúmue sententias ueterum, colle- gi hoc opus Colliget, id est, Vniuersale, sic inscriptum propter ordinem doctrinæ obseruandũ, qui paulatim ab uniuersalibus ad particularia procedet. In hoc enim libro uniuersales regulas inchoaui, & deinceps fauent, Deo alium librum de ijs quæ particularia sunt instituã, &c. Sciendum est autem hoc opus non conuenire Lectoribus alijs, quàm qui mediocriter logicum & physicum negociũ intelligunt. Diuisum est in libros septem, at singulorum in capita librorum diductionem Lectori pro arbitrio faciendam relinquimus.

Argumenta in singulos septem libros.

In primo singularum humani corporis partium, & similarium & instrumentalium historia recensebitur, idq; breuiter: nihil enim hic noui adferam, quod non prius à ueteribus dictum sit. Cæterum in sequentibus libris nonnulla præter antiquos dicentur, & physicis rationibus probabuntur.

Secundus docet de sanitatis functionibus: & primum sanitatem definit, deinde loquitur de temperamentis tam singularum partium quàm totius corporis, & de operationibus & passionibus earum: de sanitate & usu membrorum per quatuor causas: de facultatibus diuersis, quid sint, quot, & in quibus partibus seu instrumentis secundum Aristotelem & Galenum breuiter. His additur quæstio de semine maris ac fœminæ: De prima uirtute mouente corpus motu uoluntario, quid sit & ubi, in neruisne aut musculis. De respiratione, siue motu pectoris & pulmonis, cum solutione dubiorum ubi ueteres dissenserunt. De natura aëris temperati, & quatuor temporum anni: & quale sit uernum temperamentum.

Tertius liber est ægritudinum. Definitur morbus, morborum species proponuntur, primum simplices, deinde compositæ, & ubiq; adijciuntur quatuor causarum genera. A morbis transit ad symptomata & eorum differentias, adiectis similiter causis: ubi etiam definitur dolor, & quæ sint causæ eius & quot, cum examinatione opinionis Galeni. Denicq; explicantur omnia accidentia sensuum & facultatum corporis, eorumq; causæ iuxta Aristotelis sententiam assignantur.

Quartus liber inscribitur de signis. Exponit enim signa quæ uel principalium partium, uel totius corporis sanitatem indicant: deinde generalia signa ægritudinum. Definitio signi. Signa abundantium humorum. Signa affectuum ab aëre & anni temporibus. Signa ægritudinum futurarum ex paruis quæ præcedũt ægritudinibus. Signa, causæ, & differentiæ pulsuum. Signa quæ sumuntur ex urinis. De signis affectuum totius corporis, ut febrium. De crisi, uarijs eius modis, temporibus, causis, & diebus: cum quæstionibus nonnullis de crisis aduentu in diebus conuersionis: an stellæ agant in corpora inferiora, & quomodo: an astronomia sit necessaria medicinæ. Signa critica ab ijs quæ exeunt à corpore, aut ex manifesta corporis ægri operatione. Signa affectuum interiorum. Signa affectuum ex rebus quæ egrediuntur à corpore: & de fluxuum differentijs. Et de opinione illorum qui transeunt ab uno medicamento ad aliud, in eiusdem ægritudinis cura diuersa medicamina approbantes. Postremo particulatim per singulas ferè partes ægritudinum signa refert, nempe oculorum, aurium, nasi, oris, gulæ, pulmonis, pectoris, stomachi, hepatis, splenis, renum, uesicæ, intestinorũ, & uteri.

Quintus liber de medicamentis & alimentis agit: principio alimentum & medicamentum definit, utriusq; naturam & operationem explicat: deinde loquitur de primis, secundis, & tertijs medicaminũ facultatibus. Quænam agant per se, quæ

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [243] - 101v

„ per accidens. Quæ reſpiciant unam corporis partem, aut plures. Quæ facultates
„ ex qualitate, aut materia, aut forma emergant. Quomodo alimentum & medica-
„ men temperata aut intemperata dicantur. An ratio potius ad uires eorum noſcen-
„ das, aut experimentum requiratur, aut utrumq;. De regulis cõpoſitionis & ne-
„ ceſſitate eius, ſecundum ſententiam antiquorum. Refutatio ſententiæ Iacobi Al-
„ kindi de gradibus medicamenti compoſiti, cum declaratione uerborum Galeni.
„ Hæc in genere.

Particulatim autem agit hic liber de uariis tribus facultatibus medicaminum: deinde quibus modis medicamentorum ſimul & nutrimẽtorum uires dignoſcantur per octo capita. Poſtea de alimentis ſpeciatim, carnibus, piſcibus, lacte, &c. Deinde inſigniorum ſtirpium uires ex Galeni libris de ſimplicibus eodem ordine Græci alphabeti recenſet. De metallorum facultatibus, de iis quæ ſumuntur ex animalibus, de rebus marinis. Poſtremo de medicamentis compoſitis iudicandis.

Sexti libri qui eſt de ſanitate tuenda, præcipua capita 16. hæc ſunt:

De artis medicæ fine. De exercitio eiusq; modis.
De frictione, eiusq; multiplici ratione.
De lauacro. De ſomno atq; uigilia.
De ratione uictus hominis temperatæ naturæ.
De uſu Venereorum.
De excrementorum uacuatione, atq; laſſitudinibus, quæ ab immodico exercitio proueniunt.
De ratione uictus ætatum ſequentium.
De his qui intemperiem compoſitam obtinent.
De intemperie ſimplici calida, & reliquis.
Quomodo graciliores facti obeſiores efficiantur, & contra obeſiores graciles.
De ſingularum partium intemperatura.
De præcautione futurarum ægritudinum, atq; ſpontaneis laſſitudinibus.
De ulceroſæ laſſitudinis tum præcautione tum curatione.
De aëris in uniuerſum præcautione.

Septimi libri de curandis morbis capita.

De intemperaturis, quæ cum humoribus, & quæ citra humores conſiſtunt.
Quando ſint faciendæ euacuationes.
Curatio quæ ſingulis partibus debetur.
De miſſione ſanguinis. De purgatione.
Omnium diariarum febrium curatio generatim & ſpeciatim.
De his qui diaria corripiuntur, à uigilia, triſtitia, atq; ira: à ſolis deuſtione, ab algore, à fatigatione, ab inedia, ab obſtructione.
De temperamentis calidis ac ſiccis.
De febribus ex inguinum tumoribus.
De febribus quæ ex putredine humorum accenduntur.
Cibandi ratio in febricitantibus.
De balneo in febricitantibus.
Galeni curatio febrium à ſuccis lentis ortarum. Et hactenus de cura febrium in genere.
Cura febrium bilioſarum, & primo tertianæ.
Cura febris ardentis. Cura febris pituitoſæ.
Cura febris quartanæ. Cura hecticæ.

De ſyncope, & reliquis accidentibus, quæ curam febris impediunt. Et ſpeciatim de ſingulis cauſis ſyncopen inducentibus, ſcilicet de ſtomacho, dolore, nimia uacuatione, uigilia.
Cura mali temperamenti partium reſpirationis.
Cura intemperiei ſtomachi ſine materia, primum à ſiccitate, deinde à reliquis qualitatibus

litatibus uel ſimplicibus uel compoſitis.
De ægritudinibus ſtomachi & aliorum membrorum principalium cum materia.
De inflatione & abſceſſibus membrorum in genere.
De euacuatione membrorum principalium.
De cura apoſtematum frigidorum, & aliorum ſpeciatim.
De ſolutione continuitatis. De ſolutione cõtinuitatis uenarum & arteriarum.
De fluxu ſanguinis à partibus intrinſecis.
De cura ſolutionis continuitatis in neruis & lacertis.
De cura fracturæ oſſium.
De cura affectuum in membris inſtrumentalibus.
De cura humoris & ſaniei in oculis.
De cura ægritudinis in dislocatione. Epilogus.

Ex his libris Auerrois ſecundus, ſextus, & ſeptimus à Ioan. Bruyerino Campegio caſtigati ad antiquum exemplar, & in purum ſermonem Latinum conuerſi, exiuerunt in lucem Lugduni apud Gryphium, anno 1537. in 4. Septimus autẽ liber non ultra ab eo conuerſus eſt, quàm dimidia forte parte, quæ de cura febrium in genere tractat.

Commentarij in cantica Auicennæ, cum textu, interprete Armegando Blaſij de Monte Peſſulano, impreſſi Venetijs in fol. chartis 18. anno 1484. Scribitur autem illic Auerroi nomen in principio libri, Aboolit Beuroiſt.

AVFIDII Namuſæ uel Mamuſæ ueteris I. C. fragmenta in Pandectis legum habentur. Fertur autem uolumina & ſcripta octo æqualium & condiſcipulorũ ſuorum collecta, in 140. libros diſtribuiſſe.

Aufidios multos Bernardinus Rutilius in uitis iureconſultorum cõmemorat.

AVGVSTINVS de Anchona, ordinis fratrum eremitarũ ſancti Auguſtini ſcripſit multa non ſpernendæ lectionis uolumina, quibus memoriam ſui nominis cõmen dauit poſteritati. De quibus ſubiecta feruntur. Ad Ioannem papam XXII. Opus non paruum. T. ch. 1330.

De poteſtate eccleſiaſtica,	lib. 1.	Sanctiſſimo ac reueren.	
Super ſententias,	lib. 4.	Quodlibeta quoq;	lib. 1.
De ſpũ ſancto cõtra Græcos,	lib. 1.	De decem chordis,	lib. 1.
De introitu terræ pmiſſionis,	lib. 1.	De potentijs animæ,	lib. 1.
De reſurrectione,	lib. 1.	In Matthæum,	lib. 1.
In Marcum,	lib. 1.	In Lucam quoq;	lib. 1.
In Ioannem,	lib. 1.	Super Miſſus eſt,	lib. 1.
Super Magnificat,	lib. 1.	In epiſtolas Pauli,	lib. 14.
In epiſtolas canonicas,	lib. 7.	In Actus apoſtolorum,	lib. 1.
In Apocalypſin,	lib. 1.	Et alia complura.	

Hic uolumen inſigne ex ſcriptis diui patris Auguſtini incœpit, quod milleloquium prenotauit, ſed morte præuentus imperfectum reliquit, quod poſtea Bartholomæus Vrbinas eiuſdem ordinis perfecit.

* Auguſtini de Anchona monachi liber de authoritate & præcedentia magni concilij, impreſſus ni fallor.

AVGVSTINI Dathi Senenſis oratoris & philoſophi opera uaria, impreſſa Senis ex archetypo in fol. anno 1503. chartis 152.

De immortalitate animorum tractatus decem.

Primus uarias de animo ſentẽtias recitat, & eos habere ſuæ creationis initium, & à Deo produci de nihilo firmiſſimis rationibus comprobat.

Libri ſecundi (quem immatura morte præuentus non abſoluit) prologus tantũ extat. Inſtituerat autem in c.. demonſtrare hominũ animos eſſe perpetuos ac ſem-

per uicturos ex utriuſq; teſtamenti monumentis.

In tertio idem efficitur ex Alberti Magni in primis ſententia.

Quartus D. Thomæ Aquinatis rationes habet.

In quinto ex Bonauenturæ Balneoregini & Bernardini Senenſis ſententijs animorum perpetuitas aſſeritur.

Sextus preſſis atq; contortis philoſophorum ueterum argumentis utitur.

Septimo, animos interitu carere ex Ariſtotelis ſententia defenditur.

Octauus Ciceronianas rationes profert.

Nonus poëtarum authoritate munitur, & quędã de poëtarũ laudibus prędicat.

Vltimus de inferis, deq; triplici inferorum ratione, atq; infernis & fluuijs & iudicibus, ac deſcriptione pœnarum, & domicilio beatorum: primum ſecundum ueteres, deinde uti Romana cenſet eccleſia. Sed plæraq; in his libris manca & imperfecta ſunt: ultimi enim ab eo ſcribi cœperunt, licet in impreſſis codicibus præponantur.

Orationum libri ſeptem, quorum primus 56. habet, his argumentis.

Orationes 7. de laudibus philoſophiæ.

Oratio octaua, inuectiua in ciuem Vrbinatem delirum & nebulonem ſenem.

Nona, cum librum Ciceronis de natura publice legere incœpiſſet.

10 Præfatio in Georgica Virgilij publice enarranda.

11 Præfatio publica in D. Hieronymi libros contra Iouinianum hæreticum.

12 Præfatio in publicam lectionem Tuſculanarum quæſtionum Ciceronis.

13 In eiuſdem Orationes prælegendas publice.

14 15 16 Præfationes publicæ, in Ciceronis officia, Valerij Maximi exempla, & lectionem quandam legalem.

17 18 19 20 Oratiunculæ in prælectione Terentij Andriæ.

21 Cum quarti Aeneidos Virgilij interpretationem inchoaret.

22 23 24 25 26 27 28 31 32 33 Variæ orationes circa inſignia Doctoratus conferenda in Iure Ciuili, medicina, philoſophia, & artibus.

29 Præfatio quædam in Tuſculanas quæſtiones.

30 Inuocatio Dei in principio alicuius libri explanandi, præcipue laſciui.

34 Præfatio quædam de laudibus legalis ſapientiæ.

35 De ſui ipſius cognitione.

36 Præfatio mendoſa & imperfecta in librum Ciceronis de officijs.

37 Pro diſputante. 38 De laudibus Chriſtianorum theologiæ.

39 40 41 42 De laudibus Virtutis: ſed 41 imperfecta eſt.

43 De hominis dignitate atq; præſtantia.

44 De recto hominis fine.

45 Ad diſcipulos, quod animus eſt colendus ut ager.

46 De amicitia. 47 De pace.

48 Ad diſcipulos de humana felicitate.

49 Ad eoſdem de medio uitæ ſtatu, quo ſumma conſiſtit tranquillitas, atq; humana in terris (ſi qua eſt) felicitas continetur.

50 De laudibus hiſtoricorum pariter & oratorum.

51 Ad diſcipulos de contemptu rerum humanarum.

Libri ſecundi orationes 26. Theologicæ, & de laudibus Sanctorum.

Oratio prima, De laudibus D. Hieronymi.

2 De paſſione Domini.

3 4 5 6 7 15 16 De laudibus Diui Bernardini Senenſis, Catharinæ Senenſis, Calliſti martyris, Andreæ apoſtoli, & ſacramenti altaris.

8 9 10 11 Orationes in celebritate Epiphaniorum, cum feſta totius anni ſolennia

ſolennia conuocato in templum Chriſtiano populo ſignificantur.
12 De laudibus Mariæ uirginis.
13 De aſſumptione Mariæ uirginis oratio, coram Pontifice habita.
14 De Saluatoris aduentu, coram eodem.
17 18 19 20 21 22 23 Oratiunculæ ad Deum in honorem Bernardini Seneñ.
24 Oratio, qua optimum eſſe aſſerit ut totius uel uerbi uel operis, & à Deo nobis origo ſumatur, & in Deum conſummatio referatur.
25 Inuocatio ad Deum in principio alicuius operis peragendi.
26 Laudes diuorum, Auguſtini, Nicolai, Margaritæ, Theodoræ.

Libri tertij orationes 48.

Oratio prima, 2 3 5 7 9 De laudibus Senenſis ciuitatis et reipublicæ, &c.
4 De optimis rectoribus & conſeruatoribus rerumpublicarum.
6 11 De iſs rebus, quas rectores reipub. ac magiſtratus habere conuenit.
8 21 De præclara reipub. inſtitutione.
10 De laudibus iuſtitiæ & optima & regũ ac ciuitatum rectorũ gubernatione.
12 De iuſtitiæ laudibus, cum de more Seneñ. patriæ uictricia ſigna & paſſa uexilla nouis magiſtratibus publice commendantur ab iſs, qui publico functi ſunt munere.
13 14 15 38 41 48 43 42 44 47 Orationes circa magiſtratum gerendum.
16 17 18 19 20 Orationes circa gymnaſiorum rectores.
22 Magiſtratus hortatur ad pacem & concordiam.
23 In quendam militari ornamento & auro à magiſtratu inſignitum.
24 25 45 In uiros clariſſimos à magiſtratu aut rege ſummis honoribus & muneribus affectos.
26 In comitijs cum ſenatus ſorte eligeretur.
27 Cum excellenti cuidam uiro Senenſis reipub. ſigna conferrentur.
28 29 Ad Quirites pro nouo ſenatore urbis, de laudibus Romanæ ciuitatis.
30 31 Pro ſenatore urbis in fine magiſtratus.
32 Pro aſſociato agente gratias comitantibus.
33 Ad commendandum qui bene aliquid adminiſtrauerit.
34 Commendatio ſui ipſius pro labore ſuſcepto.
35 36 39 44 Ad gratiam agendam.
40 Canonicus in collegium patrum aſcitus gratias agit.
37 Laudanda aliquorum fides in patriam.
46 Ad populum Pientinum de laudibus Pij Seneñ. ſummi Pontificis, & Pientiæ urbis Senenſium imperio ſubiectæ, quæ à Pio ipſo inſtaurata, ab eoq; inſtituta leges, titulum ac ciuitatis decus accepit, cum antea oppidulum eſſet, & uulgato ac antiquo nomine Corſinianum diceretur.

Libri quarti orationes 66.

Orationes decem priores uerſantur circa Pij 11. Senenſis recens creati Pontificis maximi: ſalutes gratulationes, &c.

Sequentes orationes uſque ad 36. uaria argumenta continent, quibus aliquid agitur apud Pontifices aut Cardinales: & in ſequentibus ad finem libri epiſtolis apud reges ac principes, ſalutando, gratulando, laudando, inuiſendo, gratias agendo, &c.

Libri quinti orationes 8. funebres, habitæ

In funeribus Loyſij Campani equitis, Nicolai Recuperi, Mariani Sozini Iuris C. Thomæ Doccij Iuris C. Petri Ruſſij philoſophi & theologi, Bartholi Tureiphi.

losophi & medici, Francisci Ariugheri equitis: Campani episcopi, poëtæ & orato-
Libri sexti orationes 12. (rs.

Priores septem orationes nuptiales sunt, & de laudibus matrimonij.

Octaua patrẽfamiliâs excusat apud cõuiuas de facili cõuictu ac simplici mẽsa.

Reliquæ similiter gratias agunt conuiuis.

Septimi libri orationes 78. quæ quoniam Italico sermone con-
scriptæ sunt, earum argumenta hic non
adscribemus.

Summa Latinarum orationum 222.

Epistolarum libri tres.

Libro primo familiares epistolæ continentur.

Secundo libro multa philosophica, & grammatica nonnulla tractantur, epistolis 24.

In prima epistola amatoria leuitas improbatur.

Secunda hominis uitam pro Pythagoræ Isocratisq; sententia instituit.

3 Laudat coniugium, & amici Patricij sponsalia.

4 Quid sit tempus.

5 De philosophiæ inuentione & origine.

6 De diuersis philosophorum sententijs & disparibus disciplinis.

7 Super quodam loco Terentij.

8 Variæ sententiæ de sportula, & lixarum proprietas.

9 Consolatoria de immatura morte cuiusdam.

10 Animi perpetuitas asseritur.

11 Gratulatur Pio 11. Pontifici Max.

12 Philosophorum uanitas, eorumq; inter se etiam dissidentium leuitas improbatur, & sacrarum literarum constantia laudatur, ac utilitas demonstratur.

13 Quales esse debeant rerumpub. rectores ac principes.

14 Literarum studia laudantur: & uaria ac multiplex hominũ ratio recensetur.

15 De pietate & misericordia: deq; animi atq; animæ differentia.

16 17 Locus psalterij declaratur: Lauabo inter innocentes manus meas, &c.

18 Declarantur uerba psalterij: Intellectũ tibi dabo, & instruã te in uia hac, &c.

19 Locus ex moralibus Aristotelis exponitur: Ideo bene enunciauerunt bonũ, quod omnia appetunt, &c.

20 Quomodo intelligendum sit Delphicum illud Cognosce teipsum; uariæq; de eo sententiæ.

21 Quid sit natura, quid fortuna, quid fatum.

22 Carmina quædam Seuerini Boëtij declarantur.

23 Quid in primis seruandum sit illis, qui præsunt reipub.

24 Laudatur modus atq; mensura.

Libro tertio pars continetur earum epistolarũ, quas Augustinus Dathus publico Senensis reipub. nomine composuerat, cum esset scriba illius ciuitatis.

Prima epistola, de superscriptionibus atq; inscriptionibus secundum consuetudinem Seneñ. reipub. Sunt autem chartæ huius tertij libri 26.

Nicolai Dathi carmina, quibus continetur quid reipub. scribam quidue eius amanuenses deceat.

Augustini Dathi fragmentorum historiæ Senensis libri 3.

Historiæ Plumbinensis libellus. Aliâs, Rerum gestarũ ab Apianensibus Plumbini Dominis breuis annotatio, petente Francisco Cardinali Senensi.

Opus elegantiarum de floribus eloquentiæ, quod & sæpissime seorsim impressum est.

Stromatum opus diuiditur in 2. tractatus.

Prioris tractatus capita 25.

Caput primum, De duplici exercitationum genere.

2 De philoſophia, eius finitione, & quid à ſapientia differat.
3 De tribus actiuæ philoſophiæ partibus.
4 De legis moris atq; inſtituti diffinitionibus, & quid differant.
5 De quadruplici prudentia: de re militari eiusq; partibus.
6 Quod alia nobis natura inſunt, alia doctrina & literis comparantur: quodq; uirtus neq; natura neq; præter naturam nobis inſit.
7 De uetuſtiore Græcorum laude, & maiore Romanorum gloria.
8 De poëtarum uetuſtate, quodq; ijdem etiam ſapientũ nomine appellati ſunt.
9 De Homeri atq; Heſiodi temporibus.
10 De Archilochi poëtæ ætate, deq; eius uiri ſumma præſtantia.
11 Quod ſero apud Romanos & cogniti poëtæ & recepti ſunt, deq; ea re temporum ſupputatio.
12 De ueterum more in epulis ad tibiam canendi clarorum uirorum laudes.
13 Quod ad rerum ſtudia gloria homines incenduntur.
14 De muſica diſciplina, deq; uetere eius apud Græcos gloria.
15 De geometria & partibus eius.
16 De eloquentia & eius laudibus.
17 De peritia dicendi, quodq; ea natura, ſtudio, doctrina, & uſu conſtat.
18 De multiplici diſciplinarum genere.
19 De negocioſo atq; ocioſo uitæ genere.
20 Quæ ſit perfecta philoſophia, quodq; perfectum philoſophũ decet & ſapienter & eloquenter dicere.
21 Quod non ſolum oratori, ſed etiam philoſopho conuenit, ut apte, diſtincte, ornate dicat.
22 De acroamatica & exoterica Ariſtotelis diſciplina.
23 Quod docendi munus proprium in primis Græcorum fuit, & de diuerſa diſſerendi conſuetudine.
24 De multiplici philoſophorum ueterum in diſputando more.
25 De uaria ſuperlatiui nominis ſignificantia.

Libri ſecundi Stromatum capita hæc ſunt, numero 14.

Caput primum, De præceptis & inſtitutis, deq; eorum apud M. Tullium diligenti obſeruatione.
2 De Athenarum claritudine.
3 De duabus florentioribus diſciplinis philoſophia atq; eloquentia.
4 Latina cum Græcis eſſe iungenda.
5 Quod optima ſit ad diſcendum ordinis conſeruatio.
6 Perfectum donum conſtare re atq; ſpecie.
7 Diſcendi aſſiduitas laudatur.
8 De quatuor philoſophorum celebrioribus diſciplinis.
9 M. Tullium Academicũ fuiſſe: & quæ ſint maxime Academicorũ propria.
10 Magnanimitatis laus ac proprietas.
11 Proprium eſſe oratoris apte, diſtincte, ornate dicere.
12 De duobus orationis generibus, altero dicendi, altero diſputandi.
13 Philoſophum & oratorem M. Ciceronem fuiſſe.
14 Magnam eſſe laudem aſſecutos, qui ſapientiam cum eloquentia iunxerint.

Sermo de uoluptate, in quo interrogans Aporetus, reſpondens uero Crito inducitur.

Iſagogicus libellus de ordine diſcendi ad Nicolaum filium.

Libellus ad diſcipulos chariores contra uulgatam multorum opinionem de nouem uerbis, uidelicet: Manes, Lucus, Bellum, Officium, Parca, Ludus, Ociũ, Cœlum, Eumenides.

Libellus de Genio, atq; hyeme geniali.

Lectio prima cum Virgilij Aeneidem publice explanare cœpisset.

De uita beata libellus, quo quid sit beatitudo, monstratur: quóue cõsistat (si qua est) humana in terris felicitas.

Platonis libellus de Halcyone aue, è Græco sermone in Latinum conuersus.

Tractatus de septem uirtutibus, scilicet fide, spe & charitate, item prudentia, iustitia, fortitudine, & temperantia.

Liber de sacramentis panis & aquæ: & hic in duos tractatus diuiditur: in quorum primo agitur de aqua: & altero de pane secundum mysticam rationem.

Liber de sanctorum connubijs.

Libellus flosculorum: qui uocabulorum aliquot uim & usum alphabeti ordine explicat: charta 1. & dimidia. Hæc opera à Nicolao Datho Augustini filio collecta, demum ab Hieronymo Datho Nicolai auunculi sui nepote typographis in lucem ædenda tradita sunt.

AVGVSTINVS Dodo Frysius Canonicus ad sanctum Leonardũ Basileæ olim congessit primus opera Augustini impensis Ioan. Amorbachij, impressa anno 1504. Et in singula opuscula parauerat argumenta & censuras operum docte, quia studiosissimus erat, sed immaturam ætatem Basileæ pestis absumpsit eo anno quo fuerat inchoandum opus, nempe 1501.

Legi alicubi excerpta sermonũ Augustini, huius authoris, impressa esse in fol.

AVGVSTINVS Gadaldinus Mutinensis, iuuenis eruditus, in Galeni opera Latina, Venetijs excusa apud Iuntas, nuper præfatus est.

AVGVSTINI Iustiniani Genuensis Prædicatorij ordinis, episcopi Nebiensis Psalterium octaplum: excusum Genuæ, anno salutis 1516. in magno fol. chartis 100. In singulis foliis prima columnella habet Hebræam æditionem, secunda Latinam interpretationem respondentem Hebrææ de uerbo ad uerbum, tertia Latinam communem, quarta Græcam, quinta Arabicam, sexta paraphrasim, sermone quidem Chaldæo, sed literis Hebraicis conscriptam: septima Latinam respondentem Chaldææ, ultima uero, id est octaua, continet scholia, hoc est annotationes sparsas & intercisas.

» Præfatio authoris ad Leonem x. Pont. Max. Scio pater beatissime, perlatũ
» ad aures tuas iam diu laborasse nos, quo utrumq; sacræ legis instrumentũ quinq;
» præcipuis linguis, Hebræa, Chaldæa, Græca, Latina, & Arabica, in unum redactum corpus, conspicua uerborum sibi inuicem respondentium structura edere-
» mus. Opus nimirũ ut meis uiribus impar, ita nostræ professioni uel maxime con-
» gruens. Nihil enim æque sacerdoti conuenit, q; sacrarũ literarũ expositio & inter-
» pretatio. Huiusmodi autẽ sacræ interpretamenta scripturæ, olim tentata sunt & à
» Græcis, & à Latinis: quinetiam Hebræi, Chaldæi & Arabes, eius conatus indi-
» cia posteris reliquere, quorum uenerandæ uetustatis & fidei apud me adhuc ex-
» tant monimenta. Græci quidem una interpretatione minime contenti, sex æ-
» didere, quas postmodum diligentissimus Origenes in unum collegit, appella-
» uitq; ex re hexapla, quod sex æditiones, una tamen duntaxat lingua, in eodem
» folio continerentur. Nos uero non solum hexapla, uerum octapla perficere con-
» tendimus, nec una solum lingua, uerum omnibus illis, quibus perdiscendis, haud
» sine magna causa impendi operam sacri canones iubent. Accesserunt (qui
» fuit præcipuus labor) nouæ ex Hebræo & Chaldæo interpretationes. Sed
» & scholia quædam, in maxime necessarijs locis addidimus, quibus omnibus
» si lepor & elegantia uerborum desiderabitur, cogitet quilibet æquus rei ar-
» biter contendisse nos, non tam ut eleganter, quam ut ex fide, uerba respon-
» derent uerbis, sensaq; sensibus. Ipsæ enim barbaræ figuræ, incisaq; & cir-
» cuitus, quæ omnia nostri huius Latij candor respuit, fœta sunt mysterijs &

sacra-

sacramentis. Quod si tu rem ipsam probaueris, & dignam æditione duxeris, in promptu erit nobis uniuerso operi manum extremam imponere, & utrũq; instrumentum, iisdem distinctum linguis, eademq; serie & structura, tradere impressoribus formandum, &c. Scripta est hæc præfatio Genuæ eodem anno, quo liber impressus est.

Ex Iacobi Antiquarij epistola ad Augustínum Iustinianum. Nunc uero admirari non desino quo pacto succisiui temporis ratio, eò abs te fuerit producta, ut occupationibus maximis implicitus, Græcã, Hebræam, Chaldæam, Arabicamq; linguam repente adeptus uideare: & ne sine testibus res acta credatur, nuper eas ad nouum, quod aiunt, instrumentum contulisti. Vt quod Latinis politum literis habebatur, nunc adiunctis ipsarum quoq; gentium linguis appareat euangelium in omnem creaturam, iuxta Domini mandatum olim exijsse. Scripta est hæc epistola Mediolani, anno 1506. sed forte erratum est in numero, ut idem tempus esse debeat quod in epistola authoris. Hæc quidem impressa, sequentia autem manuscripta uidimus.

Epistola Augustini Iustiniani ad Bendinellum de Saulis, Cardinalem S. Had. Putabam me absolutum labore, opere iam perfecto noui instrumenti. Sed ecce finis noui factus est mihi initium ueteris, nouis me urgentibus stimulis in eadem uetera quoq; impendenda obsequia, quæ cõtulimus nouo. Adgredimur igitur, Deo auctore, uniuersum uetus instrumentum, & præter quincuplicem ordinem Hebrææ, Latinæ, Græcæ & Arabicæ linguæ, addimus Chaldæam figuris tamen Hebraicis, unaq; eius interpretationem cum columnella scholiorum, opus arduum & nostris humeris impar. Sed nihil esse deinceps difficile nobis in re tam necessaria statuimus, postquam quæ nedum difficilia, sed penè impossibilia ducebamus diuinis suffragijs ita breui spacio temporis successisse nobis animaduertimus: qui mihi est author, is & adiutor & perfector sit operis. Vale. In altera quoq; epistola ad eundem, nouum testamentum iam absolutum esse testatur, uetus autem breui futurum paratum: & hortatur ut curet totum opus prælis excudi. Nos utramq; epistolam, & præfationem in noui testamenti æditionem Latine & Hebraice scriptam, cum aliquot uersibus primi capitis Matthæi (quorum prima columnella textum Græcum habet, altera Hebraicum, tertia Latinũ respondentem cæteris tribus linguis ad uerbum, quarta Arabicum, quinta Latinum quo utitur Romana ecclesia, sexta denicq; scholia continebat) à D. Conrado Pellicano colendissimo præceptore accepimus: Quæ ipse olim Romæ descripserat, anno Domini 1517. ab authore accepta. Nihil autẽ eorum prælis excusum nouimus, præter Psalteriũ de quo iam loquuti sumus: atq; ideo libentius his describendis immoramur, ut sicubi gentium forte supersunt, inquirendi ea occasio sit studiosis. Proinde præfationem quoq; in nouum instrumentum huc adijciamus.

Augustinianus Iustinianus pijs impijsq; salutem.

Principio scribit se hoc opus non uni cuipiam, sed omnibus in uniuersum dedicare: deinde subdit hæc uerba. Christianam profiteris obseruantiam: amplecteris hoc opus in quo Christianorum omnium dogmatum multijuga linguarum series ueritas & celsitudo aperitur. Alienus à Christi pietate es: quære hoc opus, in quo & Græcis, & Barbaris, & Iudæis, & Latinis, & Arabibus, & Chaldæis, prius cuiusq; & peculiaris error, aperitur & ueluti digito monstratur. Nec censes singulis singula tantũ apta, & singula uniuersis & uniuersa singulis conducent. Si Iudæis suus placet error, accedant huc: multa enim offendent, ex quibus error eis suus reddetur manifestissimus. Si Christianis magnarum illarum difficultatum displicet morosa neotericorum theologorũ inextricata extricatio, hoc legant opus. Inuenient enim multa aliter tractata & tradita, quàm hactenus acceperint. Si cui uero ex ijs uerba placent ignita, & amorem diuinum spirantia, ueniant huc.

„ Multa ſiquidem ſeſe undiq; offerent, quibus famem illam & ſitim diuini amoris
„ explere ualeant. Si Græcis libet cum Occidentali eccleſia manum conſerere, non
„ ſe abſcondant à calore huius. Videbunt manifeſtariam propriæ ruinæ cauſam.
„ Nam Arabibus, Mahumetenſibus, & reliquis paruum erit negocium eximi à ſuis
„ tenebris modo ſui poteſtatem faciant. Lector eſto & arbiter & teſtis num uera
„ ſint quæ diximus. Deinde nouo initio Hebræos Lectores alloquitur. Hebræi
„ fratres quicunq; hunc legitis librum, ne graueminí quæſo ſermonis incuria: qui
„ enim eum è Græco ſermone in Hebræum traduxit Iacobus Iatomeus transferre
„ ſingillatim uerba non etiam ſententias, uoluit, ne corruptum ab eo aliquid ab ul-
„ lo poſſet prætendi. Eo pacto effectum eſt ut ſtructus uerborum duriuſculi euaſe-
„ rint & conformiores Græcæ quàm Hebraicæ ac Latinæ linguæ, &c.
„ In alia epiſtola ad Cardinalem S. Adriani, quæ incipit: Miratus es ſæpe. Ne
„ autem ulla prorſus relinqueretur difficultas uolentibus iſtas omnes linguas plane
„ percipere etiam ſine doctore, ſubiunximus operi Grammaticen Hebræam, Chal
„ dæam, & Arabicam, & maximam partem dictionum & Arabicarum & Hebrai-
„ carum. Nam Græca omnia iamdudum eſſe in propatulo non ignoramus.

AVGVSTINVS Niphus Philotheus Sueſſanus (aliquando etiã Euthychi, aliâs Magni, aliâs Magni philoſophi prænomina adiunguntur. Poſt Niphi cognomen aliquando Medicen, aliâs Philotheum, aliâs Philoſophum appellant) in uarijs Italiæ Academijs philoſophiam docuit, & principibus uiris charus fuit, ut ex epiſtolis & præfationibus operũ eius apparet: ſtilus plærunq; uulgaris & barbarus eſt: quanquam cum uellet non ineleganter ſcribere poterat.

Primum quæ in Ariſtotelis philoſophiam, deinde quæ in Auerroym, poſtremo quæ ſuo Marte ſcripſit, recenſebimus.

Translatio & expoſitio libri Ariſtotelis de interpretatione. Opus excuſum Venetijs, anno 1537. in fol. chartis 16. In præfatione ad Ioan. Franciſcum Areneum Arenarum Comitem ſcribit ſe ab eo impulſum eſſe, ut hæc æderet: quoniã illi uiſa ſint Græcorum commẽtaria nimis uerboſa & obſcura: Boëtij quoq; tranſlatio obſcura, & Ioannis Argyropyli intenta ſenſui duntaxat, ſua & non Ariſtotelis uerba interdum obſeruare: ipſius uero Niphi translatio mediocris, ideoq; cæteris fidelior, quatenus in nullum addendo uel diminuendo uerbum prorumpat, cuius in commentationibus non meminerit.

Commentaria in duos libros priorum reſolutoriorum: impreſſa Neapoli 1526. in fol. chartis 90. Ex præfatione ad Thomam Vium Caietanum Cardinalem.
„ Prioriſtica commentaria in quibus annis ferè uiginti, Alexandri ac Philoponi ex-
„ poſitiones reuoluendo, elaboraui, ſub tuo præclariſſimo nomine ædidi. In poſteriora reſolutoria quoq; ſcripſit, ut patet ex præfatione in elenchos.

Expoſitio in octo libros Topicorum.

Expoſitiones in libros de ſophiſticis elenchis, cum textu recognito, & ab ipſo interpretato: impreſſæ Venetijs in fol. anno 1534. chartis 36.

Ex præfatione authoris ad Bernardinum Martyranum, in qua non ſolum de
„ præſenti opere, ſed etiam de alijs plæriſq; ſcriptis à ſe loquitur. Nos uero qua po-
„ tuimus dilucidatione, tum transferendo ex Græco in Latinum, tum exponendo,
„ hæc (quæ Ariſtoteles cõplexus eſt) dilucidare enixi ſumus. Et quoniã ingenuum
„ eſt profiteri per quos profeceris authores, quos duces accepimus in peragrando
„ huius libro, afferamus: ſunt itaq; in primis Alexander Aphrodiſius, qui ſolus creditur Peripateticus: & Herminius, qui priuſq; Alexander libros Ariſtotelis lucu-
„ lenter expoſuit, licet liber eius qui peruenit ad nos, multis fragmẽtis ſit mutilatus.
„ Ex Latinis eſt Aegidius Romanus, qui profecto copioſe atq; dilucidiſſime hunc
„ librum interpretatus eſt, non tamen abſq; reprehenſione. Expoſuit enim textum
„ qui multis locis fuit emendationibus dignus. In quæſtionibus autem fuit fertiliſſi-
mus,

Augustinus Niphus vir ingenio fertili, liberali et ad proferendas fabulas etiam in aspectu faciundo. Lectionis amore impotenti puellae typ. Dum corripit. Tandem, primaevis sensibus assecuta interiit. Jo. Petr. Valerian. Hipp. ad lib. de Literator. infelic. p. 13. 199.

mus, quas satius fuisset tacere. Albertum penitus contempsimus, &c. Legimus complures alios, è quibus nonnulla accepimus, quædam autem prætermisimus. Elaborauimus autem circa textum & illud fuit nobis difficile: quoniam in Manucianis Græcis Aristotelis impressionibus innumeras inuenimus corruptiones, uti de nisi aliquas emendationes habuissemus ex alijs innumeris codicibus, quos uidimus, hunc librum nobis exponere difficillimum fuisset. Nec curauimus quæstiones prosequi, sed tantum circa textum insudauimus ut nostri moris est. Exposuimus enim librum de Interpretatione, priora atq; posteriora analytica, topicorũ librum, & demum hunc, nec in alio insudauimus nisi exponere Aristotelem per Aristotelem, aut per aliquem ex Græcis interpretibus. Et quoniam Aristoteles Rhetoricam & Poëticam inter Logicæ partes enumerauit, post expositionem huius librum Rhetoricorum exponere aggrediemur. Nam licet rhetorica epitomata confecerimus, ut tamen nihil remaneat Aristotelis inexpositum, illorum librorum expositionem non prætermittemus. In poëtica autem Aristotelis multis annis insudauimus, nec quæ uisa sunt nobis ausi sumus ædere: monstra enim quæ in ea sunt perterruerunt me publicare, quæ elaborauimus, &c.

Ex epilogo commentariorum super elenchis. Cœpimus hæc commentaria Neapoli, sed perfecimus in aquis Aruncanis apud Diuum Antonium, quæ Sugia na nunc dicuntur balnea, Anno Domini 1533. Aprilis die nono.

Expositio atq; interpretatio in libros 3. de rhetorica. Opus publicatum Venetijs in fol. anno 1537. chartis 78.

Ex præfatione ad Antonium Garlonium Allifanorum principem. Onus huiusmodi exponendi mihi difficillimum fuit. Primo quia uerba Aristotelis inuenimus in omnibus ferè codicibus, quos uidimus, mutilata, atq; corrupta. Vnde, nisi quasdam correctiones ad nos misisset alumnus noster Galeatius Florimontius ciuis Suessanus, uir bonis literis tum Græcis tum Latinis disertus ac egregius, fuisset profecto nobis impossibile exponere uerba Aristotelis: deinde, quia nullũ expositorem ex Græcis legimus, qui fuisset nobis iumento: & certe difficile est sine talibus bene interpretari. Aegidius autẽ exposuit ante nos, uerum licet aliquid iumenti attulerit, tamen in infinitis locis propter errores suarum translationũ erravit. Imò mouit nos ad eius commiserationem, qui cum eniteretur facere, parum aut nihil fecit: bona uero, si qua dixit, non prætermisimus, &c. Scriptum est hoc opus ab authore Suessæ, anno 1534. uicesimo die Augusti.

Conuersio in Latinum sermonem & expositio librorum Aristotelis de physico auditu, recognitæ, cum scholijs in margine. Opus excusum Venetijs in fol. anno 1519. chartis 108. Ex præfatione Augustini. Primũ ostendit Boëtij translationem nimis intentam esse reddendis uerbis, Argyropyli uero nimium à uerbis discedere, suamq; esse mediam, ut supra in librum de enunciatione: postea subdit: Hæc quoad translationes, De commentationibus autem transigamus: Græcos itaq; adinueni plures, qui librum hunc diligenter cõmentati fuerunt, ut Theophrastum, Themistium & Eudemum paraphrasticos, Alexandrũ Aphrodisium, Ammonium, Simplicium, Philoponum, Olympiodorum, aliosq; permultos commentatores, præsertim Alexandrum quem pro parte legimus: & Themistiũ quem ex toto uidimus: ille adeo summus habebatur, ut nemo philosophiæ nomine censeretur, qui Alexandræus nõ esset: hic, paraphrasticus insignis ubiq; celebratur, qui etiam à quibusdam abbreuiator creditus est Alexandri, licet ab eo dissentiat non raro. Deinde numerat Marritanos qui Græcis succesere, inter quos (inquit) claruere magnus Alfarabius, Auempace Hispanus, Albumasar: præstantissimi uero Auicenna Hispalensis, atq; Auerroes Cordubensis. Ex ijs bonæ literæ in Latinos migrarunt, inter quos Thomam Aquinatem nostrum inueni, cui merito iura exponendi concessa sunt, & nomen expositoris tributum: Hunc habemus non

» modo in his physicis commentationibus, sed in omnibus alijs fidum ducem. Iste
» enim (pace Græcorum dixerim) curiosior, aut uberior, aut (quod raro est) clarior
» inuentus est nemo. Inueni etiam Aegidium Columnam Romanum patritium fer
» tilissimum expositorem satisq; abundum, cui nomen fundati doctoris non iniuria
» additum est. Item Albertum paraphrasticum expositorem, cui licet quoad textus
» paraphrases non nimis tribuerim (nam barbaras Auerrois translationes imitatus
» est) quia tamen quoad quæstiones digressionesq; multas ab antiquis determina-
» tiones delegit, præsertim ab Arabibus quæ acutæ sunt & nostris temporibus sum
» mæ habitæ, hac ratione magni nomen adeptus est. Adinueni præterea iuniores se
» rè innumeros, qui proximioribus sæculis in Britannia, & Gallijs atq; Italia physicis
» non modo cauillamentis implicati fuerunt, sed commentationibus: hi multa con-
» citamenta dederunt, quod aliquid est ad ueritatis inuestigationem. Si enim Phry-
» nis non antecessisset, non talis Timotheus euasisset. Itaq; cum tot tantosq; reuol-
» uerim auctores, pro magna mearum cõmentationum parte sensus passim à The-
» mistio sumpsi. Interpretandi uero normam ab Aquinate nostro Thoma, concita-
» menta quæstionesq; à recentioribus, quasdam ex meipso & adinueni & perfeci.
» Ad hæc Auerrois multa confusa decreta enodaui, quædam ad sensus, quædã ad
» uerbum, ubi postulat necessitas: contra cauillatores defensionis clauam, ubi uide-
» batur, assumpsi, & pro eo acerrime pugnaui: Multa etiam illius confutaui, maxi-
» me quæ ille commentando dixerit: sæpe enim in aniles fabulas trudítur, partim er-
» rore earum, quas habebat translationum, partim confidentia proprij ingenij. Ne-
» mini peperci, commendanda commendaui, erronea confutaui, nulli addictus fa-
» ctioni. Ex fine commentariorum in octauum physicorum. Completum in
Auiano rure nostro 15. Maij, 1506.

Traductio librorum quatuor de cœlo & mundo, & expositio in eosdem. Im-
press. Venetijs in fol. anno 1525. chartis 84. Ab authore autem scriptũ est opus
anno 1514.

Aristotelis libros duos de generatione & corruptione Latinos fecit & commen
tarijs illustrauit: quibus deinde paralipomena siue recognitiones addidit, ut patet
ex præfatione ad Diomedem Carafam episcopum Arianensem, quæ talis est:
» Cum Ioannis Grammatici cognomento Philoponi in libris de generatione & cor-
» ruptione commentaria ad manus nostras peruenerint, & quidem diu à nobis de-
» siderata: illico concepimus commentaria nostra, quæ olim in eisdem libris scripsi-
» mus, diligentius pensiculare. Sciebamus enim illa scripta esse tum in iuuenta, tum
» etiam minus diligenter. Siquidem (ut Auerroës inquit) impossibile aut saltem diffi
» cile Aristotelis uerba intelligere, ubi Græcos expositores non habemus. Hoc er-
» go anno Pisis & Aristotelis uerba, & nostra commentaria recognouimus, multa
» ex illis reiecimus, multa dilucidauimus, multa quoq; addidimus, et quidem omnia
» ex hisce Philoponi commentarijs. Est enim inter Aristotelis expositores curiosissi
» mus, & omni ex parte diligentissimus. A labore enim, quem in exponendis singu
» lis Aristotelis uerbis tulit, Philoponus cognominatus est. Vtinã anni superessent,
» ut cætera nostra cõmentaria, quæ in Aristotelis libris scripsimus sic ruminare pos-
» semus. Esset enim mihi iucundissimũ, posteritati uero non inutile. Impressum
Venetijs, chartis 60. anno 1526. in fol.

Commentaria in Aristotelis Meteorologica, & in librum de mistis, qui à ueteri-
bus quartus Meteororũ liber inscribitur. Opus excusum Venetijs in fol. anno
1531. chartis 73. Statim autem ab initio Aphrodisieum citat interpretem, & in pro-
gressu frequentissime, unde apparet eum eius cõmentarios legisse, præsertim cum
post cõmentaria in libros de generatione & corrup. hæc exiuerint: quod nos ideo
obseruamus quoniam maioris absq; dubio ea commentaria facienda sunt, quibus
Græcos interpretes adhibuit quàm cætera. Sed dum libri finem inspicio, eum ab
authore

authore ſcriptum eſſe reperio anno Domini 1523. tribus annis priuſquam Philoponum ſe legere cœpiſſe profiteatur: proinde fieri poteſt Alexandrum ab eo citari non quod ipſe legerit, ſed ex aliorum commentarijs, ut Auerrhoi. Claudit autem opus his uerbis: Hæc ſunt quæ mihi uidentur de hoc libro, ubi animaduerte aliqua eſſe à me ualde breuiter expoſita, quoniam clara ſunt, & ſolis translationibus perſpicua, aliqua uero dubitata: quoniam & Alexander etiam multa dubitauit, & non reſoluit, ſi quis autem melius hæc ſpeculari uoluerit, bonum erit, & mihi placebit.

Commentarij in Ariſtotelis phyſiognomica, & in parua naturalia, ut uocant, id eſt libros:

De animalium motu.
De longitudine & breuitate uitæ.
De iuuentute & ſenectute.
De reſpiratione.
De uita & morte.
De memoria & reminiſcentia.
De ſomno & uigilia.
De inſomnijs.

De diuinatione per ſomnium, cui adiecit duos libellos ex ſua officina, alterum de artificioſa interpretatione ſomniorum, & tertium de prophetia.

Opus excuſum Venetijs in fol. anno 1523. chartis 56. & ab authore conſcriptũ anno 1512.

Phyſiognomonicis ſubijcitur tabula ſecundum omnes totius corporis partium affectiones, à pedibus ad caput, quid quæq; ſignificent & quam ob cauſam.

In his commentarijs libellorum quos parua naturalia uocant, nullum uidetur ex Græcis quem ſequeretur interpretẽ habuiſſe: ſunt enim hæc eius uerba in præfatione ſuper expoſitione libri de animalium motu. Hic liber à noſtris philoſophis ſemper deſideratus eſt ob difficultatem, quæ ex eo exorta eſt, quod Græcus Ariſtotelis codex ferè totus corruptus legatur, &c. Accedit ad hæc quod Ariſtotelis libri ſine Græcorum interpretationibus nedum intelligi, ſed nec legi poſſunt.

In duodecimum metaphyſices Ariſtotelis & Auerrois uolumen commentarij, impreſſi Venetijs ex archetypo, anno 1505. in fol. chartis 18. Ex præfatione. Primo uerba Ariſtotelis, quemadmodum in Græco iacent, declarabuntur, & errata Latinorum ſi qua erunt reijciemus: Secundo commenta Auerrois, maxime quæ neceſſaria & utilia ſunt exponemus, licet ſuperfluum uideatur. Nam cum barbarus ſit Græcorum mentem ad plenum intelligere non potuit: multa tamen bona fragmenta Alexandri, Themiſtij, & aliorum Græcorum collegit: & noſtro tempore famoſus eſt, ita ut nullus uideatur Peripateticus niſi Auerroicus, quare cogor ipſum exponere. Excuſatum autem me uolo, quia ipſum in ſuo idiomate non legi, unde non tam uerba quàm ſenſum reddidi. Sequutus uero ſum Alexandri Aphrodiſij expoſitionem ut plurimum & fragmenta quædam cæterorum Græcorum. Ratio eſt quod duodecimũ præ cæteris interpretandum ſumpſerit, quoniã hic utiliſſimus eſt, & totius metaphyſices fructus, Alexandro etiam teſte.

Commentaria in 3. libros de anima. Opus excuſum Venetijs in fol. anno 1523. chartis 116. cum indice copioſo. Ex præfatione ad Iulium Medicem Cardinalem, deinde Pontificem Max. Clementis nomine. Collectanea in libris de anima, quæ mihi penè puero è manibus exciderant, furto mihi ſublata fuere, typiſq; (me inſcio) excuſa, &c. neq; eo inficias plurima potuiſſe reprehendi, ut qui & propere illa collegiſſem, neq; adhuc ſupremam impoſuiſſem manũ: nunc rurſus ſub incude opus, quod & authorem ſuum recognoſcit, maiori cura diligẽtiaq; (ut par eſt) huic ætati expoſitum emergit. Et in epilogo operis ſic ſcribit: Hæc ſunt quæ mihi uidentur de tertio libro de anima, ubi habes etiam quæ in iuuenta collegimus, quanquam me inuito ac neſciente fuerint publicata. Finis Piſis, 1520. Cæterum procœmij inſcriptio talis eſt: Auguſtini Niphi in librum de anima Ariſtotelis & Auerrois collectaneorum procœmium. Citat autem ubiq; Græcorum inter-

pretum ſententias etiam in hiſce commentarijs.

Commentationes in librum Auerrois de ſubſtantia orbis, excuſæ Venetijs, anno 1519. chartis 20. Ex præfatione. Poſtquam oſtendit hoc opus pertinere ad argumentum libri de cœlo, & de Auerroi quædam diſſeruit, hæc uerba ſubijcit: » Hunc librum expoſitum non inueni niſi à Ioanne Gandauenſi, qui huic adeo ad» hæſit ut propter uerba ſimplicia huius omnes religiones ſpreuerit. Si quid itaq; bo» ni inuenimus in eo ſectabimur: præceptor quoq; meus multa fragmenta in expo» ſitione huius collegit, quæ (ubi bona uidebuntur) acceptabimus, &c. Parcatur au» tem mihi, primo quia Auerroem in proprio idiomate non legi: ſecundo quod itu» uentute ductus, multa minus penſiculate, minusq; mature ſcio me dicturum ex» ingenij iuuenilis promptitudine, potiſſimum quum ferè quater in hoc ſcripſerim, » & millies legerim. Colligam autem ex diuerſis Græcis & Latinis ea quæ uide» buntur pro expoſitione literæ, &c.

Commentarium in libros 2. Auerrhoi de animæ beatitudine ab ipſo ferè iuuene conſcriptum, & in prouectiori ætate reuiſum. Ex præfatione authoris. Non » ignorare uos uolo me Auerroim in proprio fonte non potaſſe: unde non mirum » erit uobis ſi qua inepta atq; incõpoſita ſcribam, ut iacent. Cupio enim magis phi» loſophi nomen ſortiri & rem quàm rhetoris, uel grammatici. Enitar ergo uerba » eius ita barbara exponere, ne fingere uidear difficultatem uerborum. Chartæ ſunt 12.

» Ex præfatione ipſius Auerrois: Intentio mea in hoc tractatu nobiliſſimo eſt » declarare beatitudinem ultimam animæ humanæ in hoc mundo & in futuro, ſe» cundum principalem intentionem philoſophorũ in aſcenſu ſupremo ipſius, &c.

» Ex procœmio commentariorum Auguſtini Niphi: Nullum reperi philoſo» phum de beatitudine ita ſcribere, nec Latinum, nec Græcum etiam, nec Barbarũ, » ut iſte uir ſcribit. Et paulò inferius: Hic loquitur de beatitudine animæ ut ani» ma eſt, & non ut anima coniuncta, de qua Ariſtoteles loquitur in libris Ethicorũ.

Expoſitio in deſtructiones deſtructionũ Auerrois, contra Algazelem: impreſſa Venetijs cum commentarijs Auerrois in philoſophia. Ex præfatione Niphi. » Liber hic eſt multum difficilis, ut apparet, tum ex mala translatione, tum ex uer» bis & ſententijs arduis hic contentis. Hunc librum eſſe Auerrois manifeſte ap» paret tum ex uerbis eius 8. phyſ. commento 3. tum ex modo procedendi & propo» ſitionibus eius hic. Cauſa autem æditionis meæ potiſſima & maxima eſt, quo» niam hic liber continet multas quæſtiones contra nos Chriſtianos: ut ergo uidea» tur quod philoſophorum rationes ſunt debilis efficaciæ contra nos, ideo exponã » illas: & eas in ſingulis locis conabor ſoluere fundamentis uerioribus.

De intellectu libri ſex, conſummati Patauij anno 1492. & De dæmonibus li» bri 3. Excuſi ſunt Venetijs in fol. anno 1527. chartis 40. prius quoq; exiue» rant anno 1503.

Ex præfatione in opus de intellectu ad Sebaſtianum Baduarium patritium Ve» netum. Dicaueram tibi anno ſuperiori quæſtionem meam de intellectu, in eo » quippe genere (tuo iudicio loquor) uel maxime cõmendandam, cuius æditionem » propter æmulos quoſdã hucuſq; diſtuli. Tractaueram hanc nobiliſſimam mate» riam, & de fontibus omnium antiquorum philoſophorum exhauſtam recenti ſti» lo, quod omnes ferè commendare uiſi ſunt præter admodũ paucos, quorum præ» cipuus fuit Hieronymus Malchauellus, hic hortatus eſt me ut uniuerſum opus in » capitula ſecarem, aſſerens antiqua ſtilo eſſe antiquo tractanda, hac unica huiuſce » uiri ratione perſuaſus, licet alias quoq; adduxerit, priſtinam mutaui ſententiam, » placuit quædam tollere, mutare alia, addere plurima.

Primus liber de intellectu, declarat animæ permanentiam, inceptionem, perpe tuitatem, originem, & alia huiuſmodi.

Secundus,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [256] - 108r

Secundus, an rationalis anima sit à corpore separabilis.
Tertius, de unitate rationalis animæ.
Quartus, de partibus intellectiuæ animæ.
Quintus, de intellectu speculatiuo.
Sextus, de intellectu qui est de statu animæ.

Libri 3. de dæmonibus secundum uarias opiniones philosophorum, qui Platonem, Aristotelem, Pythagoram, magos, & alios sequuntur, uarias quæstiones proponunt, soluunt, declarant: & constant chartis 3. & dimid.

Metaphysicarum quæstionum dilucidarium, opus excusum Venetijs, anno 1521. in fol. chartis 74. Scribi cœptum ab authore Salerni, anno 1507. & absolutum Neapoli, anno 1510.

Ex præfatione authoris. Non sine admiratione est in uno omnium authore clarissimo Aristotele tot differentias interpretum adinuenire, qua ex re decreuimus & omnes Aristotelis libros, & ea cuncta quæ confuse nostris in commentationibus diximus, nunc dilucidare. Librum ergo omnium curiosissimum, communissimum, præ cæterisq; fertilissimum, Metaphysices uidelicet enucleare dilucidareq; statuimus. Erit enim Aristotelis libri, & eorum quæ in naturalibus scripsimus, summum quoddam dilucidarium. Claruerunt quidem ante nos, qui summo studio metaphysicis incubuere disputationibus, Græcorũ tamen & Arabum legimus neminem, qui hac in scientia disputatiue incesserit, nisi Auerroëm qui aduersus Algazelem metaphysicas ædidit disputationes. Alexander enim Aphrodiseus bonum egit expositorem: Auicenna more boni paraphrastici. Auerrois autẽ contra Algazelem & disputatiue hac in scientia processit, & ut Peripateticis satisfaceret, etiam more commentatoris. At Latinorum omne genus scriptorum euoluimus. Exponendi quidem munus noster Thomas Aquinas præcipue absoluit: disputandi uero, quod ad mentem Peripateticorum fecisse credidit, Ioannes Gandauensis. Albertus cognomento magnus, partim paraphrastice, partim disputatiue fertur. Cæteri quoq; recentiores metaphysici, quorumq; princeps nunc est Ioan. Scotus, arbitrati sunt hoc disputandi genus acutius attigisse. Pro bonorum Peripateticorum dilucidatione metaphysicas disputationes composuimus, in quibus ijs occurremus omnibus, qui à Peripateticorũ mente deuiarunt, &c. Sunt autem disputationes omnes in libris quatuordecim simul 130.

De infinitate primi motoris liber ad Dominicum Grimannum Cardinalem.

Ex præfatione. Magna controuersia inter theologos & nonnullos incidit philosophorum de amplitudine ac potentia primi motoris, id est Dei Opt. Max. finita ne sit an infinita. Sed potissimũ quid de hac re philosophorũ princeps Aristoteles senserit, &c. Ex epilogo: Et in hoc apparet quomodo tam in graui quæsito pro neutra parte sunt demonstrationes, imò fortasse rationabilibus est credere de Deo nihil posse demonstrari positiue: sed solum per negationem. Quanto minus potest ratione naturali sciri de eo quod sit ens infinitum simpliciter: bene enim sciri potest quod non est finitum sicut alia causata, & fortasse propter hoc uulgares Græcorum & antiqui philosophi uocarunt eum infinitum, id est, non finitum sicut cæteræ res. Deus enim est independens & à se, cæteræ res dependent & ab alio. Verum posteriores theologi acceptis creditis, quæ in libris sacris traduntur, prodidere eum esse & uigore & tempore infinitum, & simpliciter ens: & nos accepta mus rem, sed hoc esse creditũ, non ratione naturali demonstrabile. Libellus impressus est unà cum cõmentarijs in opus Aristotelis de generatione & corr. chartis 2. & quar. par.

De immortalitate humanæ animæ libellus aduersus libellum Petri Pomponacij Mantuani philosophi, in quo ille tradidit Physice & Peripatetice animam intellectiuam esse mortalem. In præfatione scribit se idcirco breuiorẽ hic fuisse, quod

in Theologico libro, quem tum adornabat, errores omnes omnium philosopho-
rum, prælertim eorum qui aduersus Christianam ueritatem uerbum fecerint, re-
futaturus sit, & inter alios hunc unum de mortalitate humanæ animæ potissimum
explosurus. Sunt autem chartæ 12. & capita libri 85. ad Leonē x. Conatus est au-
tem Pomponacius ea refellere, quæ Niphus in opere suo de Intellectu asseruit: ibi
enim immortalitatem animi & Peripateticam & naturalem esse complurib⁹ ar-
gumentis astruxit.

Tractatus de sensu agente, quem scripsit anno 1495. euulgatus cum philosophi
» cis operibus Auerrois. Ex præfatione. Quia Ioan. Iandonus Gandauensis
» ante me fecit tractatum de hoc, & quæstionem longam in libro de anima, ubi scri-
» psit firmiter suam opinionem esse intentionē Auerrois et Aristotelis: & scio quod
» multis fuit occasio errandi propter eius famam: in tantum quod homo non puta-
» batur Auerroista, nisi qui erat Gandauensis. Ideo ad uidendum ueritatem in hoc
» quæsito opus est adducere eius opinionem & fundamenta eius. Iste tractatus uti-
» lis est, maxime ad scientiam primi principij, quod est Deus: quoniam ex notitia
» sensus agentis multæ proprietates intellectus agentis cognoscuntur, qui est uel
» Deus, uel intelligentia ei propinqua, &c.

De augurijs libri 2. excusi Basileæ apud Heruagium in 8. anno 1534. chartis 8.
» cum hieroglyphicis Ori. Ex præfatione. Ne prisci homines, qui auguria tam
» religiose obseruarunt, pphanis sint errandi occasio, de augurijs duos libros struen
» dos esse putauimus: Primum, in quo uanitates omnes, quas tradiderunt, enarrabi
» mus: Secundum autem, in quo & opiniones, & causas, quibus huiusmodi uanita
» tibus fidem tribuerunt, reprobabimus: exponemusq; & quibus augurijs fides sit
» præstanda, & usq; quo augurandum sit. Insuper quid de eis philosophi, quidue
» sanctissimi uiri senserint.

Liber de pulchro, excusus Romæ in 4. anno 1531.

De calamitatibus nostrorum temporum, impress. Venetijs: & continentur hoc
libro annotationes in secundum Ptolemæi quadripartit.

De re aulica libri 2. ad Phausinam, excusi in 4. 1534. Neapoli.

De armorum literarumq; comparatione.

De inimicitiarum lucro.

Apologia Socratis & Aristotelis.

De morbo Gallico liber, impress. Neapoli in 4. 1534.

Rhetorica, Venetijs excusa in 8. 1521. Vide præfationem eius supra in rheto-
rica Aristotelis.

De figuris stellarum Helionoricis libri duo, impressi Neapoli in fol. anno 1526.
chartis 18. In præfatione Genium quendam sibi apparuisse scribit, quem à se in-
» terrogatum quis esset, respondentem inducit: Genius sum, cuius curæ Helio-
» nora illa Piccolominia à Ioue commissa est: donec ab hac uita ad eam stellā se trans-
» feret, quæ in arietis uertice emicat, &c. Deinde subiungit de seipso. Cœpi de
» ea stella scribere, eiq; non ab ratione Helionoræ nomen imposui, quod non raro
» in hora solis exorta ad uenationes aduocet atque inuitet. Ab hac tanquam ab om-
» nium stellarum principio figuras sedecim angulorum Helionoricas appellamus,
» quas post coniunctiones Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Lunaq;, suis peragrationi-
» bus describunt. Per hæc quoq; declarabimus effectus, portenta, atq; monstra, quę
» in hoc nostro mundo stellæ minantur. Patefaciemus insuper errores cœlestium re
» rum scriptorum, qui cum non huiusmodi Helionoricas figuras animaduerterint,
» aniles fabulas per tot sæcula nobis prædicarunt. Ex fine libri. Libellum hunc
» 1510. die 20. Augusti cœpimus: confecimus autem eum in uenationibus, quas hye
» me anni præsentis egimus cum principe Prospero Columna apud Romanas syl-
» uas. Reuidimus Suessæ 1511. quarto Februarij.

De

De diebus criticis seu decretoriis liber, impressus Venetijs 1519. in fol. char. 5. scriptus autem ab authore 1504. Ex præfatione: Dierum decretoriorum alij « causas adferunt, alij nihil præter obseruationem & experientiam. Nos autem ui- « dentes scriptorum discrimina ac dissensiones, uiam mediam sequimur: ante enim « nos nemo mixtim de his prodidit. Nam de his astronomi ratiõibus cœlestibus tan « tum tradidere: medici uero medicis obseruationibus. Nos autem obseruationes à « medicis accipientes, rationes ab astronomis perquisiuimus: hinc opus mistum faci « mus ut utrique sectæ indulgeamus. Diuisimus uero librum in quatuor: primus qui- « dem de decretoriorum historia inscribitur: secundus de causis, tertius de progno- « sticis per decretorios dies, quartus de medicamẽtorum electione. Vt uero facilius « memoriæ commẽdetur opus, more mathematico per enuntiata libros sarciemus. «

De falsa diluuij prognosticatioñe, quæ ex conuentu omnium planetarum, qui in piscibus continget anno 1524. diuulgata est, libri 3. ad Carolum v. Cæsarem: chartæ 7. impressæ Augustæ Vindelicorum, anno 1520. in 4. ibidem ab authore conscripti. (tis 22.

Eruditiones ad apotelesmata Ptolemæi, liber excusus in fol. Neapoli 1513. char-

Dialectica ludicra, impressa in 8. Venetijs, anno 1521. chartis 22. Ex præfa- tione. His igitur de causis non inutile putaui erudimenta breuia & quidem Pe- « ripatetica conficere, quibus ingenui adolescentuli, qui Aristotelis aut Platonis phi « losophiam discere desiderant (quo melius fieri potest) disponantur: librumq; bipar « tire in enunciata & commentaria: enunciata quidem perbreuia, ut ipsa tyrunculi « facile memoriæ mandare possint. Cõmentaria uero pro ueteranis, & ut enunciata « dilucidata, & cæterorum qui ab Aristotelis logica deuiarunt, errata habeant. «

AVGVSTINI Ricij librum de motu octauæ sphæræ excusum uidi in Italia, si bene memini.

AVGVSTINVS de Roma, ordinis eremitarũ S. Augustini, Prior generalis, scripsit T.cl.1410. multa egregia uolumina, de quibus extant,

Super sententias,	lib. 4.	In epistolas Pauli omnes,	lib. 14.
In Apocalypsin Ioannis,	lib. 1.	De libero arbitrio,	lib. 1.
De peccato originali,	lib. 1.	De Christo & ecclesia,	lib. 1.
De charitate Christi erga electos,	lib. 1.	De perfecta iustitia ecclesiæ,	lib. 1.
De potestate Papæ,	lib. 1.	Super lib. Ethicorum,	lib. 8.

Alia insuper multa scripsisse dicitur, sed ad notitiam meam non uenerunt.

AVGVSTINI Steuchi Eugubini Canonici regularis S. Saluatoris recognitio & an- notationes in Pentateuchũ, id est, quinq; lib. Mosis. Opus excusum Lugduni à Gryphio, anno 1531. in 8. char. 49. cum indice. Ex præfatione authoris. No- « stram uero operam, quam & alius quisq; certe præstare potuisset, adeo desiderare « hæ sacræ literæ uidebantur, ut nõ mediocrẽ utilitatem earũ studiosis, ex nobis ac- « cessuram speremus. Nam & occultũ si quid, abstrusumq; fuerat, reddemus illu- « stius: aut si cubi nostrã æditionẽ calũniantur Iudæi, uel optime sese habere often- « demus, uel cur ab eorũ codicibus uaria sit, aperiemus: uel certe si quid erat ante de- « prauatum, in suum locũ restituemus. Quæ omnia maxime erant necessaria, quod « minus fortè uos allatrabũt Iudæi: & in sacris literis uersari uolentibus, qui Hebrai- « ce nesciant, tutior ad eas dabitur aditus, rectiusq; eas interpretabũtur. Neq; uero « uniuersum uetus instrumentũ ex Hebraico uertere placuit, quod & immensi pe- « nè sit negocij, & non ita necessariũ, sed tantum quædã loca erant, uel restituenda, « uel illustriora reddenda, &c. Proferemus autẽ ex Chaldaica æditione locos, He- « breos interpretes frequenter citabimus, ubi recte fuerint interpretati: ubi perperã, « pro uiribus refellẽtur. Græci etiã patres, ac peruigiles in sacris literis hierophantæ, « non raro adducentur, quorũ nobis uberrimã exhibuit copiam diuina bibliotheca, « quã doctissimi & omni uirtutum genere clarissimi uiri Dominicus Grymanus «

» Cardinalis, eiusq; ex fratre nepos Marinus & ipse Cardinalis, omni librorum ge-
» nere refertissimam in ædibus nostris Venetijs erexerunt. Nostrorum quoq; sæpe-
» numero utemur testimonio, quorum forte longe plures haberemus, si per Auer-
» roëm, aliosq; impios & ineruditos sophistas licuisset, &c. Deinde postquã mul-
tis argumentis uulgatam ueteris testamenti æditionem Latinam, Psalterio excep-
cepto (quod tamen ab eodem emendatum sit) D. Hieronymi genuinã esse asseruit,
» his uerbis præfationem claudit: Nihil autem hic pollicemur aliud, quàm meras
» uoces nos interpretaturos, neq; quisquam à me expectet de rebus altissimis quæ-
» stiones, aut abditissimas explicationes: hæc enim sunt aliunde petenda, quod forte
» & ipsi aliquando sumus præstaturi.

Interpretatio in Psalmos 18. & 138. His adtexuit epistolam Erasm. Rot. ac re-
sponsionem ad eandem. Liber impressus Lugduni, anno 1533. apud Gryph.

Augustini Steuchi Eugubini episcopi Kisami, Apost. S. bibliothecarij, de peren-
ni philosophia libri 10. unà cum libello de Eugubij urbis suæ nomine. Excus-
sunt Lugduni apud Gryphium in fol. 1540. deinde Basileæ in 4. 1542. chartis 94.
præponuntur autem ab initio singulorum librorum capita.

» Ex præfatione authoris ad Paulum III. Pont. Max. Beatissime pater, uera mihi
» semper in philosophia uisa est sententia, Sapientiam atq; Pietatem ex eisdem fonti
» bus nascentes, unumq; ad finem respicientes, omnes quoq; rationes alias quibus
» consistant, habere conformes. Ipsa philosophia id clarissime probat: quæ cũ supre
» mum fructũ, præmiumq; laborũ, Sapientiã promittat, hanc Plato & Aristoteles,
» philosophorũ facile principes, non aliã denicq; nobis intelligendam proponunt q̃
» Scientiam Cultumq; Dei: quod illis sua lingua dicitur θεωρεῖν τὴ θεραπεύειν τὸν θεόν.
» Hanc rerum esse summam, hic demum speculationes, studia, curasq; philosopho-
» rum omnes desinere. Multos igitur uelut in amœnissimis campis flores, ex om-
» ni philosophia hanc diuinitatem redolentes, decerptos, eorumq; suaue olentem
» coronam confectam, iure tibi, qui & Sapientiæ & Religionis obtines principatũ,
» sacrauimus.

Primus liber, de patris ac filij diuinitate, deq; mẽte diuina & uerbo diuino agit,
uaria ueterum sapientium testimonia depromens, ex Chaldæorum oraculis, Mer-
curio Trismegisto, sed præcipue ex Platonicis.

Secundus, de trinitate diuina testimonia uaria, Platonicorũ maxime, continet.

Tertius, docet quod unus sit Deus uerus, æternus, & qualis sit, & quibus nomi
nibus uocatus, ex priscis ferè philosophis ante Aristotelis & Platonis sęculũ: istorũ
enim theologia in duobus sequentibus libris proponetur.

In quarto, Aristotelis sententiæ de Deo ac rebus diuinis explicantur.

In quinto, Platonis de singulari ac supremo Deo omnium creatore philosophia
perenditur.

Sextus, eadẽ docet ex philosophis Platone ac Aristot. posterioríb. Theophrasto,
Alexãdro, Seneca, Plutarcho, Epicteto, Iãblicho, Porphyrio, Simplicio, et Procl.

Libro septimo agit de mũdi creatione, & uariæ philosophorũ sentẽtiæ referunt.

Octauus ostendit quid de angelis senserint prisci philosophi, Plato, Aristoteles,
Cicero, oracula Chaldaica: & qui Dionysij hierarchias secuti sunt, Proclus, Her-
mias, & Damascius: deinde priscorũ philosophorũ sententias de dæmonib. De an-
gelis quidem in primis 18. capitibus, de dæmonibus aũt in sequentib. usq; ad 41.

Nono, de creatione hominis & immortalitate animorum disseritur.

Decimus, de Christiana religiõe in uniuersum agit, eiusq; officijs, operibus &
ad eam consequentibus: deq; præmijs & supplicijs post uitam: & testimonia phi-
losophorum super ijsdem rebus adducit.

Augustini Eugubini ad Lutheranos libri 3. impressi in Italia.

Augustini Eugubini Canonici regularis S. Saluatoris Cosmopœia, uel de mun-
dano

dano opificio expositio trium capitum Geneſis, in quibus de creatione tractat Moſes. Gryphius Lugduni excudit anno 1535. in fol. chartis 59.

Hoc opere hæc continentur.

De rerum corporearum uiſibiliumq; creatione.
De rebus incorporeis & inuiſibilibus.
An uulgata æditio ſit diui Hieronymi.

Ex præfatione. Hoc igitur tantum tamq; præcipuum in omni philoſophia diuina, à Moſe perſcriptũ de mundi creatione opus, & ſi habuit ſemper apud Hebræos, Græcos & Latinos, innumerabilem interpretantiũ multitudinem, &c. fieri tamen poteſt ut Deo docente, aliquid à poſterioribus deprehendatur, quod uel ſuperiores latuiſſet, uel cognitum illi nõ prodidiſſent. Nos equidẽ aut credimus perfeciſſe, aut certe conatus ipſe non defuit, ut hoc opus, quod erat magnis difficultatibus obſcurũ, multaq; erant in eo penè indiſſolubilia, eſſet clarius: & his quæ uidebantur inexplicabiles quæſtiones, aut ueras, aut uero proximas expoſitiones arbitramur dediſſe. E quibus ſunt, Spiritus Domini ſuper aquas, Creatio Lucis & Solis quarta die, Aquæ ſupercœleſtes & firmamentum interiectum: tum Ordo dierum, Paradiſi terreſtris ſitus & conditio: & quod prius diſſoluere non potuimus, de fluminibus Phiſon & Geon, credimus ſuper his nũc ueriores ſenſus reperiſſe. In quibus & ſi prolixiores fuimus, fecit neceſſitas ipſa & magnitudo rerum, ut uitare hoc duntaxat opere, longitudinem commentationum non poſſemus. Ac nos ſuperiore quinquennio annotationes in Pentateuchum ædidimus, cuius commentationis ratio, diuerſa eſt ab hac aliquantũ: cum ibi magis ſuper æditione, uocũq; uarietate & pondere, & uariantibus locis ſcripſerimus: hic de re, ipſaq; mundi hiſtoria. Idem tamen author, & res eædem, & ſæpe eorundem neceſſaria repetitio. Quod ſi interdum hoc opere aliquid diuerſum ſenſimus, id euenit partim quia illic aliorum placita referebamus: partim quod iugis meditatio, & curæ poſteriores ſæpe pariunt meliora. Pauca tamen id genus ſunt. Iterumq; hoc loco affirmamus, uulgatam æditionem eſſe ſanctiſſimi doctiſſimiq; Hieronymi: quam ueritatem, quoniam intelleximus adhuc habere aduerſarios, latiore argumento diſſeruimus. Ac ſperamus nullam, niſi apud pertinaces, futuram amplius ſuper hac dubitationem. Quoniamq; argumentum eſt prolixius, operi poſtpoſitum eſt, ne ex tam longo interuallo ad Geneſim accederemus.

AVICENNAE nomen aliâs ſcribitur Aboali Abinſceni, uel principis Aboali, uel Aboali Haſſen filij Hali Abin Sceni.

Auicenna patria Cordubenſis è ſtirpe regia, præter medicinam ſcripſit & metaphyſicam ualde probatam poſteris. Raph. Volaterranus.

Auicenna Aboali Hiſpalenſis medicus, natione ut aliquibus placet, Arabs, quẽ uulgares Bitimiæ regem fuiſſe dicunt: Et ut nonnulli uolunt Cordubæ princeps & rex fuit: Eminentiſſimi ingenij uir, omnium certe clariſſimus, de cuius uita nihil certi habetur. Floruit anno Chriſti 1149. Ab Auerroy medico uenenatum tradunt: ſed antequam periret ipſe illum Auerroim interfeciſſe. Qui cum eruditiſſimus in omni doctrina eſſet, librum compoſuit, in quo omnem medicinam ſubtili ingenio complecti uoluit. Scripſit in alijs doctrinis nonnulla opuſcula, ex quibus extant ſubiecta:

In logicam	lib. 1.		
De anima dictus ſextus naturalium	lib. 1.		
De animalibus,	lib. 1.	De uiribus cordis,	lib. 1.
De theriaca,	lib. 1.	Canticorum,	lib. 1.
De Alchimia ad Aſſem philoſophum,	lib. 1.		

Metaphyſicam compoſuit, in qua ſe Machometiſtam confitetur, & illam Machometi legem, ſi lex dici poſſit, uidetur cõtemnere, cum tractatu nono circa principium de felicitate loquens, ita ait: Tu autem ſcis delectationes corporum, &

t 2

Ex vita Lig 7 quam Nicol. Massa nouiſſimæ editioni præmiſit.
Nomen Auicennæ ap. Arabes ex Abũhali, Athaſen, Ebenhali, Ebenſina.
Auicennæ genitor fuit Hali Perſa, eig uxor Sitta, eig filij etiam Hali ipſe a. Haſſen
pater hali, filig hali, filig sitta

Postrema editio prodiit Venetiis in fol. 1595.

» dia quid sunt: lex enim nostra, quam dedit Machomet, ostendit dispositionem feli-
» citatis & miseriæ, quæ sunt secundum corpus, &c. Vide plura eodem capite.
Hæc ex libro Symphoriani Campegij de claris scriptoribus medicinæ.

Librum Auicennæ de animalibus, Venetijs impressum uidi. (ximus.

Auicennæ librũ de urinis Actuarius in Græcũ sermonẽ transtulit, ut supra di-

Auicennæ opera in re medica, excusa Venetijs anno 1500. in 4. char. 160. à ma-
gistro Gerardo Cremonẽsi in Toleto ab Arabico in Latinũ barbaro stylo trãslata. Deinde rursus ibidem exiuerunt in charta basilica, tomis duob. unà cũ cõmenta-
rijs Gentilis & Iacobi de Partibus. Lugduni etiam impressa sunt. Totũ opus Canonem uocant, quod in quinq; libros diuiditur: singuli libri rursus in suas sen
siue partes diuiduntur, & partes in doctrinas, doctrinæ deniq; uel in capitula so-
lum: uel in summas, quæ iterum in capitula resoluuntur.

Liber primus est de rebus uniuersalibus scientiæ medicinæ. (beti.

Secundus de medicamentis simplicib. cuiuscunq; generis iuxta ordinẽ alpha-

Tertius est de affectibus particularibus, qui peculiares sunt membris occultis & manifestis à capite usq; ad pedes.

Quartus de affectibus particularibus, qui non peculiares sunt uni cuipiã parti, sed omnibus communes. Et de decoratione.

Quintus de medicamentis compositis.

His accedit in eodẽ codice libellus de uiribus cordis translatus ab Arnaldo de Villa noua Barchnone, in cuius primo tractatu loquitur Auicenna de origine spi
ritus, & generibus, ac principijs generationis & informationis eius: in secundo, de numero & declaratione facultatum medicamentorum in genere primum, deinde particulatim de medicamentis cordialibus ordine alphabeti; postea de diuersis mo
dis exhilarandi & confortandi per medicamenta repertis: postremo de medicinis purgantibus, ad affectus cordis. In fine adiectum est uocabulariũ breue, quod Arabicas dictiones ordine alphabeti explicat per duas chartas. Singulis etiam libris tabulæ siue indices capitum adduntur.

Auicennæ cantica, cum Auerrois commentarijs impressis in magno fol. Ve-
» netijs 1484. chartis 18. Ex præfatione Auerrois: Dedi operam ad commen-
» tandum librum richimatum, qui intitulatur liber Berichine (aliás Benchine) preciũ
» medicinæ: ipse enim uniuersaliter concludit eas causas. Etenim cũ hoc melior ual-
» de pluribus & alijs introductionibus & summis in medicina compilatis, ordine
» ualde conuenienti ad tenendum mente uel memoria dilatandi & delectandi ani-
mam. Hæc ex barbara translatione. Sunt autem hæc cantica, breues senten
tiæ & aphorismi per omnes medicinæ partes.

Ex epistola Iacobi Mantini medici Hebræi, qui quartam partem primi libri ex
» Arabico in Latinum nuper transtulit. Inter eos qui hactenus Arabice de medi
» ca arte scripsere, clarissima omnium confessione primus Auicennæ gloriæ locus
» attributus est. Nam licet, quæ composuit, ab antiquioribus, præsertim Græcis, co-
» piosissime ornatissimeq; tradita fuerint, ea tamen omnia doctissimus ipse felici bre
» uitate, in mirificum redegit ordinem, ita ut eo docente multo facilius quàm alijs o-
» mnibus, ea quæ ad medendi rationem pertinent, percipi ualeant. Quare uelut le-
» ge quadam sancitum est, ut in publicis gymnasijs, Auicennæ opera maxima ani-
» morum satisfactione legantur, eiusq; libri plurimos expositores habuerint, quod
» non itidem cæteris obtigisse uidemus. Solebant autẽ, ut idem Mantinus, pau-
lò post indicat, in gymnasijs publice legi huius authoris, prima & quarta pars seu sen primi libri, & prima sen quarti.

Ioan. Manardi testimonia de Auicenna.

» Auicennam (cui fortassis plus quàm par esset in hac arte attribuimus) regem
» aiunt fuisse, & curandis infirmis operam non dedisse: epistola 1. lib. 2.

Constat

Constat Auicennã totum ferè suum de medicina librum, ex alijs medicis, tum Græcis, tum Barbaris transcripsisse: & paulò post. Inter cæteros autem in his præcipue quæ ad curationes morborum pertinent, Auicenna sequutus Paulum uidetur: epistola 4. lib. 3.

Lotimentionem facit Auicenna tum in uoce Anescen, tum in Sadar (qua uoce Serapion quoq; Lotum uocat) nulla habita mentione eorum, quæ de grano Anescen superius scripserat. Ex quo colligi facile potest, id quod ego sæpe soleo dicere, Auicennam suo de medicina libro ultimam manum non apposuisse: sed quæ occurrebant, à uarijs authoribus sumpta, in unum uolumen congessisse, digesturus per ocium, si licuisset: epistola 3. lib. 9.

Ad Auicennam uero accedens, quem etiam in subsidium uocas, facile dicere possem, si uellem, nihil ad me eius dicta in hac re pertinere, ut hominis inter antiquos non numerandi, sed nec inter authores, hoc est, qui arti aliquid addiderunt, quum ex alijs ferè uerbum ex uerbo acceperit, quicquid in suum librum congesserit, atq; cum multis uel sui, uel interpretum culpa mendis, ut aliâs maiore subsellio forte demonstrabitur.

AVITVS episcopus Viennensis, scripsit tam carmine quàm soluta oratione nõ pauca opuscula, sed ad meam notitiam paucissima uenerunt, è quibus feruntur heroico & eleganti metro composita, lib. 6.

De origine mundi, lib. 1.
De sententia dei, lib. 1.
De transitu maris rubri, lib. 1. In Exod.
Epistolarum ad diuersos, lib. 9.
De peccato originali, lib. 1.
De diluuio mundi, lib. 1.
De uirgin. ad Fuscinã sororẽ, lib. 1.
Homiliarum multarum, lib. 1.
Et alia multa.

T. d. 500. vide Alcimg. Libri 4 in Gen.

AVITVS presbyter, homo Hispanus genere, Luciani librum de reuelatione sepulchri & reliquiarum corporis S. Stephani Græce scriptum, Latinum fecit, & adiecta epistola sua per Orosium presbyterum Occidentalibus dedit. Gennadius.

AVLI Cæcinnæ epistola ad Ciceronem, libro sexto familiarium Ciceronis epistolarũ legitur. De hoc copiosius Raph. Volaterranus in litera C. suæ anthropologiæ.

AVLI Gellij Noctium Atticarum libri 20. excusi primum Venetijs apud Aldum, in 8. deinde Argentinæ anno 1522. in 8. Coloniæ 1526. apud Soterem in 8. chartis 32. & dimid. quibus accedunt annotationes Petri Mosellani, quarum chartæ sunt 12. & seorsim, ni fallor uenduntur. Iterum ibidem in 8. anno 1533. & rursus Coloniæ in folio. Gryphius quoq; Lugduni bis eadem excudit in 8. primum anno 1534. deinde triennio post: chartis 40.

Habent autem omnes æditiones, quas equidem uiderim, indicem geminum, priorem de rebus & uerbis notatu dignis alphabeti ordine, posteriorem qui argumenta quæq; in suo genere indicat, nempe Quæ ad philosophiam de natura, & dialecticam & medicinam atq; mathematicã pertinent. Quæ ad philosophiam de moribus attinent. Quæ ad Grammaticam & Rhetoricam. Quæ ad mores ueterum & historias. Hæc sparsim in uarijs libris & capitibus tractata hoc indice colliguntur, & ubi reperias indicantur.

Ad hæc omnes opinor æditiones Græcorum, quæ passim in his 20. libris leguntur, explicationem in calce libri addunt. Porrò capita horum 20. librorũ numero sunt trecenta octoginta quinq; (quanquam octaui libri quindecim capitum inscriptiones solum habeantur, & nihil aliud) quod ideo libentius hic annotauimus, ut euidentius fieret quàm uarium quamq; multiplex huius operis argumentum sit: cum unum quodq; aliquid peculiare proponat. Sed adscribemus aliquot primi libri capitum titulos.

Primi libri Noctium Atticarum.

Cap. 1 Qualibus argumentis quibusq; collectionibus Plutarchus ratioci-

natum esse Pythagoram philosophum dixerit, de comprehendenda corporis procerítate qua fuit Hercules cum uitam inter homines uiueret.

2 Ab Herode Attico consulari uiro tempestiue deprompta in quendam iactabundum & gloriosum adolescentem, specie tantum philosophiæ sectatorem, uerba Epicteti Stoici, quibus festiuiter à uero Stoico seiunxit uulgus loquacium nebulonum qui se Stoicos nuncuparent.

3 Quod Chilo Lacedæmonius cõsilium anceps pro salute amici cepit: quodq; est circumspecte & anxie considerandum, an pro utilitatibus amicorũ delinquendum aliquando sit: Notataq; inibi & relata quæ Theophrastus & M. Cicero super ea re scripserunt.

4 Quàm tenuiter curioseq; explorauerit Anto. Iulianus in oratione M. Tullij uerbi ab eo commutati argutiam.

5 Quod Demosthenes rhetor cultu corporis, atq; uestitu probris obnoxio, infamiq; munditia fuit. Quodq; item Hortensius orator ob eiusmodi munditias, gestumq; in agendo histrionicum, Dionysiæ saltatriculę cognomento cõpellatus est.

6 Verba ex oratione Metelli Numidici, quam dixit ad populũ in censura cum eum ad uxores ducendas adhortaretur, eaq; oratio quam ob causam reprehensa, & quo contrà modo defensa sit.

7 In hisce uerbis Ciceronis ex oratione quinta in Verrem, Hanc sibi rem sperant præsidio futurum, neq; mendam esse, neq; uitium: errareq; istos qui bonos uiolant libros, & futuram scribunt. Atq; ibi de quodam alio Ciceronis uerbo dictum, quod probe scriptum perperam mutatur: & aspersa pauca de modulis, numerisq; orationis, quos Cicero auide sectatus est. Hæc pro specimine cæterorum satisfacient.

Authoris de opere suo sententia ex epilogo uicesimi libri.

» Atqui iucundiora alia reperiri queunt. Ipse aũt ad hoc scripsi, ut liberis quoq;
» meis paratæ istiusmodi remissiones essent, quando animus eorũ interstitione ali-
» qua negotiorum data, laxari indulgeriq; potuisset. Vsi autem sumus ordine re
» rum fortuito, quem antea in excerpendo feceramus. Nam proinde ut librũ quen-
» quam in manus ceperam, seu Græcum, seu Latinum, uel quid memoratu dignũ
» audieram, ita quæ libitum erat, cuius generis cunq; erant, indistincte atq; promi-
» scue annotabam, eaq; mihi ad subsidium memoriæ quasi quoddam literarum pe-
» nus recondebam: ut quando usus uenisset aut rei, aut uerbi, cuius me fortè repens
» obliuio tenuisset, & libri ex quibus eam sumpseram non adessent, facile inde no-
» bis inuentu atq; depromptu foret. Facta est igitur in his quoq; cõmentarijs eadem
» rerum disparilitas, quæ fuit in illis annotationibus pristinis, quas breuiter & indi-
» geste & incondite, annotatiõibus, tractationibus, lectionibusq; uarijs feceramus.
» Sed quoniam longinquis per hyemem noctibus in agro (sicuti dixi) terræ Atticæ
» commentationes hasce ludere ac facere exorsi sumus, idcirco eas inscripsimus No
» ctium Atticarum, nihil imitati festiuitates inscriptionum, quas plerique alij utriusq;
» linguæ scriptores, in id genus libris fecerunt. Deinde cum multos uariosq; alie
» norum operum titulos recensuisset, subdit. Sed ne consilium quidem in excer-
» pendis notandisq; rebus idem mihi, quod pleriscq; illis fuit. Nanq; illi omnes & eo-
» rum maxime Græci, multa & uaria lectitantes, in quas cunq; inciderent alba (ut
» dicitur) linea, sine cura discriminis, solam copiam sectati conuertebãt, &c. Ego ue
» ro uoluendis transeundisq; multis admodum uoluminibus, per omnia semper ne
» gotiorum interualla, in quibus furari otiũ potui, exercitus defessusq; sum. Sed mo
» dica ex ijs, eaq; sola accepi, quæ aut ingenia prompta expeditaq; ad honestæ eru-
» ditionis cupidinem, utiliumq; artium contemplationem, celeri facilíq; compendio
» ducerent, aut homines alijs iam uitæ negotijs occupatos, à turpi certe agrestiq; re-
» rum atq; uerborum imperitia uindicarent. Quæ erunt autem in his commentarijs

pauca

pauca quædam ſcrupuloſa & anxia, uel ex grãmatica, uel ex dialectica, uel etiam ex geometria, quæq; erunt item pau cula remotiora ſuper augurio & iure Pontifi- cio, non oportet ea defugere, quaſi aut cognitu non utilia, aut perceptu difficilia. Non enim fecimus altos nimis & obſcuros in his rebus quæſtionum ſinus, ſed pri mitias quaſdam & quaſi libamenta ingenuarum artium dedimus: quæ uirum ci- uiliter eruditum, neq; audiſſe unquam neq; attigiſſe, ſi non inutile at quidem certe indecorum eſt, &c.

Primo capite libri uiceſimi oſtendit ſe uixiſſe circa milleſimum annum à Roma condita. Phauorinum Philoſophum familiarem ſibi fuiſſe ubiq; indicat. Suidas autem hunc Phauorinum ſcribit ſub Traiano uixiſſe, & ad uſq; Adriani imperiũ peruenisse.

Sunt & authores quidam miſti in his duabus linguis, qui ſimul & hiſtorias & fa bulas, & uocum ſignificatus, & oratoria & philoſophica attingunt: quorum appel latio uera eſt & maxime propria philologi: huiuſmodi ſunt in Græca Suidas & A- thenæus. In ambabus Aulus Gellius homo rhapſodus planè, congeſtor potius q; digeſtor, & oſtentator quàm peritus, loquaculus ſine eruditione: in uerbis ac ſen- tentijs putidulus: quæ de ſignificatu uocum diſſerit, ſunt friuola & plerunq; impe rita ac falſa: legendus eſt quidem, ſed ita ut te rem leuem ſcias inſpicere: ſanior eſt æmulus eius Petrus Crinitus. Hæc Ludouicus Viues libro 3. de tradendis diſci plinis: nec multo poſt, duriſſimũ elegantiarum affectatorem Gelliũ uocat. Athe nis operam dedit literis, deinde Romæ magiſtratum geſſit, ita ut ſucciſiuis tantum horis ad ſcribendum accederet, ut apparet in operis epilogo.

AVLI Hirtij (aliâs Hircij) aut Opij.

De bellis Alexandrino, Africano, & Hiſpanienſi libri 3. Impreſſi ſunt cum Commentarijs C. Iulij Cæſaris in 8. chartis 13.

C. Oppius amiciſſimus Iulij Cæſaris, qui eius commentarios continuauit, bel- lum Hiſpanienſe ſcribendo. Raph. Volaterranus.

AVLI Perſij ſatyræ ſex, impreſſæ ab Aldo, charta 1. & dimid. anno 1501. in 8. cum ſa- tyris Iuuenalis. Fertur autem obijſſe antequam eas emendaſſet.

A. Perſius teſte Euſebio patria Volaterranus Romæ ſub Nerone uixit, cum fa miliaribus Cornuto & Baſſo Saleio. Inter Satyricos ſecunda palma. Martialis:

Plus etiam libro laudatur Perſius uno,
Quàm longus tota Marſus Amazonide.

Vixit annis 21. Volaterris adhuc eius familiæ monumentũ in marmore apud por- tam S. Angeli, cernitur huiuſcemodi inſcriptione. A. Perſius. A. F. Seuerus. V. AN. VIII. M. III. D. XIX. Hæc ex Raphaële Volaterrano.

AVLVS Sabinus poëta Ouidij temporibus ſcripſit epiſtolas, quibus Vlyſſes Pene- lopæ, Hippolytus Phædræ, Aeneas Didoni, Demophôn Phyllidi, Iaſon Hypſipy- læ, Phaon Sapphoni reſpondent, ut ipſe Ouidius teſtatur in ſecundo Elegiarum li bro. Idem de Ponto libro 3. in inuidos.

Et qui Penelopæ reſcribere iuſſit Vlyſſem
Errantem ſæuo per duo luſtra mari.
Quiq; ſuam Trœzena, imperfectumq; dierum
Deſeruit celeri morte Sabinus opus.

Tres illæ epiſtolæ uerſibus elegiacis ſcriptæ, Vlyſſis ad Penelopen, Phyllidis ad Demophoontem, & Paridis ad Oenonam, quæ cum Ouidij Heroidum epiſtolis excuſæ ſunt, tanquam reſcriptiones ad primam, ſecundam & quintam Ouidij, uulgo creduntur eſſe Sabini: doctioribus autem non ſolum Sabini non eſſe uiden tur, ſed ne excellentis quidem cuiuſquam poëtæ.

AVRELIANVS eccleſiæ Remenſis clericus, ſcripſit ad Bernardum archicantorem poſtea epiſcopum, de regulis modulationum, quas tonos uel tenores appellant, & T. cl. 900.

de ipsarum uocabulis uolumen insigne, cuius titulus est,
Tonarius regularis, lib. 1. Scripsit & alia quædam.
AVRELIVS Arcadius Charisius uetus I.C. scripsit Libros singulares,
De testibus, De officio præfecti prætorio, De muneribus ciuilibus.
Ex his decerpta quædam in Digestis legum memorantur.
AVRELII Augustini Hipponensis episcopi omnia opera, summa uigilantia repurgata à mendis innumeris per Des. Erasmum Roterodamum, cum indice copiosissimo. Excusa Basileæ in officina Frobeniana, anno 1529. in magno folio, chartis 2043. Sunt autem tomi 10. in fol. Eadem rursus totidem tomis Lutetiæ Parisiorum exiuerunt in fol. anno 1541.

Index operum Diui Augustini iuxta ordinem decem tomorum, ut Basileæ postremo excusi sunt, anno 1529.

TOMVS PRIMVS.

Retractationum libri 2. quibus omnium operum suorum argumenta contexuit, eorumq; titulos, tempora & occasiones & initia notat, adeo nihil prætermittens, ut nec ea quæ præluserit Catechumenus, quæ uix orsus fuerat, quæ non agnoscebat, deniq; nec psalmum uulgari rythmo scriptum in Donati factionem præterierit: & quicquid in singulis ei displicuerat, emendat aut exponit ne quis perperam accipiat. Vtinam pari diligentia quod cœperat absoluisset: epistolas enim & homilias non attigit. Non tamen protinus adulterinum haberi debet, quicquid in catalogo non recensetur: certum est enim aliqua post istas retractationes ab eo scripta esse, ueluti librum de hæresibus ad Quoduultdeum.

Confessionum libri 13. omnem authoris uitam depingunt, ne malis quidem dissimulatis, ac ueluti confitentur Deo, minima quoq; nonnulla referentes. Vel, ut ipse scribit, de malis & de bonis meis Deum laudant iustum & bonum, atq; in eum excitant humanum intellectum & affectum. A primo usq; ad decimum de me scripti sunt: In tribus cæteris de scripturis sanctis, In principio fecit deus cœlum & terram, usq; ad sabbati requiem.

De grammatica liber unus, in quo agitur de nominum declinationibus secundum literarum terminationes, de pronominibus et eorum declinatione: deinde reliquarum orationis partium rudimenta explicantur: chartis 4. & 3. quart.

Principia dialecticæ, quæ sola remanserũt reliquo opere amissõ: quod etiam in libris de rhetorica, geometria, arithmetica & philosophia sibi contigisse scribit in retractationibus, & ibidem principia quoq; sibi periisse ait, haberi tamen ab aliquibus existimat.

Categoriæ decẽ ex Aristotelis libro, nõ uersæ, sed decerptæ: chartis 4. & 1. quar.

Principia rhetorices, de quibus iam dictum est.

De Musica libri 6. Hos sex libros de musica, quantum attinet ad eam partem, quæ rythmus uocatur Mediolani scripsit primum, & deinde rursum iam baptizatus, & in Africam ex Italia reuersus. Et alibi sextus (ut alibi inquit in retract.) maxime innotuit, quoniam in eo res cognitione digna uersatur, quomodo à corporalibus & spiritalibus, sed mutabilibus numeris perueniatur ad immutabiles numeros, qui iam in ipsa sunt immutabili ueritate, & sic inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciantur, &c.

Contra Academicos libri 3. Hos primũ scribere cœpit cum ad Christianæ uitæ ocium se transtulisset, nondum baptizatus: ut argumenta eorum (utar enim ipsius uerbis ex retractationibus) quæ multis ingerunt ueri inueniendi desperationem, & prohibent cuiquam rei assentiri, & omnino aliquid manifestum, tanquam certum sit approbare sapientem, cum eis omnia uideantur obscura & incerta, ab animo meo, quia & me mouebant, quantis possem rationibus amouerem.

De

De ordine libri duo ad Zenobium, accuratiore stilo elaborati. In his magna quæstio uersatur, utrum omnia bona & mala diuinæ prouidentiæ ordo contineat. Sed cum rem uiderem (inquit) ad intelligendum difficilem, satis ægre ad eorũ perceptionem cum quibus agebam disputando posse perduci, de ordine studendi loqui malui, quo à corporalibus ad incorporalia potest proficí.

De beata uita liber, triduí disputatione cõpletus: concludit autem non esse beatam uitam nisi perfectam cognitionem Dei.

Soliloquiorum libri duo de cognitione Dei & animæ. Scripsi (inquit) hæc duo uolumina ratione indagandæ ueritatis, de his rebus quas maxime scire cupiebam, me interrogans, mihiq; respondens, tanquam duo essemus, ratio & ego, cum solus essem. Vnde hoc opus Soliloquia nominaui, sed imperfectum remansit. Ita tamen ut in primo libro quæreret, & utcunq; appareret, qualis esse debeat qui uult percipere scientiam, quæ utiq; nõ sensu corporis, sed mente percipitur. Et ex quadam ratiocinatione in fine libri colligitur, ea quæ uerè sunt, immortalia esse. In secundo autem de immortalitate animæ diu res agitur, & nõ peragitur. Vide paulò inferius in mentione libri de immortalitate animæ. Erasmi super ijsdem censura. Hoc opus mire resipit optimi uiri infantiam in Christo. Nam rationem ita loquentem facit cum Augustino, quasi ratio non sit potior Augustini pars. Tolerabilius Seneca fingit rationis & sensus dialogum. Ad hæc, quasi uero duo loquantur homines, in disputationes & libros dissecatur sermo, ne defatigentur: nonnunquam & in sophistica leuiculaq; argutatione imploratur auxilium diuinum. Lectorem requirit patientem & candidum.

De magistro liber, in quo disputatur (inquit) & quæritur, & inuenitur, magistrum non esse qui docet hominem scientiam, nisi Deum, secundum illud Euangelij: Vnus est magister uester Christus.

De immortalitate animæ liber. Hunc librum (inquit) scripsi de agro Mediolanum reuersus, ut mihi quasi commonitorium esset propter Soliloquia terminanda, quæ imperfecta remanserant. Sed nescio quomodo me inuito exijt in manus hominũ, & inter mea opuscula nominatur. Qui primo ratiocinatione, contortione atq; breuitate sic obscurus est, ut fatiget cum legitur etiam intentionem meam, uixq; intelligatur à meipso.

De quantitate animæ liber. Hunc etiam (inquit) dialogũ Romæ scripsi, in quo de anima multa quæruntur ac differuntur, id est, unde sit, qualis sit, quanta sit, cur corpori fuerit data, cum ad corpus uenerit qualis efficiatur, qualis cum abscesserit. Sed quoniam quanta sit diligentissime ac subtilissime disputatum est, ut eam si possemus ostenderemus corporalis quantitatis non esse, & tamen magnũ aliquid esse, ex hac una inquisitione totus liber nomen accepit.

De libero arbitrio libri 3. Quæritur hic disputando unde sit, ita ut quod hac de re credimus etiam ad intelligentiam nostram ratio considerata differendo perducat. Et quoniam constitit inter nos, malum non exortum nisi ex libero uoluntatis arbitrio, inde hos tres libros inscripsimus: in quibus ita multa disserta sunt, ut incidentes nonnullæ quæstiones, quas uel enodare non poteram, uel longam sermocinationem in præsenti requirebant, ita differrentur, ut ex utraq; parte, uel ex omnibus earundem quæstionum partibus, in quibus non apparebat quid potius congrueret ueritati, ad hoc tamen ratiocinatio nostra concluderetur, ut quodlibet eorum uerum esset, laudandus crederetur Deus, uel etiam ostẽderetur. Propter eos quippe disputatio illa suscepta est, qui negãt ex libero uoluntatis arbitrio mali originem duci, & Deum, si ita est, creatorem omnium naturarum culpandũ esse contendunt: eo modo uolentes secundũ suæ impietatis errorem (Manichæi enim sunt) immutabilem quandam & Deo coæternam introducere mali naturam. De gratia uero Dei, &c. nihil in his libris disputatum est.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [267] - 113v

De uera religione liber, in quo multipliciter & copiosissime disputatur, unum uerum Deum, id est, trinitatem, patrem & filium & sanctum spiritum religione uera colendũ: & quanto misericordia eius, per temporalem dispẽsationem concessa sit hominibus Christiana religio, quæ uera religio est, & ad eundẽ cultũ Dei quemadmodum sit homo quadam uita sua coaptandus. Maxime tamen contra duas naturas Manichæorum liber hic loquitur.

De moribus ecclesiæ catholicæ liber unus, & alter de moribus Manichæorum. Iam baptizatus (inquit in opere retractationum) cum Romæ essem, nec ferre taciturnitus possem Manichæorum iactantiam, de falsa & fallaci continentia uel abstinentia, quę se ad imperitos decipiendos ueris Christianis, quibus cõparandi non sunt, insuper præferunt, scripsi hos duos libros. Desiderij Erasmi censura in duos
» istos libros, & sequentes 2. de Genesi contra Manichæos. Augustinus mox ut
» nomen dederat imperatori Christo, quo commilitonibus suis certissimã fidem fa-
» ceret se bona fide à Manichæis transfugisse, sub quorum signis nouem annis mili
» tauerat, prodit illorum mysteria. Idq; facit admirabili sermonis elegantia, qua uti-
» nam illi licuisset in cæteris uti lucubrationibus. Hoc sanè opere declarauit, si quid
» offendit eruditos in ipsius dictione, non fuisse insciticæ, sed charitatis, qua stilum
» demisit ad imperitorum intelligentiam.

De Genesi contra Manichæos libri 2. Hos duos libros (inquit in retractationibus) iam in Africa cõstitutus cõscripsi. Quamuis enim in superioribus libris quicquid disputaui, unde ostendere Deum summe bonum & immutabilẽ creatorem esse omnium mutabilium naturarum, nec ullam esse naturam malam siue substantiam in quantum natura est atq; substantia, aduersus Manichæos nostra inuigilaret intentio: isti tamen duo libri apertissime aduersus eos æditi sunt in defensionem ueteris legis, quam uehementi studio uesani erroris oppugnant.

Regulæ 3. Augustino adscriptæ, quas ipse clericis tradiderit. Erasmi uerba
» iuxta primam regulam: Obsecro te Lector, quid habent frontis ac mentis qui
» tales nænias adscribunt tali uiro? Secundam uero regulam Augustinum referre testatur, sed uideri eam ab Augustino non clericis sed fœminis esse scriptam, ab alijs deinde quibusdam immutatis ad uiros detortam. Habetur autem in epistola centesima nona, &c. Illud constat, orationem quæ cucullæ & balthei memi-
» nit sub Ambrosij nomine conflictam esse.

Posidonij Calamensis episcopi de uita & moribus Augustini liber.

TOMVS SECVNDVS
continet Epist. 203.

» Ex Desiderij Erasmi præfatione. Ex calce secundi libri Retractationũ, item
» ex epistola quæ præfixa est catalogo hæreseon ad Quoduultdeum, satis quidem
» perspicuum est id temporis nec epistolas, nec populares orationes ab Augustino
» fuisse digestas: nec post id ab eo curatum, uel illud arguit, quod in hoc uolumine
» neq; temporum, neq; personarum, neq; materiarum ulla uidetur habita ratio. Cer
» tius autem id arguit, quod quædam admixtæ fuerant, quæ primo statim gustu de-
» prehendebantur Augustini non esse, quas addita censura notauimus: nonnullæ
» simpliciter confictæ, quod genus sunt illæ Bonifacij ad Augustinum, Augustini
» ad Bonifacium. Nullam tamen omnino loco mouimus præter unam, & uehemen
» ter prolixam, & insigniter illiteratam, ne id quidem facturi nisi eadem in tomis haberetur. Tanta nobis cautio fuit, ne quis quid de nostra queri possit industria. Ad
» hæc insperse sunt nonnullæ, quas Augustinus ipse in retractationibus libros appellat. Quanquam interdum subdifficile est epistolam à libro distinguere. Et
» paulò post: Illud ausim affirmare non alio in opere magis elucere sanctissimi uiri
» pietatem, charitatem, mansuetudinem, humanitatem, ciuilitatem, studium gregis,
» amorem concordiæ, & zelum domus Dei, &c. In nonnullis epistolis aghoscere

licebit

licebit & illud forenſe dicendi genus, quod Græci δικανικὸν appellant, præcipue quum agit aduerſus Donati factionem, nec deeſt argumentorum ſubtilitati quæ illi peculiaris eſt, ἀνάνωσις. Verum ſiue docet, ſiue corripit, ſiue pugnat cum deploratis hoſtibus, nuſquam tamen non ſentias Chriſtianæ charitatis natiuam dulcedinem. Et paulò poſt: Ex alijs Auguſtini libris perſpicere licebit qualis fuerit adhuc infans in Chriſto: ex alijs, qualis fuerit iuuenis: qualis ſenex, ex hoc uno uolumine ſemel totum Auguſtinum cognoſces. Et inferius: Vix quenquã creditorum opinor quantum mihi ſudoris exhauſtum ſit in tollendis mendis, ac reponenda ſermonis confuſiſſima diſtinctione, &c. Ne quid omittam, ab huius uoluminis calce reſecuimus loquaciſſimam Coronidem ſub titulis Cyrilli, ſubito Latine loquentis, & Auguſtini Græco male Latine ſcribentis, impudentiſſime confictam. Cuius tamen legendæ ſi quem fortè tenet libido, reperiet inter ea quæ diui Hieronymi Tomis adiuncta ſunt.

Argumenta epiſtolarum inſigniorum.

Epiſtola ſexta. Conſolatio ſuper obitu mariti.
Octaua & ſequent. De Petro reprehenſo à Paulo.
20 De bene uiuendo. 23 De baptiſmo paruulorum.
27 De origine animarum. 29 Quæſtio ex epiſtola Iacobi.
36 38 82 De contemptu mundi.
42 202 Execratio Idololatriæ.
44 Paganiſmi irriſio. 45 De contemptu mundi perfecto.
46 47 De libero arbitrio.
48 De ui corrigendis hæreticis.
49 Sex quæſtiones contra Paganos expoſitæ.
50 De correctione Donatiſtarum, & de moderate coërcendis hæreticis.
52 De uera felicitate. 54 De reis quomodo intercedendum.
56 De curioſis quæſtionibus.
57 De præſentia Dei, & quomodo Deus ubiq;.
58 De uarijs ſcripturæ locis explicandis.
59 Ad quæſtiones nouem Paulini.
60 De coërcendis hæreticis.
64 De coërcenda temulentia & contentione.
66 & 174 De trinitate unius Dei.
68 De immanitate Circumcellionum.
69 Quatenus mali tolerandi.
70 De contemptu mundi, & poteſtate humana quomodo utendum.
72 De phantaſijs intellectus ac memoriæ.
73 De ornatu Chriſtiano. 74 De blaſphemijs Manichæorum.
75 An ob unius peccatum alius poſſit excommunicari.
75 De monachis apoſtatis. 78 De tempore ſecundi aduentus incerto.
79 De die ſecundi aduentus.
80 De ſupremo mũdi die. 81 De ocio monachorum.
83 87 Conſolatio in aduerſis.
86 De trinitate incorporea.
89 105 106 107 Contra Pelagianos & Manichæos.
90 92 104 143 Contra Pelagianos.
91 93 Damnatio Pelagianorum.
94 95 De Pelagio. 99 De euangelio mortuis prædicato.
100 De anima incorporea. 101 De actu animæ ſine corpore.
102 De inquiſitione rerum diuinarum.
108 An Petrus fuerit baptizatus.

109 Regula monachorũ. 110 De electione Eradij.
111 & 112 De uidendo Deo.
116 De tranquillitate animi. 118 De consuetudinibus uarijs regionum.
119 Ad inquisitiones Ianuarij. De ritibus ecclesiæ, ibidem.
120 De gratia noui testamenti.
121 De orando Deum. 122 De afflictione piorum.
125 Consolatio super morte uxoris.
127 De corrigendis hæreticis.
128 Exhortatio ad piã uitã. 130 De catholicæ ecclesiæ incremento.
131 De disciplinis liberalibus.
132 De officio doctoris ecclesiastici.
133 De perpetiendis malis spe uitæ cœlestis.
135 Quomodo laudari possit Christianus.
136 De afflictionibus patienter ferendis.
137 De non temere iudicando.
144 Exhortatio ad amorem charitatis.
145 De pia tristitia, quam boni ferunt ex impietate malorum.
146 De corporum resurrectione.
147 De schismate finiendo. 148 Institutio episcopi.
149 De toleranda aduersa ualetudine, & cohibenda ira.
150 De ineffabili trinitate. 151 De uera beatitudine.
152 171 172 173 203 Contra Donatistas.
154 De iureiurando, Idolothytis, & uim ui repellendo.
155 De uera amicitia. 156 De malis huius mundi tolerandis.
157 De origine animarum & Pelagianis.
De peccato originali paruulorum, ibidem.
158 159 160 De corrigendis hæreticis citra mortis pœnam.
170 De mansuetudine ecclesiastica.
161 170 De ecclesia catholica contra Donatistas.
162 Contra Donatistarum pertinaciam. Et de innocentia Cæciliani, ibidem.
163 203 De concordia sarcienda.
164 160 171 De schismate Donatistarum.
165 De dissidio Donatistarum.
166 Exhortatio ad concordiam ecclesiæ.
167 De Donatistis ui coërcendis.
168 De parricida Donatista rebaptizato.
169 De immani licentia Donatistarum.
174 175 Cõtra Arianos. 177 De Deo non triformi, sed uno.
178 Altercatio inter Augustinum & Pascentium de trinitate.
180 De fuga in persecutione.
Epistola 16. inter Bonifacium & Augustinũ mutuo inscripta. Censura Des. » Erasmi. Nec oratio nec sensus quicquam habet Augustini. Sed ex historia quis » piam confinxit hæc argumenta. Ob antiquitatem tamen passi sumus eas relidere, » quanquam nihil habentes cur legi debeant.
199 Votum continentiæ non suscipiendum nisi ex coniugum consensu.
200 De Iudaismo, & uocabulo Iudæi.
202 De moderando supplicio nocentum.
Vltima epistola: Quomodo etiam cogendi sint homines ad bona.

TOMVS TERTIVS.

Ad Lectorem Erasmus Roterodamus.

In hunc tertium & quartum sequentem Tomos digessimus τὰ ἀιδασκαλικὰ, hoc est,

est, quæ nec sunt epistolæ, nec ad populum dicta, nec aduersus hæreticos pugnantia, sed Lectori eruidiendo scripta. Notha censuris additis indicauimus, ne quis erret insciens.

De doctrina Christiana lib. 4. Horum primi tres (inquit) adiuuant ut scripturæ intelligantur: quartus autem quomodo quæ intelligimus proferenda sint.

Locutionum libri 7. Ex retractationibus authoris. Septem libros de septem libris diuinarum scripturarum, id est Moysi quinq;, & uno Iesu Naue, & altero Iudicum feci, notatis locutionibus singulorum quæ minus usitatæ sunt linguæ nostræ, quas parum aduertendo sensum quærunt qui legunt diuinorum eloquiorum, cum sit locutionis genus: & nonnunquam exculpunt aliquid quod à ueritate quidem non abhorreat, non tamen id sensisse author à quo scriptum est inuenitur, sed genere locutionis hoc dixisse credibilius apparet. Multa autē in scripturis sanctis obscura, cognito locutionis genere diluescunt. Propter quod cognoscenda sunt eadem genera locutionū ubi sententiæ patent, ut etiam ubi latent cognitio ipsa succurrat, easq; intentioni legentis aperiat. Huius operis titulus est, Locutionis de Genesi, atq; ita de singulis libris.

De fide & symbolo liber 1. Cum adhuc esset presbyter (ut scribit in retractationibus) coram episcopis hoc iubentibus, qui plenarium totius Africæ concilium Hippone regio agebant, de fide & symbolo disputauit. Quam disputationem (inquit) nonnullis eorum qui nos familiarius diligebant studiosissime instantibus in librum contuli, in quo de rebus ipsis ita disseritur, ut tamen non fiat uerborum illa contextio, quæ tenenda memoriter competentibus traditur.

Enchiridion de fide, spe, & charitate ad Laurentium liber 1. Petiuerat enim ille (inquit) aliquod opusculum meum, de suis manibus non recessurum, quod genus Græci enchiridion uocant. Vbi satis diligenter mihi uideor esse complexus, quomodo sit colendus Deus, quam sapientiam esse hominis utiq; ueram diuina scriptura definit.

De definitionibus orthodoxæ fidei, siue ecclesiasticis dogmatibus lib. 1. Def. Erasmi censura. Hic libellus ferebatur inter opera Tertulliani, quanquam nec illius est, ut qui capite 4. referatur inter hæreticos, nec Augustini. Videtur partim ex huius operibus collectus, partim ex decretis synodorum. Capite 25. citantur quædam ex epistola Innocentij Romani Pontificis, quæ est ordine 93. licet uerbis aliquot immutatis: multaq; hinc citantur in decretis Pontificum, & sententijs theologorum, sed ita tractata, ut ferè solent notha. Nec uerba sunt eadē, & capita quædam desunt in uetustis exemplaribus.

De fide ad Petrum diaconum liber 1. Censura Erasmi. Nec hunc librum esse Augustini arguit ipsa phrasis, primum abiectior quàm est illius, ad hoc impurior, &c. Accedit, quod huius operis, cum sit iustum uolumen non meminit in retractationibus, & tamen nec epistola uideri potest, nec popularis tractatus. Præterea toties hic iteratur, infantes qui citra baptismum hinc decesserint, æternis ignibus cruciandos: quod aliàs apud Augustinum nusquam legi, &c. Videtur & hoc opus collectum ex Augustini lucubrationibus.

De Trinitate libri 15. Ex retractationibus. Libros de Trinitate, quæ Deus est 15. scripsi per aliquot annos. Sed cum eorum duodecimū nondum perfecissem, & eos diutius tenerem quàm possent sustinere qui uehementer habere cupiebāt, subtracti sunt mihi minus emendati quàm deberent ac possent, quando eos ædere uoluissem. Quod posteaquam comperi, quia & alia eorum apud nos exemplaria remanserunt, statuerā eos iam ipse non ædere, sed sic habere, ut in alio aliquo opusculo meo quid mihi de his euenerit dicerem: urgentibus tamen fratribus, quia resistere non ualui, emendaui eos quantum emendandos putaui, & compleui & ædi

di, adiungens eis à capite epistolam, quam scripsi ad uenerabilem Aurelium episcopum Carthaginensis ecclesiæ, quo tanquã prologo exposui, & quid accidisset & quid facere mea cogitatione uoluissem, & quid fratrũ charitate cõpellente fecissem. Censura D. Erasmi. Ex diui Augustini præfatione, eóq; totius operis calce » satis apparet illum ab eruditis quibusdam deterritũ ne libros de Trinitate uel ab» solueret uel æderet, quod hoc argumentum à compluribus & Græcis & Latinis, » multo tum breuius, tum dilucidius fuisset tractatum, uelut ab Athanasio, Basilio, » Gregorio Nazianzeno, Didymo & Hilario, alijsq; nonnullis: & ipse Augustinus » uidetur agnoscere, non solum obscuritatem ac multiloquium, uerumetiam inge» nij defectum, quo factum est, ut tot libris uersatus in rebus externis, ubi uentum » est ad summam illam Trinitatis imaginem, repercussis maiestate rei mentis oculis, » & pauca dixerit, nec satis digna promissis. Iam multiloquium huic penè perpetuũ » est, quod accidit illi docendi studio, dum cupit quæ scribit etiam à parum eruditis » ac tardis intelligi. Obscuritas hinc accidit, in hoc duntaxat opere, quod quum res » per se sit obscurissima, eoq; dilucidis imaginibus adhibitis illustranda, ille Trinita» tis imagines petit ab his rebus, quæ nec uulgo satis notæ sunt, nec inter eruditos » admodum confessæ, postremo tales, ut ipsæ potius egeant illustratione, &c. Ne» mo sanè tam addictus est Augustino, quin fassurus sit illum alia scripsisse felicius, » nec hic admodum operis titulo, aut Lectoris expectationi respondisse.

Liber de Genesi ad literam imperfectus. Ex retractationibus. Cum de Genesi duos libros contra Manichæos condidissem, quoniam secundum allegoricam significationem scripturæ uerba tractaueram, non ausus naturalium rerum tanta secreta ad literam exponere, hoc est, quemadmodum possent secundũ historicam proprietatem quæ ibi dicta sunt accipi, uolui experiri in hoc quoque negocio sissimo ac difficillimo opere quid ualerem, sed in scripturis exponendis tyrocinium meum sub tanta sarcinæ mole succubuit. Et nondum perfecto uno libro, ab eo quem sustinere non poteram, labore conquieui. Sed in hoc opere cum mea opuscula retractarem, iste ipse ut erat imperfectus uenit in manus, quem neq; ædideram, & abolere decreueram: quoniam scripsi postea duodecim libros, quorum titulus est, De Genesi ad literã. In quibus quamuis multa quæsita potius quàm inuenta uideantur, tamen eis iste nullo modo est comparandus. Verum & hunc posteaquam retractaui, manere uolui, ut esset index quantum existimo non inutilis rudimentorum meorum in enucleandis atq; scrutandis diuinis eloquijs. Et paulò post. Breuiter enim admoneo ut illi 12. libri legantur, quos longe postea episcopus feci, & ex ipsis de isto iudicetur.

De Genesi ad literam libri 12. scripti ab exordio, donec de paradiso dimissus est Adam, & flammea romphæa posita est custodire uiam ligni uitæ. Cum autem (inquit) ad hoc usq; undecim libri peracti essent, duodecimum addidi, in quo diligentius de paradiso disputatum est. Inscriptioni additur, ad literam, id est secundum rerum gestarum proprietatem, non secundum allegoricas significationes. In quo opere plura quæsita quàm inuenta sunt, & eorum quæ inuenta sunt, pauciora firmata: cætera uero ita posita, uelut adhuc requirenda sint.

De mirabilibus sacræ scripturæ libri 3. quorum duo ueteris, tertius noui testa» menti miracula recenset. Censura D. Erasmi. Hoc opus quum nec epistola » sit, nec tractatus popularis, nusquam tamen recenseatur in libro retractationum, » ad hæc nec stilo nec ingenio referens Augustinum, non dubitauimus in notho» rum classem referre. Habet & uocabula quædã de uulgo, ut opinor, hausta, &c.

De agone Christiano liber. Ex retractationibus. Hic liber fratribus in eloquio Latino ineruditis humili sermone conscriptus est, fidei regulam continens, & præcepta uiuendi.

De

De opere monachorum liber 1. Ex retractationibus. Vt de opere monachorum librum conscriberem, illa me necessitas compulit, quod cum apud Carthaginem monasteria esse cœpissent, alij se suis manibus transigebant, obtemperantes Apostolo: alij uero ita ex oblationibus religiosorum uiuere uolebant, ut nihil operantes, unde necessaria uel haberent uel supplerent, sed potius implere præceptum euangelicum existimarent atq; iactarent, ubi Dominus ait: Respicite uolatilia cœli & lilia agri. Vnde etiam inter aliquot inferioris propositi, sed tamen studio feruentes existere cœperant tumultuosa certamina, quibus ecclesia turbaretur, alijs hoc, alijs aliud defendentibus. Huc accedebat, quod criniti erant quidam eorum, qui operandum non esse dicebant. Vnde contentiones, hinc reprehendentium, inde quasi pugnantium pro partium studijs augebantur. Propter hoc uenerabilis senex Aurelius, ecclesiæ ipsius ciuitatis episcopus, ut hinc aliquid scriberem iussit, & feci.

De spiritu & litera ad Marcellinum liber 1. Ex retractat. Ad quem scripseram tres libros, quorum titulus est, de peccatorum meritis & remissione, ubi diligenter disputatur etiam de baptismo paruulorum, rescripsit mihi se fuisse permotum, quod dixerim, fieri posse, ut sit homo sine peccato si uoluntas eius non desit, ope adiuuante diuina, quamuis nemo tam perfectæ iustitiæ in hac uita uel fuerit, uel sit, uel futurus sit. Quæsiuit enim quomodo dixerim posse fieri, cuius rei desit exemplum. Propter hanc eius inquisitionem, hunc librum scripsi pertractans Apostolicam sententiam ubi ait: Litera occidit, spiritus autem uiuificat. In quo libro, quantum Deus adiuuit, acriter disputaui, contra inimicos gratiæ Dei, qua iustificatur impius.

De diuinatione dæmonum liber 1. quem ut scriberet ex quadam disputationis necessitate accidisse sibi ait.

De spiritu & anima liber 1. Censura D. Erasmi. Opus hoc est hominis uariæ multæq; lectionis, & altius ingressi philosophiam Aristotelicam quàm fuerat Augustinus, sed minus exercitati facultate dicendi. Non enim meminit illius Horatiani, Denicq; sit quod uis simplex duntaxat & unum. Ne titulus quidem satis respondet argumento. Dicas alibi harenam sine calce. Adeo quod dictum est denuo repetit, & subinde nouum sumit exordium, multa differens locis non suis, nec à uerbis quibusdam sordidioribus temperans. Multa congerit ex libris diui Augustini, quos uidetur diligentissime legisse. Cuius non sensa modo, sed & uerba frequenter recenset. Admiscet sententias aliquot suspectas, &c. Ioannes Tritenhemius abbas, recenset hoc opus in catalogo lucubrationum Hugonis à diuo Victore. Cuiuscunq; est, extra controuersiam est Augustini non esse, non indignum tamen quod legatur, ut commētarium, in quo multa reperias non indigna cognitu.

Speculum de præceptis Dominicis. Censura D. Erasmi. Hoc opus uix eram adscripturus Augustino, nisi Posidonius (siue, ut quidam malunt, Posidius) in uita nominatim illi tribuisset, & præfatio non abhorret ab eius stilo. Versatus est in simili negotio Cyprianus, & apud Græcos nonnulli, sed maiore ingenio curaq;. Cæterum infimis etiam inseruire gaudet Christiana charitas. Sunt autem præcepta pie uiuendi ex omnibus utriusq; instrumenti libris secundum librorum seriem deprompta.

Quæstiunculæ de Trinitate, decerptæ ex libris de Trinitate.

Interrogatio de benedictionibus filiorū Iacob patriarchæ. Studiosus aliquis desumpsit hoc ex libro quæstionum Hieronymi in Genesim, omissis aut immutatis aliquot uerbis, quomodo solet Beda.

Sententiæ aliquot uelut aphorismi ex omnibus Augustini & aliorum libris decerptæ per studiosum aliquem: sunt autem numero 388.

QVARTVS TOMVS, Complectens reliqua
τῶν διαλεκτικῶν.

D. Augustini de mendacio ad Consentium liber 1. Ex retractationibus. Item de mendacio scripsi librum, qui & si cum aliquo labore intelligitur, habet tamen non inutilem ingenij & mentis exercitationem, magisq; moribus ad uerilo-quium diligendum proficit. Hunc quoq; auferre statuerã de opusculis meis, quia obscurus & anfractuosus, & omnino molestus mihi uidebatur, ꝓpter quod eum nec edideram. Deinde cum postea scripsissem alterũ, cuius titulus est contra mendacium, multo magis istum non esse decreueram & iusseram, sed non est factum. Itaq; in ista retractatione opusculorũ meorum, cum eum incolumem reperissem, etiam ipsum retractatum manere præcepi, maxime quia in eo nonnulla sunt necessaria, quæ in illo altero non sunt. Propterea uero illius inscriptio est, Cõtra mendacium: istius autem, De mendacio: quoniã per illum totum oppugnatio est aperta mendacij, istius autem magna pars in inquisitionis disputatione uersatur: Ad eundem tamen finem uterq; dirigitur.

Contra mendaciũ ad Consentium liber 1. Ex retractationib. Contra mendacium scripsi librum, cuius operis ea causa extitit, quod ad Priscillianistas hæreticos inuestigandos, qui hæresim suam non solũ negando atq; mentiendo, uerum etiam peierando existimãt occulendã, usum est quibusdam catholicis Priscilliani stas se debere simulare, ut eorũ latebras penetrarẽt: Quod ego fieri ꝓhibens, hunc librũ scripsi. Vide ea quæ dicta sunt ad librũ de mendacio proxime præcedentẽ.

De fide & operibus liber 1. Ex retractationibus. Interea missa sunt mihi à quibusdam fratribus laicis quidem, sed diuinorum eloquiorum studiosis scripta nonnulla, quæ ita distinguerent à bonis operibus Christianã fidem, ut sine hac non posse, sine illis autem posse peruenire suaderetur ad æternã uitam. Quibus respondens librum scripsi, cuius nomen est, De fide & operibus. In quo disputaui non solum quemadmodum uiuere debeant gratia Dei regenerati, uerum etiam quales ad lauacrum regenerationis admitti.

Quæstionum in uetus instrumentum libri 7. in totidẽ priores eius libros. Hos libros (inquit in retractationibus) ideo sic appellare uolui, quia ea quæ ibi disputantur, magis quærenda proposui, quàm quæsita dissolui. Quamuis multo plura in eis mihi uideantur ita pertractata, ut possint etiam soluta & exposita non immerito iudicari. Regnorum quoq; libros eodem modo iam considerare cœperamus, sed non multo progressi, in alia quæ magis urgebant, animum intendimus. Vide supra in Tomo secundo.

Quæstionũ euangelicarũ lib. 2. Ex retractationib. Sunt quædam expositiones quorundã locorũ ex euangelio secundũ Matthæum, & aliæ similiter secundum Lucã, in unũ librũ illæ, in alterum istæ redactæ sunt. Ex prologo authoris. Hoc opus non ita scriptũ est, ac si euangelium exponendum ex ordine susceptum esset à nobis: sed pro arbitrio & tempore consulentis, cum quo legebatur, si quid ei uidebatur obscurum: Ideoq; multa & fortassis obscuriora prætermissa sunt: quia iam ea nouerat, qui ea quæ nondum nouerat, inquirebat: nec tenere uolebat festinationẽ suam in his quæ antea iam sic acceperat, ut etiam assiduitate audiendi atq; tractandi memoriæ stabiliter firmeq; mandaret. Nonnulla etiam hic non eodem ordine inueniuntur exposita, quo in euangelio narrata sunt, &c.

Liber quæstionum euangelicarum secundũ Matthæum. Censura Erasmi. » Qua occasione fragmentum hoc reuulsum sit à cæteris, non satis liquet: stilus tamen & res congruunt Augustino, licet in libris Retractationum huius scripti nõ » meminerit.

De consensu Euangelistarum libri 4. Hos libros (inquit) propter eos scripsi, qui tanquam dissentientibus Euangelistis calumniantur: quorũ primus liber

aduersus

aduersus eos scriptus est, qui tanquam maxime sapiẽtem Christum uel honorant uel honorare se fingunt, & ideo nolunt Euangelio credere, quia non ab ipso illa conscripta sunt, sed ab eius discipulis, quos existimant ei diuinitatem, qua crederetur Deus, errore tribuisse. Vide lucubrationes Andreæ Osiandri supra.

Octogintatrium quæstionum diuersarum liber 1. Ex retractationibus. Est etiam inter illa quæ scripsimus quoddam prolixum opus, quod tamen unus deputatur liber, de diuersis 83. quæstionibus. Cum autem dispersæ fuissent per chartulas multas, quoniam ab ipso primo tempore cõuersionis nostræ, posteaquã in Africam uenimus, sicut interrogabar à fratribus, quando me uacantem uidebant, nulla obseruata ordinatione dictatæ sunt, iussi eas iam episcopus colligi, & unum ex eis librum fieri, adhibitis numeris, ut quod quisq; legere uoluerit, facile inueniat. Censura Erasmi. Agnoscit quidem hoc opus Augustinus, mihi tamen uidetur à studioso quopiam ex omnibus illius libris collectum, in quod congestum est si quid haberetur argutius dissertum. Huic studio fauens Augustinus recognouit, & quædam elimauit. Hanc cõiecturam non omnino somnium esse declarat illud, quod quæstio 12. habet fragmentum ex Fontei libris decerptum. Et caput 31. habet locum ex secundo M. Tullij de inuentione libro descriptum. Sunt autem & alia quæ mihi non uidentur per omnia sapere phrasim Augustini. Ad hæc erant quædam confusa, uel huc translata ex quęstionibus Euangeliorum, uel hinc illò transmissa. Postremo multa sunt quæ non habent ullam speciẽ quæstionis, nisi quod quicquid doceri potest, idem & quæri potest. Ita tot nascentur quæstiones, quot sunt sententiæ, siue proloquia. Ipsum tamen opus eruditum est & lectu dignum.

Quæstionum 83. enumeratio, ex Retractationum libro primo, sed multo breuior.

1 An anima à seipsa sit. 2 De libero arbitrio.
3 An Deo authore sit homo deterior.
4 Cur homo sit deterior. 5 An animal brutum beatum esse possit.
6 De malo. 7 Quæ proprie in animante anima esse dicatur.
8 An per se moueatur anima.
9 An ueritas percipi queat corporeis sensibus.
10 Vtrũ corpus à Deo sit. 11 Cur Christus de fœmina natus sit.
12 Fontei Carthaginensis sententia de mente mundanda ad uidendum Deum.
13 Vnde constet homines bestijs præstare.
14 Corpus Christi non fuisse phantasma.
15 De intellectu. 16 De filio Dei. 17 De scientia Dei.
18 De trina unitate. 19 De Deo & creatura.
20 De loco Dei. 21 An Deus author mali non sit.
22 Deum non pati necessitatem.
23 De patre & filio.
24 An peccatum & recte factum in libero arbitrio fiat.
25 De cruce Christi. 26 De differentia peccatorum.
27 De prouidentia. 28 Cur Deus mundum facere uoluerit.
29 Vtrum aliquid sit sursum aut deorsum in uniuerso.
30 An omnia in utilitatem hominum creata sint.
31 Virtutes animi diuisæ ac definitæ secundum Ciceronem.
32 Vtrum rem ullam alius alio magis intelligat, atq; ita eiusdem rei per infinitũ eat intelligentia. 33 De metu.
34 Vtrum non aliud amandum sit quàm metu carere.
35 Quid amandum sit. 36 De nutrienda charitate.
37 De semper nato. 38 De conformatione animæ.
39 De alimentis.

40 Cum animarum natura una sit, unde hominum diuersæ uoluntates.
41 Cum omnia Deus fecerit, quare non æqualiter fecerit.
42 Quomodo Dei sapientia Christus & in utero matris fuerit, & in cœlis.
43 Cur filius Dei in homine apparuerit, & spiritus sanctus in columba.
44 Quare tanto post uenit Dominus Iesus Christus.
45 Contra Mathematicos. 46 De ideis.
47 Vtrum aliquando cogitationes nostras uidere possimus.
48 De credibilibus.
49 Quare filij Israel sacrificabant uisibiliter pecorum uictimas.
50 De æqualitate filij.
51 De homine facto ad imaginem & similitudinem Dei.
52 De hoc dicto: Pœnitet me fecisse hominem.
53 De auro & argento, quod Israelitæ ab Aegyptijs acceperunt.
54 De loco scripturæ, Mihi autem adhærere Deo bonum est.
55 De loco, 60. sunt reginæ, 80. concubinæ, &c.
56 De annis 46. templi ædificati.
57 De 153. piscibus. 58 De Ioanne Baptista.
59 De 10. uirginibus. 60 De loco, quod diem ultimũ solus pater sciat.
61 De turbis cibatis panibus quinq;.
62 De loco, quod Iesus baptizabat plures quàm Ioannes, &c.
63 De uerbo. 64 De muliere Samaritana.
65 De resurrectione Lazari.
66 Super loco scripturæ, An ignoratis fratres, scientibus enim legem loquor, quia lex dominatur homini, &c.
67 Super alio loco, Existimo enim quod indignæ sint passiones huius temporis ad futuram gloriam, &c.
68 De eo quod scriptum est, O homo tu quis es qui respondeas?
69 De loco Apostoli, Absorpta est mors in uictoria, &c.
71 De loco scripturæ, Inuicem onera uestra portate, &c.
72 De temporibus æternis.
73 De eo quod scriptum est, Et habitu inuentus ut homo.
74 Super loco ad Colosſ. In quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum, qui est imago Dei inuisibilis.
75 De hæreditate Dei.
76 De dicto apostoli Iacobi, Vis autem scire homo inanis, quia fides sine operibus otiosa est.
77 De timore utrum peccatum sit.
78 De pulchritudine simulachrorum.
79 Cur magi Pharaonis fecerunt quædam miracula sicut Moyses.
80 Aduersus Apollinaristas.
81 De quadragesima & quinquagesima.
82 De loco scripturæ: Quem enim diligit Dominus, corrigit.
83 De coniugio in eo quod Dominus ait: Si dimiserit uxorẽ suam excepta causa fornicationis.

„ Vigintiunius sententiarum liber. Censura Erasmi. Constat *hunc librum*
„ à studioso quopiam ex uarijs authoribus temere nulloq; ordine congestũ. Insunt
„ repetita quædam, ἀπροσδιόνυσα, solœcismi.

De solutione quarundam quæstionum libri 2. Aliâs, De *diuersis* quæstionibus ad Simplicianũ. Hi libri primi sunt eorum quos *iam episcopus* elaborauit. Primus liber duas explicat quæstiones ex epistola Pauli *ad* Romanos. Vnam, super hoc loco: Quid ergo dicemus? Lex peccatum est, *Absit*, &c. Alteram super hoc loco: Non

co: Non solum autem illa, sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri, &c. In cuius quæstionis solutione laboratum est quidem pro libero arbitrio uoluntatis humanæ, sed uicit Dei gratia. In secundo libro tractantur quinq; quæstiones ex libris regum: quarum tres sunt de rege Saul. Quarta, super hoc loco, Intrauit rex Dauid, & sedit ante Dominum. Quinta, de eo quod dixit Helias, O Domine testis huius uiduæ, cum qua ego inhabito apud ipsam, tu male fecisti occidere filium eius.

De octo Dulcitij quæstionibus liber 1. Ex retractationibus. Hic liber nõ esset in hoc opere cõmemorandus inter libros meos, cum sit confectus ex his quæ à me in alijs antea conscripta sunt, nisi & disputationis aliquid à nobis interpositũ reperiretur in eo, & uni earum quæstionum non ex opusculo aliquo alio meo responsionem, sed tunc quæ potuit occurrere reddidissem. Hæc author. Sunt autem hæ quæstiones: Vtrum aliquando qui sunt post baptismum peccatores exeant de gehenna. Vtrum oblatio quæ fit pro quiescentibus aliquid eorum conferat animabus. Vtrum statim in aduentu Domini credendum sit futurum esse iudicium, an spacio interposito temporis. Quare dixerit Dauid, Potens in terra erit semen eius, generatio sanctorum benedicetur, Psalmo. 3. Vtrum iuxta historiam libri Regnorum, Pythonissa ipsum prophetam Samuelem de inferno euocauerit. Qualiter satisfaciendum sit eis qui dicunt Saram stuprum non effugisse, cum dicant Abimelech ab eius conuentione somnio esse reuocatum, & immissum in eius copulam Pharaonem. De spiritu Dei qui ferebatur super aquam, quæstio octaua. Vltima quæstio, quæ sexto loco poni debuerat, Quare dixerit dominus nimirum præscius futurorum: Elegi Dauid secundum cor meum, cum talia tantaq; ipse homo commiserit.

Dialogus quæstionum 65. sub titulo Orosij percontantis, & Augustini respondentis. Chartis 3. & trib. quadrant. D. Erasm. censet hoc uolumen à studioso « collectum ex uarijs locis, & Orosij nomen à posteriore aliquo affictũ: stilum enim « præfationis cum opere reliquo nõ congruere, &c. Non damno (inquit) studiũ « illius, qui quæ in Augustini libris & subtiliter & prolixe disputata fuerant, contra « xit in compendium: uerum ad hunc modum in immensum crescunt uolumina. « Lector qui meum iudicium non probat, fruatur suo. «

Liber quæstionum ueteris & noui Testamenti. Def. Erasm. hoc opus Augu « stini non esse ex uerbis & sententijs Augustino non receptis pluribus ostendit: deinde ne unius quidem hominis esse, quod non modo multis locis eadem ijsdem uerbis iteret, sed etiam propositis titulis iterum tractet eandem quæstionem, &c. Deinde cũ multa, ptulisset absurda quæ his in quæstionibus occurrunt, hæc uerba subijcit. Sunt tamen & in his quæ digna cognitu sunt, nimirum ex eruditorum libris collecta: quæ si commoda breuitate digessisset in ordinem, uel ipsorum « uerbis unde hauserat, uel suis, si tantum oratione ualuisset, non erat improbandus « omnino labor: nunc adeo non indicat authores, ut etiam fallat Lectorem ementito titulo: adeo non subuenit Lectoris tædio, ut iteratione rerum, ut confusione materiarum, ut incondita muliebriq; loquacitate Lectorem enecet. Prima pars uideri « poterat hominis Græci, Latine loqui gestientis. Ea quoniam placuit, ad quæstum « additæ sunt cæteræ, &c. Sunt autem quæstiones uniuersæ 127. Primum ex ue « tere Testamento, deinde ex nouo, postremo quædam ex utroq; & aliæ uariæ.

De cura pro mortuis gerenda ad Paulinũ liber 1. Ex retractationibus. Hunc librum scripsi cum interrogatus literis fuissem, Vtrum prosit cuiq; post mortem quod corpus eius apud sancti alicuius memoriam sepeliatur.

De catechizandis rudibus liber ad petitionem diaconi Deogratias.

Libri duo de Incarnatione uerbi. Aliâs, De deitate & Incarnatione uerbi ad Ianuarium. D. Erasmi censura. Et sermonis duricies & quædam admixta, «

declarant opus non esse Augustini, sed studiosi cuiuspiam stilum exercentis, qui tamen affectarit uideri Augustinus. Non tamen indignum lectu. Liber secundus pollicetur eadem tractanda fusius, quanquam primi chartæ sint 2. & dimidia, secundi uero solum tres quadrantes unius chartæ.

De Trinitate & unitate Dei liber. Simile studiū fuit huius (inquit Erasmus) nam passim apparent fragmenta, quæ decerpsit ex Augustini libris. Stilus est facilior quàm Augustini, interim uix bene Latinus.

De essentia diuinitatis liber 1. D. Erasmi censura. Collectum & hoc partim ex opere quodam Hieronymi de membris Dei, partim è scriptis Augustini. Stili facilitas magis refert Hugonem Victorinum quàm Augustinum, & fortassis hoc est, quod inter illius lucubrationes fertur, De natura Dei simplici.

De fide rerum inuisibiliū liber 1. Libellus hic (inquit Erasmus) ex diuersis Augustini epistolis consarcinatus est, maxime quod ad sententias attinet. Probabile est & hunc esse Hugonis Victorini.

Liber de substantia dilectionis & amoris. Est pium opusculum cuiuscunq; est, inter opera Hugonis Victorini fertur opus eodem titulo. Erasmus.

Liber unus de Continentia. Libellus pius nec indoctus: Augustini non esse phrasis arguit. Mihi uidetur eiusdem Hugonis. Erasmus.

Liber de patientia. Augustini nō esse phrasis arguit, congruens cū ea quam habent libelli superiores.

Liber de bono siue perfectione uiduitatis ad Iulianam. D. Erasmi censura. Mira dictionis facilitas & candor clamitat non esse Augustini. Probabile est esse Iuliani, cuius extat epistola ad Demetriadem de uirginitate. Nam & orationis filum congruit, & hic bis citat eum libellum. Sunt tamen quædam de libero arbitrio, quæ uidentur ab alio correcta. Adde quod titulus alienissimus sit ab Augustini consuetudine. Hunc affinxit aliquis, ut opusculum alioquin pium, gratioso nomini uindicaret.

Sequebatur hoc loco (inquit D. Erasmus) libellus de Singularitate Clericorum, qui toties & Hieronymi & Cypriani nomine excusus est, quum phrasis nec Hieronymum, nec Cyprianum, nec Augustinum referat. Proinde non est uisum eo præsens uolumen onerare.

Liber de uera & falsa pœnitentia ad Christi deuotam. D. Erasmi censura. Caput 17. refert sententiam Augustini, & ab ea dissentit. Id si non esset, tamen tot undiq; argumenta, quæ clamitant hoc opus non esse Augustini, ut abunde sit admonuisse Lectorem. Et hac de re nobis aliâs dictum. Et tamen totus ferè hic liber transcriptus est in decreta & sententias, ut hinc liqueat, quanto plus fuerit in colligendo studij quàm iudicij.

Liber siue exhortatio de salutaribus documentis ad quendā Comitem. Censura D. Erasmi. Qui scribit hunc libellum subindicat se fuisse clericum, qui se cesserit ad uitæ correctionem, Laicum autem fuisse cui scribit. Apparet hominem fuisse pium, sed absq; literis: nam sermo nec purus est, nec cohæret alicubi, sed habet tamen piam loquacitatem. Quanquam hæc Augustino tribuere summæ sit impudentiæ.

De amicitia liber 1. Chartis duabus & quadrante. Censura D. Erasmi. Libellus est infans & absq; neruis, hinc atq; inde consarcinatus: citat Ambrosium & Hieronymum, ac subinde Tullium: interdū inepte, uelut illud Ciceroni tribuens, quod ille reijcit ac refellit, sic habendum amicum, tanquam aliquando futurus sit inimicus. Omitto sermonis flosculos, ita quod, & pro inuicem. Et tamen hic scriptor affectauit uideri Augustinus, & obtinuit. Quid non speremus amantes?

De sermone Domini in monte secundum Matthæum libri 2. Hunc sermonem Domini nostri (inquit Augustinus) si quis pie sobrieq; consyderauerit, puto quod

quod inueniet in eo, quod ad mores optimos pertinet, perfectum uitæ Christianæ modum.

Expositionis epistolæ Pauli ad Romanos inchoatæ, salutatione tantummodo expedita, liber 1. Ex retractationibus. Epistolæ quoq; ad Romanos sicut ad Galatas expositionem susceperam. Sed huius operis, si perficeretur, plures libri erant futuri: Quorum unum in sola disputatione ipsius salutationis absolui, &c. Factum est quippe ut immoraremur cum uellemus soluere incidentem sermoni nostro difficillimam quæstionem de peccato in spiritum sanctum, quod non remittitur, neq; in futuro. Sed deinde alia uolumina cessaui adiungere exponendo epistolam totam, ipsius operis magnitudine ac labore deterritus, & in alia faciliora deflexus sum.

Expositionis quarundam propositionum ex epistola ad Romanos liber. Ex retractationibus. Cum presbyter adhuc essem, contigit ut apud Carthaginem inter nos qui simul eramus, ad Romanos epistola Apostoli legeretur, & quædam interrogabar à fratribus, quibus cum sicut poteram responderem, uoluerunt scribi potius quæ dicebam, quàm sine literis fundi.

Expositionis epistolæ Pauli ad Galatas liber 1. Epistolam ad Galatas (inquit) exposui, non carptim, id est aliqua prætermittens, sed continuanter & totam.

Annotationum in Iob liber 1. Ex retractationibus. Hic liber utrum meus habendus sit, an potius eorum qui has annotationes sicut potuerunt uel uoluerũt redigere in unum corpus descriptas de frontibus codicis, non facile dixerim. Suaues enim paucissimis intelligentibus sunt, qui tamen necesse est offendantur multa non intelligentes, quia nec ipsa uerba quæ exponuntur ita descripta sunt in multis locis, ut appareat quid exponatur. Deinde breuitatem sententiarum tanta est secuta obscuritas, ut eam Lector uix ferre possit, quem necesse est plurima non intellecta transire. Postremo tam mendosum comperi opus ipsum in codicibus nostris, ut emendare nõ possem, nec æditum à me dici uellem, nisi quia scio fratres id habere, quorum studio non potuit denegari.

TOMVS QVINTVS, Continet

De Ciuitate Dei libros 22. diligenter recognitos per Ioan. Lodouicum Viuem, non paucis adiectis per Des. Erasmum ex codice Longobardicis literis descripto. Chartæ sunt 153. Ex retractationibus. Interea cum Roma Gothorum irruptione, agentium sub rege Alarico, atq; impetu magnæ cladis euersa est, eius euersionem deorum falsorum multorumq; cultores, quos usitato nomine Paganos uocamus, in Christianam religionẽ referre conantes, solito acerbius & amarius Deũ uerum blasphemare cœperunt. Vnde ego exardescens zelo domus Dei, aduersus eorum blasphemias uel errores, libros de ciuitate Dei scribere institui. Quod opus per aliquot annos me tenuit, eo quod alia multa intercurrebant, quæ differre non oporteret, & me prius ad soluendum occupabant. Hoc autem de ciuitate Dei grande opus, tandem 22. libris est terminatum. Quorum quinq; primi eos refellunt, qui res humanas ita prosperari uolunt, ut ad hoc multorum deorum cultum quos Pagani colere consueuerunt, necessarium esse arbitrentur, & quia prohibentur, mala ista exoriri atq; abundare contendunt. Sequẽtes autem quinq; aduersus eos loquuntur, qui fatentur hæc mala nec defuisse unquam, nec defutura mortalibus, & ea nunc magna, nunc parua, locis, temporibus, personisq; uariari: sed deorum multorum cultum, quo eis sacrificatur, propter uitam post mortem futuram esse utilem disputant. His ergo 10. libris, duæ istæ uanæ opiniones Christianæ religioni aduersariæ refelluntur. Sed ne quisquam nos aliena tantum redarguisse, non autem nostra asseruisse reprehenderet, id agit pars altera operis huius, quæ 12. libris continetur. Quanquam ubi opus est, & in prioribus 10. quæ nostra sunt asseramus, & in duodecim posterioribus redarguamus aduersa. Duodecim

ergo librorum sequentium primi 4. continent exortum duarum ciuitatum, quarum est una Dei, altera huius mundi: Secundi quatuor excursum earum siue procursum: Tertij uero, qui & postremi, debitos fines. Ita omnes 22. libri cum sint de utraq; ciuitate conscripti, titulum tamen à meliore acceperunt, ut de ciuitate Dei potius uocarentur.

SEXTVS TOMVS, Continet τὰ πολεμικὰ, hoc est decertationes aduersus hæreses præcipue Iudæorum, Manichæorum, Priscillianistarum, Origenistarum, Arianorum, & Iouiniani.

Erasmus Roterod. ad Lectorem. Diuus Augustinus cum nusquam non sit multis suspiciendus nominibus, haud alibi tamen magis eluxit, quantum ualuerit acumine ingenij, subtilitate iudicij, uehementia copiaq; differendi, quàm in his libris, in quibus pro tranquillitate domus Dei, quàm unice diligebat, pugnat aduersus hæreses, &c.

De hæresibus ad Quoduultdeum liber 1. præmissis duabus Quoduultdei epistolis hunc librum scribi flagitantibus, & totidem Augustini rescriptis. Vide supra Censuram Erasmi in Retractationum libros, qui omnium primi positi sunt. Ex præfatione Augustini. Erunt ergo primæ partes operis huius de hæresibus, quæ post Christi aduentum atq; ascensum aduersus doctrinam ipsius extiterunt, & utcunq; nobis innotescere potuerunt. In posterioribus aũt partibus quid faciat hæreticum, disputabitur. Deinde numerat in tabula octoginta hæreseon nomenclaturas, eodem ordine quo in sequentibus singularum historiã & dogmata breuissime describpturus est. Videtur autem hic hæreticorum dogmatum catalogus ex Epiphanij Eusebijq; commentarijs collectus, additis alijs nonnullis. Quod uero promiserat explicare quid hæreticum faciat, ab eo præstitum non inuenitur.

De quinq; hæresibus oratio, cõtra Paganos, Iudæos, Manichæos, Sabellianos, & Arianos. Chartis 3. Erasmi censura. Concio est hominis eruditi, facundi, & uarias figuras usurpantis, quæ uiuidam & iucundam reddunt dictionem, à quibus nec Augustinus abhorret: sed alioqui tantum est discrimen, ut uix illius uideri possit, nisi fortè scripsit iuuenis.

Erasmus ad Lectorem. Hic sequebatur opusculũ ad Deogratias de 6. quæstionibus expositis contra Paganos. Hoc reperies inter epistolas, epistola 49.

Concio ad Catechumenos contra Iudæos, Paganos, & Arianos. Erasmus Roterod. Hoc opus quamuis homilia sit, uisum est tamen huc inserere ob iustã propemodum uoluminis magnitudinem, & quia multa tractat aduersus Iudæos & Paganos, quæ huic ordini congruebant. Parisien. æditio inter homilias de tempore locauit.

Oratio aduersus Iudæos. D. Erasmus. Eodem consilio & hunc tractatum adiecimus.

De altercatione ecclesiæ & synagogæ dialogus. Erasmi censura. Libellus elegans, sed qui nihil habeat phraseos Augustinianæ. Videtur aulicus aut Iureconsultus quispiam fuisse.

De utilitate credendi ad Honoratum liber. Ex retractationibus. Hunc librum scripsi iam presbyter apud Hipponem regium, ad amicũ meum, quem deceptum à Manichæis adhuc eo errore noueram detineri, & irridere in catholicæ fidei disciplina, quod iuberentur homines credere, non autem quid esset uerum certissima ratione docerentur.

Contra epistolam Manichæi, quam uocant fundamenti, liber 1. Ex retractationibus. Hic liber principia sola illius epistolæ Manichæi redarguit, sed in cæteris

teris illius partibus annotationes ubi uidebatur affixæ sunt, quibus tota subuertitur, & quibus commonerer, si quando contra totam scribere uacauisset.

De duabus animabus contra Manichæos liber 1. Ex retractationibus. Scripsi adhuc presbyter librum de duabus animabus contra Manichæos, quarum dicunt unam partem Dei, alteram de gente tenebrarum quam non cõdiderit Deus, & quæ sit Deo coæterna, & has ambas animas, unam bonam, alteram malam, in uno homine esse delirant. Istam scilicet malam propriã carnis esse dicentes, quam carnem etiam dicunt gentis esse tenebrarum: Illam uero bonam ex aduentitia Dei parte, quæ cum tenebrarum gente conflixerit, atq; utrumq; miscuerit. Et omnia quidem bona hominis illi bonæ animæ, omnia uero mala illi malæ animę tribuunt.

Contra Fortunatum quendam Manichæorum præsbyterum. Ex retractationibus. Tempore presbyterij mei contra Fortunatũ quendam disputaui, qui plurimum temporis apud Hipponem uixerat, seduxeratq; tam multos ut propter illos ibi eum delectaret habitare. Quæ disputatio nobis altercantibus excepta est à notarijs ueluti gesta conficerentur, nam & diem habet, & consulem. Hanc in librum, memoriæ mandandam conferre curauimus. Versatur ibi quæstio unde sit malum, Me asserente exortũ fuisse hominis malum ex libero uoluntatis arbitrio, Illo autem naturam mali Deo coæternam persuadere moliente: sed cõsequenti die tandem confessus est nihil se aduersus nos inuenire quod diceret. Nec sanè catholicus factus est, sed tamen ab Hippone discessit.

Contra Adimantum Manichæi discipulum liber 1. Ex retractationib. Eodem tempore presbyterij mei uenerunt in manus meas quædã disputationes Adimanti, qui fuerat Manichæi discipulus, quas cõscripsit aduersus legem & prophetas, uelut cõtraria eis euangelica & apostolica scripta demonstrare conatus. Huic ergo respondi, uerba eius apponens, eisq; reddẽs responsionẽ meam. Quod opus uno uolumine concluſi, & in eo quibusdam quæstionibus non semel, sed iterum respondi: quoniam quod primum responderam, perierat, & tunc inuentum est, cum iam iterum respondissem. Aliquas sanè earundem quæstionum popularibus ecclesiasticis sermonibus solui, adhuc etiam quibusdam non respondi. Aliquæ remanserunt, quæ rebus alijs magis urgentibus prætermissa sunt, cumulo quoque obliuionis adiuncto.

Contra Faustum Manichæum libri 33. Ex retractationibus. Contra Faustum Manichæum blasphemantem legem & prophetas, & eorum Deum, et incarnationem Christi, scripturas autem noui Testamenti, quibus conuincitur, falsatas esse dicentem, scripsi grande opus, uerbis eius propositis, reddens responsiones meas: 33. disputationes sunt, quas etiam libros cur non dixerim? Nam & si sunt in eis aliqui perbreues, tamen libri sunt. Vnus uero eorũ, ubi à nobis aduersum eius criminationes patriarcharũ uita defenditur, tantæ prolixitatis est, quantæ nullus ferè librorum meorum.

De actis cum Felice Manichæo libri 2. Ex retractationibus. Felix quidam Manichæus Hipponem uenerat, unus ex eorum doctoribus, uersutior Fortunato, quamuis ineruditus liberalibus literis. Contra hunc præsente populo in ecclesia biduo disputaui. Gesta sunt ecclesiastica, sed inter meos libros computantur. Duo ergo libri sunt, In quorum secundo disputatum est de libero uoluntatis arbitrio, siue ad malum operandum, siue ad bonum. De gratia uero disputare non uisum est necesse. Des. Erasmi censura. In his actis nescio quid potissimũ admirer, Felicísne impudentiam qui prouocarit ad publicam disputationẽ ad quam adeo non fuit instructus, ut uix asinus possit insulsius argumentari, &c.

Contra Secundinum Manichæum liber 1. Ex retractationibus. Secundinus quidam, non ex eis quos Manichæi electos, sed ex eis quos auditores uocant, quem nec facie quidem noueram, scripsit ad me uelut amicus, honorifice obiur-

gans quod oppugnarem literis illam hæresim, & admonens ne facerem, atq; ad eam potius sectandam exhortans, cum eius defensione, & fidei catholicæ reprehensione. Huic respondi. Sed quia in eiusdem opusculi capite non posui, quis cui scriberem, non in epistolis meis, sed in libris habetur. Illic ab exordio conscripta est etiam eius epistola. Huius autem libri mei titulus est, Contra Secundinū Manichæum, quod mea sententia omnibus quæ aduersus illam pestem scribere potui, facile præpono.

De natura boni contra Manichæos liber 1. Vbi ostenditur (inquit) naturam incommutabilem Deum esse ac summū bonum, atq; ab illo esse cæteras naturas, siue spiritales, siue corporales: atq; omnes in quantum naturæ sunt, bonas esse: & quid, uel unde sit malū, & quanta mala Manichæi ponant in natura boni, & quanta bona in natura mali, quas naturas finxit error ipsorum.

De fide contra Manichæos lib. 1. Chartis 2. & trib. quadrant.

Contra aduersarium legis & prophetarum libri 2. Ex retractationib. Interea liber quidam cuiusdam hæretici, siue Marcionistæ, siue cuiuslibet eorū quorum error opinatur, quod istum mundum Deus non fecerit, nec Deus legis quæ data est per Moysen, & prophetarum ad eandem legem pertinentium uerus sit Deus, sed pessimus dæmon: cum apud Carthaginem multis confluentibus & attentissime audientibus, in platea maritima legeretur, peruenerunt fratres ad eum studiosissime Christiani, eumq; mihi redarguendum sine ulla dilatione miserunt multum rogantes, ut nec ego respondere differrē. Refelli eum libris duobus, quos ideo prænotaui, contra aduersarium legis & prophetarum, quia codex ipse qui missus est, nomen authoris non habebat.

Contra Priscillianistas & Origenistas liber 1. Ex retractationibus. Inter hæc Orosij cuiusdā Hispani presbyteri consultationi de Priscillianistis, & de quibusdam Origenis sensibus, quos catholica fides improbat, quanta potui breuitate ac perspicuitate respondi. Et ipsa Orosij consultatio responsioni meæ à capite adiuncta est.

Contra sermonem Arianorum liber. Ex retractationibus. Inter hæc uenit in manus meas quidam sermo Arianorum, sine nomine authoris sui. Huic, petente atq; instante qui eum mihi miserat, quanta potui breuitate respondi, adiuncto eodē sermone à capite responsionis meæ, & adhibitis ad singula numeris, quibus inspectis, quid cui locorum responderim, facile possit aduerti.

Contra Maximinum Arianorum episcopum libri 3. Censura D. Erasmi.
» Huius operis non meminit in libro retractationum, tamen ipsius est phrasis. Prior
» pars habet acta, quibus adiecit scripto coronidem.

Contra Felicianum Arianum de Vnitate trinitatis liber. Censura D. Eras.
» Non est probabile hunc dialogum esse Augustini, cuius non meminit in libris re-
» tractationum. Nam actis ecclesiasticis solet addi locus, &c. Et Ariani non tam fa-
» cile cedunt quàm hic Felicianus, Augustinus densior est citandis scripturis, ne
» commemorem phraseos dissonantiam. Eruditus aliquis exercendi ingenij gratia
» finxit dialogum, quod factum & ab Hieronymo uidemus.

De bono coniugali contra Iouinianum liber. Ex retractationibus. Iouiniana hæresis sacrarum uirginum meritum æquando pudicitiæ coniugali tantum ualuit in urbe Romana, ut nonnullas etiam sanctimoniales, de quarum pudicitia suspicio nulla processerat, deiecisse in nuptias diceretur, hoc maxime argumento cum eas urgeret dicens: Tu ergo melior quàm Sara, melior quàm Susanna siue Anna? & cæteras commemorando testimonio sanctæ scripturæ commendatissimas fœminas, quibus se illæ meliores, uel etiam pares cogitare non possent. Hoc modo etiam uirorum sanctorum sanctum cœlibatum, commemoratione patrum coniugatorum & prædicatione frangebat. Huic monstro sancta ecclesia, quæ

ibi

ibi est, fidelissime ac fortissime restitit. Remanserant autem istæ disputationes eius in quorundam sermunculis ac susurrijs, quas palàm suadere nullus audebat. Sed etiam occulte uenenis repentibus, facultate, quam donabat Dominus, occurrendum fuit, maxime quoniam iactabatur Iouiniano responderi non posse cum laude, sed cum uituperatione nuptiarum. Propter hoc librum ædidi, de bono coniugali. Vbi de propagatione filiorum priusquam homines mortem peccando mererentur, quoniam concubitus mortalium corporum res uidetur, quæstio magna dilata est: Sed in alijs postea literis nostris, satis quantum arbitror explicatur.

De sancta uirginitate. Ex retractationibus. Sancta uirginitas Dei munus & quàm magnum, & quanta humilitate custodiendum esset, uno sicut potui uolumine ostendi.

De adulterinis coniugijs ad Pollentium libri 2. Ex retractationibus. Hos libros scripsi, quantum potui secundum scripturas, cupiens dissoluere difficillimã quæstionem. Quod utrum enodatissime fecerim, nescio, imò uero non me peruenisse ad huius rei perfectionẽ sentio, quamuis multos sinus eius aperuerim, quod iudicare poterit quisquis intelligenter legit.

Tractatus de Epicureis & Stoicis, non omnino malus, sed nihil aut quàm minimum habens Augustini, ut censet D. Erasmus. Charta est 1.

Opusculum de eo quod dictum est à Deo ad Moysen, Ego sum qui sum, incerti authoris.

SEPTIMVS TOMVS, Continet reliquam partem τῶν πολεμικῶν, id est pugnas aduersus hæreses Donatistarum & Pelagianorum.

Psalmus contra partem Donati. Ex retractationibus. Volens etiam causam Donatistarum ad ipsius humillimi uulgi & omnino imperitorum atq; idiotarum notitiam peruenire, & eorum quantum per nos fieri posset inhærere memoriæ, Psalmum qui eis cantaretur per Latinas literas feci: sed usq; ad u literam. Tales enim abecedarios appellant, &c.

Libri tres contra epistolam Parmeniani Donatistarũ Carthaginensis episcopi, successorisq; Donati. Ex retractationibus. In his tribus libris quæstio magna uersatur & soluitur, utrum in unitate & eorundem communione sacramentorum mali contaminant bonos, & quemadmodum contaminent disputatur, propter ecclesiam toto orbe diffusam, cui calumniando schisma fecerunt.

Contra literas Petiliani Cirthensis episcopi Donatistæ quas aduersus catholicã scripsit ecclesiam, lib. 3. Secundus liber inscribitur, Contra totam epistolam Petiliani, & tertius contra cuncta ipsius Petiliani scripta peruersa. Ex retractationibus. Primo uolumine primæ parti epistolæ ipsius, quam scripsit ad suos, quia non tota in nostras manus uenerat, sed prior pars eius parua, quanta potui celeritate & ueritate respondi. Etiam ipsa epistola est ad nostros, sed ideo inter libros habetur, quia cæteri duo in eadem causa libri sunt. Postea quippe inuenimus totam, eiq; tanta diligentia respondi, quanta Fausto Manichæo, uerba scilicet eius sub ipsius nomine prius ponens particulatim, & sub meo per singula responsionem meam. Sed prius quod scripseram, antequam totam reperiremus, peruenit ad Petilianum, Et iratus respondere conatus est, in me potius dicens quicquid ei libuit, in causa uero omnino deficiens: quod cum possit collatis utriusq; scriptis facillime aduerti, tamen propter tardiores hoc ipse respondendo demonstrare curaui: sic est additus eidem nostro operi liber tertius.

Contra Cresconium Donatistam Grammaticum libri 4. Ex retractationib. Cresconius cum inuenisset epistolam nostram, qua primas partes quæ in manus meas tunc uenerat epistolæ Petiliani redargui, putauit mihi esse respondendum, & hoc ipsum scripsit ad me. Cui operi citius libris 4. respondi, ita sanè, ut tribus

peragerem quod uniuersa responsio flagitabat. Sed cum uiderem me sola Maximianensium causa, qua suos schismaticos damnauerunt, & eorum alios rursus in suis honoribus receperunt, baptismumq; ab eis extra suam cõmunionem datum non repetiuerunt, respondere non posse ad cuncta quæ scripsit, etiã librũ quartũ addidi, in quo idipsum quantum potui diligenter atq; euidenter ostendi. Hos autẽ 4. libros quando scripsi, iam cõtra Donatistas leges dederat Honorius imperator.

Contra Gaudentij epistolas 2. lib. 2. Ex præfatione D. Augustini. Gaudentius Donatistarum Tamugadensis episcopus, cum seipsum in ecclesia quibusdam sibi adiunctis perditis, incendere minaretur, Dulcitio tribuno, cui pijssimus imperator leges suas exequendas cura perficiendæ unitatis iniunxit, agenti ut oportebat cum furentibus mansuete, & prius ad eundem Gaudentium literas pacificas danti, duas rescripsit epistolas, unam breuiorẽ, alteram prolixiorem, in qua secundum scripturas se respondisse diligentius arbitratur. Ita ergo scripta eius opitulante Domino institui refutare, ut etiã qui sunt ingenio tardiores, ad omnia me respondisse non dubitent. Nam prius uerba eius ponam, deinde nostra subiungam, &c. Eadem ferè in retractationibus quoq; scribit.

De baptismo contra Donatistas libri 7. Ex retractationibus. Contra Donatistas authoritate beatissimi Cypriani se defendere molientes, septem libros de baptismo scripsi, in quibus docui nihil sic ualere ad refellendos Donatistas, & ad eorum ora claudenda, ne aduersus catholicam ecclesiam suum schisma defendant, quomodo literas factumq; Cypriani.

De unico Baptismo contra librum Petiliani Donatistæ eiusdem inscriptionis, liber 1.

De unitate ecclesiæ contra Petiliani epistolam liber 1. siue epistola, qua tractat totam causam Donatistarum, instruens suæ cõmunionis episcopos, aduersus nefariæ hæreseos argumenta.

Opus breuiculi collationum cum Donatistis. Ex retractationib. Posteaq; facta est cum Donatistis nostra collatio, breuiter cõmemorauí quæ gesta sunt, literisq; cõprehendi secundum tres dies quibus cum eis contulimus. Idq; opus utile existimabam, quo quisq; commonitus, uel sciat sine labore quid actum sit, uel consultis numeris, quos rebus singulis annotaui, legat in eisdẽ gestis ad locum quodcunq; uoluerit, quoniam fatigant illa nimia prolixitate Lectorem.

Post collationem contra Donatistas liber 1. Ex retractationibus. Librum etiam scripsi grandem satis quantum existimo diligenter ad ipsos Donatistas post collationem, quam cum episcopis eorum habuimus, ne ab eis seducerentur ulterius. Vbi respondi etiam quibusdam uanitatibus eorum, quæ ad nos peruenire poterant, quas ubi poterant, & quomodo poterant iactabant, præter illa quæ dixi de gestis collationis, ubi quid actum sit breuiter nosceretur. Multo autem breuius id egi in quadam ad eosdem rursus epistola. Sed quia in concilio Numidiæ omnibus qui ibi aderamus hoc fieri placuit, non est in epistolis meis. Hæc Augustinus. In libris impressis iam habetur hæc epistola concilij Zertensis numero 152.

Super gestis cum Emerito Donatistarum episcopo, sermo, siue concio.

De gestis cum eodem liber 1. Ex retractationib. Quæ cum Emerito apud Cæsaream publice gerimus, ecclesiastica gesta testantur, quæ in meis habentur opusculis. Vbi non inueniens quid responderet, totum sermonem meum, quem de solis Maximianistis publice explicaui, tanquam mutus audiuit.

Huic loco congruebat (inquit Des. Erasmus) liber ad Bonifacium comitem de correctione Donatistarum, cuius Augustinus meminit in Retractationibus, sed is excusus est inter epistolas numero 50.

„ Contra Fulgentium Donatistam, lib. 1. D. Erasmi censura. Huius libelli
„ non meminit Augustinus in catalogo suo. Multa tamen insunt quæ congruunt

cum

cum illius phrasi, quædam discrepant. Videtur alicubi mutilus.

De peccatorum meritis & remissione, ac de baptismo paruulorũ ad Marcellinum lib. 3. Ex retractationibus. Venit etiam necessitas, quæ me cogeret ad uersus nouam Pelagianam hæresim scribere, &c. Missis ergo mihi à Carthagine quæstionibus eorum quas rescribendo dissoluerã, scripsi primum lib. 3. quorũ titulus est, De peccatorum meritis & remissione, ubi maxime disputatur de baptismate paruulorum propter originale peccatũ, & gratia qua iustificamur, id est, iusti efficimur: quãuis in hac uita nemo ita seruet mandata iustitiæ, ut non sit ei necessarium pro suis peccatis orando dicere: Dimitte nobis debita nostra, contra quàm omnia sentientes illi nouam hæresim condiderunt, &c.

De natura & gratia contra Pelagianos lib. 1. Ex retractationib. Pelagius ædito libro hominis naturam contra Dei gratiam, qua iustificatur impius, & qua Christiani sumus, quanta potuit argumentatione defendit. Librum ergo quo huic respondi, defendens gratiam, non contra naturam, sed per quam natura liberatur & regitur, de natura & gratia nuncupaui.

De gratia Christi & peccato originali, contra Pelagium & Cœlestiũ lib. 2. scripti ab Augustino (ut testatur in retractationibus) postquam Pelagiana hæresis ab episcopis ecclesiæ Romanæ iam conuicta & damnata esset: eorum unus est de gratia Christi, alter de peccato originali.

De nuptijs & concupiscentia lib. 2. Ex retractationib. Scripsi libros 2. ad illustrẽ uirum Valeriũ comitẽ, cum audissem Pelagianos ei nescio quid scripsisse de nobis, quod scilicet nuptias damnaremus, asserendo originale peccatũ. In quibus bonitatem defendimus nuptiarum, ne putaretur earum esse uitium concupiscentia carnis, & lex in membris repugnans legi mentis, quo malo libidinis bene utitur ad filios procreandos pudicitia coniugalis. Vt autem duo libri essent, primus uenit in Iuliani Pelagiani manus, & scripsit aduersus eum libros 4. ex quib. quidam nonnulla decerpsit, & comiti Valerio misit, ille uero ad nos. Quæ cum accepissem alio libro ad eadem ipsa respondi.

Contra duas epistolas Pelagianorum ad Bonifacium Romanæ ecclesiæ episcopum libri 4. quos etiam in retractationibus recenset.

Contra Iulianum Pelagianum libri 6. Ex retractationib. Interea libri quatuor Iuliani Pelagiani, quos supra cõmemorauí, uenerunt etiam in manus meas, &c. Scripsi ergo sex libros aduersus illos 4. sed in eorum duobus primis, testimonijs sanctorum qui fidem catholicam post apostolos defenderũt, Iuliani impudentia redarguitur, qui tanquam Manichæorum dogma nobis obijciendum putauit, quia ex Adam trahi dicimus originale peccatum, quod per lauacrum regenerationis, non solum in maioribus, uerum etiam in paruulis soluitur. Quantũ autẽ ipse Iulianus quibusdam sententijs suis adiuuet Manichæos, in primi libri mei parte posteriore monstraui. Cæteri autem quatuor nostri redduntur illius singulis singuli. Cæterum in huius tanti tamq; elaborati operis, &c.

De anima & eius origine libri 4. Ex retractationibus. Quidam Vincentius Victor in Mauritania Cæsariensi inuenit apud Hispanum quendam presbyterum Petrum nonnullum opusculum meum, ubi quodã loco de origine animæ hominũ singulorũ, utrũ ex illa una primi hominis, ac deinde ex parentibus propagentur, an sicut illi uni, sine ulla propagatione singulæ singulis dentur, me nescire confessus sum. Veruntamen scire, animam non corpus esse, sed spiritum. Et contra ista mea ad eundem Petrum scripsit ille duos libros, quos mihi de Cæsarea Renatus monachus misit. Quibus ego lectis, responsione mea quatuor reddidi, Vnũ ad Renatum, alterum ad presbyterum Petrum, & duos ad eundem Victorem. In his autem omnibus, in quibus multa necessaria disseruntur, defendi de origine animarum, quæ singulis hominibus dantur, cunctationem meam, & multos errores

atq; prauitates præſumptionis eius oſtendi, &c.

De prædeſtinatione & gratia liber 1. qui inſcribitur de uoluntate Dei.

Proſperi epiſtola ad Auguſtinum de reliquijs Pelagianæ hæreſeos.

Hilarij epiſtola ad eundem de eadem materia.

De prædeſtinatione ſanctorum liber 1. quem cum ſcriberet (inquit Eraſmus) » retractationum libros habebat in manibus, quemadmodum ipſe teſtatur libro ſe» cundo huius argumenti: proinde nil mirum quod huius operis in retractationi» bus non meminit.

De bono perſeuerantiæ liber 1. ſiue, ſecundus præcedentis argumenti.

» De prædeſtinatione Dei lib. 1. D. Eraſmi cenſura. Hoc opuſculum non » eſſe Auguſtini uel ipſa breuitas arguit. Deinde hoc docet, quod Auguſtinus for» titer refellit prædeſtinationem eſſe ex operibus noſtris. Videtur fragmẽtum alicu» ius libri, cuius ſtudioſus quiſpiam, procœmium & clauſulam attexuit.

Liber de gratia & libero arbitrio ad Valentinum & cum illo monachis. Ex retractationibus. Propter eos, qui cum defenditur Dei gratia, putantes negari liberum arbitrium, ut negent Dei gratiam, aſſerentes eam ſecundũ merita noſtra » dari, ſcripſi hunc librum. Præcedebãt hoc opus (inquit Eraſmus) duæ ad eundem » Valentinum epiſtolæ, uerum eas reperies in epiſtolarum uolumine, 46. & 47.

De correptione & gratia ad eoſdem liber 1. Ex retractationibus. Hunc li» brum ſcripſi cum mihi nunciatum eſſet, dixiſſe ibi quendam, neminem corripien» dum, ſi Dei præcepta non facit, ſed pro illo ut faciat tantummodo orandum.

Ad articulos ſibi falsò impoſitos, Auguſtini reſponſio.

Contra Pelagianos & Celeſtianos Hypognoſticon libri 6. D. Eraſmi cen» ſura. Hoc opus non eſſe Auguſtini primum illud arguit, quod quum ſit iuſti» uoluminis non commemoratur in retractationibus: deinde titulus inſolens ὑπο» γνωσικῶν, quaſi dicas ſubnotationum: neque enim ſolet ille titulos Græcos indere » ſuis libris, multo minus eos qui non indicant argumẽtum: poſtremo nec ſtilus per » omnia congruit, licet hominis eruditi facundiq; uideatur. Clamoris plus habet, ſo» lidæ argumẽtationis minus quàm Auguſtinus. Videtur fuiſſe quiſpiam qui quæ » paſſim ab Auguſtino diſſerta ſunt contra Pelagianos, ſtuduerit in unum con» trahere.

» De perfectione iuſtitiæ contra Celeſtium liber 1. D. Eraſmi cenſura. Hu» ius operis Auguſtinus non meminit in Catalogo ſuarum lucubrationum, ſed om» nia ſic referunt ingenium illius, ut de authore nihil ſit dubitandum.

OCTAVVS TOMVS, Continens enar rationes in Pſalmos myſticos.

» Præfatiuncula Eraſmi Roterod. ad Lectorem. Enarrationes ſacrorum uolu» minum apud populum habitas, quas Græci uocant homilias, diuus Auguſtinus » appellat tractatus, nos conciones poſſumus appellare. In his ferè ſolent notarij, » quod dicebatur excipere, nonnunq; qui dicturus erat uel antecq; diceret digerebat » in ſchedam quod parabat diſſerere, uel quod dixerat literis mandabat. In hoc di» ctionis genere multa dantur auribus imperitæ promiſcuæq; multitudinis. In pri» mis aliquot Pſalmis aſtrictior eſt & accuratior. In poſterioribus identidem expatia» tur in longas digreſſiones, mutata ut apparet uoluntate. Lege diligenter, reperies » arcanæ doctrinæ theſaurum inæſtimabilem.

» Ex præfatione recentioris cuiuſdã anonymi. Quia uero hic Pſalmorũ liber » tot & tam profundis myſterijs plenus eſt, ut à nemine ſine reuelatione uel docto in» terprete poſſit intelligi. Ea de re magnus ille doctor Auguſtinus noſter deuotiſſi» mus Dei cultor, animarũq; ſalutis zelator ardentiſſimus, illius explanationi uigi» lanti ſtudio inſudauit, clauſa quæq; reſerans, abſcondita reuelans, myſteria pan» dens, obſcura dilucidans, dubia definiens, uitia deteſtans, uirtutes extollens,

ſupplicia

ſupplicia comminans, præmia promittens, puſillanimes confortans, præſumentes deterrens, perſeuerantes coronans, ita ut nemo qui diligenter legerit, abſq; fructu diſcedat.

NONVS TOMVS, Continens diui Auguſtini tractatus, hoc eſt, primo quidem loco expoſitiones ad populum factas in nouum Teſtamentum. Secundo, opuſcula quædam inflammantia affectum pietatis. Teritio, Concionalia quædam de uariis argumentis.

In Euangelium Ioannis expoſitio, cum præfatione authoris incerti: ſunt autem tractatus 124.

Expoſitio in epiſtolam beati Ioannis, in 10. tractatus diuiſa.

In Apocalypſim Ioan. homiliæ 18. Cenſura D. Eraſ. Non uidet Auguſtini, quanquam opus lectu dignum. Sunt quædam humiliora, quę non annotaſſet Auguſtinus, & interdum in eadem pagina repetitur iiſdem uerbis eadem ſententia. Poſtremo qui conuenit, ut de rebus tam obſcuris tanta breuitate loqueretur apud populum? Videntur annotatiunculæ à ſtudioſo quopiam collectæ, quas aliquis uertit in homilias, aſſutis in initio ac fine uerbis aliquot frigidis. In medio nulla concionis appellatio.

Meditationum liber. D. Eraſmus ad Lectorem. Habes hic euchariſtias, doxologias, & precationes aliquot pias ac doctas, quarum exceptis poſtremis Auguſtinum fuiſſe authorem, nec aſſeuerare uelim, nec inficiari. Illud res indicat ab eo proditas, qui libros Auguſtini non indiligenter legit. Titulum addiderant, Liber meditationum.

De diligendo Deo, liber pius (inquit Eraſmus) nec ineruditus, quanquam phraſis plurimum diſcrepat ab Auguſtiniana.

Soliloquiorum animæ ad Deum liber. D. Eraſmi cenſura. Opus plenum piis affectibus, ſubinde tamen iterans eadem. Agnoſcas hominem uerſatū in Auguſtini uoluminibus, nonnunquam uerba quædam ac ſententias ueluti teſſellas intertexit ex libris confeſſionum, aliiſq; ſcriptis illius decerptas. Vehementer inculcat illud nihil, quod Auguſtinus docet ſine uerbo Dei factum eſſe. In ſumma, copiam probes citius quàm ordinem.

Manuale. Hic liber (inquit D. Eraſmus) ex ſuperioribus libellis magna ex parte conſarcinatus eſt per quempiam, nec eruditione, nec eloquentia præditum: proinde non uideo cur admodum lectu dignus uideatur. Caput 16. ponit in poteſtate hominis ut promereatur regnum cœlorum, quam ſententiam ubiq; deteſtatur Auguſtinus. Quanquam idem caput 22. dicit diuerſum.

De triplici habitaculo liber. D. Eraſmi cenſura. Et hunc pius quiſpiam & ociosus conſarcinauit, hoc melior ſuperiore quod breuior.

Scalæ paradiſi liber. Hoc opuſculum (inquit Eraſmus) fertur inter ſcripta diui Bernardi, quanquam nec illius uidetur eſſe, tantū abeſt ut ſit Auguſtini. Neq; enim Auguſtinus unquam laborauit manibus, quod monachorum eſt, qui tum ferè erant laici.

De duodecim abuſionum gradibus liber. Demiratur Eraſmus qua fronte quiſquam hoc opus putarit tribuendum Auguſtino. Videtur eſſe boni cuiuſpiam laici.

De contritione cordis libellus, qui nec ipſe uidetur Eraſmo quicquam habere Auguſtini.

De cognitione ueræ uitæ liber. D. Eraſmi cenſura. Hoc opus Auguſtini non eſſe non eſt quod admoneam. Stilus magis refert Iouinianū quempiam, uel febricitantē potius, &c. Apparet eſſe gymnaſmata monachi tyronis theologiæ,

„ quí quãtum in philoſophia ſcholaſtica profeciſſet, uoluit hoc libro dare ſpecimen.
„ De ſpeculo liber. Et hunc libellum (inquit Eraſmus) ſtudioſus aliquis conſar
„ cinauit, unde ipſe in fine uocat defloratiunculam. Multa inſunt quæ in ſuperiori-
„ bus habentur: ſubinde intertexit uerſiculos ex Boëtij libro tertio, quum is longe
„ poſterior fuerit Auguſtino, &c. Stilus inæqualis eſt.
„ De uita Chriſtiana liber. D. Eraſmi cenſura. Hunc librum non eſſe ſan-
„ cti Auguſtini non minus ſuperuacaneum ſit, quàm ſi quis admoneat, bubalum
„ non eſſe equum. Fruatur ſuo quiſq; iudicio, ego nihil uideo dignum in quo tem-
„ pus terat, cui ſit alioqui aliquid ſerij negocij.
„ De aſſumptione beatæ Mariæ uirginis liber, qui (teſte Eraſmo) ne pilum quidē
„ habet Auguſtini.
De diſciplina Chriſtiana, uel de domo diſciplinæ liber.
De decem chordis liber, id eſt 10. præceptis.
De cantico nouo liber.
„ De contemptu mundi liber. D. Eraſmi cenſura. Quum hic ſermo nihil
„ prorſus habeat Auguſtini, tamen qui finxit, haberi Auguſtinus uoluit, &c. Me-
„ minit Canonicorum, quaſi hoc cognomen agnouerit ætas Auguſtini. Sed impu-
„ dentius eſt, quod eundem facit ſtatum, canonicorum, clericorum & monacho-
„ rum, &c. Eamus, & has indoctas nænias tribuamus Auguſtino.
De uanitate ſæculi libellus, qui cenſore Eraſmo non eſt Auguſtini.
„ Sermo de obedientia & humilitate, ne pilum quidem habens docti hominis, ne-
„ dum Auguſtini. D. Eraſmus.
De bono diſciplinæ opuſculum, quod Eraſmus Auguſtini eſſe negat.
„ De uiſitatione infirmorum libri 2. D. Eraſ. cenſura. Sermo locutulei, nec
„ docti, nec diſerti. Quid habuerunt uel frontis, uel mentis, qui talia ſcripta nobis
„ obtruſerunt nomine Auguſtini?
De conſolatione mortuorum ſermones 2. Eiuſdem omnino farinæ cuius eſt
„ ſuperior. D. Eraſmus. Idem repetit ab initio ſecundi ſermonis.
„ De quarta feria, ſiue cultura agri Dominici, ſermo, non Auguſtini, ſed locutu-
„ lei cuiuſpiam.
„ De cataclyſmo ſermo, nihil habens Auguſtini, ut cenſet Eraſmus.
„ De tempore barbarico. Eiuſdem farinæ hic ſermo eſt. Eraſmus.
„ De ſobrietate & uirginitate. Sermo neſcio cuius, certe nec pilum habet Au-
„ guſtini, ne ſcriptoris quidem eruditi. D. Eraſmus. (D. Eraſ.
„ Speculum peccatoris, tractatus. Eiuſdem omnino farinæ cuius eſt ſuperior.
„ De pœnitentiæ medicina liber 1. D. Eraſmus. Hic libellus de pœniten-
„ tiæ medicina non omnino ineptus eſt, ſed plurimum diſcrepans ab Auguſtino,
„ quemadmodum & ſequens.
De utilitate pœnitentiæ tractatus. Vide cenſuram præcedentis.
„ De conflictu uitiorum & uirtutum liber 1. Cæteris ſanior (inquit Eraſmus)
„ ſed nihil habens Auguſtini.
De quatuor uirtutibus charitatis tractatus, quē Eraſmus Auguſtini eſſe negat.
De laudibus charitatis tractatus. Non eſt Auguſtini. D. Eraſmus.
De honeſtate mulierum libellus, chartæ ferè dimidiæ.
De paſtoribus liber, cuius chartæ ſunt 3. & tres quadrant.
De ouibus liber ſiue homilia, chartis tribus & quadrante.
De ſymbolo uel regula fidei ad catechumenos libri 4.
De conuenientia decem præceptorum, & decem plagarum liber 1.
„ De rectitudine catholicæ conuerſationis tractatus, quem Eraſmus iudicat non
„ eſſe Auguſtini.
De utilitate ieiunij tractatus. D. Eraſmo non uidetur Auguſtini.

De

De urbis excidio tractatus incerti authoris, charta una.

De creatione primi hominis tractatus. Des. Erasmus. Fragmentum esse uidetur nescio cuius. Quadrans est chartæ.

De arbore scientiæ boni & mali tractatus, non est Augustini. D. Erasmus.

De pugna animæ tractatus incerti authoris. Trib. oct. unius chartæ.

Tractatus de Antichristo, non est Augustini. Eras.

Psalterium, quod diuus Augustinus matri suæ composuit. Charta dimid.

Expositio super Magnificat, canticum Mariæ. Tres quadrant. chartæ.

DECIMVS TOMVS, Continens reliqua tractata apud populum.

De uerbis Domini saluatoris liber diuisus in sermones 64. secundum euangelistas Matthæum, Lucam, & Ioannem.

De uerbis Apostoli sermones 35. sic inscripti quod potissimum Pauli uerba interpretentur, quanquam & Lucæ nonnulla & Psalmorum exponantur, & ex epistolis Iacobi & Ioannis in posterioribus aliquot sermonibus.

Liber quinquaginta homiliarum.

Opus sermonum 256. de tempore secundum Dominicos aliosq; dies quibus apte conueniunt, ordinate distinctorum. Huic operi (inquit Erasmus) admixtæ sunt complures homiliæ, quæ in alijs uoluminibus alios authores præferũt, quod ferè solet fieri in hoc genere scripti.

Opus sermonum 50. de sanctis tam in specie quàm in genere siue cõmuni, quorum festiuitates præcipue sancta celebrat ecclesia, eo ordine quo occurrunt.

Sermones 76. ad fratres suos in eremo commorantes, & quosdam alios. D. Erasmi censura in primum sermonem. Oratio consarcinata ex Augustini regula, nihil alioqui habens Augustini. Artifex qui finxit hoc agit, ut ordinem qui Augustinensium dicitur, orbi commendaret. Itaq; quotquot sunt huius generis, theta præfixo notauimus.

Opusculum de uita conuersatione ac morte sanctæ Monicæ matris beati Augustini. Hoc opere (inquit Erasmus) nihil ineptius, nihil uanius. Deinde addunt quædam ex Calixto, Sigeberto, Beda & alijs, quæ pertinent ad uitam, & mortem Augustini, eiusq; corporis translationem.

Postremo subnectitur copiosus index omnium quæ insigniter dicta sunt à diuo Augustino, iuxta ordinem literarum digestus.

AVRELII Cornelij Celsi medicinæ libri 8. Excusi Venetijs in officina Aldi, anno 1528. in 4. chartis 42. ex emendatione Baptistæ Egnatij, unà cum opusculo Q. Sereni de medicina. Ex præfatione Egnatij. Quinetiam ex Galeno Hippocrateq; multa adtexere decreueram, ut nostrates medici cum Hippocratem intelligerent penè à Cornelio in linguam Latinam uersum, libentius multo illum legerent. Cornelij Celsi Fabius, quod sciam, ex ueteribus tantum meminit, laudans hominis industriam, quod cum Lenate rhetoricen multo quàm ante illum alij accuratius explicarit: sed & idem Sceptios imitatus, non parum multa summo cum nitore, & cultu scripsit: artem quoq; militarem, & disciplinas ferè Græcas omneis amplexus, eas Latine loqui docuit: & ex his medicinam omnium nostratiũ princeps ita absoluit, ut æmulari potius multi, quàm assequi parem laudem possint. Hæc ille. Memínit autem Cornelij Celsi Columella quoq; lib. 1. ca. 1.

Argumentum primi libri. Procemium in quo de medicinæ authoribus agit, & de ratione ac experimentis. Quomodo sanos agere conueniat. Obseruationes quædam prout res nouæ accidunt: & prout corporum genera, & sexus, & ætates, & tempora anni sunt. De capite infirmo, lippitudine, grauedine, destillatione, tonsillis, aluo soluta, coli doloribus, stomacho laborantibus, & de obseruatione in pestilentia.

Secundi. Quæ anni tempora, tempestatũ genera, partes ætatis, qualia corpora uel tuta uel morbis opportuna sunt: & quod ualetudinis genus in quoq; timeri possit. De uarijs signis bonis & malis. De morborum curationibus. De uarijs inanitionibus. De alimentis eorumq; facultatibus: & in ultimo capite de medicaminum quoq; aliquot uiribus.

Tertij. De morborum generibus. Quomodo morbi cognoscantur, eorumq; tempora, & de curationis initio. Cura febrium omnis generis & accidentiũ eorum. De tribus insaniæ generibus, morbo cardiaco, lethargo, hydrope, tabe ac speciebus eius, morbo comitiali, regio, elephantia, attonitis, ac neruorum resolutione.

Quarti. De humani corporis interioribus sedibus. De capitis dolore, spasmo cynico, linguæ resolutione, destillatione ac grauedine, ceruicis morbis curationibusq;. De angina, difficultate spirandi, tusse. De stomachi morbis & laterum doloribus. De morbis uiscerũ, pulmonis, iecinoris, lienis, & renum. De morbis intestinorum, cholera, cœliaco, iliaco, colico, dysenteria, lienteria, lumbricis, tenesmo, & fluxu uentris. De uuluæ morbo, seminis profusione. Postremo, de artuum doloribus.

» Quinti. Ex præfatione authoris. Dixi de his malis corporis, quibus uictus
» ratio maxime subuenit. Nunc transeundum est ad eam medicinę partem, quæ ma
» gis medicamentis pugnat. Sed cum omnia medicamẽta proprias facultates ha
» beant, ac sæpe simplicia opitulentur, sæpe mixta: non alienum uidetur ante propo
» nere & nomina, & uires, & mixturas eorum: quo minor ipsius curationis ex se
» quentibus mora sit. Primum igitur simplicia medicamenta, quæ foris maxime adhibentur, secundum uarias facultatum differentias enumerat: deinde compositiones multas describit, malagmata, emplastra, pastillos, pessos, & arida medicamenta: Hieræ, Iolæ, Iudæi & Timæi mixturas: sternutatoria, gargarizationes, antidota, acopa, catapotia, & alia huiusmodi. De uulneribus, & ijs quæ circa uulnera obseruari debent, eorumq; curatione. De ulceribus quædam. Speciales curationes aduersus ictus serpentium. Aduersus quædam uenena. De uarijs ulceribus & abscessibus, scabie, impetigine, papulis, uitiligine.

Sexti. De uarijs affectibus & uitijs externis capillorum, capitis, faciei, oculorum, cum curis eorundem, & aliquot collyriorum descriptionibus ad caligationẽ oculorum. De affectibus aurium, narium, dentiũ, tonsillis. De ulceribus oris & gingiuarum. De uua, cancro oris, parotidibus, & umbilico prominente. De uitijs colis, testiculorũ, ani, & si anus aut uulua procidat. De digitorũ ulceribus.

Septimi. Ex præfatione. Ipse autem huic parti ea reliqui, in quibus uulnus facit medicus, non accipit: & in quibus uulneribus ulceribúsue plus perfici manu, quàm medicamento credo. Describit igitur omne genus affectuum in hoc libro, quibus curandis incisio ferri desyderatur, à capite ad inferiora progrediens.

Octauus proponit ossium totius corporis curam quæ aliquo modo uitiata, fracta, luxatáue sunt.

T.cl.380. AVRELIVS Prudentius Clemens, poëta Christianus, multa præclara scripsit carmine & prosa, ex quibus reperi,

Contra Symachũ idololatrã,	lib. 2.	Paulus præco dei.
De compugnantia,	lib. 1.	Senex fidelis prima.
De diuinitate,	lib. 1.	Est tria summa deus.
Contra patripassionos,	lib. 1.	Plurima sunt, sed.
Contra Sabellianos,	lib. 1.	Cede prophanator.
Contra Iudæos,	lib. 1.	Hæc si Iudaicos, si in.
Cõtra Homuncionitas,	lib. 1.	Sunt qui Iudaico cog.
Cõtra phantasmaticos,	lib. 1.	Est operæpretium nebu.

De

De origine peccatorum,	lib. 1.	In hexameron,	lib. 6.
De sancta trinitate,	lib. 2.		
Hymnorum diuersorum,	lib. 2.	Ales diei nuntius lucem.	
Laudes sancti Vincentij,	lib. 1.	Beate martyr prospe.	
Laudes sancti Laurentij,	lib. 1.	Antiqua phanorum pa.	
Laudes Romani cõtra gẽtiles,	lib. 1.	Romane Christi fortis.	
Historiarum,	lib. 1.	Eua columba fuit.	
De animæ natura,	lib. 1.	Occurrit dubitans hic.	
De resurrectione carnis,	lib. 1.	Posco meum in Christo.	
De martyribus,	lib. 1.	Scripta sunt cœlo.	
De statu animæ,	lib. 1.	Errat quisquis animas.	
Hamartigẽnian.	lib. 1.	Fratres Ephebi fossor.	
De spe ueniæ oratione, siue,	lib. 1.	O deæ cuncti parens.	
Contra Marcionitas,	lib. 1.	Quo te præcipitat rabi.	
Peri stephanon,	lib. 1.	Pius fidelis innocens.	

Epistolas etiam scripsit non paucas.

* Aurelius Prudentius Clemens uir consularis, genere fuit Hispanus, ex urbe Cæsaraugusta, ingeniosus, grauis, & ornatus moribus, ac Christianæ religionis obseruantissimus: licet adolescentiam & iuuentutem, quum bonis literis indulgeret, incontinenter egerit. Postremo 57. annum agens, res ecclesiasticas uario metrorum genere cœpit componere, ingenioseque quidem & eleganter, sed spreta interdum syllabarum quantitate in peregrinis dictionibus, & maxime Græcis: & si literas Græcas eum non ignorasse ex titulis librorum appareat. Sed ectasin systolenq; facere posse interdum in rebus sacris sibi licuisse (nisi mendosi codices) fortasse uoluit. Floruit temporibus Valentiniani secundi, & Theodosij magni, & filiorũ eius Arcadij & Honorij imperatorũ. Quibus & Ausonius & Claudianus poëtæ, item Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, diui ecclesiæ sanctæ doctores floruerunt. Nam in procœmio primi libri contra Symmachum, colligimus Prudentiũ eo tempore floruisse, quo Symmachus. Tum quia contra Symmachum diuus etiam Ambrosius scripsit ad Valentinianum Augustum, perspicimus diui Ambrosij tempestate fuisse Prudentium. In fine autem secundi libri contra Symmachum, uidetur Prudentius ad Honorium Theodosij magni filium dirigere sermonem. Præterea meminit Stiliconis, &c. Romam quoq; ex Hispania profectum fuisse testatur ipse in libro Peri stephanon, in Cassiani, Hippolyti, & Petri, & Pauli martyrijs.

Aurelij Prudentij Clementis poëmatia aliquot excusa Basileæ apud Cratandrum, anno 1527. in 8. chartis 28. & dimid. cum scholijs Ioan. Sichardi, quæ constant tribus chartæ quadrantib. Et rursus ibidem apud Hen. Petrum, & quodam in loco cum commentarijs in fol.

Hæc omnia (de Henrici Petri æditione loquor) emendauit Ioan. Sichardus ex codicibus uetustioribus, cum antea loci quidam mutili, & suppositicia nonnulla legerentur, ut ipse testatur in præfatione. Adiecta est ab initio authoris uita per Aldum Romanum descripta, cuius summam hic repetiuimus. Sed iam singula enumeremus.

Psychomachia, id est animi pugna, ubi uirtutes cum uitijs pugnant et uincunt: cuius partes sunt,

Præfatiuncula 2.	Fidei & Idololatriæ pugna.
Pudicitiæ & Libidinis pugna.	Patientiæ & Iræ congressus.
Superbiæ & Humilitatis pugna.	Luxuriæ & Sobrietatis pugna.
Auaritiæ & Largitatis.	Concordiæ & Discordiæ pugna.

Omnia uersibus hexametris, excepta præfatiuncula priore, quæ constat senarijs.

Liber Cathemerinôn, id est, diurnarum rerum opus. Sunt enim odæ ex uario

metrorum genere à matutino ad uespertinum crepusculum. Præfatio.
Hymnus ad galli cantũ. Matutinus. Ante cibum. Post cibum.
Ad incensum cerei paschalis. Ante somnum. Ieiunantium. Post ieiuniũ.
Omni hora. In exequijs defunctorum. Octauo Kalend. Ianuarias.
Epiphaniæ.

Liber Peri stephanωn, id est, de coronis siue martyrio coronatis, qui similiter uarijs carminibus fluit.
Hymnus in honorẽ sanctorũ martyrũ Hemiterij, & Cheledonij Calagurritanorũ.
De diuo Laurentio. De Eulalia uirgine.
De 18. martyribus Cæsaraugustanis.
De S. Vincentio martyre.
De fructuoso, episcopo Terraconensi, & Augurio, & Eulogio, martyribus.
De Quirino martyre, & episcopo Siscianæ ecclesiæ.
Locus, ubi Martyres passi sunt, quod Baptisterium appellatur.
Passio Cassiani martyris, in foro Corneliano.
Romani martyris supplicium.
De passione Hippolyti martyris, ad Valerianum episcopum.
Petri & Pauli apostolorum passio.
De Cypriano martyre, & episcopo Carthaginensi.
De Agnete uirgine.

Apotheosis, id est, de diuinitate, tota carmine hexametro scripta, præter hymnum primum, qui senarios & dimetros iambicos alternis habet.
In infideles hymnus. Contra hæresim, quæ patrem passum affirmat.
Contra Vnionitas, id est, Sabellianos hæreticos.
Aduersus Iudæos. De natura animæ.
Aduersus Fantasmaticos, qui Christũ negant uerum hominis corpus habuisse.
De resurrectione carnis humanæ.

Hamartigenia, id est de origine peccatorũ (*Trittenhemius tamen* separat) uersibus heroicis, sed præfatio senarijs. In hoc opere scribit aduersus Marcionem hæreticum, qui duos esse deos dicebat, alterum ueteris Testamenti crudelem, sanguinarium, ac pessimum. Nouí alterum, pium, misericordem, optimum: atq; animos à bono, à malo corpora esse creata, pugnasseq; eos inter se, atq; à malo bonũ uictum, animumq; in corpus immissum, & hinc inter carnem & animum bella geri intestina assidue: quod confirmabat his Apostoli uerbis: Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Id uero, quia fontes peccatorũ, origoq; est, hamartigenia libello inditum est nomen: cui circa finem additur argumentum. De integritate uisionis animæ, deinde peroratio.

Symmachi V. Cl. relatio, oratione prosa, ad Valentinianũ, Theodosium, & Arcadium, Augustos, pro ueteri Deorum cultu aduersus Christianos, angustior dimidia charta.

Aur. Prudentij contra Symmachum libri 2. hexametris.

Præfatio tamen Asclepiadeis uersibus composita est. De Saturno, Ioue, Mercurio, Priapo, Hercule, Baccho, Marte, &c. his omnibus, postquam multa absurda de eis retulit, crucis potentiam opponit. Secundo libro ad singulas Symmachi sententias particulatim respondet.

Enchiridion Noui & Veteris testamenti, quod & quidam Dittochæum uocãt, carmine heroico. Explicantur autẽ tetrastichis singulæ historiæ: trib. quadrant. chartæ unius.

Διττοχαῶν interpretantur duplicem cibum, nimirum propter titulos historiarum utriusq; Testamenti. Sed quoniam non sic excultus est & elaboratus hic liber, ut cæteri à poẽta cõpositi, sunt qui non esse Prudentij dicunt. Ego uero ipsum

(inquit

(inquit Aldus) à cæteris separare non sum ausus: tum quia Gennadius Dittochæū à Prudentiō compositum dicit: tum etiam, quia in antiquissimo codice cæteris Prudentij operibus, quæ imprimenda curauimus, insertus & hic erat libellus. Scripsit etiam aduersus Symmachum libros 2. heroico carmine pulcherrimos, in quibus & doctrinam suam, copiamq; ac ingenium non mediocre ostendit. Erat autem hic Symmachus urbis Romæ præfectus, ac summa uir eloquentia, qui ad Valentinianum & Theodosium Arcadiumq; imperatores legatus à Senatu missus, ut ueteres deorum cultus reuocarentur, hac de re elegantem habuit orationē. Quæ impressa inter diui Ambrosij epistolas uisitur, cui & Ambrosius prosa oratione, & Prudentius heroico uersu apte copioseq; respondēt. Inquit quoq; Gennadius Hexaëmeron de mundi fabrica, usq; ad conditionem primi parentis & præuarication eiusdem commentatum fuisse Prudentium, quod opus si uenisset in manus nostras, unà cum cæteris prodijsset in publicum.

AVRVSPAM quære in Ioan. Auruspa: quanquam aliquando sine prænomine legerim, unde dubitari potest an idem sit author.

AVSONII Pæonij poëtæ liber quidam impressus. De Ausonio Gallo in prænomine Decij loquemur.

AVTOCRATES apud Athenæum fertur Achaica scripsisse. Suidas antiquum Atheniensem Comicum fuisse scribit.

AVTODORVS Epicureus Heraclidem Ponticum arguit, contradicens ijs quæ ille de iustitia scripsit. Diogenes Laërtius circa finem quinti libri.

AVTOLYCI de ortu & occasu lib. 2. Græci, Romæ in bibliotheca Vaticana extant.

AVTOMEDONTIS Cyziceni epigrammata tria legimus in Planudis anthologio, unum in primo libro, reliqua in secundo: quanquam semel tantum Cyziceni gentile additur.

AVXENTII epistola apologetica cum Hilarij operibus excusa.

AXIONICI comici sex fabulæ citantur ab Athenæo.

AYMARVS Falconeus Thautanus scripsit de animi exhilaratione librum excusum Viennæ in 8. anno 1541. Et Basileæ apud VVinterum.

AYMARI Riuallij Allobrogis, siue Delphinensis I. C. eruditi & eloquentis Ciuilis historiæ iuris, siue in 12. Tab. Leges commētariorum libri 5. Iam denuo recogniti. Historiæ item Iuris Pont. libellus singularis. Impressi Moguntiæ 1533. in 8. chartis 23. & dimid. Historiæ autem Iuris Pontificij dimidia solum charta est.

Ex præfatione authoris ad Antonium à Prato Cancellariū Galliarum. Caium iurisperitum secutus dignissime Cancellarie, nefas semper putaui neglecta iuris historia, uelle Ciuilem, aut Pont. disciplinam adipisci, præsertim cum de abrogatione & iuris derogatione agitur. Nam cum posteriores leges prioribus contrarijs abrogent, si ignoremus qui legumlatores præcesserint, quiue secuti sint, haud facile sciemus quæ quibus derogent. Præterea historia euidentiorem iuris præstat intellectū, & alias in sapientia ciuili ac Pont. utilitates affert, quæ secta utriusq; iuris historia patebunt. Quare his adductus rationibus, Italiam peragrando coniungere quinq; libris ius & historiam Romanorum primo enixus sum: deinde singulari libro iuris Pont. explicare historiam uolui.

Præter explicationem 12. Tabularum, primus liber historiam continet septem regum Romanorum. Prius tamen de iustitia & reipub. speciebus disserens.

Secundus uarias leges explicat, primum ex 12. Tabulis, deinde cæteras quæ ab authoribus suis denominantur. Hic liber reliquis uniuersis uel duplo maior est.

Tertius exponit senatusconsulta, & prætorum edicta.

Quartus decreta principum complectitur, & Cæsarum historiam à Iulio ad Iustinianum usq; persequitur.

Quintus responsa prudentum declarat, & ueterum I. C. historiam à Capitone

uſq; ad Sextum Pedium refert.

AZARARII practica in medicina, impreſſa in Italia. Audio Alpharabium autho rem, de quo ſupra diximus, à nonnullis Azarauium ſcribi, quod Lectori inquiren dum relinquo.

T.cl.1230. AZO natione Italus ex Bononienſi ciuitate oriundus, Ioannis Boſiani Cremonen. ſis uiri doctiſſimi quondam auditor, multa ad ius ciuile pertinentia opuſcula ædi. dit, quibus laudem & gloriam immortalem acquiſiuit.

Summam iuris notabilem, lib. 1. Super Digeſto ueteri, lib. 24.
Super Codice quoq;, lib. 9.

Præterea optimos in legibus apparatus confecit, & pluribus ſummis additiones appoſuit, ac uaria ſcripſit quæ à doctis non ignorantur.

* Eius ſumma in Iure ciuili, impreſſa in Italia.

» Azo I.C. Bononienſis fuit, & iuriſprudentia reliquis ætatis ſuæ iureconſultis
» longe præſtitit: quam publice Bononiæ profeſſus eſt. Inde uero æmulorum inui.
» diæ cedens, ad montem Peſſulanum ſe contulit, ibidemq; non minori cum gloria,
» cum illum optimus atq; ſtudioſiſſimus quiſq; eruditionis cauſa ſequeretur, quaſi
» priuatim docuit. Verum cum indies magis ac magis nomen ipſius celebraretur,
» uirtute inuidiam ſuperante, Bononiam eſt reuocatus, magnoq; deinceps in pre.
» cio fuit. Multos claros uiros erudiuit. Summam in omnes titulos Codicis con.
» ſcripſit elaboratiſſimã, doctorumq; omnium calculis primo loco receptam. Con
» ſcripſit etiam magnos apparatus ſuper Digeſto ueteri. Hunc Baldus (non impe.
» ritus ingeniorum iudex) plus ſemel, tanquã fontem legum, & uas electionis præ.
» dicat. Hæc ex uitis Iureconſultorum Ioan. Fichardi.

NOMINA ET LVCVBRATIONES AVTHORVM A B litera incipientium.

BACCHYLIDIS epigramma libro sexto Florilegij. Athenæus allegat eius Amatoria.

BACCHYLVS, Corinthi episcopus, sub Seuero principe clarus habitus, de pascha ex omnium qui in Achaia erant episcoporũ persona, plenum eruditione librum conscripsit. D. Hieronymus.

BACCIAVIVS, uir philosophiæ Christianæ nudus & expeditus, uacare Deo disponens, etiam peregrinationem pro conseruanda proposita integritate elegit. Aedidisse dicitur grata opuscula, sed & ego ex illis unum tantum de fide librum legi, in quo satisfacit Pontifici urbis aduersum querulos & infamatores peregrinationis suæ, indicans se non timore hominum, sed Dei causa peregrinationem suscepisse, ut exiens de terra sua & cognatione sua, cohæres fieret Abrahæ patriarchæ. Gennadius.

BACCII Vgolini epistolium legitur in fine septimi libri epistolarum Politiani.

BACHOMIVS abbas à Trittenhemio uocatur, quem Gennadius Pachumium uocat. Vide infra.

BACHONIS Rogerij opera quædam extant Viennæ, quæ ciuitas est Austriæ, haud scio an impressa.

Perspectiua singularis.	Liber de speciebus.
De loco stellarum.	De speculis ustorijs.

BADERI de Eucharistia liber, impressus in Germania in 8.

BAETON quidam scripsit Alexandri *σαλμὼς*, citatus Athenæo.

BAGOROTVS utriusq; iuris professor insignis, scripsit opuscula quæ extant, T.

Cauillationum,	lib. 1.	Cum periculosum sit mi.	
De ordine iudiciorum,	lib. 1.	Precibus & instantia.	

Alia insuper complura scripsisse dicitur, sed ad notitiam meam non uenerunt.

Rabbi BAHAI filij Aser expositiones in legem lingua Hebraica, impressæ.

BALBI cuiusdam liber ad Celsum, de agrimensoria, ratiocinatoriaq;, de asse, minutisq; eius partibus, à M. Fa. Caluo Hippocratis interprete citatur, & opusculum de asse in fine operum Hippocratis, quæ ipse transtulit, adijcitur. Raph. etiam Volaterranus in cœnobio quodam propè Bobium oppidum, Balbi librum de nominibus mensurarum, anno 1494. inuentum, scribit in sua Geographia.

BALDVS Perusinus, Bartholi de Saxoferrato quondam auditor, iureconsultus omnium sui temporis celeberrimus, scripsit multa in utroq; iure præclara opuscula, quibus nomini suo æternam apud posteros memoriam comparauit, de quorũ numero subiecta feruntur. T. M. 1423.

Super Codice,	lib. 9.	Super. ff. ueteri,	lib. 24.
Super. ff. nouo,	lib. 12.	Super. ff. Inforciati,	lib. 14.
Super Institutis,	lib. 4.	De usu feudorum,	lib. 1.
Super Autenti.	lib. 1.	Super secundo Decretalium,	lib. 1.
Additiones Speculi,	lib. 1.	Consilia multa,	lib. 1.

Et alia complura.

* Consiliorum partes 4. in magno fol. impressæ Brixiæ, 1490.

Baldus de Vbaldis Perusinus, filius Petri de Vbaldis nobilis Perusini, artium & medicinæ doctoris, fratres habuit Angelum & Petrum Iureconsultos. Adolescentulus adhuc audiuit Ioan. Pogliarensem. Item Franciscum Tigrinum Pisanũ, uirum magnæ memoriæ & doctrinæ, sanctæq; (ut alij tradunt) uitæ. Et Bartholum

„ de Saxo Ferrato, quem præ reliquis tanquam præceptorem ſuum in multis locis
„ prædicat & extollit. Ingenio tam maturo & felici fuit, ut 17. ſtatim anno publice
„ repetierit legem Centum Capuæ, Digeſtis De eo quod certo loco. Poſtea cum ſtu
„ diorum ſuorũ legitimum tempus abſoluiſſet, ac ſolitis Doctoratus inſignibus eſſet
„ ornatus, Bononiam profitendi cauſa conceſſit, anno 1344. Quàm excellentis au-
„ tem & propè diuini fuerit ingenij, cum ex ſcriptis illius manifeſtiſſimum ſit, nihil
„ opus eſt referre. Eruditionem in illo ampliorem nemo, ſed cõſtantiam complures
„ deſiderarunt. Variauit enim perſæpe, & contraria inuicem pugnantiaq; multis in
„ locis ſcripſit. Sed humanum eſt hoc uitium, non ſemper dictorum meminiſſe, &
„ cauſæ interdum inſeruire; imò uero ne poſſibile quidem uidetur, ut qui polygra-
„ phus eſt (qualis Baldus fuit) idem per omnia ſibi conſtare poſſit. Exempla in prom
„ ptu ſunt. Sed illi forſan non tam uitiũ illud, quàm eius crebritatem in Baldo repre-
„ hendunt. Fuit autẽ Baldus non Ciuilis tantum, ſed & Pontificij iuris doctiſſimus;
„ id quod pauci ex æquo præſtare potuerũt. Itaq; miratur alicubi Ludo. Romanus,
„ quod eum tam magnum Canoniſtam fugerint aliqua capitula, &c. Cum igitur
„ maximi nominis eſſet in tota Italia, accerſitus tandem eſt à Ioan. Galea Medio-
„ lani duce Papiam, ubi compluribus annis publice profeſſus eſt. Aedidit multa uo
„ lumina in Iure ciuili, & in Iure Canonico. Allegantur etiam quædam, quæ cum
„ operibus ſuis impreſſis non inueniuntur, puta liber quem Peculium inſcripſit; &
„ Tractatus de Cõmemorationibus famoſiſſimorum Doctorum in utroq; Iure, &
„ quædam alia. Profeſſus eſt ad extremam uſq; ſenectam. Nam tum temporis, cum
„ Commentaria in Feudales libros pararet, 47. annis prælegerat, ut ipſe refert in eo
„ rum Commentariorum præfatione. Et tamen ibi ſubiungit: Quod ſi ex parte ali-
„ quid didicerim, tamen in comparatione latitudinis intellectus profecto nihil me
„ intellexiſſe agnoſco. Filios duos habuit (ut tradit Iacobus Philippus Bergomenſis
„ in Chronicis) Zenobium, qui & Equeſtribus ornamentis & Doctoratus inſigni-
„ bus donatus fuit: & Franciſcum, & ipſum utriuſq; I. Doctorem. Mortuus eſt tan-
„ dem anno 1400. & Papiæ in templo S. Franciſci ſepultus, ubi & epitaphium eius
„ legitur. Hæc Ioan. Fichardus in uitis Iureconſultorum.

De eã morte vide Foreſt. Melandri hiſt. M.

Scripſit commentarios ſuper totum corpus Iuris Ciuilis. Item practicam Lug-
duni impreſſam apud Paganellum. Margaritam ſeu repertorium.

BALDVS Nouellus ſcripſit de dote, & de uerborum obligationibus.

T.cl.1480. BAPTISTA de ſancto Blaſio de Padua, uir in utroq; iure peritiſſimus, ſcripſit in ea facultate quædam præclara opuſcula, quibus ingenij uim præſentibus & poſteris oſtendit, è quibus legi

De priuilegijs dotalibus,	lib. 1.	Quoniam circa dotes multa.
Correlatiuorum quoq;	lib. 1.	In hoc opere correlatiuo.
Quæſtiones de arbi. c.	lib. 1.	In Chriſti nomine. a. Quoniam.
Super prima rubrica decre.	lib. 1.	In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti.

Scripſit & alia. Compleuit hæc ipſa opera in gymnaſio Patauino, ſub Frederico Impe. tertio.

* Baptiſta de S. Blaſio ſcripſit de differentia inter arbitrum & arbitratorem.

De arbore actionum ſuper tit. Inſtit.	De actionibus.
Contradictionum utriuſq; Iuris duas centurias collectas.	
Super Decreto R. Decreti.	De dote.

BAPTISTA Caccialupus I.C. ſcripſit de penſionibus, differẽtiam inter Ius commune & feudorum, & alia quædam mihi incognita. Præceptor fuit Marij Salamonij Albertiſthi.

T.cl.1494 BAPTISTA Cimatorius I.C. ſcripſit ſuper l. legatum. 2. Infortiati de legatis. 1.

BAPTISTA Ferrariẽſis, ordinis fratrũ beatę Marię ſemp uirginis de mõte Carmeli, ſcripſit multa præclara uolumina, è quibus ſubiecta feruntur. Opus luculentiſſimum

mum historiarum à Christi temporibus usq; ad nos, quod prænotauit

Floridam,	lib. 1.	Chronica sui ordinis,	lib. 1.
De ruina Romani Imperij,	lib. 1.	De monte Syna,	lib. 1.
Vita Mechtildis,	lib. 3.	Chronica Ferrarien.	lib. 1.
Sermones uarij,	lib. 3.		

Epigrammata admodum multa ædidit atq; diuersa, quæ indies publicanda spera-mus. Conuertit etiam de Græco in Latinum, sermones beati Ioannis Chryso-stomi complures: & alia multa nobis incognita.

BAPTISTA Mantuanus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, Latinæ linguæ decus, & Græcæ clarus interpres, metro & prosa scripsit multa egregia uolumina, è quibus subiecta feruntur. Ad patrem suum, T.el.1494.

De beata uita dialogus,	lib. 1.	Frater Baptista, Petro.	
Suburbanum, de Bucol.	lib. 1.	Faustus adit segetes.	
Parthenices uita,	lib. 3.	Sancta Palæstinæ repe.	
De sancta Catharina,	lib. 1.	Costidis aggressi pu.	
De uita Ludouici Bononien.	lib. 1.	Maxime pontificum.	
Vita Alberti carmel. sapphico,	lib. 1.	Mensis Augusti redeunt.	
De calamitate suorũ temporũ,	lib. 1.	Cogimur istius mala.	
Panegyricus Roberti,	lib. 1.	Semideum ueteres insig.	
Somnium de eodem,	lib. 1.	Maxime iustitiæ cul.	
Ad Falconem epigrammatũ	lib. 1.	Debeo sed curæ prohib.	
Consolatio super morte,	lib. 1.	Deliciæ sacri fontis ce.	
De contemptu mortis,	lib. 1.	Quid mœres fatumq; ti.	
Contra poëtas turpiloquos,	lib. 1.	Sunt quibus eloquij datur.	
De expugnatione Granatæ,	lib. 4.	De patientia, prosaice,	lib. 1.
De ortu religionum,	lib. 1.	Apologia pro fratre Petro,	lib. 3.
Introductoriũ subtilis Scoti,	lib. 1.	Orationes elegantissimæ,	lib. 1.
Epistolæ multæ ad diuersos,		Diuersi generis carmina.	

Et alia complura.

* Baptistæ Fieræ Mantuani opera, excusa Parisijs apud Ascensium in paruo folio, cum commentarijs Ascensij, Murrhonis, & Brantij in plæraq; opera, anno 1513. tribus tomis carminum, separata est autem æditio librorum de patientia ac uita beata, qui prosa scripti sunt: chartis 439. Opuscula aliquot passim seorsim exi uerunt, apud Knoblouchum Argentinæ Partheníce tertia cum tribus sequenti-bus, & opus de mundi calamitatibus cum libro contra poëtas impudice scriben-tes. Vtraq; in 4. anno 1518. Et Basileæ Robertus VVinter excudit Euangeli-cam historiam cum uarijs hymnis & cœna.

Catalogus operum Baptistæ Manturani, quæ Parisijs in officina Ascensij impressa sunt.

Epistola nuncupatoria Partheníces ad Lodouicum Fuscarium, & Ioan. Bapti-stam Refrigerium.
Ad eosdem apologeticon.
Parthenícæ heroidum & uirginum sanctissimarum.

De diua Maria,	lib. 3.	De Catharina,	lib. 3.

De Margarita, Agathe, Lucia, Apollonia, & Cæcilia libri singuli: quorum ultimus antea non ædítus erat in lucem. Omnes uersibus heroicis.
Vita sancti Dionysij, lib. 3. carmine heroico.
Vita S. Georgij, lib. 1. eodem carmine.
Vita S. Ludouici Morbioli Bononiensis, lib. 1. uersibus elegiacis.
Hymnus elegiacus in natalem Ioan. Baptistæ.

Alius in diuum Albertum Carmelitam Siculum, carmine sapphico.
Votum elegiacum ad diuam Virginem pro recipienda sospitate post febrim.
Ad eandem pro extinguenda pestilentia oratio, hexametris.

Libri in secundo Tomo.

De calamitatibus suorum temporum, libri 3. heroico uersu. Propositio poëtæ:

» Cogimur istius mala tempestatis, & alto
» Egressas Erebo furias, turpiq; fugatam
» Virtutem exilio, & uarias percurrere clades
» Ob scelera immissas terris: artemq; docere
» Quæ premat ætherei flagrantem principis iram.

In primo libro calamitates enumerat, communes calamitatum causas, & per prosopopœiam septem monstra, id est, uitia describit, Superbiam, Inuidiam, Iram, Philargyriam, Gastrimargiam, Luxuriam, & Acidiam.

In secundo describitur, Querimonia Virtutis, Noua iactura rei Christianæ, Commemoratio beneficiorum Christi.

In tertio introducit Romulum, qui cohortatur Pompeium magnum, maximũ uidelicet reipub. amatorem, ut qui pro eius salute suam exposuit, ad succurrendum rebus miseris Italorum. Pompei uero nomine hortatur libertatis amatorẽ & reipub. amicum. Postea docet quomodo Deus placandus sit.

Obiurgatio cum exhortatione ad capienda arma contra infideles ad Potentatus Christianos, carminibus heroicis: ad Pontificem Max. ad Cæsarem, ad reges Pannoniæ, Francorum, Hispaniarum, Lusitaniæ, Nauarræ, Angliæ, Daciæ, Poloniæ, Prussiæ, & Russiæ: ad Senatum Venetum, ad Franciscum Gonzagam Marchionem Mantuæ, ad omnes Europæ principes ac populos Christo fideles.

De præsidentia oratoris & poëtæ, carmen heroicum. Vtrum orator aut poëta præstantior sit inquirit, & uidetur concedere multis argumentis poëtæ.

De suscepto theologico magisterio carmen eiusdem generis: quo studia sua & media commemorat, quibus ad theologicum magisterium peruenit.

Elegia contra amores illicitos.

Alia de natura Amoris ad iuuenes.

Contra poëtas impudice scribentes carmen elegiacum.

Bucolica, seu æglogæ decem, quarum octo adolescens adhuc scripsit, & inde Adolescentiam uocauit, iam quinquagenarius emendauit, multaq; nimis iuuenilia deleuit, atq; alias duas addidit, uersibus hexametris.

Aegloga prima, de honesto amore & felici eius exitu.

Secunda, de amoris insania.

Tertia, de insani amoris exitu infelici.

Quarta, de natura & ingenio mulierum.

Quinta, de consuetudine diuitum erga poëtas.

Sexta, de disceptatione rusticorum & ciuium.

Septima, de conuersione iuuenum ad religionem.

Octaua, de rusticorum religione.

Nona, de moribus Curiæ Romanæ.

Decima, de fratrum obseruantium, & non obseruantium controuersia.

Epigrammata uaria ad Falconem Protonotarium, cuius beneficio ex omnibus periculis est liberatus: inter quæ prolixiora sunt, Querimonia de morte Philippi Bauariæ, Pugna Virtutis & Fortunæ, et ultimum ad Falconem heroicum: reliqua enim elegiaca sunt.

De contemnenda morte & patienter ferenda, carmen elegiacum, in quo mentem suam alloquitur poëta.

Ad

Ad Ioan. Baptiſtam Refrigerium Conſolatio in morte Collæ Aſculani.
Threnos in obitu fratris Petri Nebularij declamatoris eximij.
De morte Federici Spag. fratris ſui carmen.
De morte Ioannis Soreti Galli Carmelitarum prioris generalis.
Querimonia de morte Alexandri Corteſij ad Hermolaum Barbarum.
Ad Ioannem Sabadinum Argenteum pro filij morte paramythia. Omnes iſti 6. funebres ſermones heroico uerſu ſcripti ſunt.

Libri in tertio Tomo.

Alphonſi Hiſpani, ſiue de Alphonſo libri 6. heroico uerſu: quorum Periochen Iodocus Badius Aſcenſius his uerbis ſcripſit. Propoſuerat poëta iuſſus à Pontifico maximo Alexandro VI. ordiri libellum Ferrantis, ſeu Ferdinandi Hiſpaniarum regum clariſſimi, quod tunc feliciter gerebat in Saracenos pro recipienda Granata, quam nuper feliciſſime recepit. Sed quia nondum profligatū tunc erat, & poëta pluribus urgebatur negocijs, conſtituit ueluti præludium quoddam Alphonſum prius dicere, quem ſex libris (ut Virgilius uno, ſed eodem ſexto Aeneā) per tota ſubterranea, ſed cathartica deducit regna, quàm plurima inducturus parerga. Nam de ſtatu inferorum ſanè multa diſcutit, & de paradiſo terreſtri non pauca, multaq; de cœlis: ſed non pauciora de rerum, quæ hic gerebantur enarratione. In qua poëſi cum plurimum delectet poëta ex tot tantarumq; rerum uarietate, & occultarum aut uera aut ueriſimili ratione, etiam prodeſſe ſtudet, idq; plurimis & copioſe. Primum quidem Alphonſo in prima adoleſcentia rapto, dum inducit matri ſororiq; pientiſſimis uiraginibus in memoriam tam horrendos cruciatus, quos apud inferos patiuntur qui hinc non ſatis purgati egreſſi fuerint, niſi ſacrificijs, precibus, oblationibus, eleemoſynis, ieiunijs, & cæteris pijs uiuentium operibus adiuuentur. Deinde Regi Reginæq; dum immortali eos celebrat monumento: nam & maiorū gloriam, & uiuentium uirtutem, licet aliud agere uideatur, abunde proſequitur: Tum rei Chriſtianæ, ad quam protegendam et augendam omnes inuitat Hiſpanorum celebratione: ac demum (ne ſingula percurrā) omnibus Chriſtianis, dum eos à ſceleribus tantorum cruciatuum commemoratione deterret, ut legentibus opus ipſum longe lateq; patebit.

Carmen panegyricum in Robertum Seuerinatē ductorem præſtantiſſimum, cuius inſignia facinora laudans hexametro heroico utitur.

Somnium Romanum, de eodem Roberto, quem dicit ſibi uiſum in ſomnijs ea forma, qua Hector Aeneæ poſt cædem iam capta Troia uiſus dicitur, atq; expoſuiſſe omnem caſum necis ſuæ, & quæ eum ſecuta ſunt.

Trophæi Franciſci Gonzagæ pro Gallorum ex Italia expulſione libri 5.

Iodoci Ba. Aſcenſij ad Lectorem prænotatio.

Carmen ſequens, liberiore luxurians licentia, nullisq; coërcitum frænis, plus heroicæ uenæ qualitatisq;, quàm cætera eiuſdem authoris opera habere iudicatur. Vſq; adeo ut non deſint, qui cum ſummis poëmatibus conferendum cenſeant. Sunt enim quàm plurima in eo ingenioſe excogitata, aſtute ficta, & ſonore dicta: multæ ſimilitudines & digreſſiones non pœnitendæ inſperſæ, &c. Deinde aliqua in his libris ab authore conficta eſſe ſcribens, ſubijcit: Proinde uideamus primo, quid ueri habeat hæc tam magnifica trophæi erectio, utris inquam eorum qui ad Tarrum pugnauerunt, uerius aſcribatur uictoria. Citemus itaq; duos teſtes, eosq; Italos, & qui ferè præſentes rebus ipſis aut fuerunt, aut parum abfuerunt: quorum alter ſit Raph. Volaterranus ita diſſerens in cōmentarijs urbanis. Cum Carolus Neapoli menſes ferè quatuor moratus eſſet, deficiente paulatim exercitu, ac partim morbo, partim cædibus debilitato, iam ſibi timere cœperat eò magis, quod Ludouicus Mediol. dux, quem cœpti iam pœnitebat, ac Veneti, non æquo animo Gallos Italiam inuaſiſſe patiebantur, omnibusq; uiribus ad eum expellen-

» dum conspirauerant. Rex itaq; cum redire in Galliam statuisset, Romam Calen-
» Iulijs repenit, pontifice uacuam, qui de industria in urbem ueterē secesserat. De-
» inde Pisis iter faciens propè Parmam ad Tarrum flu. Ludouici Venetorumq; oc-
» currentes acies habuit. Horum Franciscus Gonzaga, Mediolanen. uero Io. Fran-
» ciscus Seuerinas duces: legatus Venetorum Melchior Triuisanus fuere. Equitū
» quoq; ac peditum numero ferè quinquaginta milia, maiorq; diu in Italia non ui-
» sus exercitus. Galli numero inferiores: sed uiribus ac instrumentis bellicis superio
» res extitere. Itaq; pugna commissa pro eis uictoria non omnino incruenta stetit,
» ex quibus ferè mille: ex nostris uero duo millia cecidere: Inter quos hi principes
» fuere, Rodulphus Gonzaga Francisci patruus, Rhinutius Farnesius, Io. Picini-
» nus, Galeatius Regias, Robertus Scrotius, Vincentius Corsus, Bernardinus For
» tebrachius. Hæc ille. Alter autem Mar. An. Sabellicus, qui confessus, nisi Pe
» tilianus comes maturo ad Venetos perfugio fluctuantes animos cōfirmasset post
» fœdam multorum stragem uix militem à fuga contineri potuisse: uictoriamq; in
» dubium trahens, eò quod Veneto addictus erat: Cæsorum (inquit) numerus pa-
» rum iniri potuit: satis constat duplo maiorem numerum ex Italico exercitu quàm
» Gallico cecidisse: sed res Veneta eo superior fuit, quod impedimētis Gallo adem-
» ptis, hostis qua Venetus uoluit ire coactus est, non qua iturus putabatur. Contra,
» Gallus ad se uictoriam trahere, quod Italis à se cum cæde repulsis destinatum iter
» tenuisset. Sic ille. Demus itaq; poëtæ hanc ueniam ut amore patriæ ac principis
» ad suos uictoriam retorqueat: dummodo ipse nobis ignouerit, si à principe nostro
» stamus, et iustam ad nos uictoriā trahimus, nosq; uicissim nostra figimus trophæa.
» Nam & Thucydides memorat in Græcia interdum ex uno prælio utrinq; suspen
» sa trophæa.

De fortuna Francisci Gonzagæ carmen heroicum, in quo eos maxime enume rans, qui prospera primo freti aduersa postremo agitati fortuna ab antiquis narran tur, Franciscum Gonzagam Mantuæ Marchionem (anno Christi 1509. post cōflictum Gallorum cum Venetis) ab ipsis Venetis captum, captiuitatis dolore subleuare, in spemq; futuri reditus & libertatis erigere studet: id quod exemplorum aggregatione oppido quàm scite facit.

Panegyricus in Brixiam dictus, hexametris.

Villa Baptistæ Refrigerij in Aemilia uia, eodem genere carminis laudata, ubi tempore pestis gratum nactus fuerat hospitium.

De quercu carmen heroicum, quo hanc arborem cæteris pretiosis arboribus præfert, in gratiam (ut uidetur) Sixti quarti & Iulij II. qui eam pro insigni habebāt.

Syluarū libri 4. qui uarijs & iucundis argumentis ad diuersos conscripti sunt.

In libros 3. de patientia, & unum de uita beata, qui soluto ser-
mone scripti, seorsim excusi sunt.

Libri de patientia in multa uarij argumenti capita diuiduntur, quæ breuitatis causa omitto. Ex authoris epistola nuncupatoria ad Franciscum Fantucium.
» Carolus Antonius, uir clarissimus, pater tuus, quod esset bonarum artium studio-
» sus, hominum literatorum congressibus utebatur assidue: & ex familiaribus eorū
» colloquijs se inuenire dicebat unicum podagræ suæ remedium. Ibam ego eo tem-
» pore frequenter ad eum: ipse autem mox ut consederamus (ut erat ingenio claro
» ac uegeto) aliquem ex scriptura sacra, cuius lectione mirifice oblectabatur, locum
» afferebat. Ego domum reuersus (si quid aptius dixisse memineram) arrepto cala-
» mo confestim annotabā, memor dicti Euangelici: Colligite fragmenta ne pereant:
» cupidus etiam, ut sicut ipsi ea quæ dixeramus, adiumenti nonnihil attulerant, ita si
» in scriptis redigerentur ac legi possent, etiam alijs ægrotantibus essent aliquando
» subsidio, &c. Accipe igitur libellum hunc, ut uitæ huius molestias æquanimus fe-
» ras, & accendaris alterius uitæ memoriæ desiderio, quo & ad euitandum mortis
metum,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [300] - 130r

metum, & ad huius mortalitatis incommoda perferenda, nullum est præsentius maiúsue remedium. Ex præfatione, siue primo capite. Phaleratum autem & ambitiosum sermonem explodentes, humillimis ac familiarissimis colloquijs datatim utemur.

Ex epistola nuncupatoria in librum de beata uita ad Petrum Spagnolum patrem suum. Nec tamẽ uelim ut à me præclarissimum quid expectes. Nam neq; hanc materiam tam diffuse, ut tractari posset, assumpsi: sed ingenij tenuitati consulens multarum sententiarum flosculos summatim delegi, & huic libello arbitratu meo inserui. Colloquentes introduxit Hadrianum iuuenem interrogantẽ, & Gigonem senem respondentem. Chartæ sunt 3. & dimid. Distribuitur liber in aliquot capita, de castitate, firmo proposito, modico cibo, continuo exercitio, taciturnitate, continentia sensuum, præmij futuri consideratione, diuino auxilio: de instabilitate, insatiabilitate, & sollicitudine diuitiarum: ultimo, de origine Carmelitarũ.

Postremo adiectus est liber Augustini Dathi de beata uita, de quo supra.

BAPTISTAE Fulgosi opus incomparabile in 9. libros digestum, de dictis & factis memorabilibus, Imperatorum, Principum, Ducum, Episcoporum, Sacerdotum, priuatorum hominum, &c. Partim ex omnibus, qui usquam extant historiographis decerptum: partim exemplis, quæ suo sæculo acciderunt, quorũ maior pars est, illustratum, ut merito alter Valerius Maximus, cum ob eloquentiam natiuam, tum ob uarietatem rerum, quas ubiq; interserit, dici possit: à Camillo Gilino ex Italico idiomate Latinitate donatum. Excusum Basileæ apud VVesthemerum, 1541. in 8. chartis 72.

Baptista Fulgosus (quem Raph. Volaterranus Baptistinum Fregosum uocat) Perini Genuensis olim ducis filius, Genuæ dux fuit. Vir in primis mansuetus, bonus, armis strenuus, manuq; promptus: à Paulo Fregoso Cardinale patruo suo urbe pulsus, ad leuandam animi ob exilium ægritudinem, totum se literis dedit. Et imitatus Valerium scripsit uernacula lingua ad Petri filij formandos mores, de dictis factisq; memorabilibus Collectanea, quæ ex uarijs authoribus excerpsit. Tantũ ex Valerio titulos rerũq; capita mutuatus, exempla uerioresq; res gestas quas uel Valerius omisisset, uel quę post eius mortẽ accidissent, describens. Quod opus uarium sanè iucundum & utile Camillus Gilinus (de quo infra dicetur) Latinitate donauit. Catalogus ad finem libri numerat authores circiter centum quadraginta, ex quibus hæc collectanea sumpta sunt.

BAPTISTA Guarinus Veronensis, Guarini doctiss. uiri filius, Græcæ ac Latinæ linguæ peritissimus, & in utraq; multum facundus: scripsit & uertit multa præclara opuscula, quibus uim & acumen ingenij sui tam præsentibus q̃ posteris commendat: de quibus subiecta feruntur. Opus dialogorum perpulchrum T.ch.4944

De secta Epicurea,	lib. 1.		
De ordine docendi,	lib. 1.	Et si Maphee chariss.	
De regno administrando,	lib. 1.	In epistolis Ciceronis,	lib. 1.
In fastis Ouidij,	lib. 1.	In pharsalia Lucani,	lib. 1.
In Catullum poẽtam,	lib. 1.	Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.
Orationes quoq; plures,	lib. 1.	Et carmina uarij generis.	

In Latinum uertit subiecta. Ex Xenophonte Agesilai laudationem, quam & dicauit Hermolao Barbaro seniori episcopo Veronensi. Orationes etiam quasdam Demosthenis & Dionis historici. Sed & orationes nonnullas Gregorij Nazanzeni ad Christum & Mariam. Et alia complura ædidit & conuertit quæ ad notitiam meam non uenerunt. Claret usq; hodie Ferrariæ, ubi patri succedens, iam per annos tres & triginta utranq; linguam florentissime docet, & uaria conscribit.

* Baptistæ Guarini de modo docendi liber, impressus in 4. Basileæ, ni fallor.

BAPTISTA Leo Florentinus ſcripſit opus de architectura & pictura, in Italia vulgatum.

BAPTISTAE Perſij ægloga Thyrſis, impreſſa Argentinæ apud Iacobum Iucundũ, anno 1540. in 8. charta 1.

T.M. 1431. BAPTISTA, cognomento Platina (quanquam in omnibus opinor impreſſis Tritten hemij codicibus non Baptiſta, ſed Bartolomæus legatur: apud alios tamen aut B. ſolum, aut Baptiſta legitur, quos ſequi uiſum eſt) patria Cremonenſis, apoſtolicus quondam abbreuiator, ſcripſit ad Sixtum Pontificem IIII.

De geſtis Romanorum Pontificum, lib. 1. De naturis rerum, lib. 1.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1. Et quædam alia.

Sixti IIII. bibliothecæ præfectus fuit.

Baptiſtæ Platinæ Cremonenſis, de honeſta uoluptate et ualetudine libri decem: excuſi Coloniæ apud Ceruicornum, 1537. in 8. chartis 17. & dimid. cum indice gemino.

» Ex præfatione authoris ad B. Rouerellã Cardinalem. De uoluptate quam in-
» temperantes & libidinoſi ex luxu & uarietate ciborum, ex titillatione rerum Ve-
» nerearum percipiunt, abſit ut Platina ad uirum ſanctiſſimum ſcribat. De illa uo-
» luptate, quæ ex continentia uictus, & earum rerum, quas humana natura appe-
» tit, loquor. Et poſt pauca. Deſinant hi rerum æſtimatores carpere, quod de ua-
» letudine aut ratione uictus, quam Græci diætam appellant, addendo quædam ad
» curandas ægrotationes præcepta, de natura rerum & obſoniorum perſcripſerim.
» Scripſi ego de obſoniis Catonem uirum optimum, Varronem omnium doctiſſi-
» mum, Columellam & Cælium Apitium imitatus, non quo legentes ad luxum ad-
» hortarer, quos certe inter ſcribendum ſemper à uitio deterrui, ſed quo & ciuili ui-
» ro, ualetudinẽ ac lautitiem uictus potius cẽ luxũ quærenti, prodeſſem, & poſteris
» oſtenderem, hanc noſtrã ætatẽ ingenia habuiſſe, quę maiores, ſi non æquare, imita
» ri ſaltem in quouis genere dicendi auderent. Has ergo ruſticationes meas, quas ſe
» ci hac æſtate in ſeceſſu Tuſculano, apud inclytum & ampliſſimum patrem Fran-
» ciſcum Gonzagam, non aſpernabere doctiſſime pater, &c.

In primo libro præcepta quædam communia ad ſanitatem tuendam proponit, cum alia quædam, tum uictus rationem attinentia: deinde loquitur de fructibus nonnullis eſculentis.

In ſecundo pergit agere de fructibus aliquot arborum: poſtea de melle, lacte, recocta, caſeo, butyro, ouo, ſuccidia, liquamine, omento, abdomine, aceto, & omphacio.

Tertius de fructibus iſs differit, quorum durus eſt cortex: de nonnullis aromatibus, de acribus herbis, & reliquis, quæ potius condimentariæ ſunt quàm edules.

In quarto agitur de herbarũ aliquot olerumq; condituris: deinde fercula quædam ex gallinis, caponibus, linguis aut lucanicis parantur: de carnium differentia, & quo tempore quæq; coquenda edendáue. Poſtremo de quadrupedibus nonnullis quarum caro edendo eſt.

Quintus de auibus eſculentis loquitur, & ultimo capite differentiam inter animalium partes exponit.

Sextus eſt de uariis ferculis ex animalium carnibus apparandis.

Septimus cibaria omnimoda ex genere frumenti, leguminum, herbarum, fructuum, & partibus animalium, deſcribit.

Octauo condimenta ſcribuntur, & huiuſmodi quæ delicatis & faſtidientibus magis quàm famelicis conueniunt, ut tortæ, paſtilli.

Nonus ofellas ſiue frictellas ex uariis rebus coquit, oua uariis parat modis: poſtea de boletis, fungis, tuberibus, cochleis, teſtudine, ranis.

Vltimus, piſces & aquatilia parare docet. Quid ſit edendum in tertia menſa.

De

De uino. De sedandis perturbationibus.

B. Platinæ de uita & moribus summorum Pontificum historia usq; ad Paulum II. cui accesserunt aliorum quoq; Pontificum uitæ, qui post Platinam uixerunt, prius non euulgatæ, usq; ad Clementem VII. cum alijs quibusdam Platinæ opusculis, de quibus mox dicemus. Impressum opus Coloniæ, anno 1529. in fol. chartis 99. cum Indice. *cl in ff. 1593.*

Ex procœmio authoris ad Sixtum IIII. Tu itaq; theologorum ac philosopho "
rum princeps maxime pontifex, hac hominum utilitate motus, simulq; dignitati "
ecclesiasticæ consulens, non frustra mandasti, ut res gestas Pontificum scriberem, "
ne illorum bene facta perirent negligentia scriptorum, qui suo sudore & sanguine "
hanc rempub. Christianam tam amplam nobis, tamq; præclaram reliquere: utq; "
deinceps haberẽt posteri nostri quo ad bene beateq; uiuendum incitarentur: cum "
legendo perdiscerent quid imitari, quidue fugere oporteret. Non sum tamen ne- "
scius futuros quosdam, qui dicant me hoc onus frustra suscepisse, cum id antea à "
plærisq; factum sit. Leguntur certe multi (Damasum semper excipio) qui nul- "
lum florem orationis, nullam compositionem & elegantiam sequuntur, non de in- "
dustria (ut ipsi iactitant) ornatum fugientes, quod eleganti stylo res sacræ scribi nõ "
debeant, sed inscitia & ignoratione bonarum literarum. Et paulò post. Ve- "
rum iam tandem huic procœmio finem imponam, ubi lecturos prius admonuero "
non esse mirandum, si cum Pontificum uitas & mores scripturum me pollicitus "
sum, imperatorum quoq; principum, ac ducum res gestas inseruerim. Adeo enim "
hæc simul connexa sunt, si primos imperatores dum Christianis aduersantur: si ul "
timos dum fauent, inspicis, ut alterum integre sine altero exprimi nequiuerit. "

De falso & uero bono dialogi 3. ad Sixtum Pont. Max. chartis 7. Ex præfatione. Etsi enim uarie de bonorum & malorum finibus ab ipsis philosophis di- "
sceptatum sit, multa tamen ex eorum scriptis ad rem nostram pertinentia excerpi "
possunt, &c. Hac uero admiratione uel meditatione potius, quantum boni con "
sequutus sim, dici non posset beatissime pater. Nam dum à Paulo Pontifice in car- "
cere & compedibus detinerer, dumq; & amissam libertatem flerem, & eas faculta "
tes mihi ui ablatas lamentarer, quas mea industria, meis pecunijs in urbe pepere- "
ram Pij Pontificis beneficentia adiutus, tandem benignitate Dei, & philosophiæ "
gratia animum à perturbationibus & sensibus, ad dignitatem suijpsius reuocans, "
ita apposite mecum philosophatus sum: quemadmodum in libello meo scriptum "
apparet. Introducitur autem colloquens cum eo Rhodoricus Calagoritanus "
episcopus, arcis Romanæ præfectus, uir bonus (ut inquit) & doctus, consolandi
eum gratia.

Ad Lodouicum Stellam Mantuanum contra amores dialogus.

Dialogus de uera nobilitate, cum Ioan. Vrsino Tranense episcopo.

De optimo ciue dialogi 2. cum Laurentio Medice, & Cosmo: chartis 6. & ferè dimidia.

Panegyricus in laudem Bessarionis episcopi Sabini, Cardinalis Niceni, & patriarchæ Constantinopolitani.

Ad Paulum II. Pont. Max. de pace Italiæ componenda, atq; de bello Turcis indicendo, oratio.

Doctorum aliquot uirorum panegyrici siue epigrammata in parentalia B. Platinæ; chartis duabus & ferè dimidia.

BAPTISTA de Salis, ordinis fratrum minorum, prouinciæ Ianuensis, ædidit quædã *T. el. ...* ad institutionem simplicium sacerdotum opuscula, de quibus extat summa de casibus in foro conscientiæ ualde utilis, quæ iuxta nomen authoris uocatur Summa Baptistiniana, lib. 1. Et quædam alia.

BAPTISTA de S. Seuer, scripsit super Feudis. Idẽ fortè qui Io. Baptista. Vide infra.

BAPTISTA de Valle I.C. scripsit de bello & duello.

BARDESANES in Mesopotamia clarus habitus est, qui primum Valentini secta-
tor, deinde cõfutator, nouam hæresim condidit. Ardens eius à Syrijs prædicatur
ingenium, & in disputatione uehemens. Scripsit infinita aduersum omnes pe-
ne hæreticos, qui ætate eius pullulauerant. In quibus clarissimus ille est & fortissi-
mus liber, quem M. Antonino de fato tradidit: & multa alia super persecutione uo
lumina, quæ sectatores eius de Syria lingua uerterunt in Græcam. Si autem tanta
uis est & fulgor in interpretatione, quantam putamus in sermone proprio? D.
Hieronymus.

BARLAAM Calaber quidam S. Basilij monachus, eodem ferè tempore claruit, quo
Franciscus Petrarcha, utraq; lingua eruditus, multa quæ pertinent ad disciplinas
uno uolumine coëgit. Raph. Volaterranus.

Barlaam monachi opuscula quædam Græca apud Italos reperiuntur.
Epistolæ, Logistices libri 3. (aliâs 6.) Arithmetica demonstratio: uel,
Geometrica demonstratio de numeris. Geometria.
Super inuentione festi pascha theologica speculatio.
Sermones contra Latinos de spiritu sancto, Romæ extant.
Barlaam, Cabasilæ, & aliorum diuersorum de processione spiritus sancti opu-
scula, ibidem.

BARTHOLVS. Vide Bartolus.

BARTOLEMAEI nomen, multi etiam docti Bartholomæus scribunt: qui uocabuli
compositionem & Græcorum obseruant orthographiam Barptolemæus, nos eu-
phoniæ gratia pi consonantem omittemus.

BARTOLEMAEI euangelia censent inter apocryphos libros in decretis Pontificũ.

BARTOLEMAEVS Amantius poëta, & Petrus Apianus inscriptiones uetustas to
tius ferè orbis collegerunt: ut in Petri Apiani mentione copiosius explicabitur.

T. BARTHOLOMAEVS ordinis fratrum minorum sancti Francisci natione Angli-
cus, ædidit non spernendæ authoritatis opuscula, quorũ lectio simplicioribus fra-
tribus necessaria iudicatur. E quibus ego reperi tantũ uolumen quod prænotauit,
De proprietatibus rerum, lib. 19. Cum proprietates rerum.
Sermones uarios, lib. 1.
Alia quoq; multa scripsisse dicitur, sed ad manus nostras minime uenerunt.

* Bartolemæi Anglici, ordinis fratrum minorum, de proprietatibus rerum li-
bri 19. excusi in fol. anno 1488. chartis 135. Authorum nomina, ex quibus sua col-
legit ab initio libri in tabula proponuntur circiter 100. Ex præfatione authoris.

» Cum proprietates rerum sequantur substantias secundum distinctionem & ordi-
» nem substantiarum, erit ordo & distinctio proprietatum, de quibus adiutorio di-
» uino est præsens opusculum compilatum, utile mihi, & forsitan alijs, qui naturas
» rerum & proprietates per sanctorum libros, nec non & philosophorum diuer-
» sas non cognouerunt ad intelligenda ænigmata scripturarum, quæ sub symbo-
» lis & figuris proprietatum rerum naturalium & artificialium à spiritu sancto sunt
» traditæ & uelatæ, &c. In istis 19. libellulis rerum naturalium proprietates sum-
» matim & breuiter continentur, prout ad manus meas spicæ, quæ effugerunt ma-
» nus metentium, pertingere potuerunt: In quibus de meo pauca uel quasi nulla ap
» posui: sed omnia, quæ dicentur, de libris authenticis sanctorum & philosophorũ
» excipiens, sub breui hoc compendio pariter compilaui.

Argumenta in singulos 19. libros, ex ipso authore.

1 De Deo & nominibus diuinis, quæ dicuntur de Deo, uel quoad essentiam,
uel personam, siue quoad effectum, siue appropriationem.

2 De proprietatibus angelorum tam bonorum quàm malorum in generali &
in speciali.

De

3 De proprietatibus animæ rationalis quoad naturæ suæ simplicitatẽ, & quoad uirium suarum diuersitatẽ: & de eius unione & operatione in corpore, prout confert ei formam & perfectionem.
4 De proprietatibus substantiæ corporeæ, scilicet de elementis & elementaribus qualitatibus, ex quibus componitur omne corpus: & de 4. humoribus ex quibus componuntur corpora tam hominum quàm brutorum.
5 De hominis corpore, & singulis eius partibus, de quibus sacra scriptura facit mentionem.
6 De ætatibus. 7 De infirmitatibus & uenenis.
8 De mundo & corporibus cœlestibus.
9 De tempore & partibus temporis.
10 De materia & forma, & earum proprietatibus, & elementis.
11 De aëre & passionibus eius.
12 De auibus, in genere & in specie.
13 De aquis & eius differentijs & ornatu, scilicet de piscibus.
14 De terra, & eius partibus.
15 De prouincijs. 16 De lapidibus & metallis.
17 De herbis & plantis. 18 De animalibus.
19 De accidentibus, scilicet de coloribus, odoribus, saporibus, liquoribus. De uuis uariarum auium. De numero. De mensura & pondere. De figura. De instrumentis musicis.

BARTOLEMAEVM Argenterium Italum natione, medicũ, optimum sanè & eruditissimum utraq; lingua uirum, anno 1540. Lugduni cõueni, ubi egregium opus quod in medicinæ studiosorum insignem utilitatem ex Galeni libris instituit, mihi ostẽdit, & nuper literis ad me suis testatus est in eo cõficiendo se gnauiter pergere.

BARTHOLEMAEI Aristophili, qui post Platinã bibliothecæ Pont. Sixti præfectus est, extat oratio & uersus heroici super funere ipsius Platinæ: quæ habentur impressa in fine operum Platinæ de uitis Pontificum, &c.

BARTOLEMAEI Arnoldi Vsingensis summa cõpendiaria totius logicæ, uel Paruuli logicæ, tractatus 7. quasi in tabulas omnem logicam redigentes, sermone barbaro, scripti ab authore in gymnasio Erphurdiensi: impressi Basileę 1507. in 4. charactis 25. & dimid.

Eiusdem Paruulus philosophiæ naturalis, siue interpretatio per figuras & tabulas in epitomen physicæ, tribus tractatibus absoluta. His annexa est Quæstio de quiditate quantitatis continuæ, &c. Opus impressum Basileæ 1511. in 4. char. 35.

Primus tractatus quæstiones habet de principijs physicis, materia, forma, causis, natura, motu, infinito, loco, & tempore.

Secundus de elementis, generatione, intensione, & mixtione.

Tertius, de anima, speciebus, sensibus, & rebus sensilibus, uoluntate, & intellectu humano, diuino & angelico.

BARTOLEMAEVS Blanchinus scripsit uitam Philippi Beroaldi, Parisijs impress. Alius est Ioan. Blanchinus, de quo infra.

BARTOLEMAEVS Bologninus scripsit super Rub. C. de contrahen. l. dudum Cod. 1.

BARTHOLOMAEVS Brixianus, iuris Canonici professor & interpres eruditissimus, scripsit tam in iure quàm de alijs rebus uaria & præclara opuscula, è quibus subiecta feruntur. T. cl. 1240.

Repertorium decreti, lib. 3. Quoniam suffragantibus ue.
Disputationes decretalium, lib. 5. Chronicam Italiæ, lib. 1.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1. Et quædam alia.

* Idem scripsit additiones ad glossas Decreti: item Quæstiones Dominicales

& Veneriales, numero 91. Floruit tempore Gregorij IX.

Bartholomæus Brixiensis ædidit præter iuris commentarios etiam temporum historiam. Raph. Volater.

BARTOLEMAEVS de Butrigarijs I. C. extollitur à Ioan. Andreæ in addi. in ti. de accusatione in 3. parte.

T.M.1446. BARTHOLOMAEVS ordinis Carthusieñ. Prior domus Bethleem in Ruremunda oppido Gelriæ, natione Theutonicus, scripsit quædã præclara opuscula, quibus nominis memoriam posteris reliquit, de quorum numero subiecta feruntur.

Exercitium deuotionis,	lib. 1.	Summa uitiorum,	lib. 1.
De abstinentia carnium,	lib. 1.	De proclamationibus fratrũ,	lib. 1.
De iudicijs temerarijs,	lib. 1.	De iuramento,	lib. 1.
De uoto quoq;	lib. 1.	Et quædam alia.	

T.M.1477. BARTHOLOMAEVS Cepolla Veronensis natione, iureconsultus celeberrimus, scripsit multa præclara opuscula, quibus memoriam sui nominis posteritati commendauit: è quibus extat opus subtilissimum, quod prænotauit:

Cautelas iuris causarũ ciuiliũ,	lib. 1.	Notandum singulariter.	
De simulatis contractibus,	lib. 1.	De prædijs urbanis,	lib. 1.
De prædijs rusticorum,	lib. 1.	De re quoq; militari,	lib. 1.

Et alia complura.

» * Ex præfatione Andreæ Alciati in opus suũ de uerborũ significatione. Non » me latet patrum nostrorum memoria Bartolemæum Veronensem, cui à cepis co» gnomentum, nescio quid hac in re composuisse, sed eius dictata ad manus meas » minime peruenerunt: quod hi, penes quos esse dicuntur, ceu thesauros ea custo» diant: at fortè thesauri, ut in prouerbio est, carbones erant. Mihi non libet temere » de illecto opere ferre sententiam: sed tamen res ipsa planè ostendit, recte hunc tra» ctatum ab eo percipi non posse, qui ab humanioribus studijs abhorreat, &c.

Inuenio Cepolæ scripta citari in 1. Cod. & in 2. de furtis l. 1. De seruitu. urb. prædio. rusticorum. Consilia criminalia. De contractibus. De imperatore militum deligendo. In Autent. sed nouo. Cautelæ, & Consiliorum opus, typis excusa.

BARTOLEMAEI Chalci epistola ad Angelum Politianum libro 11. Politiani epistolarum legitur, qua se scribit curaturũ ut Georgij Merulæ opera in lucẽ ædantur.

BARTOLEMAEVS à Chasseneu I. C. scripsit super consuetudines Burgundiæ.

BARTOLEMAEI Cimbriaci comœdia quædã excusa, nescio an apud Heruagiũ: recensetur in catalogo librorum officinæ ipsius.

BARTOLEMAEI Coclitis Bononiensis medicinæ distillatoris, chirurgici, physionomistæ, chiromantici, geomanticiq; anastasis chiromantiæ ac physionomiæ ex pluribus & penè infinitis authoribus, opus impressum Bononiæ in fol. anno 1504. chartis 89. Præponitur autẽ opus Alexandri Achillini de principijs chiromantiæ ac physionomiæ in eodem uolumine, chartis 6.

Ex præfatione Horatij Bichardi Fanensis. Postquã dixit nonnihil de autho» ris fortuna, ingenio, & syderibus ad ipsum spectantibus, subdit: Ergo nullo pre» eunte doctore, sed istorum syderum dispositione, ingenio uel industria chiroman» tícus, & metoposcopus adeo excellens euasit, ut in perscrutandis hominum linea» mentis totiusq; habitus filo, acie sit draconis acutior, quinetiam geomanticus in» fallibilis, nec non oniropolos, id est, somniator siue somniorũ interpres ueridicus » effectus est: de quibus iam sub nomine diui Galeatij Sfortiæ Pisaurensis principis » fratris ædere decreuit opus. Deinde recenset exempla quædam, siue experimenta Coclitis, ubi is futuros euentus his artibus nitens uere prædixerit. Sunt autem de Physionomia libri 3. quorum duo prolixi admodum, tertius breuissimus est. Ex præfatione authoris ad Alexandrum Bentiuolum Ioannis Bentiuoli Bo-

Barth. Coliti artis giũ et divinationis vera nimiũ scientiã necem acerbam eidem attulit. noniæ
Jo. Pier. Valerian. In Hpp. et Com. Tol. p. 35. de Literator. infelic.

noniæ dictatoris filium. Notum est Anastasim significare resurrectionem: & quoniam hæc scientia penè mortua erat, nos eam ab inferis ad superiora reuocauimus, & extinctæ animam ac uitam reddidimus, ideo resurrectionis nomen merito sortita est.

Ex præfatione in secundum physionomiæ librum. In primo libro de physionomia in generali tractauimus: nunc autem in hoc secundo in singulari de omni membro à capite usq; ad pedes gradatim secundum uires ingenioli nostri pertractabimus. Signa sua in unaquaq; parte explicabimus, causas conuenientes ipsorũ signorum & effectuum ample reddendo, cum multis rebus & annotationibus à nobis expertis. Earum rerum, quas à diuersis auctoribus, & his quidẽ fide dignis accepimus, nomina auctorum ipsorum ponentur: quæ uero nostro ingenio in lucem afferentur, à nobis prouenire demonstrabuntur, &c. In tertio libro (inquit) determinandum de physionomia, siue de naturis planetarum, & de lineis à nobis indagatis, ut ad ultimam perfectionem perducamur.

In sequentibus libris de chiromantia copiose differitur, ex quibus quintum chiromantiam magnam uocat, sextum autem paruam.

Præfatio in quintum librum. Cum perlegerimus uiginti tria librorum uolumina, quorum princeps inter antiquos Indos est Hermes, inter Christianos Albertus Magnus, cuius librum magis dilatauit Conciliator noster, ad ultimamq; perfectionem reduxit: quem nunc præ manibus habemus, cuius principium erit in secundo capitulo. Nam in sequenti primo capitulo, quod pro principio quinti libri pono, est quædam additio mea pertinens ad totius operis declarationem. Postmodum sequetur ipsius Conciliatoris chiromantia, cum alijs meis nouis & necessarijs additionibus.

Liber sextus, qui dicitur Chiromantiæ paruæ, ex infinitis auctorib. susceptus, multis tamen additis. Ex præfatione. Cum mihi in animo erat sextum Anastasis nostræ librum scribere: Liber quidam Chiromantiæ cum multis manibus & lineis ad me peruenit, qui quidem ab Andrea quodam Coruo compositus fuerat: qui cum laborum aliorum fur & latro existat, merito damnandus: dignos enim uituperatione censeo, qui aliena pro suis absq; auctorum nomine audent in mediũ afferre, &c. Hic Andreas (nam uerum fateri licet) satis bonus est practicus longæuæ ætatis auxilio: licet in theorica nihil penitus ualeat. Si aliquibus uidebitur me aliqua ab eo excerpsisse: sciant me non ab eo, sed ab illis, quos ipse imitatus est, omnia sumpsisse.

Ex epilogo. Huius libri principium per me factum est anno 1500. finis autẽ fuit anno 1504. Quem si sensero legentibus gratum, alia ex officina nostra poterũt expectari opera. Mihi etenim in animo est compendium pulchrum physionomiæ componere ac ædere. Mox interpretationes somniorum enucleabimus. Nec labor erit ullus de Geomantia librum ad summam componere perfectionem: cum omnes qui in hac arte scripsere mutilati sint ac imperfecti, nescio an inuidia ducti id fecerint.

Eiusdẽ physiognomiæ cõpendium, quantũ ad partes capitis, gulãq; & collũ attinet, impressum Argentorati, 1533. in 8. chartis duabus, quibus accedit Andreæ Corui Chiromantia, quanquam falsa libelli prima inscriptio utrunq; opus Cocliti attribuat.

BARTHOLOMAEVS Colonienſis natione Theutonicus, ſcripſit utroq; ſtilo nonnulla celebranda opuſcula, quibus nomen ſuum notificauit, è quibus ego hucuſq; uidi tantũ opuſculũ de laudibus philoſophiæ metro compoſitũ quod prænotauit, Syluam carminum, lib. 1. Cur Plutoni aurũ præ. De ſecta Diogenis, lib. 1. Quiſquis auet Cynicæ. Epiſtolam mithologicam. De alijs nihil uidi. Viuit hodieq; Dauentriæ uaria componens. T. cl. 1494.

*Dialogus quidam huius au-

thoris nomine impressus, inter libros officinæ Heruagij numeratur.

BARTOLEMAEVS Cospus Bononiensis interpretatus est Diodori Siculi historiã de illustrium regum Philippi & Alexandri, & aliorum aliquot nobilium Macedoniæ ducum præclare factis. Item, Ioan. Monachi ex libris historiarũ suarum, Alexandri uitam. Hoc admonendus est Lector, Bartolemæi quidẽ nomen legi in fronte uoluminis (quod Henri. Petrus excudit Basileæ in fol. 1531.) & in præfatione typographi: in illis uero inscriptionibus, quæ textui librorum adhærent, ac in præfatione interpretis super Alexandri uita, non Bartolemæi sed Angeli Cospi nomẽ haberi, quod placet, & aliquid supra diximus in Angelo. Scribit autem præfationem istam ad Iacobum Bannissium à secretis Maximiliani Cæsaris.

B. DARDANI epigrammata quædam typis excusa. Dubito autem an B litera Bartolemæum aut aliud nomen designet.

BARTOLEMAEVS Facius Genuensis Arriani Nicomedensis libros 7. de gestis Alexandri, & unum de rebus Indicis Latinitate donauit. In præfatione ad Alphonsum regem Aragonum meminit translationis Petri Pauli Vergerij ad Sigis-
» mundum imperatorem: Sed ut ille (inquiens) Sigismundi uoluntati, qui exiguam
» Grammaticæ, nullam eloquentiæ cognitionem haberet, gerere morem studuit: sic
» ego tentare uolui, an hic noster labor Alphonso regi omni doctrina prædito, pro-
» bari posset: atq; ut illa prior æditio Germanis incultioribus relinqueretur, hæc no-
» stratium politiorum esset: Iuuabit me quidem duorum maximorum & opulentis-
» simorum ætatis suæ regum, omnisq; memoriæ facile principum, alterius facta ce-
» lebrasse, alterius res Græce scriptas Latinas effecisse: cum prius, quantum ad Ar-
» rianum attinet, & non satis Latinæ essent.
» Ex alia præfatione Iacobi Curuli Genuẽ. Bartholomæus Facius conterra-
» neus meus, his temporibus nostris claruit apud Diuum Alphonsum regem no-
» strum: cuius historiam, & complura insuper opera elegantissime scripsit, non sine
» magna & Regis & authoris ipsius laude, gratia & dignitate. Et paulò post.
» Ille autem tanto studio susceptum negocium (transferendi scilicet Arriani libros,
» et pro barbara Petri Pauli Vergerij translatione Latinos faciendi, iussu regis) am-
» plexus est, ut in eo annis circiter tribus dies & nocles incubuerit, summaq; dili-
» gentia elaborarit. Affui ego unà sæpius, cum Nicolaum Sagondinum, & Theo-
» dorum Thessalonicensem, uiros summos & Grecarum Latinarumq; literarum
» eruditissimos conueniret, & ab illis multarum rerum, quæ Latinis obscuriora
» uidebantur explanationem exquireret, quæ Vergerius absurde transtulisset:
» hicq; Arrianum multis laudibus efferrent. Itaque historiam ipsam Latinam, &
» suauissimam reddidit Facius noster: cuius tamen cum quartam uix partem pres-
» sisset, reliquis tribus nondum satis elimatis, morte præuentus, opus multis lituris
» abolitum, & uulneribus penè confossum reliquit. Ego uero hanc tantam histo-
» riam, simulq; hominis amicissimi ingentes labores & uigilias deperire non pas-
» sus, librum penè extinctum restituere curaui, & ut potui emendatum exscripsi.

BARTOLEMAEI Frexij orationes, unam pro pace, & alteram pro humanarum artium studijs, Gryphius impressit Lugduni in 4. anno 1539.

BARTOLEMAEI Latomi Arlunensis, regij professoris Lutetiæ, oratio de laudibus eloquentiæ, dicta in auditorio cum enarrationem actionum in Verrem auspicaretur. Impressa Basileæ cum commentarijs in orationes Ciceronis.

Declamatio funebris in obitum principis Richardi archiepiscopi Treuerensis. Impressa Coloniæ 1531. in 8. sesquicharta.

Carmen gratulatorium in coronationem regis, Regis Romanorum, ad Carolum Cæsarem V. & Ferdinandum regem, fratres augustos, libellus excusus in 4. sesquicharta.

Oratio

Oratio Lutetiæ in auditorio dicta, mense Octobri, anno 1540. qua peregrinatio nem suam per Italiam describit. Ibidem impressa apud Fran. Gryphium: chartis duabus.

Epitome commentariorum dialecticæ inuentionis Rodolphi Agricolæ, excusa primum Lutetiæ, deinde Basileæ chartis 8. & dimid. in 8. anno 1536. & Coloniæ apud Gymnicum. Ex præfatione authoris. Sed meo quidē iudicio in dialecti- « ca parte à Rodolpho Agricola fructuosissime est elaboratum. Scripsit enim hic uir « de dialectica inuentione opus exactū planè & copiosum: in quo præter rerum do- « ctrinam & tractatum, qui commodissimus est, eam orationis elegantiam adhibuit, « ut eruditorum hominum iudicio cunctos in hoc genere superasse uideatur. Atq; « hi quidem libri cum iamprídem uersentur in manibus omnium, ac propter utilita- « tem in scholis etiam prælegantur: sint autem effusius scripti ab authore, quàm aut « ab ignauis aut festinantibus breuiter cognosci possint: contractos à me superiore « anno in compendium, ac nunc denuo, quò rectius legerentur, non minore cura « recognitos, in gratiam studiosorum ædendos curaui. «

Index librorum, quos Gymnicus impressit Coloniæ, inter alios Dialectica & rhetorica Latomi nominat.

Bartolemæi Latomi commentarij in aliquot Ciceronis orationes, uidelicet pro P. Quintio, Sexto Roscio, A. Cæcinna, L. Muræna, Archia poëta: ad Quirites post reditum, pro Cn. Planco, M. Cælio, Milone, M. Marcello, Q. Ligario, Deiotaro rege: In Verrinas actiones septem, in Vatinium, in Philippicas omnes. Excusi sunt Basileæ apud Rob. V Vinter, in uolumine Commentariorum super omnes Ciceronis orationes. Cæterū enarratio orationis pro Sexto Roscio, & alterius pro A. Cæcinna, utraq; seorsim exiuit Argentorati.

Annotationes in Paradoxa Ciceronis, excusæ 1534. Coloniæ apud Ioannem Præl.

Annotatiões in libros Ciceronis de Officijs, de Amicitia, de Senectute, de Somnio Scipionis, omnes typis publicatæ.

Enarrationes in Topica Ciceronis ad Trebatium, impressæ Argentorati apud Mylium, 1539. in 8. chartis 8.

Enarrationes in Partitiones oratorias Ciceronis recens conscriptæ, & in lucem æditæ Parisijs ex officina Fran. Gryphij, 1539. in 4. chartis 13. & dimid. Ex præfatione Petri Gallandij. Cum itaq; Latomus noster commeatu à rege impe- « trato, decreta substitutione nostra, in Italiam superioribus diebus proficisceretur, « enarrationesq; suas in Ciceronis Partitiones oratorias confuse congestas, urgente « discessu præfestino emaculatius describere, et ordine digestas Chalcographo typis « excudendas, ut uolebat, tradere non posset, omniumq; recognoscendorū & suo « tempore iudicio meo ædendorū, curam mihi demandaret, nihil prius faciendum « esse duxi, quàm ut de eorum æditione primo quoq; tempore cogitarem, &c. De « quibus quia docti quiq; facile iudicabunt, hoc tantum dicam, Germana locorum « retrusorum enucleatione, qualia permulta sunt in genere uerso & mutato, ut alia « multa silentio transmittam: exemplis ad ea appositissimis, breuitate & perspicui- « tate, nihil me uidisse in hanc usq; diem perfectius. Neq; inficior esse permulta in « nostris æqualibus hominibus doctissimis, qui in eodem studio cucurrerunt, quæ « laude & admiratione prosequar: sed hæ uirtutes, liceat hoc citra cuiusquam offen- « sionem dicere, in hoc libro Latomi proprie quodammodo mihi uidentur. «

Bartolemæi Latomi legum doctoris, & Martini Bucerí theologi scripta duo aduersaria, impressa Argentinæ in 4. anno 1544.

BARTOLEMAEVS Loguinus I. C. scripsit super Autenticis constitutionibus, opus excusum Ingolstadij in fol. anno 1542.

BARTOLEMAEI Merulæ Mantuani apostolici protonotarij in Ouidij libros de

Ponto commentaria Venetijs impressa cum indice, in fol. anno 1507. quo etiam alij authore absoluta sunt: chartis 39.

» Ex præfatione authoris ad M. Cornelium Cardinalem. Quemadmodũ enim » superioribus annis, cum nondum esses in hoc albo, sed adhuc me duce & præuio » in studijs eloquentiæ utereris, tuo nomini uigilias nostras in Ouidium de tristibus » dicauimus, ita in præsentia has quoq; enarrationes tibi nominatim dicatas acci» pies: quas ex Horatij sententia serius ædendas duximus: opus enim difficile & la» borioſum, non ita præcipitandum fuit. Et paulò post. Offendes in his quidẽ » multa scitu dignissima, ac quædam (ut spero) de horridis rebus nitida, de ieiunis » plena, de peruulgatis noua: non uaste, non rustice, non hiulce: sed presse, æqua» biliter, & leniter enarrata: quæ tibi non modo summam uoluptatem afferent: sed » etiam ad multiplicem eruditionem plurimum proficient. Non enim solum huius » poëtæ, sed aliorum quoq; authorum salebrosa loca, quæ plurima sunt, ab alijs par » tim omissa, partim non intellecta aut non attentata, à nobis dilucide enodata obi» ter inuenies. Quæ si tibi placuerint, alia multo digniora opera sub incude tuo du» ctu & auspicijs inchoata, alacrius prosequemur.

BARTOLEMAEI Montagnanæ, siue de mõte Gnana, medici & chirurgi eximij opera impressa Venetijs apud Octauí. Scotum in fol. 1497. chartis 198.

Consilia diuersa, numero 305.

Tractatus tres de balneis Patauinis.

De compositione & dosi medicinarum. Antidotarium.

Hunc ferunt in bonis authoribus medicæ artis diligentius quàm id sæculum ferebat uersatum esse, & in simplicium medicaminum eorumq; uirium notitia plærosq; superasse. Ex epistola Iacobi de Vitalibus Brixiensis. Postquam hunc authorem nulli medicorum cedere asseruit, solum Aboali excipiens, hæc » uerba subijcit: Generum nanq; omnium ægritudines tam cõmunes quàm pro» prias diuine rimatus, cuncta quæ uel ad integram conseruandam, aut nutan» tem, uel iam labefactam erigendam, reuocandamq; salutem conferunt, castiga» tissime plenissimeq; adeo complexus est, ut nihil iam excogitari posse uideatur, » quo aut doctus expertusq; medicus delectari, iuuari: aut discendi studiosus eru» diri, & ad medendum introduci facile possit, quod non à diuino Bartholomæi in» genio cognitum, longa quoque experientia comprobatum, eius consilia docte, di» lucide, copioseq; ostendant. Ita ut siue de ægritudinibus, earúmue causis, siue » de signis aut curis Montagnanam disputantem audire libuerit, nihil ab eo præ» termissum, nihil diminutum, nihil ieiune aut incommode dictum dijudicare pos» sis. Deinde nihil ab authoris archetypo mutatum esse scribit nisi ordinem, » quo prius carebant. Consiliorum omnium (inquit) summam in tres partes di» stinxi: Quarum prima est de regimine sanitatis: Altera de propriis unicuiq; mem» bro passionibus, à capite usq; ad pedis calcem: Tertia de toti communibus erit: » Nonnulla tamen de propriis ægritudinibus nuperrime inuenta consilia ultimo » loco addita claudens: quibus quo completius, nulloq; extrinsecus egens opus red» datur, addemus quarto loco breues quosdam uerum perutiles Bartholomæi no» stri de balneis tractatulos: Succedentq; his ultimo loco alij, quos de componendo» rum, dosandorum, administrandorumq; medicaminum regulas ædidit, unà cum » antidotario. Quanquam nescio quis (ut fertur) illos sibi falso post Bartholomæi » nostri mortem adscripserit. Erit itaque uniuersum opus in quinq; partes di» stributum.

BARTOLEMAEVS Neapolitanus I. C. fuit contemporaneus *Dini* secundum Io. An. in addi. spe. in ti. de iuramento cal. & in ti. de donat.

T.cl.1340. BARTHOLOMAEVS de Osa, patria Bergomensis, fertur nonnulla excellentis doctrinæ

ctrinæ cudisse uolumina, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit.
In quibus præcellit opus
Historiarum insigne, lib.16.

BARTOLEMAEVS Picenus Richardi confutationem Mahometis è Latino in Græ cum conuersam rursus Latinitate donauit. Oporinus Basileæ cum Alchorano impressit.

BARTHOLOMAEVS Pisanus, ordinis fratrum Prædicatorum, fertur quædã præ- T.cl.1338. clara conscripsisse opuscula, de quibus ego uidi tantum summam, quam Pisanam uocant, opus profecto non abijciendum, cuius ante paucos annos magnus erat usus apud plebium confessores, quam author prænotauit
Summam magistruciam, lib.1.

* Vide supra in Angelo de Clauasio, qui se omnes casus conscientiales huius Summæ in suam transtulisse scribit.

BARTOLEMAEVS Platina. Vide Baptista Platina.

BARTOLEMAEI Riccij Lugiensis apparatus Latinæ locutionis, ex M. T. Cicerõne, Cæsare, Sallustio, Terentio, Plauto, ad Herennium, Asconio, Celso, ac de Re rustica in suum ordinem descriptus: excusus primum in Italia, ita ut numeri locorum, qui ex authoribus citantur, Aldinis tantum æditionibus respondeant: deinde Argentorati in Germania in 4. anno 1535. chartis 86. ubi diuersarum æditionũ numeri per indices quosdam conciliantur.

In præfatione ad Lectorem scribit se in hoc opere non tam doctioribus, quàm mediocribus & penè infantibus operam dare. Ideo factum est (inquit) ut & tritissima quædam diligenter persecutus sim, & quasi ad mansum (ut aiunt) cum illis descenderim. Et paulò post. Vt ex bonorum authorum libris, tam quæ tritissima, quæq; mediocriter nota, quàm quæ ignorarentur percipi possent: & ut in tali studio summus ac diuturnus labor abesset, summopere curaui. Quid uero si ijs quoq;, qui tantum insignia illa perquirũt, illud quoq; respondeam, Et doctissimis uiris interdum euenire solere, in facilioribus aliquando rebus & ipsi animo ut hæreant? Et aliquanto post. Tantum ego ab horum sententia absum, ut etiam fatear (quanquã omnino, quæ à nobis obseruata sunt, haud pauca uideri debent) multa me subterfugisse, quæ in hunc nostrum apparatum recte conijci possent. Sed id à Iulio Camillo, uiro in hac una præcipiendi facultate facile principe, cumulate absolutum expectare licebit: qui in suo Theatro ita ad sua capita uel unumquodq;, quod homini in mentem dicere uenire possit, ex ordine digestum habet, ut inde uel infanti Latina oratio in calamũ scribenti quàm uberrime cõfluere possit. Quod quidem diuinum opus ne aliquo maligno fato nobis intercipiatur (nam aliquot annos ad Regiam uoluntatem nobis proferri æquo animo perferri potest) summis precibus à dijs immortalibus contendendum est. Deinde se excusat quod non poëticas quoq; dicendi formulas admiscuerit, solam enim oratoriæ dictionis facultatem sibi propositam in hoc opere fuisse. Comicos tamen adhibuit, ut quorum oratio magis cum oratorum, quàm cum poëtarum cæterorum oratione consentiat. Nimis uero antiqua & obsoleta aut non usurpat, aut cum admonitione. Quanquam (inquit) poëtarum quoq; ad hanc dicẽdi rationem formulas seorsim à nobis habuisses, nisi subita illa uis Corneliani incẽdij extitisset: quod quidem non solum Corneliorum familiæ, sed ipsi etiam urbi Venetijs calamitosum extitit: mihi uero calamitosius. Hoc enim opere cum uita ex medio incendio uix erepto, cætera mihi omnia multorum annorum studia cõcremata sunt: in quibus cum his poëticis locutionibus, quicquid in simplicibus obseruaram, haud mihi ingratus labor perijt. Nec non etiam Cornelij Celsi, ac quas obseruaram in libris de Re rustica locutiones, quas per illud tempus reliquo operi adiungebam, nefario illo incendio consumptæ sunt: ut, si minus crebro, quàm in operis principio insti-

„ tueram, ex his duobus authoribus adduci exempla uidebis, me excusatum ha-
„ beas, &c. Ex epistola nuncupatoria. Ex ueterum assidua lectione mul-
„ ta cum simplicium, tum non pauca etiam coniunctorum inter se diligenter obser-
„ uaui. Sed cum maxime oratio ex nomine & uerbo conficiatur, hisq; duobus uni-
„ uersæ ferè orationis ratio contineatur, hæc uti inter se optime ueteres scriptores
„ constructione cum proprie, tum figurate coniunxerint, in primis non obseruaui
„ solum, sed ita in suum certum ordinẽ mihi descripsi, ut si quid aliquando à meipse
„ dixissem, haberem statim unde id Latine pronunciatum nec ne esset, facile scire
„ possem. Quod quidem opus ad eam mihi paulatim iam magnitudinem creuerat,
„ ut si inde omnia promi (ut certe non poterant) nequaquam possent, non multa ta-
„ men in eo desyderare uiderer.

T.cl.1390. BARTHOLOMAEVS de Saliceto iureconsultus, omnium sui temporis celeberri-
mus, ædidit quædam in legibus luculenta opuscula, quibus memoriam sui nomi-
nis immortalitati apud posteros consecrauit, de quibus feruntur,

Super Codice, lib. 9. Super Institutis, lib. 4.
De Vsu Feudorum, lib. 1. Et alia complura.

* Bartolemæus de Saliceto Bononien. professus est Ius ciuile quatuor annis Patauij, inde Bononiam rediit, ubi anno 1482. exorsus est cõmentaria sua in IX. libros Codicis: quæ sequentibus annis iuxta publicas prælectiones absoluit. Professus est autem magna cum laude, & inter sui temporis doctores cum primis fuit. De hoc scribit Iacobus Philippus Bergomensis, quod Alberto Estensi Ferrariæ Marchioni, cum apud eum magno esset in precio, primus author & suasor fuerit, ut à Bonifacio priuilegium impetraret Scholæ publicæ in urbe Ferrariæ constituendæ. Mortuus est Bononiæ iam senex, & ad S. Dominicum sepultus, ubi in Choro extat illius monumentum epitaphio. Ioan. Fichardus de Vitis Iureconsultorum.

BARTOLEMAEI Scalæ, epistolæ tres Florentiæ scriptæ ad Angelum Politianum leguntur in quinto libro epistolarum Politiani: & quinq; in duodecimo. Sic autem
„ alicubi de suis scriptis: Quæ scripsi ego quidem (inquit) parum multa sunt, ædita
„ uero nulla: nisi quæ aut imprudentiore in ætate pueriliter penè excidẽrũt, aut ex-
„ torsit necessitas, &c. Apparet autem ex quadam Politiani epistola eum historiã quandam scripsisse, & epigrammata nonnulla.

BARTOLEMAEVS Sozinus I. C. scripsit de regulis iuris & fallentijs: Et quædam in 2. ff. n. & Infortiati 2.

BARTOLEMAEVS Syluanius Salonensis medicus transtulit Ammonij Hermeæ commentarios in prædicamenta Aristotelis ex Græco in Latinum. Hieronymus Scotus impressit Venetijs, anno 1541. in fol. chartis 30.

Vertit etiam ex Galeno quædam, & alia plurima, ut apparet ibidem ex epistola Ioannis Mariæ Catanæi, quæ nuncupatoriam ipsius sequitur.

BARTOLEMAEI Vespucij Florentini artium & medicinæ doctoris, oratio habita Patauij, anno 1506. in laudem quadriuij ac præsertim Astrologiæ, quam ibi publice profitebatur. Annotationes nonnullæ sparsim in sphæram Ioannis de sacro busto. Impressa Venetijs 1508. in fol. cum alijs opusculis & annotationibus de sphæra.

T.cl.1410. BARTHOLOMAEVS de Vrbino, ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini, ex opusculis sancti Ambrosij & Augustini opus singulari studio secundũ alphabeti ordinem in unum comportauit, cui titulum imposuit,

Milleloquium Augustini, lib. 1. Milleloquium Ambrosij, lib. 1.
De bello quoq; spiritali, lib. 1. Et alia complura.

* Vide supra in Augustino de Anchona.

BARTOLEMAEVS Vuesthemerus, qui hodieq; typographus est Basileæ, collegit tropos

tropos insigniores utriusq; testamenti, quos Thomas Vuolfius excudit Basileæ, 1528. in 8. chartis 28. & dimid.

Idem collegit Conciliationem sacræ scripturæ & patrum, in qua est cernere, quid sacrosancta utriusq; instrumenti Biblia cum Ecclesiæ doctorum (quos uocant) doctrina, quid cum Conciliorum, sacrorum Canonum, Pontificumq; Rom. cõstitutionibus, & quid cum omnibus de re Christiana spectatioris fidei Historijs conueniens cõmuneue, quidq; uarians habeat. Præfigitur & catalogus Theologorum, Conciliorum, historicorumq; ueterum, è quorum monumentis collecta est Conciliatio patrum. Opus impressum Basileæ in 8. in officina ipsius authoris, anno 1536. chartis 42. cum indice.

Ex præfatione ad Iacobum Otterum Eslingensis Ecclesiæ concionatorẽ. Vo- « lui tuæ humanitati hoc meum qualecunq; opusculum dedicare, quod ante annos « aliquot per otium collegi, dum per omne genus scriptorum, ceu sedula apis, uoli- « tabam. Effecerunt autem ut æderem hæ causæ, potissimum ut hoc auspicio meam « atq; Nicolai Brylingeri nouam officinam typographicam initiarer. Deinde quod « uidi in hoc argumenti genere libellum quendam non inutilem Hermanni Bodij « ita scriptum, ut hic meus uideatur non sine quodam singulari lectorum operæpre « tio adiungi, &c. «

Insignium huius operis locorum elenchus.

De scripturæ maiestate, authoritate, fide, Concilijs non postponenda.
De uerbo Dei generalibus Concilijs non subiecto.
Verbo Dei nihil addendum, aut detrahendum.
De consuetudinibus. De ecclesia, eiusq; clauibus.
De episcoporum potestate, officio, ordinatione.
De Ordinis sacramento, & episcoporum electione.
De clauibus soluendi absoluendiq;, & quibus datæ.
De Christianorum potestate ligandi, & sacerdotio.
De coniugio sacerdotali. De missæ negotio.
De signis duobus noui Testamenti.
De originali peccato. De Baptismo. De pœnitentia.
De contritione. De timore uel amore. De cõfessione auriculari.
De absolutione. De satisfactione. De purgatorio.
De indulgentijs. De excommunicatione.
De sepultura. De gratia & merito.
De fide sola iustificante hominem.
De operibus. Quod peccatores omnes natura sumus.
De inuocatione sanctorum. De imaginibus sanctorum abrogandis.
De libero arbitrio hominis. De miraculis & signis Sanctorum.
De sabbati & festorum dierum abrogatione.
De præceptis humanis uiribus non implendis.
De uirginitate non ex præcepto.
De uotis monasticis. De iuramento seruando, aut non.
De traditionibus humanis. De cantu ecclesiastico.
De libertate Christiana. De carnium delectu.
De discrimine dierum. De ieiunio.
De magistratu. De hæreticis comburendis.

BARTOLEMAEVS Zambertus Venetus Euclidis Geometrica elementa, & commentarios in eosdem Theonis & Hypsiclis Alexandrinorum Latinitate donauit. Opus impressum Parisijs unà cum Campani Galli cõmentarijs, in fol. à Michaële Pontano recognitum, chartis 124. Deinde Basileæ 1537. in fol. chartis 149. alijs adiectis, nempe Phænomenis, Catoptricis, opticis, & protheoria Marini & datis.

Eiusdem comœdia quædam excusa in 4. inter libros officinæ Heruagij numeratur.

BARTOLVS de Saxoferrato natus est anno 1309. puer præceptorē habuit Petrum de Assisio, uirum doctum & eximie pium, à quo in literis & grammaticis eruditus fuit. Ad iuris Ciuilis disciplinam se contulit anno ætatis 14. in ciuitate Perusina, quam tanta diligentia & industria didicit, sub præceptoribus Cyno Pistoriensi, Iacobo Butrigario, & Reynerio Foroliuiensi, ut postea 20. anno ætatis Bononiæ de Iure publice responderit, & anno sequenti solennia Doctoratus insignia receperit. Hic cum intelligeret praxim esse, quæ omniū optime Iuris studiosorum oculos recludat, animos accendat, & iudicia absoluat, ad eam se statim primis post Doctoratum annis contulit, ubi assessor criminalium causarum factus est, &c. qua conditione relicta in solitudine aliquandiu studijs priuatis incubuit, unde accersitus ad profitendum, Pisas contendit. Istic igitur primo anno, ætatis autem suæ 25. ædidit celebrem illam Repetitionem legis, Si is qui pro emptore. in Digest. sub Titulo De usucapionib. cœpitq; statim magis ac magis inclarescere. Postea uero relictis Pisis Perusium concessit: ubi & uxore ducta, & uitæ portu constituto, reliquam ætatem profitendo transegit. Quotidianis itaq; prælectionibus ibi exercitus, ad illud eruditionis gloriæq; fastigium excreuit, ut dum uiueret, & summi Iurisperiti nomen solus in uniuersa Italia haberet, & ad illum audiendum undiquaq; maximus omnium studiosorum concursus esset: & denicq; mortuus, per elaboratissima sua scripta incomparabilem propè famā, et memoriam sempiternam sit cōsecutus, &c. Illud memorabile est, quod traditur eum toto quinquennio in Repetitione legis De ætate, Digest. Tit. de minoribus, absoluenda elaborasse. Equidē nec ingenium, nec memoriam Bartolo defuisse, facile iudicare potest, qui consideret & Hebraicas ipsum literas & Mathemata (quorum usum ad Ius quoq; Ciuile in commentarijs suis induxit) perdidicisse, & plurium disciplinarum quam iuris Ciuilis peritiam habuisse. Scripsit doctissima Commentaria super totum propè Ius Ciuile: quæ autem illius nomine supposita sint Lectoribus, & quæ suspecta doctis, cum præter cæteros Iason quoq; in l. Quidā cum filium. Digest. de Verb. obliga. recensuerit, nihil opus est hic commemorare. Sani fuit iudicij & animi, uitæq; integræ, &c. Mortuus est tandē Perusij anno ætatis suæ 46. Anno Domini 1355. Hæc ex Ioan. Fichardi Iureconsultorum Vitis.

BASILIVS Ancyranus episcopus, artis medicinæ, scripsit contra Marcellum de uirginitate librū, & nonnulla alia, & sub rege Constantio, Macedonianæ partis, cum Eustathio Sebasteno princeps fuit. Hieronymus.

BASILIVS Cæsareæ Cappadociæ, quæ prius Mazaca uocabatur, episcopus, egregios contra Eunomium elaborauit libros, & de spiritu sancto uolumen, & in hexaēmeron homilias nouem. Et ἀσκητικὸν, & breues uariosq; tractatus. Moritur imperante Gratiano. Hieronymus.

T.cl.380. Basilius Cæsariensis Cappadociæ episcopus, scripsit Græco sermone multa præclara opuscula, sed pauca eorum ad manus nostras peruenerunt.

De spiritu sancto,	lib. 1.	
Contra Eunomium,	lib. 1.	
In hexaēmeron,	lib. 9.	In principio, &c. Conue.
Regulam monachorum,	lib. 1.	Humanum genus.
Exhortatorium monachorū,	lib. 1.	Audi fili mi admo.
De institutione puerorum,	lib. 1.	
De fide,	lib. 1.	Dei quidem sine inter.
De sermone occulto,	lib. 1.	Sermonis usum deus.
In plures Psalmos,	lib. 1.	Omnis scriptura diuini.
Ad uirginem lapsam,	lib. 1.	Tempus est exclama.

Homilias

Homilias plures.
Alios insuper tractatus, sermones & epistolas ad diuersos composuit.
*Basilius ob eloquium singulare, & seuerius uitae institutum Magnus uocatus est. Eius opera, quae extant Graece, habentur manu scripta Bononiae ad S. Saluatorem, & Venetijs quaedam nondum publicata seruantur.
Basilij Magni de grāmatica exercitatione liber, impressus Florentiae in 8. Graece, anno 1515.
Basilij Magni & Gregorij Nazianzeni epistolae Graecae, impressae Haganoae, 1538. in 8.
Basilij Magni opera aliquot Grece excusa Basileae in officina Frobeniana, cum praefatione D. Erasm. anno 1532. in fol. chartis 171. Sunt autem,
In Hexaēmeron homiliae 11. In Psalmos homiliae 15.
Aliae homiliae uariae 29. De spiritu sancto liber 1.
Epistolae Basilij Magni & Gregorij Theologi.
Conuersa autem in Latinum sermonem excusa sunt quaedam Coloniae apud Ceruicornum, anno 1531. in fol. chartis 93. cum Indice. Videlicet, hexaēmeron homiliae 9. Argyropylo interprete.
In Eunomium, libri 3.
Solutionum liber, ex scripturis super diuinitate filij dubiorum.
De spiritu sancto, lib. 1. Georgio Trapezuntio interprete.
Homiliae ac sermones ad populum 60. Raph. Volaterrano interprete.
De regulis monachorum liber, Ruffino presbytero interprete.
Postremo omnia eius quae extant opera iuxta argumētorum congruentiam in Tomos partita quatuor, Iano Cornario medico physico interprete, impressa sunt Basileae in officina Froben. in fol. anno 1540. chartis 198.
In primo Tomo habentur,
In opificium sex dierum, homiliae 11.
Prima, in principium libri Geneseos, siue de creatione coeli & terrae.
Secunda, de terrae informitate.
3 De modis generationis, siue de firmamenti creatione.
4 De congregatione aquarum.
5 De germinatione terrae.
6 De generatione luminarium, siue de Sole & Luna.
7 De reptilibus: (aliâs, de creatione reptilium & aquatilium.)
8 De uolatilibus & aquaticis: (aliâs, de creatione uolucrium.)
9 De terrestribus. 10 & 11 De hominis constructione.
Homiliae in Psalmos aliquot 17. Nempe, In principiū primi Psalmi: ubi etiam de uirtute & laudibus Psalmorum in genere praefatur.
In septimum, & 14. Psalmos. In reliqua Psalmi 14. & contra foeneratores.
In Psalmum 28. homiliae 2. Singulae homiliae in singulos, qui sequuntur, Psalmos: in 29. 32. 33. 37. 44. 45. 48. 59. 61. 114. 115.
Conciones uariorum argumentorum 28.
1 De ieiunio in celebritate quinq; dierum.
2 De eodem, pridie diei cinerum.
3 De peccatis per cogitationes admissis, super illud Moysi: Attende tibi ipsi.
4 De gratiarum actione.
5 Ad martyrem Iulittam, & in ea quae deficiunt à praecedenti concione de gratijs Deo agendis.
6 Concio in dictum illud in Euangelio Lucae, Destruam horrea mea, & maiora aedificabo: & de auaritia: (aliâs, Sermo in diuites auaros, super illud Lucae, Hominis cuiusdam diuitis ager.

7 Concio ad diuites: (aliâs, Sermo secundus in diuites auaros, super illud Euangelij Matthæi 18. Magister bone, quid boni faciam?)
8 Quod Deus non est author malorum.
9 Contra irascentes. 10 De inuidia.
11 Homilia dicta in fame & siccitate: (aliâs, Super uerba illa scripturæ, In fame & squalore. Quando per siccitatem Cæsareæ populis fames inualuit: (aliâs, Sermo 3. in diuites auaros.
12 In principium Prouerbiorum Salomonis.
13 Exhortatoria ad sanctũ baptisma, quæ ad pœnitentiã quoq; uideẽ quadrare.
14 In ebrietatem & luxum, quibus die Paschæ populum affectum uidit.
15 De Fide, aliâs de Trinitate.
16 In Euangelij Ioannis initium, In principio erat uerbum.
17 In sanctum baptisma. 18 In Barlaam martyrem.
19 In Gordium martyrem, deq; eius uita.
20 In sanctos 40. martyres. Exhibit separatim Ger. Vossius inter alia M. Nic. Cl. Patrum ex edit. Frey. Neocæsar. Nouiom. 1. 91. 1604. p. 175.
21 Concio habita in Lacizis (aliâs, In aliquot scripturæ locos, ubi de uarijs disserit uitijs, de acceptatione personarum, de tentatione, de ira, de inuidia, & auaritia.
22 De humilitate.
23 Ne rebus temporalibus affixi simus, & de incendio facto extra ecclesiam.
24 In sanctam Christi natiuitatem.
25 Quomodo ex Græcis authoribus utilitas capienda sit: (aliâs, Ad nepotes de gentilium libris legendis.
26 In sanctum martyrem Mamantem.
27 Homilia de spiritu sancto.
28 Concio de pœnitentia.

Contenta in secundo Tomo.

De uera uirginitatis integritate liber ad Letoium episcopum Melites.
De paradiso opusculum, charta dimidia.
Contra apologeticum Eunomij libri 3. euersorij: quorum primus est de æqualitate patris & filij in diuinis: secundus, quod filius in diuinis non sit factura, nec patre duratione aliqua posterior: tertius, de spiritu sancto. Adijciuntur autem in Coloniensi æditione etiam alij duo libri: quartus, super ijs quæ ex utroq; testamento aduersus filij diuinitatem Eunomiani calumniantur: quintus, contra eosdem de spiritu sancto, quod non sit creatura, quem aliqui falsò suspicantur ad Amphilochium esse scriptum. Sed hi duo libri cum nec in Græco habeantur (inquit Cornarius) & Basilio indigni sint, in nostra æditione non temere omissi sunt.
Contra Sabellianos & Arium, & eos qui inæqualitatẽ docent, sermo: charta 1.
De spiritu sancto liber ad sanctum Amphilochium Iconij episcopum: diuisus in 30. capita: chartis 9.
De libero arbitrio sermo, charta dimidia.
De baptismate libri 2. Prioris libri caput primum Raph. Volaterranus inter homilias transtulit.

Capita primi libri.

1 Quod primum discipulum Domini esse oportet, & deinde sancto baptismate dignum fieri.
2 Quomodo baptizetur aliquis secundum baptisma in euangelio Domini nostri Iesu Christi.
3 Quod oportet regeneratum per baptisma, de cætero diuinorum mysteriorũ participatione nutriri.

Secundus liber quæstiones habet tredecim de officio hominis Christiani, ex quibus prima solũ est de officio baptizati, cũjus totus liber de baptismate inscribatur.

Tertij

Tertij Tomi contenta.

Exercitamentorum pietatis sermones 7. Chartis 3. & trib. quadr.

Sermo primus, de militia uitæ Christianæ.
2 Exhortatio de renunciatione uitæ, & perfectione spirituali.
3 Quomodo monachum ornari oportet.
4 Quomodo amittimus, & quomodo recuperamus imaginem Dei, & de uera uirginitate conseruanda.

Hunc sermonem Raph. Volaterranus transtulit in opusculo quod inscripsit institutionem aspirantium ad uitam perfectam.

5 De scopo exercitatoriæ uitæ, & præsidibus cõgregationũ in utroq; sexu, &c.
6 Epistola ad quandam canonicam.
7 Formularis designatio suorum scriptorum quæ pertinent ad pietatis exercitationem.

Præfatio de iudicio Dei, circiter chartam 1. & tertiã partem. Ex epilogo eius. Consequens simul ac necessarium duxi, sanam fidem, & piam sententiam de patre & filio ac sancto spiritu apponere prius, atq; sic moralia insuper adiungere. "

De fidei confessione sermo: tribus quadr. unius chartæ, & paulò amplius.

Moralia, siue morales summæ, quæ sunt loci quidam cõmunes ex nouo Testamento, 80. diuiduntur autẽ rursus singulæ summæ in aliquot capita: chartæ sunt 11. & tres quadr.

Ex præfatione authoris. Quũ de sana fidẽ in præcedentibus sufficienter ad "
præsens dictum esse putemus, hinc de moralibus promissionem in nomine Domi- "
ni nostri Iesu Christi persoluere conabimur. Quæcunq; igitur inuenimus in nouo "
Testamento sparsim interdicta aut approbata, ea pro uiribus nostris in summas, "
ad faciliorem studiosorum captum, colligere conati sumus. "

Quæstionum siue interrogationum ac responsionum 55. ~~diffuse explicatarum~~ ab exercitatoribus pietatis ac diuo Basilio, liber: chartis 9. & trib. quadr.

Ex præfatione. Age sanè nos pietatis decertatores, qui quietam & à nego- "
cijs remotam uitam, uelut obseruationis euangelicorum dogmatum adiutricem "
colimus, communem curam ac consiliũ proponamus, quo nihil ex præceptis nos "
effugiat. Quocunq; igitur unusquisq; se indigere putarit, hoc ipsum in cõmunem "
considerationem proponat: facilius enim utiq; in sedula plurium perscrutatione, "
quod latet, inueniri poterit, &c. "

Quæstiones ~~compendio explicatæ~~ 313. chartis 16. & trib. quadr. Præponitur autem quæstionum catalogus statim ab initio, ut etiam in proxime præcedentibus.

Constitutiones exercitatoriæ, ad eos qui communem in cœnobio uitam, itemq; solitariam degunt, per capita 34.

Pœnæ in delinquentes exercitatores pietatis statutæ.

Pœnæ incerti authoris & inscriptione carentes, inter Basilij scripta repertæ.

Quartus Tomus continet.

Epistolas diui Basilij, & Gregorij theologi. Scribit autem Basilius epistolas
Ad Gregorium theologum, Eusebium, Maximum philosophum.
Ad Gregorium fratrem de essentiæ & substantiæ differentia.
Ad Gregorium auunculum.
Ad Athanasium magnum Ancyræ episcopum epistolæ 7.
Ad Athanasium patrem Athanasij episcopi.
Ad Ambrosium Mediolanensem.
Ad Meletium episcopũ 4. Ad Antiochensium ecclesiam.
Ad fratres & episcopos in Occidente.
Ad ecclesiam Neocæsariæ.
Ad clericos eiusdem. Ad præcipuos eiusdem.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [317] - 138v PUBLIC DOMAIN

Sozopolitanis. Nicopolitis. Ecclesiæ Ancyræ. Senatui Thyanorum.

Basilius Meletius, Eusebius & reliqui, pijssimis fratribus & episcopis per Italiã ac Galliam scribunt communem epistolam 69. Basilius solus ad eosdem. Alexandrinis, Euaisenis, exercitatoribus sub seipso. Ad episcopos Occidentis de Eustathio Sebasteno, & Apolinario, & Paulino, & uniuscuiusq; horum hæresi. Ad Neocæsarienses. Episcopis sub seipso, ut ne eligant propter pecunias. Episcopis maritimis.

Exemplar fidei pronunciatæ à Magno Basilio, cui subscripsit Eustathius Sebasteæ episcopus. Ad Eustathium Sebasteæ episcopum. Ad Eustathium medicum bis. Patrophilo episcopo, epistola 82. & 85. Leontio sophistæ. Sophronio magistro. Bosporio episcopo. Simplicíæ hæreticæ, quæ est 87. epistola, deinde inseruntur plurimæ Gregorij, usq; ad epistolam 141. ubi rursus Basilij epistolæ incipiunt.

Ad Cæsarienses apologia, de secessu & de fide. Ad Libanium 10. & Libanij ad ipsum 12. Basilius Andronico duci. Eustathio philosopho. Iuliano. Diodoro. Eunomio. Olympio 4. Candidiano. Phirmino. Iulittæ Liberæ. Incerto cuidam 2. Notario. Duci. Calligrapho scriptori ut pulchras literarum notas ducat.

Sunt autẽ omnes istæ Basilij & Gregorij epistolæ 180. Gregorij epistolas quære suo loco, ubi enumerantur.

His accesserunt chartæ 2. & tres quadr. nec Græce nec Latine antehac æditæ, quibus hæc continentur.

Basilij epistola ad Chilonem discipulum suum.

Admonitio ad adolescentes monasticæ uitæ deditos.

Epistola ad monachum elapsum.

Epistola ad uirginem elapsam.

Oratio aduersus eos, qui calumniantur nos, quod tres deos dicimus.

Postremo subijcitur Monodia siue funebris oratio Gregorij Nazianzeni in Magnum Basilium, per Raphaëlem Volaterranum conuersa.

Alexander Brassicanus in præfatione super Saluiani libro de uero iudicio Dei, se Viennæ habere scribit Basilij Hexaëmeron integrum, & longe copiosius, quàm uel ab Argyropylo, uel ab Eustachio ad Syncleticam Germanam in Latinam linguam conuersum sit.

Basilij quædam in claris Italiæ bibliothecis, Romæ præsertim ac Venetijs reperiuntur, typis nondum excusa.

Expositio in Esaiam. De anima.

De naturalibus principijs & causis.

Capita aliquot de diuina natura, quibus contradicit Origeni.

De synodis. Expositiones in 28. orationes Gregorij Nazianzeni.

Basilius Magnus & Gregorius theologus, Origenis librorum epitomen siue ἐκλογὰς confecerunt, quod opus Philocalian Origenis uocant: aliàs, Delectus ex uarijs libris Origenis, continens quæstiones & solutiones scripturę. Extat Romæ.

Ad Eusebium. Epistola ad non credentes orthodoxæ fidei. Diuersa capita theologica contra hæreticos. Fieri tamen potest, ut quædam ex his, partes sint operum impressorum, aut inscriptiones tantum uarient.

Reperiuntur etiam excerpta quædam ex opere contra Eunomium de consubstantiali trinitate, & ex alijs sanctis in diuersa argumenta. Item expositio εἰς τὸ Ψαλτήριον, fortè non alia quàm homiliæ istæ, quas in aliquot Psalmos habemus excusas.

Ex præfatione Cornarij in tertium & quartum Tomum ad D. Hermannum
» Archiepiscopum Colonien. Duos integros Tomos, multos partiales libros, ser
» mones, quæstiones, constitutiones, & totum denique epistolarum Basilij ac Grego-

rij Na-

rij Nazianzeni opus continentes, C. tuæ offerimus. Atq; hæc omnia nunc primum à me, & nunquam antea ab aliquo in Latinam linguam conuersa. Nam & si Rufini quædam extent, quæ putant aliqui ex Basilio conuersa, tamen ea talia sunt, ut non iuxta requisitam in interprete fidem reddita uideantur: sed hinc inde excerpta, & pro illius iudicio ex multis libris in unum congesta appareant.

Ex Gregorij Nazianzeni Monodia in Basilij uitam.

Sacra uolumina nemo, nec eloquentius, nec uerius, aut uberius enarrauit, nec ullo alio unquam uerbo aut sententia errauit. Sed id quod ait Salomon, id ei probe euenit: Det mihi Deus ex animi sententia loqui, & quæ dico, digne cogitare. Nam scite quæ nouit expressit: quæ uero exprimebat, recte sensit: & par sibiipsi apparens, nullum doctrinæ theologicæ locum, siue ad mores, seu ad Dei contemplanda mysteria facientem, reliquit. Eius monumenta ita clara celebrataq; sunt hodie, ut nemo sit qui sapere cupiat, aut de rebus diuinis aliquid intellígere, quin ea in manibus habeat. Vetera iam cessant, his nouis tantum uacant. Hinc affatim sibi quisq; materiam, ad ea quæ cupit assumit, siue ad exercitationem encomium faciat, seu ad cõsulendum & deliberandum, aut hæreticis respondendum ueniat, ut in promptuario apud eum cuncta reperiet. Scripsit Hexaëmeron, quem ego quoties lego, ubi de rerum principio diuinitus disserit, ita me in conditoris charitate atq; cognitione confirmo, ut nulla re magis mouear aut oblecter. Quæ uero contra Eunomium & hæreticos scripsit, ignem mihi uidere uideor inconsumptũ: ita ipsorum repressit audaciam in libro ad Amphilochium de spiritu sancto, quod in hoc erasse inuidi nonnulli dictitabant: ita ipsum ante oculos ponit, ut nil manifestius aut uerius Deum ostendat. Epistolas nonnullas, sermones item super uarios scripturæ locos, & homilias ad populum habuit, quibus omnis magnopere ædificatur ecclesia.

BASILII Imperatoris Paræneses siue capita necessaria ad Leonem filium suum. Hunc libellum Venetijs manuscriptum uidi: extat & Romæ in Vaticana bibliotheca.

BASILII Zanchi Bergomatis, Canonici ordinis Lateranensis, uerborum Latinorum ex uarijs authoribus epitome.

Eiusdem, Verborum, quæ in Marij Nizolij obseruationibus in Ciceronem desiderantur, appendix. Ex præfatione authoris. Superioribus aliquot annis quum essem Bononiæ, Verborum Latinorum ex uarijs authoribus Epitomen mihi ipsi conficere aggressus sum: & eorum maxime, quibus Ciceronem Latinæ eloquentiæ, ipso Iulio Cæsare attestante, principem atq; inuentorem, aut nunquam, aut summum semel bisue usum fuisse, ex illius quæ ad hanc diem extant monimentis, cuiuis uidere licet. Et quia è manibus Marij Nizolij hominis magna diligentia, magna eruditione præditi, in infinita propè dicam Ciceronianæ segetis messe metentis, spicæ quædam exciderant atq; elapsæ erant: ego ueluti paupercula Moabitis illa, reliquias studiose collegi, atq; in manipulos fide optima, quasi Appendicem quandam redegi, &c. In quo quidem opere nihil prorsus nos subterfugisse (quis enim id effugerit?) affirmare uix possumus, cum cuiusuis hominis sit nescire, falli, decipi, errare, opinione labi: multa tamen à nobis consulto prætermissa fuisse non inficiamur. Eum laborem postmodum alijs studijs impeditus ac distentus intermisi: cum tamen per id temporis socius ac consors tam longi laboris esset Ioan. Chrysostomus germanus frater meus: cuius libri 3. de origine Oratorum siue Cenomanorum ad Petrum Bembum, & Panegyricus ad Carolum V. Imper. elegantissime scripti in publicum emanarunt. Et paulò post. Sed quod ad eos authores, ex quorum fontibus hæc hausimus, attinet, minime ue-

„ reor ne tibi admirationem moueat: quod nonnullos secuti fuerimus, in quibus sue
„ cum illum, & quasi sanguinem incorruptæ Latinitatis, & (quod caput est) peren-
„ nem ac perpetuam illam tum simplicium, tum collocatorum uerborum totius de-
„ niq; structuræ concinnitatem, numerumq; desiderari nemini unquam eruditorum
„ ro dubium fuit. Optime enim omnium nosti, alios ita legendos esse (de ueteribus
„ qui imitatione digni existimantur loquor) ut quicquid scripserint, sine ulla dubi-
„ tatione, utpote non nisi bene Latine, ornate, dilucide, apposite dictum, atq; omni
„ ex parte expolitum, arripiendum atq; in propria scripta transferendum sit. Cuius
„ generis sunt post Ciceronem, ac Iulium Cæsarem, quos ueluti Antesignanos ac
„ Reges in eloquentium acie ac solio posteritas omnis uenerata iure optimo collo-
„ cauit, Terentius, Corn. Celsus, Columella: itemq; Catullus, Virgilius, Tibullus,
„ Horatius: & si quis alius ijs par atq; æqualis existit, aut si qui proxime ad eos acce-
„ dunt. Quales ex altera parte habendi sunt & dicendi, Q. Cicero, A. Hircius, Cor-
„ nificius rhetoricorum ad Herennium author, Cor. Nepos, P. Syrus mimorũ scri-
„ ptor, Asconius Pædianus, Titus Liuius: ex altera autem parte Propertius, Ouí-
„ dius, Gratius, Germanicus Cæsar, Corn. Seuerus, Pedo Albinouanus, M. Mani-
„ lius, Seneca Tragicus. Alios uero ita in manus sumendos esse, ut lectionem ad
„ eorum scripta cum delectu uerborum, ac totius scriptionis tanquam iudex ad-
„ hibeas: ac non nisi ui ac necessitate coactus eorum stylum, ac scribendi rationem
„ imiteris. Nam & præter plurimarum rerum nomina, quæ nusquam præter-
„ quam in eorum chartis inueniuntur, alia quoque necessario ab eis sumenda quis
„ non uidet? quod ijs, qui de Græco in Latinum conuertunt, uel maxime neces-
„ sarium esse nemo nisi prorsus rudis, atq; inexercitatus ignorat. Quæ si quis qui-
„ busdam in locis, ubi uerbum uerbo reddendum est, aut nimia Latini sermonis
„ religione silentio præterire, aut per circuitionem explicare uoluerit, næ ille mihi
„ imprudens, & cuius iudicio minime standum sit, iudicandus erit. Equidem (ut
„ de me loquar) ut aliter credam uix adduci possum, Ciceronem ipsum si Archi-
„ tecturam, aut Astrologiam, aut Geographiam, aut Naturalem historiam, Lati-
„ næ consuetudini tradere uoluisset, alijs quàm Vitruuij, & Hygini, & Pomponij
„ Melæ, & Plinij rerum uocabulis uti potuisse. Vt interim taceam Medicinæ præ-
„ cepta nec elegantius à quoquam quàm à Celso, nec de rebus rusticis ornatius
„ quicquam, quàm à Columella iam dictũ est, præcipi potuisse, &c. Malim Plauti,
„ M. Catonis, Sallustij, Varronis, Lucretij uerbis loqui, quantumuis alicubi
„ priscis: & horridioribus, adde etiam si placet, impolitis, ubique tamen ita La-
„ tinis, ita incorruptis, ut nihil possit supra: quàm illorum aut nouis, aut pla-
„ nè suspectis atque incertis, an ex illo nitidissimo Latinæ puritatis fonte proflu-
„ xerint. Hæc prolixius adscribere uisum est, quoniam de multis autho-
ribus iudicium eis continetur. Scripta est hæc præfatio Romæ, an-
no 1541.

Recensentur autem in hac Epitome Latina uocabula nuda ordine alphabeti, adiectis literis, quibus authorum nomina indicantur, & numeris paginarum: non satis autem obseruatus est literarum ordo, præsertim in tertijs & sequentibus literis, siue in secundis & sequentibus syllabis.

Eiusdem authoris Epithetorum commentarij, Romæ excusi, ordine literarum, anno 1542. in 4. chartis 39.

Verba authoris ex epistola ad Lectorem.

Nos sanè cum iam inde ab ipsa pueritia ad Poëticam aspiraremus, ac tum à grauissimis authoribus, ut alios omittamus, Aristotele, Hermogene, Cicerone, Quintiliano didicissemus, tum ipsi quoq; animaduertissemus, Epithetis, quibus frequentius & liberius poëtæ utuntur, poëmata uel cum primis exornari: uixdum annos

septem

septẽ & decem nati cõmentarios conficere ingressi sumus, in quos ex optimis quibusq; poëtis quantã potuimus epithetorũ copiam congessimus. Et paulò post. Sed ne illud quidẽ superuacaneũ, aut minus gratũ fore existimauimus, quod Deorum atq; hominum historias, præterea fontiũ, amniũ, lacuum, montiũ, insularum, urbiũ deniq; nomina, reliquaq; quæ nobis expositiõe digna uisa sunt, additis quæ eò pertinerent, ex Græcis monimentis, & Latinis diligenter perquisita illustri breuitate quoad eius fieri potuit explicauimus. Et, ut laborem tibi leuaremus, copiosissimum indicem eorum, quæ in hisce commentarijs extra literarum ordinem continentur, apposuimus. Neq; uero quenquam nescium esse uolumus, nonnulla in tanto labore nos subterfugisse: multa etiam consultò prætermissa fuisse, id quod & in Verborum Latinorum epitome, quam superiori anno Romæ ædendam curauimus, aperte, atq; ingenue præfati sumus.

BASINIVS Parmensis scripsit quædam carmine, de quibus scribitur penultimũ epigramma libri tertij Syluarũ Baptistæ Mantuani. Colinæus Parisijs nescio quid Basinij excudit.

BASSI cuiusdam epigrammata octo extant inter ea, quæ Planudes digessit: semel duntaxat Lollij cognomen additur: horum sex in primo libro reperies, unum in tertio, postremum in octauo. Quanquam unum est in primo, quod an Bassi sit aut Nicomedis dubitatur.

BASSIANI, Ambrosij, & aliorum epistolam ad Syricium Papam habes in decimo libro S. Ambrosij epistolarum.

BASSIANI Landi Placentini, eruditi iuuenis, quẽ superiore anno Venetijs uidi, Iatrologia, siue dialogi 2. ad Herculem Estensem 2. Ferrariæ ducẽ, quibus cõtinetur methodus ad cognoscendos & curandos morbos. Impress. Basileæ in officina Io. Oporini, anno 1543. in 4. chartis 18. & dimid. Præceptorem habuit Ioan. Baptistam Montanum, ut testatur in epistola nuncupatoria, ex qua hæc ipsius uerba adscribere uisum est. In conscribendis de re medica duobus dialogis me ipsum potius sub persona amicorũ, quos facio loquentes, exerceo, quàm alios erudio. Alter quidem breuem quandam morbos inueniendi methodum continet, in altero uero curandi modus exponitur: atq; in utroq; quantum fieri potuit, Latini sermonis puritas, & perspicuitas orationis seruatur, ut res, quæ per se obscura & abstrusa erat, clara apertaq; emendata locutione redderetur.

De humana historia libri 2. uel, de singularum hominis partium cognitione: impressi Basileæ in officina Ioan. Oporini, 1542. quo tempore primum ab authore scripti erant: chartis 17. in 8. cum Indice. Ex præfatione ad Eucherium Sanctouitalem abbatem & comitem. Sed cum proximis diebus significasses mihi, iam corporis humani rationem, usum, & compagem contemplanti, te, mutata sententia, miro quodam teneri desiderio ea quidem cognoscendi, quæ non medico soli, sed omnibus quoq; hominibus liberis, liberaliterq; institutis nescire turpe est: nihil prius duxi, quàm ut tibi peropportune gratificarer: tum eò maxime, quod cre bro me rogas, & petis, ut quod sentio de his, quæ admodum abdita occultaq; sunt, quæq; natura nobis tuendæ ualetudinis causa consideranda proposuit, id plane Latineq; dicam, & in quàm paucissima referam. De loquendi etiam formulis illis me percontari soles, quas ex partibus nostri corporis, molliter translatas esse, ac parce detortas, ab antiquis oratoribus poëtisq;, te sæpe commonui. Propterea quantum temporis succisiui datum est, eos medicinæ libros attigi, quos arbitratus sum ad te docendum eruditumq; idoneos. Hanc autem meam scribendi rationem, ante me (quod sciam) instituit ex Latinis scriptoribus nemo, &c. Sanè dabo operam, ut omnes in hoc nouo scribendi instituto, nostros saltem conatus laudandos esse censeant. Me certe adiutum fuisse aliquatenus à Plinio, non difiteor: plusculum, à Cornelio Celso: uerum non adeò, quin etiam plurima commi-

» niſci & inuenire nosmet nomina fuerit neceſſe.

Demoſthenis orationes aliquot Latinas fecit, ex quibus unam contra Andro-
tionem Oporinus nuper excudit Baſileæ, ubi in præfatione pollicetur Baſſianus
reliquas etiam ſe daturum, quas alij nondum uerterint.

BEATI Rhenani Selezeſtadienſis, in C. Plinij naturalis hiſtoriæ libros obſeruatio-
nes, excuſæ Baſileæ apud Ioannem Frobenium in fol. anno 1526. chartis 28.

Repurgatur hoc libro non ſolum præfatio Pliniana, & ipſi naturalis hiſtoriæ li-
bri infinitis locis caſtigantur, ac tanquam ſcholijs alicubi illuſtrantur, poſt omnia
æditiones annotationesq; quas ad hoc tempus, nempe ad annum 1525. uidere con
tigit: Verumetiam modus oſtenditur, quo tum ipſe Plinius tum authores alij
præſidio manuſcriptorum codicum reſtitui queant, & adiuuatur diligentiſſima
Frobenianæ officinæ æditio, quam ubiq; ſequimur, cum qua collationē quoq; fie-
ri uolumus à Lectore, &c.

Beati Rhenani Seleſtadienſis rerum Germanicarum libri 3. excuſi Baſileæ in
officina Frobeniana, anno 1531. in fol. chartis 49. Adiecta eſt in calce epiſtola
eiuſdem Rhenani ad Philippum Puchaimerum, de locis Plinij per St. Aquæum
attactis, ubi mendæ quædam eiuſdem authoris emaculantur, antehac non à quo-
quam animaduerſæ. Ex epiſtola nuncupatoria ad Ferdinandum regem Bo-
» hemiæ, &c. Rogatu quorundam amicorum, de prouincijs Romanis, quas à
» ſiniſtra Rheni fluminis, à dextra Danubij ripa contra ueterem Germaniam ui-
» ctores orbis poſſederunt, & illarum ſtatu quo uidelicet gubernatæ ſint modo,
» præſertim ſub poſterioribus Imperatoribus, qui uidelicet Conſtantinum illum
» Magnum inſecuti ſunt, aliquid annotaui, adiutus libro uetuſto, qui Præfecturas
» Romanas eius ſæculi recenſet: & quemadmodum illæ prouinciæ ſint collabenti
» iam imperio Occidentali, non à Francis modo, ſed & ab Alemannis ſiue Sueuis,
» Marcomannis, Nariſcis, ac Quadis occupatæ. Proinde populorum iſtorum
» emigrationes, & mutatas in ipſa ante Germania ueteri ſedes, quas nos demigra-
» tiones uocamus, quantum nobis poſſibile fuit, explicuimus. Nec ullos eſſe ſuſpi-
» cor, quibus hic labor meus non futurus ſit utiliſſimus, &c.

Annotationes in extantes Liuij libros Beati Rhenani & Sigiſmundi Geleníj,
ſeorſim excuſæ Lugduni 1542. in 8.

Præfatus eſt in Cornelium Tacitum, & annotationes in eundem ſcripſit, ædi-
tione Frobeniana.

P. Vellei Paterculi hiſtoriæ Romanæ uolumina duo ab interitu uindica-
uit. Item,

Q. Sept. Flo. Tertulliani opera, quibus & ſingulorum librorum argumenta
adiecit, & coniecturas ſuas, cum adnotationibus nouis, & collatione ad uetuſtum
exemplar: addidit & præfationem: æditio Frobeniana.

Origenis operibus epiſtolam præfixit, quæ plæraq; de uita obituq; Eraſmi Ro-
terodami cognitu digna continet. Frobenius excudit 1536.

In omnia opera Eraſmi Roterod. præfatur ad Carolum v. Cæſarem.

In Senecæ ludum de morte Claudij commentaria ſcripſit, cum Senecæ operi-
bus apud Frobenium excuſa.

Ioan. Geileri Keiſerſpergij uitam deſcripſit.

Præfatus eſt in Theophraſtum Aeneæ, & in Xyſti gnomologiam.

Epiſtolas duas Gregorij Nazianzeni ad Themiſtium, tranſtulit.

Hæc omnia typis excuſa ſunt. Viuit hodieq; in patria ſua (ut audio) iam ſenex,
& forſitan (ut ſperamus) amplius adhuc de bonis literis merebitur.

T.M.732. BEDA monachus & presbyter monaſterij ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum,
quod eſt in Anglia, ordinis ſancti Benedicti, ſcripſit

In Geneſim uſq; ad Iſaac, lib. 4. In Exodum, lib. 1.

In

In Numeros,	lib.1.	In Leuiticum,	lib.1.
In Deuteronomium,	lib.1.	De tabernaculo & uasis eius,	lib.3.
In principium Regum,	lib.3.		
In Regũ triginta quæstionũ,	lib.1.	Dilectissimo fratri no.	
De ædificatione templi,	lib.2.	Hortatur nos uas elec.	
In Iosue,	lib.1.	In Iudicum,	lib.1.
In Paralipomenon,	lib.2.		
In Prouerbia Salomonis,	lib.3.	Parabolæ Græce, Iati.	
In Ecclesiasten,	lib.1.		
In Cantica canticorum,	lib.6.	Scripturis iuuante grã.	
In Esdram & Neemiam,	lib.3.	Eximius sacræ inter.	
In Tobiam,	lib.1.	Liber sancti patris nostri.	
In Esaiam prophetam,	lib.2.	In Hieremiam,	lib.2.
In Ezechielem,	lib.1.	In Danielem,	lib.1.
In 12. prophetas minores,	lib.12.		
In Euangelium Marci,	lib.4.	Expositionem Euangelij.	
In Euangelium Lucæ,	lib.6.	Beatus Euangelista Lucas.	
Homilias Euangeliorum,	lib.2.	Exordium nostræ redempti.	
In Epistolas Pauli,	lib.14.		
In Epistolas Canonicas,	lib.7.	Iacobus, &c. dixit de.	
In Actus Apostolorum,	lib.2.	Actus uero Apostolorum, &.	
In Apocalypsim,	lib.3.	Apoca. sancti Ioannis.	
De temporib. & natura rerũ,	lib.1.	De natura rerum & ratione.	
Aliud minus uolumen,	lib.2.		
Scintillarũ ex sententijs patrũ,	lib.1.	Dominus dicit in Euangelio.	
Gesta Anglorum,	lib.5.	Britannia Oceani insu.	
Flores beati Gregorij in Cãtica,	lib.2.	In expositione Cantici.	
Gesta diuersorũ sanctorũ,	lib.1.	De passione sancti Felicis,	lib.1.
Vitã sancti Alberti episcopi,	lib.2.	Chronicam sui cœnobij,	lib.2.
Martyrologium,	lib.1.		
Hymnorũ diuerso carmine,	lib.1.	Primo deus globum cæ.	
Epigrãmata heroico metro,	lib.1.	De locis sanctis,	lib.1.
Lectiones in uetus Testam.	lib.1.	Lectiones noui Testamenti,	lib.1.
Distinctiones in Hieremiam,	lib.1.	Distinctiones in Iob,	lib.1.
De Christo & ecclesia,	lib.2.	De cantico Abacuc,	lib.1.
De arte metrica,	lib.1.	Qui notitiam metricæ.	
De Schematibus,	lib.1.	Solet aliquotiens in.	
De Orthographia,	lib.1.	Epistolarum ad diuersos.	lib.1.

Alia insuper multa ædidit, quæ ad nostræ lectionis notitiam non uenerunt, &c.

* Beda natione Anglicus, ob uitæ modestiam, Venerabilis cognomẽ adeptus, claruit sub Ioan. sexto Pontif. cum Saraceni ex Africa soluentes Hispaniam inuaserunt: ex quo Beda literis principes ad eam recuperandam sollicitauit. Græce Latineq; eruditus fuisse traditur. Scripsit homilias, quibus Gallici sacerdotes frequenter utuntur. Fratres habuit Strabonem & Aymonem doctos etiam uiros, quorum alter homilias quasdam non ineruditas, alter in Genesim scripsit. Depositum Bedę Genuæ uisitur. Raph. Volaterranus.

De schematibus & tropis sacrarum literarum libellum Adamus Petrus excudit Basileæ 1527. in 8. chartis 2. & dimid. & postea VVesthemerus ibidem adiectis etiam locutionibus figuratis & allegorijs ex libris Augustini & Chrysostomi cum Indice.

Commentarij in nouum Testamentum typis excusi.

Commentarij in ſeptem epiſtolas Canonicas ſeorſim excuſi Coloniæ. Et Aſcenſius Pariſijs, anno 1522. collectanea eius in epiſt. Pauli impreſſit.

Homiliæ diuiſæ in duos tomos, anno 1534. Coloniæ apud Gymnicum.

Homiliæ 49. impreſſæ in uolumine homiliarum, quas Alcuinus Leuita congeſſit. Vide ſupra.

Opuſcula aliquot de temporum ratione, nunc primum inuenta ac in lucem emiſſa Coloniæ, impenſis Petri Quentell. in fol. anno 1537. chartis 81. cum Indice.

» Ex præfatione Ioan. Nouiomagi ad Guilhelmum ducem Cliuenſem. Dum
» igitur ad amici cuiuſdam rogatũ, de natura rerum, de temporibus ac circulis de-
» cennouenalibus, & ſimilis argumenti libellos aliquot à Beda Angloſaxone con-
» ſcriptos, ad iſtum modum antea non excuſos, cenſendos accepiſſem, codicis uetu-
» ſtate primum delectatus, & eo quidem amplius, quod (ut ex inſcriptione cogno-
» ui) Heriberti fuiſſet, eius qui diuorum catalogo poſtea adſcriptus eſt: eruditionẽ
» minime uulgarem, iucundiſſimis etiam diagrammatis paſſim adiectis, iudicaui po-
» ſteritate non indignam: etiamſi ſcriptor ipſe ſimplicem quandã & propè ſupinam
» dicendi formam ſit ſecutus. Igitur dum prælo deſtinaretur, cœpi ſicubi depraua-
» tum eſſet ſcribentis inſcitia, aut uetuſtate, reſtituere: tum loca quædam, ſed præter
» inſtitutum, explicatius, quàm ab eo erãt breuiſſime congeſta, enarrare: multa etiã
» apponere ex mathematico penu, captus materiæ iucunditate, & calamo liberius
» currente plus laboris inter recognoſcendum ſubrepſit, quàm inſtitueram. Neque
» tamen infructuoſum, aut non neceſſarium hoc fore arbitratus ſum ijs, qui natu-
» ram rerum pulcherrimarum cognoſcendi deſiderio tenerentur. Erant enim mul-
» ta huiuſmodi, quæ non adhibitis apodixibus grãmaticis, quibus hæ diſcipline gau-
» dent, intelligi uix poterant non bene in hoc ſtudiorum genere uerſato: alia etiam
» ad nihil utilia, niſi adiectione temporum & computationis uſq; ad noſtræ ætatis
» annos producerentur, ueluti de circulis decennouenalibus, quæ Beda reliquit nõ
» abſoluta, quæq; ad nos peruenerunt neq; integra, neq; emendata: tum poſteriores
» res geſtas, quas intra ætatem authoris conſcribi neceſſe erat, quiſq; ad ſe uſq; re-
» quirit. Eam operam, quæ uerius mihi excidit quàm conſcripta eſt, &c.

Hoc libro continentur,

Calendarium inſcriptum Ephemeris 12. menſium Romanorum, ſolis & lunæ curſus continens, tum ſtellarum inerrantium ortus & occaſus, cum tempeſtatum ſignificatione per ſingulos dies.

Annales canones de ſolaris & lunaris temporis computatione.

De natura rerum, lib. 1. De temporum ratione, lib. 1.

De temporum ratione, idem argumẽtum tractans copioſius, capitibus aliquot adiectis: quæ in priore æditione non erant, & hiſtoriarum uſque ad hanc ætatem productione.

De Paſchæ celebratione ad VVichredam presbyterum opuſculum.

De ordine feriarum Paſchalium, iuxta ueterum ſynodorum inſtituta.

Canones ad inueniendum ea, quæ continentur in circulo decennouenali.

Circuli decennouenales deſcripti à beato Cyrillo, Dionyſio Romano abbate, atq; Beda, & producti quoq; ad annum 1600. alijs quibuſdam adiectis nondum antea excuſis.

Argumentum librorum Bedæ, quos de natura & temporibus conſcripſit.

D. Beda tres libellos ſcripſit, qui hac ratione ſunt digeſti. *Primus eſt de rerum natura ſeu de mundo*, qui præcipuas quaſq; mundi partes & earum ſuccinctam explicationem continet: eſtq; introductio ad phyſicen ac aſtronomiam, quam paſſim, quantum hoc argumentum patitur, ad Theologiam accommodat & ſacras literas. Et paulò poſt. Ex his D. Beda (quem ut uidetur paſſim ex eius libris nulla

nulla bonæ disciplinæ pars fugit) tantum tradidit, quantum futuro theologo est satis. Est itaq; primus hic liber de præcipuis partibus mundi, in quibus ueterum, & præcipue Plinij, authoritatem sequitur: estq; hic libellus præparatio quædam ad sequentem: Suscipit enim argumentum tractandum de temporum ratione ac diuisione, ad quam sacrarum rerum historiæ accommodatæ sunt, & qua ecclesia plurimum utitur, ueluti de embolismis, epactis solis ac lunæ, de indictionibus, de ratione annalium menstruorumq; spatiorum, & potissimum de luna decimaquarta, quæ post æquinoctium uernum rotundatur, & præcipue de celebratione Paschæ, &c. Quorum cognitio, nisi ex temporum ratione & solis lunæq; cursu, haberi exacte non potest, &c.

Secundus est de temporum partitionibus, quæ ex motu astrorum naturaliter colliguntur, tum de arbitrarijs temporum spatijs. Postremo de sex mundi ætatibus, & annotatione rerum gestarum per unamquanq;, sed tantum breuissime per rerum capita.

Tertius liber hoc ipsum argumentum tractat quod precedens, nisi quod in hoc libro omnia diligentius, fusius, & copiosius traduntur. Horum omnium quædam sunt illustrata doctissimis annotationibus, in quibus quoniam magnam atq; uenerandam uetustatem inuenimus, non putaui esse prætermittenda: item lepidissima quædam minimeq; uulgaria schemata, quibus res ipsa oculis subijcitur. Cuius autem hoc sit, siue Bedæ siue alterius, isto loco non habeo dicere: censuram tamen nostram singulis locis apponemus. Sunt omnes hi libri maiore eruditione scripti, q̃ ut uideantur eius esse Bedæ, qui cognominatur Venerabilis: sed eius fidei inuenimus necessaria argumenta, & huiusmodi res non nisi erudite tradi possunt.

Bedæ presbyteri Anglosaxonis, theologi suo æuo celeberrimi, opus planè nouum, cui insunt,

In Samuelem prophetam, id est, Regnorum primum libri 4. allegorice expositi.
In libros Regum, quæstionum 30. liber 1. chartis 4. Ad Nothelmum.
In Ezram & Nehemiam prophetas libri 3. allegorice exponentes. Ad Accam Antistitem.
In Tobiam allegorica expositio.
De tabernaculo, eius uasis, ac sacerdotum uestibus libri 3.

Excusum Basileæ cum Indice apud Bebelium, anno 1533. in fol. chartis 100. Polliceatur autem alia quoq; huius authoris opera typographus, quæ apud se sint manuscripta, si Lector ista probauerit, ex uetustissimo corruptissimoq; codice, qua fieri potuit diligentia excusa.

Ex præfatione expositionis in primum Regum. Vnde tuo crebro, dilectissime ac desiderantissime omnium, qui in terris morantur antistitum Acca, prouocatus hortatu, tuis fretus orationibus, memorati Prophetæ, qui tunc uocabatur uidens, scripta perlustrans, si quid donante illo, qui ei multa spiritalia dedit uidere, spiritale ac mysticum poteram contueri, literis mandare curabo. Et post qualemcunq; expositionem beati Lucæ dictorum, quibus euangelicos, uel ipsius Domini, uel apostolorum eius actus describit: etiam hunc sanctissimum Domino ex matris utero Nazaræum, non minus suis in scriptis Euangelistæ, quàm historici functum officio probare satagam, &c.

Ex præfatione in Ezram & Neemiam. In hoc opere maximo nobis adiumento fuit ecclesiæ magister Hieronymus in explanatione prophetarum, qui eadem, quæ Ezras & Neemias facta scribunt, ipsi sub figura Christi ecclesiæ fienda prædixerant.

Ex præfatione in Tobiam. Liber sancti patris Tobiæ & in superficie literæ salubris patet legentibus, utpote qui maximis uitæ moralis & exemplis abundat & monitis. Et si quis eundem etiam allegorice nouit interpretari, quantum poma

„ folijs, tantum interiorem eius sensum uidet simplicitati literæ præstare. Maxima „ nanq; Christi & ecclesiæ sacramenta, si spiritaliter intelligitur, in se continere pro„ batur. Chartæ sunt 2. & dimid.

Abacus atq; uetustissima ueterum Latinorum per digitos manusq; numerandi (quinetiam loquendi) consuetudo. Vide in Ioan. Auentino.

Ioan. Sichardus post præfationem in libros 2. Bedæ Presbyteri de natura rerum & temporum ratione, excusos Basileæ, anno 1529. scribit penes se esse opera Bedæ nondum impressa, quæ sequuntur: Commentaria in Genesim, Exodum, Numeros, Leuiticum, Deuteronomium, Prouerbia Salomonis, Ecclesiasten, Cantica canticorum, Psalterium, Esaiam, Hieremiam, Ezechielem, Danielem, minores prophetas omnes, Ioannem. Præterea de gratia dei, de laude charitatis, de nominibus locorum noui & ueteris instrumenti, de ædificatione templi: & alia quædam, quæ omitto, quoniam deinde excusa reperi.

Vid. Natalis — BEDA quidam Parisiensis theologus scripsit contra Erasmum & Fabrum, contra Lutheranos, de unica Magdalena. Opuscula, ni fallor, Parisijs euulgata.

T. BEERTAMVS episcopus Thefelicensis, ordinis fratrum Prædicatorum, natione Teutonicus, scripsit ad Cunonem archiepiscopũ Treuerensem insigne opus prænotatum

De illusionibus dæmonum, lib. 1. Reuerendissimo in Christo.
Ad eundem de schemate, lib. 1. Gloriam sapientes possi.
Sermones uarios, lib. 1. Et alia plura.

T. cl. 840. BELLATOR cuiusdam ecclesiæ presbyter, multa fertur in scripturis sanctis exposuisse uolumina. Extat eius præter cætera insigne uolumen, quod petentibus amicis ædidit.

In librum Sapientiæ, lib. 7. De alijs nihil reperi.

BEN Syræ, uetustissimi authoris Hebræi sententiæ morales, qui à Iudæis nepos Hieremiæ prophetæ fuisse creditur, cum succincto commentario. Hebraice & Latine Paulo Fagio interprete. Liber impressus Isnæ apud ipsum interpretem, anno 1542. in 4. chartis 8.

BENEDICTI primi, Pontificis, decreta extant in uolumine Conciliorum & decretorum Coloniæ impresso.

BENEDICTI abbatis sententiæ quædam citantur in libello Coloniæ impresso, De officio rectoris ecclesiæ, anno 1531.

BENEDICTI de Accoltis Aretini de bello à Christianis contra barbaros gesto, pro Iudæa & S. Christi sepulchro recuperandis libri 4. Robertus VVinter impressit Basileæ: chartis 16.

BENEDICTVS de Barzis I.C. scripsit de Instrumento Guarentigiæ.

T. cl. 670. BENEDICTVS abbas in Britannia, scripsit insigne opusculũ ad monachos, in quo omnes regulas sanctorum patrum regulæ beatissimi patris Benedicti conferens, ostendit quod omnium aliorum regulæ eidem consonent, & illa à nulla penitus discordet. Ob hanc causam codicem suum prænotauit,

Concordiam regularum, lib. 1. Scripsit & alia.

T. cl. 1480. BENEDICTVS Capra, Perusinus, uir in utroq; iure doctus, scripsit inter cætera

Super decretalibus, lib. 5. Consilia quoq; plura, lib. 1.
Et quædam alia.

T. M. 542. BENEDICTVS abbas Cassinensis primus & fundator, patria Nursensis, scripsit luculento sermone & præcipua discretione.

Regulam monachorum, lib. 1. Ausculta ô fili præcepta.
Habet capitula septuagintatria.

BENEDICTVS Curtius Symphorianus eques ecclesiæ Lugdunensis scripsit Enchiridion iuris utriusq; terminorum, excusum Lugduni in 8. anno 1543.

Expla-

Explanationem quoq; in Aresta amorum, impressam ibidem in officina Gryphij in 4. anno 1533. & rursus 1538.

BENEDICTVS Dux scripsit Harmonias in omnes odas P. Horatij, & plura alia carminum genera, tribus & quatuor uocibus, in gratiã iuuentutis Vlmensis. Opus excusum Vlmæ, anno 1539. in 4. transuerso, chartis 12.

BENEDICTVS Iouius, Pauli Iouij episcopi frater (utrunq; superiore anno Comi uidimus ad lacum Larium) scripsit epigrammata quædam, publicata.

BENEDICTVS Musinus, Antonius Gaynerius, Sanctus Pisaurensis, &c. omnes ferè sub Eugenio quarto, & Francisco Sphortia commentarios & practicas (ut uocant) rei medicæ reliquerunt. Otho Brunfels.

BENEDICTVS de Plombino exposuit aliquot titulos in prima & secunda parte ff. noui: incipiendo à titulo de manumiss. Fecit etiam solennes repetitiones. Citantur etiam quædam eius in 2. & 3. C. in 1. inforciati. in 2. ff. ueteris. Item disputationes 2. quarũ una incipit, Statuto Pisano: & altera, Multæ disputationes eximiorũ.

BENEDICTI de Victorijs Fauentini, philosophi & medici, de morbi Gallici curatione libellus, charta 1. & oct. parte. Impressus Basil. apud Bebelium cum aliquot alijs eiusdem argumenti opusculis. Ex præfatione. Quandoquidem & ante nos multi, ijdemq; expertissimi medici, de morbi Gallici curatione non paucà scripserunt, circaq; originem illius ac causas & signa non mediocrem insumpserunt operam, nos non abs re hoc loco de his uerba facere prætermittimus: quod autem ad ueram medendi huius morbi methodum attinet omnia compẽdiosè trademus: ita tamen, ut nihil eorum negligatur quæ uel à ueteribus commode reperta sunt, uel à nobis felicissime comprobata.

BENEVENVTI Imolensis libellus, qui Augustalis dicitur, de uitis Cæsarum: impressus in 4. chartis 3. excusus Argentinæ, anno 1505. cum S. Aurelio, &c.

Ex præfatione L. Abstemij. Libuit adijcere Beneuenuti Imolensis libellum, non ob aliquam uiri elegantiam aut eloquentiam (utraq; enim ei non ingenij sed temporum culpa defuit) sed quia Cæsarum uitas mira breuitate & ueridica narratione complexus est. Fuit enim harum rerum inuestigator egregius: quem Aeneas Syluius tanti fecit, ut huic libello uitas 4. imperatorum, qui post obitum Beneuenuti (is mortuus est sub Venceslao Caroli IIII. filio) imperarunt, non sit dedignatus adiungere, ut ipse in principio suæ testatur Europæ.

BENO Cardinalis, Romanæ ecclesiæ archipresbyter, scripsit uitam & gesta Hildebrandi, qui Romanus Pontifex factus, Gregorius VII. dictus est, cuius tempore uixit. Vbi narratur cur fuerit depositus: & miranda referuntur de alijs Pontificibus Romanis, uidelicet Benedicto nono, Gregorio sexto, Syluestro undecimo, Ioanne uigesimo, Leone nono, Alexandro undecimo, & alijs, quæ nullus historicorum adhuc prodidit, neq; Platina, neq; quisquam alius. Libellus impressus chartis 3. cum concilij Basilienſis descriptione per Aeneam Syluium.

BERENGARIVS Beterensis ecclesiæ succentor, & postea episcopus, ac tandem ecclesiæ Romanæ Cardinalis, ad quem Guilhelmus Mandagoti, cum adhuc ambo essent in minoribus constituti, librum de electionibus prælatorum composuit, alter ex his qui Bonifacio octauo præcipiente librum Sextum decretalium comparatarunt, uir in eadem facultate iuridica doctissimus, cum adhuc esset succentor, scripsit ad eundem Guilhelmum tunc archidiaconum Nemausensem, insigne opus super summam Hostiensis secundum ordinem alphabeti, quod cum eiusdem sit quasi elucidarium summæ prænotauit

Oculum, lib. 1. De sententia excõmunicationis, lib. 1.

Alia etiam plura scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non uenerunt. T. cl. 1300.

BERENGARIVS natione Cathalanus, uir in medicinis studiosus, in sæcularibus literis & philosophia exercitatus, scripsit in Auicennam quasdam quæstiones &

Hippocratem, de alijs nihil uidi. Symphorianus Camperius.

BERNARDINVS Bogentantz Legenitius, scripsit utriusq; cantus rudimenta. Liber exiuit Coloniæ in 4. 1528.

BERNARDINI Caruaial Pacensis episcopi, Regis Hispaniæ oratoris oratio de eligendo summo Pontifice, habita Romæ in ecclesia S. Petri apud Cardinalium senatum Innocentio octauo mortuo, 1492. sexto Augusti: chartæ 2. & oct. parte: in 4. stylus barbarus. Impressa est.

BERNARDINVS Corius in Chronicam Mediolanen. Idem de uitis Cæsarum usq; ad Henricum XII.

BERNARDINVS Donatus Veronensis, scripsit opusculum de Platonicæ atq; Aristotelicæ philosophiæ differentia, ubi Georgij Gemisti super eadem re libellum in dialogum redegit, & quædam de suo adiecit. Venetijs impressum apud Hieronymum Scotum Græce & Latine in 8. 1540. chartis 7. & dimid.

Aristotelis Oeconomicorum libros 2. Latine reddidit, idq; aptius & elegantius opinor, quàm reliqui hactenus interpretes. Scotus publicauit Venetijs, anno 1540. in 8.

T. in appẽdice. BERNARDINVS Gadolus Brixianus Camalduleñ. abbas, multa suæ doctrinæ monimenta reliquit, in quibus se eruditissimum ostendit.

Scripsit autem in omnes Bibliorum libros commentaria.

De fugiendo sæculo, & amplexanda religione, tractatum unum.

Contra superbiam & ambitionem, lib. 1.

Opera Hieronymi in ordinem redegit.

Extant eiusdem sermones uarij. Item, Epistolæ multæ.

Et quædam alia hincinde dispersa.

BERNARDINVS Gammarus scripsit quædam in primum & 2. Codicis.

T. cl. 1490. BERNARDINVS (quanquam uulgati codices Bernardus legant) Iustinianus Venetus, philosophus & orator, scripsit Laurentij Iustiniani patriarchæ Veneti auunculi sui

Vitã & sanctiss. cõuersationẽ, lib. 1. Historiarum quoq;, lib. 1.

Oratiões plures & elegantes, lib. 1. Epistolas & quædam alia.

* Bernardini Iustiniani patritij Veneti & oratoris eximij, senatorij equestrisq; ordinis, V. C. de origine urbis Venetiarũ libri 15. Excusi Venetijs, anno 1534. in fol. chartis 60. His libris grauissimo stilo non tantum res Venetæ, uerum etiã bella Gotthorum, Longobardorum, & Sarracenorum amplissime continentur. Adiecta insuper diui Marci Euangelistæ uita, ac eius translatione, & probatione quod eius reliquiæ adhuc extent Venetijs in templo diui Marci.

Obijt hic author ante absolutum hoc opus & emendatum, quod deinde Benedictus Brognolus recognouit ac emendauit, ut in præfatione testatur: ubi & Laurentium Iustianum Bernardi filium hortatur ad reliqua patris opera emittenda, » his uerbis: Dabis operam non solum ut hæc historia imprimatur cum uita diui » Marci, & eius translatione, ac alijs opusculis, quæ huic adiunxit: sed etiam eius epi » stolas, atq; adeo etiam & multò magis orationes, ad quas emendandas expolien- » dasq;, quò plus ocij nactus fuit, eò etiã in suo genere elegantiores extitere. His » addes etiam illam aui tui Leonardi orationem funebrem, quam in laudem Caroli » Zeni habuit, & si quam præterea aliorum more oratorum literis mandatam reli- » quit de illis causis, quas egit uel in foro uel in senatu, &c. In eadem præfatione Iustinianorum, qui patritij Veneti sunt, familiã à Iustiniani imperatoris prosapia descendisse scribit.

Orationes eius, excusæ in Italia.

Opus de bello Gotthorum, & ipsum, ni fallor, excusum.

BERNARDINVS Marmita scripsit commentarios in Tragœdias Senecæ. Opus impressum

impressum in fol. aliâs Gellij prænomen additur.

BERNARDINI Rutilij ueterum iurisconsultorum uitæ, liber excusus Basileæ in 4. anno 1537. chartis 25. cum Indice. Adiectæ sunt & recentiorum uitæ ad nostra usq; tempora per Ioan. Fichardum.

Ex præfatione authoris, quæ scripta est Romæ, anno 1536. ad Nicolaum Rodulphum Cardinalem. Omnes enim Romani Iuris interpretes hoc opere dixi- « mus: & quidem quàm plenissime ea res scribi potuit, sine tamen digressionibus, à « quibus magnopere abhorremus. Argumentũ immensi atq; abditi operis, ut quod « supra bis millesimum repetatur annum, & ab infinitis propè authoribus, ijsq; in- « tercisis & mancis (illi enim perpetui & quasi ordinarij, magna ex parte perierant) « colligendum fuerit: ut mihi uidear posse non arroganter dicere, Aesculapium il- « lum, qui est in fabulis, discerptum in frusta Hippolytum, compactis membris ui- « tæ restituisse, toties me esse imitatũ, quot hominum uitas (sunt autem ad centum) « confecerim, &c. «

Ex præfatione Nicolai Gerbelij. Recte itaq; & Rutilius, qui ueterum Iurisconsultorum « res præclare gestas, tum etiam librorum, quos homines sapientissimi « scripsere nomina breuiter & accurate posterítati commendauit. Non malo per Io- « uem consilio, ut Imperatoriarum legum studiosi, in Iustiniano Codice, quem toties « uoluunt, quemq; propè ediscunt, uideant quorum authoritate, prudẽtia, atq; con- « silio tanti tum principes in condendis æquissimis atq; sanctissimis legibus sint usi. « Et paulò post. Teq; non solum hortor (Christophorum VVelsinger I.C. allo- « quitur) sed etiam abs te magnopere peto, ut & Diodori Siculi libri ab eodem Ruti- « lio uersi, tua cura publicum sortiantur. «

Decuria sic à numero capitum inscripta, & excusa simul cum uitis eius: chartis ferè 5. Sunt autem hæc capita.

1 Additum in Cælij epistolam apud Ciceronem, quam pridem Egnatius emaculauerat.

2 Emendatus Ciceronis locus lib. 2. de Officijs ad calcem.

3 Alius eiusdem lib. 1. de Oratore restitutus.

4 Illustratus Ciceronianæ epistolæ sensus: tum de diuidendis in Senatu sententijs notata quæpiam.

5 Veternum ciuitatis in eodem opere Veterano expulso conseruatum, expositumq; contra quorundam sententiam: aliaq; pluscula loca restituta.

6 Repositum Catullianis epigrammatis Catonis uitiatum nomen, aut Catonis certe declaratum.

7 Matrucini indidem expunctam uocem, Marrucini inuectam: idq; qua ratione, multaq; præterea castigata.

8 De Nemæo puero apud eundem agitata quæstio, aliterq; legi debere ostensum: simul & alia disceptata.

9 Iuuenalis loca quædam aliter uel legi uel exponi oportere, quàm sit factũ hactenus: inibiq; interpretum lapsus, Politianiq; etiam.

10 Domitij Calderini in Martialem errata quædã, declaratusq; uere Autor pluribus locis.

Bernardini Rutilij lectiones matutinæ & uespertinæ, in iurisprudentia.

Castigationes & annotationes quædam in familiares epistolas Ciceronis, quas excudit Rob. VVinter Basileæ cum uarijs aliorum annotationibus in easdem.

BERNARDINVS Scardæonus librum ædidit de castitate. Venetijs impressum.

BERNARDINVS Senensis, Italus, ordinis fratrum minorum, &c. scripsit opuscula, è quibus extant: De sacrificio Abraham. T.M.1441. Opera eiꝰ prodierunt Venetijs 1591.

In Apocalypsin Ioan.	lib. 1.	Beatus qui le. &c. triplex.
De euangelio æterno,	lib. 1.	Non enim ueni soluere legem.

De Christiana religione, lib. 1.
De cõceptione sanctæ Mariæ, lib. 1.
De passione domini, lib. 1.
Sermones de sanctis, lib. 1.
Nunc manent fides, spes.
Nondum erant abyssi, &.
Sermones de tempore, lib. 1.
Et quædam alia.

BERNARDINVS de Senis, uir pius & doctus, exul ab Italia, Geneuæ hodie docet euangelium Italica lingua, qua nuper etiam aliquot eius sermones impressi sunt.

BERNARDINVS Trebatius Vicentinus Ori Apollinis Niliaci libros 2. de hierogly phicis notis Latinos fecit. Gryphius excudit Lugduni anno 1542. in 8. & Her. uagius Basileæ, cum Augusti. Nipho de augurijs. Ex epistola scripta Augustæ, » anno 1515. ad Chounradum Peutinger Augustanum I. C. Hoc quicquid est li. » belli, quem, quia non ingratum tibi fore sentiebam, transtuli maiori uoluntate, q̃ » facultate; nam & adhuc in hac lingua peregrinor: & est libellus eiusmodi, ut ne à » Græcis quidem ipsis totus legi possit. Inerunt & quæ fortasse nugatoria ac frigida » uideantur: quæ tamen ego non omisi: non enim censoris, sed interpretis fungebar » officio.

BERNHARDVS aut Bernardus pro arbitrio scribi potest. Originem uocis & cõpo sitionem Germanicam habet, cuius ratione aspiratio inseritur.

BERNHARDVS Breitenbachius scripsit itinerarium terræ sanctæ. Impressum.

BERNHARDVS Burdegalensis episcopus, postea Clemens quintus Pontif. Vide infra.

BERNHARDVS de Busti scripsit Defensorium montis pietatis.
Consilium de retrouendendo.
De pacto retrouendendi in 1. parte Rosarij.

T. cl. 1140. BERNARDVS abbas Clareuallensis primus, ordinis Cistertiensis, natione Burgun. dus, ædidit multa præclara opuscula, de quibus feruntur subiecta.

† Consideratio nes diuinæ con templationis ad Euge. 4. una de Pontificij muneris ratio ducatur.

† De cõsideratiõe ad Eugeniũ, lib. 5. Subit animam dictare ali.
Meditationum suarum, lib. 1. Multi multa sciunt, &.
De contẽptu mũdi ad clericos, lib. 1. Ad audiendum ut credi.
De gradibus humilitatis, lib. 1. Rogasti me frater Gotfri.
De gratia & libero arbitrio, lib. 1. Loquente me nuper co.
Ad milites templi, lib. 1. Hugoni militi Christi &.
Speculum uitæ religiosæ, lib. 1. Si quis inter uos emen.
De scala claustrali, lib. 1. Cum die quadam corpora.
Ad Carthusienses, lib. 1. Fratribus de monte dei.
De conscientia, lib. 1. Conscientia in qua per.
De ordine uitæ, lib. 1. Hortatur quidem timidã.
De duobus oculis animæ, lib. 1. De confessione peccatorum, lib. 1.
De præcepto & dispensatiõe, lib. 1. Domino abbati Colũbeñ.
Ad Henricũ Senonensem, lib. 1. Placuit præstantiæ ue.
Ad Hugonẽ S. Victoris, lib. 1. Si tibi uideor tardius.
Contra Gerardum, lib. 1. Virtus in pace acqui.
Contra hæreticũ ad papam, lib. 1. Periculosa quæq; &.
De miseria huius uitæ, lib. 1. Dies hominis sunt sicut um.
De tentationibus & ocio, lib. 1. Seruum dei gratis Deo.
De uoluntate, lib. 1. Omnia genera uitiorum.
Ad Cluniacenses Apologia, lib. 1. Vsq; modo si qua me.
De gradibus charitatis, lib. 1. Viro illustri domino Au.
De passione domini, lib. 1. Super Magnificat, lib. 1.
De diligendo Deo, lib. 1. Venite ascendamus.
In Psalmũ, Qui habitat, lib. 1. Considero labores uestros.
In Cantica canticorũ. hol. 86. lib. 1. Vobis fratres alia quàm alijs.

Super

Super, Missus est angelus, lib. 1. Scribere me aliquid.
Ad sororẽ suã de modo uiuẽdi, lib. 1. Charissima mihi in Christo.
Vita Malachiæ episcopi, lib. 1.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1. Satis & plus quàm satis.
Sermones plures, lib. 1. Hodie fratres celebramus.
Et quædam alia.

* De Bernardo abbate, uide Anthropologiam Raphaëlis Volater. De libro qui Scala Paradisi inscribitur, uide supra Tomo nono operum Augustini. Opera eius impressa sunt in Italia, & Lugduni, anno 1530.

Cantica, epistolæ, & flores, singula seorsim nescio ubi excusa apud Italos.

Volumen impressum Parisijs apud Io. Paruum, anno 1513. chartis 212. in magno folio: quo continentur S. Bernardi Clareuallensis eius opuscula uniuersa. Ad hæc Gilleberti abbatis de Hoilanda in Anglia eiusdem ordinis, Sermones 48. super Cantica. Cum indice copioso.

Sermones de tempore & sanctis, quibus inseruntur homiliæ super Euangelium, Missus est. Sermones in dedicatione ecclesiæ.
Super Psalmum, Qui habitat.
Sermones de diuersis & utilibus materijs.
Sermo magnus ad milites templi.
Sermo magnus ad clericos.
Sermones alij breuiores, qui parui nominantur.
Sententiæ plures & elegantes.
Sermones super Cantica canticorum. Epistolæ 331.
Libri 5. de consideratione ad Eugenium Papam.
Tractatus de gratia & libero arbitrio ad VVillermum abbatem S. Theodorici.
De præcepto & dispensatione ad abbatem Collobensem.
De diligendo Deo ad Haymericum.
De gradibus humilitatis ad Godefridum, opus quod primum ab eo scriptum est.
Apologia ad VVillermum abbatem S. Theodorici.
Expositio Euangelij, Ecce nos reliquimus omnia.
De uita solitaria ad fratres de Monte Dei.
Meditationes eius deuotæ.
De interiori domo, id est de conscientia ædificanda.
De ordine uitæ & morum institutione.
Scala claustralium.
Formula honestæ uitæ. Speculum monachorum.
Sermones nõnulli ab alijs prioribus separati, quod non à Bernardo æditi uisi sint.
Situatio Claræuallis.
Tabula sententiarum ex Bibliis à Bernardo expositarum.
De lamentatione uirginis Mariæ.
Doctrina beati Bernardi.
Homilia de duobus discipulis euntibus in Emaus.
Sermo de passione Domini.
Vita S. Malachiæ.
Vita S. Bernardi per Gillebertum abbatem.

Bernardi Sylueſtris epistola de cura & regimine rei familiaris, impressa in uolumine operum S. Bernardi: quia nonnulli putant eam à S. Bernardo compositam fuisse.

BERNHARDVS presbyter Compostellanus, Innocentij Papæ IIII. familiaris & Capellanus, uir in iure doctissimus, eiusdem Pontificis studio prouocatus, cõscripsit in iure quædã præclara opuscula, quæ in magna authoritate his temporibus apud *T. cl. 1250.*

iuristas habẽtur, de quibus ego pauca potui inuenire, scilicet Apparatum insignẽ
Super decretalibus, lib. 5. In huius libri principio.
Casus decretalium, lib. 5. Rex pacificus pia mi.

T.cl.1070. BERNARDVS monachus Corbiensis in Saxonia, ordinis sancti Benedicti, natione Theutonicus, scripsit ad Hartuuinum Magburgensem archiepiscopum, luculento quidem sermone, sed amaro, uolumen,
Contra Henricum quartum, lib. 1. Et alia quæ non uidi.

T.cl.1240. BERNARDVS Dorna natione prouincialis, Azonis Bononiensis uiri clarissimi, quondam auditor, utriusq; iuris professor, uaria scripsit opuscula, è quibus extat uolumen insigne.
De libellorũ conceptionibus, lib. 1. Et alia quæ non uidi.

T BERNARDVS abbas monasterij Cassinensis, ordinis Benedicti, scripsit
Speculum monachorum, lib. 1.
In regulam sancti Benedicti, lib. 1. Legitur in Prouerbijs.
De præceptis regularibus, lib. 1. Sermones ad fratres, lib. 1.
Alia quoq; multa composuisse dicitur, quæ ad nos minime peruenerunt.

T.cl.1050. BERNARDVS monachus Cluniacensis, ordinis sancti Benedicti, omnes consuetudines Cluniacensis monasterij in unum uolumen luculento sermone congessit, titulum præponens operi,
Consuetudines Cluniacen̄. lib. 1. Et alia quædam.

BERNARDVS glossator Parmensis, in iure.

BERNARDI Gordonij, Galli natione, opa excusa in fol. Venetijs, anno 1498. chartis 65.

„ Practica, dicta Lilium. Ex præfatione. Hunc librum intitulo Lilium „ medicinæ. In lilio enim sunt multi flores, & in quolibet flore sunt septem folia can„ dida, & septem grana quasi aurea. Similiter liber iste continet septem partes, qua„ rum prima erit aurea rutilans & clara: tractabit enim de morbis plurimis uniuer„ salibus incipiens à febribus. Aliæ autem sex partes erunt candidæ & transparen„ tes propter earum grandem manifestationẽ. Inchoatus autem est liber iste cum „ auxilio magni Dei in præclaro studio Montispessulani post annum 20. lecturæ „ nostræ, anno Domini 1305. mense Iulij.

Circa finem septimi libri tractatur de antidotis & medicaminibus, quæ ualent in passionibus à capite usq; ad pectus.
Tractatus de decem ingenijs curandorum morborum.
De regimine acutarum ægritudinum.
Tractatus de prognosticis: chartis 7.
Tractatus de urinis: chartis 6. & quadr.
Tractatus de cautelis urinarum.
Libellus de pulsibus.

Meminit huius scriptoris Symphorianus Campegius quoq;, & librum de crisi ab eo scriptum testatur, quem non alium esse iudico, quàm illum de prognosticis. Montispessulani Gymnasij rector fuit.

BERNARDVS Laurentius Tholosanus, scripsit de priuilegijs Clericorum, & de casibus in quibus iudex sæcularis potest capere clericum.

BERNARDVS Lutzenburgus, monachus Prædicatorij ordinis scripsit catalogum hæreticorum omnium penè, qui ad hæc usq; tempora passim literarũ monumentis proditi sunt, illorum nomina, errores, et tempora quibus uixerunt, indicantem, libris quinq;: in calce etiam de M. Luthero quædam. Opus tertio impressum, & integro libro auctum & recognitum ab ipso authore, adiecto insuper Tractatu de purgatorio, anno 1527. in 8. chartis 21. Cæterum prima æditio exiuit anno 1522. nuncupata Hermanno de VVeda episcopo Colonienſi.

BERNAR.

BERNARDVS Parentinus, ordinis fratrum Prædicatorum, quædam scripsit, è quibus extat, T. cl. 1340.

Expositionis missæ, lib. 1. Quoniam clamitat Sapiens.
Sermonum uariorum, lib. 1. Et alia complura.

BERNARDVS Saracenus Venetus, primus recentiorum enarrationes & castigationes in Plautum scripsit, excusas Venetijs in fol. anno 1511. Adiectis etiam Io. Petri Vallæ & Pij Bononiensis commentarijs. Vixit tempore Georgij Vallæ. Tumultuario autem magis quàm accurato studio æditiones suas se maturasse scribit ob institutum ad Orientis partes discessum.

BERNARDVS Veronensis commentaria ædidit in epigrammata Tibulli, quæ citat Despauterius alicubi.

BERNO abbas Augiensis cœnobij, ordinis sancti Benedicti, Constantiensis diœcesis, natione Teutonicus, scripsit tam metro quàm prosa quædam præclara uolumina, de quibus ego tantum reperi subiecta. Ad Pilgrinum archiepiscopum Coloniensem egregium, & utile uolumen composuit. T. cl. 1020.

De musica seu tonis, lib. 2. Omnis igitur regularis mo.
De instrumentis musicæ, lib. 1. Musicam non esse contem.
De aduentu dñi ad Aribonẽ, lib. 1. Summæ dignitatis.
De officio quoq; missæ, lib. 1. De ieiunio quatuor temporũ, lib. 1.
De ieiunio sabbati, lib. 1. De mensura monochordi, lib. 1.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1. Et alia mihi adhuc ignota.

*Liber de officio missæ impressus, numeratur inter libros officinæ Heruagij.

BERNOLDVS presbyter ecclesiæ Constantiensis in Sueuia, natione Theutonicus, T. cl. 1080.
composuisse dicitur uolumen quod prænotauit,

Ordinem Romanum, lib. 1. Et alia mihi incognita.

BEROSVS Chaldæus in astrologia clarus, cui ob diuinas prædictiones Athenienses in gymnasio statuam inaurata lingua statuerunt, uti Plinius refert. Scripsit item in ea facultate. Eius nunc fertur libellus nescio quis, cui non satis crediderim. Raph. Volaterranus. Idem in Paralipomenis. In Berosо (inquit) portentosa nomina, nec apud ullum ueterum scriptorũ penitus memorantur. Aliquot fragmentis ex historijs eius Iosephus citat libro 1. contra Appionem. Allegatur etiam ab Athenæo lib. 14. primus liber Babyloniacorum Βηρώσσου.

Berosi Babylonij Antiquitatũ libri 5. Sunt aũt fragmenta quædam aliorũ, tertij uero nihil prorsus: chartis 2. & trib. quadr. excusi cum aliquot alijs antiquitatũ scriptoribus. Basileæ in 4. apud Bebeliũ, anno 1530. Nihil sanè eorũ quæ Iosephus & Athenæus citãt apud Berosum inuenio: uidẽ Berosi opus à quodã in cõpendium contractũ. Vide principiũ libri Manethonis de regibus Aegyptiorum, qui eousq; Chaldaica à Berosо scripta testatur, quousq; nostra exemplaria progrediuntur.

BERTACHINVS quidam scripsit repertorium in Iure copiosius alijs. Item

De episcopo. De Gabelis.

BERTHORIVS abbas monasterij Cassinensis, ordinis S. Benedicti, philosophus & medicus insignis. Ante cõuersionem suam multa in sua facultate fertur scripsisse opuscula: Sed studium postea mutans, scripsit T.

Sermones elegantes, lib. 1.

Alios insuper uariosq; tractatus ædidit, quorum notitia ad me non peruenit.

BERTRAMVS presbyter & monachus, ædidit multa præclara opuscula, de quibus ad meam notitiam pauca peruenerunt. Ad Carolum regem fratrem Lotharij imperatoris scripsit commendabile opus, T. cl. 830.

De prædestinatione, lib. 1. De corpore & sanguine dñi, lib. 1.

*Bertrami presbyteri de corpore & sanguine Domini liber ad Carolum Magnum Imper. chartis 3. & dimid. Libellus exiuit Coloniæ in 8. anno 1532. adie-

ctis etiam Augustini, Ambrosij, & Eusebij super eadem re sententijs.

» Ex præfatione authoris. Iubes glorioſe princeps, ut quid de ſanguinis & cor
» poris Chriſti myſterio ſentiam, ueſtræ magnificentiæ ſignificem, &c. Dum enim
» quidam fidelium corporis ſanguinisq; Chriſti, quod in eccleſia quotidie celebra-
» tur, dicant, quod nulla ſub figura, nulla ſub obuelatione fiat: ſed ipſius ueritatis
» nuda manifeſtatione peragatur: quidam uero teſtentur, quod hæc ſub myſterij fi-
» gura contineantur, & aliud ſit quod corporeis ſenſibus appareat, aliud autē quod
» fides aſpiciat, non parua diuerſitas inter eos eſſe dinoſcitur.

BERTHRAMVS Damianus Brunouicanus Pauli ad Romanos epiſtolam uerſu heroico reddidit. Liber impreſſus in Germania, chartis 11. in 8. cum Vrbani Regij iudicio ſuper hoc carmine.

T.cl.1325. BERTRANDVS ordinis fratrum minorum, patria Mediolanenſis, ex nobili familia natus, & eccleſiæ Romanæ, ut quibuſdam placet, presbyter Cardinalis, plura opuſcula ſcripſit, de quibus reperi,

Super ſententias,	lib. 4.	Sermones de epiſtolis,	lib. 1.
Sermones euangeliorum,	lib. 1.	Videbunt filium, &c. uer.	
Sermones de ſanctis,	lib. 1.		

Cætera quæ cōpoſuit ad notitiā meā adhuc minime uenerunt.

BERTRVTII Bononienſis methodus cognoſcendorū morborū tam particulariū q̄ uniuerſaliū: chartis 30. & dimid. Opus impreſſum Moguntiæ, 1534. in 4. cū artificiali medicatione Chriſtophori Heyll, &c. Exponit autē Bertrutius hac methodo per tabulas breuiter morborū nomina, cauſas, ſigna, differentias, & accidentia, ſectionibus quatuor: quarum prima ſummū uentrē, ubi uirtutū animaliū ſedes eſt; ſecunda medium: tertia uentrem imum continet: quarta extremitates.

BERYLLVS Arabiæ Boſtrenus epiſcopus, quū aliquanto tempore glorioſe rexiſſet eccleſiam, ad extremum lapſus in hæreſim, quæ Chriſtum ante incarnationem negat: ab Origene correctus, ſcripſit uaria opuſcula, & maxime epiſtolas, in quibus Origeni gratias agit: ſed & Origenis ad eum literæ ſunt. Extat dialogus Origenis & Berylli, in quo hæreſeos coarguitur. Claruit autem ſub Alexandro Mameæ filio, & Maximino & Gordiano, qui ei in imperio ſucceſſerunt. Hieronymus. Trittemius, etiam epiſtolas ad diuerſos ab eo ſcriptas ait, & alia quædam: & claruiſſe anno 235.

T.M.1473. BESSARION, natione Græcus, eccleſiæ Romanæ Cardinalis Nicenus, & patriarcha Conſtantinopolitanus, ſcripſit ingenij ſui quædam præclara uolumina, quibus nomen ſuum ad poſteros cum ingenti gloria tranſmiſit: è quibus ſubiecta ſeruntur.

Aduerſus Marcum epiſcopum Epheſinum de ſpiritu ſancto more Græcorum male ſentientem in concilio Florentino, ſcripſit inſigne & præclarum opus, quod prænotauit

Confutationem,	lib. 1.	In illo. Sic eū uolo manere,	lib. 1.
In philoſophię Platonis laudē,	lib. 5.	Laudes patriæ ſuæ,	lib. 2.
Ad Græcorum Imper. conſolationis,	lib. 3.		
Orationes & epiſtolas plures.		Et quædam alia.	

Fundauit etiam Venetijs inſignem bibliothecā, multis libris tam Græcis quàm Latinis ornatiſſimam, cui præfectus eſt non paruo ſtipendio Marcus Antonius Sabellicus uir doctiſſimus, de quo poſtea dicemus.

*Beſſarionis Cardinalis Niceni opera, excuſa apud Aldum in fol.

In calumniatorem Platonis libri 4. ubi multa præclara utiliaq; traduntur.

Liber in quo ex 12. libris Platonis de legibus quàm plurima recitantur, quæ etiā in Latinum traducit: tum paſſim oſtendit, quàm perperam tralata eadem fuerint

à Georgio

à Georgio Trapezuntio: quod ijs, qui Græce discunt, existimamus adiumento fore non mediocri.

An natura & ars consulto agant, tractatus. Nam cum Gemisto Constantinopolitanus, qui alio nomine Pletho appellatur, Platonis doctrinæ perquàm studiosus, & Theodorus Gaza Thessaloniceñ. Peripateticę sectæ defensor, acriter super ea quæstione contenderent, ac Bessario Cardinalis rogatus ut sententiam suam diceret, ex scriptis Platonis breui libello respondisset, contradixissetq; ei libello Georgius Trapezuntius: hoc tractatu Nicenus respondet. Hæc ex Indice librorum Aldi.

De eucharistia liber: in 4.

Ex Aristotele Metaphysicorũ libros quatuordecim transtulit: item Theophrasti metaphysica, & lib. 4. Xenophontis de factis & dictis Socratis memoratu dignis.

Scripsit etiam Græco sermone quædam, nempe ad Plethonem siue Gemistũ, cuius discipulus fuit, de eo quod per se subsistit, & epistolas responsorias ad eundem, teste Raph. Volaterrano.

BETHEM quidam, Arabs ut uidetur, scripsit Centiloquium, siue de consuetudinibus in astrorum iudicijs, & de horis planetarum. Eiusdem, de significatione triplicitatum ortus. Opuscula excusa Venetijs, 1493. Tribus quadr. unius charactæ, cum quadripartito Ptolemæi, si bene memini, in fol.

BETRANDVS Hispanus scripsit super Clementinis.

BEZVTIVS quidam scripsit super 2. ff. noui.

BIANORIS epigrammata Græca 14. extant in Florilegio Planudis: decem in primo libro: in secundo autem, tertio, & quarto singula.

BILIBALDI Birckheimeri de uera Christi carne & uero eius sanguine, ad Ioannem Oecolampadium responsio, excusa Norembergæ apud Io. Petreium, anno 1526. in 8. chartis 8. Ex præfatione. Diuina ope me ostensurum confido, nequa- « quam tot ac tam magnos uiros tanto tempore aberrasse, ac tam crassis tenebris « fuisse inuolutos: nec errorem esse si quis credat sanctissimum Christi corpus & san « guinem eius in pane & uino contineri, non solum mystice sed uere, imo potius il- « los errare, qui ita non credant: id autem quantum citra scandalum fieri potest, cũ « modestissime facturum me spero. «

Germaniæ ex uarijs authoribus perbreuis explicatio. Libellus excusus Francofurti apud Egenolphum, anno 1532. in 8. chartis 4. cum Gerardi Nouiomagi historijs Germaniæ inferioris. Ex præfatione authoris ad Herimannum Neuenarium comitem ac præpositum Colonienſem. En tibi comes illustris, Ger- « maniam nostram scepticam, in qua nil certius affirmo, quàm quod nihil fere affir- « mo: attamen ansam fortassis tam tibi, quàm eruditis reliquis præbuero, ut exactius « quàm nos fecimus, Germaniam nostram illustrent, &c. Proinde quod Germaniã « ultra Vistulam, & ad Tanaidem usq; extenderim, ex scriptorum priscorum au- « thoritate feci. Cæterum quid tua parturiat generositas auide expectamus, cum « illam nil nisi delicias parere sciamus. Nos Ptolemæi librum primum, tam Græce « quàm Latine breui dabimus, inde & reliquos adiunctis tabulis, si diuina concesse- « rit bonitas, cum plærisq; alijs ad Geographiæ cognitionem nõ minus necessarijs, « quàm iucundis. Epistola scripta est Norembergæ, 1530.

Xenophontis libros 7. rerum Græcarum, Latinitate donauit, quos eo mortuo demum Thomas Venatorius nepos eis excudi curauit. Habentur cum Latinis operibus Xenophontis, quæ Cratander Basileæ impressit, 1534.

Gregorij Nazianzeni libellum de officio episcopi Latinum fecit.

Eiusdem orationes 30. uertit, quas Frobenius Basileæ excudit, anno 1531. in fol.

Ex Plutarcho transtulit opusculum, De ijs, qui à Deo sero puniuntur: Et aliud, quod non oporteat mutuari.

Primum librum Geographię Cl. Ptolemæi Latinitate donatum commentario lo insuper illustrauit. Henricus Petrus Basileæ cum integro opere Ptolemæi impressit.

BISANTINI cuiusdam epigrammata 2. in primo libro Florilegij Græci.

BISIGNETVS scripsit de dubijs Rotæ.

BITHYNII epistola ad Ciceronem, extat libro sexto familiariũ epistolarũ Ciceronis.

BITONTI cuiusdam sermones theologici impressi in Italia.

BLASIVS Andernarius, natione Gallus ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, scripsit nonnulla præclara uolumina, quorum numero præcellit opus luculentum & insigne

Super Sententias, lib. 4. Quæstiones & collationes, lib. 1.

Nonnulla etiam scripsisse in philosophia morali dicitur, sed ad me non uenerunt.

BLASII Astarij Papiensis, medici expertissimi, adeo ut maxima semper hominum frequentia ad eum confluueret, opusculum de curandis febribus ab Aben Hali super primam quarti traditum. Impressum Lugduni in 8. 1532. chartis 2. & Basileæ apud Henricum Petrum cum Clementij Clementini operibus in fol.

BLEMMIDAE nomen Nicephoro aliàs postponitur, aliàs præponitur, aliàs solum reperitur, mihi semper postponendum uidetur utpote cognomen Nicephori, de quo infra.

T. cl. 1435. BLONDVS Flauius Forliuiensis, Eugenij pontificis quarti secretarius, scripsit multa præclara uolumina, è quibus ista feruntur, Decades tres prænotatæ.

De gestis Romanorum, lib. 31. Romanorum imperij.
De Roma triumphante, lib. 10. De Roma instaurata, lib. 3.
De Italia illustrata, lib. 8. Epistolarum ad diuersos, lib. 1.
Orationes uariæ, lib. 1. Et alia complura.

Blondus Forliuiẽ. quanquam non admodum cultus, non paruum recentiori historiæ, quæ collapsa uixq; nota scriptorum negligentia obscuritateq; fuerat, adtulit adiumentum. Raph. Volater.

Blondi Flauij Forliuiensis de Roma triumphante libri 10. priscorũ scriptorum lectoribus utilissimi, ad totiusq; Romanæ antiquitatis cognitionem perneccssarij.
Romæ instauratæ, lib. 3. Italia illustrata.
Historiarum ab inclinato Rom. imperio Decades tres.

Opus impressum Basileæ in officina Frobeniana, multò quàm ante castigatius, in magno fol. anno 1531. chartis 254. cum Indice.

Ex procœmio authoris, quod sequitur epistolam ad Pium II. Pont. Max.

» Romanorum inclinationis imperij historia duobus iam & triginta libris dige-
» sta, urbis Romæ ædificia tertio uolumine reddidimus instaurata. Italiamq; facta
» priscorum nouis urbium & locorum omnium nominibus collatione, quantum
» octo libris fieri potuit, illustrauimus: & demũ senectutis nostræ inertis grato atq;
» honesto munere cum ipso Cicerone in legibus fungi uoluimus, &c. Itaq; cœpi-
» mus tentare, si speculum, exemplar, imaginem, doctrinam omnis uirtutis, & be-
» ne, sancte, ac scelicite uiuendi rationis, urbem Romam florentem, ac qualem bea
» tus Aurelius Augustinus triumphantem uidere desiderauit, nostrorum hominũ
» ingenio & doctrina ualentium oculis & menti subijcere ac proponere poterimus.
» Idq; immensum opus quinq; partita distributione tractabimus: ut quæ ad religio-
» nem spectauere primum, quæ reipub. administrationis fuerunt secundũ, tertium
» militiæ disciplina, mores uero ac uitæ instituta quartum, & triumphi ipsius ratio
» quintum obtineant locum. Præfari tamen hoc initio libet, nos de Romanorũ gen
» tiliumq; aliorum religione ea ratione ac intentione dicturos: ut deorum appella-
» tiones cum templorum ædium phanorumq; uocabulis edocentes, simul loca ur-
» bis Romæ in quibus ea fuere ostendamus: inde rituum, quos dij gentium (sicut

propheta

propheta inquit) dæmonia suis sacrificijs adhiberi iusserint, spurcitia, impietate, atq; etiam maxima leuitate ostensa, Christianæ religionis sanctimoniam bonæ uoluntatis hominibus gratiorem esse faciamus.

Ex præfatione in libros Romæ instauratæ ad Eugenium IIII. Pont.

Vrbis Romæ rerum dominæ ruinarum potius quàm ædificiorũ, quæ nunc cernuntur, notitiã pro uiribus innouare multa suadẽt mihi. Et paulò inferius. Accedit nostræ huic urbis instaurationi, Pontificum Romanorum, qui te præcesserint, innouata operum commemoratio, dum urbis partes ad ueterem nouamq; nominationem describens, basilicas quoq; templa & sacra quas uocamus ecclesias loca, per quos Pontifices & alios Christianos, uel fundatæ primo uel auctæ uel fuerint instauratæ ostendam. Et quando in describenda urbis operum magnificentia multos Romanos præstantes certe uiros, sed idololatras gentilesq;, merita laude non fraudabo, est animus nostrorum quoq; martyrum gloriam, ubi quidam scilicet patiendo uicerint, & libidini insaniæq; tyrannorum succumbendo triumpharint, indicare.

Ex præfatione in librum de origine & gestis Venetorum ad Franciscum Foscari ducem, inclytumq; Senatum.

Gesta itaq; à Venetis, tum aliter à uestra urbe condita, tum maxime in barbaros, adeo breuibus commentarijs coarctabo, ut memineritis ac attente considere-tis, uos maiorum uestrorum proposita ostensaq; incedentes uia, nusquam Dei & hominum fauoribus, nusquam securitate, nusquam parti imperij conseruatione ac amplitudine carituros.

Ex præfatione Italiæ illustratæ. Tentare uolui, si per eam quam sum nactus Italiæ rerum peritiam, uetustioribus locis eius & populis nominum nouitatem, nouis authoritatem, deletis uitam memoriæ dare, denicq; rerum Italiæ obscuritatem illustrare potero. Nec tamen ipsam omnem nominum mutationem temeraria & inani arrogantia spoponderim indicare: sed gratias mihi potius de perductis ad litus è tanto naufragio supernatantibus aut parum apparentibus tabulis haberi, cũq; de tota naui desiderata rationem exposci debere contenderim.

Sunt autem illustratæ ab eo Italiæ regiones seu prouinciæ 18. hoc ordine. De Italia in genere.

Regio prima, Liguria siue Genuensis.
2 Hetruria. 3 Latina, siue Campania, & maritima.
4 Vmbria, siue ducatus Spoletanus.
5 Picenum, siue Marchia Anconitana.
6 Romandiola, siue Flaminia & Aemilia.
7 Gallia cisalpina, siue Lombardia.
8 Venetiæ. 9 Italia transpadana, siue Marchia Taruisina.
10 Aquilegiensis, siue Foroiuliana.
11 Histria. 12 Samnium siue Aprutium.
13 Terra laboris, siue Campania.
14 Lucania. 15 Apulia.
16 Salentini, siue terra Hydrunti.
17 Calabria. 18 Brutij.

Postquam uero omnem Italiam (inquit) peragraturus ero, uiros præstantiores, qui singulis in urbibus & locis pridem geniti fuerunt, eosq; qui sunt superstites, præsertim literarum aut cuiuspiam uirtutis gloria claros, enumerabo: atq; res in singulis locis scribi dignas breuiter narrabo: ut non magis hæc Italiæ sit descriptio, quam uirorum eius illustrium præstantiumq; catalogus, ac non paruæ partis historiarum Italiæ breuiarium.

Ex præfatione in hiſtorias ab inclinatione Romanorum imperij.

» Romanorum imperij detrimenta, occaſumq; celebritatis, maxima inuoluit te-
» gitq; obſcuritas. Viſum eſt ita operæpretium à me factum iri, ſi annorum mille &
» triginta, quot ab capta à Gothis urbe Roma in præſens tempus numerantur, ea
» inuolucra & omni poſteritati admiranda facinora in lucem perduxero; primùm
» tamen incrementi Romæ rei ordinē & tempora breuiter recenſere ducimus ne-
» ceſſarium, ut qui gradus per quos ad culmen perducta eſt, in breue compendium
» commode redactos inſpexerit, factam altera in parte ad hanc tenuitatem rerum
» declinationem certius recognoſcat. Culmen uero ipſum, & tanquam uerticem,
» Theodoſij ſuperioris quadrageſimi tertij, ac decem annis poſtea Archadij & Ho-
» norij illius filiorum temporibus fuiſſe dicimus.

Blondus morte præuentus has hiſtorias non compleuit: extant earum libri 31. nempe Decades 3. & primus liber quartæ Decadis.

BOETHI hexaſtichon in primo libro Anthologij Græce legitur.

BONAGARSVS Piſtorienſis I.C. & ſuæ ætatis orator clariſſimus, ſcripſit de nobili-
tate uera opuſculum: hoc argumento. Pub. Cornelius iuuenis omnibus fortu-
næ bonis affluens, uenandi, cantandi, pſallendiq; ſtudioſus: & C. Flaminius, remiſ
ſiore quidem genere & minus diues, ſed animo illuſtri, bello ſtrenuus, literarum
ſolertiſſimus, Fulgentij Felicis C. V. elegantem filiam Lucretiā riuales ambiunt:
Ea nobiliorem petit. Quamobrem orta inter adoleſcētes controuerſia fuit, uter eo
rum nobilior eſſet. Et quoniam rei nouitas intranda uidebatur, magna cum popu
li frequentia cōtentio ad Senatum deducitur, ubi de nobilitate huiuſmodi utrinq;
habitæ ſunt orationes.

Tota huius rei actio per Xyſtum Betuleium Auguſtanum in ludi formam re-
dacta eſt, & impreſſa Auguſtæ Vindelicorum in 8. anno 1538. chartis 4.

T. BONAGVIDA Aretinus, uir in utroq; iure omnium ſuo tempore doctiſſimus, ſcri-
pſit præclara quædam è quibus extat, Summa notabilis, quam prænotauit,
Introductoriam aduocatorū, lib. 2. Cum aduocationis offi.
Margarita iuris, lib. 1. Quoniam poſt inuentionem.
Declarationes uariarum cauſarum. Sed & alia quædam compoſuiſſe di-
citur, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

BONAVENTVRA, uide Euſtachius, qui & Bonauentura de Balneo regio.

BONAVENTVRA Caſtillioneus ſcripſit Gallorum Inſubrum antiquas ſedes. Li-
ber impreſſus Mediolani apud Io. Antonium Caſtillioneum, anno 1541. in 4.
chartis 16. Ex præfatione typographi.

» Sciebam Bonauenturam Caſtillioneum in Templo Scalæ Mediolani Canoni-
» cum, omnem Inſubrum regionem tot ſæculis ab omnibus ferè hiſtoricis cum Græ
» cis tum maxime Latinis, ſilentio fermè præteritam, ueluti è tenebris nunc ereptam
» in lucem reuocaſſe. Alpes & colles ad Inſubriam ſpectantes primum, mox to-
» tam planiciem, quæ inter Ticinum & Abduam alpesq; ad Padum uſq; contine-
» tur, urbem demum ipſam antiquam olim ſymmetriam referentem, tres in libros
» digeſſiſſe: adiecta inſuper tabella quam Mappam uocant, in qua omnia hæc con-
» tinentur, &c. Verum poſteaquam uirum ipſum totum ſacris literarum ſtudijs
» addictum perſpexi, &c. ad artes ſum conuerſus, ne opus ipſum omnino in ſinu
» (quod aiunt) authoris periret: & dum eius ædes frequentius adeo, iureq; cognatio
» nis intima quæq; in penetralibus perluſtro: primus Chorographiæ ſuæ libellus
» (nec ſatis ut uereor abſolutus) in manus incidit, &c. Suadentibus igitur doctis ui-
» ris, imprimendam curaui, meo etenim doctiorumq; iudicio talia ſunt, ut neminem
» omnino ea legiſſe unquam pœniteat: faxitq; Deus ut iiſdem artibus doliſue, ſe-
» cundus tertiusq; tomus cum Mappula ipſa in manus noſtras deueniant.

T.cl.1330. BONAVENTVRA Patauinus, ordinis fratrum eremitarum S. Auguſtini, quondā
Prior

Prior generalis, ac deinde ecclesiæ Romanæ tituli S. Ceciliæ presbyter Cardinalis, scripsit ualde utiles & elegantes

Sermones de tempore, lib. 1. Veniet desideratus cum.
Sermones de sanctis, lib. 1. Mihi autem absit gloriari.
Et alia quædam.

*Bonauenturæ ordinis minorũ, et apostolicæ sedis episcopi Cardinalis in libros sententiarum Petri Lombardi tractatus 4. excusi in fol. tomis 4. quintus continet Indicem.

Vita Christi, uel Meditationes deuotæ in uitam Christi, opus diuisum in capita 95. & impressum in 4. chartis 14. & dimid. Ex prologo.

Non autem credas quod omnia quæ Christum dixisse uel fecisse meditari possumus scripta sint: sed ego ad maiorem impressionem ea sic, ac si ita facta fuissent, tibi narrabo, prout contigerunt, uel contigisse pie credi potest, secundũ quasdam imaginarias repræsentationes, quas animus diuersimode percipit. Nam diuinam scripturã meditari, exponere, & intelligere multifarie, prout expedire credimus, possumus: dum tamen non sit contra fidem uel bonos mores. Cum ergo me narrante inuenies, ita dixit uel fecit Iesus, seu alij qui introducuntur, si id per scripturam probari non possit, non aliter accipias, quàm deuota meditatio exigit: hoc est, accipe perinde, ac si dicerem: mediteris quod ista dixit uel fecit Dominus Iesus, & ita de similibus.

Bonauenturæ cõpendium, in Italia impressum, haud scio an ab ipso Bonauentura, an ab alio ex eius scriptis confectum.

BONETIVS quidam iurisperitus scripsit de probationibus. Liber impressus.

BONETI Iudæi annulus instrumentum astronomicum. Libellus Marpurgi exiuit, anno 1537.

BONICONTVS, Ioannis Andreæ filius, scripsit

De libertate Ecclesiastica. De priuilegijs Clericorum.
De appellationibus. De accusatione & inquisitione.

BONIFACII epistolæ 8. ad D. Augustinum, inter Augustini epistolas impressæ leguntur, his numeris: 183. 186. 188. 190. 191. 193. 195. 197.

BONIFACIVS Papa primus beato Zozimo succedens, multa pro utilitate ecclesiastica constituit, quæ in canonibus sanctorum patrum sparsim habentur. Scripsit, ut ferunt, nonnulla opuscula, de quibus ego tantum reperi, T.M.422.

Epistolarum decretalium, lib. 1. Ecclesiæ Romanæ cui.

*Bonifacij primi & secundi decreta legimus in uolumine Conciliorum impresso Coloniæ.

BONIFACIVS Papa octauus, natione Campanus, Benedictus ante uocatus, cum esset in iure peritissimus, uideretq; nouas causarum uarietates in foro contentioso, quæ per decretales non possent determinari, quotidie emergere, composuit per tres eruditissimos in iure uiros nouas constitutiones, quas appellari uoluit T.M.1305.

Sextum decretalium, lib. 1. Sacrosanctæ Romanæ.
Epistolas plures ad diuersos, lib. 1.

BONIFACIVS Ferrarius de Valentia, natione Cathalanus, ordinis Carthusien. Prior 25. beati Vicentij Prædicatoris frater, scripsit inter cætera notabilem tractatum, cur in ordine Carthusien. pauci canonizati sint, & miracula publice non faciant. T.cl.1420.

Ad Bonifacium eiusdẽ ordinis, lib. 1. De approbatione ordinis, lib. 1.
Epistolas quasdam. Et alia multa.

BONIFACIVS de Mantua, de maleficijs scripsit. Liber impressus.

BONIFACIVS primus archiepiscopus Moguntinus, natione Scotus, monachus ordinis sancti Benedicti: de cuius opusculis ego tantum reperi, T.P.755.

Epistolarum ad diuersos, lib. 1. Vitam quorundam sanctorũ, lib. 1.

BONIFACIVS Symoneta scripsit librum de Christianæ fidei & Romanorum Pontificum persecutionibus, impressum in fol.

BONIFACII de Vitalinis commentarij extant super Clementinis, & Disputatio, qui casus requirant speciale mand.

BONOMINVS Pergomensis ex Clusono oppido natus: uir in medicinis suo tempore omnium facile peritissimus, scripsit nonnulla opuscula,
De uenenis, lib. 1. Quæstionum diuersarum, lib. 1.
Et alia multa. Claruit temporibus Caroli imperatoris, & Clementis Papæ VI. Anno Christi 1301. Symphorianus Campegius.
* Trittenhemius author est eum claruisse, anno 1350. Reliqua eadem scribit.

BONVS Accursius Pisanus, Adipem elegantiarum ex Laurentij Vallæ libris studiosissime collegit. Opus impressum Coloniæ in 8. apud Ceruicornũ, anno 1527. chartis 9. & dimid.

BONVS de Curtilli I. C. scripsit de nobilitate.

BOSCHINVS de Codega, scripsit quædam super Decretalibus.

BOSIANVS Cremonensis I. C. nonnihil ædidisse fertur.

BOVINI Membricij cuiusdam lucubrationes extare, legi in catalogo bibliothecæ cuiusdam.

T.cl.1494. BOVSLAVS de Hassenstein, natione Germanus, uir nobilis & undecunq; doctissimus, scripsit tam metro quàm prosa quædam præclara opuscula, è quibus extant subiecta: Opus præclarum de Germanorum & Italorum
Inuentis proprijs, lib. 1. Carminum quoq;, lib. 1.
Epistolæ uariæ. Et alia complura. Viuit usq; hodie in castro suo Hassenstein, & uaria conscribit.

BRABIANVS sub imperatore Seuero ædidit quædam opuscula ad Christianum dogma pertinentia. Hieronymus.

BRIENNII, Græca quædam scripta de Musica extant in Italia, cum Alypio eiusdem argumenti scriptore.

BRISSONIS dialectica à Georgio Valla opinor ex Græco traducta.

BRVCHERIVS quidam scripsit commentarios in septem Græciæ sapientum dicta, & In Catonem. Opuscula impressa, ni fallor, in Gallia.

T.M.1045. BRVNO episcopus Herbipolensis, Conradi Imperatoris secundi patruelis, natione Theutonicus, comportauit ex antiquorum patrum scriptis pulchrã expositionẽ,
In totum Psalterium, lib. 1. Beatus uir qui non abijt.
* Brunonis opera theologica, in Italia excusa sunt. Alibi lego in catalogis, Brunonis commentarios in epistolas Pauli impressos: item in Psalterium: opinor autẽ Brunonis Herbipolensis esse.

T.P.1008. BRVNO archiepiscopus Ruthenorum ex monacho, ordinis sancti Benedicti, natione Italus, scripsit præclara opuscula, de quibus extant, commentariorum,
In Genesim, lib. 2. Et quædam alia.

BRVNI Longoburgensis chirurgia magna, chartis 9. & dimid. & parua, sermone barbaro, charta 1. & dimid. Opuscula impressa in folio, cum aliquot alijs chirurgicis libris Guidonis de Caul. & aliorum. Venetijs anno 1499.

» Ex prefatione. Primo sciendũ est, quod tractatus illius libri diuiditur in duas
» partes, in quarum prima capitula collocantur, de quibus primæ parti 20. attribui,
» & similiter secundæ 20. Est autem uere liber compositus secundum descriptio-
» nes quæ inueniuntur in libris ueterum, nempe Galeni, Auicennæ, Almansoris,
» Albucasis, & Haliab. nec non & aliorum peritorum ueterum.

BRVTVS, uide M. Brutus.

BVLCASIS liber de præparationibus medicamentorum. Vide Albucasim supra.

BVLGARINI de Bulg. disputatio, incipit: Sempronius condidit testamentum. Scripsit etiam aliqua in 1. Infortiati.

BVLGARIO quidam adscribunt commentaria in epistolas Pauli, sub Athanasij nomine excusa, cum ea sint Theophylacti Bulgariæ episcopi.

BVRCHARDI Mithobij Stereometria, ars docens certas dimensiones corporum ratione mathematica, ac Virga stereometrica cum dimenso æquatorioq; desuper affabrè confectis. Liber in 8. excusus Francofurti, 1544.

BVRCKARDVS ex monacho Lobiensis cœnobij ordinis sancti Benedicti episcopus VVormaciensis in Germania, scripsit ex sententijs sanctorum patrum & generalium conciliorum atq; summorum Pontificum, magnũ & insigne opus post Isidorum, uidelicet T. cl. 1020.

Decretorum, quod diuisit in lib. 20. In nouo Testamento post.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

BVRLEVS quidam barbaro sermone scripsit commentarios super Aristotelis de natura libros ac de moribus. Item super arte ueteri, nimirum Lullij Hispani. Excusi sunt Venetijs in fol.

Bruno Coloniens. vid. Bellarm. de Script. Eccl. p. 213. A.C. 1088.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [341] - 150v

NOMINA ET LVCVBRA-

TIONES AVTHORVM A C

litera incipientium.

CABASILAS, quædam Græce scripsit, de quibus in Nicolao Cabasila: opinor enim eundem esse authorem, quanquam aliquoties sine prænomine legerim, & alicubi Caliasilas.

CAECILIVS quidam & aliquot alij coëpiscopi apud Cyprianum lib. 1. scripserunt epistolas, secundam, & 11. & 12.

CAECILII à Bilta uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

CAECILIVS Cyprianus, alio nomine Thascius dictus est, ut legitur libro 4. epist. 9.

T.P.149. CYPRIANVS ecclesiæ Carthaginensis in Aphrica episcopus, subiecta uolumina Latino sermone conscripsit, uidelicet:

De gratia dei ad Donatum,	lib. 1.	Bene admones Don̄.
Contra Demetrianum,	lib. 1.	Oblatrante te, & aduer.
De pietate & eleemosyna,	lib. 1.	Multa & magna sunt.
De laude martyrij,	lib. 1.	Desiderasti Fortunate.
De zelo & liuore,	lib. 1.	Zelare quod bonum uide.
De bono patientiæ,	lib. 1.	De patientia loquuturus.
De mortalitate,	lib. 1.	Etsi apud plurimos uestrum.
De uirginitate,	lib. 1.	Disciplina custos spei.
De lapsis,	lib. 1.	Pax ecce dilectissimi.
De sacramento calicis,	lib. 1.	Cyprianus Cæcilio fra.
De unitate ecclesiæ,	lib. 1.	Cum moneat dominus & di.
De oratione dominica,	lib. 1.	Euangelica præcepta.
De uanitate idolorum,	lib. 1.	Quod idola dij non sint.
De uita clericorum,	lib. 1.	Promiseram quidem uobis.
De duobus montibus,	lib. 1.	Probatio capitulorum.
Ad Antonianum de Nouato,	lib. 1.	Accepimus primas literas.
De Iudæis ad Quirinum,	lib. 2.	Iudæos in offensam.
Ad Cornelium Papam,	epi. 8.	Cognouimus frater cha.
De aleatoribus,	lib. 1.	
Ad Iulianū amicum suum,	lib. 1.	Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

Sed & alia multa composuisse dicitur, quæ ad manus nostras non uenerunt. Libellus de duodecim abusionibus sæculi, Cypriano à plerisq; ascriptus, phrasim eius non redolet.

* Cyprianus Afer primum glorioſe rhetoricā docuit: exinde, suadente presbytero Cæcilio, à quo & cognomentum sortitus est, omnem substantiam suam pauperibus erogauit: ac post non multum temporis, electus in presbyterū, etiam episcopus Carthaginensis constitutus est. Huius ingenij superfluum est indicem texere, cum sole clariora sint eius opera. Passus est sub Valeriano & Galieno principibus, persecutione octaua, eodem die, quo Romæ Cornelius, sed non eodem anno. Ex D. Hieronymo.

Cæcilij Cypriani opera ab innumeris mendis repurgata, adiectis nonnullis libellis ex uetustissimis exemplaribus, quæ hactenus non habebātur, ac semotis ijs, quę falsò uidebantur inscripta, unà cum annotatiunculis, per D. Eras. Rot. Basileæ excusum uolumen apud Ioan. Frobenium, anno 1520. in fol. chartis 188. cum Indice. Eadē Gryphius excudit Lugduni in 8. anno 1528. Epistolæ etiā alicubi seorsim excusæ sunt. Sed iam libros singulos & epistolas cum argumentis enumeremus.

Episto.

Epistolarum libri 4. quorum epistolæ sunt numero 60.

Primi libri epistolæ 12.

1 Ad Cornelium Papam de perseuerantia fidei seu de confessione.
2 De ijs, qui ob tormentorum metum à fide defecerunt, ad eundem.
3 Hortatoria contra hæresiarchas: deq; confirmanda sacerdotali authoritate.
4 De Martiali & Basilide hæresiarchis.
5 De obseruatione disciplinæ.
6 De ijs, qui in lecto gratiam consequuntur.
7 De Fortunatiano episcopo.
8 De quinq; presbyteris schismaticis.
9 De Victore, qui Faustinum presbyterum tutorem nominauit.
10 De histrione. 11 De uirginibus.
12 De ijs qui apud hæreticos baptizantur.

Secundi libri epistolæ 12.

1 De concilio habito super baptizatis apud hæreticos.
2 De sua conuersione.
3 De sacramento Dominici calicis.
4 Ad Mosen & Maximum de confessione eorum.
5 De Aurelio lectore ordinato.
6 Ad martyres de martyrio.
7 Presbyteri & diaconi Romani Cypriano.
8 De Nouatiano & Nouato schismaticis.
9 De Ethippo. 10 De unitate ecclesiæ.
11 De hæreticis. 12 Congratulatoria ad Cornelium.

Tertij libri epistolæ 26.

1 Ad Lucium Papam Rom. de exilio reuersum. 2 De unitate.
3 Ad Maximum & Vrbanum, &c. ad ecclesiam reuersos.
4 Ad presbyteros Romæ consistentes.
5 Apud eosdem se expurgat à maledicis.
6 Ad eosdem, ut ijs fratribus qui in carcere sunt omnis humanitas exhibeatur.
7 Ad Lucium, &c. de acceptis literis gratias agens.
8 De infantibus baptizandis.
9 De diacono, qui contra episcopum contendit.
10 Ad presbyteros & diaconos, ut diligentiores sint circa religionis administra-
11 Ad Cornelium de nonnullis ad ecclesiam reuersis. (tionem.
12 De quibusdam schismaticis.
13 De Martiano Arelatense episcopo hæresiarcha.
14 Maximus, Vrbanus, &c. ad D. Cyprianum.
15 Ad clerum de quibusdam presbyteris, qui temere pacem lapsis dederunt.
16 Ad martyres & confessores, qui lapsis petierunt pacem dari.
17 Significatio ad plebem de petitione super lapsis facta per martyres.
18 Ad clerum propter lapsos & catechumenos, ne uacui exirent.
19 Ad clerum de ijs, qui ad pacem festinant.
20 Eidem, non esse temere pacem lapsis dandam.
21 Ad Calydonium episcopum, quid super lapsis egerit.
22 Ad clerum Romæ consistentem.
23 Ad clerum, de lectore Saturo, & Hypodiacono Optato.
24 De ijs, qui per tormenta superantur.
25 Ad clerum de cura populi.
26 Ad martyres & confessores, uirtutum ipsorum laudem extollens.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [343] - 151v
PUBLIC DOMAIN

Libri quarti epistolæ 10.

1 Consolatoria ad constitutos in carcere.
2 De Nouatiano schismatico.
3 Ad Mosen & Maximum, &c. qui in persecutione fidem seruauerunt.
4 Ad clerum, de deprecando deum pro peccatis nostris.
5 Ad clerum & plebem de Celerino confessore lectore ordinato.
6 Ad Thibaritanos epistola exhortatoria, ut integram fidei confessionẽ seruẽt.
7 Ad Magnum, de ijs qui in lecto gratiam consequuntur.
8 Apud Cornelium de literis se purgat.
9 Purgat se Florentio Pupiano quod obtrectatoribus crediderit.
10 Ad clerum de Numidico confessore presbytero ordinato.

Tractatus contra Demetrianum dicentem Christianis imputari debere omnia quibus tunc mundus urgebat, quod ab ipsis dij non colerentur: In quo ab obiectis se purgans demonstrat mala multiplicari, quod ab idololatris deus non coleretur.

De habitu uirginum, earum disciplina, pudicitia, & conuersatione.

Contra Nouatianum schismaticum de ecclesiæ unitate, ubi ostendit præpositos ecclesiæ ad innocentiam simplices esse oportere, & cum simplicitate prudentes in præceptorum obseruatione, &c.

De Idolorum uanitate, & unum uerum Deum esse quem Christiani colunt.

D. Cypriani Sermones sex.

1 De eleemosyna, ad pietatis & misericordiæ opera inuitans, & asseuerans iustitiæ ac misericordiæ operibus pietatem diuinam mortalibus subuenire.
2 De zelo & liuore, in quo latentes inimici insidias detegens, unde zelus & quando & quomodo cœperit, ostendit: ac multiplicem eius perniciem demonstrat.
3 De bono patientiæ, ubi à Christo incipiens, & per sanctorum exempla discurrens, docet quam sit utilis patientia & necessaria uniuersis, & maxime Christianis, qui diabolo impugnante plus quatiuntur.
4 De mortalitate, ad amorem relinquendi hanc uitam exhortans: & ostendens hoc quod sine ullo discrimine cum iniustis iusti moriuntur, non esse putandum bonis & malis interitum esse communem: quoniam ad refrigerium iusti uocantur, ad supplicium rapiuntur iniusti.
5 De lapsis & coronatis iam martyribus uel ad uitam seruatis, docens Deum familiam suam hoc examine probare uoluisse, quia traditam diuinitus disciplinam pax longa corruperat. Deinde multa de corpore Christi miracula enarrans, ad pœnitentiam hortatur.
6 De oratione Dominica, scilicet Pater noster, in quo docet qua potissimũ oratione uti, & qualiter ad eam accedere, & quo gestu corporis & modo uocis conueniat, qui se Christianum esse asserit.

Libellus unus ad Fortunatum de exhortatione martyrij, cuius hæc sunt capita 12. chartis 4.

1 Idola non esse deos, & elementa non colenda.
2 Dominum solum colendum esse.
3 De comminatione Dei contra sacrificantes idolis.
4 Deum non facile ignoscere idololatris.
5 Quod idololatriæ sic indignetur Deus, ut præceperit etiam eos interfici, qui sacrificare & seruire idolis suaserint.
6 Quod nihil Christo præponere debeamus.
7 Ne erepti è laqueis diaboli & sęculi huius, propter angustias egredi denuo ad sæculum uelint, & perdant quod euaserint.
8 Perseuerandum in fide ut ad palmam & coronam possit peruenirj.

9 Ad

9 Ad hoc enim pressuras & persecutiones fieri ut probemur.
10 Iniuriæ & pugnæ persecutionum non timendæ: quia maior est Dominus impugnante diabolo.
11 Prædictum esse quod nos mundus odio habiturus esset ac persequuturus, ne eius inscij conturbarentur.
12 Quæ spes quæq; merces maneat iustos & martyres post conflictationes huius temporis.

Aduersus Iudæos lib. 2. ad Quirinum. Ex præfatione. Primum ostendit se omnia breuiter admodum perstringere: deinde argumentum utriusq; libri his uerbis proponit: Cõplexus sum uero libellos duos pari æqualitate moderatos: « Vnum quo ostendere nixi sumus Iudæos secundum quæ fuerant ante prædicta, « à Deo recessisse, & indulgentiam Domini, quæ sibi & pridem data, & in posterum « promissa fuerat, perdidisse: successisse uero in eorum locum Christianos fide Do- « minum promerentes, & de omnibus gentibus ac de toto orbe uenientes. Item libel « lus alius continet Christi sacramentum, quod idem uenerit qui secundum scriptu « ras annunciatus est, & gesserit ac perfecerit uniuersa, quibus intelligi & cognosci « posse prædictus est. «

Ad eundem Quirinum liber tertius: liber tertius de præceptis Dominicis, continens capita ceu locos communes 120. quæ sacræ scripturæ testimonijs breuiter confirmantur.

Opera D. Cypriani quæ antehac non habebantur in excusis uoluminibus, sed ex uetustis codicibus addita sunt à Des.
Eras. Roterod.

Ad Iubaianum epistola de hæreticis baptizandis.
Ad Pompeium contra epistolam Stephani epistola, super eadem re.
Ad Quintinum epistola de hæreticis & schismaticis baptizandis.
Sententiæ per breues episcoporum, martyrum, confessorum, &c. numero 85. de hæreticis baptizandis: chartis 2. & dimid.

Opera quæ uidentur falsò adscripta Cypriano.

Tractatus de montibus Sina & Sion, an unũ sint, an differãt, aduersus Iudæos.
De reuelatione capitis beati Ioannis Baptistæ.
Expositio in symbolum apostolorum ad Papam Laurentium.
Libellus de singularitate clericorum, in quo docetur, à Domino fuisse reuelatum, ne sacerdotes cum fœminis commune haberent cõtubernium. Sed ne uelut somniatorem irrideat quisquam, quod per reuelationem Dominum iussisse acceperat, per scripturarum sacra testimonia ante iussum fuisse, ostendit. Vide supra inter opera diui Augustini folio 118. facie 2. uersu 28.

Ad diuum Cornelium Papam de cardinalibus operibus Christi usq; ad eius ascensum ad patrem: chartis 16. & dimid. Ex prologo uerba authoris incerti, quibus argumentum libri & summa capita indicantur. Diuinitatis naturam rimari uelle nimium audacis ingenij esse cum dixisset, & talibus ausis abstinendũ, ita deinde loquitur: Ea igitur quæ licita sunt & concessa tangamus, & circa cu- « nabula saluatoris prima infantiæ eius fercula degustemus, & circuncisi & loti ui- « cto diabolo, sanctificatis affectibus in cœna cum Domino recumbamus, ubi pane « angelorum refecti, post illius cibi delicias surgamus ad transitum, ut de hoc mun- « do uehiculo crucis euehamur ad cœlum, spiritu sancto nos replente, qui deinceps « nos doceat, & patefaciat quicquid in exilij huius peregrinatione moles corporis « & imperfectionis lippitudo fecit obscurũ. Libellũ igitur, quem de cardinalibus « Christi Domini nostri opibus scripsi, paternitati uestræ (suppresso nomine nostro) « misi, in quo fons sacramentorum & disciplinæ huius in qua stamus origo, for- « mam & exemplar recte uiuendi nobis proponens, ab humili aduentu usq; ad glo. «

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [345] - 152v
PUBLIC DOMAIN

» rioſum eius reditum ad patrem gradatim conſcendens, quem potius in mente no-
» ſtra quàm in pagina ſcribi deſydero. Capita libri.

De nominum impoſitione. Prologus operis.
Sermo de natiuitate Chriſti.
De ratione circunciſionis ſermo.
De ſtella & Magis, & innocentium nece.
De baptiſmo Chriſti, & manifeſtatione trinitatis ſermo.
Iterum de baptiſmo Chriſti.
De ieiunio & tentationibus Chriſti.
Sermo de cœna Domini, & prima inſtitutione conſummantis omnia ſacramenta.
Sermo de ablutione pedum.
De unctione chriſmatis, & alijs ſacramentis.
De paſſione Chriſti. Sermo de reſurrectione Chriſti.
Sermo de aſcenſione Chriſti.
De ſancto ſpiritu.

Opera addita ex deſcriptis calamo libris, notha tamen.

Ad Moyſen, Maximum, & cæteros confeſſores de laude martyrij.
De diſciplina, & bono pudicitiæ libellus incerto authore.
Ad Nouatianum hæreticum, quod lapſis ſpes ueniæ non eſt deneganda.
Oratio ad Deum.
Alia oratio, quam D. Cyprianus ſub die paſſionis ſuæ dixit.
Poſtremo adijcitur ſermo Auguſtini de S. Cypriano martyre.

De ſcriptis D. Cypriani cenſura ex præfatione D. Eraſmi Rot.

» Cum Lactantius teſtetur, à Cypriano admodum multa fuiſſe conſcripta, re-
» ctius perſpiciet quanta fuerit ea calamitas quæ cætera nobis ademit, qui reliquijs,
» quas habemus, notha ac pſeudepigrapha detraxerit. Etenim ut Cypriano cum
» cæteris authoribus eſt commune, quod ipſius lucubrationibus multa ſint aliorum
» admixta: ita hoc fuit Hieronymo felicior, quod huius uoluminibus multa ſint in-
» terſperſa, prorſus indigna lectu, Cypriano nihil aſſcriptum eſt, niſi doctum & à
» magnis uiris profectum, &c. Symbolum fidei, quod in euulgatis pariter ac de-
» ſcriptis uoluminibus, Cypriani titulum hactenus poſſidet, inter opera D. Hiero-
» nymi fertur Ruffini nomine. Vitam apparet ex eo libro decerptam, quem, ut
» teſtatur Hieronymus, conſcripſit Pontius Cypriani diaconus, in ipſo etiam exilio
» comes indiuiduus uſque ad ultimi ſupplicij diem. Nec enim ueriſimile fit, hoc eſſe
» uolumen illud egregium, cuius in uita Pontij meminit Hieronymus, cum quod
» extat apud nos ne libelli quidem uocabulum mereatur. Certe coronidem de tranſ
» latione corporis eius ab alio quopiam adiectam eſſe, clarius eſt, quàm ut ſit admo-
» nendum, præſertim cum in ea Caroli imperatoris fiat mentio, &c.
» Porrò cum olim Africa permultos ædiderit eloquentia doctrinaq; celebres, in-
» ter quos ſunt in primis Tertullianus & Auguſtinus, tamen uix ulli contigit Ro-
» manæ dictionis germana puritas, præterquam Cypriano, &c. Hieronymus in
» epiſtola ad Paulinum ſic ſcribit: Beatus Cyprianus inſtar fontis puriſſimi dulcis
» incedit & placidus. Lactantius autem in præfatione libri quinti, de inſtitutione
» religionis Chriſtianæ, non ſolum illi tribuit facilitatem, iucunditatem, perſpicui-
» tatem, copiam ac nitorem, uerum etiam uim ac neruos in perſuadendo. Erat enim
» (inquit) ingenio facili, copioſo, ſuaui, & (quæ ſermonis maxima eſt uirtus) aper-
» to, ut diſcernere nequeas, utrum ornatior in loquendo, an facilior in explicando,
» an potentior in perſuadendo quiſquã fuerit. Diuus Auguſtinus libro de do-
» ctrina Chriſtiana quarto ex huius uoluminibus potiſſimũ petit exempla, quibus

demon-

demonstret,nullam eloquētiæ partem in Christianis scriptoribus desiderari, hunc « cum Ambrosio subinde conferens,quemadmodum Fabius M. Tullium cum De- « mosthene committit. Non possum equidem inficias ire, quin olim inter orthodo- « xos scriptores primas tribuerim Hieronymo:uerum ubi Cyprianum propius sum « cōtemplatus,prorsus animi dubius reddor,utrum utri præteram: adeo suis uterq; « uirtutibus summus occurrit,&c. Certe primas inter orthodoxos patres Cypria- « no tribuit Papa Gelasius in decretis 15. distin. c. Sancta Romana,&c. Quod autē « huic Hieronymus alicubi uidetur absolutam sacræ scripturę scientiam detrahere, « nihil aliud sensit,opinor, quàm persecutionum procellis, quibus tum agitabatur « ecclesia,martyrioq; præpeditum,non absoluisse in explanandis diuinis uoluminī- « bus,quod egregie præstaturus uidebatur,si licuisset. Nam quę scripsit, ferè uersan « tur in locis cōmunibus,unde non pauca decerpit Hieronymus, quoties in ijsdem « uersatur:quemadmodum,ut est uerisimile, è Tertulliani libris multa mutuatus est « Cyprianus,quibus adeo delectatus deditusq; legitur,ut quoties ab amanuensi co- « dicē posceret, dicere solitus sit, Da magistrū: nihilominus ob id ingenio tribuens, « quod ab ecclesia sese submonuisset,&c. «

CAECILIVS Siculus Callantianus(est autem Callantis urbs Sicilię)rhetor,exercuit artem Romæ sub Augusto ad Adrianum usq;,Archagathus antea dictus,religio- ne Iudæus. Multa ab eo scripta Suidas enumerat,& inter alia Eclogam uocabulo rum literarum ordine,quæ Suidæ Lexico accreuit,quod inscriptio indicat.

CAELESTINI Papæ decreta, extant in uolumine Conciliorum cum reliquis Pon- tificum decretis:item cum Clementis recognitionibus.

CAELIVS nomen proprium ab alijs per œ diphthongum scribitur.Est etiam Celius apud Martialem uiri nomen prima breui.

CAELII Apicij(uel secundum alios, Apicij Cælij) de re coquinaria siue culinaria li- bri 10.excusi olim Venetijs in 4.deinde Basileæ in 4. ex castigatione Albani To- rini medici,anno 1541.unà cum Platinæ Cremonensis de tuenda ualetudine libris 10.& eodē anno Lugduni apud Gryphium in 8. Postremo Tiguri apud Froscho- uerum,anno 1542.à Gabriele Humelbergio medico castigati,& annotationibus il lustrati. Constat autem Apicij opus seorsim chartis 9. Humelbergius postquā in præfatione asseruit hosce libros ad medicinam diæteticam non parum condu- cere,ita mox de ipso authore loquitur. Apicius horum librorum author & Cæ- « lius cognominatus, longe alius est à Romano illo, qui à Plinio Marci prænomine « indicatur,& cuius tanquam gulosi,& uentri mancipati, inter Latinos celeberrimi « meminerūt scriptores: aut altero à Græcis celebrato,& opsophagi cognomine in- « signito,unoq; luxu nobilitato. Quorū hic posterior à Græcis in Traiani Imp. tem- « pora reijcitur,& illi in Parthis agenti, ut in libris Dipnosophistarum refert Athe- « næus,cum multorum dierum itinere abesset à mari, ostrea recentia miro ingenio « seruata summisisse traditur. Ille uero prior Romanus opulentus & uoluptuarius, « eodē Athenæo scribente, Tiberij principatu sua dilapidauit bona, &c. De hoc « Seneca ad Albinam scribit,quod mullos in sociorum garo necari præcellens puta- « rit, atq; è iecore eorum alecem excogitari procurarit: quarum tamen rerum nulla « in his libris fit mentio. Præterea citat hic noster aliquando,ceu tempore multò po- « sterior, aliorum Apiciorum, & ipsorum in patinis imitatorum complurium opso- « nia & condimenta: quibus consyderatis facile conijci potest & liquido constat,ho- « rum librorum authorem, illorum præmemoratorum neutrum esse, ut fermè om- « nes hucusq; opinati sunt. «

Primus liber Epimeles inscriptus, condita aliquot siue potiones parat: quomo do fructus & alia quædam seruentur ut diu durent,explicat: postremo condimen ta quædam instruit.

Secundus liber Sarcoptes,habet isicia,hydrogaratum,& apodermum,& amy-

latum, uuluulas, botellos, lucanicas, & farcímina.

Tertius Cepuros, de oleríbus tractat.

Quartus Pandecter, continet ſalacacabia, patinas piſciũ olerum & pomorum, minutal de piſcibus uel iſicijs, ptiſanam uel ſuccum, guſta.

Quintus Oſprios, de leguminibus eſt: prius autem pultes coquit.

Sextus Aëropetes, aues habet.

Septimus Polyteles, delicatos cibos ex diuerſis quadrupedum partibus inſtituit: poſtea de dulcibus domeſticis ex melle, bulbis, fungis carneis uel boletis, tuberibus, colocaſio, cochleis & ouis loquitur.

Octauus Tetrapus, quadrupedes aliquas feras & domeſticas in cibum parat.

Nonus Thalaſſa, & decimus Halieus piſces uarios proponunt: hic ſolos piſces, ille etiam teſtis intecta quædam.

CAELII Aureliani Siccẽſis liber de morbis acutis, impreſſus Pariſijs apud Colinæũ.

Eiuſdem Chronion, id eſt, tardarũ paſſionum libri quinq; excuſi Baſileæ apud Henricum Petrum, anno 1529. in fol. chartis 41. adiecto indice cum quibuſdam Oribaſij opuſculis Latinis. Paſſim utitur hic Cælius antiquiſſimorũ apud Græcos authorum teſtimonijs circiter 44. quorum catalogus ab initio libri ponitur, nuſquam uero Galeni aut recentiorum: alicubi Ciceronem & Virgilium citat.

» Ex præfatione Ioan. Sichardi. De uita authoris, non ſatis quod in præſentia
» dicam occurrit, niſi quod cognomento ſatis diuinare licet Afrum fuiſſe, quod ip-
» ſum per ſe, uel tacente me, ipſa ſatis dictio clamat. Vt autem Galeno Plinioq; ma-
» iorem credam, facit diligens illa ſeu in refellendo, ſeu in aſtruendo ueterum autho-
» rum commemoratio, quos haudquaquam præteriturus erat ſi per ætatem memi-
» niſſet, &c. Aedidit autem, ut ipſe teſtatur, Reſponſionum, quibus chirurgiam
» tractat: Muliebrium paſſionum, Græcarum epiſtolarum ad prætextatum, Adiu-
» toriorum, Medicaminũ, & Celerum paſſionum libros, qui tamen temporum iniu
» ria interciderunt, qui nobis caſus propemodum & hos ipſos libros eripuiſſet iam
» ad interitum ſpectantes, niſi in lucẽ nobis aſſeruiſſet uir cum ſplendore uitæ, tum
» literarum ſtudio præditus incredibili Philippus Furſtenbergius Conſul Franco-
» furdienſis.

Hi libri in plæriſq; locis magna ſenſuum obſcuritate laborant, partim propter ipſius authoris Africanum ſtilum, partim exemplaris corruptiſſimi uitio, Græca etiam uocabula paſſim Latinis literis ſcripta uitiataq; inferuntur.

Argumenta ſeu capita in ſingulos libros 5.

Primi libri caput 1. De cephalea.
2 De ſcotomaticis. 3 De incubone.
4 De epilepſia. 5 De mania, id eſt, furore ſiue inſania.
6 De melancholia.

Secundi caput 1. De paralyſi.
2 De ſpaſmo uel raptu canino.
3 De auriculæ dolore, fluoreq; humoris per auditoriam cauernam.
4 De dolore dentium.
5 De catalepſi, id eſt, apprehenſione ſenſus, ſeu oppreſſione.
6 De uocis amputatione. 7 De catarro, id eſt, influxione.
8 De tuſſicula. 9 De ſanguinis fluore, eiusq; differentijs.
10 Quomodo eaſdem diſcernamus.
11 Vt ſcias unde ſanguis feratur.
12 De exitu paſſionum, in quibus ſanguis fluit.
13 Curatio earundem. 14 De phtiſica paſſione.

Tertij libri caput 1. De ſuſpirio ſiue anhelitu, quod Græcis aſthma eſt.
2 De ſtomachicis. 3 De phagedæna, id eſt, nimia ciborũ appetentia.

4 De

4 De lecorosis & lienosis. 5 De aurigine siue ictero.
6 De cachexia. 7 De atrophia, id est, nutrimenti cessatione.
8 De hydrope.

Quarti caput 1. sine principio. De elephantiasi.
2 De phthiriasi. 3 De cœliacis & cæteris defluxionibus.
4 De uentris debilitate.
5 De uenuris tumore, duritia, inflatione, ac saltu.
6 De dysenteria. 7 Sine principio, de colicis passionibus.
8 De lumbricis.
9 De malthacis, id est, mollibus siue subactis: quod uitium ex animi sceleroſa libidine prouenit, neq; medicamentis tanquam corporis ægritudo curatur.

Quinti libri caput 1. De ischiadicis & psœadicis.
2 De articulari passione, & de podagra.
3 De nephritide, id est, renali passione.
4 De tardis uesicæ passionibus, ut est lithiasis, urinæ impedimẽta, uariq; fluores.
5 & 6 De diabete & gonorrhœa, desiderantur.
7 De onirogono, id est, somno Venereo.
8 De seminarium uiarum debilitate. 9 De priapismo.
10 De uomicis siue internis collectionibus, quas Græci empyemata uocant.
11 De polysarcia, id est, superflua carne corporis, atrophiæ contraria.

Epilogus.

Hijs de superflua carne conscriptis, omnium tardarum passionum curationes explicauimus, intentione neglecta. "

Apparet hunc Aurelianum methodicã sectam exercuisse: nam aliquoties τὰς κοινότητας commemorat, uesicæ passiones libro 5. cap. 4. in affectum fluentem & astrictum distinguit, Hippocratem reprehendit libro 4. cap. 3. Denicq; recorporatiua remedia, quæ Græci methodici metasyncrita, sæpe nominat.

CAELII Calcagnini opera, excusa Basileæ in officina Frobeniana in fol. anno 1544. quorum hic elenchus est.

Epistolicarum quæstionum, & epistolarum familiarium, lib. 16.
Iudicium uocalium. De rebus Aegyptiacis commentatio.
Disquisitiones aliquot in libros Officiorum Ciceronis.
De imitatione commentatio.
De iudicijs liber. De Talorum, Tesserarum, & Calculorum ludis.
De re nautica. Quod studia sunt moderanda.
Ne quis se à sua umbra uinci sinat.
De uerborum & rerum significatione commentatio.
Collectanea uetustatis. Quod cœlum stet, terra moueatur, commentatio.
De libero animi motu. De uita aulica. Encomium Pulicis.
De concordia. De calumnia.
De salute ac recta ualetudine.
Paraphrasis trium librorum Meteororum Aristotelis.
De mutuo amore. Compendium rhetoricæ.
Paraphrasis in primum librum Ethicorum Aristotelis.
Paraphrasis in Politica Aristotelis.
Paraphrasis in commentationem de sensu & sensili Aristotelis.
Quod Stoici dicunt magis fabulosa quàm poëtæ.
De Citrio, cedro & citro commentatio.
In Venetæ classis expugnationem.
Descriptio silentij.
De trinitate & sapientia diuina sermo per ipsum authorem in cathedrali ecclesia Agrienſi publice habitus.

In sacramentum Eucharistiæ sermo per ipsum authorem ibidem habitus.
Compendium Magiæ.
In funere Beatricis reginæ Hungariæ oratio.
In funere Herculis Strozzæ oratio.
In funere Hippolyti primi Cardinalis Estensis oratio incœpta.
In funere Antonij Constabilis oratio.
In funere Alfonsi primi, ducis Ferrariæ tertij oratio.
Pro Alfonso primo, duce Ferrariæ tertio, orationes duæ. Ad Leonem Papam X.
Pro Hercule secundo, duce Ferrariæ quarto, oratio.
Pro oratoribus Fauentinis. Pro eisdem.
Pro Alfonso primo, duce Ferrariæ tertio, Ad Iulium II.
In laudem iurisperitiæ orationes duæ.
In solennitatibus Epiphaniæ orationes tres.
Pro promotore doctore oratio in collegio habita.
Encomion artium liberalium.
In doctoratu Ruben Hebræi, oratio.
Pro amico doctore in patriam redeunte, qui insignia doctoratus acceperat, oratio.

Dialogi.

Equitatio. De memoria. Galatea, Melone, Proteus.
Rex Albaniæ, Alexander, Piora. De mensibus.

Apologi.

Linelæon. Somatia. Personati. Obligatio.
Gigantes. Super inscitia. Absentia.
Apologorum liber, ad Ioan. Hieronymum Monferratum.
Oraculorum liber. Quædam dicta moralia.
Panegyricus pro Calcagnino Protonotario apostolico.

CAELII Secundi Curionis Itali opuscula quædam eleganter & pie conscripta, excudit hoc anno 1544. Ioan. Oporinus Basileæ in 8. Sunt autem hæc,
Araneus, siue de prouidentia Dei. Libellus de immortalitate animorum.
De liberis pie educandis. Paradoxa Christiana 2.
Paraphrasis in principium Euangelij S. Ioannis.
Adhortatio ad religionem. Oratio de ingenuis artibus.
Oratio in laudem scribarum. Funebres orationes 2.
Laudatio cuiusdam qui pro patria occubuit.
Quatuor breues orationes è Græco uersæ.
Bernardini Ochini sermo ex Italico uersus.

CAESARIS Carmenti epistola ad Angelum Politianum lib. 4. epistolarũ Politiani, qua ipsum & eius Miscellanea laudat.

CAESARIS Landulphi, qui medicinã in academia Ticinensi professus est, de curis febrium opusculum, barbaro sermone: impressum cum practica M. Gatinariæ Lugduni in 8. angustius charta 1. anno 1532. & Basileæ cum Clementis operibus medicis apud Hen. Petrum.

T.cl.670. CAESARIVS ex monacho Lirinensis cœnobij episcopus Arelatensis, scripsit opuscula è quibus extant:
De gratia & libero arbitrio, lib. 1.
Sermonum ad monachos, lib. 1. Vereor in Christo ue.
Decretũ triũ cõciliorũ Arelat. lib. 3. De cæteris nihil reperi.
In tertio sermone, qui est de pugna monachi contra uitia, & se & eos, quibus loquitur, professores & monachos ordinis & regulæ sanctissimi patris nostri Benedicti confitetur.
* Homilias eius extare nuper ex Gilberti Nozereni literis resciui.

CAE.

CAESARII cuiusdam sententiæ quædam citantur in libello de officio rectoris eccle-
siæ Coloniæ impresso, 1531.

CAESARIVS monachus in Heisterbach, ordinis Cistertiensis, natione Theutoni- T.
cus Coloniensis Agrippinæ diœcesis, scripsit simplici & aperto sermone nonnulla
opuscula, de quibus ego tantum reperi subiecta: Opus prolixum de miraculis &
uisionibus diuersis suo tempore factis in Germania, quod ad imitationem sancti
Papæ Gregorij prænotauit,

Dialogorum de uarijs,	lib. 12.	Colligite fragmenta ne.	
In Euangelijs dominicalibus,	lib. 2.	Botrus cypri dilectus.	
In Euangelijs de sanctis,	lib. 1.	Dominus ac saluator noster Iesus.	
Sermones ad nouitios,	lib. 1.		

Alia insuper complura ædidit, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

CAESII Bassi cuiusdam liber inuentus, anno 1494. in cœnobio quodam Bobij Ita-
liæ oppidi, ut in Geographia sua testatur Raph. Volaterranus.

CAIETANVS patria Vicentinus, Patauinus canonicus, scripsit (ut ferunt) plura T. ch. 1430.
opuscula, è quorum numero ista feruntur:

In lib. Physicorum,	lib. 8.	In libros de anima,	lib. 3.
In lib. de cœlo & mundo,	lib. 4.	In meteora,	lib. 4.

Et alia complura.

* Est & alius, Thomas de Vio, Caietanus: cuius esse puto commentarios in Bi-
blia, & nescio quem librum Coloniæ impressum apud typographũ Quentel: ego
in catalogis tantum Caietani nomen simpliciter positum reperi.

CAIVS I. C. uide T. Caius.

C. litera maiuscula Caium designat.

C. ASINII Pollionis epistolæ 3. ad Ciceronem, extant libro 10. familiarium. Vide
Suidam in Ἀσίννιος Πωλίων, ῥωμαῖος, &c. Idem de alio eiusdem nominis in Pollione,
Πωλίωψ, sic scribit: Asinius Pollio, Trallianus genere, docuit Romę tempore Pom
peij Magni, successit scholę Timagenis, scripsit bellũ ciuile Cęsaris et Pompei, &c.

C. CASSII proconsulis epistolæ 2. ad Ciceronem libro 12. familiarium habentur; &
una lib. 15. Vide in M. Bruto.

C. CRISPI Salustij opera & fragmenta, quæ extant, excudit Aldus Venetijs, Gym
nicus Coloniæ, Morhardus Argentorati, anno 1521. in 4. chartis 17. Cratander Ba
sileæ 1529. in 8. et Io. de Vingle Lugduni in paruo fol. anno 1506. chartis 40. et dim.
cum familiari interpretatione Iod. Ascensij. Ab initio etiam uita authoris per
Pomponium Lætum (qui primus eius scripta emendauit) & Ioan. Chrysostomum
Soldum describitur. Sunt autem hæc eius opera.

De coniuratione L. Sergij Catilinæ, siue bellum Catilinarium. Ex præfatio-
ne authoris. A quo incœpto studio me ambitio mala detinuerat, eodem regres- ‹‹
sus, statui res gestas populi Romani carptim (ut quæq; memoria digna uideban- ‹‹
tur) perscribere: eò magis, quod mihi à spe, metu, partibus reipub. animus liber ‹‹
erat. Igitur de Catilinæ coniuratione quàm breuissime potero paucis absoluam. ‹‹
Nam id facinus in primis ego memorabile existimo sceleris nouitate atq; periculi. ‹‹
De cuius hominis moribus pauca prius explananda sunt, quàm initium narrandi ‹‹
faciam. Et postquam Catilinæ mores paucis expressit, mox nouo initio propo- ‹‹
nit: Res ipsa, inquiens, hortari uidetur (quoniam de moribus ciuitatis tempus ad- ‹‹
monuit) supra repetere paucis instituta maiorũ domi militięq;, quomodo rempub. ‹‹
habuerint, quantãq; reliquerint, utq; paulatim immutata ex pulcherrima & opti- ‹‹
ma, pessima ac flagitiosissima facta sit, disserere. Deinde ad Catilinæ facinora ‹‹
enarranda descendit.

De bello Iugurthino. In exordio statim Sallustius instituti sui rationem alla-
turus, cur uidelicet prætermissa reipub. administratione, se ad historiæ descriptio-

nem applicuerit, orditur ab communi hominum natura, quæ talis est, ut nullus sit excusationi locus, quo minus clarus memorandusq; euadat aliquis, cum tot sint animi humani exercitia: inter quæ nullum utiliùs aut uiro bono dignius putat, q; » res gestas scriptis mandare. Deinde ita proponit: Bellum scripturus sum, quod » populus Romanus cum Iugurtha rege Numidarum gessit: primum quod magnū » & atrox uariaq; uictoria fuit: deinde quia tum primum superbiæ nobilitatis obuia- » tum est, quæ contentio diuina cuncta & humana permiscuit. Summam huius historiæ Ioan. Chrysostomus Soldus breuiter est complexus, & Ascensius ex eo- dem suis annotationibus apposuit.

Oratio inuectiua in Ciceronem.

Orationes quædam siue fragmenta ex libris historiarum eius. In impressis codicibus aliorum etiam ueterum orationes aliquot adiiciuntur.

Philippus Beroaldus in præfatione Salustiana de eius laude sic dicit.

» Crispus Sallustius ob elegantiam inimitabilemq; in scribendo breuitatem asse- » cutus est primas inter historicos partes: quod Martialis hoc distícho expressit:

» Hic erit, ut perhibent doctorum corda uirorum,
» Crispus Romana primus in historia.

» Etenim ita creber rerum frequentia est, ut uerborum propè numerum sententia- » rum numero sequatur, ita elegans, ita pressus, ut nescias utrum res uerbis, an uer- » ba rebus illustrentur. Ab A. Gellio concinnus uerborum nouator merito nun- » cupatus est. Quintilianus eum Thucydidi celeberrimo apud Græcos non dubita- » uit opponere: in quo cum sit præcipua uirtus breuitas, ut Seneca refert, hac eum » Sallustius uicit, ex cuius oratione nil demi sine detrimento sententiæ potest. Vnde » haud immerito dixit Macrobius Sallustium in genere dicendi breuissimo domina- » ri. Et magnam profecto iacturam passa est Latina lingua deperditis Sallustij libris, » quibus gesta Romanorum complectebatur: nobis tantummodo supersunt illius » diuini uiri Catilina atq; Iugurtha. Sallustius ab Augustino ita laudatur, ut eum » appellet nobilitate ueritatis historicum: Cuius orationes (ut inquit Seneca) legun- » tur in honore historiarum: quæ haud dubie uolumina indicant, quanta in scriben- » do maiestate, quamq; diuino fuerit decoratus ingenio. Hæc Beroaldus. Pom- ponius Lætus eũ scripsisse ait plus quàm historia requirebat numerose: ut ea ob- seruatione uelut carminis lege seriem uerborum posteritas tueretur: Et conciones quas habemus è libris bellorum ciuilium superstites esse. Sallustios plures apud Suidam require.

C. HELVII Cinnæ epigramma ex Isidori farragine excerptum subiiciemus.

Hæc tibi Arateis multum inuigilata lucernis
Carmina, queis ignes nouimus ætherios,
Læuis in aridulo maluæ descripta libello
Prusiaca uexi munera nauicula.

Cinna poëta ædidit poëma de Smyrna, quod decem annos elimauit. Seruius in Bucolicis.

C. AII Iulij Cæsaris commentariorum de bello Gallico libri 7. octauum enim A. Hir- tius adiecit. De bello ciuili Pompeiano libri 3.

Excusi Venetijs apud Aldum, Basileæ apud Thomam VVolsium anno 1521. in 8. chartis 41. comprehensis unà Au. Hirtij quoq; historijs, & locorum populorũq; explicationibus, atq; picturis aliquot locorum, quæ plærisq; æditionibus adiiciun- tur, certe omnibus quas ego uiderim. Postea excusi sunt ab Heruagio Basileæ in parua charta, 1535. chartis 45. Lugduni apud Gryphiũ in 8. anno 1536. & 1540. & rursus Basileæ apud Brylingerum. Vide in Aulo Hirtio.

Aiunt obijsse Cæsarem antequam commentarios suos emendasset.

Ex

Ex Aldi Manutij præfatione. Res geſtæ ab C. Cæſare in Gallia nouẽ annis, quibus in ea cum imperio fuit, octo libris ſcriptæ ſunt. Primo & reliquis uſq; ad octauum, ab ipſo Cæſare tanta elegantia, tantoq; dicendi ornatu, ut, licet & hi, & tres primi de bello ciuili aduerſus Pompeium, æditi ſint, ne ſcientia tantarũ rerum geſtarum ſcriptoribus deeſſet, tamen prærepta potius, quàm præbita illis ſit ſcribendi facultas: octauo autem ab A. Hircio, ut ipſe in eius præfatione teſtatur, &c. De iſs ipſis Cæſaris commentarijs quid ſenſerit M. Tullius in libro de claris oratoribus, operæpretium uiſum eſt ſubiungere, cuius hæc ſunt uerba. Commentarios ſcripſit ualde quidem probandos: nudi ſunt, recti, & uenuſti, omni ornatu orationis tanquam ueſte detracta. Sed dum uoluit alios habere paratam, unde ſumerent, qui uellent ſcribere, hiſtoriam, ineptis gratum fortaſſe fecit, qui illa uolunt calamiſtris inurere, ſanos quidem homines à ſcribendo deterruit. Hæc Cicero. Illud inſuper addiderim bonam partem eorum quæ his commentarijs ſcripta ſunt, haberi etiam in epiſtolis M. Tullij ad Atticum, in quibus cum quid noui geſtum erat à Cæſare, ſtatim Atticum, Quintũmue Ciceronem fratrem, aut M. Brutum certiorem faciebat. Id quod maximo teſtimonio eſt, ueriſſima eſſe, quæcunq; his commentarijs ſcripta habentur.

C. IVLIVS Higinus Auguſti libertus, natione Hiſpanus (etſi nonnulli Alexandrinum putant, & à Cæſare puerum Romam aduectum Alexandria capta) ſtudioſe & audijt & imitatus eſt Cornelium Alexandrinum Grammaticũ Græcum, quem propter antiquitatis notitiam Polyhiſtorem multi, quidam hiſtoriam uocabant. Præfuit Palatinæ bibliothecæ, nec eò ſecius plurimos docuit, fuitq; familiariſſimus Ouidio poëtæ, & C. Licinio cõſulari hiſtorico, qui eum admodum pauperem deceſſiſſe tradit, & liberalitate ſua quoad uixit ſuſtentatũ. Huius libertus fuit Iulius Modeſtus, in ſtudijs atq; doctrina ueſtigia patroni ſecutus. Hæc Suet. Tranquillus in libello de illuſtribus grammaticis.

C. Iulij Higini poëticon aſtronomicum, ad ueterum exemplariũ, eorumq; manuſcriptorum fidem diligentiſſime recognitum, & repurgatum. Ioan. Soter impreſſit Coloniæ, anno 1534. in fol. chartis 25. & Baſileæ apud Heruagiũ. Ex præfatione typographi, qui etiam ipſe collatis exemplaribus hunc librum emendauit. Cæterum quod ad aſteriſcos (inquit) ſtellarumq; in iſs numerum totamq; rationẽ attinet, Higini deſcriptionem haudquaquã ſecuti ſumus, ſed ueriorem longe atq; exactiorem, nempe Ptolemæicam. Conſtat enim Aratum ipſum, quem Higinus ſe ſecutũ teſtatur, οὐ πάνυ καλῶς, ut Leontius inquit Mechanicus, neq; πρὸς τὸ ἀκριβὲς, ἀλλὰ πρὸς τὸ χρήσιμον τοῖς ναυτιλλομένοις, id eſt, non optime neq; exacte de ſyderibus ſcripſiſſe, ſed quatenus nautis conducere uidebatur.

Higinus ipſe in præfatione ad M. Fabium capita ſui operis recenſet: præcipue autem diſſerit de ſphæra eiusq; ratione, de cuiuslibet ſyderis hiſtoria, & cauſa perlationis in cœlum, ferè iuxta poëticas fabulas, & ſtellarum in ſingulis numerũ explicat, adornatis ad hoc ipſum egregijs aſtrorum picturis.

Verba Caſparis Medebach ad Lectorem in fine libri. Quo igitur uſui tibi foret maiori, omnium ſiderum imagines circumſcriptionesq;, antehac non conſpectas, ſumma uigilia, quantum planum fertur, à nobis elaboratas cum ſtellarũ magnitudinibus numerisq; adiecimus, ex quibus omniũ ſiderum ortum occaſumq; quàm facile deprehendes, &c. Noſtra igitur adhortatiuncula excitus feliciter frue re, maiora cum uiſum fuerit fauſto ſidere accepturus, quæ cum in geographicum tum ſtelliferum globos à nobis deſcriptos indolata, in ſyluamq; congeſta ſunt.

C. IVLIVS Solinus aut Plinij & Veſpaſiani temporibus uixit, aut ſtatim poſt: meminit enim Veſpaſiani in ſuo opere. Plinij ſimiam appellant, quod ex Pliniano fonte hauſerit fermè omnia. Eius authoritate utitur Seruius in 2. Georgicorum, & Priſcianus in 6. Dioniſij quoq; interpres, ſiue is Priſcianus fuerit, ſiue Rhemnius,

integras Solini clausulas suis carminibus frequenter inseruit. Solini, ni fallor (inquit Ioan. Camers in huius authoris uita) sunt omnia quæ de annorũ diuisione, & diebus intercalaribus à Macrobio sunt relata. Doctores præterea ecclesiastici, D. Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, item doctiores alij, ijsdem ferè uerbis Solini sæpe sunt sententias mutuati.

C. Iulij Solini Polyhistor, siue rerum orbis memorabilium collectanea, impressa Venetijs apud Aldum, Lugduni apud Gryphium, in 8. 1538. & Basileæ cum Pomponio Mela apud Robertum VVinter in 8. Adiectis docti cuiusdã uiri scholijs in prima 7. capita: quæ in uniuersum sunt numero 60.

Præfatio Solini, qua continetur argumentum, ad Autium.

» Liber est ad compendium præparatus, quantumq; ratio passa est, ita moderate
» repressus, ut nec prodiga sit in eo copia, nec damnosa concinnitas. Cui si animum
» propius intenderis, uelut fermentum cognitionis magis ei inesse, quàm bracteas
» eloquentiæ deprehendes. Exquisitis enim aliquot uoluminibus, studuisse me
» compendio fateor, ut & à notioribus pedem referrem, & remotis longius immo-
» rarer. Locorum commemoratio plurimum tenet, in quam partem fermè incli-
» natior est uniuersa materies. Quorum commeminisse ita uisum est, ut inclytos ter
» rarum situs, & insignes tractus maris, seruata orbis distinctione, suo quæq; ordine
» redderemus. Inseruimus etiam plæraq; differenter congruentia, ut si nihil aliud,
» saltem uarietas ipsa legentium fastidio mederetur. Inter hæc, hominũ, & aliorum
» animalium, naturas expressimus. Addita sunt pauca de arboribus & lapidibus
» exoticis, de extimarum gentium formis, de ritu dissono abditarũ nationum: non-
» nulla etiam memoratu digna, quæ prætermittere incuriosum uidebatur, quorũq;
» authoritas (quod in primis industriæ tuæ insinuatum uelim) de scriptoribus ma-
» nat receptissimis.

C. MATII epistola ad Ciceronem legitur libro 11. familiarium.

C. PEDONIS Albinouani extat Elegia de obitu Mecœnatis cum Iusibus in Priapum ad calcem operum Virgilij.

C. PLINII Cæcilij Secundi Nouocomensis nepotis ex sorore Plinij Secundi epistolarum libri 10.

Panegyricus Traiano Imp. dictus, quo gratias agit consul ab eo factus.

De uiris illustribus in re militari, & in administranda repub. 77. à regibus Romanorum usq; ad Pompeium Magnum. Opus impressum Venetijs ab Aldo in 8. cum Suetonij Tranquilli de claris grammaticis, & Iunij Obsequentis prodigiorum libris: & Florentiæ anno 1515. in 8. chartis 33. ex Ioan. Francisci Zeffi castigatione ad multa exemplaria: deinde Basileæ apud Cratandrum in 8. anno 1521. cui æditioni multæ epistolæ accesserunt antea non impressæ, ut inscriptio pollicetur: postremo Gryphius Lugduni 1539. in 8.

Aldus in præfatione epistolas decimi libri ad Traianum probat esse Plinij, & eiusdem librum de uiris illustribus, non autem Tranquilli. Vide in C. Suetonio.

Ex prima epistola C. Plinij ad Septitium.

» Frequenter hortatus es ut epistolas, si quas paulò accuratius scripsissem, colli-
» gerem, publicaremq;, collegi non seruato temporis ordine; neq; enim historiam
» componebam, sed ut quæq; in manus uenerat.

Quod etiam hendecasyllabos, tragœdiam, & alia quædam carmina scripserit, apparet ex quarta epistola libri 7. ad Pontium.

M. V. Martialis hendecasyllabi de hoc scriptore.

» Totos dat tetricæ dies Mineruæ, Dum centum studet auribus uirorum,
» Hoc, quod sæcula, posteriq; possint Arpinis quoq; comparare chartis.

Ex Io. Francisci Zeffi præfatione iudicium de C. Plinio Cæcilio.

» Ita petit & commendat, ut extorqueat: ita gratias agit, ut referat: ita offert, ut largiatur:

giatur: qua modestia laudat, quo ardore inuehitur? quibus rationibus se alterum ue purgat & tuetur? quàm festiuiter, quàm uere gratulatur? quàm breuiter, quàm lucide narrat? quàm apte, quàm lepide iocatur? flentem, si lamẽtatur uideas, una cp collachrymabis: monet nemo benignius, nullus hortatur blandius. Quæ omnia uir emunctus, acutus, acer, ea uerborum puritate, uarietate, compositione uesti uit, ijs luminibus, sententijs, salibus aspersit, ut nihil tersius, floridius, concinnius, nitidius, succulentius, acutius, aut dici aut excogitari posse uideatur.

C. PLINII Secundi uiginti libros de rebus Germanicis Augustæ Vindelicorũ exstare alicubi legisse memini.

C. Plinio maiori quidam falsò interponunt nescio quas Abrahami & Hebræorum superstitiones.

Plinij Secundi epistola ad amicos de medicina legitur ab initio operis Marcelli de medicamentis.

C. Plinij Secundi historia mundi, siue historia naturalis, sæpe quidem uarijs cp locis excusa typis est, nusquam uero diligentius aut purius quàm Basileæ in officina Frobeniana magno folio, cum indice copiosissimo & annotationibus Sigismundi Gelenij: chartis 223.

In C. Plinij historia mundi, quæ uere mundus est rerum omnium cognitu dignarum, lectione restituenda prima laus Hermolao Barbaro debetur, tum quod tempore primus hunc laborem aggressus est, tum quod cæterorum nemo unus plura restituerit. Post hunc egregiam operam nauarunt Guilhelmus Budæus, Nicolaus Beraldus, & Ioan. Cæsareus. Hæc Erasmus Rot. in præfatione. De cæteris nos suo loco dicemus, & Beati Rhenani iam facta est mentio: ipse etiam D. Erasmus (ut ibidem testatur) ex uetustissimo quodam codice non pauca restituit, &c.

C. Plinij mortis historia eleganter à nepote eius in epistola quadam ad Tacitũ describitur. Aliquandiu causas actitauit, decessit anno 56.

Ex epistola Plinij Cæcilij de lucubrationibus auunculi sui. De iaculatione equestri, lib. unus. Hunc cum præfectus alæ militaret, pari ingenio curacp composuit. De uita Q. Pomponij Secundi libri 2.

Bellorum Germaniæ 20. quibus omnia quæ cum Germanis gessimus bella collegit. Inchoauit cum in Germania militaret somnio monitus, &c. Studiosi tres, in sex uolumina propter amplitudinem diuisi, quibus oratorem ab incunabulis instituit & perficit. Dubij sermonis octo scripsit sub Nerone nouissimis annis, cum omne studiorum genus paulò liberius & erectius, periculosum seruitus fecisset. A fine Ausidij Bassi 31. Naturæ historiarum 37. opus diffusum, eruditum, nec minus uarium quàm ipsa natura. Post hæc consuetudinem eius in uitæ institutione ac negocijs, ac in literis mirabilem assiduitatem ostendit. Nihil enim unquam legit quod non excerperet. Dicere etiam solebat nullum esse librũ tam malum, ut non aliqua ex parte prodesset, &c. Perire omne tempus arbitrabatur quod studijs non impartiretur. Hac intentione tot ista uolumina peregit, electorumcp commentarios 160. mihi reliquit, opisthographos quidẽ, & minutissime scriptos, qua ratione multiplicatur hic numerus. Referebat ipse, potuisse se cũ procuraret in Hispania uendere hos commentarios Largio Licinio CCCC. milibus nummũm, & tunc aliquando pauciores erant.

Ex præfatione C. Plinij Secundi ad Vespasianum suum.

Præterea iter est non trita authoribus uia, nec qua peregrinari animus expetat. Nemo apud nos quidem tentauerit, nemo apud Græcos qui unus omnia ea tractauerit. Magna pars, studiorum amœnitates quærimus. Quæ uero tractata ab alijs dicuntur immensæ subtilitatis, obscuris rerum tenebris premuntur. Iam omnia attingenda, quæ Græci τὰς ἐγκυκλοπαιδείας uocant, & tamen ignota aut incer-

„ ta ingenijs facta. Alia uero ita multis prodita, ut in faſtidium ſint adducta. Res ar-
„ dua, uetuſtis nouitatem dare, nouis authoritatẽ, obſoletis nitorem, obſcuris lucẽ,
„ faſtiditis gratiam, dubijs fidem, omnibus uero naturã, & naturæ ſuæ omnia. Itaq;
„ etiam non aſſecutis, uoluiſſe, abunde pulchrum atq; magnificum eſt, &c. Vigin-
„ ti milia rerum dignarum cura (quoniã ut ait Domitius Piſo theſauros oportet eſſe,
„ non libros) lectione uoluminum circiter duum milium, quorũ pauca admodum
„ ſtudioſi attingunt propter ſecretum materiæ, ex exquiſitis authoribus centum, in-
„ cluſimus triginta ſex uoluminibus, adiectis rebus plurimis, quas aut ignorauerãt
„ priores, aut poſtea inuenerat uita. Nec dubitamus multa eſſe, quæ & nos præte-
„ rierint. Homines enim ſumus, & occupati officijs: ſucciſiuiſq; temporibus iſta cu-
„ ramus, id eſt, nocturnis, ne quid ueſtris putetis ceſſatum horis, &c. Nos quidem
„ omnes, patrẽ, te, fratremq; diximus opere iuſto, temporum noſtrorum hiſtoriam
„ orſi à fine Aufidij Baſſi. Vbi ſit ea quæres? Iamprídem peracta ſancitur. Et alio-
„ qui ſtatutũ erat hæredi mandare, ne quid ambitioni dediſſe uita iudicaretur. Pro-
„ inde occupantibus locum faueo & poſteris, quos ſcio nobiſcum decertaturos, ſi-
„ cut ipſi fecimus cum prioribus. Argumentum huius ſtomachi mei habebis, quod
„ in his uoluminibus authorum nomina prætexui. Eſt enim benignum (ut arbitror)
„ & plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris, non ut plæriq; ex ijs quos
„ attigi fecerunt. Scito enim conferentem me authores, deprehendiſſe à iuratiſſimis
„ & proximis ueteres tranſcriptos ad uerbum, neq; nominatos, non illa Virgiliana
„ uirtute ut certarent, non Ciceroniana ſimplicitate, &c. Ego planè meis adijci poſ-
„ ſe multa confiteor: nec ijs ſolis, ſed & omnibus quæ ædidi: ut obiter caueam iſtos
„ Homeromaſtigas. Ita enim uerius dixerim, quoniam audio & Stoicos, & dialecti-
„ cos, Epicureos quoq; (nam de grammaticis ſemper expectaui) parturire aduerſus
„ libellos, quos de grammatica ædidi, & ſubinde abortus facere iam decem annis,
„ cum etiam celerius elephanti pariant.

Summatim hæc inſunt libris ſingulis 37.

Primo, Præfatio operis ad Titum Veſpaſianum Cæſarem. Item authorum nomina, ex quibus deſumpſit ea quæ perſequitur libris 36. capita rerum ſingularum attingens.

2 De mundo & elementis & ſideribus: aliâs, de mundo & cœleſtibus, & terreſtribus, & aërijs: aut breuiter, de mundo ac meteoris.

In quatuor ſequentibus libris deſcribuntur ſingularũ terræ partium ſitus, gentes, maria, oppida, portus, montes, flumina, menſuræ, populi, qui ſunt, aut fuerũt. Peculiariter autem Tertius liber primum & ſecundum Europæ ſinum depingit, Quartus tertium Europæ ſinum. Quintus Africam. Sextus Aſiam.

7 De homine, & rebus ab eo inuentis. Vel, de miris gentium figuris.

8 Terreſtrium animalium pedatim gradientium genera & naturæ.

9 Animalium aquaticorum hiſtoriæ & naturæ.

10 Volatilium genera, & hiſtoriæ. 12 aut 14 poſteriora capita, tractant de uiperæ & murium fœtu, de angue ex ſpina hominis naſcente, de ſalamandra, de ijs quæ naſcuntur ex non genitis, & quæ nata nihil gignunt. De animalium ſenſibus, uictu, concordia aut diſcordia naturali, & ſomno.

11 Hiſtoriæ inſectorum, ſiue paruorum animalium & reptilium: ſed poſteriora 19. capita, citra ordinem alia quædam tractant, quorum inſcriptiones ſunt. Hiſtoria naturæ animalium per ſingula membra. De ſanguine, eiuſq; differentijs. An in ſanguine principatus, de tergore, pilis, & mammis. De lacte & caſeo. Differentia membrorum hominis à cæteris animalibus. De ſimiarũ ſimilitudine. De unguibus, unguis, pedibus auiũ et unguibus: de pedib. inſectorũ à duobus ad 100. de pomilionibus & genitalibus, de caudis, de uocibus. De agnaſcentibus mẽbris, & dicta Ariſtotelis de uita hominis. De anima & halitu animalium, & quæ guſtata

ſtata interimant, & de uictu hominis, & quibus de cauſis non coquatur. De corpulentia augenda uel minuenda, & quæ guſtu famem ac ſitim ſedent.

12 De arboribus peregrinis, unde aromata uel medicamenta ſumuntur: & obiter de plantis quibuſdã, præſertim odoratis, quæ nõ ſunt in arborũ cenſu, de ſaccharo, coſto, nardo, aſaro, calamo odorato, ammoniaco, ſphagno, maro, panace, ſphõdylo, malobathro, oleo omphacio, bryo, œnanthe: aliâs, de plantis odoratorum.

13 De arboribus maritimis: ſed tria capita prima de unguentis tractant.

14 De uitibus, uineis, & uinis. De uinis fictitijs, hydromeli, oxymeli. De picis generibus, & reſinis, & muſtis condiendis, & de aceto ac fece. De cellis uinarijs. De uitanda ebrietate.

15 De natura frugiferarum arborum & cultarum, ſpeciatim.

16 Naturæ ſylueſtrium arborum, earumq; partium, foliorum, ramorum, corticis, radicis, materiæ.

17 De cultu arborum ſatiuarum ferè in genere, uaria earum cura, & cœli terrarumq; circa ipſas natura.

18 De agricultura, ſiue de naturis frugum & cerealium, ac ſtudijs agricolatoris. Syderum digeſtio in noctes & dies. De ratione lunæ, & uentorum: de limitatione agrorum, prognoſtica tempeſtatum.

19 De lino, ſparto, miſy, tuberibus, fungis, laſerpitio, magydari, rubia, radicula. De hortorum cura: de natura, generibus & hiſtoria naſcentium in hortis.

20 Quæ cibis & medicinæ in plantis ſatiuis ſeu hortenſibus conueniant. Vltimum caput eſt de confectione theriacæ, & compoſitione medicaminis Antiochi.

21 De floribus & coronamentis. Obiter quædam de apibus & melle. De herbis ſponte naſcentibus & aculeatis. Differentia herbarũ per folia, &c. De uarijs herbis earumq; medicinis. Caput ultimum menſuras & pondera docet.

22 Priora duo capita ſunt, de gentibus quæ herbis formæ gratia utunt̃, & quod herbis ueſtes inficiantur. De corona graminea per quatuor capita. De medicinis herbarum, quæ aculeatis & aſperis foliis ſunt, per 14. capita: & per 3. ſequentia de alijs quibuſdam medicatis ſylueſtribus herbis. Penultimum caput eſt de natura mellis & aqua mulſa, & quare genere ciborum mores immutentur, & de melitide ac cera: & contra compoſitiones medicorum. Vltimum, de medicinis ex frugibus.

23 De medicinis ex arboribus urbanis præcipue, & eorum quę inde ſumuntur: uini, oxymelitis, ſapæ, aceti, fecis, olerum diuerſorum, &c.

24 Medicinæ ex arboribus ſylueſtribus præcipue, deinde ex alijs aliquot ſylueſtribus plantis.

25 Naturæ & medicinæ herbarum ſponte naſcentium: in primo & ſecundo capite quædam in genere de ipſis, earum ſcriptoribus, & inuentione dicuntur, in ſequentibus ſingillatim ad finem uſq;.

26 De medicinis herbarum per aliquot morborum genera, & de nouis morbis.

27 De reliquis ſylueſtribus herbarum generibus.

28 Cap. 1. proponit. 2. An ſit in medendo aliqua uis uerborũ. 3. Remedia ex homine contra magos. 4. De quibuſdã ſortilegijs & ſaliua hominis. 5. De obſeruatione uictus. 6. De ſternutamẽto & Venere & cæteris remedijs. 7. De remedijs ex mulierum corporibus. 8. 9. 10. De remedijs ex uarijs animalibus, & ijs quæ ſumuntur ab ipſis. In ſequentibus exponũtur remedia ex animalibus ſecundum multa morborũ genera. Caput ultimum mira de animalibus narrat.

29 Cap. 1. De medicina quædam in genere, eius origine & ſectarum uel partium aliquot. 2. & 3. de medicinis lanarum & ouorum. Iterum de medicinis ex aliquot animalibus. Ex ijſdem ad curandos capillorum & oculorum aſfectus quoſdam.

30 De origine & ſpeciebus magiæ. De reliquis medicinis ex animalibus per morbos digeſtis. Duo ultima capita promiſcuas medicinas & miracula quarundam beſtiarum continent.

31 Aquarum mirabilia, earum medicinæ, differentiæ, obſeruationes plurimæ, &c. De muria, alece, ſale, nitro, ſpongijs.

32 De medicinis ex animalibus aquatilibus. Vltimum caput, quod omnium in mari uiuentium 166. genera ſint.

33 Hiſtoria & natura auri argentiq; Item de chryſocolla, argento uiuo, ſtibio, ſcoria & ſpuma argenti, minio, cinnabari, hydrargyro, ſpeculis & Aegyptio argento. Cap. 10. De immodica pecunia, & quorum maximæ opes fuerint, & quando primum pop. Romanus ſtipem ſparſerit. 11. De luxuria & frugalitate in uaſis, & lectis argenteis: quando lances immodicæ factæ. 12. De ſtatuis argenteis & cælatura argenti, &c. 13. De ſile & cœruleo.

34 De reliquis metallis, ære, ſtatuis, & ſtatuarijs: ſcoria, flore & ſquama æris, ſtomomate, ærugine & hieracio: de ſcolecia, chalciti, miſy, ſory, & chalcantho: de pompholyge, ſpodio, antiſpodio, diphryge & triente Seruilio. De ferro, rubigine, ſquama ferri, & hygremplaſtro: de plumbi metallis, eius ſcoria, galena, pſimmythio, ſandaracha.

35 Pictura, colores, pictores plaſtice, puluis Puteolanus, de parietibus fornaceis & laterituijs: de ſulphure & alumine, & generibus eorum ac medicinæ: de uarijs terræ generibus, eorumq; medicina & uſu.

36 Marmora, & luxurioſæ lapideæ ſtructuræ: lapides uarij, eorūq; uſus & medicinæ: de ciſternis, & calce, & harenæ generibus maltha, gypſo, &c. De pauimentis, cameris: de origine uitri: ignium miracula, & medicinæ prodigia.

37 De gemmis ſingulis: quarum maxima pars decimo capite ordine literarum enumeratur. Poſtremo adijciuntur.

Indices duo copioſiſſimi, quorum primus cuiuſuis animantis, plantæ aut metallicæ ſpeciei naturam ac uires medicas, ac ſi quid præterea cognitu utile iucundumue eſt, ordine Alphabeti paginarum & uerſuum numeris indicat.

Alter Geographica ſimiliter continet.

C. Plinij ſecundi de re medica libri 5. excuſi Baſileæ, anno 1528. in fol. chartis 38. cum quibuſdam Sorani, Oribaſij, & Apuleij opuſculis, cum indice.

» Ex epiſtola nuncupatoria Albani Torini medici. Clamitant aliquot genium
» huius operis totū diſſidere à Plinij ſtylo ac indole: Ego uero inquam, ut bonā hu-
» ius opuſculi partem Plinij non eſſe res ipſa clamitat: ita quædam hunc olere paren
» tem uel cæco apparere. Sed puto rhapſodum quendam è Naturali hiſtoria congeſ
» ſiſſe, & in hunc ordinem digeſſiſſe. Deinde (quod Plinio cum cæteris ſcriptoribus
» commune eſt) lucubrationibus ipſius multa ſuppoſititia prorſus indigna Plinio
» eſſe inſperſa quis non uideat? Nos adeo nihil reſecuimus, ut nonnulla beneficio ueteris codicis acceſſerint. Neq; enim protinus reijcienda uidebātur, quæ Plinij non erant, cum nonnunquam ſit olitor ualde opportuna locutus. Veruntamē
» diuortio quodā à germanis magiſq; futuris uſui ſegregauimus notha & pſeudepigrapha, quæ obeliſcis notauimus, & in extremum locum, ne quid deſiderare
» tur, relegauimus. Dij boni quas Augiæ cloacas hic repurgauimus? Romanū exemplar mendis erat inquinatiſſimum.

Primus liber ad capitis eiusq; partium affectus remedia tum cōpoſita tum ſimplicia præſcribit.

Secundus medet pulmoni, ſuſpirio, mamillis, ſtomachi uarijs affectibus, cordi, præcordijs, hepati, ſpleni, uentris dolori, lumbricis, torminibus, uentri molliendo, teneſmo, choleræ, cœliacis, uentri ſiſtendo, dyſenteriæ, eidem & lienteriæ, coli doloribus, inteſtini uulneribus, condylomatis, uſturis, & rhagadijs, inteſtinis ruptis,

ileo,

ileo, pleureſi, coſtis fractis, dolentibus lumbis, renibus, ueſicæ & calculo, incõtinentiæ urinæ, uerendorum uitijs, teſtibus & ramicibus, inguinum uitijs, intertriginibus, iſchiadi ſeu coxæ, geniculis dolentibus, tibiarum & talorum uitijs, tumori pedum, pernionibus & uitijs pedum, clauis & callis, paronychiæ, unguibus. Ad corporis ſalubritatem, lichenis arcendis, elephantiaſi pellendæ, ad morbum comitialem, regio morbo pellendo.

Tertius docet medicamenta pro uarijs febribus, lethargicis, ſomno aſciſcendo, phreneticis, epilepticis, cardiacis, hydrope, paralyticis, podagra, neruis & articulis, ſyderatis: ad uulnera, ictus, & fracturas, ſanguini ſiſtendo: ulceribus cancris & nomis uermibusq; arcendis, ad apoſtemata interiora, ad omnia apoſtemata exteriora uel tumores, ad collectiones uel tumores, ad induration̄em uentris uel ſtomachi, pro panis, glandulis & tumore antequam apoſtem a fiat, ſtrumis, carbunculo, papula noxia quæ tertia die occidit, furunculis, circino ſiue zona, igne ſacro, rubea, ambuſtis, frigore exuſtis, ſcabie, papulis & prurigine, puſtellis uolaticis, uaris tollendis, uerrucis, clauis & callis, prurituí, impetigini, maculis de corpore exi-mendis, ad colorem cicatricibus reddendũ, ad liuores recentes & tumores, oſſium fracturis ſanandis, ad extrahenda corpori infixa: aduerſus morſum canis rabioſi & non rabioſi: pſilothrum, uenenis prohibendis, datis expellendis: contra ictus & morſus uenenatos leporis marini, paſtinacæ, muris araneí, phalangij, araneí, ſerpentium, hominis, & aſpidis.

Quartus liber holerum aliquot & fructuum facultates deſcribit per capita 58.

Quintus peculiarem in diuerſis morborum generibus ratiõnẽ uictus inſtituit, nihil autem eius exiſtimatur eſſe Plinij.

Paſſim in his libris dictiones occurrunt parum Latinæ & recentioribus mediciis familiares: non autem aliud docent quàm ſola medicamenta uel ſimplicia, uel ut plurimum compoſita: methodí uero aut artis nihil quicquam habent. Hoc admonendus eſt Lector obſeruatum à nobis eſſe maximam partem librorum huius operis, præſertim trium priorũ, reperiri in uolumine Marcelli ueteris ſcriptoris de medicamentis, idq; multo melius & emendatius: & is ipſe author in præfatione aſſerit ſe cum ab aliis tum ab utroq; Plinio ſua collegiſſe.

CAII Sempronij liber de diuiſione Italiæ & origine urbis Romæ, quinq; oct. unius chartæ. Baſileæ apud Bebelium in 4. cum Myrſili & aliorũ antiquis opuſculis.

C. SOLLIVS Sidonius Apollinaris Caſſiodori & Theodorici regis tempore floruit. T. cl. 480.

Sidonius epiſcopus Auernorum, ſcripſit tam metro quàm ſoluta oratione multa præclara opuſcula. De quibus ego tantũ reperire potui ea quæ ſubieci, uidelicet,

Panegyricũ Anthemio Auguſto.	lib. 1.	Auſpicio & numero.
Panegyricũ Iulio Valerio,	lib. 1.	Concipe præteritos.
Panegyricum ſocero ſuo,	lib. 1.	Phœbe peragrato tã.
Ad Felicem,	lib. 1.	Dic dic quod peto ma.
Epithalamium Ruricio & Hiberiæ,	lib. 1.	Inter cyaneas epiera.
Epithalamium Polemio,	lib. 1.	Forte procelloſi reme.
Euchariſticon ad Fauſtũ Regienſem,	lib. 1.	Phœbum & ter ternas.
Epigrammatum quoq;	lib. 1.	Quatuor ante dies.
Ad Pontiũ Leontiũ Burgi.	lib. 1.	Biſtonij regis ſtabulum.
Laudẽ Narbonenſis urbis,	lib. 1.	Salue Narbo potens.
Epiſtolarum ad diuerſos,	lib. 9.	Diu præcipis domine ma.

Scripſit & alia multa breuia quidem, ſed ſatis erudita ſyntagmata, quorum titulos compendij amore tranſiui.

* Hæc opera eius, quæ Trittenhemius nominat, Henricus Petrus Baſileæ excudit anno 1542. in 4. chartis 56. cum Io. Baptiſtæ Pij commentarijs.

Affectatus ei ſermo eſt, ut ea ætas ferebat, quæ & uerborũ delectu, & ſtructura

sententiarum, longè ab elegantia ueterum descíuerat. Epistolis etiam plærisq; uaria carmina coniunguntur. Ex præfatione authoris.

» Diu præcipis, domine maior, summa suadendi authoritate, sicuti es in his quæ
» deliberabuntur consilioſissimus, ut si quæ literæ paulò politiores, uaria occasione
» fluxerunt, prout eas causa, persona, tempus elicuit, omnes retractatis exemplari-
» bus, enucleatisq; uno uolumine includam, Q. Symmachi rotunditatem, C. Pli-
» nij disciplinam, maturitatemq; uestigijs præsumptuosis insecuturus. Nam de M.
» Tullio silere in stilo epistolari melius puto, &c.

C. SVETONII Tranquilli uitas 12. Cæsarum excudit Paganellus Lugduni, & Gry phius ibidē, anno 1539. in 8. & Gymnicus Coloniæ: & quidā Argētinæ in 4. 1520.

» C. Suet. Tranquillus scripsit quàm elegantissime de Grammaticis & rhetori-
» bus, quem sequutus est D. Hieronymus in uiris illustribus describēdis, & Petrus
» Crinitus in libro suo de Poëtis Latinis, ut ambo in præfatione testantur. Item de
» genere uestium librum unicum, de regibus tres, quos in breuiarium redegisse me
» morant Pontium Paulinum: librum præterea unū de uiris illustribus, quem non-
» nulli Cor. Nepoti, plæriq; Plinio Iuniori ascribunt, cuius cōtubernio usum ferunt
» ualde familiariter. Traditur insuper ædidisse libellum de uitijs corporalibus, item
» & de arte ludicra, nec non & de prætoribus. Sed inter cætera 12. Cæsarum uitas
» transmisit ad posteros, ea animi libertate, & elegantia stili transcriptas, ut cuncti,
» qui dissimulare iudicium nesciunt, habeant quem cum Tranquillo conferant ne-
» minem. Hæc Tuccius Marianus Florentinus in authoris uita, ubi etiam de pa-
tre eius aliqua scribit à nobis hic omissa.

Libellum de uiris illustribus (qui excusus est cum Plinij Cæcilij epistolis, & se-orsim cum alijs quibusdam libellis Parisijs apud Rob. Stephanum) Aldus in sua æditione demonstrare conatur, non esse Tranquilli, sed Plinij. At Suidas in Τράγκυλος ὁ Σευηρτόνιος, &c. multa alia huius scriptoris opera recensēt, & in fine, σίμμικτα γεωμαίων ἀνδρῶν ἐπισήμων.

De illustribus grammaticis liber, charta 1.

De claris rhetoribus liber, angustior charta dimid. utercq; excusus cum libello de uiris illustribus.

Nomina Cæsarum à Suetonio descriptorum.

C. Iulius Cæsar.	Octauius Cæsar Augustus.	Tyberius Cæsar.
C. Caligula Cæsar.	Claudius Cæsar.	Nero Claudius.
Sergius Galba Imp.	Otho Sylurus.	Aulus Vitellius.
Vespasianus Imp.	Titus Augustus.	Domitianus Imp.

C. SVLPITII Apollinaris periochæ in Terentij fabulas.

CAII Titi Probi in decimum librum Valerij Maximi memorabilium exemplorum epitome. Basileæ cum integro opere Valerij apud Hen. Petrum, 1540.

C. TREBONII epistola ad Ciceronem libro 12. familiarium.

C. VALERII Catulli Veronensis carminum liber 1. Excusus Basileæ apud Henri-cum Petrum, anno 1530. in 8. chartis 6. cum Tibullo & Propertio.

C. VALERIVS Catullus Varronis tempore uixit: ad Virgilium carmen de passere mittit, M. Tullij aliquando usus est patrocinio, qua de re epigramma eius extat. Eruditorum consensu docti cognomen accepit. Ouidius eum Vergilianæ maie-stati opponit. Versus ipsius, quanquam ut duriusculi notantur, quod utercq; Pli-nius asserit, tamen perelegantes habiti sunt, ac sectatores complures in his inuenit. Valerius Martialis Catullum sibijpsi audacter præponit: sic enim ad Macrum:

Nec multos mihi præferas poëtas, Vno sed tibi sim minor Catullo.

Opus suum ad Cornelium Nepotem misit, uirum doctrina & rerum cognitione egregium. Diuiditur autē in libros tres, ut primus lyricos, secundus elegiacos, tertius epigrammata contineat. Elegiam de coma Berenices ex poëta Callima-

cho in

cho in Latinos numeros cõuertit. A Fabio Quintiliano & Diomede inter Iambicos reponitur, ab alijs inter Lyricos. In Atticis noctibus ut poëta elegantissimus ac uetustissimus à Gellio laudatur. Fuerunt & alia complura ab ipso composita, quæ uitio longæ uetustatis desiderantur. C. autem Plinius libro historiæ naturalis 38. cum de magia disserit amatorium de incantamentis carmen à Catullo æditum refert. Scripsit & Ithyphallicum carmen, ut est optimus testis Maurus Terentianus quinq; eius uersiculos citans. Mortuus Romæ est cum annum circiter trigesimum ageret, ut quidam putarunt. Vulgatum quoq; de Valerio Catullo illud:

Tantum parua suo debet Verona Catullo,
Quantum magna suo Mantua Vergilio. Hæc ex Petro Crinito.

Plæraq; huius poëtæ carmina improbæ libidinis nequitia contaminantur, iccirco honestis auribus & castis teneriscq; cauenda ingenijs.

CAII Valerij Flacci Setini Balbi Argonauticorum libri 8. excusi apud Aldum Venetijs 1523. in 8. cum Ioan. Baptistæ Pij appendice ex quarto Argonauticôn Apollonij, quæ octauum Valerij librum absoluit, duosq; insuper addit: & cum Orphei Argonauticis incerto interprete. Argentinæ etiam excusi sunt, sed absq; Pij appendice, anno 1525. in 8. chartis 15. à Philippo Engentino ad uetusta exemplaria recogniti adiectis singulorum librorum argumentis per eundem. Item Parisijs apud Ascensium cum Aegidij Maserij Parisiensis commentarijs in fol. 1519.

C. Valerius Flaccus Setinus, inter eos qui heroica decantarunt, poëta multorum iudicio admirandus, Patauinus fuit iuxta Aponum natus, ut à ueteribus traditum est. Nam Valerius Martialis ipsum laris Antenorei alumnum appellauit: Alij Setinum crediderunt ex Setia urbe Campaniæ, quæ haud procul à Velitris fuit. Et mirum uideri debet, quanto spiritu Flaccus insurgat, quantaq; ingenij felicitate in scribendo carmine præstet. Hic est ille Valerius Flaccus, in cuius obitu multum fuisse amissum queritur Fab. Quintilianus: extant ipsius 8. uolumina de Argonauticis, quod opus dicatum est Cæsari Domitiano, uel (ut alij uolunt) patri Vespasiano. Scripturus erat multo plures libros, nisi mors intempestiua eum nobis eripuisset: uidetur in illis, qui supersunt, Apollonium Rhodium nõ tantum argumento operis expressisse, sed etiam singulis quandoq; carminibus. Val. Martialis sæpius ad eum scribit, eruditionemq; illius magnopere extollit. Constat eum mediocri censu ac penè tenui fuisse, & prædium possedisse exiguum. Hæc ex Petro Crinito.

CALCANEI cuiusdam Consilia in iure.

CALEPINI cuiusdam scripta citari inuenio in 2. Infortiati de rebus dubijs. l. si is qui ducenta. parag. utrum usq; ad finem.

CALENTIVS poëta recentior, Gallus opinor, citatur à Textore in officina. In typographorum Italiæ catalogis reperio, eius opera cum cõmentarijs impressa extare.

CALIASILAS, uide Niçolaus Cabasilas.

CALISTVS nomen proprium, ab alijs Calixtus scribitur, ego Callistus scribendum censeo, quod Græcis optimum aut pulcherrimum significat.

CALLICERI distichon Græcum in secundo libro Florilegij.

CALLICLIS cuiusdam uersus Græci in crucem Christi & S. Georgium cum Cyri Theodori carminibus leguntur.

CALLICRATIDAE Pythagorij Laconis tria fragmenta non parua ex libro de familiarum felicitate seruantur in Oeconomico Ioan. Stobæi.

CALLIMACHI Cyrenæi hymni Græci cum Græcis scholijs excusi Basileæ in officina Frobeniana in 4. anno 1532. chartis 9. Adiectæ sunt in eodem uolumine Sententiæ collectæ ex diuersis scriptoribus Græcis, quæ quidẽ omnes in Ioannis Stobæi nostri Collectaneis habentur. Nam à quodã breuiores ferè & poëticæ inde excerptæ sunt.

Quis ſcholiorum author ſit nō exprimitur. Conijcio eſſe recentiorem, ælurum enim exponit qui uulgo cattus appelletur. Suidas Archibij cuiuſdam meminit, qui Callimachi epigrammata interpretatus ſit. Sunt autem hymni, qui extant, ſex, hoc ordine: In Iouem. In Apollinem. In Dianam. In Delum. In lauacrum Palladis. In Cererem.

Callimachi epigrammata 22. ſparſim in Floriſegio Planudis leguntur.

Eiuſdem aliquot carmina Stobæus mutuatur. Carmen eius de coma Berenices à Catullo translatum habemus. Vide Suidam qui multa ab eo ſcripta teſtatur, & inter cætera Ibin poēma obſcurum & conuitijs plenum contra inimicum ſuum Apollonium Argonauticorum authorem: quod apud Latinos imitatus eſt Ouidius.

Alius fuit CALLIMACHVS iunior illius ex fratre nepos, qui de inſulis uerſibus ſcripſit.

CALLIMACHI Itali, opinor, epiſtolium ad Angelum Politianum Leopoli ſcriptum tertio libro epiſtolarum Politiani legitur.

CALLIMACHI, neſcio an eiuſdem, Hungarica hiſtoria extare fertur.

CALLINII hexaſticha duo in primo libro Anthologij Græci: fortè Callini legēdum.

Callini elegiam uerſuum 22. qua milites ad pugnam hortatur ponit Stobæus laudans audaciam. Quanquam Ioach. Camerarius orationi ſuæ de bello Turcico adiunctos Latine reddens Callimachi legit non Callini: nos etiā in exemplaribus Græcis manu ſcriptis Καλλίνε legimus. Vide Callij.

CALLISTHENIS Sybaritæ uerba ex decimotertio libro deſcriptionis Galliæ legun tur apud Stobæum, in capite de Morbo. Et in primo capite hiſtoria quædam ex ſecundo libro transformationum Calliſthenis.

CALLISTRATI Græci ſcriptoris deſcriptiones 14. excuſæ Venetijs apud Aldum in fol. anno 1503. ſeſqui charta.

In Satyrum, qui erat in loco ubi ſtudebat.
In Bacchæ imaginem, metaphoricè uero in artem Demoſthenis.
In imaginem Indi.
In ſtatuam Cupidinis.
In effigiem Narciſſi.
In imaginem Occaſionis in Sicyone.
In ſtatuam Orphei.
In imaginem Dionyſij.
In Memnonis imaginem.
In Aeſculapij figuram iterum.
In Cupidinem Praxitelis.
In imaginem Centauri.
In Medeæ imaginem.
In Athamantem.

Sunt autē pulcherrimæ icones, ſeu hypotypoſes, quæ ita res oculis artificio ſermonis ſubijciunt, ut coràm uideantur, & ipſam propè ſtatuariam aut picturæ artem excellant.

CALLISTRATVS, uetus I. C. ſcripſit de cognitionibus, lib. 6.
Edicti monitorij, lib. 6. De iure fiſci, lib. 4.
Inſtitutionum, lib. 3. Quæſtionum, lib. 3.

Horum fragmenta in pandectis iuris leguntur.

CALLISTVS, uide Calixtus ſupra.

CALLISTVS Nicephorus, uide Niceph.

CALLISTI Placentini canonici regularis de neceſſitate bonorū operum, lib. 2.
De libero arbitrio libri 2. ubi & contra Lutherum quædam, ex Italico uerſi, & excuſi Ingolſtadij in 4. 1542. chartis 3. & dimid.

T. cl. 1120. CALIXTVS Papa ſecundus, natione Burgundus, frater ducis Burgundiæ, prius archiepiſcopus Vienenſis, ſcripſit compoſito ſermone & maxima diligentia,
De miraculis ſancti Iacobi, lib. 1. Calixtus epiſcopus ſeruus.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1. Et quædam alia.

* Calixti Papæ decreta, cum cæteris excuſa Coloniæ.

CABEII Argĩ tetraſtichon extat in ſecundo libro Florilegĩ Planudis. Sed fortè Καελλίνου legendum, ut ſupra, non Καλλίου.

CALYDONIVS & aliquot alĩ coëpiſcopi ſcripſerunt ſecundam & duodecimam epiſtolam, libro primo epiſtolarum Cypriani.

CAMILLVS Gilinus, Baptiſtæ Fulgoſi opus de dictis & factis memorabilibus, in iuuenili adhuc ætate ex Italico Latinum fecit. Continentur autem illo opere, quæcunq; ab orbe condito uſq; ad ſua tempora, dicta atq; facta ſunt egregie, illis duntaxat exceptis, quæ Valerius Maximus annotauit. Vide in Baptiſta Fulg.

CAMILLI Leonardi Piſaurenſis Phyſici ſpeculum lapidũ, quod ſcripſit anno 1502. impreſſum Venetijs eodem anno in 4. chartis 16. & dimid.

Ex epiſtola nuncupatoria ad Cæſarem Borgiam de Francia ducem Romandiolæ. Libellum hunc de natura lapidum, qui ad ſalutem utilitatemq; hominum conferunt, qui etiã non ſine labore ac longa perquiſitione à nobis fieri potuit, compoſuimus. Quæ licet per diuerſos authores diuerſaq; doctorum uirorum uolumina ſcripta ſparſaq; fuerint. Nos tamen ſumma cura opera ac diligentia, quanta potuimus, ex ſummis ac præſtantibus uiris pertractata, in huiuſmodi libellum collegimus: quem lapidum ſpeculum nominauimus. In quo naturam uiresq; eorum, ſculpturas, multarumq; rerum cognitionem ueluti in quodam ſpeculo poſſumus intueri.

Ex præfatione. Cum à diuerſis doctoribus tam antiquis quàm modernis de lapidibus ſcriptum ſit, non tamẽ complete ab ullo inueni. Ideo de lapidibus in hoc libello complete pertractare decreui.

Primus liber agit de eſſe materiali ac formali lapidum, & de accidentibus, quæ ipſis lapidibus in ſua compoſitione euẽniunt.

Secundus liber de uirtute lapidum, & quomodo eis uirtus inſit, ac de nominibus omnium lapidum eorumq; uirtutibus, ordine alphabeti.

Tertius liber de ſculpturis lapidum, quomodo lapides à natura figurati ſint: qui fuerint primi ſculptores, & quid in nobis influant tales ſculpturæ, & quæ ſint earum uirtutes.

CAMILLVS Richerius Lodouici Cœlĩ Rhodigini fratris filius, patrui Antiquarũ lectionum opus recognitum & tertia plus parte locupletatum nuper in lucem emiſit, ut in Lodouico dicemus.

CAMPANVS Gallus Tranſalpinus Euclidis elementa Geometrica tranſtulit, & expoſitione illuſtrauit. Heruagius impreſſit in fol. Baſil. 1537.

Eiuſdem libellus de quadratura circuli, excuſus in appendice Margaritæ philoſophicæ. Nonnulla etiam in Aſtrologia compoſuit. Raph. Volaterranus.

CAMPOLI cuiuſdam abbreuiationes in theologia, excuſæ in Italia.

CANAMVSALI de Baldach philoſophi liber de curandis oculorum paſſionibus, inſuper rerum præparationibus quæ ad oculorũ medicinas faciunt, & de medicaminibus ipſorum rationibiliter terminandis, in ſex partes diuiſus: & impreſſus chartis 3. & dimid. in fol. Venetijs 1499. cum Chirurgia Guidonis de Cauliaco & aliorum, barbaro ſtylo.

Ex præfatione primi libri. Ego Canamuſali de Baldach ſuſtinui maximum laborem in tranſlatando de libris Chaldæorum & Hebræorum medicorum Caſſi de India, qui fuerunt optimi medici, & de eorum dictis flores collegi, ex quibus hunc librum feci pro oculorum ſanitate.

Prologus ſecundi libri. Collegi de dictis philoſophorum, Hipp. G. Alman. Ioannis Damaſceni, magni Macometti de Arab. & aliorum philoſophorum de India, & de eorum dictis librũ hunc feci. Tertius liber eſt de pulueribus faciendis: quintus de collyrijs: ſextus de curis oculorum & cognitionibus ægritudinum ipſorum, quando de nouo accidit malum in oculis.

CANDIDVS regnantibus Commodo & Seuero in hexaëmeron pulcherrimos tractatus ædidit. Hieronymus.

CANICLEI scriptoris Græci, sapientissimi (ut habebat inscriptio) liber antitheticus ad Plotinum de animæ immortalitate. Extat Romæ.

CANII Papæ decreta, cum aliorum decretis impressa.

CANTALITII epigrammata. Eiusdem de Parthenope bis recepta liber excusus in folio, ut index Heruagij officinæ testatur.

CAPITO Lycius, historicus: uide Suidam. Capitoni cuidam Aristides rhetor librum dedicauit, ut supra diximus.

CARCINI fabulæ bis à Stobæo citantur. De duobus Carcinis Tragicis lege Suidam.

CAROLI quarti bulla aurea de electione Romanorum Regis. Opus impressum Coloniæ cum decretis Pontificum.

CAROLI quinti Imp. ad duo Clementis septimi Pontificis Romani breuia responsio, qua ab ipso Pontifice appellat, petitq; generalis Christianorum omnium concilij congregationem. Adiunctæ sunt etiam ipsius Clementis literæ. Item epistola Caroli V. ad collegium Cardinalium, qua petit, ut negante seu differente Pontifice generalis Concilij indictionem ipsi indicant. Instrumentum præsentationis literarum Cæsaris ad Pontificem & Cardinales ipsis in urbe factæ.

Pro Carolo V. ad ea, quæ per oratores Clementis septimi Pontif. ac Francisci regis Francorum, & Venetorum ad generalem pacem componendā nuper proposita fuerunt, responsio. Cratander Basileæ excudit in 4. chartis 11.

CAROLVS Aretinus, Cancellarius olim Florentiæ utraq; lingua doctus, comœdias quasdam scripsit, unde sententias aliquot Albertus de Eyb in Margarita sua poëtica delegit.

T. in appēdice. CAROLVS Bouillus Beromandius Samarobrinus, uir & rhetorico liquore, poëtica uarietate, totius philosophiæ micantissimo splendore expolitus, geometraq; insignis. Hic prorsus & maxime philosophiæ contemplatiuæ, geometricisq; abstractionibus deditus est, ut sæpenumero horis nouem trunco arboris innixus immotis oculis, immoto corpore, rerum naturas contemplari uisus sit. Multa sui ingenij acumine adinuenit priscis sæculis inuisa. Quadraturam enim circuli, suis geometricis machinamentis contexuit, quam philosophorum nullus antea satis exacte adinuenerat. Librum de nihilo magna cum omnium admiratione mira ingeniositate perscripsit, aliaq; quàm plurima philosophica opera quæ nullus mortalium exactis retro sæculis præuiderat posteritati reliquit.

In Geometriam libros sex introductorios.
De circuli quadratura, lib. 1.
Introductionem in scientiam perspectiuam.
Librum de intellectu diuino, angelico & humano.
Librum de sensu. Librum de nihilo.
Artem oppositorum. Librum de generatione.
Librum de sapiente. Librum de duodecim numeris.
Epistolas philosophicas complures.

* Caroli Bouilli Samarobrini liber de differentia & uitijs uulgarium linguarū, & Gallici sermonis uarietate. Quæ uoces apud Gallos sint factitiæ & arbitrariæ, uel barbaræ: quæ item ab origine Latina manarint. Et de hallucinatione nominū Gallicanarum urbium & regionū. Robertus Stephanus excudit Parisijs in 4. anno 1533. chartis 13.

» Ex præfatione authoris ad Martialem Masurium theologum. Edoceo quæ
» quondam barbaræ nationes per Gallias transierint, & quæ in ea resederint, à quibus effectum est ut Gallica nunc lingua sit bona sui parte promiscua, habens in se

Paucula Gij Proverbia (unde apparet de 4 Eiusdem Proverbiorum vulgarium libris nobilium latere,) plurima adiecta reperiuntur Adagiis Erasmi Tom. 2. Edit. Basil. 1574. fol. p. m. 613. 614.

plurima quæ Latinam mentiantur originem, etiam pedetentim, per singulas Latini alphabeti literas excurro: ut ab affinitate duarum assidue, & duarum literarum, quam soni paritas auribus inculcat, cum disquiram, tum edoceam causam corruptionis, permistionis, & adulterationis popularium nominum, quæ uulgares linguas (quas in sua amussi & idea nullæ regularum & præceptionum sistunt habenæ) loco, tempore, & horoscopo uitient & uariant.

Caroli Bouilli de laude Hierusalem liber 1. cum alijs tribus sequentibus, impressi Lugduni apud Gryphium, anno 1531. quo anno etiam author epistolam nuncupatoriam Nouioduni scripsit: in 8. chartis 15.

Liber de laude Hierusalem continet interpretationem Psalmi qui incipit; Lauda Hierusalem Dominum.

De laude gentium liber 1. qui est interpretatio Psalmi: Laudate Dominum omnes gentes.

De concertatione & area peccati lib. 1. In quo ex sacris literis breuiter per diuersa (ut ipse inquit) electorum Dei individua & singularia progreditur, ostensurus quænam sub ipsis cum temporum & rerum nouitas in mundo obtigerit, tum quæ etiam duella, quasue pugnas & mali obluctationes, ab insolentia se erigentis peccati, aduersum se concitatas, aliquandiu id permittente Deo, electi & amabiles Dei pertulerint. Quoad tandem prostrata mali lues penitus obsiluit, &c.

De septem uitijs humanis liber 1. cui mirabilis pictura subijcitur de ijsdē uitijs.

Caroli Bouilli opera Theologica, excusa: sic inuenio in catalogis, quæ uero ea sint, ignoro.

Introductio in scientiam perspectiuam, habetur in appendice Margaritæ philosophicæ: chartis circiter 4. Basileæ apud Hen. Petrum, 1535.

Epitome rerum Geometricarum ex Geometrico introductorio Caroli Bouilli. *Ibidem.*

Geometricæ introductionis libri sex, breuiusculis annotationibus explanati: chartis 18. Excusi Parisijs in fol. 1503. cū introductione in arithmeticos libros Boëtij per Iacobum Fabrum, &c. Huic adnectuntur libelli,

De circuli quadratura. De cubicatione sphæræ.

Et Introductio in perspectiuam.

CAROLVS Figulus, nuper Confluentiæ in Germania scripsit Methodum de herbis. Opusculum Coloniæ excusum in 4. 1540.

Ichthyologiam seu dialogum de piscibus. Ibidem: chartis duabus. Explicat autem circiter 20. piscium nomina, qui in Mosella flumine capiuntur ab Ausonio descripti.

De mustellis. Ibidem: chartis 2.

CAROLI Girardi Castilionensis de iuris uoluminibus repurgandis. Gryphius Lugduni in 4. 1535.

CAROLI Magni homiliæ æstiuales & hyemales, duabus partibus.

CAROLVS Phernandus, natione Theutonicus, Brugis oppido Flandriæ ortus, à parua ætate captus oculis, philosophus & orator euasit, diuinarum quoq; scripturarum interpres, carmine excellens & prosa. Demum contemptis omnibus, ordinem diui Benedicti intrauit, &c. Scripsit tam metro quàm prosa multa præclara uolumina, quibus nomen suum posteritati commendauit. In decertationem metri cum Ruperti Gaguini de purissima conceptione sacræ Dei genitricis & uirginis Mariæ, aduersus Vincentium de Castronouo ordinis Prædicatorum opus elegantissimum. T. cl. 1494.

Commentariorum, lib. 1.
Laudes ordinis Carmelitarū, lib. 1.
Odarum in laudem Christi, lib. 4.
Non ambigimus ab apostolo.
Dum tela uertit Parthus.
De cōceptiōe cōtra Vincentiū, lib. 1.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [365] - 162v

Carmen iambicum de eadē, lib. 1. Quantum creatis antecel.
Orationem de concep. ad Carthusieñ. lib. 1. De S. Catharina orationē, li. 1.
Epistolarum multarum, lib. 2. Carmina fermè innumera, lib. 1.
Elegias de contemptu mūdi, lib. 1. Et alia multa. Viuit hodie cæcus, sed doctissimus multa ac uaria componens.

CAROLVM Ruinum inuenio scripta quædam reliquisse in ff. nouum, & super Infortiatum. Vide in Iasone de Maino.

CAROLVS Stephanus libellum de Re uestiaria ex Bayfio excerpsit, & ipse multa addidit, adiecta & Gallicæ linguæ interpretatione. Rob. Stephanus excudit Parisijs in 8. chartis 5. anno 1535. cum indice.

» Ex præfatione Caroli. Cum audiremus quotidie nonnullos conquerentes,
» quod Lazarus Bayfius, uir alioqui grauissimus, non æquè pueris atq; eruditiori-
» bus consuluisset: ne quid posthac eorum utilitati detractum esse quisquā amplius
» iudicaret, uisum est nobis operæpretium, summam eorum quæ in libello de re ue-
» stiaria continentur, breuibus perstringere, atq; in ordinem disponere, ex ipsius au
» thoris uoluntate: præmissā interim uulgari uestium ac colorū interpretatione, &c.
» ex ipsius opusculo ijs tantum selectis quæ ad puerorū utilitatē fa ere uidebantur.

Ex eodem Bayfio de uasculis libellum decerpsit, addita uocum Latinarū interpretatione Gallica. Ibidem: eodem anño impressus in 8. chartis 4. cum indice.

Eiusdem Caroli de re hortensi libellus, Gallica herbarum, florum, ac fruticum, qui in hortis conseri solent, nomina Latinis uocibus efferre docens ex probatis authoribus, in puerorum gratiam: excusus Lugduni apud Gryphiū in 8. anno 1536. chartis 8. cum indicibus Latino & Gallico, qui ultimam chartam implent: ante indices leguntur castigationes aliquot locorum non recte in libello aut obscure tractatorum. Ex præfatione. Dabo operam ut si non omnia, saltem quæ uul-
» garia sunt magis, & à Columella, Varrone, Plinio, atq; alijs tradita, facili quodam
» ordine accipiatis.

Seminarium siue Plantarium earum arborum, quæ post hortos conseri solent: quarum nomina, fructus, item etiam conserendi uocabula apud authores bene recepta hoc libello declarantur, in puerorum gratiam. Robertus Stephanus Parisijs impressit in 8. cum indice Latino & Gallico, 1536. chartis 8.

» Ex præfatione. Prima omnium nobis explicand est seminarij & arbusti si-
» gnificatio: & quo pacto ab ipsis antiquis fieri solebāt seminaria, quaq; ratione no-
» stris respondeant: post quam explicationem arborum omnium partes etiam pue-
» ris aperiemus: ab his, ad earum culturā digrediemur. Quo in loco permulta eius
» rei uocabula à probatissimis authoribus usurpata declarabimus, & in nostrū uten-
» di modum conuertemus. Postrema omnium erit nominū eorum explicatio, quæ
» tum arboribus uarijs, tum etiam fruticibus imposita sunt: quæ etiam uulgaria (id
» est Gallica) faciemus, puerorum causa. Neq; uero hac in parte omittemus uaria
» fructuum nomina pueris tam necessaria quàm quę omnium maxime esse debent.
» Deinde ostendit se hoc in opere ueteres authores sequi, Plinium, Varronem, Co-
» lumellam, Theophrastum: ex recentioribus Hermolaum Barbarum, maxime au-
» tem Ioan. Ruellium. Fuit enim (inquit) Ruellij nostri diligentia tam solers in pri-
» mo libro eius operis, quod De natura stirpium inscripsit, ut uulgaria omnia arbo-
» rum & fructuum nomina longe accuratiori stylo percurrerit, quàm nostro labo-
» re factum fuisset in priori nostri seminarij dispositione. Quapropter malumus
» (non repugnante tamē authore) puerorum gratia institutum nostrum immutare,
» & grauem authorem in eius rei cognitione longe absolutissimum sequi: ac quod
» nobis in hac re conducere uisum est, in summulam quandam & facilem ordinem
» redigere, quàm nostrum laborem tanti uiri diligentiæ anteferre. Id autem factum
» uidebitur in Pomario.

Vinetum

Vinetum, in quo uaria uitium, uuarum, uinorum, antiqua, Latina, uulgariaq; nomina: Item ea quæ ad uitium consitionē ac culturam ab antiquis rei rusticæ scriptoribus expressa sunt, ac bene recepta uocabula, nostræ consuetudini præsertim (inquit author Gallus) commoda, breui ratione continentur, in adolescentulorum gratiam. Rob. Stephanus Parisijs in 8. 1537. chartis 11. cum indice Latino, & altero Gallico.

Ex præfatione authoris. Fuerunt enim hoc libello non solum uitium & uuarum differentiæ describendæ, sed etiam herbarum multa genera in uinetis passim ac sponte nascentia, item etiam uinorum permultæ species: deniq; uero instrumenta non pauca, tam ad uitium culturam, quàm ad uindemiam & uinum exprimendum commoda. "

CAROLVS Valgulius è Græco transtulit ex Plutarcho Nuptialia præcepta De morali uirtute librum. De musica librum, cui etiam annotationes adiecit. Cratander impressit Basileæ in folio, cum cæteris moralibus Plutarchi opusculis, quæ tum Latine reddita inueniebantur.

CAROLI Verardi liber de expugnatione regni Granatæ, excusus Basileæ apud Henricum Petrum.

Caroli Verardi Cæsenatis Cubicularij Pontificij historia Bætica ad Raphaēlē Riarium S. Georgij Diaconum Cardinalem, dialogis aliquot (circiter 20.) conscripta. Chartæ sunt 7. in 4. Oratio prosa, elegans.

Argumentum.

Rebus suis Rex Maurus cum diffideret,
Suos amicos consulit: uariantibus
Sententijs quorum, incertus dimittitur.
Mox nuncij aduentu Thurcarum principis,
Spondentis illum inuasurum Trinacriam
Cum uere primo, confirmatur plurimum:
Diemq; lætum hunc statuit in conuiuio
Luxu parato regio traducere.
Sed illud omne perturbauit gaudium
Speculator, Hispanorum regem nuncians
Vrbem continuò decreuisse inuadere.
Post paulò Regis Numidarum literis
Permagna pollicentis sibi auxilia,
Erectus animo, præfectum cum copijs
Hostilem mittit qui contundat impetum.
Sed territus postremo uxoris somnio,
Exercitusq; internitione cognita,
Bello fameq; fractus, ac demum omnibus
Rebus iam desperatis, ad clementiam
Confugit hostis, urbem seq; tradidit.
* Fernandus & coniunx summa cum gloria
Granata & omni illius regno potitur.

* Rex Hispaniarum.

Acta Ludis Romanis Innocentio VIII. Pontifice præsidente, anno Domini 1492. undecimo Calendas Maij.

CARPHYLIDAE octostichon in tertio libro Florilegij Planudis: & hexastichon in primo, ubi Carpyllidæ scribitur.

CARVAIALI Minoritæ apologia.

CASPAR, uide Gaspar.

CASSIANVS, uide Ioan. Cassianus.

CASSIANVS citatur in Græcis Geoponicis Constantini.

CASSII cuiusdam meminit Celsus lib. 4. cap. 14. qui inuentor extitit nobilis pharmaci, quod Colicum inscribitur.

CASSII à Macomadibus uerba apud Cyprianũ in sententijs episcoporũ de hæreticis (baptizandis.

CASSII iatrosophistæ problemata medica 85. Græce, excusa Parisijs 1541. in 8. chartis 3. Eadem ab Hadriano Iunio conuersa, Vuechelus Parisijs impressit in 4. eodem anno: cum castigationibus quibusdam Græci exemplaris. Nostra eorundem translatio nondum publicata est. Impressus est autem unus tantũ liber, Venetijs alterum quoq; haberi audio. Vide in Gesio.

CASSII Quinti epistola ad Ciceronem legitur libro 12. familiarium epistolarum.

CASTI à Sicca uerba apud Cyprian. in sententijs episcoporũ de hæreticis baptizandis.

CASVVS sacerdos scripsit de octo partibus orationis, qui liber inuentus est in cœnobio quodam Bobij Italiæ oppidi, ut meminit Raph. Volater. in Geographia sua.

CATALDINVS de Bonis Compagnis scripsit de translatione Concilij Basilien sis, & de syndicatu parag. proficiscí.

CATELLIANI Cottæ memorabilium 2. partes.

CATHARINA Senensis, monialis S. Dominici, causa fuit epistolis ad Gregorium undecimum scriptis, & peregrinatione sumpta, ut ille Romam rediret. Scripta eius simul & dicendi prudentia cum magna theologorum doctrina conferri possunt.

CATHARINVS Politus scripsit contra Caietanum: liber impressus Parisijs apud Colinæum.

CATO Saccus Papiensis I.C. scripsit in secundum Codicis, discipulum habuit Iasonem de Maino.

CATONIS distticha moralia ubiq; excusa reperiuntur. Mentio fit in eis Virgilij, Ouidij, Lucani, qui citra Catonum tempora prodierunt: quare neq; Censorij Catonis nec Vticensis opusculum hoc esse potest. Plutarchus tamen in libello περὶ ἀοργησίας uocem ac dictum Catonis citans, Noli mentiri: indicare uidetur Catonis esse id ipsum scriptum, quum sanè hoc præceptũ in eo ipso Catonis libello sic expressum. Stobæus etiam aliquas Catonis sententias allegat, sed ita ut uideantur ab alijs annotatæ, non à Catone scriptæ.

» Erasmus in præfatione. De moralibus distichis uulgo Catonis titulo inscri-
» ptis, cuius authoris sint opus, & utrum unius an plurium, non admodum referre
» puto. Catonis ob id tantum arbitror dici, quod sententias habeat Catone dignas.
Ibidem hos Catonis uersus à Romani sermonis munditie commendat, & quod ad bonos mores multum conducant. Maximus Planudes hoc opusculum Græce reddidit, Catoni Romano inscribens.

CEBES Thebanus philosophus, Socratis discipulus fuit. Celebrantur eius dialegi tres, Septima, Phrynichus, & Pinax, id est tabula. Est autem narratio rerum quæ apud inferos sunt: & alia quædam. Suidas.

Cebetis Thebani tabula, impressa primum Venetijs ab Aldo, utraq; lingua: deinde Basileæ 1541. in 8. cum galeomyomachia & batrachomyomachia, &c. Græce & Latine, chartis tribus.

» Ex præfatione Albani Torini. Opusculum est morale & utile omnibus, &
» præcipue adolescentibus: in quo uitæ humanæ cõditio graphice depingitur, ac ue
» luti in speculo ostenditur iter ad uirtutẽ arctum, arduũ, & labore sudoreq; refer-
» tum: eumq;, qui eam conuentã uoluerit, abstinentẽ in primis & constantẽ fore ne-
» cessariũ esse: ac tandẽ ubi ad eam peruenerit, perpetua felicitate fruiturũ. Ediuer-
» so, semitam, quæ ducit ad uitia, latam esse quidem & planam ac uoluptatum ple-
» nam, cæterũ tandẽ in præcipitium, adq; æternã miseriã & infortuniũ perducere.

CELESTINVS, uide Cælestinus & Cœlestinus.

CELSVS philosophus Epicureus contra nos libros ædidit, quibus Origenes octo uo luminibus

Cebetis tabula cum Epicteti Enchiridio. ex Offic. Plantin. Raphelengij. 1616. 24.

luminibus respondit, quod opus nostra ætate conuertit in Latinum sermonē Prior S. Balbinæ. Raph. Volaterranus.

CELSVS canonicus regularis scripsit de interdicto ecclesiastico.

CENSORINI libellus de die natali, impressus in officina Aldi, 1528. in 8. cum Macrobio.

CEOLFRIDVS post Benedictum secundus abbas monasterij sanctorum Petri & Pauli Apostolorum in Anglia ordinis sancti Benedicti, præceptor & nutritor Bedæ presbyteri, scripsit ad regem Pictorum petentem satis prolixam epistolam in modum libelli. T. cl. 680.

De obseruatione Paschæ, lib. 1.

CEREALIS episcopus Africanus scripsit aduersum Arianos, lib. 1. Et alia quoq; T. cl. 460.

* Opusculum quo introducitur Cerealis Castellensis episcopus à Maximino Arionitarū episcopo quæsita de Trinitate 20. capitā, ex sacris contra Arianos confirmare, singula nempe paucis scripturæ testimonijs. Dubito autem an liber sit ipsius Cerealis, aut potius ab alio quodam conscriptus. Chartæ 2. impressæ Basileæ in fol. apud Hen. Petrum cum pluribus alijs contra hæreticos opusculis.

CHALCIDIVS Græcorum non erat ignarus, nec imperitus Grammaticus, attamē infans & absq; genio, dictionibus in primis inuigilabat, Lexiconq; condiderat, quod obitu ipsius superueniente Iouinianus eius discipulus sibi uendicauit. Raphaël Volaterranus.

Chalcidij uiri clarissimi luculenta Timæi Platonis traductio, & eiusdē argutissima explanatio. Opus impressum Parisijs apud Ascensiū, anno 1520. in fol. chartis 36. Nos obseruauimus traductionem simul & cōmentarios paulò citra dimidiam Timæi Platonici partem desinere, quod admonere uisum est, ne quis inscriptione fallatur.

Ex præfatione Augustini Iustiniani ad Ioan. Cardinalem Lotharingum scripta eodem anno quo liber impressus. Hic author cuncta pro dignitate & rerū ponderе pertractat. Nec est in eo quicquam aut amputandum aut desiderandum. Liquet uero priscorum omnium sapientum uaria illum percalluisse dogmata. Sed ante omnia uidere est, quàm ingenue, quàm non affectate, & omni remota passione de singulis loquatur, non magis uni quàm alij addictus familiæ: adeo ut subinde in dubium mihi uenerit, Hebræúsne fuerit, an Christianus Chalcidius, ita se gerere medium inter utroq; uidetur. Itaq; uisa est mihi huius lectionis maiestas tantum à iunioribus differre, quantum interest inter prophetarū & oratorum libros. Videbis enim illum egregie referare astrologica, geometrica, musica, atq; arithmetica: multa uero doctissime præcipere, de casu, de fortuna, de fato, de prouidentia, de præscientia, de libero arbitrio, de prænotionibus, de diuinatione, de eloquentia, de honore, de regno, de legitima educatione, deq; maximis rebus diuino cōsequendis auxilio. Sed & de elementis, de cœlo, de stellis, de cometis, de tempore, de æuo, de æternitate, de anima, de entelechia, de prima materia, quam syluam more Platonicorum uocat, de speculis, de dæmonibus, de angelis, de Hebræis patribus, de eo quod Mosseus scripsit caput rerum, Deus condidit cœlum & terram: de his inquam omnibus, docte & eloquenter disserit. Hæc autem scripsit Chalcidius ab hinc mille centum & triginta annis, ad Osium Cordubensem episcopum, qui concilio præfuit Sardicensi: unde non me magna capit admiratio, quod nec genus nec patriā hominis reperire potuerim, præsertim cū liber eius rarissimus esset inuentu.

Ex prologo *authoris* ad Osiū. Primas partes Timæi Platonis aggressus, non solum transtuli, sed etiam partis eiusdem cōmentarium feci: putans reconditæ rei simulachrū sine interpretationis explanatione aliquanto obscurius ipso exemplo futurum. Causa uero in partes diuidendi libri, operis fuit prolixitas: simulq; cautius uidebatur esse, si tanquā libamen aliquod ad degustandū auribus atq; animo

„ tuo mitterem, quod cum non displicuisse rescriberetur, faceret audendi maiora fi-
„ duciam.

Fulgentius Chalcidio nuncupauit librum de prisco sermone.

CHAMAELEONTIS Heracleotæ uaria opuscula passim ab Athenæo citantur: quorum nomina sunt in catalogo scriptorum, qui ab initio ponitur.

CHARES Mitylenæus scripsit historiam rerum Alexandri, & sæpissime allegatur ab Athenæo. A Stobæo etiam Chares quidam ter aut quater citatur.

CHARICLIS de agone urbano liber citatur Athenæo.

CHARICLIDIS Halysin idem allegat.

CHARISII grammatici uerba citantur à nonnullis, & certũ est aliquid eius extare.

CHARIXENI medicamenta ad inflammationes aurium cum exulceratione, leguntur in opere Galeni de compositione medicamentorum secundum locos.

CHARON Lampsacenus scripsit historias, ὥρους, Persica, quæ tria opuscula citantur ab Athenæo.

CHASPARVS, uide Gaspar.

CHASSENEI consilia in Iure, excusa.

CHILONIS Lacedæmonij, unius è numero septẽ sapientium sententias habemus, cum ab alijs tum à Ioan. Stobæo sermone tertio descriptas. Vitam eius Diogenes Laërtius narrat, cum epistolio ad Periandrum.

CHIONIS Platonici, qui Xenophontis tempore uixit epistolæ Græcæ excusæ Venetijs apud Aldum, cum diuersis aliorum epistolis in 4. chartis 2. & dimid. Scribit autem ad Matridem patrem epistolas 12. ad Dionem unam, ad Platonẽ unam, ad Clearchum tyrannum unam.

CHIONIDIS πλωκοὺς Athenæus allegat.

CHOERILI Epopœi uersus quosdã citat Athenæus libro 11. & Stobæus ex fabula eius Perseide: & Iosephus libro primo contra Appionem.

CHOEROBOSCI Grammatici Græci quædam excusa sunt cum appendice Lexici Græcolatini: uidelicet, In quibus dictionibus nì addatur uel abijciatur: & Quod non omnium uerborum canones exacte inuestigari possint.

Bononiæ in monasterio S. Saluatoris uidi quædam Chœrobosci & Moschopuli quæ ad syntaxin & alias Grammaticæ partes spectabant, in uno uolumine manuscripta.

CHONIATES, uide Nicetas.

CHORICII sophistæ encomium ἐκ τοῦ προσκέφου.
In summum imperatorem. ἐπιτάφιος ἐπὶ προκοπίῳ σοφιστῇ γάζης.
Græce extant Romæ in Vaticana bibliotheca.

CHOVNRADVS, uide Conradus.

CHRESTODORI decastichon libro 3. Florilegij Græci: aliâs per iota inuenio primã syllabam. Christodori poëtæ Thebani Copitæ ecphrasis imaginum quæ in publico gymnasio Zeuxippi cognominato, habentur. Item epigrammata aurigarum in Hippodromo Constantinopolitano. Ex istis constat tota sectio quinta Florilegij Græcorum epigrammatum: quare omnia Christodori esse puto, præter illud quod propè finem Thomæ patricio attribuitur.

CHRISTANNVS Molitoris ex Clagenfurt Viennæ Austriæ bonis literis institutus scripsit in astrologia opuscula quædam, quæ apud doctos magno in pretio habentur. Prognosticis suis magnam sibi gloriã præ cæteris suæ ætatis astrologis comparauit. Obijt anno 1495.

T. cl. 1170. CHRISTIANVS Frederici Imperatoris primi archicancellarius natione Theutonicus, quem Leo Tuscus notarius Emanuelis Imperatoris Græcorum, laudibus effert: scripsit ingenij sui quædam præclara opuscula, de quibus extant Frederici Imperatoris primi

Gesta

Gesta & uita, lib. 1. Epistolarum diuersarum, lib. 1.
Orationes & quædam alia.

CHRISTIANVS, qui & Druthmarus, monachus & presbyter Corbeiensis ordinis T.
sanctæ memoriæ Benedicti Cassinensis, natione Aquitanicus, Græco & Latino sermone imbutus, de cuius opusculis mihi tantũ uidere hucusq; licuit opus grãde & præclarum ad monachos Stapulensis & Malmondarien. cœnobiorum sub uno abbate consistentium in diœcesi Leodien. ecclesiæ aperto sermone conscriptum: In euangelium Matthæi, lib. 1. Hunc titulum non fecit euang.
In prologo expositionis euangelij secundum Matthæum etiam in alios Euangelistas se scripturum promisit, quod & fecisse dicitur, sed à nobis ignoratur.

CHRISTIANVS Herlinus, uir utraq; lingua doctissimus, mathematicas disciplinas Argentorati magna cum laude profitetur. Athenæi dipnosophistarũ libros ab Aldo Græce impressos, Iacobi etiam Bedroti communi opera usus, castigauit, indicibusq; & annotationibus illustrauit: ut in Athenæo diximus.

Christiani Sofer v. p. 167. b. fin.

CHRISTIERNVS Morsianus Danus, medicus, cuius doctissimis colloquijs ante septennium Basileæ (ubi mathematica publice docebat) sæpe frui solebam: Arithmeticam scripsit excusam Basileæ apud Hen. Petrum, anno 1536. in 8. Eius partes sunt quinq;. Prima de numeris integris. 2. De fractionibus uulgaribus & physicis. 3. De regulis quibusdam. 4. De progressione & radicum extractione. 5. De proportionibus.

CHRISTODORVS, uide Chrestodorus.

CHRISTODVLI monachi contra Iudæos sermones nouem Græci, extant Romæ in Palatina bibliotheca.

CHRISTOPHORI Ballistæ Parisiensis de re medica libri 5. excusi.
Concertatio in Podagram uersibus elegiacis ad D. Philippum de Platea Sedunensem episcopum, charta 1. impressa Tiguri in 8.

CHRISTOPHORVS de Barzizijs uel de Honestis, scripsit de cognitione & cura febrium. Liber excusus Basileæ apud Hen. Petrum.
Christophori de Barzizijs de Pergamo introductoriũ siue Ianua ad omne opus practicum medicinæ. Liber excusus Augustæ Vindelicorum apud Sigismundum Grym. anno 1518. in 4. chartis 16.
Præfatio authoris. Antonius Cermesonus nostro tempore primus, ex mente Abohali aperuit casum in terminis, sicut enim ipse more iuris consultorum appellat designare. Cuius uestigia imitamur, & hanc suam primam partem amplexando, super qua uelut fundamento quodam medicus operis sui rationem ædificat. Verum ego postea expertus quanta difficultate iuuenes aditum ad opus practicum inueniant, persequutus sum ulterius: ut non sufficere mihi uideatur scire quæ consideranda sint, dum curandi ægrum studium suscipitur: sed opus esse generalibus modis ea ipsa inuestigari, quos signa uocamus. In quibus nescio quo pacto, nisi diuino flatu, tantum adeptus sum, ut rationem signorum ægritudinum omnium complexionum à priori inuestigari posse comperierim: ipsaq; signa inueniendi etiam incognita sufficientiam tradi posse dilucide per ipsorũ species discurrendo: ut scilicet quæ sint ægritudinis futuræ prognostica, quæ ipsius factæ cõmunia, quæ distinguentia ipsam ab alijs sibi similibus, quæ cuiuslibet causæ, quæ loci causæ, quæ temporũ & aliorũ multorũ, ut infra. Tertio loco generalẽ doctrinã curandorum morborum complexionalium sub compendio quarundam intentionum generalium ad integram curam sufficientium posui, cum certo illarum inter se ordine. Quibus postea annexi canones uniuersales in illis intentionibus obseruandos pluribus locis ab Abohali collectos cũ textus assignatione, prout quælibet illarum intentionum sibi appropriat & exigit. Subiunxi deinde canones usui instrumentorum medicinalium immediatos, cum quibusdam regulis dosim medi-

cinarum ſimplicium inter ſe æquilibrandi. Hæc omnia quaſi ianuam quandam ad medicinæ opus practicum pro iunioribus ex authorum mentibus collegi, &c.

CHRISTOPHORI de Caſtelliono Diſputatio circa alienationẽ rerum mulieris prohibitam à ſtatuto. incipit, Statuto ciuitatis Papi.

Conſilium; an præſumatur fœnus quando uendens poſtea capit in emphyteuſin. Scripſit etiam aliquid ſuper Infortiato.

CHRISTOPHORVS Clauſerus Tigurinus ciuis meus, medicus primarius Tiguri, medicæ facultatis laurea inſignitus Ferrariæ in Italia, amiciſſimus mihi & optime de me meritus, cum aliàs, tum quoniam ad huius operis æditionem plurimum iuuat, & libros ex inſtructiſſima bibliotheca ſua ſuppeditat. Scripſit nõnulla ſermone Latino, ſed nihildum ædidit. Aſtronomiæ peritiam non uulgarem aſſecutus eſt, & ephemerides ſiue diaria (calendaria uulgus uocat) longo iam tempore quotannis omnibus probatiſſimas Germanico ſermone compoſuit. Item de urinæ iudicio dialogum Germanice, excuſum Tiguri apud Froſchouerum in 4.

CHRISTOPHORI Colom epiſtola de inſulis in mari Indico nuper inuẽtis, ad quas perquirendas octauo antea menſe, auſpicijs & ære inuictiſſimi Fernandi Hiſpaniarum Regis miſſus fuerat, quam nobilis ac literatus uir Alexander de Coſco ex Hiſpanica Latinam fecit, anno Domini 1493. Libellus excuſus in 4. charta una, & quadrante.

Eadem prima luſtratio Inſularum in mari Indico: excuſa Baſileæ apud Henr. Petrum, cum Legatione Regis Aethiopiæ ad Pontif. VII.

CHRISTOPHORI Hegendorphini libellus de inſtituenda uita & corrigendis moribus iuuentutis, excuſus Lugduni apud Gryphium, in 8. chartis 4. Pariſijs apud VVechelum & Rob. Stephanum. Baſileæ apud VVinterum, cum alijs eiuſdem argumenti opuſculis.

Rudimenta Grammatices Donati cum nonnullis nouis præceptiunculis, ab authore Chriſtophoro locupletata. Petrus Iordan Moguntiæ, 1532. in 8. char. 5. Thomas VVolfius impreſſit Baſileæ 1537. in 8. chartis 4.

Dialogi pueriles duodecim, excuſi Coloniæ apud Ceruicornum, 1535. in 8. & Tiguri apud Froſchouerum 1540. in 8.

De conſcribendis epiſtolis liber impreſſus Baſileæ apud VVinterum in 8.

Quæ iuuenibus eloquentiæ cupidis in primis ſcribenda ſint ex Fabio relata, & exemplis illuſtrata. Item,

Oratio in artium liberalium laudem coram frequenti eruditorum conſeſſu in Neacademia Poſnanienſi habita. Impreſſa ſunt Haganoæ in 8. apud Secerium 1531. chartis 13.

Dragmata congeſta in dialecticam Petri Hiſpani. Impreſſ. Baſileæ apud Cratandrum 1520. in 4. chartis 3. & dimid.

Dragmata locorum tam rhetoricorum quàm dialecticorum ex uarijs authoribus. Argentorati in 8. 1534.

Græcæ paraphraſeos Nonni poëtæ in euangelium S. Ioannis traductio in Latinum ſermonem. Item,

Concio Chryſoſtomi de magiſtratibus Latine reddita. Haganoæ apud Secerium, 1528. in 8. chartis 15.

Enarrationes nouæ euangelij S. Marci ab ipſo cõſcriptæ. His acceſſere Conciones ſex D. Chryſoſtomi de prouidentia diuina, eodem interprete. Impreſſæ ibidem 1533. in 8. chartis 18.

Ariſtotelis libelli De Longitudine & breuitate uitæ, & De diuinatione per ſomnum, in Latinum translati ſermonem, ac inſuper ſcholijs illuſtrati. Baſileæ apud VVeſthemerũ, 1536. in 8. chartis 6. quibus adijcitur etiam textus Ariſtotelis Græcus, charta 1.

Demo-

Demosthenis orationes Philippicæ quatuor, & Olynthiaca secunda Latinæ factæ, cum argumentis & œconomia dispositionis in singulas orationes. Additæ sunt & sententiæ quædam selectæ ex singulis Philippicis. Apud Secerium Haganoæ in 8. 1535.

Scholia & argumenta in familiares epistolas Ciceronis cũ interpretatione Græcorum. Gryphius excudit Lugd. 1536. in 8.

Annotationes in aliquot Ciceronis orationes, nempe:
In Verrinas actiones quatuor priores.
In Philippicas quatuor priores. Basileæ apud VVinterum cum aliorum annotationibus in reliquas Ciceronis orationes.

Enarratio nonæ Philippicæ Ciceronis, in qua multa de laudibus Seruij Sulpitij, quibus memorabile exemplũ perfecti Iuris C. proponitur. Habetur cum eiusdem epitome tyrocinij iuris, de qua paulò inferius.

Dialectica legalis, siue differendi demonstrandiue ars, ita iuri ciuili accommodata, ut & nihilominus sit omni studiorum generi usui futura: ita nunc demũ scripta ab authore, ut in tota rerum dispositione atq; adeo uerbis, cum priore conueniat prorsus nihil. Henricus Petrus impressit Basileæ, 1535. in 8. chartis 21.

Opusculum de modo studendi in iurisprudentia. Vel,
De compendiaria discendi iura ciuilia ratione, Consilium. Item,
Exegeses in Iustinianei Codicis titulos. Impressa Argentorati, anno 1539.

Commentarij in sex titulos Pandectarum iuris ciuilis, nempe:

1 De iuris dictione omnium iudicum.
2 Quod quisq; iuris in alium, &c.
3 Si quis ius dicenti, &c. 4 De in ius uocando.
5 Si quis in ius uocatus non ierit.
6 In ius uoca. ut eant. Adiuncto textu, & Indice. Bartholomæus VVesthemerus Basileæ, 1537. in 8.

Epitome tyrocinij iuris ciuilis.

In titulum libri 3. ff. scholia.

Oratio de præclaris rebus gestis *Iustiniani imperatoris.*

Enarratio nonæ Philippicæ Ciceronis, &c. *Omnia per Christophorum Hegendorphinum Iuris utriusq; doctorem.* Basileæ apud VVesthemerũ, 1540. in 8. chartis 16. & dimid.

CHRISTOPHORVS Heyll VVisbadensis medicus scripsit artificialem medicationem, quæ constat paraphrasi in Galeni librũ de artis medicæ constitutione. Chartæ sunt 12. in 4. excusæ Moguntiæ, 1534. cum Bertrutio de morbis noscendis, &c. Scriptus est liber ab authore, 1533.

Ex præfatione authoris. Inscriptus est liber medicatio artificialis, quod arte « curaturus esse nemo uideatur, qui uel hæc uel horum similia ex authoribus alijs « infeliciter ignorarit, &c. Duobus nanq; ceu capitibus totam paraphrasim eam « comprehendimus, additis insuper præfatione & epilogo. «

CHRISTOPHORI Hoffman concionatoris Ihenensis cõmentarij in epistolam Pauli ad Titum, in quibus agitur de uniuersa doctrina Christiana, & de corrigendis abusibus, qui in ecclesiam cõiuentibus episcopis & doctoribus irrepserunt, cum indice locorum cõmunium hic tractatorum. Petrus Brubachius excudit Francofurti, 1541. in 8. chartis 31. & dimid.

De pœnitentia commentariorum libri tres, excusi Halæ Sueuorum apud Petrum Brubachium in fol. anno 1540. chartis 118.

Ex præfatione authoris. Scripsit de pœnitentia Longobardus, sed consarcinatis ferè ex patribus sentẽtijs, & mutilatis. Atq; hunc secuti sunt scholastici Theologi, quibus similiter peruersum ac demens consiliũ fuit, scribendi & coaceruandi «

„ commentarios in Longobardum, potius quàm ſcripturę ſententiam enarrandi. Et
„ erat quidem melius atq; utilius, illos prorſus tacere, per quos uidelicet factum eſt,
„ ut ſcripturæ ſententiam de Chriſtiana pœnitentia diu ignorauerimus, quàm uel
„ nominum eorum recordari: ſi ita extirpari & ſepeliri poſſent. Sed quoniam nunc
„ regnant, ne dicam graſſantur in totius propè orbis eccleſijs: & illæ non poſſunt à
„ ſordibus doctrinæ repurgari, niſi de corrupta per iſtos Theologos Eccleſiaſtica &
„ Chriſtiana doctrina admoneantur: pertrahendi ſunt in iudicium, & de prophana-
„ ta pœnitentiæ doctrina conuincendi ac damnandi.

„ Ex præliminari epiſtola Philippi Melanchtonis. Sentio authorē horum com
„ mentariorum bonam operam nauaſſe, quod non ſolum ueram doctrinam de pœ-
„ nitentia beneficio Dei Eccleſiæ reſtitutā, erudite ac̄ pie explicet: ſed etiam eorum
„ ſcriptorū dicta, ex quibus prodigioſi errores orti ſunt, diligenter recenſeat, & no-
„ minatim refutet. Idem iudicium eſt Ioan. Brentij in epiſtola nuncupatoria.

Liber primus agit de uera pietate & uero Dei cultu: ac diuiditur in tres partes.
Pars prima continet pœnitentiæ definitionē, in qua eſt operis totius fundamentū.
Secunda, habet expoſitionem de uera contritione, priore pœnitentiæ parte.
Tertia, de fide & iuſtificatione ſcripta eſt: ſeu, de conſolatione quæ fit per Euange-
lium, poſteriori pœnitentiæ parte.

Liber ſecundus, contra phariſaicas doctrinas. Eius
Pars prima agit de cauillatiōibus, quæ ab aduerſarijs obijciuntur doctrinæ de gra
tuita iuſtificatione & ſaluatione noſtri, quæ eſt per Chriſtum.
Pars ſecunda continet confutationem doctrinæ phariſaicæ de pœnitentia.

Libri tertij parte prima continetur deſcriptio præcepti à Deo boni operis.
Secunda agitur de impletione ſeu præſtatione eiuſdem præcepti operis boni.

His adiecta eſt doctrina de Sacramentis, baptiſmo & Dominica cœna. Præ-
figuntur autē ſecundo etiam ac tertio libro præfationes, quibus conſilij ſui & ſcri-
ptorum rationem explicat, quas breuitatis cupidus omitto.

„ Peroratio. Tribus his uoluminibus omnes ferè locos doctrinæ Chriſtianæ
„ comprehendi, & quanta potui diligentia, luce & copia argumentorum expoſui.
„ Ad hæc, multa pugnantium doctrinarum in eo toto opere confutaui, &c.

CHRISTOPHORVS Lafranchinus, de præcellentia doctoris & militis.

T.cl. 1494. CHRISTOPHORVS Landinus ciuis Florentinus in Italia, ſcripſit opera magno in
pretio apud omnes habita precipue:

a In P. Vergilium Maronem comentarios.
b Item, in Q. Horatium commentarios.
c Camaldulenſes diſputationes. Ethicam.

* a Excuſi ſunt Venetijs in omnia opera Virgilij, cum Seruij commentarijs,
1520. in 4. b In omnes libros Horatij, Venetijs 1483. in fol.
c Libri 4. excuſi in fol. Argentorati, 1508. chartis 35. ad Federicum principē
Vrbinatum, cuius laudes & res geſtas in præfatione prolixe prædicat.
Primus liber de uita actiua & contemplatiua. Secundus de ſummo bono.
Tertius & quartus in P. Vergilij Maronis allegorias.

„ Ex præfatione. Non ab re uiſum eſt, ſi eos ſermones literis mandarem, quos
„ Leonem Baptiſtam Albertum uirum omnium, quos ego unquam uiderim, omni
„ doctrinarum genere exercitatiſſimum, & ſumma eloquentia inſignem: de dupli-
„ ci (quod proprium hominis ſit) uiuendi genere: atq; de bonorum malorumq; fini-
„ bus, etiam ex diuino Maronis poëtæ figmento habuiſſe meminerim.

Camaldulenſes autē inſcribit hos ſermones, à Camaldula ſylua, in qua per dies
caniculares aliquot ſimul doctiſſimi uiri ruſticabantur, nempe Laurentius Medi-
ces, Alamannus Rinuccinus, Petrus ac Donatus Acciæoli, Marcus Parenthius,
Antonius Caniſianus, Leo Baptiſta Albertus, & Marſilius Ficinus.

Epilo-

Epilogus secundi libri. Hæc sunt quæ de plurimis longeq; excellentioribus (quæ Leo Baptista memoriter dilucide ac copiose in tantorum uirorum consessu disputauit) meminisse uolui.

Præfatio tertij lib. Cum statuissem eum sermonē literis mandare, quem Leo Baptista Albertus, non sine summa omnium qui affuerunt admiratione atq; stupore de ijs figmentis habuisset: in quibus P. Virgilius profundissimam illam scientiam occultat, qua summum hominis bonum diuinitus describit, & qua uia ad id proficiscamur mirifice exprimit, &c.

CHRISTOPHORVS Longolius Parisiensis, quartum uix & uigesimum annum exigens, innumera uoluminū uarietate suæ doctrinæ monimenta ædidit, uidelicet T. *in appēdice.*

Orationem de diui Ludouici Francorum regis, & gentis Gallorum laudibus ad Franciscum Valesium Delphinum.

Orationes & epistolas propè innumeras.

Elegias & Epigrammata uaria.

Commentaria in Plinium quæ Pictauij publice cum summa omnium admiratione docte & eleganter interpretatus est.

Quædam in iure ciuili dum illud Pictauij publice profiteretur.

* Christophori Longolij ciuis Romani perduellionis rei defensiones duæ, excusæ ab Aldo in 8.

Epistolarum libri 4. excusi Basileæ in 8. 1540. cum Petri Bembi, Iacobi Sadoleti, Gulielmi Budæi, Des. Erasmi, epistolarum ad eundem Longolium libro 1. Adiecta etiam uita Longolij per quendam eius studiosum conscripta: chartis 27. Et Lugduni apud Gryphium cum tribus eiusdem Longolij orationibus.

Christophorus Longolius nimia cura imitationis bonā naturā corrupit. Verba habet Ciceroniana, mira religionisne an superstitionis obseruatione: sensus est ineptior, propterea quod dicta grandia rebus exiguis aptabat. Nō enim satis illi erat uerba & phrasim Ciceronis miro studio imitari, nisi etiam totum Ciceronem exprimeret, rem illam publicam simularet & curam imperij, quo totus orbis continebatur: priuatus ipse, & in angulum studiosi secessus abditus, in quo tam erat ridiculus, quàm si gigantis uestitum induisset, & uerba ac pronunciationem gigantis effingeret, ut gigas crederetur: legendus tamē propter uerba. Hæc Ludouicus Viues in opusculo de conscribendis epistolis.

Ex uita Longolij per authorem innominatū. Christophorus Longolius Maceliniæ, nobili Germaniæ oppido, honesto inter suos loco natus fuit: ut ipse de se testatur, non Parisijs ut aliqui existimarunt. Discendi studio plurimas regiones peragrauit, Italiam, Galliam, Heluetiam, Hispaniam, & Angliam: hoc præcipue instituto ut obscuros sibi in Pliniana historia locos intelligeret, animalium, stirpium, & regionum historias oculis usurpando. Cæterum antequam Ciceronis imitationi se nuncupasset, scripsit

Orationem de laudibus C. Plinij. Alteram de laudibus Gallorum.

Comparationem iuris ciuilis cum re militari, in qua iuris laudes extollit.

Commentarios quosdam in ius ciuile. Historiam herbarum.

Commentarios in undecim lib. Plinij, ab eo admodum adolescente conscriptos.

Postremum uero omnium, cum iam etiam maiorem elocutionis rationem habere inciperet, quinq; orationes de laudibus urbis Romæ fecit, & orationes duas quibus eorum accusationi respondet, qui eum Romæ perduellionis reum egere: unā præterea ad Lutheranos orationem, & aliquot epistolas ad amicos. Reliqua omnia quæ scripsit, ipse abolenda censuit, idq; ut ita fieret, amicis moriens commendauit.

Oratio ad Lutheranos iam damnatos, qua eos ad Romanam ecclesiam reducere conatur, excusa Coloniæ apud Gymnicum, 1529. in 8. chartis 5.

CHRISTOPHORI Oroſcij annotationes in Aëtij medici interpretes, excuſæ Baſileæ apud Rob. Vuinter in 4. anno 1540. cum indice: chartis 45. & dimid.

Ex epiſtola nuncupatoria. Poſtquam dixit utiliſſimum illum laborem futurum eſſe, ſi quis operam daret, ut quàm emendata, quæ ab alijs translata ſunt, in
» manus hominũ uenirent, hæc uerba ſubdit: Cupiens itaq; ego (ſi modo id præ-
» ſtare poſſim) aliquid & huic rei peculiaris operæ impendere, iuuenis uix uigeſi-
» mum primum annũ egreſſus, Caſtigationes in interpretes Pauli Aeginetæ, quan-
» ta maxima potui cura ac diligentia adhibita compoſui: & cum nunc Aëtij medici
» præſtantiſſimi ſcripta à Baptiſta Montano medico Veronenſi, & Iano Cornario
» Zuiccauienſi medico, uiris ſanè doctis, in Latinum ſermonem conuerſa euolue-
» rem, & cum Græcis conferrem, multis locis mutila, plurimis deprauata, mutata
» multa, plurima adiecta deprehendi, &c. Quare operæpretium me humanæ ui-
» tæ facturum exiſtimaui, ſi maioris momenti errata quantum poſſem colligerem.
» Ex præfatione ad Lectorem. Quædã enim quaſi deſperata reliquimus: alia
» quod leuiora erant, & in quibus non ita multum eſſet momenti, diſſimulauimus.
» Quod ſi ueræ & antiquæ medicinæ amatores quicquam labori huic noſtro deberi
» dixerint, plurimum ego ingenue fatebor, doctiſſimo ætatis noſtræ uiro Fernando
» Pinciano præceptori meo, bonorum omnium ſtudiorum clariſſimo ornamento,
» deberi: qui nobis antiquiſſimi exemplaris Græci copiam fecit, cuius fide, plurima
» (quibus Oedipo opus erat coniectore) emendauimus ac reſtituimus.

Caſtigationes interpretum Aeginetæ, non uidi: plurima inde mutuatur Albanus Torinus in ſuis contra Andernacũ annotationibus: & ni fallor quicquid animaduerſione dignum eis continebatur Hieronymus Gemuſæus excerpſit, cuius annotationes in Aeginetam Rob. Vuinterus excudit Baſileæ nuper.

T.M.1486. CHRISTOPHORVS Palmenſis diſticha quædam ſcripſit, excuſa Baſileæ à Rober. Vuinter, cum diſtichis Catonis in 8.

CHRISTOPHORVS Porſena, Romanus, Prior ſanctæ Albinæ de Vrbe, ordinis fratrum eremitarum ſancti Guilhelmi, Græcæ & Latinæ linguę peritiſſimus, &c. ſcripſit inter cætera.

Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1. Et alia complura.

Vertit in Latinum Origenem cõtra Celſum philoſophum libros octo, ad Sixtum pontificem quartum. Sermones quoque diui Ioannis Chryſoſtomi morales, numero quinq; & uiginti, quos dicauit Marco Barbo cardinali ſancti Marci. Sed & quædam Theophylacti Bulgariæ archiepiſcopi opuſcula cum alijs perbelle conuertit, ac Latinis legenda donauit.

* Tranſtulit etiam Procopij Cæſarienſis de bello Gothorum libros 3. & Agathiæ Scholaſtici Smyrnæi de bello Gothorum & alijs peregrinis hiſtorijs libros quinq;. Heruagius excudit Baſileæ in fol. 1531. cum alijs hiſtoricis. Beatus Rhenanus in præfatione, male uereor (inquit) ne interpres Gothici belli in Græcũ codicem mutilatum inciderit, quod de Alarico rege prorſus nulla fiat mentio. Verum boni conſulendum eſt, quod corrigi non potuit.

Athanaſij quædam traduxit, impreſſa. Item Theophylacti enarrationes impreſſas.

CHRISTOPHORVS Porcus uel Porcius, ſcripſit ſuper inſtitutiones Iuſtiniani, liber impreſſus Lugduni in fol. 1536.

CHRISTOPHORVS Richerius Torigneus Seno cubicularius regius, & cancellarius Franciæ à ſecretis, ſcripſit de rebus Turcicis libros quinq; ad Franciſcũ Gallorum regem.

CHRISTOPHORI Rhodolphi Arithmetica.

CHRISTIANVS Soter Limothermæus Galeni librum de dignotione & curatione affectuum in renibus Latinum reddidit. Ioan. Schœfer excudit Moguntiæ, anno

no 1530. in 8. chartis 8. & dimid.

CHROMATII episcopi Romani in quintum & sextum caput Matthæi dissertatio, atq; in idem quintum declamatio. Basileæ apud Adamū Petrum, 1528. in 8. chartis 8. cum apologetico Symmachi, &c. D. Hieronymus Chromatium doctissimum episcoporum iudicat.

Ex præfatione Ioan. Sichardi. Dispeream si non Chromatius hic sit dignus, « qui non solum legatur ab eruditis, sed & ediscatur: tanta est sermonis elegantia, & « tractandi huius argumenti dignitas. Diuine enim exequitur ea ferè omnia, quæ « hodie sunt de baptismo ac iuramento uocata in controuersiam. Qua in re debebis « sanè plurimum Matthiæ à Saræcastro, Treuerorum Officiali, uiro eruditione & « pietate singulari, qui per me ut æderetur superioribus mensibus ex uetustissimo « codice hunc descriptum submisit. Et paulò post. Diu uero substitimus, dum « non satis liquet, illéne fuerit Chromatius, ad quem Hieronymus tam multa hono- « rifice. Sed eum nobis scrupulum Albinus in libello cõtra hæresim Felicis exemit, « ubi nominatim magnam huius libelli partem percenset cum perhonorifica Chro- « matij antistitis Romani præfatione. «

CHRYSERMI uerba ex secundo libro historiæ Persicæ Ioan. Stobæus usurpat sermone 37. Et rursus sermone 98. Chrysermi Corinthij uerba ex decimotertio libro de fluuijs.

CHRYSIPPI rationes multas de situ principatus animæ Galenus in libris de Hippocratis & Platonis decretis ad uerbum sæpe citatas refutat. Stobæus etiam aliquoties eius opiniones refert. Solensis aut Tarsensis fuit: uitam ipsius Diogenes Laërtius scribit, uolumina ab eo septingenta quinq; conscripta testatus, quorum plurima per quosdam ordines commemorat. Athenæus quoq; uaria ex eius libris passim testimonia producit.

CHRYSIPPI Tyanei Artocopicus & Artopœicus citantur ab Athenæo.

CHRYSOSTOMVS Iauellus scripsit

Compendium logicæ. Philosophiam ciuilem ad mentem Platonis.
Philosophiam moralem. Quæstiones in libros Aristotelis.
Impressa Venetijs ad signum putei, partim 1536. partim 1541.

CHRYSOSTOMI Neapolitani lepidissima de situ & moribus Olandiæ (sic enim ille uocat) epistola excusa Coloniæ cum historia Batauica apud Ceruicornū, 1541.

CICERONIS filij epistolæ tres ad Tironem leguntur libro 16. Familiariū Ciceronis.

CICHVS (aliâs Cicchus) Esculanus cõmentarios ædidit in librum de sphæra Ioan. de sacro busto, sermone barbaro. Opus impressum in fol. Venetijs 1499. chartis 13. cum alijs quibusdam.

CINGVLI poëtæ cuiusdam nomen, nescio ubi legi.

CINVS, uide Cynus.

CIRCIVS Aegyptius, citatur in summa Alberti Magni.

CLARI à Mascula confessoris uerba apud Cyprianū in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

CLAVDIANI epigrammata duo in quarto libro Florilegij Planudis.

CLAVDIANVS Viennensis ecclesiæ presbyter, uir ad loquendum artifex, & ad disputandum subtilis, composuit tres de statu uel de substantia animæ libros, in quibus agit intentionẽ, quatenus ostẽdat aliquid incorporeũ præter deũ. Gennadius.

Diui CLAVDIANI Mamerti Viennensis Galliarum episcopi de statu animæ libri 3. Petro Mosellano recognitore, excusi Basileæ in 4. 1520. chartis 25. cum alijs quibusdam apud Adamum Petrum.

Ex præfatione Michaëlis Mitris Galliculi monachi Cellensis. Opus est rarũ, « doctum, elegans, copiosum, & à multis diu desideratum, quo sic dignitatem animę « describit humanæ, statumq;, quò nullus ante ipsum, nullus post clarius unquam «

„ de hac re scripserit ac manifestius. Et aliquanto post. Est nanq; hic Mamer-
„ tus, qui eas preces, quas Græci Litanias uocant, ante ascensionis Domini festum
„ instituit. Vixit tempore Leonis primi Papæ, anno Domini 443. Nuncupat au-
tem hos libros Sidonio Apollinari, & extant Sidonij ad Claudianum epistolæ qui-
bus eorum laudes magnifice prædicat. Et in quadam ad Nymphidium ita scribit:
„ Librum de statu animæ tribus uoluminibus illustrem Mamercus Claudianus pe-
„ ritissimus Christianorum philosophus, & quorumlibet primus eruditorum, totis
„ sectatæ philosophiæ membris, artibus, partibusq; comere et excolere curauit, &c.
Præponitur autem ab initio libellus quidam paulò angustior charta 1. authoris in-
certi (Petrus Mosellanus Fausti in Gallia episcopi esse conijcit) contra quem Clau-
dianus suos libros scripsit, quorum singuli in aliquot capita cum suis inscriptioni-
bus discernuntur. Circa finem omnia copiosius ante dicta summatim per capi-
tula repetit.

CLAVDIANVS de Saycello super 1. & 2. ff. noui. Vide infra an idem sit Claudius de Seixello.

CLAVDIVS quidam scripsit de Iustitia & iure super 1. ff. ueteris. l. ut uim.

CLAVDII Altissiodorensis summa.

Commentarij in epistolam ad Galatas, excusi Parisijs in 8. 1542.

T.cl.200. Bellarmin. de Scr. Eccl. CLAVDIVS monachus ordinis sancti Benedicti, discipulus quondam (ut ferunt) Bedæ in Anglia, & collega Albini leuitæ & abbatis, natione Scotus, scripsit mul-
ta, de quibus feruntur,

In quinq; libros Moysi,	lib. 5.	In Iudicum quoq;	lib. 1.
In librum Ruth,	lib. 1.	In euangelium Matthæi,	lib. 1.

Et alia multa.

CLAVDIVS (aliâs Claudianus) Aquem. scripsit super 1. ff. ueteris. In 1. Infortiati. In 1. & 2. Codicis. Et super Feudis.

CLAVDII Cantiunculæ I. C. qui Basileæ tum temporis profitebatur, Oratio apo-
logetica in patrocinium iuris ciuilis, contra affirmantes legibus cum Euangelio
parum conuenire.

Eiusdem de ratione studij legalis paræneſis. Excusa Basileæ 1522. in 4. char-
tis 7. & dimid.

Topica, per exempla legum tractata. Ibidem 1520. in fol. chartis 34.

De potestate Papæ, imperatoris, & concilij.

Paraphrases in duos priores libros Institutionum Iustiniani, quarum prima in
primum librum exiuit Haganoæ apud Secerium 1533. Altera, In secundū librum
ibidem apud Brubachium, 1534. Paraphrasis in reliquos titulos libri secundi
Norimbergæ apud Petreium, 1537. omnes in folio. Fertur similiter in tertiū
Institutionum librum scripsisse.

De officio iudicis libri 2. excusi Basileæ apud Isingrinium, anno 1543. in 4. char
Capita 8. primi libri. (tis 23.

Quid sit iudex. Quibus causis partibusq; constet.
De partibus definitionis. De iure certo. De iure controuerso.
De duplici æquitate. Aequitatis particularis duas esse species.
Qua authoritate nitatur iudex: & de duplici ambitione.
Capita libri secundi 10.
Quot & quæ sint iudicum species.
Alia iudicum diuisio. Earum specierum comparatio.
De quibusdam alijs, quæ sunt iudicibus inter ipsos communia.
De differentijs iudicum, & altero comparationis genere, quod ad agendum refer
ri dicitur. De iurisditione, iurisdictioe, & imperio, in genere.
De imperio mero & mixto, deq; iurisdictione in specie, & peculiariter de mero im
perio. De

De imperio mixto. De iurisdictione simplici.
Merum imperium an delegari possit: item quid de mixto.

In præfatione pollicetur se tres aut quatuor libros his duobus additurum, ubi prius paraphrasin in quartum librum institutionum absoluerit. Laudo uiri eloquentiam, & in eloquendo puritatem ac elegantiam.

CLAVDIVS Claudianus poëta insignis omnium, qui fermè habentur ueterum recentissimus: Alexandria Aegypti urbe oriundus: quanquam sunt qui Hispanum, alij plærique Florentinum faciunt. Alij patrem eius Florentia mercaturæ gratia Canopum profectũ ibi uxorem duxisse scribunt, ex qua Claudianum susceperit, de qua re Colutij Pierij carmen, & alia plura leguntur in Raphaëlis Volaterrani Anthropologia. Claruit Romæ sub Archadio & Honorio. Fuit (ut Augustinus tradit in libris de ciuitate Dei) à Christi incarnatione alienus, more Græcorum à quibus traxit genus & originem: quamuis de religione nostra sancte simul & pie aliquando loquatur: quod ut Theodosio blandiretur fecisse creditum est. Plura lege in eius Vita, Iani Parrhasij commentarijs præposita.

Scripsit de raptu Proserpinæ libros 4. sed quartum aut non absoluit, aut iniuria temporum ad nostram non peruenit ætatem.

Argumentum in primum librum. Pluto impotentissime ferens, quod ex omnibus dijs uxorem non haberet, in Iouem bellum parabat, habitoq; delectu copias ex monstris inferni confectas in cœlum direxisset, ni Parcæ supplices ab eo contendissent ut de connubio cum Ioue prius ageret. Auditis eius per Mercuriũ mandatis Iupiter animi dubius diu pependit: tandem Proserpinam fratri destinat, negocium Veneri dans. Illa (ne Proserpinæ suspecta esset) assumptis Mineruaq; Dianaq; comitibus in Siciliam desilit, ipsamq; Proserpinam per absentiam matris occupat, & astu circumuenit.

In secundũ librũ. Illucescente iam die, qui noctem supra descriptam secutus est, Proserpina suasu Veneris in campos Ennenses egreditur, & secũ Diana, Pallasq;, & Nimphæ studio legendi flores. At Pluto in ipsa meridie hausta luce, quatuor equorum curru uectus ex composito liberã rapuit ex agro Ennensi, secumq; ad inferos asportauit, ubi nuptiæ publica manium lætitia celebrantur.

In tertium. Rapta iam Proserpina Iupiter in concionem deos aduocat, indictaq; pœna iubet ne quis audeat indicare Cereri raptorem filiæ, eiusq; consilij rationes in medium profert. Ipsa uero Ceres in somnio de raptu Proserpinæ facta certior, in Siciliam se recepit: compertaq; suæ domus clade cursum rapit in cœlũ. Quumq; apud Iouem cæterosq; deos, neq; conuitijs, neq; precibus aut querelis quicquam proficeret, faces ab Aetnæ auernis accendit, atq; ita auspicatur errorẽ.

Index operum Claudiani, impressorum Basileæ 1534. in 8.
apud Bebelium, chartis 26.

De raptu Proserpinæ lib. 3. qui & seorsim Parisijs cum Iani Parrhasij commentarijs exiuerunt.

In Ruffinum,	lib. 2.	In Eutropium,	lib. 2.
De bello Gildonico,	lib. 1.	De bello Getico cõtra Alaricũ,	lib. 1.
In COSS. Honorij Aug.	lib. 3.	In COSS. Manlij Theodori,	lib. 1.
In laudes Stiliconis,	lib. 3.	In COSS. Aniciorũ fratrũ,	lib. 1.
Laus uxoris Stiliconis,	lib. 1.	Laudes Herculis,	lib. 1.

Epithalamium Honorij & Mariæ.
De nuptijs Honorij & Mariæ, lib. 1. Epithalamiũ Palladij & Serenæ, lib. 1.
Deprecatio ad Hadrianum, lib. 1. De senatore Veronensi.
De Phœnice. De magnete lapide.
De Aponis balneis. De Nilo fluuio.

In Alethium quæſtorem.
De Chriſto ſeruatore.
Miracula Chriſti.
In Curetium.
De apro & leone.
Epiſtola ad Serenam.
De concha.
De equo Honorij.
Epiſtola ad Probinum.
De Birrho Caſtoreo.
De balneis Quintianis.
Ad Aeternalem.
Deſcriptio inſulæ.
De quadriga marmorea.
De hiſtrice.
De paupere amante.
Epiſtola ad Genadium.
In Sirenas.
Gigantomachia.
Laus Chriſti.
De mulabus Gallicis.
In Iacobum magiſtrum equitum.
De locuſta.
De torpedine.
De phaleris equi Honorij.
De muneribus Honorio miſſis.
De cryſtallo.
Epiſtola ad Olibrium.
In ſphæram Archimedis.
De ſepulchro Specioſæ.
Deſcriptio portus Sarinenſis.
Deſcriptio Armenti.
De iracundo.
De Policaſte & Perdica.
In podagricum.
Ad Maximum.
De piis fratribus.
De Theodoro & Hadriano.

CL. GALENVS, arte medica celeberrimus, Pergami natus eſt. Marci & Commodi ac Pertinacis imperatorum temporibus Romæ uixit. Niconem habuit patrem Geometriæ & architecturæ peritum. Plurima non in medicina ſolum, ſed & in philoſophia condidit: imò uero in grammatica & rhetorica: quæ, quod omnibus ferè obuia ſunt & uulgo notiſſima, recenſere cõſilium non eſt. Vixit annos ſeptuaginta. Suidas. Apud Ludouicum Cælium Lectionum antiquarum libro 16. cap. 40. legitur proditum eſſe à nonnullis Galenum 140. annos uixiſſe, &c. Vide plura eo in loco. De uita ipſius paſſim quædam ex eius ſcriptis collegit Otho Brunfelſius in catalogo ſuo medicorum. Plurima quæ afferri poſſent ad hunc authorem mirifice laudandum, partim breuitatis ſtudio, partim quia res in confeſſo eſt omnibus, in præſentia tacebo. Hoc unum opinor de ipſo affirmari ſatis magnificum erit, uidelicet in Hippocratis ac reliquorum ueterum medicina idem à Galeno effectum eſſe, quod ab Ariſtotele in Platonis ac aliorum philoſophia. Vterq; profecto ita illuſtrauit, emendauit, ac locupletauit maiorum inuenta & dogmata: ut in ſummam perfectionem hic philoſophiam, ille medicinam, uterq; in ſuo genere coryphæus & princeps, totius poſteritatis conſenſu egregie perduxerint. Atqui non ſolum rei medicæ ſtudioſis librorum omnium Galeni lectio neceſſaria: uerum aliis quoq; philoſophiæ & artium bonarum candidatis non omnium quidem ſed multorum, ſummopere conducibilis merito exiſtimari debet. Primum enim Græco ſermone loquitur admodum puro ac eleganti, ubiq; ſimplici, nuſquam affectato, & magnam uocabulorum ſuppellectilem habet. Deinde ita copioſus eſt in dicendo, & ſententijs affluit uberrime, ut interim nullo ſatietatis faſtidio lectorem offendat: ſed ubiq; progrediendi cupidum rhetorico artificio demulceat: unde fit ut plurimum ad eloquentiã momenti conferat ſi quis familiarius in eo uerſetur. Porrò methodi exempla uaria nuſquã non reperias, & inſuper etiam præcepta quædam rara & eximia, magisq; illuſtria, quàm apud ullum ex aliis ſcriptoribus inueniantur. Nihil obtrudit Lectori, quod non firmis rationibus demõſtret, ac eius contrariũ refutet. Liber de placitis Hippocratis & Platonis uarias contra Chryſippũ de animæ principatu diſputationes habet. Ad philoſophiam actiuam, quæ mores inſtituit et animi affectibus moderatur, plurimi in eius libris loci hortantur: ambitionem & auaritiam præcipue damnant: quinetiam libellum ædidit de animæ uitijs eorumq; curatione: & alium, Quod animi mores

temperaturam corporis sequantur. Cæterum eam partem sapientiæ, quæ rerum naturas speculatur, magnopere Galenicis illustrari scriptis, euidentius est, quàm ut probari debeat, & paulò post cum physiologicos eius libros enumerabimus, clarius apparebit. Certe Aristotelici libri de generatione, de anima, & quæcunq; parua naturalia uocant, & bona pars animalium historiæ (qua libros etiam de partium causis & de generatione animalium comprehendo) plurimum lucis ex Galeni Physiologicis acquirunt: & alicubi etiam Aristotelis quædam ex professo examinantur aut emendantur. Iam quod attinet uariam rerum cognitionem, ac eruditionem multiplicem, quæ Græcis philologia dicitur, eius amplissima in his libris materia extat: quibus cognitis ingenium acuitur, & quouis in loco apud quosuis homines de qualibet re doctius & elegantius uulgo hominum differendi occasio suppetit. Quantum igitur ad ingenij cultum pertinet, cuiq; studiorum generi non mediocrem utilitatem à nostro Galeno conferri breuiter dictum est: cum pluribus uerbis non sit opus. Galeni enim opusculum habemus, ubi asserit optimum medicum etiam philosophum esse: quod si conceditur, à philosopho etiam nonnihil ex medicina cognosci decere, nullus opinor negauerit. Nam & Aristoteles in fine libri de respiratione ita pronunciat: Περὶ δὲ ὑγιείας καὶ νόσου, οὐ μόνον ἐσὶν ἰατροῦ, ἀλλὰ καὶ φυσικοῦ, μέχρι τοῦ τὰς αἰτίας εἰπεῖν. ἢ δὲ διαφέρουσι, καὶ ἢ διαφέρονσα θεωροῦσιν, ὀν δεῖ λανθάνειν. ἐπεὶ ὅτι γε σύνορος ἡ πραγματεία μέχρί τινός ἐσι, μαρτυρεῖ τὸ γινόμενον. τῶν τε γὰρ ἰατρῶν ὅσοι κομψοί, καὶ περίεργοι, λέγουσι τὰ περὶ φύσεως, καὶ τὰς ἀρχὰς ἐκεῖθεν ἀξιοῦσι λαμβάνειν: καὶ τῶν περὶ φύσεως πραγματευθέντων οἱ χαριέστατοι σχεδὸν τελευτῶσιν εἰς τὰς ἀρχὰς τὰς ἰατρικάς. Porrò quod ad sanitatis tutelam, & salubrem in uictu rationem constituendam, quibus studiosi præ cæteris hominibus indigent, non solum utilis Galenus est, sed insuper necessarius: quibus autem libris singula doceat, catalogus hic subijciendus declarabit, in quo plærag; mutuabimur ex libro Iacobi Syluij præstantissimi ætatis nostræ medici, quem scripsit de ordine & ordinis ratione in legendis Hippocratis & Galeni libris.

Cl. Galeni medicorum post Hippocratem omnium principis, opera Græca, quæ quidem reperiri potuerunt, omnia, tum germana, tum quæ ei perperam adscribuntur, Venetijs primum excusa sunt in officina Aldi: deinde Basileæ, anno 1538. in magno folio, tomis quinq;, chartis septingentis sex: in officinis Cratandri, Bebelij, & Heruagij: multis in locis emendata & cum antiquis manuscriptis exemplaribus collata per doctissimos uiros Hieronymum Gemusæum, qui in primum & quintum tomum præfatur: & Leonardum Fuchsium, qui in secundum, & Ioachimum Camerarium qui in quartum præfatur. Typographi autem instituti sui rationem in præfatione tertij tomi reddunt, quẽ Gemusæus cum primo emendauit. Si quid ex coniecturis mutandum uidebatur, id non textui insertum, sed marginibus adpositum est. In illis operibus, quorum antiqua exemplaria Græca deerant, cum ueteri translatione collatio facta est.

Nunc singulos libros recenseamus, non eo quidem ordine, quo habentur excusi, sed quo iuxta Iacobi Syluij sententiam legi debent à studiosis: adijciemus autem numeros singulis, quibus indicabitur quoto reperiantur tomo in exemplaribus Græcis: stellulas item apponemus illis, quorum lectionem non solum medicis, sed alijs etiam literarum studiosis multum emolumenti ad eruditionis fructum collaturam iudicamus.

3 De libris proprijs ad Bassum, imperfectus.

3 De ordine librorum suorum, ad Eugenianum, imperfectus.

* 1 Hortatio ad artes discendas, paraphrastice reddita ex Menodoto.

* 4 De captionibus quæ in dictione consistunt, libellus corruptissimus.

* 5 Expositio antiquarum dictionum Hippocratis, liber 1.

* 4 Historia philosophica, Galeno adscripta, & in capitula 128. distincta: ipsa quoq; plurimis in locis corrupta.
* 1 Quod optimus medicus, idem etiam sit philosophus.
* 1 De optimo docendi genere contra Phauorinum ephecticum.
* 1 De sectis ad introducendos liber: ubi rationalis medicus, empiricus & dogmaticus suam pro se quisq; causam agit.
* 1 De optima secta, cuius uix octaua pars est in uersione ueteri.

De partibus artis medicæ in ueteri uersione.

* 1 De constitutione artis medicæ liber, qui ad omnem constitutiuã methodum pro exemplo accommodari potest.
* 3 De arte medica liber, in cuius principio de triplici methodo disseritur. Seruat autem in hoc libro (uulgus medicorum microtechnam seu artem paruam uocat) definitiuam. Primum enim medicina finitur esse scientia salubrium, insalubrium, & neutrorum: quorum rursus unumquodq; tripliciter distinguitur, ut corpus, aut signum, aut causa: & sic ad finem usq; libri progressio fit.

Hactenus enumerauí libros, quí ad præparandum auditorem pertinent, ut rudis quædam medicinæ imago ei proponatur: quare eis immorandum non est: reliquos omnes iuxta præcipuas medicinæ partes, Physiologiam, Hygieinen, & Therapeuticen diuidemus.

Physiologici libri.

* 1 De natura hominis Hippocratis liber 1. cum Galeni commentarijs duobus.
* 1 De elementis secundũ Hippocratem in natura hominis Galeni cõmentariorum libri 2. quibus elementa docentur mistis omnibus communia, ignis, aër, aqua, terra: & propria animalis sanguine præditi, sanguis, pituita, bilis flaua, bilis atra. Et probatur, quod elementum non sit unum: neq; infinita indiuidua sensus & passionis expertia: aut impatilia & sensilia: insensilia enim & passibilia esse possunt communia elementa: sed hominis simplicissimæ particulæ in quas partes similares resoluuntur, sensiles ac passibiles sunt. Plura de elementis lege in libro de facultatibus medicamentorum purgantium, & in opusculo ei adscripto, quod qualitates sine corpore sint.

Libri quibus traduntur elementa animalis propria, & animalis ex his formatio & partus.

1 An sanguis natura sit in arterijs, liber contra Erasistratum.
3 De atra bile.
4 De atra bile alius, non Galeni, sed collectus ex Galeno, Rufo, & Aëtio Sicamio: qui etiam inter Hippocratis opera legitur, & apud Aëtium Amydenum libro 6. cap. 9.
1 De spermate libri 2. Galeni.

De membrorum compage, seu de natura humana, Galeno attributus in ueteri uersione.

1 De formatione fœtus.

An animal sit quod in corpore continetur.

5 De calore natiuo contra Lycum, reprehendentem aph. 14. lib. 1. Hippocratis.
5 Introductio seu medicus Herodoti liber, non Galeni, ut ex commentario Galeni 31. particulæ secundæ, lib. sexti Epidemion liquido apparet.

Anatomici libri, in quibus elementa hominis propria, hoc est partes similares (quibus organicæ constant) actionum authores declarantur.

Osteotome, id est, ossium diuisio ad tyrones: à qua cur incipiendũ, ratio est initio

Adminis.

Administ. anatomic. non habetur autem Græce excusa: sed Latine adiecta est ad calcem quinti tomi Ferdinando Siculo Balamio interprete.

Ex indice in 7. libros Anatomicos doctissimi uiri Andreæ Vesalij.

Galenus hominem nunquam secuit. Libros de usu partium emendare aggressus, non plene id præstitit. Non pauca, in libris præcipue de partium usu, imaginatus est tantum, in animalibus non uisa. In Aristotelem iniquior, eiusq; carpendi studio sui ipsius oblitus. Simiarum sectionis quàm hominum studiosior utriusq; anatomen confundit. Crebri eius in anatomicis lapsus ibidem annotantur. Appellatur tamen ab eodem Vesalio, medicinæ parens, rarum naturæ miraculum, summus naturæ admirator, omnium bonorum author.

Ex primo libro eiusdem de humani corporis fabrica. Græcum Galeni exemplar de ossibus quidam uel parum communis utilitatis studiosi, uel etiam inuidi, ita supprimunt, ut nullis id rationibus quò aliquandiu mihi usurpandum traderetur, ab ijs obtinere licuerit: qui tamen præter Balamium, & Cardinalem Rodolphum, id se etiam habere fatebantur, sed ea conditione, mihi ne communicaretur. Verum interea omnẽ nauabo operam, ne illo libro, quemadmodum neq; aliijs etiam quibusdam Galeni libris ad Anatomen eguisse uidear, quos aut totos citra omnẽ usum recondunt, aut saltem correctiores à tineis (quum ipsis usui esse nequeant) erodi malunt.

1 De uenarum & arteriarum dissectione lib. 1. isagogicus, uel, Arteriotome & Phebotome.

1 De neruorum dissectione, siue neurotome, ad introducendos.

1 Myotome, id est, musculorũ diuisio, & simul Tenontotome, id est, tendonum. Hæc Myotome compendio tradit omnia de musculis scripta in libris Administrationum anatomicarum, ad quas mox ab Osteotome transiri potest, omissis cartilaginum, ligamentorum, uasorum, neruorum anatomis, utpote inibi descriptis.

1 Metrotome, id est, uteri diuisio lib. 1. obstetrici cuidam scripta.

1 De odoratus instrumento lib. 1. in quo partium eò pertinentium anatomen tradit.

5 Commentarij quatuor in librum Hippocratis de articulis.

Liber de anatome uiuorum non amplius extat: nam qui in ueteri uersione ita inscribitur, Galeni non est. Galenum enim persæpe citat: tamen legi potest cum iudicio.

1 Administrationum anatomicarum libri 15. pulcherrimi: quorum decimus, et reliqui sequentes desiderantur. In horum librorum primo, tractatur De manuum musculis & ligamentis. Altero, de pedũ musculis & ligamentis.

3 De intestinorum neruis & uasis.

4 De musculis genas & labra mouentibus, & ijs qui mẽto subiacent; ac de his, qui caput, collum, & scapulas mouent.

5 De musculis thoracis, quiq; sub uentre, lumbis & fœmoribus sunt.

6 De organis nutritiuis, qualia sunt intestina, uenter, hepar, lien, renes, uesica, & quæ sunt huiusmodi alia.

7 & 8 De partium spiritualium anatome: illo quidem de ijs partibus quæ cordi, pulmoni, & arterijs, tam mortuorum quàm uiuorum adiacent; hoc autem quæ circa uniuersum pectus sunt, tractatur.

9 Anatome cerebri & spinalis medullæ.

10 Anatome oculorum, linguæ, orificij stomachi, & confinium partium.

11 Gutturis, ossisq; hyoeidis.

12 Arteriarũ & uenarũ. 13 Neruorum ex cerebro descendentium.

14 Neruorum à medulla spinæ deuenientium.

15 Anatome genitalium partium.

De anatome parua liber adscriptus Galeno in ueteri uersione.

De usu partium corporis humani libri 17. omnium anatomicorum pulcherri-
mi, doctissimi, planè diuini, & qui ab omnibus intelligantur dignissimi. Ex qui-
bus nescio à quo Arabe, lib. 10. de ſtuamentis membrorum excerpti, & ueteri uer
sione semilatini sunt facti: ut in prologo ueteri in lib. de Vsu partiũ patet legenti.
* Hi libri Galeni tempore (ut ipse testatur) diligenter à medicis ferè omnibus, quot
quot ueteri medicinæ studebant, tum philosophis Aristotelicis legebantur: nam &
illius talis quidam tractatus extabat. Videtur autem innuere Aristotelis libros de
partibus animalium.

In primo libro optimam esse manuum constitutionem per singulas partes edo-
cet: ac obiter methodum uniuersalem tradit ad omnium particularum usus inue-
niendos. Cæterum in epilogo huius primi libri, reliquorũ etiam insequentium
» argumenta paucis enumerat. Reliquas (inquiens) totius manus particulas, ut
» quæ carpi, ulnæ, brachij sunt, libro secundo exponam. Deinde tertio, naturæ ar-
» tem in cruribus. Quarto & quinto, nutriendi organa. Duobus uero sequen-
† Aliàs spiritu. » tibus, de † pulmone dicam. Octauo & nono, de his quæ ad caput pertinent.
» Solorum autem oculorum constructionem decimo exponam. Vndecimus, or-
» gana ad faciẽ attinentia docebit. 12 De his quæ dorsi sunt. 13 Hic quan-
» tum erat reliquũ eorũ, quæ dorsum spectant & spatulas, adijciet. 14 & 15 His
» duobus partes genitiuas, & ea quæ ad ischion, id est, coxæ uertebram attinent, de-
» clarabo. 16 De communibus animalis totius organis, scilicet arterijs & uenis
» & neruis, sermonẽ faciet. Deinde ueluti epodus super hos omnes, liber erit 17.
» omnium particularum dispositionem simul cum proprijs magnitudinibus enar-
» rans, demonstransq; totius operis utilitatem. Hæc ex interpretatione Nicolai
Regij.

Post libros anatomicos legendi sunt illi, in quibus facultatũ (à quibus actiones
prodeunt) principia, & essentiæ docentur, nempe:
* 1 De temperamentis libri 2. nam tertius de temperamẽto & facultatibus qui-
busdam in genere simplicium medicamentorum, ante hæc legendus. In primo
libro docet nouem esse temperamenta, quatuor simplicia, calidum, frigidum, hu-
midum, siccum: quatuor composita, calidum & humidum, calidum & siccum, fri-
gidum & humidum, frigidum & siccum. Postremo temperatum, idq; duplex,
alterum simpliciter, ex æquali mixtione contrariorũ, quod ad mensuram uel pon-
dus: alterum quod ad uim, quod ex actionum integritate uel cuiusq; corporis in
suo genere præstantia intelligitur. Inseruntur etiam nonnulla de temperie anni
partium, & aëris: & quot modis calidum frigidum, & reliqua accipiantur. Vltimo
loco omnium similarium particularum temperamenta conferuntur cuti uolæ ma-
nus præcipue temperatæ.

Secundus liber ætatum omnium temperamenta ab embryo ad senectam usq;
multis & accuratis rationibus inquirit ac demonstrat: & rursus singularum corpo-
ris partium temperiem copiose examinat.
1 De inæquali intemperie libellus.
* 1 Animi mores corporis temperaturam sequi.
1 De optima corporis nostri constitutione.
1 De euexia, id est, bono corporis habitu. Hi tres postremo nominati libelli
amicis quibusdam pro illorum captu & usu scripti sunt.

Libri in quibus actionem hominis primariam conseruans actio, scili-
cet nutritio, & quæ illi seruiunt actiones aliæ na-
turales traduntur.

* 1 De facultatum naturalium essentia.
* 1 De facultatibus naturalibus libri tres.

Facultas

Facultas est causa quædã effectrix in partis temperamento sita. Facultates corpus nostrum dispensantes, in quibus est uita nostra, sunt tres, Naturalis, Vitalis, Animalis. Naturalis in hepate per uenas in totum corpus sparsa, tertia, & infima tempore, natura, usu, dignitate, situ, munimento. Vitalis in corde, per arterias in corpus uniuersum distributa, secunda & media ijsdem omnibus. Animalis in cerebro, per neruos in partes omnes sensu tactus & motu uoluntario prædítas delata, prima & summa. In his libris autem de naturali agitur ceu fomite & basi aliarũ. Naturales facultates (quæ & potentiæ uegetatrices dicuntur Arist. de anima lib. 2. cap. 4.) primæ ac principes sunt, Generatrix, Auctrix, & Nutrix. Earũ singulæ suam habent actionẽ ac certũ opus quod actionẽ sequitur: item alias facultates eis inseruientes. Generatricem constituunt duæ aliæ, Alteratrix, & Formatrix fœtus: auxiliares autem ei sunt, Nutrix & auctrix. Auctricis auxiliares sunt alteratrix seu coctrix, et nutrix. Nutricis auxiliares quinq; , Attractrix conuenientis parti qualitatis & succi: Retentrix eiusdẽ, donec facta erit coctio: Coctrix alterando & assimilatrix: Expultrix eius, quod partem quantitate aut qualitate aut utraq; molestat. Hæc ex Iacobi Syluij epitome (qua fusius omnia tractantur) in istos Galeni libros.

Libri in quibus (ut libris Aristotelis de anima, de sensu & sensato) docetur sensus & motus uoluntarius, per quas actiones primaria hominis actio (id est, ratiocinatio, cum Aristotele, uel sermocinatio, ut Gal. lib. 16. de usu partium, & Agricolæ placet) melius perficitur.

* 1 De placitis Hippocratis & Platonis libri 8. sed primus desideratur.
1 De motibus musculorum libri 2.

Libri de respiratione licet motum uoluntarium doceant, tamen eodẽ spectant quo sequentes de pulsibus.

3 De causis respirationis, lib. 1.
3 De usu respirationis, lib. 1.

In his & paulò superioribus (ut Aristoteli in libro de longitudine & breuitate uitæ) docetur actio scilicet uita, sine qua primaria hominis actio nuper dicta consistere nequeat.

3 Introductio de pulsib. lib. 1.
3 De differentijs pulsuũ, 4.
3 De causis pulsuum 4.
3 De usu pulsuum 1.
3 De dignotione pulsuum 4.
3 De præsagijs ex pulsibus 4.

Epitome de pulsibus lib. 1. in dictos nunc libros sedecim Galeno citata in therapeuticis libris, in exemplaribus Græcis desiderata, uidetur esse cõpendium puls. in ueteri uersione.

Libri ad Hygieinen.

Superest ea nunc adscribere, quibus ipsa sanitas nostra, uel integra uel integræ proxima, diu seruari potest. Seruabitur autẽ idonea quantitate, qualitate, tempore sumendorum, educendorum, admouendorum, faciendorum, quæ docent hi libri.

* 4 De facultate alimentorum libri 3.
2 De Ptisana liber Galeno adscriptus.
4 De boni & mali succi nutrimentis liber 1. secundum diuersa eorum genera.
* 4 De exercitatione per paruam pilam.
* 5 Commentarij in librum Hippocratis de ratione uictus salubris.
* 5 Commentarij in eiusdem librum de ratione uictus priuatorum.
* 4 An medicinæ uel gymnasticæ sit ars sanitatis tuendæ, ad Thrasybulũ, lib. 1.
* 4 De sanitate tuenda libri 6. per omnes ætates.

Libri Pathologici.

At quoniam cauſæ, quę prius fuerant ſalubres, ſumenda ſcilicet, educenda, admouenda, facienda, ob mutatam inſigniter quantitatem, qualitatem, tempus, inſalubres & morboſæ euadunt: unde morbis exortis eorum naturam ſcire oportet, ut ſanitas amiſſa recuperetur. Docent autem morbi naturam libri ſequentes.

Similares morbi.

1 De inæquali intemperie, lib. 1. nominatus etiam ſupra, poſt libros de temperamentis.

3 De differentijs febrium.

3 De maraſmo, id eſt, tabe libellus paruus amico datus.

De atra bile libri, de quibus ſupra quoq; dictū eſt, ubi de elementis animali proprijs ſermo erat.

3 De tremore, & palpitatione, & conuulſione & rigore.

1 De uitijs & paſſionibus animæ earumq; curatione.

Organici morbi.

4 Conſilium puero morbo comitiali laboranti ſcriptum: fit autē obſtructione.

3 De tumoribus præter naturam liber. At quia tumor non ſolum in quantitate uitium, ſed intemperies quoq; accedit pro humoris ipſum facientis natura, & primum apoſcemma, tandem etiam apoſtema, in communes omni morbo libros reijci poteſt.

Communes morbi.

5 Commentarij tres in Hippocratis librum de fracturis, ſeu fractis & luxatis oſſibus, & eorum repoſitione.

De gynæcijs, id eſt, muliebribus & uteri morbis et remedijs liber, uerſus à Nicolao Regio Calabro, aliorum multorum Galeni operum interprete antiquo, rudi quidem, ſed fideli, cuius exemplaria certe caſtigatiſſima & integerrima uellem Venetis & Germanis fuiſſe in manibus, non tot hiatibus, tot erratis portentoſis ſcateret Galenus his impreſſus. Hæc miror Venetos in Calabria non conquiſiſſe, in qua fuit medicus ab hinc annis circiter centum, anno ſalutis 1463. Euſebius, 1363. Pontifice Vrbano quinto, ut Guido Cauliacus de eo ſcribit in initio. Hæc Iaco. Syluius.

Libri qui omne morborum genus complectuntur.

3 De differentijs & cauſis morborum & ſymptomatum libri 6. quos in tabulas aliquot Iacobus Syluius perquàm docte & eleganter diſpoſuit.

5 Epidemiorum primus & tertius, uere Hippocratis, cum Galeni commentarijs 6. in utrumq; tribus.

5 Epidemiorum ſecundus, cum ſex Galeni commentarijs: quartus, ſextus, à Theſſalo Hippocratis altero filio, ex relictis à patre per tabellas commentarijs conſarcinatus, quorum ſextus in peregrinatione obſeruatos paſſim morbos non epidemios continet, cum ſex commentarijs Galeni.

5 Epidemiorum quintus Hippocratis iunioris, qui filius fuit Draconis, alterius filij Heraclidæ & magni Hippocratis: quem quintum nonnulli etiam Theſſalo tribuunt, ut & ſeptimum, qui aperte Galeni ſententia ſpurius eſt, ac incerti authoris.

3 De typis, lib. 1.

3 Ad eos qui de typis, id eſt formis, ſeu circuitibus febrium ſcripſerunt.

3 De quatuor temporibus morborum uniuerſalibus, principio, incremento, ſtatu ſeu uigore, & declinatione, ſeu tota morbi duratione.

3 De quatuor temporibus morborum particularibus, ſeu de acceſſionum principio, incremento, ſtatu, & declinatione.

3 De criſibus, lib. 3. 3 De diebus decretorijs, lib. 3.

3 De locis affectis libri 6. quos Galenus ſtatim ſubiungit lib. de diff. & cauſis morb. & ſymptomatum in lib. ſuis.

3 De dy-

3 De dyſpnœa, id eſt, difficultate ſpirationis libri 3.
3 Ars medica: quam & ſupra nominauimus in libris præparantibus Lectorem.
4 De lotij differentijs & ſignis liber Galeno adſcriptus.

Libri qui therapeuticæ materiam ſuggerunt.

4 De alimentorum facultatibus: nam hi, ut de euchymia & cacochymia, de Ptiſana, & cæteri ad Hygienen pertinentes, cum Galeno ad Therapeuticen ſunt utiles: quoniam in hac uires ſeruare ſimilibus oportet, aut ſaltem fouere, & conſuetudini, id eſt, conſuetæ per ſanitatem uictus rationi, in ſumendis, educendis, admouendis, faciendis, aliquid condonandum eſt. Hipp. Aph. 17. lib. 1. Proprij autem Therapeutices hi libri fuerint:

1 De temperamentis liber tertius: hic enim eſt de temperamentis non hominũ, ſed ſimplicium medicamentorum.
2 De facultate ſimplicium medicamentorum libri 11. quorum quinq; priores generalem methodum complectuntur iudicandi de ſimplicibus per qualitates primas & ſecundas, ſapores, odores, & colores.

De ſimplicibus ad Paternianum in uerſione ueteri.

De ſimplici medicamento unus, Gal. attributus.

2 De paratu facilibus medicamentis unus Galeni, ſine principio, quem citat lib. Methodi: & alter in quarto tomo inter nothos ad Solonẽ Archiatrũ libris duobus Græcis diuiſus, in unum coactus, ſed in principio quàm Græcus auctior in ueteri uerſione, tamen lectione dignus.

De facultate centaurij minoris Galeno attributus in ueteri uerſione.

De generalibus medicamentorum facultatibus in ueteri interprete: alter ibidem longiſſimus de Dynamibus, id eſt, facultatibus.

De catharticis, id eſt medicamentis purgantibus humores, & à ſingulis propè partibus, Galeno in ueteri uerſione adſcriptus, maxima ſui parte optimus.

2 *De uirtute pharmacorum purgantium, diuerſus à priori in ueteri interprete, & Græco exemplari æqualis.*

2 Antiballomena, *id eſt medicamenta ſuccidanea* Galeno adſcripta, quæ etiam apud Paulum Aeginetam leguntur, & in uarijs manuſcriptis exemplaribus plurimum diuerſa.

Poſtea horum utendorum modus, quantitas, qualitas, tempus, & quæ cætera aliquid indicant, ſunt cognoſcenda ex libris ſequentibus.

4 Methodus medendi, ſeu therapeutica, lib. 14.
4 Ars curatiua ad Glauconem libri 2. illorum 14. epitome.

Libri de remedijs parabilibus, de quibus paulò ſuperius dictum eſt.

4 De curatione morborum per uenæ ſectionem, hirudines, reuulſionem, cucurbitas, ſcarificationem, liber tertius. Nam primus de phlebotomo eſt in Eraſiſtratum: ſecundus, in Eraſiſtratios Romæ manentes qui Eraſiſtratũ defendebãt.

3 De tabe & eius curatione liber, quẽ ob id etiam therapeuticũ facit Galenus.

De atra bile duplex in Pathologia dictus, uterq; etiam therapeuticus.

1 De agnitione affectuum animi & remedio.
4 Conſilium puero epileptico datum.

Curatio icteri Galeno adſcriptus in ueteri uerſione, optimus libellus.

3 Quomodo arguendi qui fingunt ſe ægrotare.
2 Quos oporteat medicamentis purgare, & quibus, & quando.
4 De affectuum renum agnitione & curatione Galeno adſcriptus liber, uti & de Vrinis.

De gynæcijs libellus in ueteri uerſione, non negligendus.

Liber ſecretorum Galeno male adſcriptus in ueteri uerſione. Nam is, quem in ſimplicibus aliquoties promittit, de medicamentis à totius ſubſtantiæ ſimilitudine

agentibus, quæ ſecreta uulgò uocamus, non extat.

Liber de medicamentis expertis bonus, in ueteri uerſione.

2 De compoſitione medicamentorum generali libri 7. quibus ea medicamenta componere docet, quæ foris applicantur ad quamuis unionis ſolutionem, ut ſunt uaria emplaſtra, quorum alba in primo libro, alia diuerſorum colorum in ſecundo traduntur. Tertius totus neruorũ uulnera curat. Quartus maligna & ægre ducentia cicatricem ulcera. Quintus emplaſtra habet polychreſta, quæ multis conueniunt affectibus, & præter cætera ulceribus curatu difficilibus opitulantur: ſed omnia particularia, nihil uniuerſale. Sextus etiam emplaſtra polychreſta habet, quæ ſimul ad alia multa ſingulatim faciunt, tum ad particulas putreſcentes, quæ differunt ab ulceribus quæ Græci dyſtherapeuta proprie, id eſt, curatu difficilia uocant. Vltimus de malagmatis, quæ duras partes emolliunt: de chalaſticis, quæ tenſionem relaxant: poſtremo de acopis & myracopis, quæ ad laſſitudines neruorumq; affectus conueniunt.

In his libris compoſitiones recenſet ueterum medicorum Attali, Andromachi, Aſclepiadis, Archigenis, Critonis, Damocratis iambicas, Heræ, Heraclidæ, & Philoxeni: ſed aliorum paucas, plures Heræ, Critonis, & Democratis: plurimas Andromachi & Aſclepiadis. Nos plærisq; particularibus medicamentis relictis (præter paucas præſtantiores & à Galeno laudatas) uniuerſalem cõponendi methodum ſeorſim ædi curauimus Lugduni apud Frellonios in 8.

2 De compoſitione medicamentorum ſecundũ locos, id eſt cuiq; parti & morbo idoneorum libri 10.

Primus liber de capillorum affectibus uarijs, &c. de furfuribus, phthiriaſi, achoribus & puſtulis in capite. Secundus, de omni capitis dolore & hemicrania uniuerſalis doctrina. Item de antiquo eius dolore, & rurſus de hemicrania. Tertius de aurium affectionibus, & cauſis earum doloris, de parotidibus, de affectionibus narium. Heraclidæ & aliorum ad eruptiones ſanguinis è naribus. Quartus, de uarijs oculorum affectibus, lippitudine præſertim & ulceribus eorumq; remedijs. Quintus, de hypopio, id eſt, ſuggillatione ſub oculis, de ægilope, de uaris, de ficoſis tumoribus, de lichenoſis in mento tumoribus, de menti eruptionibus, de furunculis, de dentium affectionibus, de gingiuarum curatione. Sextus, ad affectiones in ore, cruſtas, & ulcera: & ad gurgulionem. Septimus, de affectionibus circa partes reſpirationis, arteriacæ & confectiones ad tuſſim Andromachi: de reiectatione ſanguinis. Confectiones dolorem ſedantes tabeſcentibus & ſanguinem reiectantibus commodæ, & alijs quibuſdam, præterquam colicis: de orthopnœa, & dyſpnœa. Octauus, de affectionibus circa ſtomachum & pharmacis ei congruis, uel ſumendis, uel imponendis foris. Nonus, de icterico, ſplenicis, hydrope, pharmacis, anodynis & colicis: de dyſenterijs, uitijs ſedis, hæmorrhoidibus, pudendorum & uteri affectionibus. Decimus de nephriticis, iſchiade, podagra, & morbo articulari.

Veteres quorum compoſitiones Galenus in his libris uſurpat, hi ſunt: Archigenes, Andromachus, Aſclepiades, Appollonius, Aeneas, Charixenus, Crito, Cleopatra, Damocrates, Heras Cappadox, Heraclides, Lampo, Muſa, Philo, Soranus, Scribonius Largus. Idem autem à nobis in hoc opere præſtitum eſt, quod in libris de compoſitione ſecundum genera: Eam lucubrationem noſtram Froſchouerus nuper excudit Tiguri in 8.

2 De antidotis libri 2. quorum prior theriacæ compoſitionem inſtituit, & omnium quibus cõficitur delectum apparatumq; copioſe tradit: poſterior eſt de multis alijs ueterum antidotis, Aelij Galli, Aphrodæ, Apollonij Myos, Andromachi, Aſclepiadis, Damocratis, Nicoſtrati.

2 De theriaca ad Piſonem liber 1. plæraq; etiam alia cognitu digna & iucunda continens,

continens, quod ad historiam serpentium & uenenorum attinet.

2 De theriaca ad Pamphilianum liber 1. qui in ueteri uersione male ad Pamphylum scribitur, paucis in principio & fine omissis. In præfatione inquit se scripturum de theriaca, eaq; utendi modo, & affectuum differentijs, & tempore ad usum commodo: charta dimidia paulò maior est libellus. Operæpretiũ is mihi facturus uideretur, qui hoc opusculũ, & alterum ad Pisonem ac primum de antidotis librum coniungeret, ita ut nihil repeteretur, & pugnantia quædam conciliarentur.

De compositione theriaces & eius commodis ad Cæsarem in ueteri uersione.

5 De ratione uictus in morbis acutis libri 4. Hippocratis cum Galeni commentarijs tribus, in partem eius libri, quæ uere est Hippocratis: duobus in reliqua Hippocrati eo libro attributa.

Reliqui Galeni in Hippocratis libros quosdam etiam therapeuticos commentarij, plurima continent therapeutica theoremata, ut

5 Commentarij quatuor, in librum de articulis.
5 Tres, in librum de fracturis.
5 Vnus, in librum de ulceribus.
5 Vnus, in librum de uulneribus capitis.
* 4 De ponderibus & mensuris liber Galeno adscriptus.

Medicum uero in curatione uel etiam ante curationem, coram ægro, uel ægri parentibus & amicis præsentire ac prædicere oportet, præsentia, præterita, & futura, & quæ æger prætermittit, ut morbi naturam & ægri conditionem agnoscere credatur, & ob id se audentius medico committat æger, &c. Hanc in rem utiles sunt libri omnes prædicti Physiologici, præcipue omnes de pulsibus, quos inter prognosticos, post eos qui de Criticis diebus & Crisibus recenset Galenus in libris suis, & ordine: & de Dyspnœa, & alijs actionibus: ad Hygieinen pertinentes, pathologici, ætiologici, semeiotici: præcipue Locorum affectorum, Epidemij, Therapeutici item omnes. Præter hos uero in id præstantissimi sunt, *Prognostici libri.*

5 Prognosticorum Hippocratis libri 3. cum Galeni commentarijs totidem.
5 Prorrhetica, id est prædictiones Hippocratis, cum Galeni commentarijs tribus.
3 De prænotione unus Galeni, pulcherrimus.
3 Præsagia ex insomnijs.
4 De decubitu prænotiones ex mathematica scientia, Galeno adscriptus.
5 Aphorismorum libri 7. Hippocratis, licet septimus sit anceps, cum Galeni commentarijs. In his enim plurima sunt ad prænotionem prædictionemq; maxime idonea: quædam ad Therapeuticas partes, diæteticen, chirurgicen, pharmaceuticen: alia non pauca ad alias medicinæ partes pertinent (ut docte exploranti manifestum est) in quos omnes uelut epitome est Ars medica, quam etiam totam constituere docet libro de ipsius constitutione.

Veruntamen cum libros Hippocratis & Galeni omnes, saltem hodie prostantes, profiteri longissimum & molestissimum fuerit, ob id in singulis medicarũ partium generibus aliquot delegimus (inquit Syluius) prælegendos, cæteris cuiusq; diligentiæ relictis, utpote quos facile sit intellecturus ex nostris prælectionibus. *Libri quos Iacobus Syluius Parisijs publice docet.*

Nobis igitur interpretandi sunt,

De natura humana, seu hominis elementis, liber 1.

De temperamentis,	lib. 2.		
De facultatibus naturalib.	lib. 3.	Eisagoge pulsuum,	lib. 1.
De motu musculorum (& alijs ad animalem facultatem pertinentibus)			lib. 2.
De usu partium,	lib. 17	De alimentis,	lib. 3.
De sanitate tuenda,	lib. 6.		
De differentijs & causis morborum & symptomatum,			lib. 6.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [389] - 174v
PUBLIC DOMAIN

De locis affectis, lib. 6. De temperamentis, liber tertius.
De simplicium medicamentorum facultatibus, libri 11.
Methodi medendi, lib. 14.
Liber tertius Pauli Aeginetæ, cum Practica Gatinariæ uel alterius.
Vetus translatio Galeni operum Venetijs olim excusa est.

Græce extant in Italia nondum euulgata Galeni opuscula, De ossibus, ut diximus, De ligamentis, De consuetudinibus, & liber de cardiacis passionibus in bibliotheca Medicum.

CLAVDIVS Guilliciudus (alias Guillandus) theologiæ doctor, scripsit Collationem in omnes Pauli epistolas, item in epistolas canonicas. Gryphius impressit Lugduni, 1542. in 4.

CL. MARIVS poëta, nescio quid scriptis mandauit.

CLAVDII Marleti Diuionensis, orationes duæ Valentiæ habitæ: Vna in laudem diui Sebastiani, Altera in funere generosi adolescentis Antonij Palmerij ex tempore recitata. Sebast. Gryphius excudit Lugduni, 1528.

CL. PTOLEMAEVS Pelusiensis claruit circa annum Domini 140. circa quod tempus apud Alexandriam Aegypti ciuitatem Almagestum, & uti reor, Geographiã ædidit. Dum ageret 78. ætatis annum, diem obijt anno salutis 147. Nunquid uero Apotelesmatum quatuor libellos, centumq; aphorismos quoq; conscripserit, fueritq; unus ex Aegyptiorum regibus, affirmare non ausim. L. Gauricus in præfatione sua.

» Ptolemæus Astrologus Aegyptius, patriam non satis accepimus, nisi ex Haly
» eius commentatore in parte secunda de iudicijs, qui eum Pheleudensem facit. Ale
» xandriæ profecit liberalium artium ac Græcarum literarum studijs clarus, tempo
» ribus Antonini, ut ipsemet in magno opere demonstrat. In astrologię scientia prio
» rum nulli cessit. Primus enim apud Græcos cœli rationem omnẽ diligentius ex
» plicuit: inuentaq; ab Hipparcho instrumenta clarius monstrauit, &c. Scripsit &
» centiloquium super his quæ ad practicam pertinent astrorum prognosticam: cen
» tum uidelicet canones, quos Græci καρπους uocant, quod fructum & experimen
» tum prognosticorum esse dicant, à Trapezuntio similiter conuersum. Sed & de
» musica tres composuit libros, deq; geographia quos astrologi more conscripsit.
» Enarratores habet præcipuos ex Barbaris, Haly & Albumazar: ex Græcis Pap
» pum & Theonem, ad nostram usq; durantes ætatem. Sepulchri elogium tetra
» stichum ipse posuit huiusce modi:

Οἰδ' ὅτι θνητὸς ἐγὼ καὶ ἐφάμερος, ἀλλ' ὅταν ἄστρων
Μαστεύω πυκινὰς ἀμφιδρόμους ἕλικας,
Οὐκέτ' ἐπιψαύω ποσὶ γαίης· ἀλλὰ παρὰ Ζῆνι
Διοτρεφέος πίμπλαμαι ἀμβροσίης.

Ptolemæos quoq; sex alios commemorat Suidas, quinq; grammaticos, & unum uersificatorem, quorum opera quoniam ad nos minime peruenerunt, cognoscere cupientes ad authorem relego. Raph. Volaterranus.

Cl. Ptolemæi de Geographia libri 8. Græci, excusi Basileæ in officina Frobeniana, in 4. anno 1533. chartis 66. Exemplar Græcum ingenuo candore gratis suppeditauit Theobaldus Fettichius medicus, cui etiam impressum ab Erasmo Roterodamo inscribitur. Ex Erasmi præfatione.

» Complures quidem tum apud Græcos tum apud Latinos mixtim de Geogra
» phia & Chorographia conscripserunt, inter quos nemo Strabone uel diligentior
» uel copiosior. At Ptolemæus omnium primus hanc disciplinam ad certiorem ra
» tionem redegit, commentus dimensionem latitudinis uniuersi orbis à polo ad po
» lum, longitudinis ab exortu ad occasum, adhibita collatione terræ habitabilis ad
» cœlum, ut iam non facile quis toto, quemadmodum aiunt cœlo, possit aberrare.

Vtinam

Vtinam & numerorum notas, ſicut à Ptolemæo traditæ ſunt, incorruptas habe-
remus, præſertim libro octauo, &c. Deinde miratur quì fiat ut à Ptolemæo ſcriba-
tur, ſingulis maiorũ circulorũ in cœlo gradibus, in terris reſpondere ſtadia quin-
genta, cum Eratoſthenes, quem Plinius & Strabo, ac ueterũ plærique ſecuti uiden-
tur, ſeptingenta ſcripſerit. Singulis libris ſua capitum enumeratio præponitur: quod etiam in Almageſto ſit.

Geographia uniuerſalis uetus & noua, complectens
Cl. Ptolemæi libros 8. quorum primus noua translatione Bilibaldi Birckheime-
ri & acceſſione commentarioli illuſtrior redditus eſt: reliqui cum Græco & alijs uetuſtis exemplaribus collati, infinitis ferè locis caſtigatiores facti ſunt. Addi-
ta ſunt & ſcholia, quibus exoleta urbium, montium, fluuiorumq; nomina ad no
ſtri ſæculi morem exponuntur. Succedunt tabulæ Ptolemaicæ opera Seba-
ſtiani Munſteri nouo paratæ modo. His adiectæ ſunt plurimæ nouæ tabu-
læ hodiernam orbis faciem literis & pictura explicantes. Item compendium Geographicæ deſcriptionis, in quo uarij gentium ritus moresq; explicantur. Cum Indice omnium. Henricus Petrus excudit Baſileæ, anno 1540. in fol. chartis 109.

Cl. Ptolemæi, Magnæ conſtructionis mathematicæ aut magni aſtrologi, uul-
go Almageſtum uocant, id eſt, perfectæ cœleſtium motuum pertractationis libri tredecim Græci, cum Theonis Alexandrini in eoſdem cõmentariorum libris undecim Græcis. Omnia typis elegantiſſimis quàm emendatiſſime Ioannes Vualderus (cui nunc Leonhartus Hoſpinianus ſucceſſit) excudebat Baſileę, 1538. in fol. chartis 3. cum doctiſſima præfatione Simonis Grynæi ad Henricum VIII. Anglorum regem.

Ex capite ſecundo primi libri, de ordine huius doctrinæ.

Propoſiti negocij huius illud præcedit, ut uniuerſalem terræ totius habitudi-
nem ad totum cœlum perſpiciamus: Particularium uero quæ deinde ſequuntur, primum eſt, ut de obliqui circuli ſitu & locorum habitabilium conſideremus, & ad hæc de differentia quæ in ordine penes inclinationes per unumquemq; hori-
zonta alterius loci ad alterum ſit: hæc enim conſideratio ſi præceſſerit, faciliorem ad conſideranda reliqua uiam præbebit: Alterum, ut de ſolari motu atque lunari, & de accidentibus eorum doctrinam afferamus. Nam niſi quis hæc prius tenue-
rit, non erit poſſibile ſtellarum percipere accidentia: Ita cum ad extremum fiat ſermo de ſtellis, quæ quidem ad orbem ſtellarum pertinent, quas fixas appellare ſolent, iure præcedent: ſequuntur autem quæ ad erraticas quandoq; accommo-
dantur. Horum ſingula, tanquam principijs ad inueniendum & quaſi funda-
mentis uſi, partim ijs quæ perſpicua apparent, partim certis priſcorum no-
ſtriſq; obſeruationibus, demonſtrare conabimur, & conſequentes eis lineari demonſtrationum uia rationes accommodabimus. Hæc ex G. Trapezuntij uerſione.

Ex epiſtola nuncupatoria Simonis Grynæi ad Henricum VIII. Anglorum regem.

Author ipſe artis an orationis ſubtilitate ſcientiaq; ſuperet, dubium eſt. Trede-
cim libris, ueterum omnium hac quidem de re ſententijs obſeruationibusq; & ra-
tionibus unumquidq; pertractandi lucide prius expoſitis, recta ipſe adeo compen-
diоſaq; uia inſiſtit, ac inſtitutam methodum urget, ut breuius abſolutiusq; aut di-
ctione perfectiore his de rebus nulli homini ſcribere ſit poſſibile. Verè enim talis huius oratio eſt, ut quod eloquentiſſ. de uiris dici ſolet, addi detrahiue nil poſſit. Huic ut ne quicquam ſtudioſis ad artis totius conſummationem deeſſet, uetuſtiſ-
ſimum identidem authorem, præſtantiſſimum philoſophum, ſagaciſſimum inter-

» pretem Theonem adiunximus, cuius est perfecta intelligentia adeò, ut prioribus
» in libris ex instituto nihil omnium omittere uoluerit, quæcunq; ad integrã pertra-
» ctationem rerum subtilissimarum spectabant. Itaq; sicubi uerruca est, incredibili
» solertia aditus prius omnes lustrat, eaq; nos ducit, qua uia expeditissima datur.

Hoc opus quondã Ioan. Regiomontanus à Bessarione acceptum Norimbergã attulit, inde traditũ est typographo. Id Bessario tanti fecisse fertur ut una tota prouincia æstimare non dubitaret: quod in epistola nuncupatoria ad Senatũ Norimbergensem Ioachimus Camerarius testatur.

Almagestum Latine G. Trapezuntio interprete, recognitum per Lucam Gauricum, impressum exiuit Venetijs 1528. in fol. apud Luc. Antonium Iuntam.

Cl. Ptolemæi opera omnia, præter Geographiam, quæ quidem extant Latine, in uno uolumine excusa Basileæ ab Henrico Petro, anno 1541. in fol. cum indice, chartis 134. Sunt autem hæc,

Almagesti libri 13. G. Trapezuntio interprete.

De iudicijs astrologicis, aut ut uulgo uocant, quadripartitæ constructionis libri 4. quorum priores 2. à Ioachimo Camerario translati sunt, reliqui ad uetera exemplaria emendati.

Centum sententiæ (Centiloquium uocant) Iouiano Pontano interprete.

Inerrantium stellarum significationes Nic. Leonico interprete. Cæterum Almagesti plurima loca ex doctiss. uirorum exemplaribus emẽdata sunt: & figuræ nonnullæ in operis limine positæ sunt.

Lucæ Gaurici annotationes.

Omnium constellationum figuræ graphice depictæ. Accesserunt & Procli Diadochi hypotyposes astronomicarum positionum, de quibus suo loco. Præfatur autem in istud opus Hieronymus Gemusæus, ex cuius epistola nonnulla huc ad-
» scribi digna uidentur: Astronomia (inquit) ut posteritas distinxit, orbium astro-
» rumq; lationes metitur ac dispensat: hanc in libris Magnæ compositionis ita absolute Ptolemæus exponit, ut post eum tractationem eandem nullus posterorum
» hominum aggredi fuerit ausus. Astrologia de effectibus syderum statuit, qui ex
» horum uaria radiatione motum consequente nascuntur: Hoc genus in futuro-
» rum prædictione atq; omnino in diuinatione situm per cæteros libros exponitur,
» eum scilicet qui Quadripertita compositio, et qui Fructus inscribitur. Quanquam
» uero Arabum nonnulli eandem materiã tentarunt, eorumq; alij industria ac me-
» thodo demonstrandi superiores esse conati sunt, uelut Geberus, γνησιώτερον σύντα-
» ξιν instituens, peritiam huius uiri ac methodũ obscurare est aggressus: existiman-
» dum est tamẽ uniuersim eos hanc ingenij sublimitatẽ assequi nõ potuisse. Quemadmodum neq; genus postremum quod in diuinatione est constitutum, prorsus
» recte tractarunt illorum hominum scholæ: sed nouis quibusdam principijs huic
» parti adiectis, ampliorem efficere & pleniorẽ imprudenter conati sunt. Qui enim
» à casu aut fortuna magis procedunt euentus, quàm è causis naturalibus, non re-
» cte uidentur sub hanc diuinationem referri posse. At eiusmodi est de interrogatio-
» nibus pars ferè tota. Maiore itaque peritia καὶ φυσικώτερον μᾶλλον hanc quoq; partem tractarunt Græcorum quàm Barbarorum hominum scholæ. Cæterum natura mater, ut in reliqua philosophia unum supra reliquos homines longe situm Aristotelem Stagiritam produxit: ita in genere quoque Mathematico unum quendam summum uirum formasse uidetur, quem ueluti suarum uirium omnium
» exemplum statueret, ostenderetq; quousque in hoc quoque genere, animo
» hominis ita prodire liceat, ut ne ultra id possit. De methodo dico & modo inquisitionis, quem ille in hac disciplina primus absoluit. Cum autem
» eiusdem authoris nomine opera hæc inscripta sint omnia, &c. Geographiam

phiam dubium esse non debet, huius esse, qui Magnam compositionem ædidit, " quando ipsemet in hoc opere mentionem illius faciens, rationem quoq; quam in " ea secutus est, manifeste assignauit: quo loco de Alexandria loquitur, &c. Por- " rò ut cognoscat Lector quid ex hac æditione expectandum sit: Facta est per homi " nes industrios & doctos, diligens locorum collatio, qui luce aliqua indigere uide- " bantur clariore, & quibusq; diagrammata ac delineationes sunt adiectæ, manife- " stius scilicet ac propius ad demonstrationes quæ in dictione authoris exponuntur " accedentes. Id autem in opere de Magna constructione est factitatum, &c. Ad fi- " nem Compositionis adiectus est Procli libellus continens ueluti epilogum & bre- " uem expositionem eorum quæ per totum opus magno negocio tradita & demon " strata fuerunt. Quadripartita compositio tota, unà cum cæteris, Græcorum exem " plarium collatione, restituta fuit. Nam prius aut ex Arabum commentarijs habe- " batur solum, aut non integram adhuc è Græco uersionem acceperat. Hæc Ge- " musæus.

Centum sententiæ à Pontano conuersæ, & commentarijs elucidatæ cum eiusdem operibus in tertio tomo leguntur, impressis Basileæ apud Cratandrum in 4. 1538. Ex præfatione Pontani uerba, quæ etiam Ptolemæi prologum paraphrastice reddunt. Cl. Ptolemæus libellum hunc ad Syrum fratrem scripsit, quem " ait fructum esse librorum, quos antè de stellarum decretis scripserat, unde καρπὸς " Græce inscribitur: in quo quæcunq; traduntur, usu experientiaq; probata esse di- " cit ueritatiq; maxime consentire. Monet autem, ne quis prius ad eum legendum " accedat, quàm omnes scientiæ cœlestis partes attigerit. Charta est 1. & paulò am- " plius. " Tetrabiblus compositio, chartas habet ferè 18.

Capita primi libri.

Astronomiæ & astrologiæ distinctio.
Astronomicarum præuisionum scientiam esse, & quatenus ea tendat.
Eandem esse utilem. De uiribus stellarum errantium.
De stellis masculinis & fœmininis, diurnis & nocturnis.
Quid ualeant configurationes erga solem.
De uiribus stellarum inerrantium.
De anni temporibus & quatuor angulorum natura.
De signis tropicis, æquinoctialibus & bicorporibus.
De signis masculinis & fœmininis. De configuratione duodecim locorum.
De imperantibus & obedientibus signis.
De intuentibus & eiusdem potentiæ signis.
Inconiuncta. De domibus. De triangulis.
De altitudinibus. De finibus iuxta Aegyptios & Chaldæos.
De sua cuiusq; stellæ persona, & carpentis ac solijs.
De applicationibus & defluxibus.

Capita secundi. Præfatio.

De proprietate uniuersali gentium.
De familiaritate locorum & triangulorum & stellarum.
Nuda expositio, quæ gentes quibus sub signis ponantur.
Particulariũ prædictionũ ratio. De regionibus quarum sint significationes.
De tempore euentuum. De genere euentuum.
De modis futurorum. De coloribus in deliquijs, & crinitis, ac huiusmodi alijs.
De nouilunio anni. De particulari natura signorum in tempestatibus.
De particulari tempestatum consideratione.
De obseruandis meteoris, id est facie cœli.

Capita tertij libri, qui genethliacus est. Præfatio.

De casu spermatis, & de exitu infantis.

De ſcientia gradus aſcẽdentis. De partitione locutionis natiuitatum.
De parentibus. De fratribus & ſororibus.
De maſculinis & fœmininis. De natiuitate geminorum.
De monſtruoſis ſignis.
De his qui non creuerunt: in Græco eſt, περὶ ἀτρόφων.
De ſpatio uitæ.
De forma & figura corporis nati, ac de ipſius complexione.
De impedimentis & infirmitatibus accidentibus corpori nati.
De qualitatib. animæ nati. De impedimentis animæ.
Quarti libri de rebus quæ nato extrinſecus accidunt, capita.
De proſperitate nati & ſubſtantia.
De proſperitate & inualetudine nati.
De magiſterio nati & eius opere.
De coniugijs. De filijs. De amicitijs & inimicitijs.
De peregrinationibus. De qualitate mortis nati.
De diuiſione temporum in uita nati.

Inerrantium ſtellarum ſignificationes Nicolao Leonico interprete: Græce inſcribitur, φάσεις ἀπλανῶν ἐπισημασιῶν.

Cl. Ptolemæo adſcribitur aſtrolabium uel planiſphæriũ, quod canones deprehendi motus primi mobilis deſcribit. Impreſſ. olim in Italia in 4. chartis 8.

Ptolemæi quadrans Græce & Latine excuſus à Petreio Norinbergæ in 4.

Cl. Ptolemæi περὶ τοῦ μεγέθους καὶ τοῦ ἐνιαυσίου χρόνου σὺν σχολίοις. Græce in Italia habetur, Romæ opinor.

Legi etiam Ptolemæi ſcripta quædam Latine extare, De arte ſphærica, Perſpectiuam, Muſicam cum expoſitione Porphyrij.

Græce quoq; Muſicorum eius libri 3. cum Ariſtidis expoſitione ſeruantur in Italia, aliâs harmoniarum inſcripti, Bononiæ ad S. Saluatorem.

προχείρους κανόνας aſtronomiæ, ibidem uidi.

CLAVDII Roſſeletti I.C. patritij q̃ Lugdunenſis epigrammata uaria. Gryphius excudit Lugduni in 8. 1537.

CLAVDIVS de Seixello ſcripſit ſuper omnes partes ordinarias iuris ciuilis de mane & de ſero. Vide Claudianus de Saycello.

CL. TRIPHONIVS, aliâs Tryphonianus, I. C. uetus, ſcripſit diſputationum libros 21. & Notas in Scæuolam. Inde quædam à Iuſtiniano in ſuum ius decerpta ſunt.

T. cl. 400. CLAVDIVS epiſcopus Viennenſis, ad quem Saluianus presbyter librum unum compoſuit, propter frequentes terræmotus letanias primus inſtituit, quas Romana eccleſia deinceps continuandas ſuſcepit. Scripſit item
De ſtatu animæ, lib. 3. Epiſtolarum quoq;. Et quædam alia.
Vide ſupra Claudium Mamertum, ſic enim cognominatur.

CLEAENETI duos ſenarios Stobæus habet ſermone 97.

CLEANTHIS uarias ſententias paſſim citat Stobæus, & Athenæus allegat eius fabuloſa, ac de metalepſi.

CLEARCHI peripatetici Ariſtotelis diſcipuli uerba ex primo libro de ſomno repetries apud Ioſephum libro primo contra Appionem.

CLEARCHI Solenſis peripatetici uaria ex multis opuſculis Athenæus affert teſtimonia.

CLEARCHI Comici teſtimonijs aliquoties Athenæus utitur.

CLEMENS, aliâs Flauius Clemens, claruit anno Domini 200. epiſtolas multas uariosq; tractatus ædidit, quorum ullos ignoramus. Trittenhemius.

Clem. Alex. Clemens Alexandriæ eccleſiæ presbyter, Pantæni, de quo ſupra retulimus, auditor.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [394] - 177r

ditor, post eius mortem, Alexandriæ ecclesiasticam scholam tenuit, & κατηχήσεων magister fuit. Feruntur eius insignia uolumina, plenaq; eruditionis & eloquentiæ, tam de scripturis diuinis, quàm de sæcularis literaturæ instrumento. E quibus illa sunt, στρωματεῖς libri 8. Hypotyposeωn libri 8. Aduersus gentes liber 1. Pædagogi libri 3. De pascha liber 1. De ieiunio disceptatio: & alius qui inscribitur, Quisnam diues ille sit qui saluetur. De obtrectatione liber 1. De canonibus ecclesiasticis, & Aduersum eos qui Iudæorum sequuntur errorem liber 1. quem proprie Alexandro Hierosolymorum episcopo προσφώνησε. Meminit autem in Stromatibus suis uoluminis Tatiani aduersus gentes, de quo supra diximus, & Cassiani cuiusdam Chronographiæ, quod opusculum inuenire non potui. Nec non & de Iudæis Aristobulum quendam, & Demetrium & Eupolemum scriptores aduersus gentes refert, qui in similitudinem Iosephi Archæogonias Moysi & Iudaicæ gentis asseuerant. Extat Alexandri Hierosolymitarum episcopi, qui cum Narcisso postea rexit ecclesiam, epistola super ordinatione Asclepiadis cõfessoris ad Antiochenses, congratulantis eis, in qua ponit in fine: Hæc uobis domini ac fratres scripta transmisi, per Clementem beatum presbyterum, uirum illustrem & probatum, quem uos quoq; scitis, & nunc plenius recognoscetis: qui cum huc uenisset iuxta prouidentiam & uisitationem Dei, confirmauit & auxit Domini ecclesiam. Constat Origenem huius fuisse discipulum. Floruit autem Seueri & Antonini filij eius temporibus. D. Hieronymus.

Fl. Clementis Alexandrini præsulis fragmenta Stromatum extant in Italiæ bibliothecis, (aliâs, epitome, aliâs selecta ex libris stromatum, id est uarietatum) ubi diuersa dogmata Græca, barbara, Latinaq; commiscet, arguit hæreticos, historiam uariam connectit. Stromata Græcis stragula sunt, quæ solent è uarijs coloribus contexi, unde στρωματεῖς ad eum contextus modum dicitur liber. D. Erasmus.

De fragmento quodam Stromatum uide supra in Arsenij mentione.

Pædagogum Clementis Græce uidi Venetijs in bibliotheca SS. Ioan. & Pauli. Sunt autem tres libri per capita quædam & tanquam locos communes distincti. Et quod ualde doleo, capita quædam, licet pauca, non sunt integra.

CLEMENTIS episcopi Romani recognitionum libri decem ad Iacobum fratrẽ Domini, Rufino Torano Aquileiense interprete, cum eiusdẽ præfatione: chartis 34. excusi Basileæ 1536. in fol. cum epistolis aliquot uetustissimorũ præsulum, & quatuor conciliis, Niceno, Constantinopolitano, Ephesino, & Chalcedonensi. Adiectis etiam scholijs quibusdam in margines. D. Eusebius ex his recognitionum libris quædam etiam ad uerbum descripsit lib. 6. de Euangelica præparatione.

Ex præfatione Rufini. Puto quod non te lateat Clementis huius in Græco « eiusdem operis ἀναγνώσεων, hoc est Recognitionum duas æditiones haberi, & duo « corpora esse librorum, in aliquantis quidem diuersa, in multis tamen eiusdem nar « rationis. Denicq; pars ultima huius operis, in qua de transformatione Simonis re « fertur, in uno corpore habetur, in alio penitus non habetur. Sunt autẽ & quædam « in utroq; corpore de ingenito Deo genitoq; disserta, & de alijs nonnullis, quæ, ut « nihil amplius dicam, excesserunt intelligentiam nostram. Hæc ergo ego tanquam « quæ supra uires meas essent, alijs reseruare malui, quàm minus plena proferre. In « cæteris autem quantum potuimus, operam dedimus, non solum à sententijs, sed « ne à sermonibus quidem satis elocutionibusq; discedere: quæ res quamuis minus « ornatum, magis tamen fidele narrationis reddit eloquium. Epistolam sanè, in qua « idem Clemens ad Iacobum fratrem Domini scribens, de obitu nuncians Petri, & « quod se reliquerit successorem cathedræ & doctrinæ suæ, in qua etiam de omni « ordine ecclesiastico continetur: ideo nunc huic operi non præmisi, quia & tempo « re posterior est, & olim à me interpretata atq; edita, &c. Linus & Cletus fuerunt « quidem ante Clementem episcopi in urbe Roma, sed superstite Petro, uidelicet ut «

„ illi episcopatus curam gererent, ipse uero apostolatus impleret officium. Sicut in-
„ uenitur etiam apud Cæsareã fecisse, ubi cum ipse esset præsens, Zachæũ tamen
„ à se ordinatum habebat episcopum: & hoc modo utrumq; uerum uidebitur, ut &
„ illi ante Clementem numerentur episcopi, & Clemens tamen post obitum Petri
„ docendi susceperit sedem.

Clementis epistolæ 4. cum recognitionibus Clementis excusæ.

T.M.103. CLEMENS Romanæ ecclesiæ quartus à beato Petro (ut quibusdam placet) episcopus, Romanus, cuius uita & passio in scripturis ecclesiasticis habentur. Extat eius

Ad ecclesiam Corinthiorum,	Epistola una.
Ad Iacobum quoq; apostolum,	Epistolæ duæ. Clemens, Iacobo domino.
Præterea itinerarij uitæ suæ,	libri decem. Cum in urbe Roma.
Item disputationis Petri,	liber unus.

Hæc autem duo ultima uolumina inter apocrypha computantur, ut patet 15. dist. Sancta Romana. Feruntur eius & aliæ epistolæ, sed apocryphæ.

* Clementis uita, itinerarium, liber de actis Petri, siue peregrinationum Petri, & κηρυγμάτων epitome, omnia Græce extant Romæ in bibliotheca Vaticana.

Clemens, de quo apostolus Paulus ad Philippenses scribens, ait: Cum Clemente & cæteris cooperatoribus meis, quorum nomina scripta sunt in libro uitæ: quartus post Petrum Romæ episcopus. Siquidem secundus Linus fuit, & tertius Anacletus. Tametsi plærisq; Latinorum, secundum post Petrum apostolũ putent fuisse Clementem. Scripsit ex persona Romanæ ecclesiæ ad ecclesiam Corinthiorũ ualde utilem epistolam, quæ & in nonnullis locis publice legitur: quæ mihi uidetur characteri epistolæ, quæ sub Pauli nomine ad Hebræos fertur conuenire. Sed & multis de eadem epistola, non solum sensibus, sed iuxta uerborum quoq; ordinem abutitur. Omnino grandis in utraq; similitudo est. Fertur & secunda eius nomine epistola, quæ à ueteribus reprobatur. Et disputatio Petri & Appionis longo sermone conscripta, quam Eusebius in tertio historiæ ecclesiasticæ uolumine coarguit. Obijt tertio Traiani anno, & nominis eius memoriam usq; hodie Romæ extructa
„ ecclesia custodit. D. Hieronymus. D. Eras. Rot. in scholijs: satis (inquit) in-
„ dicat epistolam ad Hebræos uideri Clementis, etiamsi propter contentiosos non
„ audet palàm fateri.

S. Clemens SS. Apostolorum canones in unum congessit, qui excusi sunt Norembergæ 1531. in fol. apud Ioan. Petreium in fine DN. Iustiniani Nouellarũ Græce & Latine Gregorio Haloandro interprete: charta est 1.

„ Verba Haloandri ex præfatione. Cæterum Apostolicos Canones, quos S.
„ Clemens Petri in episcopatu successor, quo ueluti amanuensi usus est etiam Pau-
„ lus apostolus, D. Iustiniani Nouellis adijcere necessariũ uisum est: cum toties illo
„ rum mentionem introducat in Nouellis Imperator, & secundum illos profiteatur
„ se leges condere, prohibeatq; ne quis à cõmunione arceatur præter Apostolicorũ
„ Canonum tenorem. Ex quibus omnibus & multis alijs clarum sit necessariam
„ esse iurisconsultorum cognitionem. In nullis autem libris Latinis (quos equidem
„ uiderim) exstat perfectus illorum numerus, tametsi multoties in linguam Latinam
„ uersi legantur. Inter cæteros uero à Dionysio quodam ad Stephanum Pontificem
„ precibus Laurentij fratris adducto, qui priscæ translationis imperitia offendeba-
„ tur. Sed quæ calamitas eos Romanis hominibus ademerit, non meum est dicere.
„ Illos certe non audimus, qui ab hæreticis incerto authore compositos esse scripse-
„ runt: quando ultra longæuam & constantem in ecclesia opinionem, sancta etiam
„ VI. synodus, cum in controuersiam denuo uocarentur, grauissima sententia eos
„ agnouerit, cuius synodi omnia capitula postea approbauit Hadrianus Papa, ut de
„ Iustiniano taceam, qui expressis uerbis eos Apostolis tribuit. Hæc ille.

Sunt

Sunt autem Canones numero 84.

CLEMENTIS quinti Clementinarum lib. 5. cum Iure Canonico impressi.

CLEMENS Papa quintus, de Vasconia oriundus, Bernhardus Burdegalensis epi- T. M.1314.
scopus ante uocatus, Concilium Viennense celebrauit, in quo multa constituit. Septimum decretalium librum composuit, quem Ioannes XXII. eius successor publicauit, sicut in eiusdem principio habetur, Qui uulgariter nominatur

Codex Clementinarum, lib. 1. Fidei catholicæ funda.
Epistolarũ quoq; ad diuersos, lib. 1. Clemens episcopus seruus ser.

CLEMENS Papa sextus, patria Lemouicensis, Petrus Rogerius ante uocatus, abbas T.M.1352.
Fiscanensis ordinis S. Benedicti, ædidit quædam præclara opuscula, è quibus feruntur

Sermones uarij, lib. 1.
In canonizatione Iuonis, lib. 1. Exulta & lauda habi.
In approbatione Caroli regis, lib. 1. Salomon sedebit super.
Collationes multæ, lib. 1.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1. Et quædam alia.

CLEMENTIS VII. Pontificis literæ. Vide Caroli V.

CLEMENTIS Papæ propositiones in metaphysica, excusæ.

CLEOBVLI Lindij, unius de numero septem sapientium uitam, aliquot sententias, carmina, & epistolium ad Solonem, Diogenes Laërtius libro primo de uitis philosophorum proponit. Stobæus etiam sermone tertio & alibi eius apophthegmata refert.

CLEOBVLINE eius filia ænigmata scripsit hexametris, testes Athenæus et Laërtius Diogenes.

CLEOMEDIS authoris Græci de circulari inspectione libri duo Græce excusi Parisijs apud Neobarium 1539. in 4. chartis 11.

Verba authoris in finem libelli adiecta. In hoc authore excudendo unico sumus usi codice, eoq; multis in locis deprauatissime scripto, quo factum est, ut quædam non satis emendate sint expressa: quorum nonnulla quantum amici cuiuspiã uel iudicio, uel coniectura assequi licebit, post operis æditionem restituenda curabimus, & seorsim excusa proferemus. Exhibebimus etiã propediem recentẽ authoris uersionem: nam antiqua multis in locis authoris sensum non assequitur. Græca inscriptio habet κυκλικῆς θεωρίας μεθόδιον, Georgius Valla reddidit, circularis inspectionis meteororũ: sunt qui de sphæra inscribant. Georgij Vallę translatio impressa est Basileæ cum Aristotele de mundo, 1533. in 8. Præcipua autem capita hæc sunt, Esse inane idq; extra mundum, de eius essentia, & quod infinitum sit. Terram esse in mundi medio. De cœli orbibus. De periœcis, antœcis, & antipodibus. De globorum cœlestium conuersione. De orbe signifero. De torrida, & mundi inclinatione. De augmento dierum. Causa incrementi inæqualis dierũ. Quod sub æquinoctiali non sit habitatio contra Posidonium. De totius terræ habitatione. Mundum esse globosum, & primum terram huiusmodi esse, non latam, aut cauam, aut cubicã, aut quadrangulam, aut pyramidalem. Deinde quod etiam aër & reliquæ mundi partes globosæ sint. Quod terra mundi sit medium. De eius magnitudine. De eadem Eratosthenis sententia.

In secundo agit de solis magnitudine, de lunæ fastigio contra Epicurum, de terræ magnitudine, de lunæ magnitudine solisq; & stellarum: rursus de lunæ magnitudine ac eius propinquitate ad terram, de lunæ defectu, de uagis stellis.

Cleomedis arithmetica Græca seruatur in Italia.

CLEOMENIS Rhegini epistolam & dithyrambos Athenæus citat.

CLEONIDAE (si recte scribitur) harmonicum introductorium Græce extat alicubi in Italia.

CLIDAMI exegeticum librum nominat Athenæus.
CLIDEMI scripta idem allegat ex tribus operibus.
CLINIAE uersus 3. apud Stobæum sermone 62.
CLITARCHI glossas & historias de Alexandro sæpe citat Athenæus.
CLITARCHVM historiographum Stobæus nominat sermone 51.
CLITOMACHVS Carthaginensis philosophus ab Athenæo nominatur.
CLITI Milesij Aristotelici liber de Mileto, apud eundem.
CLITOMACHI uersus 4. citat Stobæus sermone 103.
EX CLITOPHONTIS quinto libro Italico historiam quandam habet Stobæus sermone 9.
A CLOTARIO latæ leges Alemannorum, excusæ in Germania.
CN. CORNELII Galli, ex ijs quæ colligi potuere fragmẽtis liber elegiacis uersibus: charta 1. & trib. quad. Impressus Basileæ apud Hen. Petrũ, cum Catullo, &c. in 8. anno 1530. Conqueritur autem Gallus iam senex de incõmodis senectæ, deinde recensetque qualis olim fuerit: quæ pars posterior tota amatoria est, & castis auribus lectu indigna. Adijcitur & Lyricum carmen in fine, Cn. Gallo à plærisq; attributum. P. Virgilio amicus fuit. Eius uita describitur à Petro Crinito, ubi hęc
» uerba sunt: Leguntur ætate nostra Elegiarum libri sub nomine Cor. Galli: qua
» in re facile est imponere imperitis hominibus: qui autem paulò diligentius antiqui
» tatem obseruarunt, nihil minus censebunt quàm ut hæc referenda sint ad poëtam
» Gallum.
CNEI Getulici fragmenta quædam à Petro Crinito citantur.
CN. PLANCI impe. conf. des. epistola ad Ciceronem libro 10. familiarium: & ibidem altera eius epistola ad Conf. præ. tri. pl. sen. popu. plebemq; Romanam. Rursus eiusdem aliæ 8. ad Ciceronem epistolæ, ibidem.
CN. POMPEI ad senatum epistola cum C. Salustij scriptis excudi solet.
COCTVS quidam eques, nescio quid scripsit, quod extare fertur.
T.M.431. COELESTINVS Papa primus, natione Romanus, scripsit inter cætera solenne decretum.
Contra Nestorium, lib. 1. Epistolarum ad diuersos, lib. 1.
Et quædam alia. * Pontificum omniũ decreta Coloniæ uno uolumine excusa comprehenduntur. Vide Cælestinus.
COELIVS, uide Cælius:
COELII Presbyteri Paschale opus, seu Mirabilium diuinorum, siue De Christi Iesu miraculis lib. 5. Vuesthemerus excudit Basil. in 8. 1541. chartis 16. insertis Aelij Antonij enarrationibus, cũ Iuuenci Euangelica historia Iod. Badij cõmentarijs illustrata. Primus liber aliquot ueteris testamenti miracula habet, cæteri quatuor noui historias euangeliorum & miracula complectuntur, distinctis secundum argumenta uersibus hexametris. Ex præfatione.
» Cum sua gentiles studeant figmenta poëtæ
» Grandisonis pompare modis, tragicoq; boatu
» Ridiculóue Getæ, seu qualibet arte canendi,
» Sæua nefandarum renouent contagia rerum, &c.
» Cur ego Dauidicis assuetus cantibus, odas
» Chordarum resonare decem, sanctoq; uerenter
» Stare choro, & placidis cœlestia psallere uerbis,
» Clara salutiferi taceam miracula Christi?
Eiusdem hymnus, in quo eadem uerba hexametrum inchoant, quæ pentametrum finiunt.
Hymnus Iambicus dimeter de Christo, succincte ab incarnatione usque ad Ascensionem, eius opera complectens.

Ex

Ex Aelij Antonij Nebrissensis, qui enarrationes quoq; in eius libros scripsit, præfatione. Huius Sedulij ex ueteribus quod sciam nemo meminit: nisi quatenus Gelasius Papa in decretis Distin. 15. his uerbis scribit: Venerabilis uiri Sedulij Paschale opus, quod heroicis scripsit uersibus, insigni laude proferimus. Quodq; sub incerto authore quædam illius carmina ecclesia canit, ut illud: Salue sancta parens enixa puerpera regem, &c. Sigebertus tamen author non multæ authoritatis asserit hunc fuisse natione Scotum, scripsisseq; opera complura ad religionẽ nostram pertinentia: floruisse autem sub Theodosio Cæsare, quod mihi non sit uerisimile, cum à cæteris scriptoribus prætermissus sit, &c. In ipsius epistola, quæ est ad Macedonium presbyterum, Huic (inquit) operi paschalis carminis nomẽ imposui, quia Pascha nostrum immolatus est Christus.

COLVMBANVS primus fundator & abbas Luxouiensis cœnobij, natione Scotus, scripsit eleganti stilo In totum Psalterium commentariorum, lib. 1. T.M.598.
Et quasdam ad fratres epistolas.

COLVTHVS Thebanus Lycopolita uersificator (ἐπικὸς) claruit tempore Anastasij principis, scripsit Calydonica libris sex, & encomia uersibus, & Persica. Suidas. Extat eius opusculum de Helenæ raptu carmine elegiaco impressum cum Q. Calabri paralipomenis Venetijs apud Aldum in 8. paulò minus charta 1.

IOLVTIVS Pierius è Stignano uico agri Florentini, claruit post Petrarchã & Paulum Perusinum, quædam & ipse ædidit ut illius temporis non usquequaq; inepta. Raph. Volaterranus.

COMETAE scholastici octostichon in quarto libro Epigrammatum Græcorum.

COMETAE Chartularij hexastichon, ibidem.

COMMODIANVS dum inter sæculares literas etiam nostras legit, occasionem accepit fidei. Factus itaq; Christianus, & uolens aliquid studiorum suorum muneris offerre Christo suæ salutis authori, scripsit mediocri sermone, quasi uersu aduersum paganos: & quia patrum nostrorum attigerat literas, magis illorum dogmata destruere potuit quàm nostra firmare. Vnde & de diuinis repromissionibus aduersum illos agens, uili satis & crasso (ut ita dixerim) sensu disseruit: illis stuporem, nobis desperationem incutiens. Tertullianum & Lactantium & Papiam authores secutus, moralem sanè doctrinam & maxime uoluntariæ paupertatis amore optime prosecutus studentibus inculcauit. Gennadius.

CONRADVS episcopus scripsit Chronicon rerum Maguntiacarum, quod Heruagius excudit Basileæ, anno 1532. in fol. cum alijs uarijs.

CONRADVS de Altzeya oppido, Moguntinẽsis diœcesis in Palatinatu, tribus milibus à Vuormacia distante, natione Teuthonicus, carmine & prosa scripsit quædã præclara opuscula, quibus nomen suum notificauit. E quibus extat uolumen uersibus & rythmis pulchra uarietate depictum, de purissima dei genitrice Maria, & redemptione generis humani prænotatum T.cl.1370.

Figurarum opus, lib. 1.
Carminum quoq;, lib. 1.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1.
Et alia multa.

CONRADVS Celtis Protucius, ex Francia Germaniæ oriundus, uir undecunq; doctiss. scripsit tam metro quàm prosa quædam præclara opuscula, quibus memoriam sui posteris commendauit. De quibus mihi pridem legit subiecta. Ad Maximilianum Romanorum regem clarissimum in utranq; M. Tullij Ciceronis rhetoricam T.cl.1494.

a Epitoma. i. Breuiarium, lib. 1.
De laudibus eloquentiæ, lib. 1.
De arte uersificandi, lib. 1.
De condendis epistolis, lib. 1.
b De situ Nurenbergæ. lib. 1.
Qui in concione quip.
Morine æternis cele-
Accepi illustriss. prin.
Epistola seu apostolus est nec.
Cum nuper relaxandi ani.

Peregrinationẽ Sarmaticã, lib. 1. Cui dedit nomen uolu.
Carminum, lib. 4. Vrſe doctorum ſpecimen.
Amorum qui ſecundum 4. latera ger. inſcri. lib. 4. Scribere quæ noſtræ fatalia.
Panegyrin duci Bauariæ, lib. 1. Italicas tentare lyras.
De uita ſancti Sebaldi, car. 1. Regiæ ſtirpis ſoboles.
c Germaniæ ſitum, lib. 1. Germaniam ſcripturus.
Orationes uarias, lib. 1. Epiſtolas multas ad diuerſos elegantiſ

ſimas metro & proſa ædidit, ac diuerſa epigrammata, & in coſmographia, cuius ſcientiſſimus eſt, uaria ſcripſit, quæ poſthac in lucem uentura cõfidimus, uiuit adhuc annos ætatis habẽs quinq; & triginta, ac uaria ſcribit ſub Maximiliano Rom. rege. * a Libellus impreſſus Argentorati in 8. 1534. & Ingolſtadij 1532. cum compendio de ſcribendis epiſtolis, quod & Baſileæ & Tiguri cum alijs eiuſdem argumenti opuſculis excuſum eſt. b c De rebus Germanicis opuſcula impreſſa.

CONRADVS Collin in primam & tertiam partem Thomæ: excuſus Coloniæ, ſi bene memini, apud Quentel.

CONRADVS Clauſerus ciuis meus, uerbi diuini miniſter in agro Tigurino, iuuenis utraq; lingua doctus, Cornuti ſiue Phurnuti commentarium de natura deorum gentilium Latinitate donauit. Impreſſum Baſileæ Græce & Latine in 8. 1543. Transfert etiam cõmentarios quoſdam in epiſtolas Pauli, & alia quædam.

CONRADVS de Geiluſen ſcripſit de ſchiſmate.

CONRADVS Geſnerus Tigurinus, huius Bibliothecæ conſarcinator (anno ætatis ſuæ uiceſimooctauo, & anno ſalutis 1544.) de cuius uſu multiplici, ac uniuerſo hæc elucubrandi conſilio copioſe diſſeritur in præfatione ſtatim: atque inter cætera, quod ne infimæ quidem notæ ſcriptores ſilentio tranſire propoſuerim: nullus enim liber tam malus eſt quin aliquando conducat aliqua ex parte, quod etiam Plinio uiſum eſt. Nec incelebris extat paroemia, quandoq; uel ſtulti uel olitoris oportunum ſermonem fieri. Quis ignorat præſtantiſſimum poëtam ex Ennij ſtercore aurum à ſe legi ſolitum dictitare? Hac ratione nonnihil etiam de meipſo ac meis ſcriptis dicere uolui. Licet enim, ut olim Aeginis aut Megarenſibus oraculũ reſpondit, non tertio uel quarto, non deniq; duodecimo loco, cenſeri merear, aliquis ſaltem ſpero inter ima ſubſellia locus cum tanta plebe ſcriptorũ mihi relinquetur, ne etiam infelix iſta oraculi clauſula, οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ, cum illis mihi communis fiat. Atqui nõ deſtituor exemplis: Hieronymus, Gennadius, Honorius, Sigebertus, & Ioan. Trittenhemius, ſuas ipſi lucubrationes catalogis ſcriptorum, quos eccleſiaſticos uocant, inſeruerunt, ultimo quidem iſti loco, ſic ratione temporum ferente: mihi certe hunc locum literarum ordo neceſſarium deſtinat. Diuus Auguſtinus quoq; de uita ſua & ſcriptis libros Confeſſionum & Retractationum ædidit: & Cl. Galenus opuſculum de libris propriis, et alterum de ordine librorum ſuorum. Sed fortè melius erat tantos authores à me taceri, & prima excuſatione ſimpliciter contentum eſſe: ne quis illorum exempla tantillæ doctrinæ hominem inique prætendere obijceret. Verum ne prolixius mihi immorari uidear, ac ſine uerecundia de meipſo loqui (pudor enim ingenuus orationem contrahit, inuerecundia producit) nihil ulterius præfabor: ne initio quidem id facturus, ſi quoſuis lectorum intellecturos ſperaſſem ipſam interdum taciturnitatem uerecundæ modeſtiæ indicem, præfationis locum occupare. Præceptores igitur puero & adoleſcenti in patria mihi contigere clariſſimi uiri, OSVALDVS MYCONIVS, THEODORVS BIBLIANDER, PETRVS DASYPODIVS, IOANNES IACOBVS AMMIANVS gymnaſij noſtri ſcholarcha, & RODOLPHVS COLLINVS. His doctoribus à primis rudimentis ad mediocrem utriuſq; linguę cognitionem inſtitutus ſum, præcipue ab Ammiano doctiſſimo uiro, qui me trien-

nium

nium integrum eximia liberalitate domi suæ gratuito fouit, & erudiuit familiariter. Deinde post obitũ patris, qui labore assiduo in uita nos aluerat, angusto multis liberis patrimonio relicto, ego aliquandiu aqua inter cutẽ afflictus, mox in pristinam ope diuina restitutus ualetudinem, cum in patria Mecœnates studiorũ mihi deessent, Argentoratum descendi, ubi aliquot menses optimo felicis memoriæ uiro Vuolgango Capitoni non sine fructu in bonis literis inseruiui: inde reuersus in patriam & publico stipendio auctus, cum Ioanne Frisio meo tanquam fratre Galliam ingressus per anni spacium Biturigibus pædagogum egi (stipendiũ enim sumptibus in libera studia faciendis non respondebat) ibi docendo alios ipse plurimum profeciſſe mihi uideor: quippe nullum ferè tempus uacabat, quo non Latinis aut Græcis authoribus legendis astrictus essem. Insequente anno Lutetiam Parisiorum accessi, ut liberius operam literis nauarem, urbis illius & Academiæ celebritate impulsus: sed nescio quomodo partim inopiæ necessariæ, partim negligentiæ uoluntariæ culpa (uix dum enim decimumoctauũ annum attigeram: quæ ætas maxime sui negligens est, si desit consiliarius aut hortator) amœnitates studiorum secutus, ut à puero cõsueueram, philosophiam artesq; seueriores minime colens, uarios authores sine certo fine peruolitabam, Græcos & Latinos, historicos, poëtas, medicos, philologos, quandoq; etiam dialecticos & rhetores, multa interim transiliens paucos libros integre perlegebam, ut sola uicissitudine uarietateq; lectionis ingenium demulcerem, quod plurimis hodie impedimentum accidit quo minus proficiant. Quamobrem ego etiam curiosius hæc de me scribo, ut meo exemplo admoneam quàm noxium sit adolescentes sibi suoq; arbitrio permittere citra Phœnicem aliquem, qui subinde hortetur ac doceat, ut ille suum Achillẽ: μύθων τε ῥητῆρ' ἐμεναι πρηκτῆρα τ' ἔργων. Vehementer illi profecto reprehendendi sunt, qui ut pecuniæ parcant, adolescẽtibus quos excolendi ingenij gratia aliò mittunt, pædagogos non conducunt: quæ noxa maior est, q̃ ut breui sermone dici queat. *Vos autem ô boni iuuenes*, quorum conatibus obstat *res angusta domi*, moneo & adhortor, uiros eruditos sæpe accedite, nihil absq; consilijs eorum agite, profitentes audite, nihil ingenio uestro confidite, lectiones domesticas professoribus nõ anteferte: omnino enim hæc studiorum insignia damna sunt, quæ uestra ætas non dum uidet. Redeo ad me. Ex Gallia reuersus Argentoratũ, reuocabar in patriam, parui, & paulò post intempestiuius uxore ducta in publicæ scholæ angulum detrusus aliquandiu bona diei parte pueros Grammaticæ rudimenta docebam, minimo interim stipendio, unde nisi esuriturum me satis spes nulla affulgeret: itaq; succisiuis horis medicorum libros inspexi, deinde quo potui modo molesta conditione extricatus, Basileam me contuli ut amplius proficerem, idem stipendiũ quo prius fruebar concedentibus ecclesiæ nostræ præfectis: quod tamen illic etiam in rei medicæ studijs liberum me sustinere non potuit, quare coactus Dictionarium Græcolatinum ex Phauorini Camertis Lexico apud Græcos omnium locupletissimo ita auxi, ut nihil in eo extaret, quod non singulari fide ac diligentia adiscerem: quanquam typographus exiguam duntaxat accessionis nostræ partem adiecit, quod me inscio factum est, donec totum ferè opus exiuisset, anno Dñi 1537. An autem typographus uel iudicij tantũ ac eruditionis sibi usurpauerit, ut quædã de industria selegerit: uel in aliud tempus reseruare uoluerit ne uoluminis prætextu locupletati aliàs careret, haud facile dixerim: & ipse haud multo post impressum librum fato concessit. Næ istud mihi plurimum dolet tantum laborem nostrũ tam negligenter tractatum esse. Fuerunt etiam qui postea, uiri ut sibi uidebantur eruditi, multa tanquam superflua Græcas præsertim interpretationes deleuerunt: fortè quia suspicabantur aliquid meum esse, ideoq; non probabant, cum omnia prorsus ex Phauorino Camerte, uel quod idem est ex Hesychio, Suida, & uarijs Græcorum commentarijs adiuncta essent, quod tamen typographus in præfatione Le

ctorem non admonuit, ne quid illis incõmodaturus uideretur, qui Phauorini magnum Lexicon eodem tempore Basileæ excudebant. Sed quoniam & typographus ille, & alij qui plura insuper adimere ausi sunt, diem obiere suum, desinã plura hac de re uerba facere. Iam annus Basileæ mihi abiuerat, & statim obtulit se mihi conditio Græcas literas profitendi Lausannæ ad lacum Lemannum, liberale stipendium largiente magnifico senatu Bernensi. Triennium igitur illic docui, & in familiaribus doctorum piorumq; hominum, PETRI VIRETI, BEATI COMITIS, HIMBERTI professoris Hebraici, IOANNIS RIBITTI, qui mihi superstes, & aliorum amicitijs iucundissime uixi. Sed cum à puero ingenium meum in medicinæ studium propiue ferretur (ab infantia enim educauit me auunculus meus magnus, sacerdos olim Tigurí, ac in re medica præsertim herbaria non imperitus) & semper successiuis horis libenter in medicorum libros diuertissem, & patroni studiorum qui stipendijs Tigurí præsunt me ultro currentem instigassent, uisum est Montempessulanum medicinę nomine celeberrimum adire. Eò cum uenissem relicta Lausanna, nec ullum ex doctioribus medicis reperirem, qui me domi hospitem susciperet (minus enim ex publicis lectionibus quàm domestica consuetudine doctrinæ mihi accessurum sperabam) non diu moratus, nõnihil in anatomicis & stirpium historia peritior factus, Germaniam repetij, & Basileæ insignibus medici donatus in patriam redij, ubi nunc philosophiam, quoad eius possum, adolescentes doceo.

Iam quæ à nobis scripta sunt, breuiter cõmemorabo, hoc de plærisq; præfatus, nihil eorum ferè ita perfectum esse ut res ipsa postulabat, & ut fieri potuisset, si aliquandiu mecum ipse domi scripta mea ruminassem, ac instar ursi lambẽdo inconditos fœtus cõformassem, denicq; in annos aliquot ex Horatij cõsilio repressissem. Hoc autem nunquam mihi licuit, & ne hodie quidem licet propter rei domesticæ angustiam: nam ego & mei similes πρὸς τὰ ἄλφιτα scribere cogimur. Sed cum plurimi hodie abortiant, & ob lucellum à typographis conquirendum immaturos ædant fœtus, nemo tamen suum facinus confitetur: quin plæricq; omnes dissimulant, ne fortè aut sibi minus honorificum, aut minus lucrosum typographis sit, si ad prælum (hoc est ex tempore & pecuniæ gratia) scribere se fateantur. Ego uero neq; gloriam priuatam, neq; chalcographi opes tanti facio, quanti sermonem ingenuum, qualem præcipue illum esse decet, qui publice lecturis omnibus ac de operibus publicandis scribitur. Quorsum ista hæc? ut lectores intelligant non animũ mihi deesse, non fidem aut diligentiã: sed earum rerum quæ ad uitam necessariæ sunt inopiam, nisi hac ope scriptorum ex tempore comparentur, non sinere ut opera mea satis maturescant, atq; ideo ueniam nobis exorandam esse tum in præsenti uolumine tum alijs quæcunq; in lucem coacti dedimus à magnis deabus Inopia & Necessitate. At ne quis ideo nos contemnat, nihil extare asserо de laboribus meis (sic enim illos non immerito appellauerim) cuius me pudeat aut pœniteat, & quod nõ aliorum eodem in genere scripta aliquibus modis excellat. Hoc unice nusquã non studuimus, ut nouo ac plausibili argumẽto utilitatis & eruditionis aliquid copularetur: atq; ut etiam iactantia maiori scripta nostra uindicem à cõtemptu, non multos ueterum libros extare aio, quos non meliores, perfectiores, studiosisq; commodiores effici meo ingenio posse confidam. At illorum libros interpolare ingratì sanè & superbi hominis foret: quæ igitur malum inuidia est, ut uiuentiũ opera imperfecta, non modo uenia plæricq; non dignentur, sed insuper conuitijs proscindant? Sed rapior lõgius extra oleas: tempus est ut libri nostri enumerentur, quorum alios congessi aliunde, alios ex Græcis transtuli, perpauca ipse conscripsi.

Cum Lausannæ adhuc agerem historiam plantarum ordine literarum digessi in enchiridium, ex Dioscoride sumptis descriptionibus, iuxta translationem Ioan. Ruellij, nonnullis etiam ex Theophrasto, Plinio, & recentioribus Græcis, facultatibus

tibus autem ex Paulo Aegineta plærunq; quàm breuissime adscriptis. Non extat alius similis argumenti liber, nostro melior ac breuior, simul & locupletior. In marginibus Græca quoque stirpium uocabula adscripta sunt, & quandoq; Arabica. Præcipuus autem huius enchiridij usus est pro medicinæ candidatis cum inspectionis plantarum gratia rusticantur. Asteriscis ferè signauimus illas plantas, quæ præter Dioscoridem accesserunt: qui tamen sæpe typographorum incuria omissi sunt. Ordo literarum aliquando non seruatus uidetur, ubi maiusculæ literæ non illud uocabulum designant, quod debebant, aut ex Græcæ Latinæq; linguæ diuersis uocabulis uarietas contingit: sed hoc facile animaduertitur à doctis, cæteris index ordinis peccata resarcit. Impressum est opusculũ Basileæ apud Robertum Vuinter in 8. 1541. chartis 19. deinde Venetijs eodẽ anno per Melchiorem Sessam: in 16. id est, minima forma enchiridij. Superiore anno Venetijs Oribasij medici opera Græca, quæ extant, manuscripta inspexi, & inter cætera plantarum quoq; descriptiones eodem ordine, sed ex solo Dioscoride dispositas: nec ullis facultatibus adiectis: quare non dubito quin mea lucubratio longe gratior studiosis futura sit quàm illa Oribasij, si quando in lucem exiuerit.

Eadem ratione de cæteris omnibus medicamentis simplicibus, quæ extra censum stirpium in celebri usu ueteribus medicis fuere, breue enchiridion ex Dioscoride præcipue & alijs quibusdam concinnauimus, quod ædendum non tradidi, mihi enim potissimum id composueram.

Ibidem ex Dioscoride, & Mesuæo præcipue Apparatum ac delectum simplicium medicaminum conscripsi, eum quoq; alphabeti ordine, pharmacopolis maxime utilem librũ. Hinc enim colligent indicia, quibus in suo quodq; genere præstantissimũ medicamen deprehendant, item coquendi, lauandi, urendi, eliciendiq; succos rationem & alia huiusce modi necessaria cognitu. Eodem uolumine habentur Vniuersalia Pauli Aeginetæ præcepta de medicamentorum secundum genera compositione: & eiusdem argumenti omnia quæ in Galeni libris de cõpositione κατὰ γένη præcepta extant, multis superflue dictis, & particularibus plærisq; compositionibus remotis: quę quidem reiecimus, partim ne liber enchiridij molẽ excederet: partim quod multa inutilia, nõ ab ipso Galeno, sed alijs passim doctis atq; indoctis composita uiderentur. Facile autẽ fuerit simplicium materiam ac uniuersalem methodum callenti, particularia ad quoscunq; affectus medicamina constituere. Præterea quia animus erat particularium compositionum insigniores & experimentis laudatas seorsim ædere, quod illic promissum hactenus alijs negotijs occupato præstare non licuit. His quidem de causis generalem solum tanquam epitomen Galeni librorum coniungere in libellum operæpretium tunc temporis iudicabam: paucis duntaxat particularibus additis ex quorũ descriptione reliquorũ etiam apparatũ Seplasiarij conijcerent, & exemplarem aliquã exercitationẽ haberent. Nam è cæteris Galeni libris nullus est æque necessarius lectu cõpositoribus pharmacorũ atq; hi sunt, & illi qui Theriacam mixturam præparant, quorũ optimus est qui inscribitur primus liber de antidotis, quem diligenter iterũ atq; iterum euoluant omnes huius artis studiosos adhortor. Liber excusus Lugduni apud Frellonios fratres, anno 1542. in 8. chartis 18. & dimid. & Venetijs apud fratres de Nicolinis in 16.

Eodem tempore Lausannæ in Galeni libris de compositione medicaminum secundum locos affectos à capite ad calcem idem effeci, quod in superioribus, id est, particularia plærag; remoui: quod opus cum deinde Tiguri prælo committerem, adieci epitomen librorum, quos Actuarius de urinarum differentijs, iudicijs, causis & differentijs conscripsit, ita ut nihil operæpretium ad hanc scientiam omitterem, superflua rescinderem, & sparsa colligerem. Pro appendice item addidi Libellum experimentorum, passim ex Galeni ferè operibus confectum.

Medicaminum ſucciduorum Galeno inſcriptorum tabula Latinitate donata, adiectis etiam Græcis multo caſtigatioribus, & annotationibus in quoſdam locos. Eadem ex libris Dioſcoridis, Galeni, Aëtij & Pauli Aeginetæ paſſim excerpta, & in unum diligenter conſcripta. Libellus excuſus Baſileæ in 8. 1540. chartis 5. & dimid. cum Actuarij opere de compoſitione medicamentorum.

Catalogus plantarum nomina Latine, Græce, Germanice & Gallice è regione proponens, ſecundū ordinē alphabeti Latinis præeuntibus, unà cum uulgaribus pharmacopolarū nomenclaturis, ſupra oēs omniū hactenus de re herbaria libros locupletiſſimus, quod multitudinē uocabulorum attinet in quatuor linguis iam dictis. Continet aūt breuiter non ſolum plæraq; omnia de ſtirpiū appellationibus recte antehac ab aliis ſcripta: ſed permulta prius à nemine literis tradita, & eo tempore primum à nobis obſeruata. Plurimū autē Ioan. Ruellij opus de plantarum hiſtoria me adiuuit, cum in Gallicis tum aliâs, Germanica uocabula quædā ex Leonharti Fuchſij omnium elegantiſſimo herbario didici, plurima uero ex Hieronymi Tragi diligentiſſimi ſanè uiri, Germanico de herbis uolumine: aliquando tamen tum ab iſtis tum à Ruellio libere diſſenſi, & ab illis accepta Gallica Germanicaq; uulgi uocabula aliis quàm ipſi Latinis ac Græcis uocabulis accōmodaui. Adiiciuntur etiam in calce nomenclaturæ ſtirpium ſecundum uarias gentes, Dioſcoridi adſcriptæ, in ordinem literarum digeſtæ. Liber impreſſus Tiguri apud Froſchouerum anno 1542. in 4. chartis 41. & dimid.

Libri quos Tiguri in patria ſcripſi: nam ſuperiores diuerſis quidem locis excuſi, omnes uero Lauſannæ mihi conſcripti ſunt.

Libellus de lacte & operibus lactarijs philologus pariter ac medicus cum epiſtola ad Iacobum Auienum de montium admiratione. Impreſſus Tiguri in 8. 1543 chartis 6. & dimid.

Moralis interpretatio errorum Vlyſſis Homerici, authoris incerti.

Commentatio Porphyrij philoſophi de nympharum antro in decimotertio libro Odyſſeæ Homericæ, multiplici cognitione rerum uariarum inſtructiſſima.

Apologiæ quædam pro Homero & arte poëtica fabularumq; aliquot enarrationes ex commentarijs Procli Lycij Diadochi philoſophi Platonici in libros Platonis de republica: in quibus plurimæ de diis fabulæ, non iuxta grammaticorū uulgus hiſtorice, phyſice, aut ethice tractantur: ſed theologicis aut metaphyſicis rationibus explanantur. Omnia nunc primum è Græco ſermone conuerſa & impreſſa Tiguri 1542. in 8. chartis 12. In Procli apologijs libere uertimus aliâs epitomen aliâs paraphraſin uſurpantes, uitio Græci exemplaris admodū corrupti, ſenſum tamen ubiq; ſaluum reddidimus.

Michaëlis Epheſij ſcholia in Ariſtotelis opuſcula,
De iuuentute & ſenectute, uita & morte.
De longitudine & breuitate uitæ. De diuinatione per ſomnum.
Omnia recens è Græco translata, & impreſſa Baſileæ in 8. chartis 6. & dimid. cum Nicolai Leonici explanatione in primum librum Ariſtotelis de partibus animalium: apud Vueſthemerum.

De ſyllogiſmis compendium authoris incerti è Græco translatum, adiectis caſtigationibus Græci exemplaris: excuſum Baſileæ in 8. chartis 2. & dimid. apud Ioan. Oporinum cum Ioachimi Perionij lucubrationibus quibuſdā in organum Ariſtotelis.

Caſſij, ſiue Geſſij, iatroſophiſtæ problematum medicorum liber Græcus Latinitate donatus, necdum excuſus.

Heraclidis Pontici de allegorijs Homeri liber, & ſermo Dionis de Homero Latini facti, excuſi Baſileæ apud Ioan. Oporinum.

Porphyrij

Porphyrij philosophi quæstiones Homericæ.
Pauli Silentiarij hemiambia de thermis, & alia quædam ex Græcis conuersa, non euulgata: ut neq; castigationes in Græcum contextum aliquot librorum Aristotelis, &c.

Ioannis Stobæi collectanea, siue loci communes 123. ex omni genere authorum ferè 250. congesti, nunc primum in Latinũ sermonẽ traducti, cui Græcus respondet è regione, aliquot mendorum milibus sublatis: supersunt tamen adhuc nõ pauca, quæ calci uoluminis adijcienda me absente in Italia typographorum incuria omisit: sed cum illa, tum ueterũ exemplariũ collationes breui fortassis ædentur separatim. Plura de hoc authore in ordine nominis sui dicentur. Adiecimus eidẽ uolumini tria opuscula Latinis quod sciam antehac non uisa, nempe
Cyri Theodori dialogum de amicitiæ exilio senarijs iambicis.
Opuscula duo Platoni adscripta, unum de iusto, alterum an uirtus doceri possit.
Omnia Græce & Latine excusa è regione Tiguri apud Frosch. cũ duobus indicibus, quorũ alter est rerũ, alter authorũ, quos citat Stobæus. Char. sunt 210. in fol.

M. V. Martialis poëtæ facetissimi epigrammata ad linguæ Latinæ copiam & uarias rerum nomenclaturas utilissima, ab omni uerborum obscœnitate in adolescentium præcipue scholarũq; usum expurgaui, in locos circiter 86. digessi, multa emendaui, uariamq; lectionem notaui.
Adieci etiam dialogos tres, quibus ratio huius instituti redditur, & multa de puerilibus studijs egregie cõmemorantur. Singulorum argumenta hæc sunt. In primo dialogo Demea Syrum pædagogum obiurgat, quod is Aeschinum filium suum, quem ipse Mitioni fratri adoptandum dederat, Martialis epigrãmata doceret. In secundo eandem ob causam in fratrem inuehitur, eumq; ad summi iudicis Rhadamanthi tribunal uocat. In tertio Demea pro tribunali multis rationibus ostendit, cum omne genus obscœne scriptorũ, tum epigrãmata Martialis maxime prorsus è medio tollenda, sic ut nihil eorum reliquum fiat. Mitio contra defendit, & integrum esse reseruandum approbat. Tandem Rhadamanthus primo castrandum poëtam, inde membratim dissecandum, tum partes uitiosas omnino abijciendas esse, sanas uero de integro in unũ corpus à medico articulatim componendas, decernit. Cæterum loci in quos epigrammata digessimus, hi sunt.

1 Spectaculorum liber, in quo nihil ferè mutatum est.
2 Martialis de seipso. De natali suo.
3 Ad Domitianum Cæsarem uaria carmina, præsertim assentatoria.
4 Leges Domitiani. De filio eiusdem.
5 Ad Neruam & Traianum Cæsares.
6 Carmina salutatoria, dedicatoria, & ad libros suos.
7 Ad Lectorem. 8 Carmina ueluti epistolia ad amicos.
9 Petitoria. 10 De donis. 11 De promissis uanis.
12 In auaros. 13 In fures. 14 In fures carminum.
15 Ad inuidos. 16 In iactatores. 17 In supbos & ambitiosos.
18 In prodigos. 19 In gulosos. 20 In potatores.
21 In molles. 22 In uiles & obscuros.
23 In seruilis ingenij hoïes. 24 In impudentem Cynicum.
25 In simulatores. 26 In dolosos. 27 In inconstantes.
28 In loquaces. 29 In maledicos. 30 In delatores.
31 In detractores. 32 In uenefícos. 33 In fortunam.
34 In diuitias & diuites. 35 In pauperes. 36 In seruos.
37 In uictoriam. 38 In lætitiam.
39 Quod uiuendum sit in præsentia.
40 Viuere quid sit. 41 In securitatem & tranquillitatem.

42 In felicitatem. 43 Quæ ſit libertas uera.
44 In fortitudinem. 45 De candore ſuo. 46 In amicos.
47 In amicos fictos. 48 In importunos baſiatores.
49 In uiros bonos. 50 In malos. 51 De puerís.
52 In magnũ & deformem. 53 In ſenes. 54 De uetulis.
55 In mulieres deformes. 56 In fœtidas. 57 Ad matrimoniũ pertinentia.
58 In artes uarias. 59 In ſtatuas & imagines.
60 In uiros doctos. 61 In indoctos. 62 In natales.
63 Epitaphia. 64 In quadrupedes feras.
65 In quadrupedes domeſticas. 66 In aues.
67 In aquatilia ſeu piſces. 68 De formica & ape electro incluſis.
69 In uiperas. 70 In partes animalium quorundam.
71 In animalia exhibita in ſpectaculis & alia quædam eſculenta.
72 De cibis uarijs. 73 De uinis.
74 In frumenta, legumina, & olera.
75 In fructus præſertim edules. 76 De roſis.
77 De platano arbore. 78 In ueſtes.
79 De ptinentib. ad ornatũ. 80 In ſupellectilem & inſtrumenta uaria.
89 In uaſa. 90 Bibliotheca diuerſis authoribus & inſtrumentis ornata.
91 In ludos. 92 Locorum deſcriptiones.
93 Ad cõuiuiũ pertinẽtia. 94 Facetiæ & ioci.
95 Præfationes & epiſtolæ, quæ libris aliquot oratione proſa præponebantur.
96 Adiectæ ſunt etiam circa finem annotationes Iacobi Micylli. Hunc certe laborem poſt translationem Stobæi utiliſſimũ omniũ quæ publicaui obijſſe mihi uideor. Opus excuſum Tiguri, 1544. in 8. chartis 28.

Ambroſij Calepini dictionarium, quod hoc anno 1544. menſe Septembri impreſſum eſt Baſileæ apud Leonhartum Hoſpinianum innumeris locis caſtigauimus, & ex poſtrema æditione Venetijs excuſa ad inſigne Sirenis, quæ ſupra quatuor millia uocabulorum ex probatiſſimis authoribus acceſſiſſe gloriatur, omnia in noſtrum exemplar tranſtulimus: & proſodiæ, id eſt quantitatis ſyllabarum notas nouo labore ſingulis dictiõibus, quæ ordine alphabeti explicant, inſcripſimus. Cæterum nomina propria, ex quibus maxima pars Venetæ acceſſionis conſtabat, ſeorſim à Latinis uocabulis in peculiare alphabetum, partim proprio labore, partim iuuantibus amicis digeſta ſunt, additis omnibus illis quæ in poſtremis dictionarijs poëticis continebantur: nam & Veneti plæraq; ſua ex eiſdem decerpſerunt. Si cui lubet prolixius cognoſcere quantum noſtra æditio cæteras omnes antecellat, is præfationem noſtram dictionario præfixam legat.

In Lexicon Græcolatinum ſuperiore anno Baſileæ excuſum in quarto, de utilitate ac dignitate linguæ Græcæ præfati ſumus.

Hoc tempore totus in præſens opus abſoluẽdum incumbo: quod ſi diuina gratia feliciter ad umbilicum perducatur: breui deinde hiſtoriam integram omne genus animalium cum nomenclaturis uariarum gentium, & figuris ad uiuum depictis, quadrupedum, auium, piſcium, & inſectorum, iuſto uolumine cõprehenſam ſtudioſis cõmunicabimus. Magna quidẽ eius operis pars abſoluta iam eſt lõgi temporis obſeruatione tum noſtra tum amicorũ & doctorũ hoĩm in diuerſis regionib. ac peregrinationibus aliq̃t noſtris: ſtatui aũt, annuente Deo opt. max. non prius in lucem id emittere, antequam ad Oceanum Germanicum profectus plura condiſcã. Quod ſi Mecœnas etiã aliquis benignus cõtingat, cuius auſpicijs res pagatur, perfectior tota hiſtoria efficiet: ſin minus (ut nunc ſunt diuites plæriq; auari ac ſibi tantũ, non bonis ſtudijs uiuunt) non deſinã tamen pro uirili mea tam plauſibile argumẽtum excolere, ac bonas literas quantũ ingenio & elucubrando poſſum, licet ſumptibus

ſumptibus nihil ualeam, ornare atq; augere, quàm diu ſpiritus hos reget artus. Figuras uariorum animalium cum ſuis coloribus depictas innumeras iam congeſſi, quarum bona pars ligneis formis inſculpta iam eſt. Oppiani libros caſtigauimus, & eos qui de uenatione ſunt, traduximus, & eiuſdem carminum de aucupio paraphraſim Græcam ſoluta oratione in Italia nacti ſumus: multaq; inſuper alia paucis ſimis hactenus uiſa, præſertim in Germania. Sed hæc hactenus.

Ex Italia habemus integros Euſebij de præparatione Euangelica libros Græcos, qui Georgio Trapezuntio interprete plærisq; locis mutilati ad Latinos uenerant. Item

Volumina duo Græca communium locorum ex theologis plurimis, et gentilibus etiam aliquot collecta: alterum ab Antonio monacho quodã titulo Meliſſæ, id eſt apiculæ: alterum à Maximo quodã, ſi bene memini, quæ omnia curabimus ut brevi in manus ſtudioſorum perueniant.

CONRADVS Grebelius Tigurinus, iuuenis eraterudítus utraq; língua: obíjt cum adhuc puer eſſem: extat eius præfatio in Pomponiũ Melam Pariſijs excuſum cum commentarijs D. Ioach. Vadiani.

CONRADVS de Halberſtat, natione Theutonicus, ordinis fratrum prædicatorum, T.

Reperi tantum ex eius ſcriptis,

Summam ſtudentium,	lib. 3.	Hoc opuſculum in tres.
De Triuio quoq;	lib. 1.	In tribus beneplacitum.
Lecturam in Iob,	lib. 1.	Vſq; in tempus ſuſti.
Sermones etiam,	lib. 1.	

In plures quoq; Bibliorum libros commentarios ſcripſiſſe dicitur, qui tamẽ ad manus noſtras adhuc minime uenerunt. Hic etiam fertur cõcordantias totius noui & ueteris teſtamenti primus ordinaſſe.

CONRADVS Heingarter Tigurinus, medicinæ doctor, & Caroli VIII. Francorum *regis physicus, ſcripſit* defenſionem aſtronomiæ, quam uidi manu ſcriptam apud D. *Chriſtophorum* Clauſerum noſtrum.

CONRADVS *Heresbachius* Germanus tranſtulit quædam in poſterioribus libris Grammaticæ introductionis *Theodori* Gazæ, quam Baſileæ Curio excudit, anno 1525. item Herodoti Halicarnaſſei librum de genere uitaq; Homeri.

Recognouit autem ad Græca exemplaria, eiuſdem Herodoti hiſtoriarum libros 9. & cum in cæteris libris multa quæ deerant adiecit, tum in primo libro plus minus nouem folia. Opus excuſum Coloniæ, 1526. in fol. Item Strabonis Geographiam à Gregorio Tiſernate & Guarino Veronenſi, ut putatur, conuerſam, denuo recognouit, ac plærisq; locis de integro uertit. Similiter Thucydidis libros de bello Peloponenſium, &c. excuſos Coloniæ, 1527. Lexicon Græcolatinum etiam à Curione olim impreſſum, ut audio, locupletauit.

CONRADVS monachus Hirſaugienſis cœnobij in confinibus Sueuorum, ordinis T. cl. 1140. ſancti Benedicti, natione Theutonicus, Spirenſis diœceſis, ſub nomine Peregrini multa præclara compoſuit opuſcula. De his ad meam notitiã ſubiecta tantum peruenerunt. Opus dialogorum inſigne ſub nomine Peregrini presbyteri, & Theodoræ deo ſacratæ uirginis, quod prænotauit,

Speculum uirginum,	lib. 8.	Collaturo tecum ô theo.
In euangelia per annum,	lib. 1.	Quia in litera ueteris teſt.
De uita ſpũs & fructu mortis,	lib. 1.	Cum omnis diuinæ paginæ.
Matricularius,	lib. 1.	Cum manifeſtum ſit mun.
De laudib. S. Bñdicti metrice,	lib. 1.	Luce uelut ſolem.
Diaſcalon,	lib. 1.	Quia te uideo diu ua.
De muſica & tonis,	lib. 1.	Muſica eſt ſecundum cuiuſdam.

De cæteris nihil uidi.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [407] - 183v
PUBLIC DOMAIN

Fuit alius quidam declamator ordinis prædicatorum qui secundū modernorum consuetudinem sermones ad populum composuit sub nomine Peregrini, nostro multum eloquio inferior, & tempore quoq; posterior. Quicquid autem Conradus iste scripsit Tullianam resonat eloquentiam, quod alter non potuit.

CONRADI Lagi oratio de Platone, excusa Vitebergæ, 1538.

Protestatio contra Egenolphum typographum Francfordanum, impressa Basil. apud Ioan. Oporinum.

T.cl. 1494. CONRADVS Leontorius, uulgariter de Leonberg, natione Theutonicus, monachus cœnobij Mulbronnensis, ordinis Cistercien. trium (ut ferunt) principalium linguarum peritus, scripsit metro & prosa nonnulla opuscula, de quibus extat uo.

Epistolarū ad diuersos, lib. 1. Orationes uariæ. (lumen
Carmina multa. Et quædam alia. * Obijt prope Basileam ad Arctam uallem.

T.cl. 1390. CONRADVS de monte Puellarum, natione Teuthonicus, Ratisponensis ecclesiæ canonicus, scripsit ad dominum Lupoldum episcopum Bambergensem grande & nobile opus, quod prænotauit secundum Græcos

Oeconomicam, lib. 3. Omnes moralis philoso.
Monasticā ad ducē Austriæ, lib. 1. Politicam quoq;, lib. 1.
Quæstiones uarias, lib. 1. Et alia multa.

CONRADVS à Mure primus cantor ecclesiæ Tigurinæ, canonicus, claruit anno Domini 1273. scripsit Fabularium, ubi fabulas poëtarum recenset ordine alphabeti, hominum præcipue & deorum nomina, quæ reperiuntur apud poëtas exponens satis magno uolumine, quod manuscriptum in bibliotheca maioris ecclesiæ Tiguri seruatur. Orthographia neglecta est, & sermo barbarus. Testatur se etiam de naturis animalium carmine scripsisse: & nouum Græcismum emendasse, & alia nonnulla, quæ ut in fine Fabularij scripta reperi, huc apponam.

» Perstringam, inquit, meorum numerum & ordinem libellorum, uersiculis eorun-
» dem supputatis opinabiliter & distincte.

Nouus Græcismus, uersus habet circiter 1060.
Libellus de sacramentis, circiter 4000.
Passio sanctorum martyrum, Felicis, & Regulæ & Exuperantij, circiter 3000.
Libellus de propriis nominibus fluuiorum & montium, circiter 1500.
Cathedrale Romanum, circiter 1130.
Laudes beatæ Virginis, circiter 300.
Clypearium Teuthonicorum, circiter 160.
Catalogus Romanorum Paparum & imperatorum, circiter 1640.
Commendatitia Rodolphi regis Romanorum, circiter 800.

CONRADI Neobarij compendiosa facilisq; artis dialecticæ ratio in puerorum gratiam recens conscripta. Vuendelinus Rihelius excudit Argentorati 1536. in 8. chartis 5. & dimid.

CONRADVS Nesenus scripsit dialogum quendam, cuius mentio fit inter libros Basilienses officinæ Heruagij.

CONRADVS Pellicanus Rubeaquensis, ab anno Domini 1493. Minorita, Pauli Scriptoris in scholastica theologia auditor fuit, eiusq; consilio syncerioris theologiæ priscos doctores, Origenem & Ambrosium, ardentius complecti cœpit. Et cum animaduerteret Hebraicæ linguæ studium theologis necessarium passim negligi, toto pectore statim suoq; Marte, Tubingæ ab anno salutis 1499. in eius disciplinam sese abdidit, & mox anno sequente Grammaticam scripsit, congessitq; Dictionarium in gratiam Gregorij Reischij Carthusiani Friburgensis: adiecit & Methodum proficiendi in ea lingua, quam postea Groningerus typographus Argentorati, unà cum Margarita philosophica publicauit. Reliqua uero non quidem excusa,

excusa, cum id temporis Hebraici characteres nondum extarent, sed amicis aliquot communicata sunt.

Ioannis Amorbachij typographi precibus ut satisfaceret, Basileæ argumenta cõscripsit in capita multorum D. Augustini librorum, anno 1504. quo primum impressi sunt.

Hebraicas uoces D. Hieronymi operibus, ut Capnion Græcas, eodem rogante, adiecit: & Psalterium Hebraicum cum interpretatione Latina, quæ Græcis eorumq; uersioni opponuntur è regione. Eadem cum denuo excuderentur, indice illustrauit: nam is quem Oecolampadius antea disposuerat, mutatis foliis non amplius respondebat.

In opera Cypriani, Tertulliani, aliorumq; multorum Elenchos condidit Basileæ, & iam Tiguri quoq; plurimos.

Trilogiũ scripsit iussu D. Christophori Basilienſis episcopi. De symbolo apostolico, oratione Dominica, & præceptis decalogi.

Ad Minoritas, de charitate, humilitate, & disciplina monastica.

De sobrie sapiendo in disciplinis liberalibus orationes. Horum nihil typis impressum est.

Tandem Tigurum accersitus ad ministerium ecclesiæ & sacræ linguæ professionem, post 24. ueteris Testamenti libros semel per integrum sexenniũ ab Huldrycho Zuinglio præceptore nostro minime pœnitendo explicatos, magnum operæpretium annotationibus adiectis facturum se existimabat. Cœpit igitur colligere tum ex antiquis patribus, quorumcunq; scripta assequi potuit, tum ex neotericis quoq; nullo contempto, tum ex Hebræorum cõmentarijs, quicquid ad intelligendam scripturæ sententiam & catholicam doctrinam in ecclesia, salubrius, certius, simplicius, breuius ac solidius circa singula dicendum uel adducendum iudicabat, omissis interim allegationibus authorũ, quorum libri extant impressi, cum breuitatis ergô, tum alijs de causis. Exhaustus autem hic labor est, ut simpliciores huius temporis theologiæ candidati, post Glossam ordinariam quæ allegorijs utitur, & post Nicolaum Lyranum, haberent quo uterentur ad sanum Bibliorum intellectum, donec forte perfectius aliquid alij in hoc genere conscriberent. Cæterum chalcographo placuit opus in aliquot tomos distingui, quorum Primus complecteretur expositionem quinq; librorum Mosis: chartis 131. 1
Secundus historicos libros, Iosue, Iudicum, Ruth, Samuelis, Regum, Paralipomenon, Esdræ, Neemiæ: chartis 142. 2
Tertius continet prophetas maiores, Isaiam, Ieremiam, & Ezechielem, cui pro ultimis capitibus illustrandis adiecit Expositionẽ publici præceptoris nostri, doctissimi uiri Theodori Bibliandri, ipso quidem inscio. Postea duodecim quoq; prophetarum minorum declarationem ex D. Hieronymo & alijs recentioribus: char. 155. 3
Quartus tomus exponit libros, Iob, Psalmorum, Prouerbiorum, Ecclesiastis & Cantici canticorum: chartis 138. Hæc omnia anno Domini 1531. mense Septembri ab authore absoluta, annis statim sequentibus prælo commissa sunt. 4
His accessit subinde quintus tomus, exorantibus amicis, qui librorum ecclesiasticorum (non, ut uocant, apocryphorum) residuam partem includit: nempe Commentarios in Tobiam, Iudith, Sapientiam, Ecclesiasticum, Esther & Machabæorum libros: chartis 177. 5

Exposito iam ueteri Testamento, & allegationibus concordantiarũ breuitatis causa omissis, quum aliqui eas desiderarent, locos communes Bibliorum construxit, adscriptis integris sententijs istis, quæ in personis, locis, & dogmatibus consentiebant, uel dissentire uidebantur, & Indicẽ appellauit, cui præposuit Summariũ, quo singillatim omnia complectitur, cum locorum indicijs. Eius usum præfatione sua D. Heinrychus Bullingerus perstrinxit. Opus utilissimum theologis, excu

6 ſum in fol. Tiguri, 1537. chartis 213. Tandem cum piè docti ac ſimpliciores fratres cum typographo id exigerent, ſextus quoq; tomus additus eſt, Collectaneorũ in Euangelia Matthæi, Ioannis, Marci, & Lucæ duos libros: ubi cum in Marcum nihil inueniret doctius & breuius ſcriptum quàm Paraphraſes D. Eraſmi Rotero dami, eaſdẽ textui adiunxit: chartis 303. Textus autẽ reliquis etiã libris additur.

7 Poſtremo ſeptimum tomum coactus adiecit, excerptis in omnes epiſtolas annotationibus ex antiquis pariter & neotericis, idq; ſimpliciter ac breuiter, quoad eius fieri potuit, & ſine tumultuoſa diſputatione uaria uel aduerſa ſentientiũ: char. 203. Cæterum in Apocalypſin tunc temporis nihil auſus eſt: quando iam apud nos ædita erat in eam Expoſitio doctiſſimi uiri Sebaſtiani Meyer, doctoris eccleſiæ Berenſis, cui nihil addendum putabat. Verum poſt aliquot demum annos, cum Eraſmi Paraphraſes à Leone Iude noſtro felicis memoriæ pio & erudito uiro Germanice redditas Froſchouerus excuderet, in gratiam ipſius Apocalypſin Germanice expoſuit: quod opus intra duodecimum diem abſolutum reliquo nouo Teſtamento coronidis uice acceſſit. Indicem quoq; in totum illud opus parauit: cuius eximia profecto utilitas exiſtit, non ſolum rudioribus uerbi miniſtris, qui præſunt eccleſijs in Germania: ſed quibuslibet tutam & Chriſtianam doctrinam ex nouo Teſtamento diſcendi cupidis.

Pſalterium olim ad Hebraicam ueritatem tranſtulerat, & breuibus ſcholijs textui inſertis illuſtrauerat: quod opus priuato tantum exercitio conſcriptum, cum ei ſubreptum, ſe inſcio Argentorati publicatum eſſet, ſed minime emendatũ: idem poſtea Tiguri recognitum prælo reddidit anno 1532. in 8. chartis 34. Scholia diſcernuntur à textu, cui inſerta ſunt minuſculis literis.

Porrò cum ad labores bonis pijſq; ſtudijs utiles diuinitus ſe conditum ſibi perſuaſiſſet, poſt tantas etiam operas feliciter abſolutas, impatiens inertis otij tranſtulit in Latinum ſermonem Syriacas Onkeli, Ionathæ, & aliorum Iudæorum interpretationes omnes, præter ea quæ iam prius translata erãt in Opere Franciſci præſtantiſſimi Cardinalis Toletani, quod à loco ubi impreſſum eſt, Complutenſe uocant: & in Opere Auguſtini Iuſtiniani in Pſalmos olim excuſo Genuę: ita ut ex illorum & Pellicani noſtri interpretationibus integrum iam habeamus Bibliorum Chaldaice expoſitorum opus, ſummæ apud Iudæos authoritatis, non item apud noſtros.

Chaldaicas

Tranſtulit præterea ex Hebraicis Rabinorum plurium commentaria, quorum uſus erit ſi qui addiſcere uelint huiuſmodi magiſtralem, ut uocant, & intricatiſſimum ſtilum Iudaicum, ac Iudæorum tam ueras quàm ſtultas expoſitiones in ſacra uolumina cognoſcere. Sic enim grauibus ingeniorum moleſtijs ſtudioſi parcent, & leuabuntur labore, qui cum maximus ad hæc ſuo Marte intelligenda requiratur, non æque magnus tandem fructus ei reſpondet: niſi fortè doctis inſigniter contra Iudæos aliquando diſputaturis, qui de ſtercore gemmas eligere norint.

Commentaria ex Hebraicis integre conuerſa, hæc ſunt.

Expoſitiones Rabi Abraham Aben Ezra in Geneſim.
Rabi Salomonis Iarchi Galli in Geneſim.
Eiuſdem commentaria in duos libros Paralipomenon.
Item in Eſdram & Neemiam.
Rabi Simeonis annotata in Paralipomenon, inſerta Venetijs commentarijs R. Salomonis iam dicti.
Rabi Dauidis Chimhi commentarium integrum in Eſaiam.
Commentarium nobile cuiuſdam Rabini in Prouerbia Salomonis, quod inſcripſit Kabunki.
Rabi Salomonis expoſitio in Cantica canticorum.
R. Moſſe Gerundenſis, quem nominant Ramban in librum Iob: in qua uerſione

uſus

usus est opera neophyti cuiusdam ex Iudæis, non satis feliciter: ut etiam in Talmudicis quibusdam libris numero sedecim.

Commentaria R. Dauidis Chimhi in omnes duodecim prophetas: Item in quinquaginta priores Psalmos, eiusdem.

In Psalmos duodecim expositiones tam Rabi Salomonis Galli, quàm Rabi Abrahæ Aben Ezra: ut his intellectis reliqua facilius assequantur studiosi.

Rabini cuiusdam, qui nominatur Leui ben Gersom, ab alijs autem Magister Leo, excerpta plurima in Danielem & in libros Iosue, Iudicum, & Samuelis.

Grammatica insuper multa transtulit tum Eliæ Leuitæ, tum aliorum quos natius est omnium.

Quæ hactenus enumerauí extant omnia apud ipsum authorem, qui licet ea æditurus non sit, dignis tamen & sacræ linguæ studiosis usum ipsorum ad aliquod tempus non inuidebit.

Expositionem quoq; scripsit Germanicam in bonam Bibliorum partem Germanice impressorum, nempe: In quinq; libros Mosis, In prophetas, quos Iudæi uocant priores & posteriores: partim in usum & gratiam nostræ gentis hominum Biblia, ut par est, legentium: partim propter miseros Iudæos, si modo illi tandem aliquando nostra per Dei gratiam legere dignentur, & tam errorum suorum quàm grauissimi nimiumq; diuturni exilij ex ira Domini aduersus eos, causas & maximas rationes cognoscere uelint, ut à tot ac tantis tum præsentis tum futuri sæculi malis liberentur: Aut si nolint pro more suo, nostri saltem pij & cordati Christiani fratres laici, habeant unde conscientias suas confirment, & Iudæorũ contradicentium subdolas & ementitas rationes solide discutiant, denicq; fidem orthodoxã ex sanctissimis Bibliis defendant. *Germanice quid scripserit.*

Germanicos item reddidit Aristotelis libros Ethicorum, Politicorum, Rhetoricorum, de cœlo & mundo, & alios plures.

Viuit adhuc Dei gratia annum unum de septuaginta agens, maturæ ac solidæ eruditionis, innocens uita, moribus & oratione syncerus et simplex, ut scripta etiã eius liquido testantur, citra ullum fucum aut ostentationem: laboriosus senex, industriæ & assiduitatis in sanctis studijs exemplum iuuentuti, & in promouendis optimis literis, præcipue sacris, præter ætatem suam promptissimus.

CONRADVS Peutingerus Iuris utriusq; doctor scripsit sermones cõuiuales, in quibus multa de mirandis Germaniæ antiquitatibus referuntur. Opusculum excusum Argentinæ, 1506. in 4. chartis 6.

De gentium quarundam emigrationibus epitome, excusa Basileæ charta dimidia apud Heruagium, adiecta Procopio & alijs historicis, 1531.

CONRADVS de Rodenberg, natione Teutonicus, abbas monasterij S. Ioannis Baptistæ Rinaugiẽsis, Moguntinæ diœcesis, ordinis diui Benedicti, scripsit in Mariæ uirginis honorem uolumen, sumpta de singulis membris eius (sub typo botri) materia laudis, cui titulum imposuit T.M.1480.

De uinea domini Sabaoth,	lib. 1.	Fundamenta eius in mon.
Exercitium nouitiorum,	lib. 1.	Videte uocationem ue.
De præparatiõe ante missam,	lib. 1.	Dominus noster Iesus Christus.
De ruina ordinis, orationem,	lib. 1.	Cecidit corona capitis.
De causis ruinæ, orationem,	lib. 1.	Capite nobis uulpecu.
De cura pastorali, orationem,	lib. 1.	Beatus seruus quem inue.

Et uarias coll. in capitulis.

CONRADI Summerhart commentaria in uniuersam physicam, occasione sumpta ex summulis Alberti magni: in quinq; tractatus diuisa: qui respondent Aristotelicis totidẽ libris, de physico auditu, de cœlo, de generatione & corruptione, de meteoris, & de anima. Sermo est barbarus: citantur ab eo Albertus, Bonauentura,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [411] - 185v

Ioan. Scotus, Ioan. Gandauensis, Beda, Augustinus, Damascenus, &c.
Opus excusum Basileæ 1517. in fol. chartis 80.

Conradus Summerhart Caluensis Sueuus, Tubingensis Academię primarius fundator & theologus multa scripsit suo tempore doctis gratissima, obiit anno 1501. in Schutterano cœnobio. Scripta eius typis excusa præter physicā, hæc sunt:
De contractibus magnum uolumen.
In sententias Petri Lumbardi conclusiones.
Oratio ad patres in capitulo Hirsaugiensi ordinis S. Benedicti de 12. abusibus monasticis: excusa Tubingæ 1498. in 4. chartis 5.
Tractatus bipartitus, quod Deus homo fieri uoluerit, quodq; Messias in lege & prophetis promissus, non solū homo sed etiam Deus esse debuerit & debeat, quin quaginta duobus & ultra ueteris Testamenti, & infidelium Hebræorum, simulq; gentilium ex scriptura testimonijs, probatur: adiectis passim rationibus congruentiæ plurimis. Impressus Tubingæ in 4. chartis 20. & publice declamatus anno Domini 1494. & sequente ab ipso authore pridie natiuitatis Christi.

CONRADVS Turst Tigurinus, Cæsareæ maiest. medicus & eques, scripsit opuscula genethliaca mathematicæ obseruationis natiuitatū Francisci Mariæ Sphortiæ Vicecomitis Papiæ, & Cæsaris Sphortiæ filij Ludouici Mariæ: satis eleganti stilo, quæ manuscripta nobis ostēdit D. Christophorus Clauserus noster: & alia quædā.

CONRADI Vecerij Regij Secretarij de seditionibus Sicilię historia: & libellus de rebus gestis Henrici VII. imperatoris. Haganoæ Secerius excudebat cum P. Callimachi Experientis Attila: chartis 11. Libellum de Henrico VII. Heruagius quoq; impressit 1532.

CONRADI Vuengeri Brixiensis de bello inter Sigismundum archistrategum Austriæ & Venetos libellus, impressus Basileæ in 8. apud Rob. Vuinter, 1544. cum Coriolani Cepionis historia.

T. cl. 1470. CONRADVS de Zabernia, natione Teutonicus, scripsit aperto sermone quædam non spernenda opuscula, de quorum numero extant subiecta.

De monochordo,	lib. 1.	Cum ut quidam sapiens.
De modo bene cantandi,	lib. 1.	In fauorem totius cleri.
De fine collectarum,	lib. 1.	Quanquam plæriq; de.
Sermones multi & uarij,	lib. 1.	Et quædam alia.

CONSTANTINVS I. C. uide Tribonianum.

T. CONSTANTINVS monachus Cassinensis cœnobij, ordinis sancti Bñdicti, natione Afer, medicinæ & philosophiæ peritus, Græco, Latino & Arabico eloquio instructus, scripsit in medicinis multa opuscula quæ apud medicos in pretio habentur. Transtulit etiam antiquorum medicorum multa uolumina de Græco & Arabico in Latinum, quæ suis præfationibus & epistolis præsignauit, de cuius opusculis ista uidi.

Dięta uniuersales,	lib. 5.	Quod in primis coegit.
Diætas particulares,	lib. 3.	Compleuimus in li. pri.
De pōderib. medicinalibus,	lib. 1.	Pondera medicinalia.
De urinis quoq;,	lib. 1.	

De cæteris autem uoluminibus eius, quæ multa & scripsit & transtulit, ad manus nostras nullum memini peruenisse. Medicis notiora sunt.

* Constantini Africani medici opera Hen. Petrus excudit Basileæ 1536. in fol. cū indicibus, duobus tomis: prioris chartæ sunt 101. & libri eo cōtinentur subiecti:
De morborum cognitione & curatione libri 7. à capite ad pedes usq;.
Septimus peculiariter febrium curam agit, alexipharmaca & theriaca præscribit: inde medicatur abscessibus, uerrucis, elephantiasi, morpheæ, alijsq; continui solutionibus.

Liber

Liber aureus, ut ipse author inscripsisse fertur, de remediorũ & ægritudinum cognitione: uidetur quasi compendium superiorum septem librorum.

De urinis, lib. 1. Sesquicharta.

De stomachi affectionibus naturalibus & præter naturam, lib. 1. chartis 15.

Verba authoris ex præfatione ad Alfanum Salernitanæ ecclesiæ archipræsulem. Hunc libellum de multis & elegantioribus antiquorum dictis sparsim collectum tuæ causa sanitatis conscripsi, & sub tuo nomine in publicum ædidi. Omnia etenim antiquorum uolumina summa inquisitionis cura perlegi, librum tamẽ stomachi proprium nullo modo inuenire potui.

De uictus ratione uariorum morborum, libellus, charta 1. & quadr.

De melancholia libri 2. chartis 4. & dimid.

De coitu liber, chartis 2. & quadr. quibus prosit aut obsit, quibus medicaminibus & alimentis augeatur impediatúrue.

De animæ & spiritus discrimine liber, ut quidam inscribunt: chart. 2. & quadr.

Epistola de incantationibus, &c. Verba authoris. Quæsisti fili charissime de incantatione, adiuratione, colli suspensione, si quid possent prodesse & an inuenerim in libris Græcorum hoc, qualiter in Indorum est libris inuenire.

De passionibus mulierum & matricis, lib. 1. angustior charta 1.

Liber de chirurgia: & primum de phlebotomia, arteriarum incisione, scarificatione, uentosis, id est, cucurbitulis, ossium restitutione & fractorum consolidatione, deinde de uarijs alijs chirurgiæ operibus: chartis 4. & dimid.

Liber de gradibus simplicium medicamentorum per singula medicamenta, primum enumerans ea quæ primi sunt ordinis cuiuscunq; facultatis, deinde quæ secundi, & sic deinceps. Præfatur autem pauca de gradibus in genere: chartis. 11.

Tomo secundo ibidem impresso continentur libri.

De humana natura. De elephantia. De remedijs ex aĩalib. &c.

Scripsit etiam Viaticum medicinæ, lib. 1. Pantechni.

Aliquot Galeni in Hippocratem libros transtulit, quorum nonnullos uidi. Symphorianus Champerius.

Isaaci Hebraicum librum *de diætis* Latinum fecit. Galeni plærunq; testimonijs utitur: multaq; ex Ioanne Damasceno affert.

CONSTANTINI Armenopuli Nomophylacis & iudicis Thessalonicensis epitome iuris ciuilis, quæ legum Prochiron, & Hexabiblos inscribitur, excusa primum Parisijs apud Vuechelum. In catalogo bibliothecæ cuiusdam Italiæ hos titulos inueni:

Legalis liber ex compilatione Armenopuli. Prochiron legum.

Alius liber eiusdem argumenti de legibus, continens etiam Palatij officia & metropoles.

De iustitia liber, in bibliotheca Medicum. Omnia Græce.

CONSTANTINI dogma basilicum, id est, regium, ab ipso ecclesiæ Romanæ exhibitum. Romæ seruatur Græce.

Responsum & constitutio sancti regis Constantini de Papa Romano: ibidem, ni fallor, nisi fortè idem est opus.

Constantini imperatoris confessio, excusa cum recognitionibus Clementis.

CONSTATINI Cæsaris frequens allegatio legitur in Codice Theodosij, & bis in fragmentis Gregoriani Codicis.

Constantino Cæsari inscribuntur Geoponica Græca, siue libri 20. de re rustica, qui nuper unà cum Aristotelis duob. libris de plantis excusi sunt Basileæ, 1539. in 8. apud Robertum Vuinter, chartis 37. & dimid. sed tres priores chartæ Simonis Grynæi præfationem & singulorum librorum capita continent: & quatuor postremæ, libellos Aristotelis. Idem opus de re rustica Latinum Iano Cornario

interprete, anno 1540. in 8. Basileæ ex officina Frobeniana prodiuit cum indice, chart. 25. De 8. ultimis libris seorsim excusis, uide supra in Andrea de Lacuna.

» Ex epistola nuncupatoria Iani Cornarij. Siue autem ipse Constantinus Cæ-
» sar hos libros congessit, uelut præfatio ἀνώνυμος operi præmissa testatur, siue ille
» ipse qui præfationem scripsit operis author itidem fuit, atq; hoc modo Cæsari nun
» cupare uoluit, mihi sanè iuxta præfationis testimonium, ad ipsum Constantinum
» Cæsarem hi libri referendi uidentur, & propterea exemplar Græcum, quod uni-
» cum habui à doctissimo uiro Matthæo Aurogallo Bohemo mihi suppeditatum,
» cum omni inscriptione careret, ad proprium dominum reduxi ueluti fugitiuum,
» &c. Fuit autem hic Constantinus quartus cognomento Pogonatus Constanti-
» nopolitanus imperator, qui multis splendidis uictorijs terra ac mari potitus, & Sa
» racenis Arabibus deuictis, pacē ubiq; firmauit, & philosophiæ ac rhetorices studia
» (ut præfationis author Græcus testatur) ferè deperdita, aliasq; bonas artes renoua-
» uit, atq; inter cætera, hos de agricultura libros ex Græcis ac Latinis aliquot scri-
» ptoribus collegit ac contraxit, insuperq; Synodum Constantinopolitanam cōgre-
» gauit. Multa sunt autem in his libris, unde apud Latinos rei rusticæ authores,
» ac ipsum adeo Plinium, innumerabiles loci aut omnino luxati reponi possunt, aut
» obscurati intelligi. Sicut ediuerso, multos locos corruptos ac uitiatos in Græco
» exemplari, eorundem authorum ope ipsi Constantino restitui ac redintegrari.

Principium operis de authoribus, unde Geoponica congesta sunt.

» Quæ à ueteribus diuersis, tum de agricultura, tum de plantarum satiuarū cu-
» ra, alijsq; multis utilibus relata sunt, ea in unum collecta in hunc librum digessi.
» Collectus est autem ex scriptis Florentini, Vidanionij, Anatolij, Berytij, Diopha-
» nis, †Leontij, Democriti, Tarentini, & ex Aphricani Paradoxis, & Pamphili, A-
» pulei, Varronis, Zoroastræ, Frontonis, Paxami, Damogerontis, Didymi, Sotio-
» nis, & Quintiliorum, aliâs Quintilianorum. Hos quidem ut plurimum, sed
alibi citat alios quoq; uno aut altero loco, Aratum, Ptolemæum, Philostratū, Dio-
nysium, Casianum, Aristotelem: & mulomedicos, Apsyrtum, Pelagonium, Hiero
clem, & Theomnestum: præterea Frontonem & Xenophontem.

† Aliâs Leontini.

Argumenta in singulos libros.

In primo ea conscribit, quæ ad aëris sereni ac tempestuosi cognitionem perti-
nent, & de ortu & occasu manifestarum ac apparentium stellarum, & de affecti-
bus ex ambiente contingentibus.

2 Quid agris conferat, domus extruitur, aqua inuestigatur: de cerealibus & le-
guminibus.

3 Quæ operæ singulis mensibus conueniant: quomodo præparentur alica, tra-
gus, & ptisana.

4 De cultu uinearum, de insitione, maxime autem de uarijs uuis.

5 De plantatione & cura uitium, quomodo à uarijs iniurijs defendantur tum
tempestatum tum bestiarum: de uindemia, œnanthe, uua passa, & arundinum
plantatione.

6 De torculari, uasis olei, cellis uinarijs, loco & cura doliorum, uuis calcandis,
& uaria de musto.

7 De uinorum differētia & cura, gustatione, transuasatione, & alijs quibusdā.

8 Vina medicata, & alia quædam propomata, & aceti uariæ præparationes.

9 De plantatione & cura olearum, oleo omphacino, & de omni alia diligentia
circa oleum habenda, ac uarijs oleorum compositionibus.

10 De horti structura eiusq; fructu ac uoluptate: quando singulæ arbores plan-
tandæ sint, deq; insitione & infoliatione earum.

11 De arboribus coronarijs & semper uirentibus. De plantatione rosæ, lilij,
uiolæ, & aliorum florum fragrantium.

12 Olerum

12 Olerum diuersorum satio: quæ singulis mensibus plantari ac seri debeant: de hortorum instructione & uarijs olerum effectibus singillatim.

13 De insectis, uenenatis, & alijs bestijs fugandis. Remedia aduersus pulices, cimices, culices, &c.

14 De nutricatu & cura columbarum & auium, tum in aëre, tum in terra degentium.

15 Naturales consensus & amicitiæ, contrarietatesq; & odia animalium & aliarum rerum. De apum cura, structura mellis: ne quē apes aut uespæ pungant: ut fuci tollantur.

16 Diligentia circa equos adhibenda, curatio & nutritio eorundem: itemq; de asinis & camelis.

17 De boum admissione, generatione, educatione, & omnigena curatione.

18 De ouibus eligendis, probandis & ineundis: de partu earum, & omni circa ipsas diligentia.

19 De studio circa canes. De leporibus, ceruis, suibus. De salsura carnium.

20 & Vltimus continet piscium nutritionem, & ex diuersis locis in unum congregationem: & de uenatione ipsorum, & de compositione omnis generis inescationum ad fluuiatiles & marinos pisces.

CONSTANTINI Constantij epistola ad Probum in disputatione Athanasij contra Arrium: & alia ad Alexandrum & Arrium in uita Constantini ab Eusebio scripta, quæ adhuc extat.

CONSTANTINVS Coptius Narniensis scripsit super 2. Decretalium de foro competenti c. fi.

CONSTANTINVS Lascaris Constantinopolitanus Messanæ docuit, & paruum Grammaticæ Græcæ opusculum ædidit.

Libros tres Erotematum huius authoris Aldus Venetijs excudit Græce & Latine in 4. cum uarijs aliorum opusculis Græcis & Latinis è regione. Primo libro docetur,

De quatuor Grammaticæ, & octo orationis partibus.

De formatione uerborum per tempora & modos omnes.

De accentibus & punctis & locis tonorum.

De propositionum constructione.

De figuris. De anomalis uerbis.

De aspiratione & exilitate uocalium & diphthongorum.

Secundus liber uerborum constructionem explicat.

Tertius abunde differit de nomine & uerbo. Postea de pronominibus secundum diuersas linguas, & quomodo poëtæ eis utantur. Hæc Aldus.

Partem de constructione Vuechelus seorsim excudit Parisijs.

CONSTANTINI Porphyrogennetæ Nouellas apud se extare Gregorius Haloander in præfatione super Nouellis Iustiniani testatur.

CONSVLTI Chirij Fortunatiani rhetoricorum libri 3. chartæ sunt 7. excusæ Basileæ, 1526. apud Cratandrum in 8. cum paraphrasi rhetoricæ Hermogenis, &c. & aliâs ibidem in 4. explicantur autem illis libris & alia quædam, & multæ rhetorum figuræ.

Eiusdem dialecticum libellum Robertus Vuinter Basileæ excudit in 8. cum Nicephori & Georgij Vallæ dialecticis opusculis.

COPHONIS cuiusdā tractatus duo excusi cum operibus Ioan. Mesuæi, alter de arte medendi, & seorsim Haganoæ 1532. chartis 5. Verba authoris. In medendis corporibus & maxime purgandis, uarijs sæpe molestamur incommodis: non quia medicina quæ datur sit incongrua, sed quia ab incongruis medicis incongrue est oblata. Ideo ego Copho hoc opus de modo medendi ex Cophonis ore, suisq; & so-

» ciorũ ſcriptis cõpendioſe collegi: quatenus ſi quod ſymptoma potionato ſupuene-
» rit incõgruũ, mihi cæteriſq; in hac arte nõ prouectis cõueniens præſto ſit remediũ.
Alter libellus, circiter 60. uerſus ſolum habet, de anatomia porci: quam docet, quo
niam eius interiora humanis ſimillima eſſe dicit.

Bibl. ex. p. 83. 99. CORINTHVS author Græcus grammatica quædam ſcripſit, unde nonnulla decer-
pta habemus in appendice Lexici Græcolatini, de linguæ Græcæ idiomatis ſeu dia
lectis, Attica, Ionica, Dorica, & Aeolica. Chartæ ſunt 7. & tres quadr. Latina
» etiã expoſitione cõputata. Ex præfatione authoris. En tibi & dialectos in
» manus trado iuuenum mihi omnium ſtudioſiſſime, in quibus & Philoponus Ioan
» nes laborauit & Tryphon grammaticus, & alij multi, quibus multum in libris ſtu
» dium & exercitatio fuit: nondum autem quiſpiam in hunc uſq; diem totum nego-
» tium uniuſcuiuſq; idiomatis notum fecit, &c.

CORIOLANI Cepionis Dalmatæ de Petri Mocenici imperatoris geſtis libri 3. Ba
ſileæ cudit Robertus Vuinter, anno 1544. in 8. cum alijs quibuſdam.

CORNELIANI contra Beronicen uerba, apud Stobæũ in ſermone de imprudentia.

CORNELIVS Romanæ urbis epiſcopus, ad quem octo Cypriani extant epiſtolæ,
ſcripſit epiſtolam ad Flauianum, Antiochenæ eccleſiæ epiſcopum, de Synodo Ro
mana, Italica, Aphricana, & aliã de Nouatiano & de his qui lapſi ſunt: tertiã
de geſtis ſynodi, quartã ad eundẽ Flauianũ ualde prolixam, & Nouatianæ hæ-
reſeos cauſas & anathema continentẽ. Rexit eccleſiã annis duobus ſub Gallo et
Voluſiano, cui ob Chriſtũ martyrio coronato ſucceſſit Lucius. D. Hieronymus.

T. cl. 259. CORNELIVS natione Romanus, poſt Petrum 22. Romæ epiſcopus, ad Cyprianũ
Carthaginenſem epiſcopũ plures ſcripſit epiſtolas, & alias ad alios. Cætera ea-
dem habet cum Hieronymo. Vide eius decreta in uolumine Decretorũ & Sy-
nodorum excuſo Coloniæ in fol.

CORNELII tetraſtichon in quarto libro Florilegij Græci. Idem uidetur etiam Lon-
ginus cognomine dictus, ut infra.

CORNELIVS à Baërſdorp Goſenſis ſcripſit methodum uniuerſæ artis medicæ for-
mulis expreſſam ex Galeni traditionibus, qua ſcopi omnes curantibus neceſſarij
demonſtrantur, in partes quinq; diſſectam. Hubertus Crocus excudebat Bru-
gis, 1538. in folio.

CORNELIVS Crocus Amſterodamus, natione Germanus, tranſtulit aliquid ex
Theodori Gazæ grammatica.

Extat eiuſdẽ Comœdia ſacra, cui titulus Ioſeph, impreſſa Pariſijs à Vuechelo.
Eccleſia, excuſa Coloniæ apud Gymnicum.

Farrago ſordidorum uerborum: chartæ ſunt 3. excuſæ cum paraphraſi ſiue epi
tome D. Eraſmi Rot. in elegantias Vallæ Friburgi, 1531. in 8. Appellat autem ſor-
dida uerba, quæ uel omnino Latina non ſunt, uel inepte & nõ ſuo loco à plærisq;
hactenus uſurpata: & quomodo eadem Latine ac eleganter dici queant oſtendit,
nullum ferè enumerandi ordinem ſecutus.

CORNELII Frontonis de differentijs uocabulorum liber: charta 1. cum quadrante:
excuſa Baſileæ apud Adamũ Petrum, 1537. in 8. cum Q. Rhemnio Palæmone &
alijs aliquot grammaticis. Oſtendit autem hoc libello quomodo uocabulis proprie
utamur, ne ſynonymia decepti ea confundamus: Vt, quid differant ultio & uin-
dicta, præda & rapina, cur & quare, delictum & peccatum, &c. nullo ordine ſer-
uato. Simile argumentum apud Græcos Ammonius tractauit. Raph. Volater
ranus in Geographia ſua mentionem faciens Bobij Italiæ oppidi Cornelij Fronto
nis elegantias Latinas illic inuentas eſſe ſcribit, anno 1494. Videtur autem non
alius liber is eſſe ab iſto iam dicto.

Gellius, cum ab obeundis auditionibus ociũ eſſet nactus, ad hunc Frontonem
ſe conferebat, & animi cauſa, & ut eius puriſſimis ſermonibus bonarumq; doctri-
narum

narum plenis frueretur, ut ipse testatur libro 19. cap. 8.

CORNELIVS Grapheus descripsit senatum Antuerpiæ ciuitatis à Carolo V. institutum. Liber impressus Antuerpiæ in 4. 1541.

CORNELII Longini octostichon in sexto libro Græcorum epigrammatum. De Longino simpliciter dicto uide infra: nescio an idem sit cum hoc. Vide etiam supra Cornelius simpliciter.

CORNELIVS Nepos Ciceronis tempore uir disertus, uitas illustriũ uirorũ scripsit, quarũ tantum Pomponius Atticus extat. Huic Catullus librum suum dedicat, ut planè monstrat epigramma. Raph. Volater. Vita Pomponij Attici ab eo descripta cum Ciceronis operibus excudi solet, angustior sesquicharta.

Cornelio Nepoti, aut Pomponio Attico, falsò adscripta epistola, ad Ciceronem, quæ Francisci Petrarchæ est ad Ciceronis manes: nam & istam & aliam similẽ de eloquentia Ciceronis, Paulus Aemilius inter Petrarchæ lucubrationes inuenit. Impressæ sunt cum operibus Ciceronis post tertium librum epistolarum ad Q. fratrem. Vide supra quædam in C. Suetonio.

Daretis Phrygij historiam de bello Troiano uersibus heroicis Latinam fecit libris 6. chartæ sunt 11. excusæ nuper Basileæ cũ Pindari Thebani epitome Iliados, &c. Ibidem ei attribuitur etiam Periocha sex librorum Daretis sermone soluto, eodem uolumine excusa, chartis 3. & quadr. Ex præfatione Cor. Nepotis ad C. Crisp. Saluſtium. Quum multa Athenis curiosè agerem, inueni historiam Daretis Phrygij ipsius manu scriptam, ut titulus indicat, qui de Græcis & Troianis memoriæ commendauit, quam ego summo amore complexus, continuo transtuli. Cui nihil adijciendum uel diminuendum rei formidandæ causa putaui, alioquin meam esse posset dubitari, &c. Dares Phrygius per id tempus uixit & militauit, quo Græci Troianos oppugnarent. Minime Homero credendum, qui post multos annos natus est: de quo Athenis iudicium fuit, cum pro insano haberetur, qui deos cum hominibus belligerasse descripserit. Singulis sex libris argumenta quinis uersibus præponuntur. Ex præfatione Albani Torini. De authore minus quàm de interprete ambigo. Sunt quæ Britannũ hunc fuisse arguunt: priscis & insolentioribus quandoq; uerbis gaudet, paulóq; audacior uidetur, rarius tamen & ferè semper cum gratia. Idem hunc authorẽ à se erutum & ex mendosissimo exemplari, in quo ariolari plærunq; oportuerat, castigatum & illustratum testatur.

CORNELIVS Scribonius & Petrus Aegidius, eruditissimi uiri, præceptiones quasdam ex ueterum libris collegerunt, ad docendos principes ac magistratus qua ratione respublicæ felicissime gubernari queant. Aliâs, enchiridion principis ac magistratus Christiani, de principum pietate, prudentia, iustitia, clementia, ueritate, munificentia, eruditione, & uoluptatum contemptu. Libellus constat charta dimidia: impressus Coloniæ apud Ceruicornum, 1541. in 8. cum historia Batauica.

CORNELIVS Seuerus author poẽmatis Aetnæ, excusi cum Lusibus in Priapum Virgilio attributis. In Senecæ controuersijs etiam, & à Charisio quædam eius citantur.

CORNELIVS Vitellius Corinthius scripsit annotationes in libellum Nicolai Perotti in præfationem Plinij Secundi ad Titum Vespasianum.

Cor. Vitellij liber in defensionem Plinij & Domitij Chalderini contra Georgium Merulam Alexandrinum, quem plurimos Martialis locos perperam intellexisse ostendit.

De dierum, mensium, annorumq; obseruatione liber. Excusi Parisijs apud Ascensium in folio.

CORNIFICIVS rhetoricorum ad Herennium author. Vide in M. T. Cicerone.

CORNVTVS (prænomine Anneus) Leptites genere (est enim Leptis Africæ ciui-

tas) emicuit Romæ sub Nerone, interfectus demum ab eo unà cum Musonio philosopho. Multa eius scripta tam in philosophia quàm in rhetorica feruntur. Vide plura apud Suidam.

Cornuti breuis enumeratio τῶν ἑλληνικῶν θεωρίαν παραδιδομένων, extat Romæ in Vaticana bibliotheca. Item liber de diis cœlestibus, & Phornuti de diis gentilium: quare uidetur alius esse Cornutus à Phurnuto, etsi quidam confundere soleant: sed nihil certi habeo.

Cornuti siue Phurnuti cõmentarius de natura deorum gentiliũ excusus apud Aldũ Græce cum fabulis Aesopi. Vide in Phornuto: sic enim solum Aldina ædi-tio habet.

CORNVTI antiquissimi Grammatici in Persij Satyras commentarij, impressi Parisijs apud Robertum Stephanum.

Ex Cornuto, Donato, & Aspero grammaticis decerptæ sunt annotationes in Terentium: impressæ Basileæ apud Frob. in fol. cum textu Terentij.

COSMAE Hierosolymitani hymni, & alia quędam opera Græce, seruantur in Italia.

COSMAE Indicopleusi prologus in Psalmos Romæ seruatur Græce.

COSMAE monachi distichon legitur in quarto libro Anthologij Planudis.

COSMVS Paccius Archiepiscopus Florentinus Maximi Tyrij Platonici sermones 41. Latinos fecit: excusi sunt Basil. in fol. 1519. in officina Frobeniana.

COSROES Persarum rex, quanquam barbarus, philosophiam disciplinasq; omnes Græcorum ita tenebat, ut par summis philosophis esset. Nam & Græcorũ libros in Persicam linguam uertendos mandauit. Quapropter Platonis & Aristotelis disciplinam probe didicerat. Hæc Agathias.

COTTAE consulis oratio ad populum cum Salustij operibus excusa.

CRATETIS epistolia 14. Aldus excudit in Græco epistolarũ uolumine diuersorum ueterũ, charta dimid. Epistoliũ 1. ad Hipparchiam uxorem. Ad socios 6. Ad Hermaiscum 1. Ad Diogenem 1. Ad Mnaso mulierem 1. Ad Lysidem 1. Ad Origenem 1. Ad Eumolpum 1. Ad iuuenes 1.

CRATETIS philosophi epigramma in primo Florilegij Planudis.

CRATETIS Cynici, aliàs Posidippi, decastichon in uitæ humanæ miseriam in 1. lib. Anthologij Græcorũ epigrammatũ: & apud Stobęũ in sermone, Quod uita sit bre-uis, &c.

CRATETIS Critici Atticam dialectum aliquoties allegat Athenæus.

CRATETIS Comici fabularum octo testimonijs Athenæus utitur.

Cratetis uersus 3. apud Stobæum in uituperio paupertatis. Eiusdem ex Anti-phane senarij 6. apud eundem de senectute.

CRATINVS I. C. Vide Tribonianum.

CRATINI fabulæ nouendecim passim ab Athenæo citantur: & quinq; CRATINI iunioris.

CREOPHYLVS scripsit de finibus Ephesiorum. Athenæus.

CRESCENTIS à Cirta uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

CRESCENTINVS Metropolita citatur ab Ant. Bonfinio in Hungaricis.

CRIBELLORVM Mediolanensium quidã (nomen habere non potuimus) Orphei Argonautica Latino carmine reddidit. Aldus typographus in præfatione.

CRINAGORAE epigrammata Græca 19. in Anthologio passim leguntur: nouem in 1. lib. quinq; in tertio, tria in quarto, in sexto & septimo singula.

T. CRISOLANVS ecclesiæ Mediolanensis archiepiscopus, Græca & Latina eloquentia insignis, ædidit quædam magnæ authoritatis opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum gloria transmisit, de quibus ad manus nostras nullũ peruenit. Fertur eius de spiritu sancto

Contra Græcos, lib. 1. De sancta Trinitate, lib. 1. Epistolæ

Epistolæ, sermones, & alij diuersi tractatus, qui mihi incogniti sunt.

CRISPI medicamenta ad lichenes in facie apud Galenum, lib. 4. de comp. sec. locos.

Ex CRISPINI libro contra Dionysium uerba leguntur apud Stobæum in laude monarchiæ.

CRITIAE senarij 3. apud Stobæum de adulatione, & 2. in comparatione paupertatis cum diuitijs. Athenæus Lacedæmoniorum rempublicam à CRITIA scriptam allegat bis libro undecimo: & alibi CRITIAE Callæschri Elegias.

CRITONIS, siue Damippi Pythagorici, liber de prudentia & fortuna, ex quo multa adducuntur à Stobæo sermone 1. CRITONIS Opsartytica citantur Athenæo: item CRITONIS comici Philopragmon.

CRITONIS cataplasmata æstiua citantur apud Aëtiũ libro 8. c. 7. remedia ad ephelides, ca. 11. ad papulas menti ca. 15. Eiusdem plurima passim apud Galenum in libris de generali & locali medicaminum compositione ad uerbum descripta leguntur.

CRITOBVLI sermo in passiones Christi, Venetijs in bibliotheca Diegi Hurtadi legati Cæsaris.

CROBYLI Comici fabulas quatuor Athenæus citat.

CROESI epistolium quoddam extat ad Cyrum regem, & Cyri responsum.

CTESIAS scripsit de rebus Persicis, Athenæus libro 14.

Ctesiæ Gnidij fragmenta quædam extare alicubi legi, si bene memini, Stobæus in sermone de morbis, librum ipsius de montibus adducit.

CTESICLIS Chronica semel & iterum Athenæus allegat.

CVMANVS quidam I.C. scripsit quædam in 1. & 2. ff. noui. & inter cætera de exceptio. & interd. Item quædam in 1. & 2. Infortiati. & in 2. Cod. & Consilia, excusa.

CVRTIVS Iunior I.C. scripsit consilia, & de feudis.

CVRTII Senioris extant consilia, & quædam in 2. ff. uetus de iureiurando. l. admonendi: & in primum Cod. de iure calum.

CVRII Lanciloti Passij Ferrariensis Laureati, non uulgaris literaturæ, siue Grammaticæ institutionis libri 8. impressi Argentorati apud Schurerium, 1511. in 4. chartis 52. Aliâs inscribitur, In Grammatica institutione obseruationes non uulgares, curiosis adolescentibus post prima grammatices rudimenta liber secundus.

Ex præfatione authoris ad S.P.Q.Regien. Meæ uero temeritati hoc nõ ibo « « inficias accessisse, quod ausus omnes grammaticæ schedas excutere, inimicis meis « « quod ignorarant ædiderim, &c. Cuius libelli floribus quàm plurimi exceptis « « regularum sibi libellos compegere, tituloq; se authores facere non puduit: hæc fur « « ta deprehendent facile, qui prius à me ædita legerint. Et paulò post. Quæ tra « « ctata ab alijs publicóue iudicio non improbata eruditorum, instar probatissimæ le « « gis intacta reliqui: siue ea prisci, siue ea posteriores neotericiq; dixerint, approbo: « « quæ uero erroribus inuoluta, uel scribentium inscitia, uel qui posteriorum iudicia « « aspernabantur: Et item quæ ab alijs incuria quadam prætermissa sunt, nobis ad « « ueritatem, decoremq; bonarum literarum materiam tituli præbuere. Non uulga« « rem igitur literaturam profitemur. Hanc ex omnibus Grammaticis, quos à Var« « ronis ætate ad nostram usq; memoriam peruenenisse nouimus, flosculis totius ho« « risticæ non uulgaris cõtexuimus, & quasi nouam quandam in arte cyclopædiam « « tentauimus, authoritatibus scriptorum dicta nostra probantibus, sex millibus se« « ptingentis notabilibus, obseruationibus, elegantijs, uocabulis, & hoc genus doctri « « nis, quatuor millibus sexcentis. Impressus est Catholicon, Vgution, Nestor, Pa « « pias, Alexander: impressus est & ipse Paganellus Lamola, fecesq; aliæ Triualiũ. « « An hoc Lanciloti opus inferius, indignius, magisq; uituperio dandum? Præpo « « nitur autem ab initio elenchus capitum in singulos libros. « «

CYTHEBERTVS nomen proprium apud Anglos, aliâs Cudbertus scribitur.

CVTHEBERTI Tonstalli de arte supputandi libri 4. excusi Parisijs apud Robertũ Stephanum, 1529. in 4. chartis 35.

» Ex præfatione authoris ad Thomam Morum. Omnes omniũ scriptores de ea » re libellos, eruditos, ineptos, Latinos, barbaros, quorum callerem linguas perlegi: » & ne sæpius toti libelli, quorum magna pars interdum non placebat, non sine fa- » stidio relegendi essent: si quid in his alicubi, quod gratum esset, occurreret, obiter » annotaui, &c. Nunc ad Pontificatum Londinensem designatus, &c. Ex præ- » fatione ad Lectorem. Visum est operæpretium, quæ nos è multis collegimus » studiosis legenda tradere: Id quo magis faceremus, aliorum obscura scripta, alio- » rum imperfecta, quorundam uero etiam errata nos impulerunt: ut quæ diu mul- » tumq; nos torserunt, uel per nos emendatiora, uel magis facta perspicua, ad poste » rorum uenirent manus. Quid uero præstiterimus, aliorum sit iudicium: certe co- » nati sumus, ut ne quis in posterum, qui modo Latine sciat, ad artem supputandi di » scendam præceptore egeret. Et quoniam in supputationibus sæpe euenit, ut » eadem res expediri multipharia possit: nostri instituti non est omnes omnino » eorum, qui scripserunt, præceptiones enarrare: quod sanè, præterquam quod inu- » tile esset, fastidium afferret legentibus: sed ex multis & uarijs modis eos maxime » monstrare, qui uisi sunt expeditissimi, quiq; nullis inuoluti ambagibus exitum » statim dabunt. Quædam etiam leuicula compendia trademus, hactenus à nemi » ne (quod sciam) scripto prodita.

Primus liber docet supputationem integrorum numerorum, secundus partium, tertius uarias numerorum quæstiones exercitij causa utiles & iucundas explicat: numero 46. primum autem regulam de tribus notis, quartum ignotum commonstrantibus, præscribit. Quartus regulas proportionum paulò altius repetit: deinde earum subijcit additionem, subductionem, multiplicationem, & sectionem: postremo regulas quasdam ad supputationem utiles tradit, quæ sine his ne intelligi quidem queunt. In fine libri adijcitur G. Budæi breuiarium de asse.

CYLLENII Petiani epigrammata duo in primo libro Anthologij.

CYNTHII Ioannis Baptistę Gyraldi Ferrarienſis poëmata, excusa Basileæ apud Robertum Vuinter, 1540. in 8. chartis 16.

Ex præfatione authoris, quam scripsit ad Cœlium Calcagninum, anno 1536.

» Cum sæuis fortunæ fluctibus & aduersariorum meorum inuidia, plus quàm cre- » di possit, inique uexarer, ego (licet nunquam animum desponderim) in otium & » solitudinem me recepi, &c. ubi philosophiæ medicinæq; studia non deserens, qui- » bus à Ioan. Manardo, quem honoris causa nomino, iam pridem initiatus fueram, » ad artem poëticam animum appuli. Et paulò post. Cum igitur his tantũ tem » poris & operæ, quantum opus erat, impendere nequiuerim: mecum statueram, ut » ea in scrinijs meis perpetuò delitescerent. Cæterum ab amicorum plærisq; per- » suasi, ut D. Herculi principi nostro mos gereretur, hæc in lucem ædere constitui- » mus, &c. Deinde Cælij Calcagnini censuræ & castigationi totum opus permit tit. Poëmatia autem hæc sunt.

Epicedium de obitu diui Alfonsi Estensis principis.
Hercules Estensis dux salutatus.
Syluarum liber 1. cum Cælij Calcagnini hymno ad D. Hieronymum.
Epithalamion in Ioan. Sinapij nuptias. Aeglogæ 3.
Elegiarum liber 1. Epigrammatum libri 2.
De corporis humani partibus nonnulla. Epistola super imitatione.
Additur & Cælij Calcag. super eadem commentatio, & Lilij Gregorij Gyraldi epistola.

T.cl.1330. CYNVS Pistorienſis, ex nobili Symbaldorũ familia natus Dini Mugelani clarissimi uiri quondã auditor ædidit multa in iure ciuili opuscula, de quibus ista feruntur:

Super

Super Codice, lib. 9. In prima parte. ff. ueteris, lib. 1.
In secunda parte, lib. 1. Additiones in reliquas, lib. 1.
Et alia plura. * Scripsit consilia, ut testatur Raph. Volaterranus: &
De successionibus.

Cynus ex nobili Sigisbuldorum familia Pistorij natus, audiuit præter alios Dynum Mugellanum, uir ingeniosus fuit, & diligens. Scripsit plene super prima parte Digesti ueteris, usq; ad Titulum, Si ex noxali causa agatur, inclusiue: & in Secunda parte, super Tit. de rebus creditis. anno 1313. die Barnabæ apostoli, absoluit Lecturam suam super Codicem, quam anno præcedenti incœperat. Scripsit autem accurate, & illis tantum qui aliquo modo iam prouecti in hoc legum studio sunt, ut ipse quodam loco significat. De hac Cyni Lectura refert Baldus, aliquando Bartholum sibi dixisse, quod illud quod suum fabricauerit ingenium, fuerit Lectura Cyni. Et quidem maioris ille authoritatis apud plærosq; est ipso præceptore suo Dyno.

Fuit & alius quidam CYNVS Pistoriensis, Decretorum doctor, sed nullo scripto inclaruit.

CYPRIANVS iuris enarrator antiquus. Raph. Volaterranus.

CYPRIANI à Carthagine confessoris & Martyris uerba apud Cyprianū in sententijs episcoporum de hæreticis baptisandis.

CYPRIANVS Vomelius scripsit Oden ad Deum opt. max. pro tranquillando Christiani orbis statu. Item librum Miscellaneorum. Argentorati 1544. in 8.

CYRILLVS Alexandrinæ ecclesiæ episcopus, ædidit uariarum ὑπομνήσεων tractatus: homilias etiam composuit plurimas, quæ ad declamandū à Græciæ episcopis memoriæ commendantur. Præterea libri eius sunt de synagogæ defectu, de fide aduersum hæreticos, & peculiari intentione aduersus Nestorium cōpositus, qui intitulatur ἔλεγχος, in quo omnia Nestorij occulta panduntur, & prodita cōfutantur. D. Hieronymus.

Trittenhemius præterea Cyrilli scripta cōmemorat, De ortu & laude S. Mariæ lib. 1. De cyclo paschali annorum 95. lib. 1. In euangelium commentariorum libri 4. Videtur autem Hieronymus eundem librum facere qui uel de fide uel aduersus Nestorium inscribitur: quod etiam ex titulis & argumētis librorum, quibus iam hoc signum † adijciemus, colligi potest: nisi quis priorem ex illis de fide accipiat, posteriorem peculiariter contra Nestorium: nam Trittenhemius duos facit libros. T. cl. 432.

† Cyrilli episcopi Alexandrini, & synodi quæ conuenit apud Alexandriam epistola ad Nestorium male sentientem de fide & Christo: sunt autem capita XII. quibus ab ipso renunciari oportere scribit: charta 1. & quadr.

† Eiusdem Cyrilli ad Euoptium fratrem & consacerdotem 12. capitulorum, siue anathematum contra Nestorium supra positorum interpretationes & oppositiones aduersus Theodoretum episcopum Cyri: adiecta etiam eorundem capitū reprehensione per Theodoretum: chartæ sunt 14. & dimid. Henri. Petrus excudit Basileæ 1528. in fol. cum uarijs aliorum contra hæreticos scriptis.

Cyrilli patriarchæ Alexandrini in euangeliū Ioānis hypomnema, siue cōmentariorū lib. 12. interierunt aūt quatuor intermedij, pro quibus suā interpretationē Iudocus Clichtoueus addidit Chrysost. & Augustini enarrationes in Ioannē potissimum secutus. Impressum est opus Parisijs Latinitate à Georgio Trapezuntio donatū, in fol. chartis 132. anno 1520. Locupletior autem est Clichtouei enarratio in hac æditione quàm priore. Ex præfatione Clichtouei. Cyrillus hac sua elucidatione ceu strenuus Christi ueritatisq; miles, in Ebionitas, Sabellianos, Arrianos, Eunomianos, Macedonianos & reliquam patris mendacij cateruam, classica concinit, arma mouet, &c. Quatuor intermedij libri nec apud Latinos nec apud Græ

» cos ab iis qui eam quam potuere uigilantiam adhibuerunt, reperti sunt. Nam &
» in illa insigni Romæ pontificia bibliotheca quinquies, ter quidem Latine & bis
» Græce conscripti uisuntur, & ubiq; & eisdem in locis truncati ac mutili.

Commentarij in Leuiticum 16. libris digesti: in quibus uarios sacrificiorum antiquæ legis ritus primum ad allegoricum sensum accommodat, ostendens omnes illos aliquid mysticũ designasse quod in Christo completum est: deinde uero eosdem ad sensum moralem & instituendam hominum uitam congruentissime applicat. Excusi sunt Parisijs, chartis 31. in fol. 1521. cum præfatione I. Clichtoui, qui eos ex insigni & peruetusta Corbeiensi bibliotheca erutos testatur: quis autem in Latinum traduxerit, non inuenio.

» Ex præfatione authoris. Igitur quàm possumus breuissime pauca perstrin-
» gamus ex multis, non quidem singulorum uerborum explanationi studẽtes (hoc
» enim facere, per otium scribentis est) sed quæ ad ædificationem ecclesiæ pertinent
» proferentes: ut occasiones potius intelligentiæ auditoribus demus, quàm exposi-
» tionum latitudinem persequamur. In fine subnectitur index eorũ quæ in hoc opere præcipue animaduertenda sunt, eodem ordine quo folia se subsequuntur.

Præclarum opus quod Thesaurus nuncupatur, quatuordecim libros complectens, & de consubstantialitate filij & spiritus sancti cum Deo patre, contra hæreticos luculenter disserens, Georgio Trapezontio interprete, in quo uersutissimæ continentur ipsorum argutiæ ex sacra scriptura perperam intellecta desumptæ, & ad impugnandam ueritatem fidei excogitatæ, quæ ab ipso Cyrillo sacrarum literarum authoritatibus ac ualidissimis rationibus acerrime impugnantur. Excusum Parisijs 1521. in folio, chartis 43. Duodecim prioribus libris Arianos Eunomianosq; oblatrantes in filium Dei confutat: postremis uero duobus Macedonianos Spiritum sanctum creaturis adnumerantes refellit.

» Porrò in hoc authore tanta est disserendi subtilitas & acrimonia, tantum rationum
» acumen & robur, tam exuberans doctrinæ copia, denicq; tanta cõuincendi aduer-
» sarios fidei energia & efficacia, ut ipse exemplum optimo iure proponatur omni-
» bus, qui de rebus sacris diuinisq; mysterijs disserere debeant, &c. Iud. Clichtoueus. Proponuntur autem statim ab initio argumenta & capita, quibus singuli libri diuiduntur.

Ex præfatione Cyrilli ad Nemessinũ fratrem suum, in cuius gratiam hos libros
» conscripsit. Aequum atq; utile putauimus (ut tu mones) ecclesiæ filijs consule-
» re, & ad singula quæ illi ueritati opponunt, breuiter & dilucide respondere. Va-
» rius enim & multiplex Arianorum Eunomianorumq; error est, & multis modis
» uere se prædicare simulat.

Eadem Cyrilli opera, uidelicet in Ioannem, in Leuiticum, & Thesaurus, excusa sunt Basileæ apud Cratandrum in fol. 1524. chartis 177. cum indice.

» Ex præfatione typographi. Alexandria præter multos alios eruditissimos et
» eloquentissimos episcopos, habuit & hunc nostrum Cyrillum, qui & Arium atq;
» alios, in primis Nestorium & Pelagium propè contriuit, authoritateq; ac scriptu-
» ris expugnauit, Ephesino concilio præsidens. Dignus profecto tanta sede, & pa-
» trum nulli iure secundus censeri, si uel sanctimoniam uel eruditionem, uel pro ec-
» clesia Dei laborẽ eius spectes. Quàm syncerus autem & neruosus, quàm solidus
» & expeditus, ipse nimirum Lector optime iampridem animaduertisti. Scimus
» quidem multo plura illum scripsisse, & extant reliquiæ quorundam dialogorum
» nondum uersorum, præsertim contra Arianos & Macedonianos, insuper & de
» adoratione patris in spiritu, &c. Illi etiam, quorum abbas Spanhemensis meminit, non comparent. Cõmentarij quidem in Leuiticum nuper apud Parisinos
» authorem suum iterum agnoscere cœperunt, quum antea Origenis haberentur:
» quod accidisse opinor quòd Origenicis scateat allegorijs. Verum, qui Cyrillum le-

gere in

gère in dialogis de adoratione in ſpiritu, qui ipſiſſimi ſunt Cyrilli, libenter & hunc « admittunt eſſe Cyrilli. Quamuis autem præter æditionem Pariſinam, ex illius ope « ribus nunc adijcere potuerimus nihil, operam tamen dedimus, ut prius ædita, iam « terſius emendatiusq; quàm antea prodirent. Quin & in maiorem legentium com- « moditatem, indicem quoq; memorabilium ſententiarũ præmiſſum iri curauimus. «

Opus theſaurorum de Trinitate in bibliothecis Italiæ Græcum reperitur.

Sermo de eo, quod Verbum Dei factum ſit homo: impreſſus Baſileę, 1534. in 8.

De exitu animæ & ſecunda eius præſentia opuſculum, excuſum Græce Pariſijs apud Vuechelũ, 1538. in 16. chartis ferè duab. cum horis & liturgia Mariæ, &c.

Liber contra Neſtorium (de quo ſuperius, iuxta hoc ſignum †) Græce extat in Italia: inuenio & alium titulum, Contra Neſtoriæ ſectæ patrocinantes, Græce ibidem: uidetur autem nihil differre: Quemadmodum & Græcum opus, quod in catalogis de Trinitate inſcriptum reperio, non diuerſum à Theſauris eſſe aliquis iudicauerit: quanquam ſubinde adſcriptum inueniatur, eiuſdem Theſaurus.

Cyrilli aliorumq; ſanctorum ſermo ſynopticus de Trinitate & aliis argumẽtis, Græce in Italia. ἀπὸ τ ἱερῶν τῆς μεταμορφώσεως ὕμνων: quo hæc pertineant non uideo.

Commentarij Græci in aliquot prophetas, Eſaiam, Oſee, Danielem: & homiliæ quædam rariſſimæ, ſeruantur in Italia. Commentarius quidem in Oſee Romæ: cæteri Venetijs apud Legatum Cæſareum & Arnoldum Arlenium noſtrum.

Cyrilli archiepiſcopi Alexandriæ liber Græcus, quòd per omnes Moſis libros Chriſti myſterium ænigmatice ſignificetur. In Italia.

Solutiones dogmaticarum quæſtionum, quas quidam ex Theſauris ei obiecerant. Ibidem Græce.

Explicatio orationis prophetæ Abacuc. Ibidem Græce.

De adoratione, & cultu in ſpiritu ueritatis, (uel & ueritate) liber, & quod lex umbra typusq; ſit uitæ in Chriſto Euangelicæ, ad Palladium per dialogum interrogantis & reſpondentis. Græce in Italia.

Orationes ſeptem Græce, ibidem.

Ex interpretatiõe Cyrilli Alexandrini in ſacrũ ſymbolũ homilię quædã Grecæ.

Conſilium de concordia inter Græcos & Latinos, Græce.

Cyrilli Alexandrini epiſcopi ad Succeſſum epiſcopũ Iſauriæ Diocæſarienſem epiſtolæ 2. Vide in Dionyſio Exiguo, & in Beda.

Synodicæ conſtitutiones authoribus Cyrillo, Theodorito, &c. excuſæ Baſileæ apud Robertum Vuinter.

Practica ante tertiam ſynodum à Cyrillo collecta, D. Diegus Hurtadus Cæſaris apud Venetos legatus habet, Græce.

Cyrilli ad D. Auguſtinum de miraculis S. Hieronymi presbyteri poſt mortem celebratis, epiſtola numerò CCVII. inter D. Auguſtini epiſtolas. Habetur etiam cum D. Hieronymi operib. planè indocta, & falsò huic authori inſcripta. D. Eraſ.

Liber inſcriptus τὰ γλαφυρὰ Cyrilli, extat in Italia.

Capita quædam à fratribus S. Cyrillo appoſita, habentur Romæ.

Opuſculum de dictionibus, quæ accentu uariant ſignificatũ, cum Lexico Græcolatino impreſſum, chartis 2. & quadr. Ponuntur autem Græcæ dictiones ordine alphabeti cum differentijs accentuum, & expoſitione Latina.

Vocabularium Græcum à Cyrillo conſcriptum, in Italia ſeruatur.

CYRILLVS Hieroſolymæ epiſcopus, ſæpe pulſus eccleſia & receptus, ad extremũ ſub Theodoſio principe octo annis inconcuſſum epiſcopatum tenuit. Extant eius catecheſes, quas in adoleſcentia compoſuit. D. Hieron. in lib. de ſcript. Eccl.

CYRILLVS presbyter & monachus montis Carmeli, & eiuſdẽ ordinis tertius Prior generalis, natione ut ferunt Græcus, ſcripſit inter cætera ingenij ſui opuſcula, ad T.cl. 1200.

abbatem Ioachim,
Prologus sic incipit,
Oraculum uero sic,
De processu ordinis sui,

De oraculo angelico.
epist. 1. Domui totius diuinæ.
lib. 1. Tempore annorum Christi.
lib. 1. Epistolas plures ad diuersos.

CYRMANOE Caleca liber de theologia: & alia quædam capita quomodo suscipiendasit uita, aut sapientia, aut bonitas Dei, & alia diuersorũ. Romæ extant Græce. De processione spiritus sancti opusculum Græcum, ibidem.

CYRVS genere Alexandrinus, arte medicus & ex philosopho monachus, uir dicendi peritus, scripsit aduersus Nestorem prius eleganter & fortiter: modo autẽ dum in illum nimis inuehitur, & syllogismis magis quàm scripturis agit, Timotheanum dogma fouere cœpit. Denicp ambiguusc̃p etiam sui suspendit animum à cõsensu Chalcedonensis decreti, nec acquiescendum putat filium Dei duabus post incarnationem constare naturis. D. Hieronymus. Trittenhemius addit Aduersus hæreticos librum 1. ab eo scriptum.

CYRI epistolium, uide Croesi.

CYRI cuiusdam historia ecclesiastica Græce seruatur in Italia.

CYRI differentias statuum Aldus excudit Græce, in uolumine 12. rhetorum.

CYRVS Panopolita uersificator uixit sub Theodosio iuniori rege, à quo etiam præfectus prætorij & peditum designatus est: fuit item exconsul & patricius. Eudocia enim regina Theodosij uxor, mire diligebat Cyrũ, cum esset studiosa carminum. Postea uero cum relicto regno Hierosolymis in Oriente ageret, Cyrus per insidias episcopus sacrorũ in Cotyaeo Phrygiæ creatur: peruenit autem usc̃p ad Leonem imperatorem. Suidas.

Cyri exconsulis epigrammata duo, libro 4. Florilegij.

CYRI Theodori Prodromi uetusta & pia epigrammata Græca, excusa Basileæ apud Bebelium, 1536. in 8. chartis 12. cum alijs quibusdam: sunt autem hæc.

Argumenta seu capita utriusc̃p Testamenti tetrastichis iambicis senarijs conscripta, & heroicis tetrastichis, quæ ubic̃p iambicis eiusdem sententiæ subnectuntur: non quidem in omnes libros, sed in Pentateuchum, Iosue, Iudicum, & Regum: Item in 4. Euangelia, & Acta apostolorum. Quantitatem syllabarum, præsertim quod ad tres communes uocales attinet, parum diligenter obseruat.

Tetrasticha iambica & heroica in tres sanctos hierarchas, Gregorium, Basilium, & Chrysostomum.

Elegi quibus alloquitur Paulum apostolum. Símiles ad Gregorium Theologũ. Alij in magnum Basilium. Alij in Chrysostomum. Alij ad Gregorium Nyssenum. Alij in S. Nicolaum.

Exilium amicitiæ senarijs scriptum, cuius hæc summa est: Amicitiæ à mundo marito suo eiectæ hospes obuius statum deplorat: ipsa rem omnem hospiti narrat de iniurijs & ingratitudine mariti, qui se expulsa ancillæ Stultitiæ cõsilio pellicem Inimicitiam duxerit, obiterc̃p sua bona, & Inimicitiæ mala enumerat: tandem hospiti persuasa nubit.

In prouidentiam uersus expostulatorij.

In Bareum, à quo temere nominatus fuerat hæreticus.

In imaginem uitæ. Versus monitorij ad inuidos.

NOMINA ET LVCVBRATIONES AVTHORVM AD litera incipientium.



AMAGETI epigrammata 7. in Florilegio Planudis. Vnum in primo libro: in tertio 5. in quarto 1.

DAMASCIVS Stoicus philosophus Syrus, Simplicij & Elamitæ Phrygum discipulus: claruit Iustiniani tempore: commentarios scripsit in Platonem, et de principijs, & philosophicam historiam. Suidas.

Damascij philosophi Platonici opuscula quæ seruantur in Italia adhuc.

Παρεκβολαὶ in primum Aristotelis librum de cœlo.

Dubitationes & solutiones de primis principijs.

Commentarius in Parmenidem Platonis. Posteriora duo Romæ extant in Vaticana bibliotheca: primum autem Venetijs, ne id quidem impressum: falsus enim est titulus uoluminis quo Alexandri Aphrodisiei quæstiones Venetijs prodiuerunt, qui metaphrasin Damascij in primum librum de cœlo promittit: & epitomen scholicam in quatuor primos & octauũ Physices Aristotelis libros, nescio an Damascij quoq;.

Cæterũ philosophica historia, quã Suidas ab hoc authore scriptam testatur, ea fortasse fuerit, quæ inter notha Galeni opuscula reperitur, cuius authorem alium nemo adhuc ostẽdit. Nam cum in nullius uerba magistri iurasset, atq; idcirco operam daret omnibus, Aristoteli, Platoni, & Stoicis, non præter institutum eius erat ueterum omnium in philosophia sententias ab eo colligi, quod itidem fecit Plutarchus nec ipse ulli sectæ addictus. Inscribitur autem hic liber apud Galenum περὶ φιλοσόφου ἱστορίας. Plutarchus suos quinq; de placitis philosophorum inscripsit. Præterea γαληνοῦ & Δαμασκίου nomina aliquo uetustatis uitio corrupta, permutandi ansam dare potuerunt. Hæc igitur nostra sit coniectura, ex inscriptione saltem certiuscula interim, dum nullum alium similiter inscripti operis authorem inuenerimus.

Damascij distichon in tertio libro Florilegij.

DAMASVS Papa natiõe Hispanus, scripsit uaria opuscula, de q̃bus extant subiecta: T.cl.170.

Gesta summorum pontificũ,	lib. 1.	Beatus Petrus apostolus.
De fide contra hæreticos,	lib. 1.	Quoniam post Nicenum conci.
Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.	Damasus episcopus.
Diuersa carmina.		Et alia.

* Elegans in componendis uersibus ingenium habuit, multaq; & breuia metro ædidit, & prope octogenarius sub Theodosio principe mortuus est. D. Hieronymus. Eadem Suidas, & alia multa ab eo scripta asserens.

Pontificum Romanorum seu temporum eorum historiam scripsere in primis Damasus Pontifex, Anastasius bibliothecarius, &c. atq; horum omnium libri ad nos peruenerunt. Raph. Volaterranus. To.1. Concil.

Damasi nomine epistolium quoddam tomo 2. operum D. Hieronymi legitur, falsò inscriptum, ut testis est D. Eras. Rot. Eiusdem symbolum ibidem extat: & in tertio tomo epistolæ 2. ad D. Hieronymum: cum recognitionibus Clementis etiam sex eius epistolæ excusæ sunt. Vide in opere Decretorum Pontificiorum Coloniæ cuso.

Damasi brocardium, seu brocardorum liber de contrarietatibus.

DAMAGERON aliâs Damegeron Græcus author in Constantini libris de re rustica citatur aliquoties.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [425] - 192v

Ad Damianum à Goes Lusitanum Sabinus Elegiam scripsit, lib. 3. Poem. el. 7. p. 83.

DAMIANI à Goës librum de fide, religione, moribusq; Aethiopum sub imperio presbyteri Ioannis degentium, Vuechelus Parisijs excudit.

DAMIPPVS, uide Crito.

DAMIS Ninus dicta factaq; Apollonij Tyanei conscripsit, unde plæraq; mutuatus est Philostratus.

DAMOCHARIDIS Grammatici epigrammata quædam in Florilegio: nempe, Hexastichon in tertio, Distichon & octostichon in 4.

DAMOCRATEM quendam citatum in Geoponicis Constantini legimus.

DAMOCRATIS uerba citantur aliquoties in Galeni libris de compositione medicamentorum tum iuxta locos, tum iuxta genera, item in secundo de antidotis. Scribitur autem Græce aliâs per alpha, aliâs per ητα, quare uel Damocrates uel Democrates reddi potest.

DAMOCRITVS historicus scripsit de aciebus bellicis lib. 2. & de Iudæis librum, ubi ait Iudæos aureum asini caput adorasse, & septimo quoq; anno peregrinum aliquem minutatim concisum obtulisse. Suidas.

DAMON de Byzantio scripsit. Athenæus.

DAMOXENI Comici Atheniensis fabula, Syntrophi allegatur ab Athenæo libro 3. & ἐκ τῶν πινθῶν lib. 11. Suidas.

DAMOSTRATVS historicus ædidit Halieuticorum libros 20. et de diuinatione per aquam, & alia quædam historica scripsit. Suidas.

DAMOPHILVS philosophus sophista, educatus à Iuliano, consul sub Marco imperatore, permulta scripsit, ex quibus inueni in bibliothecis, Philobiblum primum de libris comparatu dignis. Ad Lollium Maximum de uitis antiquorũ, & alia plurima. Suidas.

DANIELIS prophetæ è tribu Iuda uitam descripsit Epiphanius.

DANIELIS & Susannæ historia apud Hebræos & 70. non habetur: è Theodotionis translatione legitur in ecclesia. Hic solus Danielem prophetam nominat. Hieronymus.

DANIEL Barbarus patritius Venetus, artium doctor, Hermolai pronepos, exquisitas commentationes nuper in quinq; uoces Porphyrij scripsit, excusas Venetijs in officina Aldina, 1542. in 4. chartis 17. & dimid. Earum capita præcipua hæc sunt. Præfatio ad Benedictum Accoltum Cardinalem Rauennæ, ubi de cognitionis nostræ origine, modo, natura & usu differit.

Commentatio secunda, quæ & quot sint partes animæ. 3 De sensu.
4 De imaginatrice ui. 5 De mentis apprehensione.
6 De ijs, quæ à nobis primum cognoscuntur.
7 De diuisione & apparatu scientiarum. 8 De dialectica.
9 De uniuersali. 10 De genere. 11 De specie.
12 De differentia. 13 De proprio. 14 De accidente.
Postremo, de communitatibus uniuersalium, id est, quinq; uocum.

Commentarij in tres libros rhetoricorum Aristotelis ad Theodecten cum textus interpretatione Latina Hermolai Barbari, excusi Venetijs 1544. in 4. chartis 52. & dimid. apud Paulum Gerardum. Mirus orationis huius uiri candor & elegantia Lectorem allíciunt, detinent, atq; deuinciunt.

» Ex epistola nuncupatoria ad Cardinalem Antonium Puccium. Cum igitur
» tanta sit eloquentiæ laus, tam probatus & bonus præceptor, tam optatus à Latinis
» liber, uoluit Hermolaus patruus meus magnus hunc Latinitate donare, in qua
» quidem re, quid ipse præstiterit, aliorum sit iudicium, illud certe nunquam inficias
» ierim, æquum me æstimare, ut non modo rei illius, sed & gloriæ & laudis quantũ
» possum, hæres ipse dicar. Nam commentarios ædidi in eos libros, quos ipse tradi-
» xit, ut eius me præsidio cõmunirem, & meo labore (si quid efficerem) ciues meos,

& reliquos

& reliquos adiuuarem. Si quid ergo profecerim, immortali Deo habebo gratias: si " secus acciderit, ut certe fieri posse metuo, in hoc quæso ne quis diligentiam, non " studium, non uigilias defuisse putet: sed ingenij imbecillitati meæ adscribat, &c. "

Ex literis ipsius, quas nuper ad me dare dignatus est, intellexi alia plura Hermolai opera propediem ipso curante in lucē peruēturā, de quibus infra dicemus.

DANIEL Galetanus Cremonensis scripsit commentarios in Tragœdias Senecæ, liber excusus in folio, Venetijs, 1498.

DANIELIS Vlierdeni Bruxellani epistola, ostendens medicum non corpori solum, uerum etiam animæ suppetias dare. Libellus excusus Basileæ, 1544. in 8. apud Frobenium: chartis 2. & dimid.

DANTES Aligerus natione Italus, patria Florentinus, scripsit & metro & prosa multa præclara uolumina, quibus nomen suum ad posteros transmisit. Pulsus patria omnibus diebus suis exulauit, in Gallia aliquandiu, & postea apud Aragonum regem, & de sua calamitate uaria composuit. De cuius opusculis ista feruntur. T.M.1321.

Comœdiarum, lib. 1. De monarchia mundi, lib. 1.
Epistolæ plures. Et quædam alia.

* Dantes poëta Florentinus, natus anno 1265. amauit in adolescentia Beatricem, cui carmina multa dicauit: maiora deinde secutus studia, opus egregium, quod nunc extat, Latinis planè carminibus inchoauit, cuius initium: Vltima regna canam: quod minime uena succedente ad uernaculum deflexit sermonē, in quo facile princeps emicuit, &c. Scripsit præterea opusculum de Monarchia, ubi eius fuit opinio quod imperium ab ecclesia minime dependeret, cuius rei gratia tanquam hæreticus damnatus est cum aliorum, tum Bartoli iurisperiti sententia. Raph. Volaterranus in anthropologia libro 21. de his qui reliquis artibus claruerunt, ubi plura de ipsius fortuna dicuntur.

Dantis disputatio de aqua & terra, quæ Mantuæ olim inchoata, Veronæ decisa est. Libellus excusus Venetijs, 1508. in 4. chartis 3.

DAPHNVS Ephesius medicus, eximius arte, & uitę sanctę, Academicæ philosophię peritus, unus è diphnosophistis, quorum colloquia Athenæus describit.

DARES Phrygius historicus scripsit bellum Troianum Græce, in quo ipse militauit, ut ait Isidorus, primus ferè historicorum: qui tandem capto Ilio cum Antenoris factione remansit, ut scribit Cor. Nepos, qui opus eius in sex libros è Græco conuertit, dicauitq; Crispo Salustio. Raph. Volaterranus. Vide supra in Cornelio Nepote.

DARII regis filij Hystaspis epistolium extat apud Laërtium libro 9. quo accersit Heracletum Ephesium ad se, propter explicationem libri de Natura obscure scripti.

DARIVS Tiberius poëta & eques Cæsenas scripsit epitomen uitarum Plutarchi, quam nuper ab innumeris librariorum mendis per Ioannem Oporinum repurgatam, Rober. Vuinter excudit Basileæ in 4. chartis 48. Prius autem excusa erat Ferrariæ 1501. in 4. Author huius epitomes postquam in præfatione summam ex Plutarchi uitarum opere utilitatem ad bonas literas manare ostendit, hæc uerba subdit: Verum enimuero, quia non nisi longiore lucerna & plurima epota " fuligine deprehendi possunt, quæ circumspectissimus scriptor Plutarchus tanta " elegantia & dicendi copia & decore, latissime conscripta reliquit: propterea non- " nulli, quibus negociorum moles lectitandi ocium aufert, & prolixiore non oble- " ctantur historia, breuitatis iucunditate allecti, quæ cognitione & memoria digna " sunt, paucis intercipere posse discupiunt. Efflagitarunt itaq; à me quotidiano qua- " si conuitio, ut pro uirili nostra conarer illud opus tantorum dierum breuiore quo " possem compendio perstringere, ne iugi lectione & prolixitatis nausea affecti ex- " cellentium uirorum cognitionem amittant, laudabilius conducibiliusq; esse asse- "

„ rentes ex elegantioribus dictis pauca memoria tenere, quàm multa legisse, & om-
„ nia obliuionis inuolucro contegere. Ego autem ne amicis inexorabilis præter fas
„ esse uiderer, quando pro honesta eorum petitione contendendum non esse puta-
„ uerim, potius ingenij mei tarditatem criticorum iudicio censendã decreui, quàm
„ officij immemorem me ostenderem. Hæc scripsit author, anno 1492.

DAVID proprium nomen Hebraicum, scribitur apud Græcos, Δαβὶδ uel Δαυίδης.

DAVIDIS regis & prophetæ hymni siue psalmi extant in uetere testamento, additis aliorum quoque sanctorum canticis, quorum nomina tituli indicant. Cæterum AbenEzra author est dubium esse de quibusdam psalmis, quibus Dauidis nomẽ præfigitur, utrum Dauid eos conscripserit, & cantori instrumentis musicis psallendos, uocéue cantandos tradiderit: aut ipse cantor spiritus sancti afflatu de rege Dauide composuerit. De psalmis quoq; anepigraphis, qui titulo carent, Hebræi dissentiunt. Sunt enim qui putant omnes psalmos à Dauide cõscriptos, etiam qui aliorum inscribuntur nominibus. Et Dauid Kimhi: Dauid (inquit) conscripsit librum suum per manus decem seniorum, quorum nomina sunt, Adam, Malkizædek, Abraham, Asaph, Heman, Ieduthun, Moses, & tres filij Corah, nempe Aser, Elkana, & Abiæseph. Hi (inquit) uiri suos ædiderunt Psalmos, & sunt à Dauid relati in librum Psalmorum. Verum hi errare deprehenduntur, quando psalmum, Dixit Dominus Domino meo, ipsi Malkizædek adscribendum contendunt, Christo in Euangelio refragante. Quod autem quidã ex nostris aiunt, psalmos ab Ezra scriba in unum collectos librum, atq; in hunc redactos ordinem, nihil de hac re inuenio apud Hebræorum scriptores. Hoc duntaxat illi dicunt librum hunc uaria continere genera psalmorum: quidam enim sunt epinicia & triumphi, quidã concentus, quidam cantica, quidam laudes, quidam contemplationes, hymni, orationes, benedictiones, confessiones uel gratiarumactiones. Hæc ex commentarijs Sebastiani Munsteri.

DAVID, uide Nicetæ.

DAVIDIS cuiusdam extant commentaria Græca super Aristotelis prædicamenta, & quinq; uoces Porphyrij, Venetijs in bibliotheca SS. Io. & Pauli.

Quæstiones eius in philosophia habet D. Hurtadus à Mendozza Cæsareus Legatus Venetijs, & superiora quoq; opuscula.

DAVID de Dinanto, citatur in summa Alberti Magni.

T. el non longe post S. Francisc.

DAVID ordinis, ut ferunt, minorum, natione Teutonicus, scripsit quædam aperto sermone opuscula, de quibus extant subiecta: Ad nouitios,
De cõpositiõe hoïs exterioris, lib. 1. Profectus religiosi. 7.
De cõpositiõe hoïs interioris, lib. 1. Collationes meas quas.
Sermones de tempore, lib. 1. Sermones de sanctis, lib. 1. Et quædã alia.

Rabi DAVID Kimhi, ut ex Rabinis, id est, Hebræorum interpretibus in uetus Testamentum nouissimus est, ni fallor, præter Rabi Leui ben Gerson, sic etiam doctissimus, minime superstitiosus, & Christianorum lectioni aptissimus iudicatur. Extant autem hæc eius scripta,

Michlol, id est, Summæ partes duæ: altera grãmaticas regulas complectitur, altera dictionarium Thalmudicum. Opus impressum Venetijs in fol. Hinc Io. Reuchlinus pleraq; in suum dictionarium transtulit: & Santes Pagninus suis institutionibus & linguæ sanctæ thesauro, quicquid operæpretium hic Iudæus isto opere habebat, adiecisse uidetur.

Commentarij in libros Iosue, Iudicum, Samuelis, historiam Regum: In prophetas, Isaiam, Ieremiam, Ezechielem: & in duodecim minores prophetas. In Psalterium. Omnia Venetijs excusa sunt.

Commentarij in 12. prophetas seorsim à Roberto Stephano impressi Parisijs, à Fr. Vatable emendati, & adnotatione locorũ scripturę passim citatæ illustrati, 1539. in 4.

Commen-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [428] - 194r

Commentarij in Amos prophetam seorsim excusi Hebraice cum epistola Eliæ Leuitæ ad Munsterum, Basileæ apud Hen. Petrum, 1531. in 8.

Commentarij in Ioël & Malachiam. Item medicina spiritualis, seperatim impressa Basileæ, 1530. in 8. apud eundem, chartis 8.

Commentarij Hebraici in Psalterium, impressi Isnæ apud Paulum Fagium, 1543. in fol. chartis 54.

Commentarij in decem primos Psalmos Hebraice & Latine è regione per Paulum Fagium, ibidem excusi in fol. 1544.

DECIVS Ausonius (describimus hæc ex Petro Crinito) genere Gallus, patria Burdígalensis, (aut etiam, si uere scribit Ioan. Trittenhemius, episcopus Burdígalensis) uixit imperantibus Valentino & Valentiniano Augustis, quibus magnopere acceptus traditur ob ingenium atq; excellentem doctrinam. Patrem habuit Ausonium medicum, multisq; ac uarijs honoribus illustratum. Quidam imperitissime faciunt, qui ad hunc poëtam ea referunt, quæ ad patrem Ausonij pertinent. Cæsar Valentinianus Ausonium precipue delegit, qui Gratianũ filium instrueret, eiusq; ingenium Latinis literis & honestis disciplinis erudiret. Quocirca maximam nobilitatem adeptus est, adeo ut paulò mox patrocinio Cæs. Gratiani prouectus fuerit ad consularem dignitatem. Permulta composuit & prosa oratione & carmine. Librum Epigrammatum magna ex parte à Græcis poëtis acceptum, in Latinos numeros conuertit, mira elegantia pariq; ingenio. Fuit enim Græce ac Latine peritissimus. Item de ijs urbibus scripsit, quæ nobiliores atq; clariores habentur, uario & multiplici genere carminũ, ex quo poëmate quædam ueluti fragmenta adhuc leguntur. Puellam nomine Bissulam multis carminibus celebrauit. De fluuio Mosa (qui Lingonum fines pergrediens in Rhenum influit) in quo maximam laudem (ut est author Symmachus) iure optimo sibi uindicauit. Siquidem incredibili elegantia utitur in eo describendo. Fastorum præterea libros absoluit, opus magni laboris ac multarum uigiliarum: à principio enim urbis conditæ auspicatus est continuato ordine, usq; ad suum consulatum, ut ipse alicubi testatur. Inter amicos præcipue habuit Tetradium Gallum, Paulinum poëtam, & Hesperium: quorum studium atq; beneuolentiam pluribus ac uarijs epistolis testatur. Symmachus autem uir consularis & apprime doctus, tantũ poëtæ Ausonio detulit, ut assertum ab eo sit, neminem esse omnium mortalium, quem in officio amicitiæ illi compararet. Extant adhuc epistolæ ipsius Symmachi, uelut optimi testes tam mutuæ, quàm singularis inter se necessitudinis. Neque dubium est eundem Ausonium inter Christianos relatũ, quod illius opera multis locis demonstrant. De obitu ipsius nihil certi habetur ex ueterum lectione: & si quidam tradunt nonagenarium periisse, in quo magno errore decipiuntur, cum id ad parentem Ausonij pertineat. Hæc ferè Crinitus ex ipsius Ausonij & Symmachi scriptis collegit.

T. cl. 410.

De scriptis Ausonij.

Decij Ausonij opera Aldus primum Venetijs excudit: deinde Curio Basileæ, 1523. in 8. chartis 17.

Epigrammata 113. uarij & iucundi argumenti.

Idyllia aliquot, uidelicet: In Dominicam resurrectionem, hexametris.

Precatio matutina ad omnipotentem Deum, hexametris.

Epicedion in patrem, de uita eius, elegis.

Protrepticon ad nepotem de studio pueríli, hexametris: præposita soluti sermonis epistola ad Hesperium filium.

Genethliacon ad Ausonium nepotem.

Ecloga, in qua Heroides amatrices Cupidinem cruci affigunt, præposito epistolio soluto ad Gregorium filium.

Ad Paulum uaria carmina de Bissula puella Germanica alumna sua.

Symmachi epiſtola ad Auſoniũ de Moſella eius poëmate: ubi inter cętera ſcribit: Ita Dñs probabilem me præſtet, ut ego hoc tuũ carmen libris Maronis adiungo.

Moſella poëmation, hexametris, quo eius fluuij, & piſcium ipſius hiſtoriam elegãter complectitur: charta 1. & quadr.

Auſonij Roſæ, quas perperam Maroni adſcriptas Hieronymus Alexander ex fide uetuſti codicis authori adſeruit. Ecloga de uita humana, ex Græco.

Epiſtola ad Symmachũ, cui dedicat Gryphũ ternarij numeri, ſtatim ſequentẽ. Technopegnion uerſuũ, qui monoſyllabas dictiones in principio & fine habent. Aliud habentium in fine ſolum monoſyllabas, & principium liberũ: deſcribuntur autem his monoſyllabis partim uaria & inconnexa, id eſt, diuerſi generis quędam, partim membra hominum, nomina deorum, cibi noſtri, hiſtoriæ, fabulæ quædam, cõmoditates ueris, poſtremo reſponſiunculæ monoſyllabæ ad interrogantem.

Epithalamium ſeu cento nuptialis ex Vergilianis uerſibus conſutus, in aliquot argumenta diuiſus, hexametris: cum præfatione ad Paulinum, ubi rara quædam de centone, & oſtomachia. Poteſt aũt totum epithalamium honeſte legi, præter ultimam partem qua Imminutio nimis quàm laſciue deſcribitur.

Epiſtolæ uarijs carminibus ſcriptæ, & quædã ſoluto ſermone, 6 ad Paulũ, 1 ad Vrſulũ grãmaticum, 8 ad Paulinum, 1 ad Tetradium, 2 ad Probum præfectum, 3 ad Theonem, 1 ad Symmachum, Ad Gregorium è libro quem de faſtis compoſuerat. Ad Proculum de eodem. Ad amicum, ut quàm primum ad ſe ueniat. In notarium ſcribendo uelociſſimum. His inſeruntur Paulinę epiſtolæ 4. ad Auſonium. Symmachi ad Auſonium epiſtolæ 2. Sulpitiæ carmen de ſtatu reipub. Iuuenci carmen, perperam hactenus Auſonio à quibuſdam adſcriptum.

Tituli reliquorum quorundam.

Auſonij medici & poëtæ ad Gratianum imperatorẽ diſcipulum Gratiarũ actio pro conſulatu, ſoluto ſermone, char. 1. et tertia parte. Medici titulus nuſq; alibi additur, quod ſciam: patrem ſanè ipſius, medicũ fuiſſe conſtat, ſed Latina lingua minime promptũ, ut ipſe in eius uita teſtatur, Græce uero doctum. Proinde uix probabile eſt aliquid ab eo Latine ſcriptum, quanquam Crinitus ſuſpicetur quædam filio attribui, quæ patris ſint.

De ludo ſeptem ſapientum ad Drepanium Pacatum proconſulem, in quo ſinguli prodeuntes in ſcenam celebres ſententias ſuas ſenarijs proponunt.

Catalogus urbium nobilium, hexametris: Romæ, Conſtantinopolis, Carthaginis, Antiochiæ, Alexandriæ, Treuerorum, Mediolani, Capuæ, Aquileiæ, Viennæ Galliæ, Emeritæ & Taraconis, Athenarum, Catinæ & Syracuſarum, Tholoſæ, Narbonis, & Burdigalæ.

Sententiæ ſeptem ſapientum ſeptenis uerſibus explicatæ.

De ſeptem ſapientibus ex Græco epigramma, ſingulorum patriam & dicta ſingulis monoſtichis expediens.

De XII. Cæſarib. per Suetoniũ ſcriptis, eorũ ordine, imperij tẽpore & mortib.

Tetraſticha elegiaca de Cæſaribus à Iulio, uſq; ad tempora ſua: deſunt autẽ qui Heliogabalum ſequuntur.

De menſibus & 4. anni temporibus hexaſtichon, hexametris.

De nominibus aſtrorum dodecaſtichon.

Præfatio in Homerum. Initia ſingulorum librorum utriuſq; poëmatis Homeri, heroico uerſu: & argumenta ſoluta.

DECII Bruti ad M. Brutum & C. Caſſium epiſtola legitur libro 11. familiarium Ciceronis: & duodecim aliæ ad Ciceronem, ibidem.

DECII iuriſperiti duo fuerunt, ac de Philippo quidẽ Decio ſuo loco dicetur: alterius prænomen in præſentia nõ teneo. Alter ſcripſit de iuſtitia & iure l. ut uim. Vterq; in 2. Cod. & 2. ff. ueteris.

DEMA.

DEMACHI Indica citat Athenæus.

DEMADIS rhetoris aliquid excudit Aldus Venetijs, in uolumine 12. rhetorum. Tribus in locis, quod sciam, à Stobæo citatur. Duos aut tres huius nominis uiros Suidas recenset. Et Raph. Volaterranus ex Plutarcho Demadis historiam refert. Cicero alicubi Demadem rhetorem nihil omnino scripsisse testatur.

DEMARATI fragmenta ex secundo Arcadicorum & tertio Tragodumeni. Vide apud Stobæum in sermone de patria.

Demarati tres uersus in primo libro Florilegij.

DEMETRII regis epistola ad Ioanatham sacerdotem & gentem Iudæorum, legitur apud Iosephum lib. 13. cap. 3. antiquitatum Iudaicarum.

DEMETRII uerba ad fortitudinem instigantia lege apud Stobæum in sermone de timiditate.

DEMETRIVS quidam, author secundæ & duodecimæ epistolæ apud Cyprianum lib. 1. cum aliquot alijs coëpiscopis.

DEMETRII & Persei fratrũ orationes apud Philippũ, Vuechelus excudit Parisijs.

DEMETRII Aleptunini uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

DEMETRII Bithyni duo distticha in 4. libro Florilegij.

DEMETRIVS Byzantius scripsit de poëmatis, q̃d opus aliquoties allegat Athenæo.

DEMETRII Chalcondylæ Grammaticæ Græcæ institutiones, excusæ Parisijs, 1525. in quarto. Huic Graecae literarum ratio ab interitu gloriose vindicata, quod nunc vigeant, debent plurimum. Meursius Hellen. Attam. cap. 7. Jo. Pier. Valerian. lib. 2. de Literat. infelic. p. 112. sqq.

DEMETRII Comici Siciliam Athenæus citat.

DEMETRIVS Cydonius Thessaloniceñ. uir doctus æque ac sanctus, Græca Latinaq; facundia præditus, patria decedens Mediolanum uenit, ubi literis Latinis pariter & theologiæ operam dedit. Thomæ Aquinatis libros in Græcum uertit sermonem, qui hodie in bibliotheca Vaticana cernuntur. Scripsit & contra Eunomium de diuinitate filij, postremo reuertens in Creta substitit, ubi erogatis in pauperes bonis, in quodam ibi cœnobio perfancte, citra tamen professionem uixit pariterq; defunctus est, annis ab hinc ferè ducentis. Raph. Volaterranus.

In catalogis bibliothecarum quæ Romæ sunt, Venetijs, & Florentiæ, Demetrium Cydonium uel Cydonã scripsisse inuenio de processione spiritus sancti cum aliâs, tum contra Cabasilã uel contra elenchos Cabasilæ pro S. Thoma, aduersus quem ille scripserat antea.

Richardi monachi prædicatorij ordinis librum contra Mahumeticam sectam ex Latino Græcum fecit.

Diui Augustini quædam similiter transtulit.

Librum contra Palamân quendam ædidit. Sermones in Pentecosten.

Item epistolas & dialogos: quæ omnia Græce in Italia, Romæ præsertim, adhuc extant.

DEMETRII Ixionis etymologumena & de Alexandrinorum dialecto libros Athenæus citat. Demetrius cognomento Ixion Adramyttenus docuit Pergami, discipulus Aristarchi, scripsit in grammatica quædam à Suida cõmemorata. Hunc ego Demetrium putauerim esse, quem Strabo genere Scepsium dicit, & eiusdem Aristarchi tempore, enarrationemq; in Homerũ, ut etiam dicit Suidas, scripsisse. Raph. Volaterranus.

DEMETRII Magnetis homonyma citantur ab Athenæo.

DEMETRIVS Phanostrati filius Phalereus, à Phalero Atticæ portu, philosophus Peripateticus, Theophrasti auditor, multa conscripsit. De eius uita, fortuna & obitu uide plura apud Suidam, & Raph. Volaterranum.

Demetrij Phalerei liber de interpretatione Græce impressus ab Aldo, in uolumine duodecim rhetorum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [431] - 195v
PUBLIC DOMAIN

Præcepta de membris & incisis. De Periodis, eiusq; partibus. De componendis epistolis. De characteribus dicendi. Opuscula excusa Basileæ apud Robertum Vuinter in 4. M. Antonio Antimacho interprete, sesquicharta, cum Gemistho Plethone, &c. Promittit autem in præfatione Latinus interpres se propediem Phalereum (authorem planè in dicendo Ciceronis sententia politissimum) de Interpretatione, seu de Elocutione exhibiturũ integrum Latine legendũ.

Septem sapientium dicta collegit, quæ extant apud Stobæum in sermone de Temperantia.

DEMETRII Triclinij inuentum astronomicum Græce D. Diegus Hurtadus Cæsaris apud Venetos legatus habet. Quædam etiam huius authoris de metris, ac de signis communis syllabæ Græcè impressa sunt cum cõmentarijs in Aristophanis comœdias, in principio libri.

DEMETRII Scepsij πρωικὸς διάκοσμος aliquoties allegatur ab Athenæo. Vide Demetrius Ixion.

DEMOCHARES Rhetor pro Sophocle, & historię Democharis citantur Athenæo.

DEMOCRATES, uide Damocrates.

DEMOCRATIS sententiæ Græcæ seruantur in Italia.

DEMOCRATIS & DEMOCRITI sententiæ aliquot passim à Stobæo referuntur: & aliquando propter affinitatem literarum confunduntur hæc nomina.

DEMOCRITI Abderitæ, (de quo plura Laërtius) epistolium ad Hippocratem, extat cum epistolis Hippocratis: quas Aldus cum reliquis ueterum epistolis excudit, & cum Hippocratis operibus habentur.

DEMOCRITI hexastichon in 4. libro Florilegij.

DEMOCRITVS Nicomedensis philosophus doctissimus unus ex Dipnosophistis, quorum conuiuales sermones Athenæus literis mandauit.

DEMOCRITI Ephesij liber de templo in Epheso, citatur Athenæo.

DEMODOCI hexastichon & distticha 2. in secundo Florilegij libro.

DEMONAX interrogatus quando philosophari cœpisset: tum dixit, cum cognoscere meum incœpi. Stobæus. Idem senarium Demonactis citat in sermone de superbia.

DEMONICI librum Acheloniũ Athenæus nominat.

DEMOPHILI cuiusdam liber Græcus de curatione uitæ, ex Pythagoræ & aliorum sapientium dictis: Romæ extat in Vaticana. Sed uerba Græca in catalogo unde hæc descripsi corrupta erant: sic enim legitur: Δημοφίλου ἐκ τῶ πυθαγορείου ὁμοίκ ἢ βίου θεραπεία, καὶ πολλῶν ἄλλων σοφῶν ἀνδρῶν.

DEMOPHILVS episcopus Constantinopolitanus: uide Suidam.

DEMOSTHENIS medici fragmẽta de affectibus ocularibus in Aëtij libris habẽtur, uidelicet de oculorum inflatione, suppuratione, canceresis ulceribus, imbecillitate, glaucedine, suffusione, ectropijs, duritie: postremo de abscessibus genarum.

DEMOSTHENIS orationes Græcas 62. cũ argumentis Libanij & uita authoris per Libanium & Plutarchum. Aldus excudit Venetijs in paruo folio, chartis 164. anno 1504. Seorsim uero Vlpiani commentarios in 18. orationes Demosthenis, & Harpocrationis dictionarium rhetoricum excudit, 1503. eadem forma, chartis 85. Deinde Heruagius Basileæ impressit omnes uidelicet Demosthenis orationes cum Vlpiani commentarijs iuxta textum ubiq; distributis, cum uita ijsdem authoribus & argumentis Libanij. Accesserunt præterea collectæ à Ioan. Oporino ex Des. Erasmi Rot. Guilhelmi Budæi atq; aliorum lucubrationibus annotationes usq; ad orationem de falso testimonio ad Aphobum, quarum chartæ sunt 12. totius autem chartæ sunt 214. In fine promittuntur etiam in reliquas orationes similes annotationes, & locorum quorundam uaria lectio ad uetustissimi exemplaris collationem à Petro Danesio; quorum tamen nihil adhuc quod sciam, præstitũ est.

eſt. Quod autem Harpocration non acceſſerit, non multum refert, omnia enim ferè eius dictionarij Suidæ & Varini Phauorini Lexicis continentur, ut ſuo loco dicemus.

Ex præfatione Deſ. Eraſmi. Vt puerilibus ingenijs Romanæ linguæ non « ſtatim accõmodus eſt M. Tullius, qui Fabio iudice, nulli ualde placet, nisi qui iam « egregie profecerit: ita Græcarum literarum peritiam ambientibus nõ arbitror ad- « modum conuenire Demoſthenẽ, qui plus artis habet in receſſu, quàm prima fron- « te præ ſe ferat. Hic enim, quod honorifico ioco dixit Demades, ſcripſit ad aquam, « nec niſi à ſobrijs ac uigilantibus poteſt intelligi. Proinde quod de M. Tullio ſcripſit « Q. Fabius, pari iure de Demoſthene dici poteſt: is ſe ſciat in arte dicendi profeciſ- « ſe, cui Demoſthenes ualde placere cœperit. Deinde commendat eius τὸ δεινὸν, « quod facundiſſimi quiq; (inquit) ſemper in eo mirati ſunt, illam uere Atticam Ve- « nerem, illud excuſſum iudicium, illa ſummo artificio contorta enthymemata, po- « ſtremo uim illam omnibus admirabilem, uix ulli imitabilem, &c. «

Aldus in ſuæ æditionis præfatione & alia quædam de hoc authore adfert, & multa ex Libanio & Plutarcho interpretatur. Vide etiã Suidã in Demoſthene.

Enumeratio Demoſthenis orationum 62. quas habemus excuſas.

Olynthiacæ orationes 3. quibus opem Olynthijs ferendam contra Philippum Macedonem bellum eis inferentem, ſuadet: & quàm commode id fieri poſſit ac debeat, oſtendit.

Contra Philippum regem Macedonum orationes 4. cum Athenienſes bello aduerſus ipſum male affecti, triſtarentur: quos hortatur ut ſtrenue agant, & binos exercitus foueant, domi alterum: & iuxta Macedoniam conductitiũ alterum aſſi- due incurſionibus & pugnis intentum, &c.

Oratio de pace, quam cum Philippo rege ineundam ſuadet, & Amphictyonũ ſuffragia in Græcorum conſeſſu communi ei permittenda.

Oratio de Haloneſo, quam à latronibus occupatam, cum prius Athenienſium fuiſſet, ipſe cepit: & petentibus Athenienſibus ut ſibi redderetur, non reddere, ſed donare uoluit. Lis igitur eſt de nomine: & rhetor quoq; conſulit ut recipiant eam, non autem accipiant. Cæterum Libanio & alijs quibuſdam hæc oratio non Demoſthenis, ſed Hegeſippi eſſe uidetur, cui & ſtilus ſolutior ac remiſſior, ac ipſius rei tractatio magis cõueniat, &c. Melius autem inſcriberetur (inquit Libanius) ad epiſtolam Philippi oratio.

Oratio de ſtatu rerum in Cherroneſo: in quam colonos pauperes miſerant Athenienſes cum Diopithe duce: quos Cardiani pars incolarum Philippo fauens recipere nolebat, unde bellum ortum, &c.

Oratio ad epiſtolam Philippi, & ipſa quoq; Philippi epiſtola qua bellum Athenienſibus palàm denunciat: quod alacriter ſuſcipiendum orator ſuadet.

Oratio ſuaſoria ad capeſſendum bellum, cum deſcriptione ad conferenda ſtipendia.

Oratio de claſſibus reipub. De libertate Rhodiorum.

Pro Megalopolitis petentibus auxilium contra uim Lacedæmoniorum.

Oratio de conuentis cum Alexandro: quod Alexander & Macedones ea non integre ſeruent. Idea ſermonis & peculiares quædam dictiones Hyperidẽ potius authorem huius orationis arguunt, quàm Demoſthenem. Libanius.

Oratio pro Cteſiphonte contra Aeſchinẽ æmulum, de corona aurea eiuſq; ſibi conferendæ loco, ex ſenatus decreto referente Cteſiphonte.

Oratio de legatione Aeſchinis apud Philippum male adminiſtrata.

Ad Leptinen de immunitate à ſumptibus in liturgias faciendis, qua bene meritos populus Athenienſis donabat; eam abrogandã Leptines cenſebat, Demoſthenes contra.

Oratio contra Midiam quendam diuitem inimicum suum, à quo in Dionysijs (ubi ipse Demosthenes choro suæ tribus præerat, & sumptum ultro largiebatur) tum alijs iniurijs, tum ictibus pugnorum tandem affectus fuerat.

Oratio contra Androtionem, qui plebiscitum in populo rogauerat, senatum coronis honorandum esse. Sed cum lex quædam iuberet ne quid senatus à populo peteret, nisi triremibus innouatis: quod si petere senatui non licet, ne populo quidem dare. Non cõstruxerat autem triremes senatus: quare Androtion accusatur, ut qui contra legẽ agat, tum illam quæ iam dicta est, tum aliam quæ iubet, ne quid ad populũ referatur, quod senatus antea non approbauerit. Præterea notatur uita & persona Androtionis, qui scortationis & publici debiti nomine infamis sit.

Oratio contra Aristocratem. Charidemus Orites dux erat exercitus conducti apud Cersyblepten Thraciæ regem, & ab Athenienſibus ciuitate donatus, quod alicubi eis profuisset, & in posterum utilitatis aliquid ab ipso speraretur. De hoc Aristocrates decretum huiusmodi ad senatum retulit: Si quis Charidemum occiderit, illum ueluti iam condemnatum abducendi cuilibet ius esto ex tota Athenienſium & sociorum ditione: ac si quis illum qui sic abducitur eripere uelit, seu ciuis, seu priuatus, fœderis uiolator habeatur. Hoc decretum Euthycles impugnans Demosthenis oratione utitur.

Oratio qua Diodorus Timocratis benignam sanè legem incusat, uel potius ipsum Timocratem qui non publici, sed priuati cuiusdam commodi gratia eam introduceret, & non eo modo quo legem sanciri decet, &c. Erat autem huiusmodi lex: Si quis Athenienſium populo pecuniam debens in uincula conijciatur, liceat ei, aut alteri ipsius nomine datis fideiussoribus, qui populo placeant, à uinculis liberum esse. Quod si deinde tempore constituto debitum dissolutum non fuerit, idem denuo uinciatur, & fideiussorum bona publicentur. Hanc igitur legem Diodorus ceu reipub. inutilem reprehendit.

Orationes duæ contra Aristogitonẽ, quas aliqui negant Demosthenis esse propter ideam sermonis: alij posteriorem solum nihil hoc rhetore dignum habere asserunt. Varias aũt ob causas accusat Aristogiton eiusq; uita notatur, præcipue quia ærario obnoxius erat, ideo ei tanquã infami dicere non licere urgetur: quanquam illud dubium esse poterat, an ipse adhuc deberet ærario, aut frater solum, qui prædio eius accepto fideiusserat.

Oratio cõtra Aphobum tutorem suum, quem Demosthenes uir iam factus accusat de bonis male administratis, & decem talenta ab eo postulat pro sorte & usura patrimonij.

Oratio ad Aphobum de tutela male administrata iam conuictum: & accusantem quod Demosthenes falsis testibus usus Milyam patris seruum olim ab eo moriente libertate donatum, & corona libertatis testimonio, dixisset, &c.

Oratio contra Onetorem, cuius sororem Aphobus de bonis Demosthenis reddendis iam conuictus, uxorem duxerat: & cum Demosthenes Aphobi prædia tanquam sibi adiudicata ingressus esset, per uim ab Onetore expellitur, ea non Aphobi, sed sororis suæ dotem esse dicente: finxerat autem, Demosthene adhuc litigante cum Aphobo, diuortium sororis, eamq; ad se receperat.

Alia contra Onetorẽ eiusdem argumenti, addens quædam prius omissa. Sunt qui has orationes non à Demosthene iuuene adhuc, sed ab Isæo conscriptas conijciant, aut saltem emendatas: ipsius enim stilum referunt. Sed nihil mirum est (inquit Libanius) si ad imitationem Isæi præceptoris Demosthenes eas cõposuerit, & cum ipse nondum sibi perfectum dicendi genus comparasset, illius characterem usurpauerit.

Paragraphicæ, siue exceptoriæ aut translatiuæ orationes.

Translatio ad Zenothemin nautam Massilienſem nomine Demonis cognati sui,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [434] - 197r

sui, nihil sibi cum Zenothemide negocij esse dicentis: quoniam lex mercatorum iubeat de illis solum contractibus Athenis agi oportere, qui Athenis facti sint, &c.

Translatio contra Apaturium.

Oratio pro pecunia mutuo data ad Phormionem.

Oratio ad Lacriti translationem.

Translatio pro Phormione.

Translatio ad Pantænetum.

Translatio ad Nausymachum & Xenopithen.

Ad Bœotum de nomine, quod primum ei impositum nomen seruare debeat, & non fratris Mantithei nomen ex legitima uxore nati, cum ipse nothus esset, sibi usurpare.

Ad eundem de dote materna, eiusdem ferè argumenti oratio.

Ad Spudiam pro dote.

Ad Phænippum de permutando censu oratio, quam aliqui negant esse Demosthenis.

Ad Macartatum de Hagniæ hæreditate. Aduersus Leocharē de hæreditate.

Contra Stephanum, quod falsum testimonium pro Phormione exhibuerit contra Apollodorum orationes 2.

Contra Euergum & Mnesibulum, falsi testimonij actio.

Actio damni dati contra Olympiodorum.

Ad Timotheum de pecunia debita, quam repetit Apollodorus.

Ad Polyclem de tempore quo triremibus in eius absentia ipsius nomine Apollodorus præfuit, & sumptum fecit, quem repetit.

De corona propter triremem omniū celerrime instructam, qua coronatus Apollodorus alteram quoq; ex lege petit propter triremem suam, cui præerat, pulcherrime ornatam.

Ad Callippum oratio de pecunia apud quendam Trapezitam relicta, ut Callippò traderetur: uel ut Trapezita dicebat, Cephisiadi cuidam tradenda.

Ad Nicostratum de mancipiorum Arethusij descriptione, quæ Apollodorus iniurijs ab Arethusio (cuius bona in ærariū redigebātur) affectus sibi uendicabat.

Oratio contra Cononem qua agit aduersus eum de iniurijs ob uerbera, & testes addit: Conon id factum negat, adductis similiter testibus: quibus fidem non adhibendam ex uitæ ipsorum improbitate Demosthenes contendit.

Oratio ad Calliclem de agello, de cuius uastatione conquestus erat illuuie aquarum, propter foueam aquis suscipiendis olim in uia factam, & à uicino dirutam.

Oratio contra Dionysodorum damni dati, cum pecuniæ creditæ totā usuram nollet reddere, &c.

Ad Eubulidem prouocatio ad aliud iudicium.

Accusatio Theocrinæ, quod infamis sit, ac ius dicendi amiserit, pro Epichare scripta. Publica autem oratio est, & non priuata: Sunt qui Dinarchi eam esse arbitrentur, etsi à Demosthenis scriptis non dissentiat.

Contra Neæram oratio, quam Theomnestus & Apollodorus pronunciarunt, Neæram dicentes prius scortum fuisse & famulam Nicaretæ: nunc uero Stephanum eam uxoris loco habere, & liberos ex ea suscepisse. Stephanus contra nec prolem ex ipsa sibi natam, nec aliter ea quàm scorto se uti contendit. Lex autem erat Athenis, si qua peregrina mulier cum Atheniense uiro tanquam uxor ageret, illam uendi debere. Hanc quoq; orationem alterius esse putant, utpote supinam, & eloquentia Demosthenis plærisq; locis inferiorem.

Epitaphius, id est funebris oratio, in laudem illorum qui pro salute patriæ pugnantes occubuerant.

Oratio amatoria in laudem Epicratis, ut qui omnium in ciuitate iuuenum gra-

tioſiſſimus ſit, & æquales ſuos non tam forma quàm ingenio & prudẽtia excellat.

Poſtremo repetuntur ſingularum præcedentium orationum procœmia, à ſtudioſo quodam de induſtria collecta, nimirum quia plurimũ artificij rhetorici continent.

Varietas lectionis ex diuerſis antigraphis, ſicut in Aldino quoq; habetur.

Demoſthenis Græcæ epiſtolæ Venetijs ab Aldo excuſæ, cum alijs ueterũ Græcorum epiſtolis: chartæ ſunt 3. in 4. 1. ad ſenatum & populum Athenienſ. de exilio ſuo. Altera ad eoſdem de ſuo reditu (καθόδου). Tertia ad eoſdem de Lycurgi liberis. Quarta ad eoſdem, contra Theramenis conuicia. Quinta ad Heracleodorum. Sexta ad eoſdem.

DESIDERIVS Eraſmus natus eſt Roterodami, quod oppidum eſt in Hollandiæ inferioris Germaniæ prouincia, primis annis imperij Friderichi III. Aug. reipub. literariæ inſtaurator ac primarius illuſtrator, in celeberrimis Germaniæ, Galliæ, Angliæ, & Italiæ ciuitatibus & gymnaſijs uitã egit, & poſt infinitos labores in ſtudioſorum gratiam exhauſtos, ueteres authores iniuria temporũ corruptos emendando, Græca transferendo, nouum teſtamentum & alia quædam illuſtrando explicandoq;, plurima denicq; noua cõſcribendo, diem ſuum obijt Baſileę, anno 1536. Vitã ipſius Beatus Rhenanus Seleſtadienſis deſcripſit epiſtola præfixa omnibus operibus, quæ Imperatori Carolo Cæſari V. nuncupat. Eam ſubſequitur ipſius D. Eraſmi epiſtola ad Ioan. Botzhemum Abſtemium, qua omnes lucubrationes ſuas, earumq; occaſiones recenſet.

D. Eraſmi Rot. opera omnia excuſa Baſileæ in officina Hieronymi Frobenij & Nicolai Epiſcopij, 1540. in folio tomis nouem, primus tomus chartas habet 271. ſecundus 286. tertius 307. quartus 150. quintus 287. ſextus 328. ſeptimus 214. octauus 117. nonus 360. Summa omnium, chartæ 2320. & inſuper indicis 29.

Index lucubrationum D. Eraſmi, quas PRIMVS TOMVS Frobenianæ æditionis continet.

De copia uerborum ac rerum libri 2. quos ſcripſit in gratiam nouæ ſcholæ in Anglia à Ioan. Coleto inſtitutæ, argumento primum à ſe excogitato & prodito, cui ſimile nec apud Græcos neq; apud Latinos reperias. Vterq; per capita diſtinguitur, primus uerborum copiam, ſynonymiam, & multas uariandi rationes docet ſecundum præcepta ac tropos rhetorum, omnia exemplis copioſe illuſtrans, quæ tamen citra ordinem proponit. Secundus liber copiam docet rerum, periodorum, ac totius orationis, eam uariandi & locupletandi modos complures iuxta rhetorũ præcepta & figuras exponens, & ſimiliter nihil non euidentiſſimis exemplis declarans. Meo quidem iudicio nihil uſquã extat quod ad progymnaſmata rhetorices, & rudimẽta progreſſusq; eloquentiæ his libris in lingua Latina comparari poſſit.

Theodori Gazæ Grammatices Græcæ libri 2. priores Latine redditi.

Syntaxis, ſiue de octo partium orationis conſtructione liber, ſcriptus primum à Guilelmo Lilio, deinde ab Eraſmo ſic emendatus ut plæraq; mutarentur, & iam neq; Lilius pro ſuo agnoſceret, nec Eraſmus eius author haberi uellet: ſed licet anonymos prodierit, laboribus tamen Eraſmi non iniuria connumeratur: char. 3.

Ex Luciano uerſa opuſcula.

Saturnalia. Cronoſolon, id eſt, leges Saturnalitiæ.
Epiſtolæ Saturnales. De luctu. Abdicatus.
Icaromenippus. Toxaris. Alexander ſiue pſeudomantis.
Somnium. Timon. Tyrannida declamatio.
Eraſmi declamatio Lucianicæ reſpondens.
De ijs qui mercede conducti degunt.
Dialogi amatorij octodecim. Hercules Gallicus. Eunuchus.

De ſacri-

De sacrificijs. Lapithæ, siue Conuiuium. De Astrologia.

De ratione conscribendi epistolas liber (cuius chartæ sunt 31.) in capita quædã diuisus: & quod ad imitationem confert, ubi uariæ epistolarum formæ à Cicerone, Plinio, ac Politiano reperiantur, obiter indicans.

Ex epistola Erasmi ad Botzhemum. Annotaram quædam Anglo cuidam, de ratione scribendarum epistolarum, sed non in hoc ut ederentur. Eo defuncto, quum uiderem opus ut erat mutilũ ac mendosum, æditum in Anglia, coactus sum paucos dies in eiusmodi nugis perdere, quas planè cupiebam abolitas si qua fieri potuisset.

Pueros ad uirtutem ac literas liberaliter instituendos, idq; protinus à natiuitate, declamatio contracti thematis exemplum: & idem argumentum locupletatum copia: chartis 6.

De ratione & ordine studiorum & docendi ac instituendi discipulos, ad Petrũ Viterium: chartæ 2.

Declamatio in laudem artis medicæ: charta 1. & tribus quadr.

Declamationes quædam Libanij uersæ. 1 Sub persona Menelai pro concione Troianorum, Helenam & res repetentis, ni reddant, armis iniuriã ulturum se denunciantis. 2 Quæ dixerit Medea suos mactatura filios. 3 Quæ dixerit Andromache interfecto Hectore.

Parabolæ siue similia, collecta ex Plutarchi moralibus, Anneo Seneca, Aristotele, Plinio, & Theophrasto, cum præfatione ad Petrum Aegidium, qua huiusmodi similitudinum utilitatem ostendit: chartis 15.

Colloquiorum seu confabulationum familiarium liber, qui præter lectionis uoluptatem, ac sermonis expoliendi fructum, ad formandos quoq; mores usum præstat. Ad finem author sermonem addidit, quo utilitatem colloquiorum ostendit, & quod multa à quibusdam temere reprehensa sint, explicans singillatim quasi argumenta dialogorum complurium: chartæ sunt 59.

De recta Latini Græciq; sermonis pronunciatione, quam hodie maxima ex parte in utraq; lingua corruptam habemus, dialogus: adferuntur autem exempla quandoq; ex uulgaribus linguis Batauorum, Brabantorum & Gallorum: chartis 12. & dimid.

Dialogus, cui titulus Ciceronianus, siue de optimo dicendi genere. Dg. ég vide Ph. Melanchth. Epitaph. ad Camerar. 68. sq. p. 94. sq.

Ex præfatione Erasmi ad Ioan. Vlattenum. Extitere pridem, qui nobis uelut nouam sectam moliuntur inuehere: Ciceronianos sese uocãt, intolerabili supercilio reijcientes omnium scripta, quæ Ciceronis lineamenta non referunt: & adolescentiam à cæterorum scriptorum lectione deterritam, ad unius M. Tullij superstitiosam æmulationem adigunt, quum nulli minus exprimant Ciceronem quàm ipsi, qui se huius tituli fumo molestissime uẽditant iactitantq;. Quanta uero studiorum pernicies, si persuasum fuerit, neminem præter unum M. Tullium uel legendum esse, uel imitandum? Subolet autẽ & aliud huius nominis prætextu geri, nimirum ut pro Christianis reddamur Pagani, quum ego nihil prius agendum existimem, quàm ut bonæ literæ, Christi Domini Deiq; nostri gloriam, ea sermonis copia, splendore nitoreq; prædicent, quo M. Tullius de rebus prophanis dicere solitus est. Visus itaq; sum mihi rem facturus, nec inutilem ad pietatem, & studijs adolescentiæ conducibilem, si lucubratiunculam unam huic rei darem, &c. chartæ sunt 12.

De ciuilitate morum puerilium ad Henricum à Burgundia Adolphi principis Veriani filium: chartæ 2.

Galeni paraphrastæ Menodoti exhortatio ad artium liberalium studia, Latine reddita.

Eiusdem Galeni de optimo docendi genere liber, translatus.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [437] - 198v

Eiusdem libellus, quod optimus medicus idem sit & philosophus, translatus.

Epitome in elegantiarũ libros Laurentij Vallæ, quam plus minus 18. annos natus cuidam ludimagistro scripserat, de ædendo nihil magis cogitans (ut ipse scribit) quàm de seipso suspendendo. Aeditus tamen est liber per quorundam inertem auaritiam, Paraphrasis ridicule inscriptus, et in ordinem literarum longe præter institutum Vallæ discerptus, multis omissis, quibusdam additis. Cum igitur Erasmus hominum manibus uideret, non amplius excuti posse hunc librum tertio iam imprimendum, recognouit eum, & additis, detractis, mutatisq; permultis, ut aliquanto purgatior in puerorum manibus uersaretur, effecit: chartæ 12.

Euripidis Hecuba & Iphigenia tragœdiæ Latinis carminibus satis feliciter & eleganter expressæ.

Commentarius in Nucem elegiam Ouidij: chartæ 4. & una tertia.

Epigrammata diuersi generis: chartis 4.

TOMVS SECVNDVS Continet.

Adagiorum chiliades 4. quarum singulæ decem centurijs diuiduntur: quintæ Chiliadis sesquicenturiam solum perfecit: prouerbiorũ numerus colligitur 4151. Præfiguntur autem duo indices locupletissimi, unus iuxta literarum ordinem, alter in locos communes omnia totius uoluminis prouerbia digerens. Deinde præmittuntur quædam de parœmijs, earumq; usu in genere. In epistola præfixa operi ostendit se primum apud Latinos adagia collegisse: alios deinde quosdam ex
» ipsius scriptis suos auxisse libros. Prima statim æditione (inquit) quæ exiuit Pa»risijs, anno 1500. prouerbia dedi plus quàm octingenta, quorum bonam partẽ hau»seram ex fragmentis Diogeniani Græcis, &c. Chiliadas omnes ex optimis qui»busq; authoribus decerpsimus, diligenti nomenclatura, sicuti par est, indicantes, »quid cui seramus acceptum, adeo ut nec Apostolium debita laudis portione frau»dauerimus, tantum abfuit ut me plumis alienis uenditare uoluerim. Hæc author. Non aliter equidem iudicare possum, quàm hoc opus adagiorum utriusque linguæ ingentem thesaurum esse, & commentariorum instar in plærosq; ueterũ scriptorum obscuros locos. Non enim tritissima solum prouerbia congessit, sed prouerbiales quoq; sententias, & reconditos poëtarum uersus, quos ex reliqua turba quasi sepultos in ordinis sui dignitatem erutos collocauit. Hæc uero non parua huius uoluminis utilitas est, quod ex plurimis utriusq; linguæ authoribus uaria testimonia conferuntur, quæcunq; ad eandem rem & simile argumentum quadrare uidentur. In summa, amplissimus hic philologiæ campus est, eruditio multiplex, omnia grata, elegantia, aut ipsæ potius Gratiæ, Veneres, ioci, facetiæ, sales, dicteria, gemmæ, lumina: denicq; ut prouerbia in suo genere commendem, Attica musa, Copiæ cornu, Ilias bonorum.

TERTIVS TOMVS epistolas complectitur uniuersas, quotquot ipse author unquam euulgauit, aut euulgatas uoluit, quibus præter notas aliquot additæ sunt & præfationes, quas in diuersos omnis generis scriptores non paucas idem conscripsit.

Diuiditur autem uniuersum opus in libros 28.

» D. Erasmi uerba ex præfatione. Antehac testatus sum me nulli mearum lu»cubrationum minus fauere quàm epistolarum, & huius animi mei causas recen»sui, nec alia mihi nunc mens est, quàm olim fuit. Attamen cũ Hieronymus Fro»benius asseueraret hoc opus totum iam biennium à studiosis efflagitari, recogno»ui quod fuerat excusum, & non mediocrem accessionem adiunxi. Nec ordinem »mutare uisum est, tantum opus uniuersum in libros partitus sum, quo Lector faci»lius inueniat quod quærit. Cæterum nec temporis ordinem ijs digerendis, nec »argumentorum congruentiam sequi placuit, quod in hoc scripti genere primam »gratiam habet uarietas. Portò si quis aliquid tale desiderat: diem & annum in cal-

ce sin-

ceſingularum adiecimus: ad hæc, prefixímus índicem, nominibus perſonarum ac paginarum numeris adiectis, commonſtraturum quis ad quem ſcribat, & quoties ſcribat. Hæc Eraſmus. Epiſtolæ quæ prius diuidebantur in ſelectas, palæoneas, & floridas, hic omnes coniunguntur in idem uolumen plus tertia parte auctius. Non ſolum autem ipſius Eraſmi epiſtolæ his libris continentur: ſed aliorum etiam aliquot doctiſſimorum hominum, item epiſcoporũ, Cardinalium, príncipum & regum epiſtolæ quædam ad Eraſmum. Vltimus liber dedicatorias epiſtolas & præfationes habet,

In D. Auguſtini opera.

In Auguſtinum de Ciuitate Dei cum commentarijs Lodouici Viuis.

In Ambroſium. In Chryſoſtomum, & Vitam Chryſoſtomi ex hiſtoriæ, quam Tripartitam uocant, libro 10. magna ex parte concinnatam, nonnullis adiectis ex dialogo Palladij epiſcopi Helenopolitani, qui fuerat Chryſoſtomi diſcipulus, & Theodori Romanæ eccleſiæ diaconi.

In Irenæum. In Cyprianum. Vitæ Origenis Adamantij epitomen. De doctrina & libris Origenis.

In Baſilium Græce excuſum.

In Hilarium. In Arnobium. In Algerum.

In Haymonem. In Senecam. In Ariſtotelis opera Græce impreſſa. In Plinij hiſtoriam mundi.

In T. Liuium. In Suetonium. In officia Ciceronis.

In Ciceronis Tuſculanas quæſtiones.

In Ptolemæum Græcum. In Terentij Comœdias.

In Lexicon Græcum excuſum Baſileæ 1524. cui ipſe quoq; aliquot uocabula adiecit. In Georgium Agricolam de re metallica.

In aliquot opuſcula Chryſoſtomi Græca.

In Babylam Chryſoſtomi. In Cœlium de libero arbitrio.

In Demoſthenem. In libros ſuos de copia uerborum & rerum.

Præfatus eſt etiam in Gregorij Nazianzeni orationes à Birchheimero uerſas.

QVARTVS TOMVS Continet quæ ad morum inſtitutionem pertinent, Ex Plutarcho uerſa.

De diſcrimine adulatoris & amici, ad regem Angliæ.

Quomodo utilitas capiatur ex inimicis.

De tuenda bona ualetudine.

Cum principibus philoſopho maxime diſputandum.

Vtrum grauiores ſint animi morbi an corporis.

De cupiditate diuitiarum.

Num recte dictum ſit ab Epicuro, λάθε βιώσας.

De cohibenda iracundia. De curioſitate. De uitioſa uerecundia.

Apophthegmatum libri 8. chartis 68. Ex præfatione Eraſmi ad Guilhelmũ ducem Cliueſem, &c. Ex optimis quibuſq; authoribus collegi, quæ Græci uocant Apophthegmata, hoc eſt, egregie dicta, quod uiderem non aliud argumenti genus principi, præſertim iuueni magis accõmodum, &c. deinde oſtenſo reliqua authorum ſcripta aut prolixiora eſſe aut argutiora, quàm quæ principibus conueniant, ſubiungit: Hac in parte uidemus eruditiſſimos uiros principũ curas ſua diligentia ſubleuare conatos, quorum alij ſcripſere ſententias, ueluti Theognis & Iſocrates, alij celebrium uirorũ ſtrategemata & apophthegmata, ueluti Valerius Maximus, & Sextus Iulius Frontinus, qui indicat idem ab alijs nonnullis factitatum. Id officium cum à multis tentatum ſit, mea tamen ſententia, nemo felicius præſtitit quàm Plutarchus, qui poſt æditum egregie frugiferum opus De uitis uirorum illuſtrium, in quo permixtim facta ſimul ac dicta illorum referuntur, Traiano Cæ-

,, ſarum laudatiſſ. collegit inſignia diuerſorum apophthegmata, quod in his uelut in
,, certiſſimo ſpeculo repræſentatur animus ſingulorum, &c. Plutarchus autem non
,, tantum in delectu cæteris præſtat, uerumetiam in explicando. Habent enim apo-
,, phthegmata peculiarem quandam rationem & indolem, ut breuiter, argute, ſalſe,
,, & urbane cuiuſq; ingenium exprimant. Siquidem ut ſingulis hominibus, ita ſin-
,, gulis etiam nationibus ſuus quidam genius eſt: unde fit ut alia conueniant Ale-
,, xandro, alia Philippo aut Antigono, alia Phocioni, alia Alcibiadi: rurſus alia qua-
,, drent in Laconem, alia in Scytham. In his igitur exprimendis mihi dilutior ui-
,, detur Xenophon, ſuffrigidus Herodotus, loquacior Diodorus, & Q. Curtius, ne
,, pergam de cæteris dicere. Plutarchus omnes impleuit numeros: eoq; uiſum
,, eſt hunc ex omnibus potiſſimum ſequi. Quicquid igitur erat in huius opere quod
,, inſcripſit, De apophthegmatibus, hic in ſolidum reperies. Comperimus hoc opus
,, bis Latine uerſum, primum à Franciſco Philelpho, deinde à Raphaële Regio,
,, quem Patauij nouimus. Philelphus in nonnullis locis fuerat lapſus, quæ reſtituit
,, Raphaël, ſed ipſe rurſus impingens alicubi: nimirum homines erant ambo. Sed
,, uterq; nihil aliud eſſe uoluit quàm interpres, nos Plutarchum multis de cauſis ſe-
,, qui maluimus quàm interpretari, explanare quàm uertere. Primum ut dilucidior
,, eſſet oratio, quippe minus aſtricta Græcis uocibus: dein ut mihi liceret indicare di
,, cti argutiam, ſi quod obſcurius occurreret, qualia nunc ſunt permulta, nõ ſolum
,, rudibus, uerum etiam ultra mediocritatem eruditis. Me certe in multis torſit diui-
,, natio, & haud ſcio an alicubi fefellerit etiam. Nec paucis in locis lucta fuit cum
,, mendis codicum, in quas neceſſario impegerunt etiam interpretes. Vix enim cre-
,, dibile eſt quantum ſibi permiſerint uel librarij, uel ſcioli quidam in hunc autho-
,, rem, &c. Arguit hoc ipſa Græcorum codicum uarietas: quædam habet Philel-
,, phus, quæ Raphaël non attigit, & contra. Deinde quum Plutarchus in præfatio-
,, ne apophthegmata ſolum polliceatur, multa tamen nihil quàm ſtrategemata ad-
,, miſcentur. Multa ſæpius iterantur. Eſt quando apophthegma refertur ſub eius no
,, mine cui dictum eſt, non à quo dictum eſt. Maioris erat audaciæ quod ex uno
,, opere fecerunt duo. Quoniam enim Plutarchus è Laconicis quæ plurima ferun-
,, tur, ea duntaxat attigiſſet, quæ uidebantur occupatiſſimo Cæſari futura ſatis, ille
,, quiſquis fuit, ſi modo fuit unus aliquis, Lacedæmoniorum dictis proprium uolu-
,, men dedit, idq; ſecundum ordinem literarum Græcarum, quem Raphaël uertit
,, in ordinem Latinarum. At hic ordo è tribus omnium deterrimus erat. Nam Va-
,, rius ac Frontinus ſententiarũ ceu locorum cõmunium ordinem ſequuntur. Eru-
,, ditiſſimus eſt quem ſecutus erat Plutarchus, ſeriem regionũ ac regnorum obſer-
,, uans, & in ſingulis ætatem, ordinem, unicuiq; regum ſuos adiungens duces, &
,, cuiq; ducum ſuos collegas. A Perſis uenit ad Aegyptios, inde ad Thraces, Scy-
,, thas, Siculos, Macedones, Athenienſes, Lacedæmonios, Thebanos, Romanos,
,, temporum non literarum ordinem ubiq; ſequens, ut Lector è paucorum dictis hi-
,, ſtoriæ totius agnoſcat ſeriem, quam miſerè confudit is, qui Laconica ſeparauit, re-
,, petens interim eadem quæ ad Traianum collegerat Plutarchus: quanquam id fre-
,, quentius in altero deprehenditur opere, ſed in utroq; toties, ut ea dormitatio non
,, cadat in Plutarchum ſcriptorem exactæ diligentiæ. Adde quod hæc pars nullã ha
,, bet præfationem, nec illa prior ad Traianũ quadrat ad utrũq; opus. Nihil tamẽ eo-
,, rum quæ Plutarchi titulo feruntur, à me prætermiſſum eſt, exceptis aliquot Laco
,, nicis, quod eadem in altero catalogo repetuntur omnia: partim ne quid hic deſide-
,, raret Lector auidus magis quàm elegans, partim q; nihil illic uiderem non dignũ
,, cognitu, licet non ſuo dictũ loco. Sed totũ opus quodãmodo meũ feci, dum & ex-
,, planatius effero quæ Græce referunt, interiectis interdũ quæ apud alios authores
,, addita cõperiſſem, additis itẽ pmultis quæ in hoc opere nõ habebant, ubiq; uelut
,, ſcholijs indicãs uel ſenſũ uel uſum apophthegmatis, in his dũtaxat quę lucis aliqd

deſide-

desiderabant, sed hoc ipsum breuiter, ne ab apophthegmatum natura degenera-
rem. Ordo uero nobis etiam confusior est quàm illic inueni, quod quum initio
statuissemus paucos duntaxat eximios recensere, calor operis incitauit, ut mutata
sententia longius proueheremur: nec erat futurus finis, nisi rerum sese offerentiũ
uelut immensum pelagus, receptui canere compulisset, &c. Porrò ordinis neglecti
incommodum indice pensauimus.

Moriæ encomium, id est Stultitiæ laus, chartis 9. Hac declamatione quosuis
status hominum, & uana eorum studia, libere simul & iocose taxat.

Ad Philippum Burgundionum principem, Cæsaris Maximiliani filium, de tri-
umphali illius in Hispaniam profectione, deq; felici reditu, panegyricus gratulato-
rius, nomine totius patriæ per Des. Erasmum conscriptus, & eidem exhibitus in
aula ducali Bruxellæ, &c. anno 1504. chartis 8. & tribus quadr.

Gratulatorium carmen heroicum ad eundem sub persona patriæ: char. dimid.

Institutio principis Christiani aphorismis digesta, ad Carolũ v. char. 10. & dim.
Sunt et capita quędam satis prolixa peculiariter inscripta, De adulatione uitanda
principi, artes pacis, de uectigalibus & exactionibus, de beneficentia principis, de
legibus condendis aut emendandis, de magistratibus & officijs, de fœderibus, de
principum affinitatibus, de principũ occupationib. in pace, de bello suscipiendo.

Isocratis libellus ad Nicoclem regem de institutione principis, aut de regno ad-
ministrando, Latinitate donatus.

Declamatio de morte, in genere consolatorio.

Oratio seu declamatiuncula pro episcopo respondente ijs, qui sibi nomine po-
puli gratulati essent, & omnium nomine obedientiam quam uocant, detulissent.

Querela Pacis undiq; gentium eiectæ profligatæq;, chartis 3. & tribus quadr.
Pax loquitur.

Lingua, chartis 20. descripta. In epistola nuncupatoria cum plurimos corpo
ris & animi morbos enumerasset, nullum æque noxium ac periculosum esse con-
cludit, ac lingua est: deinde in fine epistolæ: Argumentum (inquit) erat infinitæ ua-
rietatis: itaque dum singula attingere cogor, miscens interim sacra prophanis, uix
effugi rerum confusionem, præsertim cum non uacaret expolire quod erat con-
gestum. Taxatur hoc libro nimia, intempestiua, & nociua loquacitas: temperan
tia autem linguæ, sermo salubris ac moderatus commendantur.

Xenophontis rhetoris Hieron siue tyrannus, in Latinum uersus.

Carmen de senectutis incommodis ad G. Copum Basiliensem: charta 1. & qua-
drans ferè.

QVINTVS TOMVS sequentes libros continet.

Enchiridion militis Christiani, chartis 13. & dimid.

Ex præfatione ad amicum quendam aulicum. Efflagitasti non mediocri stu
dio, frater in Domino dilectissime, ut tibi compendiariam quandam uiuendi ratio-
nem præscriberem, qua instructus posses ad mentem Christo dignam peruenire.
Ais enim te iampridem aulicæ uitæ pertæsum hoc tecum agitare, quo pacto queas
Aegyptum unà cum suis & uitijs & delicijs effugere, ac Mose duce ad uirtutum
iter feliciter accingi. Diuiditur autem totus liber in capita:

Vigilandum esse in uita. De armis militiæ Christianæ.
Caput esse sapientiæ, ut temetipsum noris: deq; duplici sapientia, falsa & uera.
De homine exteriore & interiore.
De uarietate affectuum.
De tribus hominis partibus, spiritu, & anima, & carne.
Regulæ generales, siue canones ueri Christianismi, numero 22. Verba autho-
ris. Conabimur autem breuiter regulas quasdam quasi nexus quosdam palæ-

» ſtricos tradere, quarum ductu, tanquam fili Dædalei, facile queas è mundi huius
» erroribus, uelut è labyrintho quodam inextricabili emergere, atq; ad puram lucẽ
» uitæ pertingere, &c. Sumentur autem hi canones partim à perſona Dei, diaboli,
» & noſtra: partim à rebus, id eſt, uirtutibus ac uitijs, & quæ ſunt his coniuncta: par
» tim à materia uirtutum & uitiorum. Conducent potiſſimum aduerſus tria ma-
» la, reliquias culpæ genitalis. Ea ſunt, cæcitas, caro, & infirmitas, &c. Iſtos cano-
nes ſequuntur alia capita, uidelicet: Remedia contra uitia quædam ſpecialia (cano
nes enim communia contra omne uitiorum genus remedia complexi ſunt) & pri-
mum contra libidinem. Epilogus remediorum contra incentiuum libidinis.
Aduerſus irritamenta auaritiæ. Epilogus remediorũ contra uitium auaritiæ.
Contra elationem tumoremq; animi. Aduerſus iram & uindictæ cupiditatem.

Oratio de uitute amplectenda ad Verienſem principem Adolphum: charta 1.
& quadr.

Ratio ſeu methodus compendio perueniendi ad ueram theologiam: chartis 13.
& dimid. Hic liber tanquam præfatio olim primæ recognitioni Noui Teſta-
menti ab Eraſmo præfixus erat, ſed hic longe copioſius & ſeorſim habetur.

» Ex præfatione. Tametſi D. Aurel. Auguſtinus, accurate ſimul & copioſe,
» quatuor libris, quibus titulum fecit de doctrina Chriſtiana, ſuper hoc propemo-
» dum argumento diſſerit. Et ante hunc, opinor, Dionyſius quidam in opere, quod
» inſcripſit de diuinis nominibus: Rurſus in libello, cui titulum fecit de myſtica theo
» logia: & conſentaneum eſt eadem egiſſe in libris inſtitutionum Theologicarum:
» ac rurſus in opere de ſignificatiua Theologia: Quo magis nos idem agemus, non
» modo contractius, uerum etiam craſſius, & pinguiore, quod aiunt, Minerua: quip
» pe qui nequaquam excellentibus uiris iſta paramus, ſed rudibus ac plebeis, ue-
» næq; inferioris ingenijs noſtra qualicunq; induſtria nitimur ſubuenire.

Paracleſis, id eſt Adhortatio ad Chriſtianæ philoſophiæ ſtudiũ, charta 1. & pau-
lò plus.

Exomologeſis ſiue modus confitendi peccata ſacerdoti, chartis 5. & paulò am-
» plius. Ex præfatione. Primum quæſtiones proponit ad Confeſſionem per-
» tinentes à quibus abſtinere uelit, deinde pergit, his uerbis: Ego ut efficacibus
» ſcripturarum teſtimonijs & argumentis irrefutabilibus non poſſim à pertinacibus
» euincere, hanc confeſſionem, hanc inquam, qualis nunc in uſu eſt, à Chriſto aut
» etiam ab Apoſtolis fuiſſe inſtitutam: ita pijs omnibus religioſe ſeruandam cenſeo,
» ueluti ſaltem ab eccleſiæ proceribus, non ſine afflatu diuini ſpiritus inductam, ad
» hanc uſq; conditionem, &c. Proinde quoniam extra controuerſiam eſt, Con-
» feſſionem hanc multis nominibus eſſe ſaluberrimam, ſi modo uterq; ſuo fungatur
» officio: uidelicet is, qui per confeſſionem quærit medelam animæ: & is, qui tan-
» quam ſpiritualis medicus cõſulitur: uiſum eſt paucis differere, quibus rationibus
» fieri poſſit, ut quàm plurimum fructus capiatur ex cõfeſſione, & quàm minimum
» malorum admittatur, quæ quidem mala non tam ex re, quàm ex hominum uitio
» naſci uidemus.

Enarratio primi Pſalmi, Beatus uir, iuxta tropologiam potiſſimum: chartæ 5. &
dimid.

Commentarius in Pſalmum ſecundum, Quare fremuerunt gentes: chartis 7.
& trib. quadr.

Paraphraſis in tertium Pſalmum: Domine quid multiplicati.

Concio in quartum Pſalmum, Cum inuocarem: chartis 10. & dimid.

Enarratio Pſalmi 14. Domine quis habitabit: qui eſt de puritate tabernaculi
ſiue eccleſiæ Chriſtianæ: chartis ferè 4.

In Pſalmum 22. Dominus regit me, enarratio triplex: chartis 7. Ex epiſto-
» la dedicatoria. Scripſit in hunc Pſalmum D. Hieronymus, ſed ſuo more
breuiter,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [442] - 201r
PUBLIC DOMAIN

breuiter, breuius etiam Arnobius: beatus Augustinus non enarrauit, sed notulas tantum breuissimas addidit, quod in memoriæ subsidium, opinor, solet dicturus apud populum, ac demiror quo casu commentarius intercíderit. Cassiodorũ non habebam, nec solet ille multũ adferre momenti. Itaq; magna ex parte res erat meo, quod aiunt, Marte gerenda.

Vtilissima consultatio de bello Turcis inferendo, & obiter enarratus Psalmus 28. Afferte Domino filij Dei: chartis 4. & dimid.

Enarratio Psalmi 33. Benedicam Domino in omni tempore: chartis 10.

Enarratio Psalmi 38. Dixi custodiam uias meas, multum ab enarratione ueterum differens: chartis 11.

Enarratio Psalmi 83. in quo diuinus ille spiritus mire nobis cõmendat ecclesiæ concordiam: aliâs inscribitur, De amabili ecclesiæ concordia liber: chartis 7. & tribus quadr.

Concio uel expositio concionalis in Psalmum 85. chartis 10. & paulò plus.

Concio de magnitudine misericordiarum Domini: chartis 6. & dimid.

Virginis & martyris comparatio, chartis 4.

Concio de puero Iesu, pronunciata à puero in noua schola Io. Coleti per eum instituta Londini, in qua præsidet imago pueri Iesu, docentis specie: chartis ferè 2.

Epistola consolatoria ad uirgines sacras propè Cantabrigiam: qua exponitur dictum Esaiæ: In silentio & spe erit fortitudo uestra: charta 1.

Christiani matrimonij institutio ad Catharinã Anglorum reginam: chartis 22. & dimid. Ex epistola. Nunquam mihi contigit totum biduum in argumento suscepto perseuerare. Vnde mirabor ipse, si non offendet passim frigens & abruptus sermo. Ex præfatione. Laudes matrimonij aliâs descripsi satis, ut mihi cum plæriscp uidetur, plus satis, ut quibusdam iniquioribus: nunc tantum ea trademus quæ pertinent primum ad ineundum auspicandumq; matrimonium, deinde ad confirmandum transigendumq; feliciter, post hæc quæ ad sobolem educandam faciunt.

Vidua Christiana ad inclytam quondam Pannoniæ Boœmiæq; reginam Mariam Caroli Cæsaris, & Ferdinandi regis sororem, à morte Lodouici mariti, qui in prælio ceciderat: chartis 9.

Ecclesiastæ, id est, Concionatoris euangelici, aut de ratione concionandi, lib. 4. chartis 69. Ex epistola nuncupatoria ad Christophorum à Stadio episcopum Augustæ Vindelicorum. Propemodum inuita Minerua syluã operis congessi, rudem quidem illam & indigestam, sed quæ testari possit mihi uoluntatẽ præstandi promissi non defuisse, si par animo fuisset facultas. Nec hoc ipsum tamen licuit perpetuo labore peragere. Sed nunc aduersa ualetudo, nunc alij labores transuersim incurrentes compulerunt orsa de manibus deponere, uixq; datum est post longa interualla ad institutum redire. Hinc est quod eruditus Lector fortasse deprehendet quædam hiulca, quædam inchoata, quædã repetita, quædam loco alieniore dicta. Dicet hic aliquis, quin igitur extrema manu quæ displicebant emendasti? Ne dicam dolo, piguit uastum opus retexere, quando hoc ipsum quod præsti, ægre licuit per ualetudinem indies afflictiorem. Et paulò post. Summam argumenti in quatuor libros digessimus. In primo demonstrauimus muneris dignitatem, & quibus uirtutibus oporteat esse prædítum Ecclesiasten. In secundo ac tertio quæ sunt in præceptionibus rhetorum, dialecticorum, ac theologorum, ad usum concionandi accommodamus. Quartus uelut elenchus commonstrat Ecclesiastæ, quas sententias ex quibus scripturæ locis petere debeat: quem tamen hactenus absoluimus, ut studioso Lectori uiam modo commonstrauerimus, alio. qui res erat nec unius nec exigui uoluminis.

Modus orandi Deum, chartis 6. & dimid.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [443] - 201v

Catechiſmus, ſiue Dilucida & pia explanatio ſymboli, quod apoſtolorum dicitur, Decalogi præceptorum & Dominicæ precationis: chartis 26. & quadr.

» Ex epiſtola nuncupatoria. Sic tractaui rem, ut ad ſimpliciorum captum oratio-
» nem totam accõmodarim. Nec omnino uideo quid laudis hoc ſtudio meo ſim
» aſſequuturus, niſi fortè quod quædam dicta ſunt craſſius atq; explanatius. Eſt autem dialogus catechumeni & catechiſtæ, qui diuiditur in catecheſeis ſiue colloquia ſex, ſecundum certa argumenta.

Precationes aliquot nouæ, ac rurſus nouis adauctæ, quibus adoleſcentes aſſuefeant cum Deo colloqui: chartis 13. & quadr. Sunt aũt precationes uariæ circiter 65. quibus ſubijciuntur aliæ 7. ſingulis orationis Dñicæ ſententijs reſpondentes.

Pæan ad uirginem matrem, compoſitus in gratiam dominæ Verienſis: charta 1. & quadr.

Obſecratio ad uirginem matrem Mariam in rebus aduerſis: charta 1.

De contemptu mundi epiſtola, quam ſcripſit adoleſcens in gratiam cuiuſdam & illius nomine: chartis 4. & trib. quadr. Diuiditur in cap. 12. quæ locos quoſ-
» dam communes titulis inſcriptos tractant. Alieno ſtomacho ſcripſi (inquit in
» præfatione) uix annos natus 20. & ut res ipſa clamitat, ſcripſi neglecte, ludens ex
» tempore in locis communibus, nulla tum inſtructus authorum lectione. Ac typo-
» graphi palàm minitabantur ſeſe ædituros, niſi æderem ipſe. Itaq; relegi, pauculiſq;
» uerbis immutatis, paſſus ſum officinis committi.

Diſputatiuncula cum Io. Coleto de tædio, pauore, triſtitia Ieſu, inſtante ſupplicio crucis: deq; uerbis quibus uſus eſt mortem deprecari: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte: chartis 5. & trib. quadr. Subnectitur etiam ipſius Coleti reſponſio in argumenta Eraſmi.

Quomodo ſe quiſq; debeat præparare ad mortem liber: chartis 5. & quadr.

Ode de caſa natalitia pueri Ieſu, deq; paupere puerperio uirginis Deiparæ.

Ode expoſtulationis Ieſu cum homine ſuapte culpa pereunte.

Hymni uarij, in Chriſtum, Michaëlem angelum, Gabrielem angelum, Raphaëlem angelum, Omnes angelos, in Mariam & Annam.

Liturgia uirginis Lauretanæ. Carmen uotiuum Genouefæ.

Commentarius in hymnum Prudentij de natali pueri Ieſu.

Commentariolus in hymnum eiuſdem de epiphania Ieſu nati.

Chriſtiani hominis inſtitutum, uerſibus heroicis, quo deſcribuntur ſymbolum fidei, ſacramenta, peccata, & uirtutes fidei.

Epitaphium Odiliæ, & de eius filio.

SEXTVS TOMVS Nouum Teſtamentum complectitur, iam quintum ac poſtremum accuratiſſima cura recognitum ab authore, cum Annotationibus eiuſdem ita locupletatis, ut propemodum opus nouum uideri poſſit.

» Ex præfatione ad Leonem X. Pont. max. Nouum Teſtamentum uniuer-
» ſum ad Græcæ originis fidem recognouimus, idq; non temere neq; leui opera ſed
» adhibitis in cõſilium compluribus utriuſq; linguæ codicibus, nec ijs ſanè quibuſ-
» libet, ſed uetuſtiſſimis ſimul & emendatiſſimis. Et quoniam nouimus in rebus ſa-
» cris, religioſe quoq; uerſandum eſſe, nec hac contenti diligentia, per omnia uete-
» rum theologorum ſcripta circumuolantes, ex horum citationibus aut expoſitioni
» bus ſubodorati ſumus quid quiſq; legiſſet aut mutaſſet. Adiecimus Annotatio
» nes noſtras, quæ primum Lectorẽ doceant, quid qua ratione fuerit immutatum:
» deinde ſi quid alioqui perplexum, ambiguum, aut obſcurũ, id explicent atq; eno-
» dent. Poſtremo quæ obſiſtant quo minus procliue ſit in poſterum deprauare.

» Ex Apologia. Iam illud quemadmodum extra controuerſiam eſt apud eru-
ditos,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [444] - 202r

ditos, ita indoctis etiam, multorum libris persuasum esse reor, hanc Noui Testa-
menti æditionem Hieronymi non esse, quemadmodum ab ipso fuit emendatum.
Tametsi nos, nec hanc qualiscunq; est aut cuiuscunq; est, neq; conuellimus ullo
modo, neq; calumniamur. Tantum restituimus quæ temporum ac librariorum ui
tio fuerant deprauata, obiter indicatis & his, quæ uel ambigue uel parum attente
reddidit interpres: nam non recte mihi religio est dicere, etiamsi id non ueritus est
aliquot locis Hieronymus. Laurentius septem bonæ fidei codices se sequutum
fuisse testatur. Nos in prima recognitione quatuor Græcis adiuti sumus: in secun-
da, quinq; in tertia, præter alia accessit æditio Asulana: in quarta, præsto fuit & Hi
spanensis, &c. deinde ostendit quantopere diuersa exemplaria uarient & semper
uariauerint, eiusq; dissidentiæ causas. Et aliquanto post. Fit interim ut diuer
sa sit lectio, sit ut ijsdem ex uerbis complures sensus accipi possint. Nos primum
unicam duntaxat lectionem proponimus: nec enim aliter poteramus. Cæterum
in Annotamentis uarias referimus, aut indicantes quid nobis optimum uideatur,
aut Lectoris relinquentes arbitrio, quid sequi malit. Sunt in quibus nostra uulgata
magis probatur æditio, aut Ambrosiana lectio quàm Græci codices. Et tamen con
sentientibus omnibus Græcis exemplaribus, quoniam illa mutare non licuit, La-
tina accommodauimus ne non responderent, quum in hoc ipsum adderentur. Cæ
terum id in scholijs discutimus, &c. Et circa finem Apologiæ. Quemadmo-
dum ingenue fateor esse permulta, quæ doctius tractari potuissent: ut non inficias
eo, locis aliquot me dormitasse lassum: ita res ipsa, ni fallor, indicabit, me post Lau-
rentium Vallam, cui non hac tantum in parte debent bonæ literæ, post Iacobum
Fabrum uirtutis omnis & literarum antistitem; nec sine causa uersatum in hoc ne-
gocio, nec sine fructu.

Ex præfatione de duabus postremis æditionibus, quarta & quinta. Nec ideo
posteriores æditiones immensis sudoribus parauimus, quod prioribus omnino
diffideremus: sed opus quod tum pro uirili proq; temporis spatio quàm fieri po-
tuit optimum dedimus, nunc emendatius multo multoq; locupletius damus, &c.
Neq; parũ multa adiecimus prioribus annotationibus, & priores illas authorũ no
menclatura communiuimus ob quosdam auiditores calumniandi quàm discendi.
Deinde bonam huius præfationis partem huc uertit, ut barbariem sermonis & so
loecismos reijciat, puritatem & elegantiam commendet. Et paulò post. Hic
obiter illud incidit admonendum, esse Græcorum quosdam Noui Testamenti co
dices ad Latinorum exemplaria emendatos. Id factum est, in fœdere Græcorum
cum Romana ecclesia: quod fœdus testatur Bulla quæ dicitur aurea. Visum est
enim & hoc ad firmandam concordiam pertinere. Et nos olim in huiusce modi co-
dicem incidimus, & talis adhuc dicitur adseruari in bibliotheca pontificia mutuscu
lis descriptus literis. Verum ex his corrigere nostros, est Lesbiam, ut aiunt, admo-
uere regulam. Illud potius spectandum quid legerint ueteres Græci, Origenes, A-
thanasius, Basilius, Gregorius Nazianzenus, Chrysostomus, Cyrillus ac Theo-
phylactus. Hoc eò usum est admonere, quod iam nunc quidam iactitant se tre-
centa loca notasse ex codice pontificiæ bibliothecæ, in quibus ille consonat cum
nostra uulgata æditione Latina cum mea dissonat. Quod si nos urgent authoritate
Vaticanæ bibliothecæ, codex quem sequutus est in Nouo Testamẽto Franciscus
Cardinalis quondam Toletanus, nõ modo fuit eiusdem bibliothecæ, uerum etiam
à Leone x. missus est, ut hoc ueluti bonæ fidei exemplar imitaretur. Atqui is penè
per omnia consentit cum mea æditione, &c. Et paulò post. Excussimus uete-
rum ac recentiorum commentarios tum Græcos tum Latinos. Obseruauimus
quid diuersi legant. Pensitauimus ipsius loci sententiam: atq; ita demum pronun-
ciauimus, aut potius admonuimus.

Ex præfatione D. Erasmi quæ Annotationibus in Nouum Testamentum præ-

ſigitur: nam quæ hactenus adſcripta ſunt, in ipſius Teſtamẽti ueſtibulo ſeguntur,
» quanquam de Annotationibus quoq; non parum diſſerant. Primum annota-
» tiunculas ſcribimus, non commentarios, & eas duntaxat, quæ ad lectionis ſynce-
» ritatem pertinent. Et paulò poſt. Teſtamentum nouum recognouimus, pri-
» mum ad Græcam ueritatem, &c. deinde ad fidem uetuſtiſſimorũ Latinæ linguæ
» codicum, quorum duos exhibuit Ioannes Coletus Paulinæ apud Londinum ec-
» cleſiæ Decanus, adeo priſcis literarum typis ut mihi ab integro diſcenda lectio fue
» rit. Tertium præbuit illuſtriſſima uirago Margareta Caroli Cæſaris amita, cuius
» in hac æditione tertia frequenter adduximus teſtimonium aurei Codicis titulo,
» quod totus & auro ſit conueſtitus, & aureis literis pulchre deſcriptus: deinde &
» alios aliunde acquiſitos recenſet. Non igitur (inquit) ad animi noſtri ſomnium
» emendauimus quædam, ſed ad horum quos recenſui codicum fidem, & aliorum
» his ſimilium, quos non perinde refert memorare. Poſtremo ad probatiſſimorum
» omnium ſuffragijs authorum uel citationem, uel emendationem, uel enarratio-
» nem, nempe Origenis, Chryſoſtomi, Cyrilli, Hieronymi, Ambroſij, Hilarij, Augu
» ſtini, Theophylacti, Baſilij, Bedæ: quorum teſtimonia compluſculis locis in hoc ad
» duximus, ut cum prudens Lector perſpexerit certis in locis noſtram emendatio-
» nem cum illorum iudicio conſentire, in cæteris item nobis habeat fidem, in quibus
» haud ſcio an caſu factũ ſit, ut illi nihil annotarint, aut alioqui ſuffragati fuerint, &c.
» Sicubi uarietas exemplariorum, aut diuerſa diſtinctio, aut ipſa ſermonis ambigui
» tas uarios gignit ſenſus, ſic eos aperuimus, ut oſtenderemus quid nobis magis pro
» baretur, cæterum Lectori iudicium deferentes. Et quanquam ab interprete quiſ-
» quis is fuit, ob inueteratam & receptam æditionem non libenter diſſentimus, ta-
» men ſicubi res ipſa palàm clamitat illum uel dormitaſſe uel hallucinatũ fuiſſe, non
» ueriti ſumus & hoc indicare Lectori. Soloeciſmos euidentes ac prodigioſos ſub-
» mouimus, & ita ſermonis elegantiam ubiq;, quantum licuit, ſecuti ſumus, ut nihi-
» lo minor eſſet ſimplicitas. Neq; piguit, ubi Græci ſermonis uel ἰδιώματος, uel ἐμφάσεως
» aliquid habet, quod ad myſterij rationem pertinet, commonſtrare & aperire. De-
» nicq; teſtimonia ueteris Inſtrumenti, quæ non pauca citantur, uel ex interpretatio-
» ne Septuaginta, uel ex ipſis Hebræorum fontibus, ſi quando illorum æditio cum
» Hebraica diſſentit origine contulimus & excuſſimus. Qua in parte cum primum
» hoc opus æderemus, non nihil adiuti ſumus opera ſubſidiaria uiri non ſolum pie-
» tate, uerum etiam trium peritia linguarum eminentis, hoc eſt ueri Theologi Ioan-
» nis Oecolampadij Vinimontani, quod ipſe in literis Hebraicis nondum eò proceſ
» ſeram, ut mihi iudicandi ſumerem authoritatem. Annotationum chartæ ſunt
» 205. cum indice. Quamuis autem plurima quæ planè minuta uideri poſſunt an-
notauerit, ubi translatio, aut exemplaria diuerſa diſſident: multa tamen hic quoq;
» prudentes (inquit) omiſimus, ne Lectorem oneraremus.

SEPTIMVS TOMVS paraphraſes in uniuerſum
Nouum Teſtamentum continet.

Ex præfatione ſcripta ad Cæſarem Carolum eius nominis V. anno 1522.

» Non ſemper mihi proſpere ceſſit amicorum inſtigationibus obſequundaſſe. Sed
» hac tamen in re mihi gratulatus ſum (loquitur de paraphraſi in apoſtolicas epiſto-
» las quas ante reliqua perfecit) eam audaciam expectatione fuiſſe feliciorem: tum
» authori, cui minimum peperit inuidiæ, tum Euangelicæ philoſophiæ candidatis,
» qui mihi certatim gratias agunt, quod hac mea induſtria ad cognitionem Apoſto-
» licæ ſapientiæ, uel excitati ſint, uel adiuti. Et aliquanto poſt de uniuerſa para-
» phraſi. Iam cum Euangeliſtæ nulli non ſcripſerint Euangelium, non uideo quo
» minus ſit ab omnibus legendum: Et nos ita tractauimus ut & ab illiteratis poſſit
» intelligi. Nos in hoc opere potiſſimum ſequuti ſumus Origenem rei theologi-
» cæ longe peritiſſimum, Chryſoſtomum ac Hieronymum ex orthodoxis probatiſ-
ſimos.

simos. Cæterum in præfatione ad Lectorem peculiariter inscripta, nihil prorsus de ipso opere agit, sed hoc maxime persuadere conatur, à sacrarũ literarũ lectione, Noui Testamenti præcipue, neminẽ arcendũ esse: uerum id omnibus nationibus sua cuiq; lingua proponi debere: deinde uiam ostendere, qua Christiani, præcipue pueri, professionis religionisq; suæ summam melius & intelligant, & uitæ operibus mature exprimant.

OCTAVVS TOMVS Theologica ex Græcis scriptoribus theologicis à D. Erasmo in Latinum sermonem transfusa complectitur: uidelicet, Ex D. Ioan. Chrysostomo archiepiscopo Constantinopolitano uersa.

Aduersus Iudæos homiliæ 5. De Lazaro & diuite homiliæ 4.
De uisione Esaiæ homiliæ 5. De Philogonio martyre homilia 1.
De orando Deum libri 2.
De Dauide & Saule, deq; tolerantia homiliæ tres.
Quum presbyter esset designatus, homilia 1.
Quum Saturninus & Aurelianus acti essent in exilium, homil. 1.
De fide Annæ, homil. 2. Commentariorum in Acta Apost. homil. 4.
Commentariorum in D. Pauli secundam ad Corinth. epist. homil. 7.
Commentaria in totam D. Pauli ad Galatas epistolam.
In epistolam ad Philippenses homil. 2.

Ex Athanasio Archiepiscopo Alexandrino uersa.

De sancto spiritu, epistolæ 2. Contra Eusebium de Nicena synodo epist. 1.
Apologetici 2. aduersus eos qui calumniabantur quod in persequutione fugisset.
De passione Domini ac de cruce, homilia 1.
De eo quod scriptum est: Euntes in castellum quod, &c.
De uirginitate, siue de exercitatione.
De peccato in spiritum sanctum.
De spiritu sancto liber illi inscriptus.

Ex Origene.

Def. Eras. Rot. De uita, phrasi, docendi ratione & operibus Origenis, cum singulorum librorum censuris.
Fragmentum Origenis in Euangelium Matthæi.

Ex Basilio.

Principium Esaiæ. De spiritu sancto liber.
De laudibus ieiunij, homiliæ 2.

NONVS TOMVS Continet apologias aduersus eos qui illum locis aliquot, in suis libris, aut nõ satis circumspecte, aut malitiose sunt calũniati, ut habet inscriptio.

Epistola apologetica ad M. Dorpium pro Moria.
Apologia ad Iacobum Fabrum Stapulensem de Eloim.
Ad Iacobum Latomum de linguis, lib. 1.
Ad Ioannem Briardum Atensem pro encomio Matrimonij.
Apol. de eo quod uerterat, In principio erat sermo.
Apologiæ tres ad notationes Eduardi Lei.
Ad Iacobum Lopim Stunicam apologiæ, nempe ad taxationes eius in Nouum Testamentum.
Aduersus libellum impietatum & blasphemiarum eiusdem.
Appendix aduersus eiusdem libellum, cui titulum fecit Prodromos.
Aduersus conclusiones eiusdem.
Aduersus Sanctium Caranzam Theologum de tribus locis ab illo notatis.
Apologia de loco Pauli; Oẽs quidẽ resurgemus, aduersus Nicolaũ Ecmondanũ,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [447] - 203v

Apologiæ aliquot in Natalem Beddam: nempe, Prologus, Elenchus, Diuinationes, Supputationes. Item,
Annotatiunculæ quædam ad notulas Bedaicas.
Apologia aduersus debacchationes Petri Sutoris Carthusiani.
Appendix respondens ad quædam Antapologiæ P. Sutoris.
Appendix de scriptis Iod. Clithouei.
Declarationes aduersus censuras theologorum Parisien. chartis 30. & quadr.

Index argumentorum, quæ à Parisiensium Doctorum uniuersitate discussa fuere & definita: cum D. Erasmi declarationibus ad singula.

1 De paruulis baptizandis. 2 De morte Christi.
3 De ieiunio & delectu ciborum. 4 De iuramento.
5 De reparatione iniuriæ. 6 De matrimonio.
7 De fide. 8 De quibusdam desiderijs spectantibus ad fidem.
9 De lege ueteri. 10 De authorib. librorū noui Testamenti.
11 De symbolo apostolorum.
12 De traductione sanctarum scripturarum in linguam uulgarem.
13 De ijs in quibus à communi usu ecclesiæ Latinæ paraphrastes recedit in suis paraphrasibus.
14 De quibusdam propositionibus, quæ positæ uidentur ex inaduertentia uel ipsius paraphrastæ, uel typographorum.
15 De quibusdam propositionibus, in quibus non satis officio paraphrastæ scriptor paraphrasis respondet.
16 De meritis. 17 De fiducia bonorum operum & meritorū.
18 De fiducia corporalium ceremoniarum & statutorum religionis.
19 De oratione uocali. 20 De cœlibatu sacerdotum.
21 De peccato originali.
22 De pœna filiorum temporali propter peccata parentum.
23 De pœna hæreticorum. 24 De defectu uigoris euangelij.
25 De sabbato. 26 De ecclesia.
27 De beata uirgine Maria. 28 De angelis.
29 De Petro. 30 De Paulo.
31 De Dionysio Areopagita. 32 De Theologia scholastica.

Apologia ad Phimostomi cuiusdam disputationem de diuortio.
Apologia ad iuuenem Gerontodidascalum.
Apologia ad monachos quosdam Hispanos, siue aduersus calumnias eorum.
Ad epistolam Alberti Pij Carporum principis, lib. 1.
Aduersus eiusdem libros 23. apologia.
Ad Christophorum episcopum Basilien sem liber de ciborum delectu: siue, de esu carnium & hominum constitutionibus.
De libero arbitrio Diatribe seu collatio.
Hyperaspistæ Diatribes libri 2. contra Seruum arbitrium M. Lutheri.
Purgatio contra epistolam eiusdem.
Detectio præstigiarum libelli cuiusdam.
Epistola aduersus pseudeuangelicos.
Epistola ad Eleutherium. Epistola ad Grunnium.
Epistola ad fratres Germaniæ inferioris.
Spongia aduersus aspergines sex Huldrici Hutteni.
Pantalabus seu aduersus febricitantem quendam.
Aduersus mendacium & obtrectationem admonitio.
Antibarbarorum liber. Aduersus impudentes quosdam graeculos.

Responsio

Responsio ad Petri Cursij defensionem.

Habentur & nonnulla alia eiusdem argumenti in uolumine Epistolarum, nempe epistolæ Apologeticæ, Ad epistolam cuiusdam anonymi. Ad Marcum Laurinum contra rumorem. Contra libellum Hollandice scriptum, Aduersus tyrologum. Ad Eugubinum. Sunt & nouo Testamento præmissæ apologiæ, quas isthic inuenies.

Ex his lucubrationibus uniuersis aliquot post obitū eius inter D. Erasmi libros locupletatæ, recognitæ, & ad nouam æditionem ab ipso authore adornatæ, repertæ sunt.

Postremo additur Index operum Des. Erasmi, cui in fine subnotati sunt loci scripturarum, quos passim hinc inde explicat. Cæterum secundus & sextus tomi suos proprios habent indices: in septimo, qui est Paraphraseon in nouum Testamentū, nihil opus fuit annotare, præter ea quæ in præfationibus dedicatorijs & argumentis continentur. Proinde communis index non superat chartas 29. & quia ultimus tomus per se magnum uolumen efficit, septimo aut alij cuipiam forte commodius adijcietur.

Nunc post Erasmi scripta nouem tomis impressa, authores etiam enumerentur ipsius industria castigati, omnes, ni fallor, ex Frobeniana officina studiosis communicati.

Terentij comœdiæ per D. Erasmum recognitæ.
Cato cum mimis Publianis.
Officia Ciceronis recognita, argumentis & scholijs illustrata.
Tuscul. quæst. Cic. recognitæ & scholijs illustratæ.
Opera Senecæ incredibili studio tertium recognita.
Suetonius cum aliquot alijs historicis recognitus.
Q. Curtius. Arnobius in Psalmos.
Totus Hieronymus cum scholijs sæpe recognitus.
Cyprianus sæpe recognitus, cui in postrema æditione accessit liber, De duplici martyrio antea nō excusus. Hilarius incredibili labore recognitus.
Irenæus ex uetustissimis codicibus iterum recognitus.
Ambrosius recognitus, additis duob. nouis, Apologia & interpellatione Dauid, Lactantius de opificio Dei recognitus cum scholijs. (libellis.
Omnia opera D. Augustini non æstimandis sudoribus recognita.
Algerus de Eucharistia recognitus.
Origenis opera quotquot extant, cuius uitam in epitomen redegit, & de doctrina, libris eius, deq; ratione docendi, phrasi, artificio ordineq; quem sequitur, Lectorē monuit, censuris adiunctis: additurus contra tanti doctoris calumniatores Apologiam, ni morte immatura præuentus fuisset.

DETMARI Gengelij poëmata quædam, excusa Vitenbergæ in 8. 1539.

DEXICRATIS fabulam ὑφ' ἑαυτῶν πλανώμενοι Athenæus citat libro 3.

DEXIPPI philosophi Platonici extant libri duo commentariorum in prædicamenta Aristotelis. Post quæ statim sequitur in exemplaribus manuscriptis de syllogismis libellus Græcus ἀναπίγραφος à nobis translatus: haud scio an eiusdē authoris.

Eiusdem liber Platonicarum dubitationum apud Aristotelem & solutionum, incipit, ὄκνος τις ἔχει με. Hunc uidi Bononiæ in Bibliotheca S. Saluatoris.

Extant eiusdem Fabulæ Indicæ, & Ichnelates, id est, Inuestigator, apud Dominum Hurtadum à Mendozza Cæsareum Legatum Venetijs.

Ex Græcis principes Romanos descripserunt, Dexippus, Herodianus, Dion, cuius etiam nonnulla extant, &c. Raph. Volaterranus lib. 23. Anthropologiæ, ab initio statim.

DEXIPPVS Herennius appellatus orator Athenienſis sub Valeriano usq; ad Aurelianum. Fuit & alius DEXXIPPVS, Cous medicus, discipulus Hippocratis,

&c. scripsit de medicina librum unum, & de prognosticis. Suidas.

DEXTER Paciani, de quo supra dixi, filius, clarus apud sæculum, & Christi fidei deditus, fertur ad me omnimodam historiam texuisse, quam necdum legi. D. Hieronymus in uitis scriptorum ecclesiasticorum, quas etiã Dextro, huic ipsi opinor, inscribit. Sophronius Hieronymi familiaris, qui librum hunc Græce uertit, indicat hunc Dextrum fuisse præfectum prætorio.

DIADOCHI cuiusdam opus monasticum Græce, Romæ seruatur.

Diadochi & aliorum quorundam capita φωτικὸς: uide Scholastici.

DIAS sophista Ephesius Philippi Macedonis tempore ponitur à Philostrato.

DICAEARCHVS Siculus è Messana, Aristotelis auditor, philosophus, orator, & Geometra, scripsit de repub. Spartiatarum, quem librum quotannis legi in Ephororum prætorio cautum est, iuuenesq; auditum conuenire, &c. Fuit item alter Lacedæmonius Grammaticus Aristarchi auditor. Suidas.

Dicæarchi scriptorum Athenæus meminit, De Alcmane, De descensu in antrũ Trophonij, De sacrificio in Ilio, De uita Græciæ, cuius & Suidas mentionem facit, Tripoliticum, Olympicus, De Alcæo. Sed libro 15. non procul ab initio perperam Milesius pro Messenius legitur.

DICAEOCLIS Gnidij Diatribas Athenæus allegat.

DICAEOGENES poëta tragœdias & dithyrambos scripsit. Suidas.

Dicæogenis senarios aliquot legimus apud Stobæum in Vituperio Veneris, & De honorandis parentibus.

DICTYS Cretensis de bello Troiano libri sex, Q. Septimio Romano interprete: impressi Basileæ apud Cratandrum, 1529. in 8. chartis 9. & dimid. cum Darete Phrygio, & declamationibus tribus per D. Erasmum è Græco uersis.

» Ex Francisci Faragonij epistola præliminari. Mirum scriptoris acumen ar-
» gutamq; densitatem deprehendes. Est enim rerum frequentia creber, uerbis pres-
» sus, sermo sententiarum numero ac concionibus argutus. Et paulò post. At
» illud nimirum in hoc libello anxium me, sollicitumq; detinuit, quod pluribus locis
» adeo mendosus erat, ut uix sensus ullus elici posset. Ego uero pro uirili parte colla
» tis multis exemplaribus, & archetypis emaculatissimũ reddere nisus sum. At hoc
» nulli profecto mirum uideri debet, quum Constantinus Lascaris uir utraq; lingua
» peritissimus mihi asseruerit, superiorũ temporum incuria Dictyn apud Græcos,
» ne quidem inueniri. Retulit tamen hæc paucula ex Suida asserente, Dictyn Cre-
» tensem, Gnosium historicum belli Troiani Ephemeridem, id est, Diurnalem lite-
» ris Punicis (quibus uniuersa Græcia tunc utebatur) absoluisse, sub Idomeneo mo-
» rentem. Dein post multum temporis apud Gnoson monumẽto terræmotu seu
» uetustate collapso, repertos libellos, Atticisq; literis commutatos, Claudio Cæsari
» Neroni oblatos, demum Latine conuersos. Ex præfatione Septimij ad Q. Ar-
» dium. Nobis quum in manus fortè libelli ueniissent, auidis ueræ historiæ cupi-
» do incessit, ut ocioso animi desidiã discuteremus, ea uti erant Latine disserere. Itaq;
» priorum quinq; uoluminum, quæ bello contracta gestaq; sunt, eundem numerũ
» seruauimus. Residua quidem de reditu Græcorum in unum redegimus, atq; ad
» te misimus. Tu Ruffine mi, ut par est, faue cœptis. Ab initio raptus Helenæ & belli exordium describitur: & singulis libris suæ periochæ præponuntur.

DIDYMI Græci authoris scripta cum Absyrto & reliquis mulomedicis Basileæ impressis reperies: & in Geoponicis collectaneis Constantini: Suidas Didymũ quendam Alexandrinum Georgicorum libros 15. scripsisse testatur.

DIDYMI & Tarrhæi prouerbia, & ea quæ apud Suidam aliosq; habentur, Aldus cum fabulis Aesopi, &c. Græce impressit ordine alphabeti.

DIDYMI antiquissimi authoris interpretatio siue scholia in Odysseam, excusa primum Venetijs apud Aldum unà cum enarratione in Iliadem, ni fallor, authoris incerti:

incerti: deinde Parisijs seorsim, 1530. in 8. postremo Basileæ in parua charta apud Heruagium, unà cum enarratione in Iliadē, dispositis iuxta Homeri textum addi-
tum commentarijs, 1535. postremo Argentorati apud Riheliū enarrationes Iliadis simul & Odysseæ unà cum Porphyrij quæstionibus Homericis & cōmentatione in antrum nympharum (quæ etiam Aldina æditio habet) 1539. in 8. sine textu. Ad-
iectis indicibus copiosissimis. Ex præfatione Iacobi Bedroti. Ea licet ante ab « Aldo ac alijs excusa sint, castigatiora tamen in lucem modo prodire studiosi mini- « mo negocio deprehendent. Castigatissima quidem affirmare uix ausim, ea maxi- « me, quæ in Odysseam conscripta sunt. Habent enim πλείω καὶ ἀγροικότερα ἁμαρτή- « ματα, quàm ut sine exemplaris emendatioris beneficio restitui possint. Nouum in- « dicem adijci præterea curauimus, in quem digesta sunt præcipua ex' commenta- « rijs istis, quæ ad explicationem Homericarum uocum & fabularum pertinent, ex « quarum cognitione plurimi apud Latinos etiam loci illustrantur. Accedit & alia « commoditas ex numeris in margine paginarum adiectis, qui non solum Homero « ab Aldo olim, sed & his annis Argentorati non semel ædito respondent. Sic enim « compendio & citra omne tædium quærendi, quæ uoles, inuenire licebit. Autho « rem Annotationum istarum aliqui Didymum faciunt, ego tamen incertum καὶ ἀ- « νώνυμον arbitror, quòd non raro in his citatur Didymus: nisi forsan alius ab isto, « qui χαλκέντερος est cognominatus, & ter mille & quingētos libros ab Athenæo elu- « cubrasse dicitur, hunc ipsum citet. Sunt autem chartæ scholiorū in Odysseam, « quæ peculiariter Didymo inscribuntur, 16. in Argentoratensi æditione.

Io. Stobęus in sermōe de felicitate fragmentū quoddā ex Didymi epitome citat.

DIDYMI Grammatici Exegeticum, epistolas, & de dictione corrupta libros Athe-
næus allegat.

DIDYMVS Alexandrinus captus à parua ætate oculis, & ob id elementorum quoq; ignarus, tantum miraculum sui omnibus præbuit, ut Dialecticam quoq; & Geo-
metriā, quæ uel maxime uisu indiget, usq; ad perfectum didicerit. Is plura ope-
ra & nobilia conscripsit: De spiritu sancto librum 1. quem ego in Latinum uerti, & reliqua quæ Trittenhemius ex Hieronymo decerpsit, hoc ordine:

Contra Arrianos, lib. 2. T. cl. 358.
De dogmatibus quoq;, lib. 1.
a In epistolas canonicas, lib. 7. Iacobus, &c. sicuti mor.
b De spiritu sancto, lib. 1. Omnes quidem quæ diuina.
In librum sancti Iob, lib. 1. In Esaiam prophetam, lib. 18.
In Osee ad Hieronymum, lib. 3. In Zachariam ad eundem, lib. 5.
In Euangelium Matthæi, lib. 1. In Euangelium Ioannis, lib. 1.
In Psalterium quoq;, lib. 1.

Et infinita alia quæ digerere proprij indicis est. Viuit usq; hodie, & octogesimum tertium ætatis excessit annum. D. Hieronymus.

a Commentarij in epistolas Canonicas typis excusi sunt, in Italia opinor. Titu-
lum enim uidi in catalogis bibliopoliorum Italiæ.

b Liber de spiritu sancto inter D. Hieronymi opera extat ab eo translatus. Im-
pressus est etiam Parisijs 1500. in fol. cum Athanasio contra Arium, & alijs, chartis 2. & dimid. Ex præfatione D. Hierony. « Didymus uero meus oculū habens « sponsæ de Cantico canticorū, & illa lumina quæ in candentes segetes sublimari Ie « sus præcepit, procul altius intuetur, & antiquū nobis morē reddit, ut uidens uoce- « tur propheta. Certe qui hunc legerit, Latinorum furta cognoscet, & contemnet ri « uulos cū cœperit haurire de fontibus. Imperitus sermone est, & nō scientia, apo « stolicum uirum ex ipso sermone exprimens, tam sensuum nomine quàm simplici- « tate uerborū. Aliàs inscribitur, Disceptatio de spiritu sancto, eiusq; processu, « atq; æqualitate. D. Hieronymus alicubi se Didymum audiuisse dicit: alibi item «

„ pro hæretico taxat his uerbis. In Didymo memoriam prædicamus, & super trini
„ tate fidei puritatẽ, sed in cæteris quæ male ingenio credidit nos ab eo retrahimur.
Rufinus in undecimo historiæ multis Didymum collaudat, quæ Raphaël Volater ranus etiam in Anthropologiæ libro 15. recenset.

DIDYMOS quinq; Suidas fuisse commemorat, tres tantum Alexandrinos, omnes autem grammaticos. Primus tempore Augusti Alexandriæ natus cognomine Calchenterus ob patientiam in libris, quos supra 3500. dicitur scripsisse. Huius meminit Rufinus in epistola contra Hieronymum. Raph. Volater.

DIDYMVS iunior Alexandrinus Grammaticus Romæ professus est, scripsit Probabilia, de orthographia, aliáq; plurima & optima.

DIDYMVS Claudius Grãmaticus scripsit de erratis analogiæ apud Thucydidem, Epitomen Heracleonis, & alia quædam.

DIDYMVS Atteius siue Attius philosophus academicus scripsit Probabilium & sophismatũ solutiones libris duobus, & alia multa. De illo Alexandrino, qui Geoponica reliquit, supra diximus. De his omnibus ex Suida.

DIDYMI Fauentini aduersus Thomam Placentinum pro Martino Luthero oratio diserte & eleganter scripta, impressa in Germania, 1521. in 8. chartis 8. & in 4. chartis 10. & dimid. eodem anno.

Capita defensionis hæc sunt.

1 Philosophia, item Scholastica Theologia reprobantur.
2 Quatenus liceat subdito Magistratum corripere.
3 De indulgentijs. 4 De pœnitentiæ partibus.
5 De Thurcicis bellis. 6 De Romani Pontificis monarchia.

Aguntur & plæraq; alia quæ obiter incidunt. Videtur autem apud Germaniæ principes tanquam religionis iudices pronunciata esse aduersus accusatores Lutheri. Præmonitio ad Lectorem. Ex hac oratione cognosces, optime Lector, quibus sycophantijs, quibus calumnijs oppressam uelint ueritatem, & extinctas bonas, hoc est, pias literas, hi, qui sophisticã theologiam, qui Pontificum constitutiones: breuiter, qui hominum traditiones uindicant.

Ex DIDYMO epilepticorum excitatoria Aëtius præscribit.

DIEGVS nomen proprium apud Hispanos: sic enim Iacobum uocant.

DIEGVS Hurtadus à Mendozza, uir illustris cum gentilitia nobilitate, tum doctrina & sapientia recondita, Cæsareæ maiestatis apud Venetos legatus, superiore anno Venetijs à me uisus est: Et nuper ex Arnoldi Arlenij nostri literis cognoui, ipsum quamuis maximarum rerum administratiõe districtum, pristina tamen literarum & philosophiæ studia non deserere, ingenio esse celso, ac in philosophicis præsertim & mathematicis egregie doctum: & luculentam paraphrasim in totum Aristotelem instituere: item de Tunetana expeditione historiam Latine scripsisse: cui ipse non solum interfuit, sed etiam bona ex parte cum fratribus præfuit. Bibliothecam Venetijs ornatissimam habet, ac omne genus rarissimis libris præsertim Græcis mire instructam: eius catalogum Arlenius, quem in contubernio suo Legatus ualde amanter fouet, mihi ostendit, & sæpe à nobis in hoc uolumine commemoratur. Archetypum Iosephi Græci, quem hoc anno elegantissime Frobeniana officina Basileæ excudit, ex eadem bibliotheca ingenue studiosis cõmunicatum est, cum Arlenij præfatione: cuius opera nos etiam nonnihil ex ea transcriptum nacti sumus, quod suo loco nõ tacebitur: & in posterum quoq; si quid in usum reipub. literariæ publicandũ inde petierimus, quæ generosa clarissimi D. Legati liberalitas est, repulsam nos minime passuros cõfidimus. Interim Deum opt. max. orabimus, qui talem tantumq; heroem nobis q; diutissime saluum & incolumem conseruet.

DIEGVS (aliâs, Degus) Valera Hispanus aliquid historicum ædidit, citatur enim in Baptistæ Fulgosi uolumine de factis & dictis memorabilibus.

DIETEM

DIETEMBERGI cuiusdam liber contra hæreticos, impressus.

DINARCHI rhetoris aliquid excudit Aldus in uolumine orationum Aeschinis, Lysiæ, & aliorum.

Dinarchus Corinthius rhetor orationes scripsit 160. aut uerius 60. tantum, omnes iuridiciales, partim publicas, partim priuatas. Obijt post mortem Antipatri à quo præfectus Peloponnesi constitutus fuerat. Suidas.

Dinarchi aliqui opinantur esse orationē contra Theocrinem Demostheni communiter inscriptam. Libanius in argumento eius.

DINON scripsit Persica, quæ allegantur aliquoties in Dipnosophistis Athenæi.

DINVS de Garbo, patria Florentinus, artis medicinæ peritissimus, ædidit in sua facultate opuscula, quibus memoriam sui nominis ad notitiam posteritatis transmisit, è quibus feruntur, T. cl. 1300.

Cōmentaria in Galenum, lib. 1. De malitia uariæ cōplexiōis, lib. 1.
In Hippocra. de natura fœtus, lib. 1. Diuersarum quæstionum, lib. 1.
In Auicennam quoq; lib. 1. In philosophia etiam uaria.
Et quædam alia. Huius pater Brunus in chirurgia peritissimus fuit medicus, qui hunc Dinum Thadæo medico Florentino tradidit erudiendum.

* Dinus sub Ioāne 22. iuuenis admodum cœpit scribere in tertiam & quartam Phen quarti canonis Auicennæ; deinde iam senior hortante Roberto Siciliæ rege in quartam Phen primi & secundi canonis, &c. Scripsit præterea in libros Galeni de malitia complexionis, & in librum Hippocratis de natura fœtus. Quæstiones uero nonnullas in medicina, philosophia, theologia. Enarrauit uulgarem cantionem Guidonis de Caualcantibus, quæ de natura & motu amoris Venerei tractat, rationibus physicis demonstrando. Decessit Florentiæ sepultus in templo ordinis Minorum relicto Thoma filio, qui & ipse in medicina commentarios ædidit, unde hæc sumpsi. Raph. Volater.

Dini Chirurgia impressa typis, item liber de generatione embryi.

Trittenhemius, & sequutus eum Symph. Camperius, aliud opus *Dini faciunt* Cōmentariorum in Galenum, & aliud de malitia uariæ complexionis, mihi autem cum aliâs, tum ex Raphaelis Volaterrani uerbis, unum planè esse uidetur. Galeni enim liber est de inæquali intemperie, quem *Dinus commentarijs explicauit.*

Dini Florentini expositio super tertia & quarta sen quarti canonis Auicennæ cum textu: & libellus de ponderibus & mensuris, omnia inelegantissime conscripta, excusa in folio, Venetijs ut conijcio: nam neq; locus nec annus Domini exprimuntur. Accedit Gentilis Florentini expositio super primum & secundum tractatum sen quintæ, quarti canonis Auicennæ, de dislocationibus & fracturis, quas Dinus non exposuit. Cæterum Dini scriptorum in hoc uolumine seorsim chartæ sunt 60. Gentilis autem circiter 14. Epilogus expositionis Dini. « Hic finitur expositio tertiæ sen & quartæ quarti canonis Auicennæ, in quantum « est spectans scientiæ chirurgiæ, per quam principalis facta est hæc expositio. In « diuersis autem temporibus hoc opus perfecimus. Nam usq; ad tractatum de ulce- « ribus hoc opus fecimus, dum eramus adhuc iuuenis in scientia medicinæ: studue- « ramus enim Bononiæ uno anno: deinde propter guerram discessimus, & adhæsi- « mus patri, qui in hac scientia præ cæteris erat expertus, & cum eo commorans ad- « huc iuuenis, sic uidens ipsum quotidie operari, motus fui ad scribendum, &c. Cui « hæc cordi sunt, plura illic legat. Præter ea, quæ recensui, titulus huius uolumi « nis promittit etiam eiusdem Dini expositionem super parte quintæ sen, & tracta- tum de emplastris & unguentis: item Gentilis de Fulgineo, commentarium super tractatu de lepra: quorum nihil in ipso uolumine inueni.

DINVS Mugelanus utriusq; iuris professor insignis, ædidit in sua facultate multa præclara opuscula, de quibus feruntur subiecta: De mandato Bonifacij Papæ T. cl. 1306.

octaui primus scripsit eleganter post archidiaconum

Super sexto decretalium,	lib. 1.	Super Codice,	lib. 10.
Super. ff. ueteri,	lib. 24.	Super. ff. nouo,	lib. 12.
Super. ff. inforciati,	lib. 14.	Consilia multa,	lib. 1.

Alia insuper non pauca præter hæc ædidit, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

*Dinus Mugelanus, clarissimi nominis professor ætate sua, cõmentatus est super Digestis: super Titulum de Actionibus in Institutis: super Titulum de Regulis Iuris, lib. 6. eum tamen Titulum non tanquam Canonum, sed legum peritus, explicauit: quare nunquam ferè Ius Canonicum allegat, contentus eo iure quod ipse didicerat. Nã Canonici iuris inscius fuit, si Ioanni Andreæ credimus (in addi. ad Spec. de succeſſ. ab int. in prin.) Sepultus est Bononiæ ad S. Dominici templũ, sepulchro humili quidem, sed ob tanti uiri memoriam notissimo. Et proxime quidem iuxta ipsum Cynus sepultus est: ut non minus animis quàm nominibus inter eos conuenisse, intelligere possis. Vixit anno 1300. Ioan. Fichardus in uitis Iureconsultorum.

Inuenio etiam Dinum scripsisse, De interesse, De præscriptionibus, De successionibus ab intest. De modo arguendi. Glossas contrarias, & earum accordantias.

Commentarios eius in Tit. de regulis Iuris Paganus excudit Lugduni.

DIOCLETIANVS Aug. in fragmentis Gregoriani Codicis allegatur.

DIOCLIS epistola præseruatiua ad Antigonũ regem Græce, extat hodieq;. Eadem fortè hygieina sunt, quæ bis aut ter citantur ab Athenæo libro tertio, de piscium quorundam usu ad salubrem cibum.

DIOCLIS Athenieñ. aut Phliasij ueteris comici fabulas recenset Suidas, & Athenæus, Thalattan, Melittas, & Opsartytica diuersis locis allegat.

DIOCRIDIS cuiusdam Distichon in 4. libro Anthologij.

DIODORI cuiusdam liber Græcus de ponderibus & mensuris, seruatur in Italia.

DIODORI epigrammata 2. in primo lib. Florilegij Planudis, quinq; in tertio, in quarto & sexto singula: legitur autem alibi quidẽ semper simplex Diodori nomen, semel uero in primi libri sectione 26. Diodori Sardiani Diopeithis.

DIODORI poëtæ senarios aliquot Io. Stobæus citat in sermonibus, Quod in contrahendis nuptijs spectandi sint mores, & quòd defunctos contumelia affici non deceat. Eundẽ esse puto DIODORVM Sinopensem Comicũ, cuius fabulas Athenæus citat, Tibicinã in 10. lib. Epiclerũ & Panegyristas in 12. q̃d et Suidas testatur.

DIODORI cuiusdã Italicas glossas & librũ ad Lycophronẽ idem Athenæus allegat.

DIODORVS Siculus scripsit historiam, quam bibliothecam inscripsit, continet autẽ res & Romanas & uarias in libris 40. ut Suidas testatur, qui dicit eũ floruisse sub Augusto & supra. Quod & ipse quoq; libro sexto testatur. Iulius Cæsar (inquit) diebus nostris Rhenum pontibus miro modo iunxit. Primi sex libri antiquorũ gesta, quæ fabulosa appellant, ante bellum Troianum continent. In horum primis tribus barbarorũ, in reliquis antiquæ res Græcorũ narrantur. In undecim deinde conferuntur quæ de bello Troiano usq; ad Alexandri Macedonis mortem gesta sunt. In reliquis 23. cõtinentur quæ deinceps usq; ad bellũ Gallicũ, quod Romani duce Iulio Cæsare gesserunt, qui annos in summa cõplectuntur 1138. Huius historiæ tantum sex libri ad nostrã ætatem peruenere. Raph. Volaterra.

Diodorus Siculus ab inundatiõe quæ sub Ogyge fuit rege Bœotiæ ad sua tempora, id est, ad C. Cæsarem dictatorem, historiã deducit: quem Plinius nescio qua causa dicat primum apud Græcos desijsse nugari, quum nihil eo sit nugacius, nisi forsan quod nullum operi suo illecebrosum aut magnificum titulum indiderit, sed inscripserit tantum Bibliothecam. Ioan. Lodouicus Viues.

Diodori Sic. de Philippi & Alexandri regum, & aliorũ aliquot nobiliũ Macedoniæ

doniæ ducum præclare factis libri duo, Bartolemæo (aliâs Angelo) Cospo Bononiensi interprete: De fabulosis Aegyptiorũ gestis, liber 1. Pogio Florentino interprete. Volumen excusum Basileæ, 1531. in fol. apud Henricum Petrum.

Historiarũ libri 5. Græci à decimosexto ad uigesimũ usq; excusi Basileæ apud Robertũ Vuinter, 1539. in 4. chartis 62. Singulis libris argumenta seu capita Græce præponuntur. Ex præfatione Vincentij Obsopœi ad Christophorũ episcopum Augustensem. Diodori Siculi modicas has reliquias ab Iano Pannonino quondam Quinqueclesiensi episcopo ab interitu uindicatas, ac deinceps ab eruditissimo uiro Ioanne Alexandro Brassicano nobis per Ioan. Petreiũ communicatas, & nunc tandẽ à me transcriptas, ædimus. Quo in authore ut iacturæ magnitudo intelligatur, omnium ille fermè gentium & populorum historiam quadraginta uoluminibus condidit: de quibus hos quinq; tantum habemus superstites, cum illis quinq; Latinis prioribus, quorum uersio meo quidẽ iudicio Poggio non recte adscribitur. Neq; enim uerisimile est, adeo spurciloquum & uirulentum sycophantam & utilitigatorem quicquam Græcitatis calluisse, qui ne Latinam quidem linguam, cuius sibi uidebatur esse peritissimus, recte calluit. Quia uero Diodorus singulari genio & gratia hisce libris potentissimorum regum Macedoniæ, nempe Philippi & Alexandri, ac successorum eius res gestas, tum Agathoclis Siciliæ tyranni & Carthaginensium mutua bella cæteris longe plenius in historiam contulit, ociosis narrationibus, & superuacuis descriptionibus, tum fictis & meditatis orationibus posthabitis (quibus Liuius inter Latinos, & plærique alij, tum ex Græcis Thucydides & Xenophon sunt plenissimi: quod equidem ut non uituperandum duco, ita me nemo unquam adducet, ut credam Hannibalem aut alium aliquem imperatorem apud Liuium aut Thucydidem tam doctas & argutas habuisse conciones ad milites, quemadmodum ipsi ad ostentationem rhetoricantur) libuit huius authoris doctissimas & purissimas reliquias tuo nomini longe lateq; clarissimo consecrare.

Extant etiamnum Græce præter impressos, priores quinq; libri, & reliqui à decimo usq; ad decimumsextum, Venetijs apud Diegum Hurtadum Legatum Cæsaris: cæteros quoq; qui quintũ sequuntur usq; ad decimum, in Sicilia superstites asseruari audiuimus.

DIODORVS, Tarsensis episcopus, dum Antiochiæ esset presbyter, magis claruit. Extant eius in Apostolum commentarij, & multa alia, ad Eusebij magis Emiseni characterem pertinentia, cuius cum sensum secutus sit, eloquentiam imitari non potuit, propter ignorantiam sæcularium literarum. D. Hieronymus.

DIODOTVS Erythræus Ephemerides Alexandri scripsit. Athenæus lib. 10.

DIOGENIANI cuiusdã Græci collectanea prouerbiorum siue paroemiæ uulgares extant Græce Romæ: uide supra in secundo tomo operum Des. Erasmi. Diogenianus ex Heraclea grammaticus sub Hadriano principe scripsit dictionariũ per ordinem literarum, multaq; alia in arte grammatica. Suidas.

Ex DIOGENE quodam catharticum pituitæ Aëtius recenset.

DIOGENES Babylonius scripsit leges, & de nobilitate. Athenæus: præceptor fuit Antipatri, de quo Cicero de officijs multa. Fuit quidem ex Seleucia natus, sed ob uicinitatem Babylonius dictus est. Laërtius.

DIOGENIS Tragici Semelen Athenæus citat.

DIOGENIS Sinopensis Cynici uitam, & dicta factaq;, Diogenes Laërtius libro 6. describit: permultas quoq; eius sententias Stobæus passim recitat, ut liquet ex indice: & Diogenis diatribas aliquãdo allegat, ubi eius dicta referuntur, nescio quo authore conscriptas. Epistolas eius excudit Aldus charta 1. & trib. quadr. cum reliquis ueterum Græcis epistolis: Scribit autem ad Sinopeñ. ad Antisthenem, ad Hipparchiam, Antipatrum, Cratetem quinquies, Hicetem patrem,

Eugneſium, Metroclem, Apollexidē ter, Antipatrum bis, Antalcidem, Anaxilaum, Meleſippum, Amynandrum, Ageſilaum, Alexandrū bis, Hippionem, Aniceridem, Græcos, Dionyſium.

DIOGENIS Laërtij de uitis, decretis, & reſponſis celebrium philoſophorum libri 10. Græci, primum excuſi Baſileæ apud Frobenium, 1533. in 4. chartis 73. Eidem Ambroſio quodam monacho Italo interprete, Latini excuſi ſunt, ad uetuſti codicis Græci fidem caſtigati, & innumeris locis reſtituti, adiecto indice, Baſileæ apud Curionem, 1524. in 4. chartis 51. & dimid.

Ex præfatione Hieronymi Frobenij & Nicolai Epiſcopij typographorum in
» Græcam æditionem. Qui Græca Diogenis cum Ambroſij Latinis conferre uo
» let, facile uidebit quantum interſit inter puros fontes, & lacunas licet non omnino
» turbidas. Quis autem fuerit Diogenes Laërtius nondum ullis ueſtigijs licuit odo-
» rari. Neq; enim illius extat ulla præfatio, ſed Ariſtotelico more protinus ipſam ag-
» greditur rem: nec ab ullo ueterum, quod ſanè meminerimus, citatur huius autho-
» ritas. Laërtius dictus eſt â Laërte oppido Ciliciæ. Res ipſa declarat hominem
» fuiſſe magna ueterum authorum copia πλουσίως inſtructum, in quibus citandis
» nequaquam indiligens eſt: quanquam uidetur plus ſtudij adhibuiſſe in congeren-
» do, quàm iudicij uel in deligendo uel digerendo. In dictis philoſophorum, in qui-
» bus plurimum eſt acuminis, conciſior eſt quàm optaremus, & interdum ueluti de-
» laſſatus, fatetur ſe multa prætermittere. Rurſus in congerendis epigrammatibus
» æquo diligentior eſt, frequenter & ſuos attexens uerſiculos, non multum ad rem
» facientes, quos mirum ab Ambroſio interprete non redditos eſſe.

» Ex Valentini Curionis typographi præfatione in Latinam æditionē. Præter
» uariam ac miniме triuialem eruditionē, qua totus ſcatet, philoſophiam ut per gra-
» dus quoſdam & incrementa nata auctaq; eſt, ita depingit, ut uel ex hoc uno ſtu-
» dioſus adoleſcens totius philoſophiæ rationem facile compendio poſſit petere. Si-
» quidem nō tantum uniuſcuiuſq; philoſophi uitam & mores deſcribit, uerū etiam
» inſtitutum doctrinamq; cuiuſq; diligentiſſime proſequitur. Ad hæc multas grauiſ-
» ſimas ſententias, & apophthegmata, multa argutiſſime dicta factaq;, ſuo quæq; lo-
» co incredibili breuitate aſpergit: Idq; tanta fide, ut citra nomenclaturam authorū
» nihil aſſerat. Citat autem multos, & quidem antiquiſſimos, ut par eſt in hiſtoria nō
» admodum recenti. Vnius Plutarchi omnium quos citat, ut uidetur recentiſſimi,
» teſtimonio ſemel aut iterum uſus eſt duntaxat. Vnde coniectura eſt, illum aut Plu-
» tarchi ſæculo floruiſſe, qui cum Traiano uixit, aut certe illi proximo. Nam nullus
» chronicorum & uitarum ſcriptor, Laërtij, quod quidem ſciam, uſquam meminit.
» Solum Stephanum, qui de urbibus ſcripſit, eius feciſſe mentionem quodam loco
» inuenio. Porrò de numero librorum nihilo magis conſtat, quàm de uita. Certū
» eſt præter hunc, ſcripſiſſe & Pammetron librum, in quo de omnibus ſapientia &
» doctrina, illuſtribus uiris omni genere carminum luſit, quemadmodum ipſe teſta-
» tur cum multis alijs in locis, tum aperte in uita Solonis. Cuiuſmodi autem fuerit ea
» Pammetros, quiuis uiderit ex ijs epigrāmatis, quæ paſſim hoc libro ex illa petitis,
» citat: quę in hoc Græce apprimēda curauimus (cum interpretatione Latina eorun-
» dem) quod ſcirem carminis uenuſtatem & argutiam peregrina lingua non poſſe
» reddi.

Philoſophi quorum uita libro primo deſcribitur.

Thales Mileſius.	Solon Salaminius.	Chilon Lacedæmonius.
Pittacus Mitylenæus.	Bias Prienenſis.	Cleobulus Lyndius.
Periander Corinthius.	Anacharſis Scytha.	Myſon Chenenſis.
Epimenides Cretenſis.	Pherecydes Syrus.	

Libro ſecundo.

Anaximāder Mileſius.	Anaximenes Mileſius.	Anaxagoras Clazomenius.

Archelaus

Archelaus Atheniẽsis. Socrates Athenienſis. Xenophon Athenienſis.
Aeſchines Atheniẽsis. Ariſtippus Cyrenenſis. Theodorei.
Phædon Helienſis. Euclides Megarenſis. Diodorus Iaſſi us.
Stilpo Megarenſis. Criton Athenienſis. Simon Athenienſis.
Glauco Athenienſis. Simmias Thebanus.
Cebes Thebanus. Menedemus.
Libro tertio. Plato Athenienſis.
Libro quarto.
Speuſippus Athenieñ. Xenocrates Chalced. Polemon Athenieñ.
Crates Athenieñ. Crantor Solenſis. Arceſilaus Pitaneus.
Bion Boryſthenites. Lacydes Cyrenenſis.
Carneades Cyrenẽsis. Clitomachus Carthaginenſis.
Libro quinto.
Ariſtoteles Stagirites. Theophraſtus Ereſius. Strato Lampſacenus.
Lycon Troadenſis. Demetrius Phalereus. Heraclides Ponticus.
Libro ſexto.
Antiſthenes Athenieñ. Diogenes Cynicus. Monimus Syracuſanus.
Oneſicritus. Crates Thebanus. Metrocles Maronita.
Hipparchia ſoror. Menippus Pœnix. Menedemus.
Libro ſeptimo.
Herillus Carthagineñ. Zeno Cittieus. Dionyſius Metath.
Cleanthes Aſſius. Sphærus Boſporanus. Chryſippus Solenſis.
Libro octauo.
Pythagoras Samius. Empedocles Agrigentinus.
Epicharmus Cous. Archytas Tarentinus. Alcmæon Crotoniata.
Hippaſus Metapont. Philolaus Crotoniata. Eudoxus Cnidius.
Libro nono.
Heraclitus Epheſius. Zenophanes Coloph. Parmenides Eleates.
Meliſſus Samius. Zeno Eleates. Leucippus Abderita.
Democritus Mileſius. Protagoras Abderita. Diogenes Apolloniates.
Anaxarchus Abderita. Pyrrho Helienſis. Timon Apolloniates.
Libro decimo. Epicurus Athenienſis.

Diogenes Laërtius philoſophorũ uitas ad fœminam quandam compoſuit, magna eſt in eo opere rerũ cognitio, multoq; eſt legi digniſſimũ. Ludouicus Viues.

DIOGENIS epiſcopi Amiſi hexaſtichon in tertio libro Floriſegij Græci.

DIOMEDIS Grammatici opus Ceruicornus excudit Coloniæ, 1518. in 4. deinde Ioannes Soter ibidem, 1536. in 8. ab Ioanne Cæſario emendatum ſcholijſq; illuſtratum: adiectis Donati opuſculis de 8. orationis partibus, & de barbariſmo, ab eodem recognitis, cum indice. Diomedis librorum trium chartæ ſunt 18.

Præfatio authoris ad Athanaſium quendam. Artem meræ Latinitatis, pu« ræq; eloquentiæ magiſtrã, ſub incude literarum faciliter procudendo formatam, « humanæ claritatis lucem, cum cognouiſſem excellentem facundiam tuam pluri« mi facere: deſiderio tuo libenter indulgens, ſummo ſtudio (quantũ mediocris ad« modum ingenij mei qualitas caperè patiebatur) trino digeſtam libello, dilucide ex« pedítam, cenſui eſſe mittendam, &c. Quamobrem (ut mea fert opinio) ſpero tibi, « alijſq; legentibus magno uſui fore. Igitur totius operis prima pars, uniuerſi ſermo « nis membra continet: Altera non ſolum obſeruationes, quæ arti Grammaticæ ac« cidere ſolent, ſed etiam ſtructuram pedeſtris orationis, uberrime pleneq; demon« ſtrat. Tertia pedum qualitatem, poëmatum genera, metrorumq; tractatus, ple« niſſime docet. Diomedes quis fuerit aut quando uixerit, certi nihil habeo: ap« paret eum & Græce doctum fuiſſe, & in Grammaticis ualde exercitatum.

DIOMEDIS Guidalotus Bononiensis commentarios scripsit in æglogas Calphurnij & Nemesiani poëtarũ, uno uolumine impressos Bononiæ, 1504. in 4. chartis 67.

Ex præfatione authoris ad Alexandrum Bentiuolum principem Ioan. Benti-
» uoli secundi filium. Et quoniam in primis Calphurnij lectione (post Virgilium
» quidem) non tam oblectabamur quam tenebamur, in re nostra adulescentulorũq;
» rudium iudicauimus hæc qualiacunq; sint, anno 22. nostræ ætatis elucubrata in
» uulgus emittere.

DION Cassius, cognomento Cocceius uel Cocceianus, patria Nicæus, scripsit sub Alexandro Seuero Romanam historiam libris 8. per decades diuisis: gesta itidem Traiani & Arriani philosophi uitam: item Persica, Getica, Enodia. Suidas.

Superest & epitome ab alijs facta quorundam imperatorum ab eo descriptorum: De principe libri tres, & tractatus quidam in moralibus admodum parui. Raph. Volater. sed uidetur confundere Dionem Cassiũ cum Dione Chrysostomo, cuius scripta quædam moralia extant, & libellus de regno.

Dionis liber de uitis Cæsarum, Græce extat in Italia. Item,

Romanæ historiæ libri à 35. usq; ad 54. Romæ: & Venetijs apud D. Diegum Hurtadum Cæsaris Legatum à 37. ad 58.

Georgius Merula historiam de conflagratione Veseui montis ex Dione transtulit, quæ translatio cum Suetonio & alijs historicis Basileæ excusa est.

DION Prusæus sophista & philosophus, Chrysostomus cognomine, præ se ferebat grauitatem, adeo ut leoninã pellem indutus prodiret: corpore gracilis erat, & plurimum Traiano Cæsari conuersabatur, interdum in regio uehiculo ei assidens: scripsit, An mundus corruptibilis sit, Herculis & Platonis encomium, Ad Platonem pro Homero libros 4. De Alexandri uirtutibus libros 8. Suidas.

Dionis Chrysostomi orationes 80. D. Diegus Hurtadus Cæsaris Legatus Venetijs habet: in alio quodam nescio cuius Italicæ Bibliothecæ catalogo Dionis sermones 83. extare legi. Hæc ipsa autem uidentur esse opuscula illa, de quibus Raph. Volaterranus in Dione Cassio dixit: nec aliud esse puto uolumen in philosophia morali huius authoris nomine Venetijs in bibliotheca SS. Io. & Pauli. Ex his opusculis esse crediderim quæ Florentiæ cum operibus Xenophontis excusa sunt Græce in folio: nempe, De regno & tyranride, De fide, De infidelitate, De gloria orationes duæ. Falsus enim est titulus, qui nihil περὶ δόξης, sed περὶ τύχης orationem promittit.

Eiusdem oratio de Homero, cum Homeri operibus aliquoties excusa est.

Dionis (eiusdem opinor) de poëtis liber, & alia argumenta collecta, Græce seruantur Romæ.

Dionis historia, Troiam non fuisse captam, Græce in Italia.

Dionis Prusæi Getica citantur in historia Hungarica Antonij Bonfinij, tanquã extent: uerum Suidas à Dione Cassio Getica scripta testis est.

DION Syracusanus philosophus Platonicus, frater Aristomaches uxoris Dionysij prioris tyranni, cuius filium Dionysiũ eiecit & regno potitus est: mox ab eiusdem fratre Nisæo ipse quoq; eiectus. Scripsit epistolas ad Platonem & alios quosdã. Suidas. Extat eius epistola ad Dionysium, prima inter Platonicas.

DIONIS nescio cuius uerba aliquando citat Stobæus, ex chrijs siue sententijs, œconomico, & Charidemo.

DIONYSIOCLES quidã dipnosophista ab Athenæo introducitur in Symposiacis.

DIONYSII Papæ decreta, in uolumine Decretorum, & 4. Conciliorum impresso Coloniæ.

DIONYSIVS Corinthiorum ecclesiæ episcopus, tantæ eloquentiæ et industriæ fuit, ut non solum suæ ciuitatis & prouinciæ populos, sed & aliarum urbium et prouinciarum episcopos, epistolis erudiret. E quibus est una ad Lacedæmonios, alia ad Athe-

Athenienſes, tertia ad Nicomedenſes, quarta ad Cretenſes, quinta ad eccleſiam Amaſtrianam, & ad reliquas Ponti eccleſias, ſexta ad Gnoſſianos, & ad Pinytum eiuſdem urbis epiſcopum, ſeptima ad Romanos, quam ſcripſit ad Soterem epiſcopum eorum, octaua ad Chryſophoram, ſanctam fœminam. Sub imperatore M. Antonino Vero, & L. Aurelio Cõmodo floruit. D. Hieronymus, ex quo Trittenhemius eadem repetit, tam utiles & prolixas huius Dionyſij epiſtolas eſſe addens, ut non ab re libri queant appellari: & claruiſſe eum anno ſalutis 170.

DIONYSIVS Alexandrinæ urbis epiſcopus, ſub Heracla ſcholã κατηχίσεως presbyter tenuit, & Origenis ualde inſignis auditor fuit. Hic in Cypriani & Africanæ ſynodi dogma conſentiens, de hæreticis rebaptizandis, ad diuerſos plurimas miſit epiſtolas, quæ uſq; hodie extant: & ad Flauianũ Antiochenæ urbis epiſcopum ſcripſit de pœnitentia, & ad Romanos per Hyppolytũ alteram, ad Xyſtum qui Stephano ſucceſſerat duas epiſtolas, & ad Philemonem, & ad Dionyſium Romanæ eccleſiæ presbyteros duas epiſtolas, & ad eundem Dionyſium poſtea Romæ epiſcopum, & ad Nouatianum cauſantem quod inuitus Romæ epiſcopus ordinatus eſſet, cuius epiſtolæ hoc exordium eſt: Dionyſius Nouatiano fratri ſalutem. Si inuitus, ut dicis, ordinatus es, probabis, quum uolens ſeceſſeris. Eſt eius ad Dionyſium & ad Didymũ altera epiſtola, & ἐορτασικὴ de paſcha plurimæ declamatorio ſermone conſcriptæ, & ad Alexandrinam eccleſiam de exilio, & ad Hieraclam in Aegypto epiſcopum, & alia de mortalitate, & de ſabbato, & περὶ γυμνασίου, & ad Hermammonem, & alia de perſecutione Decij, & duo libri aduerſum Nepotem epiſcopum, qui mille annorum corporale regnum ſuis ſcriptis aſſeuerat, in quibus & de apocalypſi Ioannis diligentiſſime diſputat. D. Hieronymus.

Ioan. Trittenhemius addit eum claruiſſe anno Domini, 255. ac tertium & decimum Alexandriæ urbis epiſcopum fuiſſe. Et alia inſuper opera eius enumerat, nempe: ad Laodicenſes de pœnitentia epiſt. 1. ad Origenẽ de martyrio epiſt. 1. de ordine delictorum epiſt. 1. aduerſus Sabellium lib. 1. ad Ammonem Bericis epiſcopum epiſt. 1. ad Dionyſium Papam lib. 4. ad Telephorum epiſt. 1. ad Euphranonem epiſt. 1. ad Armenos de pœnitentia lib. 1. Canon de pœnitentia lib. 1. de natura ad Timotheum lib. 1. de tentationibus lib. 1. Cõmentaria in Eccleſiaſten lib. 1. Ad Baſilidem quoq; (inquit) plures ipſius feruntur epiſtolæ: Aduerſus Paulum Samoſatenum inſignis eius extat epiſtola, quam paucis ante mortem diebus deſcripſerat. Alia quoq; multa compoſuit, quæ nos latent. Hæc ex Trittenhemio. Dionyſij Alexandrini commentarium in Eccleſiaſten Salomonem inueni ualde diſertum. Suidas. Cæterum in Græca Sophronij traductione circiter 8. uerſus habentur ex initio epiſtolæ Dionyſij ad Nouatianũ, qui in Latina æditione non leguntur.

DIONYSII Aphri orbis deſcriptio, ſiue de orbis circuitu liber Græcus uerſibus heroicis, cum Latina uerſione ad uerbum: chartis 3. & dimid. excuſus Baſileæ à Bebelio 1534. in 8. cum Arati aſtronomico & Procli ſphæra, ac ſcholijs Iaco. Ceporini. Ex præfatione Ceporini. Etenim quis non miretur Dionyſium Aphrum adeo mirando uereq; Aphro ingenio, tam modicis metris, tam immodicos mariũ fluminumq; tractus, tot montium regionumq; oras, tot inſuper uariarũ gentium urbes, ſtudia ac mores, ſingula rectiſſimo ordine, citra omne faſtidium, adeo uafre ſolerterq; emenſum, ut dubitandum ſit, num alius minime numeris aſtrictus, ſoluta oratione potuerit hæc omnia eadem breuitate perſtringere. Meruit Dionyſij περιήγησις Feſtum Rufum Auienum, Fannium Rhemnium, uel, ut alij, Priſcianũ, tralatores. Euſtathium ex Græcis, & Ioan. Camertem ex noſtris, interpretes. Præterea noſtræ in Dionyſium annotatiunculæ, hæſitantem ſæpius adiuuabunt Lectorem.

Ex Eustathio quædam de hoc authore. Dionysius Apher fuisse traditur, & alios quoq; libros conscripsisse, de lapidibus, de auibus, Bassarica: quorũ primus ob characteris similitudinem ei attribuitur. Bassarica propter asperitatem indigna hoc nostro iudicata, in Samium Dionysium relata sunt: & liber de auibus, in alium quendam Philadelphensem Dionysium, ὑποκινον cognominatum, id est, Subinanem, quod dictionibus improprijs uteretur, &c. Omnino autem perspicua & dilucida hæc poësis est: nam frequenter poëta repetit quæ dicta sunt, dicenda proponit, & modum docendi præscribit, ac implet ne quid desyderari possit: sæpe excitat auditorem & attentum reddit. Multum uero elegantiæ habet hoc opusculum, nec ullius ex tot poëticis dotibus expers est. Quod si qui etiã næui insunt, si quæ ulcuscula, non tamen in excellenti aliqua parte: nequaquã illis muscarum instar insidebimus: sed apiculas imitati pulcherrimis in Musarum prato floribus fruemur. Hæc ille. Suidas multos Dionysios commemorat, & in Corinthio, quitum alia tum orbis descriptionem uersibus ædidit: eadem, inquit, commemorata inueni de Dionysio qui de lapidibus scripsit, quo autẽ utrius scripta distinguam certi nihil habeo. Et paulò inferius, Dionysium orbis descriptorẽ Byzantium fuisse suspicor, propter fluuium Rhebam.

DIONYSIVS Byzantius uersificator (ἑπωνυμος) scripsit Nauigationem per Bosphorum, & de threnis, quod poëma est epicedijs plenum. Suidas.

DIONYSIVS Milesius historicus, scripsit de rebus gestis post Darium libris quinq;, descriptionem orbis, Persica sermone Ionico, Troicorũ libros 3. mythica, cyclum historicum libris 7. Suidas.

DIONYSIVS filius Musonij, Rhodius aut Samius historicus, ubi etiam templi Solis sacerdos erat, scripsit historias topicas libris sex, orbis descriptionem, historiæ ad erudiendum libros 10. Suidas.

DIONYSIVS Siciliæ tyrannus, scripsit tragœdias, & comœdias, & historica. Suid.

DIONYSII tyranni Adonin & epistolas Athenæus citat, quæ fortè filij sunt.

DIONYSIVS Siculi tyranni filius, & ipse tyrãnus ac philosophus, reliquit epistolas, & librum de carminibus Epicharmi. Suidas.

DIONYSIVS Mitylenæus, uersificator, scytobrachion, & scyteus, id est, coriarius cognominatus, scripsit de exercitu Bacchi & Mineruæ, Argonautica libris 6. Ea sunt soluto sermone fabulosa ad Parmenonem. Suidas.

DIONYSII, citra aliud nomen, opsartytica & Thesmophoron fabulam, Athenæus allegat. Idem uarijs in locis citat DIONYSII Iambi, librum de dialectis: DIONYSII Lepti, Exegeticum: DIONYSII Leuctrici, scriptum innominatũ: DIONYSII Samij, libros de cyclo & de cyclope: DIONYSII Sinopensis Comici, Homonymos, Sozusan, Acontizomenon: DIONYSII Tryphonis, librũ de nominibus: DIONYSII Vticẽsis, Georgica: DIONYSII Chalci, Elegias.

DIONYSII cuiusdam epigrammata Græca, tria uel 4. in primo & tertio libris Anthologij habentur. DIONYSII Cyziceni in Eratosthenem hexastichon, ibidem libro 3. DIONYSII sophistæ distichon & hexastichon, ibidem libro 7.

DIONYSII Areopagitæ opera, quæ extãt, Latine excusa Parisijs in folio, anno 1498. chartis 53. cum scholijs Iacobi Fabri Stapulensis. Sunt autem hæc: Hierarchia cœlestis & ecclesiastica, de diuinis nominibus, mystica theologia, undecim epistolæ. Singulorum capita & argumenta paulò inferius adscribemus. Io. Trittenhemius scribit hunc Dionysium pro religione Christiana martyrium mortis exhibuisse anno salutis 96. & præter ea, quæ iam enumerauimus opera, inuenire se scribit apud Latinos, de symbolica theologia librum 1. cuius initium sit, Sanctus quidem Timotheus: Sed hoc initium est epistolæ nonæ ad Titum, ubi testatur solum se aliâs Timotheum in hac symbolica siue significatiua theologia eruditisse. Idem Trittenhe. recenset epistolam Dionysij, De obitu Pauli ad Timotheum,

theum, cuius initium sit: Saluto te diuum disci. Eam in codicibus impressis non reperi. Deinde subiungit:

Hæc sunt quæ de scripturis beati Dionysij apud Latinos inuenio, si quid amplius addidit, apud Græcos remansit. Verum cum prædicta opuscula magna obscuritate tegerentur, sequentium patrum explanatione facta sunt lucida. E quibus prior illa transtulit & exposuit Ioannes Scotus nostri ordinis monachus: deinde Hugo sancti Victoris, Rupertus Linconiensis, Albertus magnus, & Dionysius Carthusiensis, & alij multi quorum iam non est in promptu reminiscentia. Hæc Tritenhemius.

Ex Ambrosij Camaldulensis monachi præfatione in translationem librorum S. Dionysij. Dionysius (ut Lucas in apostolorũ actis nos docuit) primum à Paulo salutis dogmata percepit: Deinde maximo Hierotheo (ut ipse ait) secundo usus est præceptore: & demum (ut in septimo apostolicarum institutionum libro scribitur) episcopus à Paulo Athenien sium, qui credebant, statuitur. Et paulò post. Nonnulli beatum hunc Dionysium, quasi hæretice multa scripsisse uituperant: qui mihi hæreticorũ etiam peruersas opiniones ignorare uidentur: nam si scirent, certe conferendo hæc illis, uiderent tantum ab eis differre, quantum lumen à tenebris distat, &c. Diaconus quidam Romanus nomine Petrus, mihi affirmauit, omnes D. Dionysij libros in Romana sacrorũ bibliotheca librorum inueniri, quorum plurimos ad beatum Timotheum Pauli discipulum & Ephesinũ episcopum scripsit. Is enim ab Ionicæ philosophiæ studiosis (qui tunc apud Ephesinos florebant) uehementer agitabatur: atq; ideo beati Dionysij, omnis externæ philosophiæ doctissimi, patrocinium petebat. Ab Areopagita uero Dionysio hos libros conscriptos fuisse, illud etiam testatur, quod multorum meminit, & nonnullorum dicta proponit, qui temporibus illis floruerunt: quorum & actuum liber, & epistolæ Pauli meminerunt: sed præcipue omnium syncericas dogmatum, istud ostendit. Et quamuis hi libri longioribus egeant commentarijs, ut multitudo altitudoq; rerum planior fieri possit: breuius tamen per scholia marginalia, Deo confisi, quæ uisa sunt scripsimus. Hæc Ambrosius. Omissa autem sunt hæc scholia in ædit ione Parisiensi.

Ex præfatione Iacobi Fabri Stapuleñ. Ioannes Chrysostomus hunc beatissimum patrem, scriptorum eius altitudinem demiratus, uolucrem cœli exclamat. Hunc sancti uiri singulari doctrina fulgentes, Maximus, Michaël Hierosolymitanus, Andreas Cretensis, & uniuersa docta Græcia, miris laudibus effert, magnum appellat, angelum appellat, & cui similis non successerit sacrorũ interpretem, &c. Verũ ut solem conspiciamus face non egemus, idcirco cætera testimonia patrũ de ipso ut Polycarpi, Dionysij Corinthiorum episcopi, Methodij, Athanasij, Eugenij, Gregorij Turonẽsis & Fortunati, nũc prętereunda iure censeo. His Fabri dictis cum alia quædam subiunguntur, tum assertio Dionysiũ nõ esse Platonicũ, aut alicuius sectæ humanorum philosophorum contra quorundã opinionem: & ipsius Dionysij protestatio se à mundanis philosophis nihil accepisse in his sanctissimis tradendis disciplinis. Et paulò post. Ad literam beatissimi patris scholia adiecimus, ut cognoscatur aperte ex sacris literis eum omnia deprompsisse: idq; ex ædit ione 72. interpretum. Et non adieci scholia Maximi, quod huic translationi mihi minus uisa sunt accommodata, & illa quæ sunt Ambrosij marginalia, meo instituto non satis sufficiebant: quæ si quis affectantius uolet, à Camaldulensibus facile requirat. Et id insuper minime Lectores latere cupimus: oportuisse prærũq; Ambrosij sententiam erigere, ubi lapsus diuinissimi patris intelligẽtiam non fuerat assecutus: ad quod commodius faciendum honestissimi religiosi sacrarum ædium secundo à Dionysia Parhisio miliario (in quibus nunc corpus Deo dicatissimi martyris Galliarum apostoli, & nostri primi sacrorum antistitis: unà cum so-

„ ciorum eius Rustici & Eleutherij corporibus requieſcit) uetuſta originalia mihi
„ multa humanitate communicarunt: ut nullus etiam putet, ea quæ Ambroſius ma-
„ nu ſua ſcripſerit, hac recognitione ſtudijs utiliora.

Poſt hanc Iaco. Fabri præfationem ſubijciuntur quædã teſtimonia Magni Baſilij, Ambroſij Camaldulenſis, & Marſilij Ficini, quibus approbatur Platonicos, ut Numenium, Proculum, Plotinum, & alios multa ex Dionyſij ſcriptis ſuffuratos et pro ſuis uſos eſſe: quod Suidas etiam teſtatur.

Index capitum cœleſtis Hierarchiæ Dionyſij.

1 Quod omnis diuina lux (licet uarie per ſummam benignitatem ad creaturam prodeat) ſimplex tamen manet: neq; id ſolum: uerum & quę illuſtrat, unum efficit.
2 Quàm congrue diuina atq; cœleſtia, etiam per diſſimilia ſigna tradantur.
3 Quid ſit hierarchia, & quæ eius utilitas.
4 Quid ſignificet angelorum appellatio.
5 Cur omnes cœleſtes ſpiritus communi appellatione dicantur angeli.
6 Quænã ſit cœleſtiũ ſubſtantiarũ prima, quæ media, quæ extrema diſtinctio.
7 De Seraphin & Cherubin & Thronis: & de prima eorum hierarchia.
8 De dominationibus, uirtutibus, ac poteſtatibus, & de media illorũ hierarchia.
9 De principatibus, archangelis, & angelis: deq; extrema illorum hierarchia.
10 Epilogus & concluſio totius angelici ordinis.
11 Cur oẽs cœleſtes ſubſtantiæ cõmuni uocabulo cœleſtes uirtutes appellãtur.
12 Cur ſacerdotes, inter homines dicantur angeli.
13 Cur à Seraphin purgatus fuiſſe dicatur Eſaias propheta.
14 Quid ſignificet is, qui traditur, angelicus numerus.
15 Quæ ſint figuratiuæ angelicarum uirtutum imagines, & reliqua.

Eccleſiaſticæ hierarchiæ capita: ſiue, de ſacramentis, ut uocant.

1 Compresbytero Timotheo Dionyſius presbyter, quænã ſit eccleſiaſticæ hierarchiæ traditio, & intentio.
2 De his, quæ in illuminatione baptiſmatis fiunt. Myſterium illuminationis, ſiue baptiſmatis. Spiritalis intelligentia, contemplatio, theoria, ſanctaq; anagoge.
3 De ijs quæ in ſynaxi, ſanctaq; communione fiunt. Myſterium ſynaxeos. Spiritalis tantæ rei ſenſus.
4 De ijs quæ in unguento fiunt, & quæ in ipſo conſummantur. Myſterium confectionis unguenti. Spiritalis ſenſus, contemplatio.
5 De ſacerdotalibus conſecrationibus, ſiue ſacris ordinibus.
6 De initiandis ordinibus, ſeu de monaſtica conſummatione.
7 De ijs, quæ in quieſcentibus fiunt. Diuiduntur autẽ ſingula capita in tres partes, prima rem ſimpliciter docet, altera myſterium explicat, tertia contemplationem aut ſpiritualem ſenſum.

Capita libri diuinorum nominum.

1 Quænam ſit inſtitutio operis, & quæ de diuinis nominibus tradita ſint.
2 De cõiuncta et diſcreta theologia: et quęnã ſit diuina cõiunctio atq; diſcretio.
3 Quæ ſit orationis uirtus: de beato Hierotheo, & de reuerentia & conſcriptione theologica.
4 De bono lumine ſiue luce, pulchro, amore, ecſtaſi, zelo: & quod malum neq; eſt, neq; ex eo quod eſt, neq; inter ſubſtantias eſt. Hierothei ſanctiſſimi ex amatorijs hymnis, per ſecundam, tertiam, & quartam huius capitis partes.
5 De ente, in quo etiam de exemplaribus. 6 De uita.
7 De ſapientia, † ſenſu, ratione, ueritate, fide. † νῷ apud Suid.
8 De uirtute, iuſtitia, ſalute, redẽptione: in quo & de æqualitate & inæqualitate.
9 De magno, paruo, eodem, altero, ſimili, diſſimili, ſtatu, motu, æqualitate.

10 De

10 De omnipotente, antiquo dierum: in quo & de sæculo, & de tempore.
11 De pace: & quid sibi uult in Deo ipsum esse, quæ sit ipsa uita, ipsa uirtus, & quæ hunc in modum dicuntur.
12 De sancto sanctorum, rege regum, domino dominorum, deo deorum.
13 De perfecto & uno.

Capita mysticæ theologiæ ad compresbyterum Timotheum.

1 Quænam sit diuina caligo.
2 Quomodo oportet cõiungi, & laudes referre authori omniũ cũcta excellenti.
3 Quænam in theologia sint affirmantia, quæ negantia.
4 Quod nũl sensibilium est, qui sensibilis omnis eminenter est author.
5 Quod nũl intelligibilium est, qui intelligibilis omnis rei author est.

Epistolæ Dionysij undecim.

Ad Caium cultorem, aliàs monachum, epistolæ 4.
Ad Dorotheum ministrum 1. Ad Sosipatrum sacerdotem 1.
Ad Polycarpum episcopum seu hierarcham Smyrnæ 1.
Ad Demophilum monachum de benignitate 1.
Ad Titum Pontificem per epistolam interrogantem, quæ sit sapientiæ domus, quę patera, qui cibi eius, & qui potus 1.
Ad Ioãnem theologum, apostolum, & euangelistã in Patmon insulam relegatũ 1.
Ad Apollophanem philosophum 1.

Theodorus Gaza in præfatione in problemata Alexandri Aphr. à se conuersa ad Nicolaum v. statim ab initio libros de hierarchia non esse Dionysij Athenien. sis uiri doctissimi, insinuat: Et D. Erasmus Rot. in scholijs in uitas scriptorum ec. clesiæ ab Hieronymo descriptas: Quum fuerint (inquit) Dionysij Græci, probabile est libros de hierarchia cœlesti, & de diuinis nominibus, ab horum aliquo fuisse scriptos. His uerbis Erasmus in dubium uocare uidetur, an isti libri Areopagitæ sint, cui inscribuntur. Atqui Suidas sine ulla dubitatione omnia quæ hactenus enumerauimus opera Dionysio Areopagitæ attribuit, & singula quoq; capita tractatus de diuinis nominibus enumerat, eadem diuisione & inscriptione, quã in Latinis exemplaribus habemus, duodecim libros appellans: ultimi enim capitis de perfecto & uno nõ meminit. Ecclesiasticæ hierarchiæ 15. capita esse scribit, cum nostri in 7. solum diuidant: cœlestis 15. mysticæ 5. similiter ut in Latinis excusis. Epistolas quoq; commemorat, easdem quas habemus: præter duas ad Titum & Apollophanem: & multa recitat ex illa quæ ad Polycarpum scripta est. Bis autem eadem ferè de hoc authore scribit, primum breuius, deinde prolixius. Præter superiora librum de diuinis ordinibus ab eo scriptum testatur. Sciendum autem est (inquit) quod aliqui externi sapientes, præcipue Proclus, sententijs seu speculationibus beati Dionysij, frequenter usi sunt, idq; ad uerbum etiam. Et hinc suspicari licet antiquiores philosophos Athenis, ipsius opera, quæ ad Timotheũ scribens commemorat, furtim conquisita sibi uendicasse, ut ipsi diuinorum eius sermonum parentes existimarentur. Hæc Suidas.

Dionysij libri, de hierarchia cœlesti & ecclesiastica, & de theologia mystica, & de nominibus diuinis: & epistolæ 6. Omnia cum scholijs (Maximi opinor) Græce Romæ seruantur.

Eiusdem & Maximi capita diuersa de fide, & mystica theologia, ibidem.

Symbolica theologia seu significatiua, & Institutiones theologicæ à Dionysio scriptæ non extant. Vide supra præfationem D. Erasmi in Methodum peruenien di ad ueram theologiam tomo 5. operum eius.

DIONYSIVS de Burgo sancti sepulchri, ordinis fratrum eremitarũ diui patris Augustini, scripsit in utraq; literatura non contemnenda opuscula, è quibus subiecta seruntur, Commentarij perpulchri & elegantes. T. cl. 1412.

N

Super Valerio Maximo, lib. 1. Super Metamorphoseos, lib. 1.
Super operibus Vergilij, lib. 1. Super tragœdijs Senecæ, lib. 1.
Super Politicorum, lib. 1. Super Rhetoricorum, lib. 1.
Et quædam alia. Fabulas insuper omnes ad tropologicum sensum iocundum reduxit. * Legi alicubi hunc authorem commentarios in poëticam (Aristotelis opinor) ædidisse.

DIONYSII Byzantij mentio facta est superius: nauigationem per Bosphorum ab eo descriptam nescio ubi adhuc extare audiuisse mihi uideor Venetijs ex Nicolao Sophiano homine Græco.

DIONYSIVS Corronius præfatur in Actuarij librum de compositione medicamentorum à Ioanne Ruellio translatum, & post mortem eius à se recognitum, ad Francisum Valesium Francorum regem. Excusus est liber Lutetiæ & Basileæ, ut supra in Actuario diximus.

T. cl. 540. DIONYSIVS abbas Romanus, cognomento (ut fertur) Exiguus, scripsit Latino sermone nonnulla opuscula. De quibus ego tantum reperi subiecta, annorum 532.
Cyclum paschalem magnũ, lib. 1.
De ratione festi paschalis, lib. 1. Paschalis festi rationem.
Transtulit aũt de Græco in Latinũ uitã S. Bachomij abbatis, librum quoq; Gregorij Emiseni de cõditione hoïs, & scripta Proterij Alexandrini episcopi ad Leonem Papã, & quædã alia. Inchoauit aũt cyclũ suũ anno dñi 532. qui fuit ultimus annus magni cycli paschalis, qui semel exactus, in eundem semper reuertitur.

* Procli episcopi Constantinopolitani de fide epistolam Latinã fecit, præfatusq; est ad Felicianum & pastorem. Henricus Petrus Basil. 1528. in fol. charta est 1. & dimid. cum alijs uarijs contra hæreticos opusculis.

Conuertit item ex Græco epistolas duas Cyrilli Alexandrini episcopi ad Successum. Verba Dionysij ex ipsius præfatione ad Ioannem & Leontium fratres.

» Ego de uniuersali ecclesiæ firmitate securus, paruiq; pendens audaciam aut furo-
» rem Nestorianæ perfidiæ, quæ non solum conatibus manifestis, uerum etiam clan
» destinis semper insidijs stabilitatem catholicæ ueritatis oppugnare molitur, pro fa-
» cultate, quam diuina gratia suggerit, armis eius feralibus salutare nitor munimen
» opponere. Et ideo beatissimi Cyrilli Alexandrinæ urbis episcopi duas epistolas ad
» Successum directas, Isauriæ Diocæsariensis Antistitem, uobis potissimum com-
monẽtibus de Græca nuper locutiõe transfudi. Et quoniã singulari studio præfati Doctoris nosse desideratis opuscula, tribuente Christo Deo nostro, quæcũq; ex ijs potuero, trãsferre curabo. Hen. Petrus excudit Bas. in fol. 1528. char. 2. & quad. In antidoto contra hæreses.

Dionysius Romanus, uide in Beda.

DIONYSIVS Halicarnasseus sub Adriano Cæsare floruit, sophista & Musicus appellatus, quod Musicę studiũ in primis exerceret. Scripsit cõmentarios rythmicos libris 24. Musicæ historiæ libros 36. in quib. tibicinũ, citharœdorũ, & †poëtarum uariorũ meminit. Musicę disciplinæ, aut Diatribarũ, id est, exercitationũ libros 22. De ijs quæ Musice dicta sunt in politia Platonis libros aliquot. Suidas.

†ποιητικῶν.

DIONYSII Halicarnassei antiquitatũ siue originum Romanarum libri undecim à Lapo Birago Florentino uersi, ac per Henricum Glareanum emendati, & illustrati annotationibus, & Chronologia temporum in Dionysij historia comprehensorum: excusi Basileæ in officina Frobeniana, anno 1532. in fol. chartis 135. Annotationes insuper Glareani & Chronologia chartas 18. implent.

Ex epistola nũcupatoria Hen. Glareani ad Ferdinandũ regem Bohemiæ, &c.

» Apud hunc uero authorem adeo constant omnia suo ordine, & ueterrima, & pau
» lò posteriora: adeo sunt arte ac ingenio cõposita relataq;, ut in primis cuncta ueri-
» milia appareãt. Deinde reb. bñ gestis subnectunt orationes adeo aptæ, adeo argutæ,

ut ex

ut ex rebus natæ, non ab authore confictæ uideri queant. In exemplis etiam eli-
gendis mirum huius authoris iudicium. Quàm dij boni quædam caute omittit, quæ-
dam opportune profert, rursus quædam uariat atq; eleganti phrasi munit, ne per-
fidiæ proxima iudicari possint. In quibus sanè uetustis Liuium negligentiorem ui-
demus, uidelicet qui ualde ad sua festinarit tempora, &c. Deinde cum quædã enu-
merasset à Liuio præterita, aut nimis parce tractata: Quanquã ea (inquit) non ideo
refero ut Liuij authoritatem per ea eleuari uelim, quæ apud me maxima est: Sed ut
ostendam huius Authoris merito laudandam cum diligentiã ut utilem, tum indu-
striam ut Lectori cordato iucũdam. Nam de temporũ certitudine, ac summa cura
ordinis, uix ullus cum hoc nostro Authore conferendus uidetur: Quẽ ego in Ro-
mana historia uelut Solem quendã suspicio, post Polybiũ, Liuium, ac Sallustium,
in quibus sæpe hæc desyderantur. Et paulò post. De labore meo pauca hæc
dicam: Me ex codice, qui Taruisij olim ante annos quinquaginta excusus est, ut
minimum Sex millia errorum sustulisse: annotasse autem locos trecentos, plus mi-
nus, ubi Lectori breuiter opinionem meam explico, relinquens frequentius illum
suo iudicio. Temporum autem rationem annexuimus ad formam Eusebij Chro-
nicorum, à Troia capta ad primos Tribunos mil. Cos. potestate, qui sunt anni plu-
res septingentis. Emendauit autem hos libros Glareanus, ne quis fallatur, non
ex Græco codice, quo carebat: sed suo iudicio & coniecturis.

Ex præfatione interpretis Latini ad Paulum II. Ac sic iussu tuo est additum
Latinæ linguæ, quod reperitur apud Græcos ex historia Dionysij Halic. & habe-
bis nunc hos libros 10. primos, cum undecimo imperfecto, &c. Certe diligenter ue-
stigat urbis ipsius origines, effertq; magnifice: sicq; opus totum inueniretur, incide-
re possemus in res maiores gestas cum ueteribus & cũ nouis hostibus, Gallis, Sam
nitibus, &c. Videreturq; eo nobis gratior hæc historia, quo nũc minus expleta ha-
bemus apud nostros quædam bella, etiam ante primum Punicũ illustria. Non est
tamen exigenda ab hoc authore mera breuiterq; exposita historia, quod nec ipse
profitetur: sed est in eo diligentia sanè multa, & ars oratoria, magnoq; artificio ela-
boratæ orationes, religionumq; illius temporis explicatio accuratissima, documen
taq; & exempla plurima, quæ esse possint ciuili uiro militariq;, ac religioso utilia
simul & iucunda. Ego quod officij mei fuit, quicquid inueni, transtuli, satis (ut arbi
tror) fideliter: nec, ut sum mihi ipse uisus, obscure: adnitens etiam quantum permi-
sit tempus, quantumq; passa est magnitudo operis in Latinitatem aliquam.

Author in præfatione duo boni historici propria esse dicens: primum quidẽ (ut
uerbis utar interpretis) materias eligere pulchras & excellentes, plurimamq; utili-
tatem ijs, qui lecturi sunt, afferentes: deinde parare congruas conscribendæ mate-
riæ facultates, multa cum diligentia atq; industria: multis postea uerbis utrũq; sibi
obseruatum declarat, & propositi sui rationem huiusmodi reddit. Reddita autẽ
(inquit) de electione operis ratione, uolo etiam de facultatibus dicere, quibus sum
usus, quum aggredi hoc opus instituí. Fortasse enim qui ante legerint Hieronymũ
Cardianũ, aut Timæum Siculũ, aut Polybiũ, aut aliquẽ aliorũ historicorũ, quorũ
modo mentionẽ feci (nempe Antigonũ, Silenũ, & qui ex Romanis Græce scripse-
runt, Q. Fabium, & L. Cincium) tanq; scripturã subtrahentiũ, multis rebus apud
eos nõ repertis, quæ à me scribuntur, cõmentitia hæc esse suspicabuntur: & unde
mihi harũ rerum scientia innotuerit, discere postulabũt. Ne igitur ea de me cuiquã
insideat opinio, melius est, quibus motus sim rationibus atq; monumẽtis disserere.
Ego in Italiã trajiciens, quũ dissolutũ est sub Cæs. Augusto bellũ ciuile, 187. olym-
piade, ac deinde per annos 22. usq; ad hoc tempus Romæ cõmoratus, sermonemq;
uernaculũ Romanum ediscens, & literarũ indigenarũ scientiã, omni eo tempore,
ijs quæ spectarẽt ad hanc materiã, intendi: alia ex doctrina eloquentissimorũ uiro-
rum cũ quibus uersabar, percipiẽs: alia uero ex historijs cunctorũ sumẽs, quicũq;

,, laudatiſſimi Romanorum ſcripſere, ut Portius Cato, Fabius Maximus, Valerius
,, Antias, Licinius Macer, Aelij, Gellijq́, Calphurnij, & alij ultra hos plures nõ ob-
,, ſcuri: atq; ab illorũ procedens tractatibus (ſunt enim ſcriptis Græcis perſimiles) hi-
,, ſtoriam ſum aggreſſus. Incipio igit̃ hiſtoriã à uetuſtiſſimis fabulis: quas qui ſcri
,, pſere ante me reliquerũt, ſine multa inquiſitione ſtudioq́ inueniri ſanè difficiles.
,, Narrationẽ aũt extẽdi uſq; ad initiũ primi belli Punici, quod fuit anno tertio olym
,, pia 128. Narroq́ externa urbis eiuſdẽ bella omnia, quæ illis tẽporibus geſſit & ſe-
,, ditiones inteſtinas, q̃t fuerũt, quibusq́ ex cauſis, ac quibus modis ratiõibusq́ cõ-
,, preſſæ. Formas aũt reipub. oẽs percenſeo, quibuſcũq́ uſa eſt, & ſub regibus &
,, poſt exactos reges, et qui fuerit uniuſcuiuſq́ modus. Tum uero mores qui optimi
,, legesq́ clariſſimas, & ad ſummã, totũ priſcum uictũ ciuitatis explico. Formam au
,, tem tractatus trado, non qualẽ hiſtoricis tradiderunt ij, qui bella ſcripſerunt, neq́
,, qualẽ rerum publicarũ ſcriptores, neq́ annalibus ſimilẽ, quos ædiderunt, qui res
,, Atticas tractauerunt. Vniformes nanq́ illæ ſunt, atq́ cito audientibus ſatietatem
,, afferentes: ſed ex omni ſpecie formã quandã mixtam, bellicaq́ & ſpeculatiua: ut
,, & illis qui in ciuili ſermone uerſanť, & illis qui philoſophicæ ſpeculationi ſtudent,
,, & quibus quieta oblectatione opus eſt in hiſtoricis certaminibus, abunde ſatisfa-
,, cere uideatur. Hiſtoria igitur de his erit rebus, talẽq́ ſortietur formam, eius autem
,, author ſum, Dionyſius Alexandri Halicarnaſſeus, atq́ hic incipio.

Vndecimus liber imperfectus cõfuſe ſcriptus erat in ambobus codicibus Græcis, & fragmenta tranſpoſita, quæ in Latina translatione ſuo ordini reſtituta ſunt: ut monet interpres circa finem. Eſt autem finis hiſtoriæ, quæ typis excuſa eſt, duodecimus annus ab urbe condita, & olympias 82. ſub T. Quintio Capitolino militũ tribuno. Tunc enim tribuni mil. conſulari poteſtate erant, ut ex Hen. Glareani Chronologia adiecta manifeſtum eſt.

Dionyſius Alexandri Halicarnaſſeus rhetor, ſub Auguſto Cæſare, multijugæ doctrinæ uir, proauus (πρόγονος) fuit alterius Dionyſij Atticiſtæ, qui ſub Adriano uixit. Suid. Dionyſius Halic. Græce de Ro. initijs & primis urbis temporibus tradidit à M. Varrone hero ſuo accepta. Lud. Viues.

Dionyſius Halic. ſcripſit de characteribus antiquorum oratorũ. Præterea de compoſitione orationis & elocutione, quomodo fiant epithalamia, epitaphia, panegyrica, quæ Theodorus Gaza in Latinum conuertit. Raph. Volaterranus.

Præcepta de oratione panegyrica, nuptiali, natalitia, & de epithalamijs ex M. Antonij Antimachi translatione excuſa ſunt Baſileæ in 4. apud Robertum Vuinter, chartis ferè duabus, 1539.

Dionyſij Halic. artem rhetoricam Aldus excudit Græce in fol. in uolumine 12. rhetorum.

Libellus de idiomatis apud Thucydidẽ, ab initio Thucydidis Græci impreſſ. Et De Iſocratis orationibus ſententia, chartis 2. & dim. cum eiſdẽ impreſſa. Hæc ſolũ ex opere de characteribus oratorũ extare uidi: neſcio an integrũ inueniatur.

Antiquitatum Romanarum libri decem, aliâs undecim, Romæ ſeruantur: & habet eoſdem D. Diegus Hurtadus Cæſaris apud Venetos legatus.

Librum de ſtructura orationis, collocationeq́ uerborum, uel περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, uidi in Italia nondum impreſſum.

DIONYSII Longini opuſcula de magnitudine orationis, & de aciebus bellicis, & περὶ ὕψους λόγου ῥητορικοῦ liber imperfectus, Græce ſeruantur Romæ. Poſtremum D. Diegus Hurtadus Cæſaris legatus Venetijs habet.

DIONYSII Vticenſis cuiuſdam de agricultura liber impreſſus, ut legi in Baſilienſis cuiuſdam bibliopolij catalogo.

T.M.1474 DIONYSIVS Rykel, aliâs de Leeuwis, natione Teutonicus, ordinis Carthuſieñ. domus Bethleem in Ruremunda, ad quẽ Nicolai Cuſæ Cardinalis uiri eruditiſſimi

plures

plures extant epistolæ, tot ac tanta scripsit, ut numero opusculorum, præter Augustinum apud Latinos parem habuerit neminẽ: De cuius opusculis ipse per se subiecta quodam indiculo recensuit.

Super sententias, lib. 4.
In Genesim, lib. 1.
In Exodum, lib. 1.
In Leuiticum, lib. 1.
In Numeros, lib. 1.
In Deuteronomium, lib. 1.
In librum Iosue, lib. 1.
In librum Iudicum, lib. 1.
In librum Ruth, lib. 1.
In Regum libros, lib. 4.
In Paralipomenon, lib. 2.
In Esdram, lib. 3.
In Neemiam, lib. 1.
In Tobiam, lib. 1.
In Iudith, lib. 1.
In Hester, lib. 1.
In librum Iob, lib. 1.
In Prouerbia Salomonis, lib. 1.
In Ecclesiasten, lib. 1.
In Cantica canticorum, lib. 1.
In librum Sapientiæ, lib. 1.
In Ecclesiasticum, lib. 1.
In Esaiam prophetam, lib. 1.
In Hieremiam, lib. 1.
In Ezechielem, lib. 1.
In duodecim prophetas, lib. 12.
In libros Machabæorum, lib. 2.
In Psalterium, lib. 3.
In Matthæum, lib. 1.
In Ioannem, lib. 1.
In Epistolas Pauli, lib. 14.
In Actus Apostolorum, lib. 1.
In Apocalypsin, lib. 1.
Expositionis hymnorum, lib. 1.
In 7. Psalmos pœnitentiales, lib. 1.
De documentis autenticis, lib. 1.
Expositionis missæ, lib. 1.
Dialogum de celebratione, lib. 1.
De communione, lib. 1.
Compendium philosophiæ, lib. 1.
Compendium Theologiæ, lib. 1.
Dialogũ philosophi et theolo. lib. 1.
Sup undecim epistolas eius, lib. 1.
Super Boëtio de consolatu, lib. 5.
Sermones de tempore, lib. 1.
Sermones de sanctis, lib. 1.
Sermões ad religiosos tẽporis, lib. 1.
Ad eosdem de sanctis, lib. 1.

Dilectus deo & hominibus.
Iusti sunt omnes sermones.
Honora dominum de tua.
Qui in numero milici.
Serua mandata & legem.
Fortis in bello Iesus.
Iudices singuli suo no.
Teste sancto Hieronymo.
Reges ex te egredientur.
Deus fecit ex uno homine.
Lex ueritatis fuit in ore.
Neemias in memoria.
Qui pronus est ad misc.
Hæc uocabitur uirago.
Sicut sol oriens in mundo.
Dixit deus Salomoni.
Quemadmodum Salomon.
Gaudebit sponsus super.
Disce ubi sit sapientia.
Mirabuntur omnes in uerbis.
Esaias propheta magnus.
In librum Baruch, lib. 1.
In Danielem, lib. 1.
Sapientiam omnium antiquo.
Iuda te laudabunt fratres t.
Dixit Dauid filius Isai.
In Marcum, lib. 1. In Lucam, lib. 1.
Ego quasi aquæductus.
Audite me quoniam de tua.
In Epistolas canonicas, lib. 7.
Implemini spiritu sancto.
Scrutemur uias nostras.
Sapientiam sanctorum narrant.
Memoriam fecit mira.
Quicunq; manducauerit.
Qui præest in solicitu.
Preciosior est sapientia.
Comparate uobis uinum.
Super lib. beati Dionysij, lib. 4.
In lib. Io. Climaci, lib. 1.
Summariũ partiũ S. Thomę, lib. 1.
Labia sacerdotis cust.
Fratres sancti, uocationes.
Religio munda est uisi.

De ſacramento ſermones 6. lib. 1.
Meditationis dñicæ paſſiõis, lib. 1.
De laudibus dei, lib. 1.
De laudib. S. Mariæ, lib. 4.
De fonte ſalutis et ſemitis uitę, lib. 1.
De lumine Chriſtianę theorię, lib. 1.
De uenuſtate mundi, lib. 1.
De natura æterni & ueri dei, lib. 1.
De diuina eſſentia, lib. 1.
De diſtãtia pfec. diuinæ & humanę, lib. 1.
De beneficijs dei, lib. 1.
De mutua ſanctorũ agnitiõe, lib. 1.
De donis ſpiritus ſancti, lib. 1.
Cordiale prænotatum, lib. 1.
De gaudio & pace interna, lib. 1.
De uia purgatiua, lib. 1.
Dial. de fide catholica, lib. 1.
Dial. Chriſtiani & Sarraceni, lib. 1.
Contra Magos & Vualdeñ. lib. 1.
Contra ſuperſtitiones, lib. 1.
De uitijs & uirtutibus, lib. 1.
Contra ambitionem, lib. 1.
Contra Sarracenos, lib. 3.
De contemptu mundi, lib. 1.
De modo iudicandi & corripiendi, lib. 1.
De remedijs tentationum, lib. 1.
Speculum peccatoris, lib. 1.
De quatuor nouiſſimis, lib. 1.
De reformatione interna, lib. 1.
De iudicio particulari, lib. 1.
De paſſionibus animæ, lib. 1.
De diſcretione ſpirituum, lib. 1.
De perfectione charitatis, lib. 1.
Inflammatoriũ diuini amoris, lib. 1.
De contemplatione, lib. 1.
De oratione, lib. 1.
De meditatione, lib. 1.
Sonus epulantis, lib. 1.
De mõ agendi proceſſiones, lib. 1.
De eleuatiõe mẽtis in deum. lib. 1.
De ptãte & iurisdictiõe papæ, lib. 1.
De reformatione eccleſiæ, lib. 1.
Contra ſymoniam, lib. 1.
Contra eandem, lib. 1.
De reformatiõe clauſtralium, lib. 1.
Cõtra pluralitatẽ bñficiorũ, lib. 1.
De reformatione monialium, lib. 1.
De profeſſione religioſorum, lib. 1.
Exhortatoriũ nouitiorum, lib. 1.
De uita & regimine præſulũ, lib. 1.
De inſtitutiõe ordis Carthuſi. lib. 1.

Expoſitiõis dñicæ paſſionis, lib. 1.

O deus præſtantiſſime.
Quæ eſt iſta quæ progre.
Quis ſapiens & intell.
Omnis proceſſio ſecundorum.
Vnus eſt altiſſimus.

Scimus quoniam filius dei ue.
De felicitate animæ, lib. 1.
Anima mea deſidera.
Pater gloriæ det uobis.
Quis hominum poterit.
De cuſtodia cordis, lib. 1.

Sicut dicit Apoſtolus: Stul.
Magna & mirabilia. De Creatione et distinctione
Sic deus dilexit mundum.
Caue ne imitari uelis.
Dominum deum tuum adorabis.
Qui conuerti fecerit pec.
Reges gentium dominantur.
De grauitate peccati, lib. 1.
Indicabo tibi, &c.
Quæſtionem mihi pro.
Militia eſt uita hominis.
Conuertere ad dominum deum.
Gens abſq; conſilio & ſiñ.
Pro omnibus mortuus eſt Ch.

Primus homo de terra ter.
De profectu charitatis, lib. 1.

Quid dominus deus.
Sapientiam amaui & ex.
Oportet ſemper orare.
Cogitationes meæ ua.
Omnes qui credebant erant per.
Zelus domus tuæ co.
De authoritate papæ, lib. 1.
De authoritate concilij, lib. 3.

Gratis accepiſtis, gratis.
Pecunia tua tecum ſit in.
Omnia honeſte fiant.
De regulis uitę Chriſtianorũ, lib. 1.
Aperi mihi ſoror mea.
Excellentiorem uiam uobis.
Nemo mittens manum.
Attendite uobis & gre.
De laudibus eiuſdem, lib. 1.

De uti

De uisitatione claustralium, lib.1.
De uita canonicorum, lib.1.
De disciplina scholarium, lib.1.
De uita militarium, lib.1.
De uirginitate, lib.1.
De officio archidiaconorum, lib.1.
De regimine prælatorum, lib.1.
De uita nobilium, lib.1.
Dial.inter Christū et principē, lib.1.
De regimine politiæ, lib.1.
Dial.inter Iesum & puerum, lib.1.
De uiduarum uita, lib.1.
De uita coniugalium, lib.1.
De uita inclusarum, lib.1.
De officio mercatorum, lib.1.
De uita solitaria, lib.1.
Cōtra ꝓprietatē monachorū, lib.1.
Epistol.ad principes, lib.1.
Annotationes suorū operum, lib.1.
Epistolarum ad diuersos, lib.1.
Et alia multa nobis inuisa.

Maledictus homo qui facit.
Quemadmodum Aristo.
Labora sicut bonus mi.
Virgo cogitat quæ domini.
De officio legati, lib.1.
De uita et regimine curatorū, lib.1.
De regimine principum, lib.1.
Dial.inter Christū & principissā, li.1.
Complexans Iesus par.
Eo quod castitatem amaue.
Dixit dominus deus, non est.
Quàm magna multitudo.
Nolite facere iniquita.
Dial.inter Christū et sacerdo. lib.1.
Apocalypsis sibi factæ, lib.1.
Vniuersis principibus.
A religiosis alijsq; ue.
Collationes pro capitulis tres.

Denicꝙ libros Ioannis Cassiani, ad faciliorē stilum propter simpliciores fratres redegit, cuius operis prooemium sic incipit: Declaratio, &c.

* Dionysij Carthusiani cōmentarij super totā scripturā, typis excusi Coloniæ apud Quentel typographum: & plæraq; illic excusa seorsim uenduntur, cum in utrunq; Testamentum, tum alia.

DIOPHANES quidam author Græcus in Constantini Geoponicis citatur, & fragmenta quædam eius cum Absyrto & reliquis mulomedicis Græcis habentur, ut in Absyrto diximus.

DIOPHANTI scriptoris Græci arithmetices libri duo (aliàs, sex) cum scholijs Max. Planudis, & alterius innominati: Harmonica, Et quædam de numeris polygonijs: omnia Græce seruantur Romæ, & alibi in Italia.

DIOSCORIDES, uide Pedacius.

DIOSCORIDIS librum 2. de Lacedæmoniorum republica Athenæos lib. 4. allegat.

DIOSCORIDIS cuiusdam epigrammata Græca 13. leguntur in Florilegio Græco: undecim in tertio libro, in primo & secundo singula.

DIOTIMI epigrammata Græca sex in Florilegio: 4. in 3. libro: quamuis de uno an Leonidæ sit dubitetur: in primo & 4. singula.

DIOSCORI epistola ad D. Augustinum super quibusdam Ciceronis dialogorum interrogatiunculis inquirens, numero quinquagesimaquinta inter D. Augustini epistolas.

DIOTIMOS duos, alterum Athenienſem, alterum Olympenum, Athenæus libro decimo nominat.

DIOTOGENIS Pythagorici fragmenta duo satis magna ex libro de regno leguntur apud Stobæum in Admonitionibus de regno.

DIOXIPPI cuiusdam scripta, comœdias opinor, Antipornoboscum, Historiographum, & Philargyrum Athenæus citat.

DIPHILI Carystij, medici ut uidetur, sentētiam de cucumere Athenæus citat statim ab initio libri tertij.

DIPHILI Comici fabulas 33. uarijs in locis Athenæus allegat: Earum nomina continentur in authorum indice, qui Athenæi libris Græcis Basileæ impressis præfigi.

tur. Stobæus quoq; passim huius poëtæ testimonijs utitur.

DIPHILI Laodicensis liber de Nicandri Theriacis allegatur ab Athenæo.

In catalogo qui præponitur Claudiani commentarijs per Ianum Parrhasium, sic legimus: Interpres Nicandri, quem pro Diphilo quidam citant.

DIPHILVS Siphnius aliquoties allegatur ab Athenæo, scripsit autem de alimentis quæ sanis & ægris offeruntur.

DIVS Pythagoricus librū de pulchritudine scripsit, cuius fragmentum legitur apud Stobæum in Laude pulchritudinis.

DIVS in Phœnicijs historijs integerrimus approbatus est: Iosephus libro 1. cõtra Appionem, ubi etiam fragmentum ex historia Dij legitur de Solomone & Hyramo.

DIYLLVS quidam citatur Athenæi libro 13.

DOLOBELLAE epistola ad Ciceronem libro 9. Familiarium Ciceronis epistolarum legitur.

T.cl. 1484. DOMINICVS Bolanus, natione Venetus, ædidit nonnulla ingenij sui præclara opuscula, de quibus ego tantum uidi opusculũ insigne contra Marianæ puritatis detractores, quod dicauit Nicolao Marcello, primo et septuagesimo duci Venetorũ.

De cõceptione S. Mariæ, lib. 1. Non paruo dolore.

T. M. 1478. DOMINICVS de Dominicis, patria Venetus, primum Torcellanus, & postea Brixianus episcopus, & referendarius apostolicus, scripsit excellentis ingenij plura opuscula, sed nihil eorum ad manus nostras memini peruenisse. Feruntur autem eius elegantes

Orationes de diuersis, lib. 1. Sermones quoq; uarij, lib. 1.

Et multi tractatus.

T. in appẽdice. cl. 1512. DOMINICVS de Flandria, doctor clarissimus ordinis fratrum Prædicatorum Bononiæ, scripsit quæstiones metaphysicales.

Quæstiones de anima, Item super libros posteriorum.

* Quæstiones 20. in commentaria Thomæ Aquinatis super libris posteriorum analyticorum Aristotelis, & Quæstiones 23. in opus Fallaciarum eiusdem: excusæ Venetijs in fol. 1496. chartis 38. cum cõmentarijs ipsius Thomæ in eosdem Aristotelis libros, & in librum de enunciatione. Stilus rudis & barbarus est.

Eiusdem quæstiones & annotationes in Aristotelis libros de anima: excusæ Venetijs apud hæredes Octauiani Scoti, 1503. in fol. Cum Thoma Aquinate in eosdẽ.

T. DOMINICVS de sancto Geminiano, iureconsultus præstantissimus, scripsit in iure canonico quædam præclara uolumina, è quibus extat opus insigne & celeberrimum in duobus uoluminibus partitum,

Super 6. Decretalium, lib. 2. Quia glossa prima sine.

Et uariæ declarationes.

Cætera uero quæ composuisse dicitur, ad notitiam meam non uenerunt.

* Scripsit etiam repertorium in Iure, & super secundo ac tertio Decretalium commentarios, qui extant Venetijs: & in Rub. 2. Decret. Vt lite non contest.

Eiusdem Consilia in iure, typis excusa. Floruit eodem tempore, quo Paulus de Castro, & Io. de Imola.

DOMINICVM de S. Georgio Canonistam Angelus author Summæ Angelicæ allegat.

T. cl. 1494. DOMINICVS Mancinus, uir in diuinis scripturis admodum eruditus, scripsit quædam probata opuscula quibus nomen suum diuulgauit, è quibus ego legi duntaxat tractatum illum quem eleganti metro composuit:

De passione domini, lib. 1. Non hominum laudes, nec.

Scripsit & alia. Viuere adhuc dicitur, & uaria conscribere, sub Maximiliano Romanorum rege. * Nos uidimus huius authoris opusculum de 4. uirtutibus, earundemq; officijs ad Fridericum Sanseuerinatem episcopum Malleacensium, carmine

carmine Elegiaco, Basileæ excusum cum nescio quibus aliis 1543. in 8.

DOMINICVS Melguitius scripsit Commentariolum rerum gestarum Philiberti à Chalon Aurengiorum principis, cum uita Petri Terralij Bayardi, Panegyricis, & Epitaphijs: liber excusus Basileæ in 8. apud Robertum Vuinter, ni fallor.

DOMINICVS Nanus Mirabellius, ciuis Albensis artiumq; doctor, scripsit Polyantheam, opus utilissimum, quod partim instar lexici literarum ordine dictiones non paucas explicat, partim de uirtutibus, uitijs, & alijs communibus locis, omne genus scriptorum sententias adfert. Excusum Basileæ apud Adamum Petrũ, anno 1512. in fol. chartis 116. & prius Saonæ 1514. in fol. chartis 225.

Scriptorum, quos citat, nomina, statim ab initio operis præponuntur: sunt autem numero 123. non adnumeratis utriusq; testamenti authoribus, neq; ueteribus illis, quorum non integri libri extant, sed aliquot solum sententiæ, aut uersus, aut alia fragmenta.

Ex præfatione authoris, quam scripsit Saonæ, anno 1503. idibus Febru. ad Guielmum Marchionem Montisferrati principem. Ego uero cõmuni consulens utilitati (cupio enim quàm plurimis prodesse) rem perutilem facturum me existimaui: si hos omnes (paulò superius enim de poëtis, historicis, philosophis, & politiori literaturæ deditis loquutus fuerat) mihi proponerẽ, & quæ ad cõmunem usum faciunt undiq; eligerem, ut est apud Lucretium:

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem decerpsimus aurea dicta.

Primo igitur ut adolescentibus eloquentiæ candidatis opitularer, uocabula plurima declaraui Græcas dictiones illis annectens: diffinitiones seu descriptiones in principijs cuiusq; materiæ addens: Non quod omnia me diffinituru pollicear, sed diffinitiones recitaturum. Diffinire enim proprium est sapientis: Ego uero nec sapiens, nec sapienti proximus: sed (ut Ciceronis uerbo utar) magnus sum opinator. Et ut prouectiori ætati in commune suffragarer, ipsa deinde præclara dicta, & primo quidem Orthodoxorum, à ueteri incipiens Testamento, ad quatuor Ecclesiæ Doctorum scripta, multorumq; sanctorum perueniens, quales fuerunt Ioan. Chrysostomus, Bernardus, Isidorus, Boëtius, alijq; multi: præclaras sententias accumulans, dicta philosophorum, historicorum, postremoq; poëtarum tam Græcorum quàm Latinorum adiunxi: ita ut quid de ea re unusquisq; sentiat, siue uirtus sit, siue uitium, facile dignosci possit. Quæ autem Græca apposui, ita Latinis uerbis exponenda curaui, ut uerbum uerbo respondeat. Nec tamen omnia quæ annotatione digna uisa sunt, hic inserenda instituì: nullus enim operi ipsi finis inuentus fuisset: sed de maximo electorum aceruo, quæ potiora uisa sunt, elegi. Disposueram præterea omnem materiam in arboris modum: Verum cum operis immensam magnitudinem animaduerterem, ea tantummodo redigenda censui, quæ essent in manibus, & in quotidiano sermone, quales sunt uirtutes tam cardinales, quàm theologicæ: Item de anima, & corpore: nec non septem uitia, quæ peccata mortalia dicuntur. Quæ omnia philosophiæ studiosis non parum profutura putaui. Opus hoc Polyantheã nominaui, quod nomẽ florum multitudinẽ significat.

Vocabulorum & locorum communium index alphabeticus, mox ab initio libri ponitur, nos prolixitatis uitandæ causa locos communes tantum huc adscribemus, eodem literarum ordine seruato.

Abstinentia.	Abusio.	Acceptio personarum.	
Ἀκηδία.	Adolescentia.	Aduersitas.	Adulatio.
Adulterium.	Aduocatus.	Agricultura.	Ambitio.
Amicitia.	Amor Cupidineus.		Amor Dei.
Amor patriæ.	Amor proximi.	Amor sui.	Angelus.
Anima.	Antichristus.	Apostolus.	Ars.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [471] - 215v

Auaritia. Audacia. Authoritas. Baptiſmus.
Beatitudo. Bellum. Beneficium. Blaſphemia.
Bonitas. Charitas. Caſtitas. Clementia.
Concio. Confeſſio. Conſcientia. Conſiliarius.
Conſilium. Conſolatio. Conſtantia. Conſuetudo.
Contemptus & utilitas rerum humanarum. Contentio.
Continentia. Contritio. Conuerſatio. Cõuerſio ſeu reſipiſcẽ-
Conuiuium. Corpus. Correctio ſeu admonitio fraterna. (tia.
Creatio. Credulitas. Chriſti aduentus. Chriſti aſcenſio, Crux,
Incarnatio, Natiuitas, paſſio. Chriſtus. Chriſtianus.
Crudelitas. Cupiditas. Curioſitas. Damnum.
Decima. Delitiæ. Deſperatus. Detractio.
Deus. Deuotio. Diabolus. Diffinitio.
Dilectio. Diſciplina. Diſcordia.
Diſcretio. Diuini auxilij imploratio. Diuitiæ.
Doctrina. Dolor. Ebrietas. Eccleſia.
Electio alicuius ad munus ſacrum aut prophanum. Eleemoſyna.
Eloquentia. Error. Eruditio. Euchariſtia.
Exactio debiti. Excõmunicatio. Excuſatio. Exemplum.
Exercitium. Exilium. Expectatio. Experientia.
Exprobratio. Fabula. Fama. Faſtidium.
Fauor. Fides. Filius. Felicitas.
Fornicatio. Fortitudo. Fortuna. Frater.
Fraus. Furtum. Futurum. Gaudium.
Gloria humana. Gloria æterna. Gloria uana. Gratia.
Gratitudo. Gula. Hæreſis. Hypocriſis.
Homo. Homicidium. Honeſtas. Honor.
Hoſpitalitas. Humilitas. Iactantia. Idololatria.
Ieiunium. Ignorantia. Imprudentia. Impudentia.
Incantatio. Inceſtus. Infernus. Infirmitas.
Infelicitas. Ingenium. Ingratitudo. Inimicitia.
Iniuria. Innocentia. Inquiſitio alicuius criminis.
Inuidia. Ira. Iter ſalutis & perditionis.
Iudex. Iudicium finale. Iudiciũ temerariũ. Iuramentum.
Iuſtitia. Iuuentus. Labor. Lachrymæ.
Laus. Lectio. Lex. Liberalitas.
Libertas. Lingua. Lucrum. Luxuria.
Magiſter. Magnanimitas. Malicia. Manſuetudo.
Maria uirgo. Martyrium. Matrimonium. Medicina.
Mediocritas. Memoria. Mendacium. Menſura.
Mercatura. Meritum. Miraculum. Miſeria.
Miſericordia. Modeſtia. Monachus. Mors.
Mulier. Mundus. Munus. Murmuratio.
Natura. Naufragium. Neceſſitas. Negotiatio.
Nobilitas. Nocumentum. Notitia. Nouerca.
Obedientia. Obſtinatio. Occaſio. Ocioſitas.
Odium. Opus. Oratio. Orator.
Orbitas. Ordo. Ornatus. Parens.
Parſimonia. Patientia. Patria. Paupertas.
Pax. Peccatum. Pecunia. Perfectio.
Periculum. Periurium. Perſeuerantia. Philoſophia.

Pigritia.	Pœnitentia.	Poëta.	Præceptum.
Prædestinatio.	Prædicatio.	Prælatus.	Præsumptio.
Princeps.	Prosperitas.	Prouidentia.	Prudentia.
Pudicitia & Pudor.	Pulchritudo.	Punitio.	Quies.
Rapina.	Ratio.	Reconciliatio.	Religio.
Respublica.	Resurrectio.	Reuerentia.	Risus.
Ruina.	Sacerdos.	Sacramentum.	
Sacrilegium.	Sanctitas.	Sapientia.	Satisfactio.
Scientia.	Scriptura sacra.	Sæcularis.	Securitas.
Senectus.	Sepultura.	Seruitus.	Simonia.
Simplicitas.	Societas.	Sodomia.	Solennitas.
Solitudo.	Sõnus, et Somniũ.	Spes.	Spiritus.
Studium.	Stultitia.	Sufficientia.	Suffragium.
Superbia.	Superfluitas.	Superstitio.	Taciturnitas.
Temperantia.	Tempus.	Tentatio.	Testis.
Timor.	Tyrannus.	Tribulatio.	Trinitas.
Tristitia.	Valitudo.	Varietas.	Venia.
Verecundia.	Veritas.	Vicinitas.	Victoria.
Viduitas.	Vindicta.	Vinum.	Virginitas.
Virilitas.	Virtus.	Visus.	Vita.
Vitium.	Voluntas.	Voluptas.	Votum.
Vsura.	Vtilitas.		

Et hi quidem loci sunt, de quibus authorum testimonia proferuntur: ad quos non paucos alios, nomine quidem differẽtes, re ipsa uero coniunctos, redigi licebit: & ipse author ad prædictos in cæteris uocabulis plærũq; remittit. Infinita autem alia suo ordine Grammatice aut philosophice explicantur, definiuntur, diuidun-tur: sed quia nullis authorum sententijs munita sunt, ea hoc in loco non recense-mus: quod ad Lexicorũ rationẽ magis pertinere uideantur. Porrò nõ Latina so lũ & Græca testimonia citat hic author, uerũ etiã Italicæ uulgaris linguę ex Dante & Petrarcha poëtis: primo quidem Latina, deinde Greca, postremo Italica in plæ-risq; locis proponens.

DOMINICI Parisiensis cuiusdam Geometricum opus extat de cõmensurationibus, haud scio an impressum.

DOMITIVS Calderinus, patria Veronensis, Græci & Latini sermonis peritus, scri- T. M. 1477.
psit multa in literis humanitatis præclara opuscula, quibus memoriam sui nomi-nis ad posteros transmisit, è quibus subiecta feruntur.

In Iuuenalem,	lib. 1.	Satyrarum genera duo.	
In Martialem,	lib. 1.	In Suetonium,	lib. 1.
In Ibin Nasonis,	lib. 1.	In Epistolas Ciceronis,	lib. 1.
Aduersus Brotheũ grãmaticũ,	lib. 1.	Vtinam Heli & Marce.	
Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.	Orationes uariæ. Et alia cõplura.	

* Scripsit & Commentarios in Statij Syluas, & Annotationes alias in eundem, quæ Venetijs excusa sunt in fol.

Commentarij in Iuuenalis Satyras, impressi Romæ in fol. 1474.

Commẽtarij in epigrammata Martialis, impressi Venetijs, 1493. in fol. char. 60.

Ex præfatione authoris ad Laurentiũ Medicẽ. In his explicandis multa uel " ex Græcorũ Latinorumq; disciplina, uel nulla studij intermissione me animaduer " tisse affirmauerim, quæ iampridem aut incognita habebantur, aut certe parũ re- " cte tradita fuerant: in quo facile redargui patiar ab æquo iudice, qui opus nostrum " legens aliter statuerit. Idem efficere studui superiore triennio, quo Romæ publica " mercede docui in Sillio, Cicerone, Syluis Papinij, alijsq; quos professi sumus scri. "

„ ptoribus. Quantum uero in eo ſim aſſequutus, aliorum ſit iudiciũ. Illud certe præ-
„ dicare non deſiſtam & conſtantiſſime tueri, in iſs M. Valerij commentarijs, ſi mi-
„ nus ingenij & doctrinæ, laboris certe & induſtriæ noſtræ laudem exiſtere. Quinq;
„ habui codices uetuſtiſſimos, &c. In fine commentariorum adijcitur, Defenſio cum recriminatione in calumniatorem commentariorum in Martialem, quos non dum ædiderat.

Pauſaniæ hiſtorici Attica & Corinthiaca ex huius Domitij uerſione Robertus Vuinter excudit Baſileæ in 4. chartis 18.

Scripſit & aliquot libros Obſeruationũ, ſiue Annotationũ in uarios authores: qui an in lucem exiuerint, haud ſcio.

DOMITII Marſi ueteris poëtæ fragmenta quædam apud Suetonium & Petrũ Crinitum apparent.

DOMITIVS Vlpianus inſignem famam inter iuriſconſultos & uiuens & poſt fata obtinuit, Phœnicíæ urbe Tyro, ut ipſe fatetur, oriundus. Alexandri principis magiſter, & Conſiliarius aſſeſſorq; fuit. Ei tantum à Modeſtino alijsq; tributum eſt, ut uertex legum nobiliſſimus atq; egregius diceretur. Iam primum Papiniani diſciplina eruditus, eidem prætorij præfecto aſſedit atq; in conſilio fuit. Reliquit ingentem numerum librorum, quibus potiſſimum referta ſunt Iuſtiniani Digeſta, decem libros pro tribunali, ſiue Omniũ tribunalium, totidẽ de Officio procoſ. ad Edictum 83. ad Leges 20. Regularum 7. Fidei commiſſorum 6. de adulterijs quinq;, de appellationibus 4. ad Sabinum lib. opinionum 6. de officio Coſ. 3. Reſponſorum 2. de cenſibus 6. Inſtitutorum 2. Singulares 7. de ſponſalibus. de officio præfecti uigilum, Prætoris tutelaris, Quæſtoris. Regularum rurſus. De officio præfecti urbi, de officio Curatoris reipublicæ. Publicarum diſceptationum. Hæc ex Bernardino Rutilio, apud quem plura, ſi libet, de huius authoris uita legito.

Alibi inuenio nominatos eius libros, Ad Sabinum 51. Ad ædilium curulium edictum, lib. 2. Pandectas. De excuſationibus tutelarum. Cæterum libri publicarũ diſceptationũ, aliàs inſcribuntur Quæſtionum, aliàs Diſputationũ.

DONATVLI à Caſpe uerba apud Cyprianum in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

DONATVS, uide Aelius Donatus.

DONATVS, à quo Donatiani, per Aphricam ſub Conſtante Conſtantinoq; principibus, aſſerens à noſtris ſcripturas in perſecutione ethnicis traditas, totam penè Aphricam, & maxime Numidiam, ſua perſuaſione decepit. Extant eius multa ad ſuã hæreſim pertinentia, & de ſpiritu ſancto liber Arriano dogmati congruens. D. Hieronymus.

DONATVS quidam author epiſtolæ ſecundæ & duodecimæ, cum aliquot alijs coëpiſcopis, libro 1. epiſtolarum Cypriani.

DONATVS Acciaiolus ciuis Florentinus, conuertit ex Plutarchi uitis Annibalem & Demetrium. Eius ſtilo nil dulcius optatur, cuius & lenitas & ornatus mores hominis ſuauiſſimos refert. Laudatur eius non eruditio ſolum, ſed etiam uitæ caſtitas & iuſtitia. Prodijt è ſchola Argyropoli: deceſſit in legatione. Raph. Volaterranus libro 21.

Commentarios iuſtos in Ethica Ariſtotelis ad Nicomachum reliquit, docte & eleganter conſcriptos: qui primum Florentiæ, deinde Pariſijs excuſi ſunt in fol.

„ Ex præfatione Donati ad Coſmum Medicen. Io. Argyropylus Byzantius
„ cum Florentiæ inter cætera philoſophiæ opera Ariſtotelis libros, qui ad Nicoma-
„ chum de moribus ſcribuntur, mirifice eſſet complexus, eos tuo nomine Latinos
„ fecit, publiceq; deinde explicuit non ſine magna audientium approbatione. Ha-
„ bent enim libri 2. ſummam dignitatem, admirabilemq; doctrinam; ordinem uero

propè

prope singularem. Itaq; si accurata & exquisita quædam explanatio accedat, ma- cc
gnum auditoribus afferent fructum: quod ego iam inde ab initio mecum conside- cc
rans unà cum plærisq; alijs, qui huius quoq; præceptoris disciplinam sequuntur, cc
in ijs audiendis præcipuam curam diligentiamq; adhibui, ut ea tantum documen- cc
ta perciperem, quæ ad bonos mores, & rectam uiuendi rationem conferrent. Po cc
stea uero cum uiderem hos libros à te, & ab ijs omnibus qui ingenio uehemen- cc
ter excellunt libentissime legi, ulterius progrediendum ratus, expositionem huius cc
doctoris accommodatam præcipue menti philosophi, literis mandare constitui, ut cc
ij qui adesse non potuerunt, & harum rerum desiderio tenerentur, hæc quæ nos cc
ex eius ore accepimus, percipere & ipsi pro arbitrio possent, quare traductionem cc
illius ac ordinem explicandi, pluribus uerbis secuti sumus, lata interdum & diffu- cc
sa oratione utentes, ut explanatio aperta magis, magisq; omnibus esset cõmunis. cc
Hic codex Parisijs impressus, & castigatus ad manuscriptum authoris exemplar, multo emendatior exijt, quàm prius in Italia, ex officina Ascensij, 1541. in fol. charactis 107.

Eginhardus scriba Caroli magni uitam & acta illius commendauit posteris, de eodẽ Turpinus, & nuper Donatus Acciaiolus breuiter ac nitide. Io. Lud. Viues.

DONATVS Bossius, ciuis Mediolanensis, scripsit Chronica, siue Conditionũ & mutationum humanarum libros ab initio mundi usq; ad sua tempora. Item de episcopis & archiepiscopis Mediolanensibus usq; ad annum 1489. Volumen impressum Mediolani per Antonium Zarocum, anno 1492.

DONATI à Cibaliana uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

DORIEI poëtæ Athenæus citat lib. 10. octostichon in Milonem Crotoniatam: et alibi.

DORIONIS libros, Georgicum, & de piscibus.

DOROTHEVS quæstor, uide in Triboniano I.C.

DOROTHEI scriptoris Græci fragmentum ex primo libro rerum Sicularum, habetur apud Ioan. Stobæum in Vituperio tyrannidis.

DOROTHEI sermones nouendecim Græci cum uitis sanctorum patrum, Antonij, Sabba iunioris, Euthymij, Athanasij: & de martyrio sanctorum, Eustratij, Auxentij, Eugenij, Mardacij, & Orestis. Græce extant Romæ in Pontificia bibliotheca. Dorothei patris sancti liber quidam Græcus, & alius de dilectione, & Doctrinarum capita 21. item opus monasticum. Omnia Græce, ibidem.

DOROTHEVS quidam citatur ab Athenæo libro 11.

DOROTHEI Ascalonitæ historia de Alexandro, liber περὶ μαρτύρων, & alius περὶ τῆς λέξεως συναγωγῆς, ab eodem allegantur: & DOROTHEVS Sidonius libro 11.

DOSIADIS Cretica Athenæus citat.

DRIEDONIS cuiusdam libri quatuor de Ecclesiasticis scripturis, impressi in fol.

DROMONIS poëtæ fabulam Psaltriam Athenæus citat.

DRVSIANVS, nomen proprium, à Druso, ut mihi uidetur, formatum: ut ab Aemylio Aemylianus, &c. Proinde malim per d ab initio legere, quàm ut alij per t.

DRVSIANVS (in Trittenhemij libro perperam scribitur Crusianus) natione Italus, T. cl. 1508.
Thadæi medici quondam auditor atq; discipulus, scripsit in medica arte quædam. Extant eius Commentarij in Artem Galeni lib. 1. Et quædam alia. Sed cum in praxi, ut uocant, minime fortunatus esset, ordinem Carthusiensium ingressus, uarios argumenti sacri tractatus conscripsit. * Hic à quibusdam inepte plus quàm Commentator uocatur, eò quod perquàm argutos ac subtiles commentarios in artem paruam Galeni ædiderit. Liber impressus est in fol.

DRVTHMARI commentarij in Matthæi euangelium, impressi: sic legi in catalogo bibliopolij cuiusdam Italici.

DVCHERI cuiusdam epigrammata, typis excusa.

T.cl. 1140. DVDECHINVS presbyter ecclesiæ in Longenstein, natione Teuthonicus, satis eleganti sermone scripsit, in modum epistolæ siue libelli, peregrinationis suæ Hierosolymitanæ Historiam lib. 1. Iussioni uestræ pater.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1. Et quædam alia.

DVRANDELLVS quidam monachus S. Dominici, scripsit aduersus Durandum eiusdem ordinis, S. Thomæ impugnatorem, sic exorsus: Existimasti quod ero iniquè tui similis, arguam te, & statuam contra faciem tuam. Raph. Volaterr.

DVRANDVS de sancto Portiano, ordinis fratrum Prædicatorum, & postea (ut ferunt) Aniciensis ecclesiæ episcopus, quædam non spernenda uolumina scripsit, de quibus feruntur

Super sententias, lib. 4. Est deus in cœlo reue.
De institutione cleri, lib. 1. Fratres charissimi & sa.
Summa notabilis, lib. 1. Quæstiones uariæ, lib. 1.
Sermones diuersi, lib. 1.

Cætera quæ composuisse dicitur, ad notitiam meam adhuc non uenerunt.

* Durandi liber de concilio celebrando, impressus.

DVRIDIS Eleatæ octostichon in diluuium Ephesi, libro primo Florilegij Planudis, sectione 73. Duris, nomen poëtæ. Suidas.

DVRIS Samius, historiam Agathoclis scripsit, Macedonica, De finibus Samiorum, De tragœdia: Quæ omnia passim apud Athenæum citantur.

DYNVS, uide Dinus.

DYSANIAE Cyrenæi uerba aliquot leguntur apud Athenæum libro 11.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [476] - 218r

NOMINA ET LVCVBRATIONES AVTHORVM AB E litera incipientium.



BERHARDVS Schlüſinger de Gaſmanſtorf Franconiæ, artium & medicinæ doctor, medicus Tigurinus, ſcripſit de ſtellis comatis earumq; iudicijs, & ſeorſim de illa quæ Tiguri anno Domini 1472. apparuit: item Iſagogicum tractatũ in aſtrologiam, præſertim ad electiones, maxime medicas, eumq; Latine & Germanice imprimi curauit. Et horum quidem fragmenta D. Chriſtophorus Clauſerus noſter habet.

EBERHARDVS Tappius Lunenſis, & ciuis Colonienſis, ſcripſit Germanicorum adagiorum cum Latinis ac Græcis collatorum Centurias ſeptem: quas Rihelius Argentinæ excudit anno 1539. in 8. chartis 33. cum indice.

Ex præfatione authoris, quæ in primo adagio continetur. Annis quidem ab hinc decem plus minus Centuriam unam prouerbiorum Germanicorũ cum Latinis collatorum effudi uerius quàm ſcripſi, &c. Itaq; operæpretium uidebatur, ſi nouum opus de integro conderem, quo prior libellus è medio tollatur, ſi hic arriſerit, aut uterq; igni mancipetur. Qui ne in grande nimis (ut fore uidetur) uolumen excreſcat, ubiq;, quoad eius fieri per Germanicas parœmias poteſt, breuitati ſtudebo. Hanc ob cauſam quanta poſſum diligẽtia in Græcis & Latinis adagijs interpretandis curabo, ut illud præcipue interpretamẽtum bona fide ex melioris notæ authoribus in medium proponatur, quod Germanicũ etiã ad amuſſim aut explanabit, aut uelut per tranſennã oſtendet quid ſibi uelit, & in quem uſum cõueniat. In qua re quoniã D. Eraſmus Rot. uſq; adeo elaborauit, ut non ſolũ omnibus interpretibus palmã præripuerit, uerumetiam ſeipſum mea ſententia uicerit, uiſum eſt eius ueſtigia ubiq; ferè inſequi, ac ne puncto quidem, ut dicitur, aut ungue tranſuerſo ab illius ſententia recedere: Ideoq; nomen illius prudens omittam, ne ex frequenti eiuſdem iteratione tædium oboriatur, quod tamen in aliorum authorũ expoſitionibus ſine nomenclatura authoris non fiet. Quin & nos quaſdã parœmias ab illis de induſtria præteritas uel ipſa collatione planas faciemus, uel pro noſtra tenuitate interpretabimur, quibus noſtrum nomen non opus eſt adſcribere.

Hoc monendus eſt Lector, Vueſtphalicæ dialecti parœmias plurimas reliquis Germanicis paſſim in toto opere adiungi.

Scripſit etiam Epitomen Chiliadũ Eraſmi, impreſſum in 8. 1542. Coloniæ apud Ioan. Gymnicum, chartis 45. cum indice. Ex præfatione Conradi Brunſſenij Embecani ad Martinũ Ioannis Gymnici filium. Ita nunc ex officina ſua (de patre loquitur) humanorũ ſtudiorũ candidatis D. Eraſmi Adagiorũ Chiliades dedit: nouo Indice rerũ acceſſo, quem paternis expenſis cõfecerat uir multæ eruditionis Eberhardus Tappius, mihi familiariter notus & patronus. Deinde ubi pater hoc opus maius eſſe cognouit, q̃ ut tenuioris fortunæ ſtudioſi ſibi comparare poſſent, eundẽ Eberhardum conduxerat, ut ſumma diligentia eaſdẽ Chiliades in Epitomẽ redigeret, uerum concinnius paulò q̃ ante annos duos fortè Antuerpiæ prodijt, adijciendo quoq; locis ſuis Adagia ea quæ per Eraſmũ in nouiſſima æditione Chiliadũ acceſſerãt. Quẽ laborẽ feliciſſime quidẽ Eberhardus cœperat, ſed morte præuentus nõ expleuit. Precib. itaq; ego patris tui poſtea impulſus, eũ laborẽ abſolui.

Item libellum Germanicum de accipitrũ & falconum natura, impreſſum Argentinæ in 4.

ECDORI ſenarij quatuor leguntur apud Stobæum in ſermone de Ignobilitate.

ECHEMENIS Cretica Athenæus allegat.

T. cl. 1130. ECKARDVS primus abbas monasterij S. Laurentij, quod Vraugia dicitur, in diœcesi Herbipolensi in Hercynia sylua, ordinis S. Benedicti, natione Teuthonicus, metro excellens & prosa: scripsit nõ spernendæ lectionis opuscula: de quibus ego tantum uidi opus insigne, ad imitationem Boëtij gemino stilo compactum ad instructionem & consolationem monachorum & omniũ fidelium ualde utile, quod prænotauit

Laternam monachorum, lib. 5.

Sermones quosdam elegantes, uariasq; epistolas ad diuersos composuit.

T. cl in Austria. ECKARDVS natione Teuthonicus, ordinis (ut quidã uolunt) Prædicatorum, dum nimis philosophiam insequens, nouitatem terminorum contra theologorum consuetudinem ubiq; curiose immiscuit uarios errores inducit, inter quos extant decem & septem articuli à summo pontifice damnati, & per Eckardum in fine uitæ reuocati, quorum in expositione sua super euangelium Ioannis multi continentur. Nihilominus ubi catholice scripsit, satis profunda & utilia dogmata dedit. De cuius libris reperi,

Super sententias,	lib. 4.	
In Genesim,	lib. 1.	Exordium hoc scripturæ.
In Exodum,	lib. 1.	Hæc sunt nomina, &c. quia.
In librum Sapientiæ,	lib. 1.	Diligite, &c. Iudex semper.
In Cantica canticorum,	lib. 1.	
In euangelium Ioannis,	lib. 1.	In principio, &c. Aqui.
Super oratione dominica,	lib. 1.	Pater noster. Ante dominicam.
In capitulo Prędicatorũ sermo,	lib. 1.	Ego quasi uitis fructi.
Positionum suarum,	lib. 1.	Benedictus deus & pater.
Sermones de tempore,	lib. 1.	Deus pacis ac dilectio.
Sermones de sanctis,	lib. 1.	

T. cl. 1160. ECKEBERTVS secundus abbas monasterij sancti Florini ordinis diui patris Benedicti Treuerensis diœcesis, natione Teuthonicus, scripsit non cõtemnendæ lectionis opuscula, è quibus subiecta reperi.

Aduersum hæreses,	lib. 1.	Prophetatum dudum tẽ.
In principium Euangelij Ioan.	lib. 1.	Mysteria diuini ser.
Super Magnificat,	lib. 1.	Spiritus domini super te ma.
Super missus est angelus,	lib. 1.	Sermo euangelicus omni.
De obitu sororis suæ,	lib. 1.	Virginibus deo sacratis.
Meditationes,	lib. 1.	Verbum mihi est ad te.
Sermones per annum,	lib. 2.	Erunt signa, &c. aduentus.
Laudes saluatoris,	lib. 1.	Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

T. cl. 1060. ECKEBERTVS clericus Leodiẽn. ecclesiæ, natione Teuthonicus, scripsit & metro & prosa nonnulla opuscula, è quibus extat uolumen metro eleganti compositum, quod prænotauit

De ænigmatibus rusticanis, lib. 1. De eadem re alius maior, lib. 1.

Et quædam alia.

ECPHANTHAE Pythagorici fragmentum ex libro de regno, legitur apud Ioannem Stobæum in laude monarchiæ: & alia tria ex eodem libro in Admonitionibus de regno.

ECPHANTIDAE fabulam Satyros Athenæus citat.

EDVARDVS Leus (aliàs Leeus) Anglus scripsit annotatiões aduersus Def. Erasmi Rot. annotationes in nouum Testamentum: quæ excusæ sunt Moguntiæ in 4. 1520. & eodem anno Basileæ apud Ioan. Frobenium cum confutatione reprehensionum Lei per D. Erasmum, rixis & inuectiuis prolixioribus omissis. Vide supra in 6. tomo operum D. Erasmi, pag. 203. a.

Eduardi

Eduardi Lei exhibita quædam in Consilio Cæsareo, impressa.
Eiusdem Epicedia aliquot clarorum uirorum scripta, impressa.

EFRAEM uel Effrem, uide Ephræm.

EGELNOTVS archiepiscopus Cantuariensis ecclesiæ in Anglia, scripsisse dicitur T. cl. 1030. opus
In laudem sanctæ Mariæ, lib. 1. Epistolarum ad diuersos, lib. 1.
Et quædam alia.

EGESIPPVS, nomen proprium, non recte, mea quidem sententia, sine aspiratione scribitur. ἡγήσιππος Græce ducem equitum significat: uide Hegesippus.

EGINHARTVS scriba Caroli Magni descripsit uitam & gesta eius: quanquam non desunt qui Alcuino, siue Albino, id opus adscribant; impressum est Basileæ 1532. in fol. cum alijs quibusdam historicis.

EGVINARIVS Baro I. C. scripsit de diuiduis & indiuiduis obligationibus, seu stipulationibus. Gryphius impressit Lugduni, 1542. in 4. & Vuechelus Parisijs, qui alium quoq; huius authoris librum De seruitutibus publicauit.

EINARDVS cancellarius Caroli Magni Imperatoris, natione Teuthonicus, & postea monachus ordinis diui patris Benedicti, scripsit non spernendæ lectionis opuscula, de quibus feruntur subiecta. Imitatus Bedam qui abbreuiauit Hebraicum Psalterium, excerpendo de illo omnes uersus uerba orationis habentes, abbreuiauit & ipse Gallicanum Psalterium, excerpens de eo omnes uersus uerba orationis habentes. Scripsit etiam tam ex persona sui quàm imperatoris, T. cl. 820.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1. Vitam Caroli imperatoris, lib. 1.
Historiam temporum, lib. 1. Et quædam alia.

ELEVTHERII Papæ decreta, cum reliquis Pontificijs decretis excusa Coloniæ.

ELEVTHERIVS Byzenus triumphum in Cop. uictoriam scripsit.

ELIAS, nomen proprium Hebraicum sine aspiratione: Græci tamen & Latini eos secuti ferè aspirant. Vide Helias.

ELIAS Leuita Iudæus, in Germania natus, Hebraicæ linguæ Grammaticus doctissimus, superiore anno Venetijs obijt, ut audio. Omnia eius Hebraica scripta Sebastianus Munsterus Latina fecit, ut infra dicetur: sunt autem hæc, quæ nos hactenus uidimus:

Grammatica Hebræa, cum interpretatione Latina Seba. Munsteri: excusa Basileæ in officina Frobeniana in 8.

Hebraicæ institutiones, inscriptæ Capitula Cantici, specierum, proprietatum, & officiorum: in quibus agitur de literis, punctis, & quibusdam accentibus, cum Seb. Munsteri interpretatione Latina è regione. Ibidem in 8.

Vocabula Hebraica irregularia, quæ uel ordine uel coniugatione, aut tempore componuntur, pulchre explicata, atq; in ordinem alphabeticum digesta, & per Seb. Munsterum in Latinam linguam uersa. Hen. Petrus excudit Basileæ, 1536. in 8. chartis 12. & dimid.

Composita uerborum & nominum Hebraicorum, opus æditum Romæ, & nuper per Sebast. Munsterum Latinitate donatum, Hebraicæ linguæ studiosis necessarium. Excusum Basileæ apud Ioannem Frobenium, 1525. in 8. chartis 10. & dimid.

Hebraicũ Dictionariũ uocum rariorũ et peregrinarũ, Eliæ Leuitæ, quod inscripsit Thisbites, in quo 712. uocũ, quarũ aliæ sunt Hebraicæ, aliæ Chaldaicæ, Arabicæ, Græcæ, & Latinæ, quæq; in Dictionarijs non facile inueniuntur: & à Rabbinis tamen Hebræorum in scriptis suis passim usurpantur, origo, etymon, & uerus usus docte explicatur: excusum Isnæ in Algauia, 1541. in 4. apud Paulum Fagiũ.

Idem opus ibidem excusum in 4. Latinitate donatum per Paulum Fagium.

Accentuum Hebraicorum liber. Item liber Traditionum, cui uberrima ac-

cessit præfatio, quæ totam Hebraicæ linguæ explicat rationem, traditq; ea quæ Grammaticæ hactenus deesse uidebãtur. Ex his multa Latine sunt reddita per Sebastianum Munsterum, præsertim ea quæ inexercitatum Lectorem iuuare poterunt. Henricus Petrus excudit Basileæ, 1539. in 8. chartis 29.

Commentarium in Grammaticam Rabbi Mosche Kimhi, Seb. Munstero interprete: impressum Basileæ apud Cratandrum, 1531. in 8. chartis 10.

ELISABETH, nomen proprium fœmininum: uide Helisabet cum aspiratione.

ELISABETH reginæ Hispaniarũ tabulæ astronomicæ extant. Vide in L. Gaurico.

ELLVCHASEM Elimithar medici de Baldath, filij Hahadũ, filij Ducellani, Tacuini siue Tabulæ sanitatis tuendæ, iuxta ordinem sex rerum naturaliũ (quæ sunt, aër, cibus & potus, motus & quies, somnus & uigilia, manitio & repletio, animi affectus) cum correctionibus & facultatibus earum descriptæ. Opus impressum Argentinæ apud Ioan. Schottũ, 1531. in fol. chartis 29. & dimid. Typographus in præfatione exemplar deprauatum sibi contigisse conqueritur. Sermo prorsus est rudis & barbarus: nec indicatur quis in Latinum conuerterit. Nam ipse
» author Indus fuisse uidetur, cum in præfatione scribat: Et restituemus numerum Graduum, more Indorum. In fine libri enumerantur authores 33. ex quibus hic liber collectus est: inter quos nonnulli recentiores, ut Mesue, Mundinus, Iordanus, Ioannicius, Rogerius, &c. Quare constat hunc authorẽ non esse admodum antiquum.

» Ex præfatione. Intentio nostra in hoc libro est abbreuiare sermones plixos, » & aggregare modos diuersorum uerborum. Attamen nostri propositi est non re» cedere à consilijs antecessorum ueridicorum. In hoc autem libro nihil possumus » à nobis, nisi ordinationes, compilationes, & abbreuiationes interrogantium, & in» ductiones pro bono, ad fortificandam uirtutem uerborum, &c. Et paulò post. » Incipio cum Dei auxilio, & compono tabulas, continentes cibos & potus, & alias » res necessarias circa ipsos, ad hoc quod sit compendium regibus, & dominis con» spicere in ipsis: sunt enim usi habere Tacuinos, quibus assimilatur hoc opus. Hæc author. Porrò singulæ tabulæ diuiduntur in domos, ut uocant 15. Prima domus continet numerum distinctionum & capita libri. Secunda, rerum nomina. 3. Naturas in primis qualitatibus. 4. Gradus in ijsdem. 5. Quid in quoq; genere præstet. 6. Vtilitatẽ. 7. Nocumentũ. 8. Noxæ remotionẽ. 9. Quid humoris inde generetur. 10. Quibus temperamentis quæq; conueniant: undecima, quibus ætatibus: duodecima, quibus anni temporibus: decimatertia, quibus regionibus, & locis. 14. Philosophorum opiniones recenset de naturis & facultatibus singulorum, & quomodo eligi, corrigiq; debeant ad usum humanum. Vltima Canones habet uniuersales de generibus & speciebus rerum, quas Lector quærit: Et id quidem copiosius in principio libri, ante tabulas.

ELYSII Calentij (aliâs Galentij) Amphrateñ. poëtæ opera quædam extant. Vide supra Calentius. Tres libri huius authoris de bello ranarum & murium carmine, Basileæ nuper excusi sunt in 8.

EMANVEL, nomen Hebraicum, quod interpretatur, Nobiscum Deus. Vide Manuel: sic enim plærũq; apud Græcos per aphæresin scriptum reperio.

EMONDVS Dinterus scripsit genealogiam ducum Burgundiæ, Brabantiæ, Flandriæ, Hollandiæ, &c. ab Hectore Troiano ad Carolum V. usq;. Libellus impressus Francofurti in 8. sexta fortè parte chartæ.

T. cl. 1120. EMONDVS monachus Canthuariensis in Anglia, ordinis S. Benedicti, Anselmi archiepiscopi quondam auditor scripsit quædam, è quibus extat uolumen unum de discordia, quæ fuit inter Guilhelmum Anglorum regem & sanctum Anselmum præfatum Canthuariensem archiepiscopum.

De libertate ecclesiastica, lib. 1. Vita eiusdem Anselmi, lib. 1.
Et quædam alia.

EMPE-

EMPEDOCLIS Aegrigentini uitam, & scripta Suidas recenset, & aliquot carmina. Apud Græcos interpretes Aristotelis physicorum, uideor mihi frequenter Empedoclis uersus citatos legisse. Vide etiam Suidam.

EMPODI ἀπομνημονεύματα citantur ab Athenæo.

EMPORII rhetoris liber de Ethopœia & loco communi, præcepto materiæ demonstratiuæ, & de specie deliberatiua, chartis ferè tribus cum alijs antiquorum aliquot rhetorum opusculis, impressus est Basileæ in 4. apud Frobenium, & Louanij.

ENGELBERTVS abbas cœnobij Admontesis, ordinis S. Benedicti, natione Teuthonicus, scripsit T.

Sermones elegantes, lib. 1. De uitijs & uirtutibus, lib. 1.

Sed & alia nonnulla ædidit, quæ ad notitiam meam minime uenerunt.

ENGELHARDVS Funck de Suobach Francus orientalis, natione Teuthonicus, metro excellens & prosa. Fertur utroq; genere stili quædam cudisse opuscula, carmine elegiaco, T. cl. 1494.

De laude patriæ suæ, lib. 1. De anulo sibi donato, lib. 1.

Epistolas plures ad diuersos. Epigrammata uaria. Et alia complura.

Claret Romæ, author siue aduocatus causarum, & uaria componit, sub Maximiliano Romañ. rege.

ENGVERRANVS Gallus scripsit quædam, historica opinor. Numeratur enim in catalogo authorum, ex quibus exempla sua Fulgosus Valerij Maximi imitator, deprompsit.

ENNODII Papæ decreta, cum cæteris Pontificijs leguntur.

ENNODII liber ad Mediolanensem episcopum quendam, & homiliæ de sanctis. Impressus est codex in Italia, si bene memini.

ENODII cuiusdam uerba Petrus Crinitus aliquando citat.

ENTISBERI regulæ (Grammaticæ opinor, & barbaræ) impressæ olim in Italia.

EPAENETI Opsartytica, & liber de piscibus, allegantur Athenæo.

EPHIPPI Comici fabulas duodecim uarijs in locis nominatim citat in Dipnosophistis Athenæus.

EPHIPPI Olynthij liber de Alexandri & Hephæstionis morte citatur apud Athenæum: & historia EPHORI, apud eundem.

EPHRAIM, uel Efræm, ἐφραὶμ, eremi cultor insignis, scripsit Syro sermone pro instructione legentium quædã deuota opuscula: ex quibus apud Latinos inueniuntur subiecta, uidelicet, T. cl. 1508.

De spiritu sancto,	lib. 1.	
De compunctione cordis,	lib. 1.	Dolor me compellit.
De contritione cordis,	lib. 1.	Venite charissimi.
De pœnitentia.	lib. 1.	Dominus noster Iesus Christus.
De luctaminibus sæculi,	lib. 1.	In luctaminibus huius.
De die iudicij,	lib. 1.	Venite dilectissimi.
De resurrectione,	lib. 1.	Gloria omnipotenti deo.
De beatitudine animæ,	lib. 1.	Beatus qui odio habue.
De cogitationibus,	ho. 1.	In scripturis sanctis.
De prædicatione dura,	ho. 1.	Quotiensc unq; fratres.
De celebratione mysteriorũ,	ho. 1.	Rogo uos fratres.
Planctus super Edissenam urbem,	lib. 1.	Extat eius legenda inter sanctos.

Efræm Edissenæ ecclesiæ diaconus, multa sermone composuit, & ad tantam uenit claritudinem, ut post lectionem scripturarum, publice in quibusdam ecclesijs eius scripta recitentur. Legi eius de spiritu sancto Græcũ uolumen, quod quidam de Syriaca lingua uerterat, & acumen sublimis ingenij, etiam in translatione cognoui. Decessit sub Valente principe. D. Hieronymus.

Hunc authorem prius in Græcum sermonem translatum Ambrosius monachus Camaldulensis in Latinũ uertit, plures uidelicet sermones, inter quos unum in laudem fletus & uituperationem risus. Raph. Volaterranus. Sermones sancti Ephrem, typis excusi habentur. In catalogis bibliothecarum Italiæ, præsertim Romæ, inuenio huius authoris Græce extare, Ascetica ad monachos Aegypti: & alibi, Orationes monasticas plurimas, idem fortassis opus: Epistolam de patientia, καὶ τοῦ μὴ ἐκπίπτειν τοῖς λογισμοῖς προφάσεις διηκουμάτων, & de temperantia, & alia capita diuersa. D. Gilbertus Cognatus Nozerenus nuper ad me scripsit aliquas huius authoris orationes à se inuentas esse, quæ autem illæ sint, non exprimit.

EPHRAEM alius Græcus abhinc annos ducentos, qui uitas principum Constantinopolitanorum Iambico carmine scripsit, quod opus in bibliotheca Vaticana cernitur. Raph. Volaterranus.

EPICHARMI poëtæ fabulas 25. passim Athenæus allegat: quarum nomina ponuntur in authorum indice, quorum testimonijs Athenæus utitur. Citantur & apud Stobæum aliquoties eius carmina.

EPICRATIS Ambraciotæ senarios ex quinq; fabulis idem Athenæus allegat.

EPICTETI epistolæ Græcæ cum expositione Simplicij in Italia extant in bibliotheca Medicum. Fortassis & istas Arrianus conscripsit, sicut Enchiridion, & libros 4. de dictis ipsius, ut supra indicauimus. Stobæus quoq; multas passim Epicteti sententias allegat.

in voc: Arriani.

EPICVRI uitam dogmata & scripta Diogenes Laërtius per totum librũ decimum enarrat: & tres eius epistolas adscribit chartis 4. & quadr. unam ad Herodotum, alteram ad Pythoclẽ, tertiam ad Menicœum. Athenæus citat librum ipsius de fine, & epistolam περὶ ἐκπυρώσεως.

EPIGENES, comes & magister memoriæ sub Theodosio operam suam contulit ad codicem Theodosianum.

EPIGENIS Comici fabulas 4. Athenæus allegat: & alicubi EPIGMENEM Iouis Chij interpretem nominat.

EPIGONI Thessalonicensis epigrãmata 3. leguntur in primo libro Florilegij Græci.

EPILYCI Coraliscus & Phoraliscus fabulæ citantur Athenæo: & EPINICI Mnesiptolemus, & Hypoballomenæ.

EPIMENIDIS uitam, & epistolium ad Solonem Diogenes Laërtius lib. 1. recenset.

EPINI in 16. Psalmos commentaria in 8. Francfordiæ.

T. cl. 390. EPIPHANIVS Cypri Salaminæ urbis episcopus (quæ postea Constantia dicta est, Suida teste) scripsit nonnulla opuscula, de quibus ista feruntur.

†Sic incipit argumentum secundi tomi primi libri.

De 80. hæresibus, lib. 1. † Simoniaci à Simone.
Contra omnes hæreses, lib. 2. De erroribus Origenis, lib. 1.
Ad Theophilum Alexandrinum, lib. 1.
a Epistolarum ad diuersos, lib. 1. Domino amantissimo filio.
Et quædam alia. Acta eius in tripartita historia leguntur.
* a Epiphanij epistola ad D. Hieronymum de generali epistola Theophili Alexandrini præponitur libris quatuor paschalibus Theophili ab Hieronymo conuersis. Et alia quædam in tertio tomo operum D. Hieronymi, legitur. Epistola ad Arabas prolixa, libro tertio ipsius Epiphanij contra hæreses tomo 2. inserto contra Antidicomarianitas ponitur.

Romæ in bibliotheca pontificia seruantur Epiphanij Panaria, *id est*, contra omnes hæreses libri. Ancyrota, quasi anchora quædam fidei. De talento liber. Ad Diodorum de 12. lapidibus. Epiphanij monachi (nescio an eiusdem) liber de uita Mariæ, & temporibus (χρόνων) uitæ ipsius.

De prophetarum uita & interitu commentarius Græcus, unà cum Albani Torini

rini interpretatione Latina è regione: chartis 4. Cratander excudit Basileæ in 4. 1529. cum aliis quibusdam opusculis Sophronij, de uitis euangelistarum: Hieronymi, de uitis ecclesiasticorum scriptorum Latine & Græce per Sophronium: & Gennadij catalogo illustrium uirorum, & Gregorij Nazianzeni parabolis ac miraculis euangelicis.

Epiphanij episcopi Constantiæ Cypri, contra octoginta hæreses à Cain ad Valentis & Valentiniani usq; tempora opus Panarium, siue arcula (κιβώτιον) aut capsula medica appellatum, continens libros tres, & tomos siue sectiones ex toto septem. Nam primus liber tres tomos habet, reliqui binos. Epistola, siue liber Ancoratus dictus, docens de uera fide Christiana. Anacephalæosis siue summa totius operis Panarij contra 80. hæreses. Libellus de mensuris ac ponderibus, & de asterisco ac obelo, deq; notis ac characteribus in diuinæ scripturę interpretibus per Origenem usurpatis. Omnia Græce hoc anno 1544. excusa Basileæ, chartis 138. in fol. sumptibus Heruagij, industria autem Ioan. Oporini, cuius diligentiæ doctrinæq; studiosi debent, quod hoc opus nitidum, emendatum, idq; bona fide secundum archetypum, in lucem prodierit: ut & ipse testatur in præfatione ad D. Erasmum episcopum Argentoratensem.

Idem opus Latine excusum est Basileæ apud Robertũ Vuinter 1533. Iano Cornario medico interprete, qui eodem exemplari Græco Basileæ postea excuso, ut dixi, usus est: chartis 163. cum indice.

Ex præfatione I. Cornarij ad D. Ioannem Friderichum Saxoniæ ducem. Insignem Theologum Epiphanium aggressus in Latinam linguam transtuli: Et hoc aliquanto etiam alacrius feci, tum propter ipsius authoris præstantiam, tum propter operis raritatem, quod in hunc diem neq; Græce, neq; Latine typis excusum est: imò nunquam ab aliquo attactum, qui id Latinum facere tentasset. † Certe diuus Augustinus de hæresibus ad Quoduultdeum scribens, qui ab ipso petierat de hæresibus ipsorumq; erroribus instrui, dicit de hoc argumento Græce scripsisse Cyprium episcopum Epiphanium, in doctrina catholicæ fidei (sic enim loquitur) laudabiliter diffamatum. Et addit, Vide ergo ne forte librum sancti * Epiphanij tibi mittere debeam. Ipsum enim arbitror Philastrio doctius de hac re tractasse, qui possit apud Carthaginem in Latinam linguam uerti facilius atq; commodius, ut tu potius præstes nobis quod quæris à nobis. Hæc Augustinus. Et optandũ esset ut Quoduultdeus Epiphanij cõuertendi laborem suscepisset, & hic labor ad nos extaret, &c. Nunc cum hoc factum non sit, his commoditatibus priuati, unicum exemplar sequuti, quod potuimus præstitimus, ut Epiphanius Latine legatur, iuxta interpretis fidem, ita ut nihil adiectum neq; immutatum à nobis sit, nisi palàm uitiatum, quod non infrequenter occurrit in ipso exemplari. Sed profuit etiam hac parte hoc nobis, quod multa ταυτολογίᾳ, atq; ijsdem uerbis contra diuersas hæreses repetit Epiphanius, ut ex altera lectione alteram corruptam emendare detur. Præterea quum bonam partem Irenæi ἀντιῤῥητικοῦ transcribat, non incommodum nobis fuit Irenæi Latinum exemplar adhibitum, quanquam idipsum uitiosissime translatum sit, & plus ex Epiphanio restitui possit, quam ipsum mihi in Epiphanio conuertendo profuit: ut mirum sit, Erasmum Roterodamũ, acri alioqui iudicio in eiusmodi præditũ, putasse, ipsum Irenæũ Latine scripsisse. Optandum esset, inquam, laborem conuertendi Epiphanij Quoduultdeum suscepisse, ut uel hoc saltem hinc cognosceremus, an hic esset liber is Epiphanij, de quo ipse Augustinus scribit. Nam reuera uidetur ipse Augustinus hoc opus Panarium inscriptum non habuisse, neq; uidisse. Quum enim Epiphanius multus quidem sit in historia recensenda, quod ad originem, studia, natale solum, hæresis occasionẽ ac prætextum attinet, per singulas adeo hæreses: & tamen longe maiore industria ipsas occasiones ac prętextus, unà cum erroneis opinionibus, per ueras scripturas

† D. Augustini sententia.

* Vide supra in sexto tomo operũ D. Augustini, fol. 119. b.

Irenæus.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [483] - 221v

„ ipſarumq; interpretationes refutet ac condemnet: haud ſcio, quomodo Auguſti-
„ no in mentem uenire potuerit, ut ad eundem Quoduultdeum ſic ſcripſerit: No
„ ſter uero Epiphanius Cyprius epiſcopus, ab hinc non longe humanis rebus exem
„ ptus, de octoginta hæreſibus loquens, ſex libros etiam ipſe conſcripſit, hiſtorica
„ narratione commemorans omnia, nulla diſputatione aduerſus falſitatem pro ue-
„ ritate decertans. Breues ſanè ſunt libelli, & ſi in unum librum redigantur, nec ipſe
„ erit noſtris, uel aliorum quibuſdam libris longitudine cõparandus. Ex his uer-
„ bis indicat ſanè Auguſtinus, ſe hoc magnum & bene longum Epiphanij opus nõ
„ habuiſſe: Sed aut ſingulis libris, aut librorum tomis præmiſſa argumenta uidiſſe,
„ & ipſa uidelicet breues libellos appellaſſe: aut Anacephalæoſin eiuſdem Epipha-
„ nij ſaltem habuiſſe, quæ etiam ad finem huic operi eſt adiecta. Hoc enim opus nul
„ la parte ab Auguſtino exæquatur, tantum abeſt ut id ſuperarit. Aut igitur hoc E-
„ piphanij opus Auguſtinus non uidit, aut iuſtum opus Auguſtini non extat & pe-
„ rijt, aut non præſtitit Auguſtinus quod promiſit. Nam catalogus ipſius uix præ-
„ miſſis librorum Epiphanij argumentis, aut Anacephalæoſi illius comparari po-
„ teſt. Et aliquanto poſt. Philippus Melanchthon hoc opus ita probauit, ut id
„ primum in ſtudioſorum gratiam à clariſſimo uiro D. Ioanne Langio Erfordienſi
„ impetrarit: deinde ad induſtrium uirum Ioan. Oporinum utraq; lingua profeſſo-
„ rem clarum miſerit, quo illius, & Roberti Chimerini opera Græce æderetur, &c.
„ Porrò uixit hic Epiphanius temporibus Valentis & Gratiani, fuitq; contempo-
„ raneus Baſilij Magni, Gregorij theologi, itemq; Chryſoſtomi, cum quo etiã in con
„ tentionem incidit, dum ille iniquo animo fert Origenis librorum damnationem,
„ & hæreticos Origenis errores ab Epiphanio in ſynodo Conſtantinopolitana pu-
„ blice prolatos, &c. Vide in hiſtoria Tripartita. Quicquid autem eius eſt quod
„ contra Origenem Epiphanius in hoc opere tractauit, ad eius hæreſim manifeſtan
„ dam ac confutandam, profecto ualde corruptum fuit in Græco exemplari, ita ut
„ integra folia deſint, haud dubie ab aliquo pio uiro, qui bene uoluit Origeni ex-
„ empta. Et ſanè in his locis quos Epiphanius producit, inexcuſabilis eſt Orige-
„ nes, & impias ipſius opiniones etiam Hieronymus ac Auguſtinus notarunt. De
„ Epiphanio uero idem D. Hieronymus teſtimonium illuſtre profert his uerbis:
„ Epiphanius Cypri Salaminæ epiſcopus, ſcripſit aduerſus omnes hæreſes libros,
„ & multa alia quæ ab eruditis propter res, à ſimplicioribus propter uerba lectitan-
„ tur. Supereſt uſq; hodie, & in extrema ſenectute uaria cudit opera. Sic Hierony-
„ mus. Et uidetur ſanè doctrinã in ipſo probare: uerba uero à ſimplicioribus ma-
„ gis expeti dicere, uelut eius qui non fuerit eloquentiæ ſtudioſus, ſed ueritatem ſim
„ plici oratione tradere ſatis eſſe putarit.

in librum philippi de Epiphanio.

origenis laxamina.

Ex Hieronymo.

Inſcriptiones epiſtolarum, quæ toti operi præfiguntur.

Epiſtola ſcripta 92. anno regni Diocletiani, Valentiniani & Valentis anno 11. & Gratiani anno 8. ad Epiphanium Palæſtinum Eleutheropoliten, qui fuit pater Monaſterij in eiuſdẽ Eleutheropolis uicinia, tunc uero urbis Conſtantiæ prouinciæ Cypri epiſcopus extitit, ab Acatio & Paulo presbyteris & Archimandritis, hoc eſt patribus monaſteriorum, partium Calchedonis & Berrhœæ cauæ *Syriæ*, de eo quod contra omnes hæreſes ſcripſit, imò quod & multi adhortati ſint ac coẽgerint ipſum ad hoc opus aggrediendum.

Epiſtola reſcripta ad Acatium & Paulũ presbyteros, ab Epiphanio ad ea quæ ab illis ad ipſum ſcripta ſunt, de eo quod ipſe contra hæreſes ſcripſerit.

Panarium opus dictum mihi uidetur non aliter quàm κιβώτιον, id eſt arcula ſeu capſula: quamuis hoc Græcum ſit, illud Latinum, eiuſdem utrunq; ſignificationis: atq; ideo Græcum Latino uocabulo per epexegeſin additum. Græcia enim eo tempore Romanis ſubiugata, uocabulis quoq; ipſorum non paucis utebatur. Quod ſi cui magis arridet ideo Panaria dici hos libros, quoniã omnes hæreſes impugnent,

nec

nec illi contenderim: & fortè id insinuant uerba Suidæ: ἔγραψε κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων λόγους, ἃ πανάρια λέγονται. Non temere autem capsulæ medicæ nomen habent, quandoquidem eis continentur antidota & remedia hæreseon, quibus ceu uenenis animi inficiuntur: & ipse passim uarijs uenenatis animalibus & serpentibus hæreticos egregie confert.

Ex præfatione Epiphanij in Panaria. Promissio nostra habet de differentia opinionum ac notionum, professionumq; fidei ex Deo, & incredulitatis, sectarum item, & falsæ humanæ mentis opinionis, ab erroneis uiris in mundo dispersæ, ab eo tempore quo homo formatus est in terra, usq; ad nostra tempora, hoc est regni Valentiniani & Valentis annum undecimum, & Gratiani septimum. Porrò quæ à nobis ad legentium notitiam peruenient, ea partim ex discendi studio nouimus, partim ex auditu percepimus, in quædam uero propriis auribus ac oculis incidimus. Et quorundam quidem radices & dogmata exacta narratione nos tradituros esse confidimus, quorundam uero partem aliquam, prout facta sunt: atq; hæc partim ex libris ueterum scriptorum, partim ex auditu hominum, qui menti nostræ exactam fidem fecerũt, nouimus, &c. Propter excellentem seruorum Dei dilectionem huc descendere dignus factus sum: non per uerborum eloquentiam, non lepiditate aliqua dicendi, sed simplici loquendi idiomate, simplici sermone, cer titudine uero eorum quæ sermone declarantur, dicendi initium faciam.

Hæreseon 80. enumeratio: & primum Primi libri tomi 1. hæreses 20.

Barbarismus.	Scythismus.	Græcismus.	Iudaismus.	
Stoici.	Platonici.	Pythagorij.	Epicurei.	
† Samaritæ.	Esseni.	Sebuæi.	Gortheni.	† Hi, 4. sequentes hæreses cõprehendunt.
Dosithei.	* Sadducæi.	Scribæ.	Pharisæi.	
Hemerobaptistæ.	Nasaræi.	Ossem.	Herodiani.	

His subnectitur caput de præsentia Christi, & aduentu in carnem, ac ueritate, una q; ac sola in Deum fide: & pauca de Nazoræis siue Christianis: à quibus differunt Nazoræi in tomo 2. * Hæreses Iudæorum 7.

Secundi tomi primi libri hæreses 13.

Simoniani.	Menandriani.	Saturniliani.	Basilidiani.	
Nicolaitæ.	Gnostici.	Carpocratiani.	Cerinthiani, qui & Merinthiani.	
Nazoræi.	Ebionæi.	Valentini.		
Secundiani.	Ptolemæi.			

Tertij tomi primi libri hæreses 13.

Marcosij.	Colorbasij.	Heracleonitæ.	Ophitæ.	
Caiani.	Sethiani.	Archontici.	Cerdoniani.	
Marcionistæ.	Lucianistæ.	Apelleiani.	Seueriani.	Tatiani.

Secundi libri tomi primi hæreses 18.

Encratitæ. Phrygastæ & Montanistæ, & Tascodrugitæ, qui nouos prophetas inducunt, Montanum quendam iactantes ac Priscillam & Maximillam. Pepuziani, qui & Quintiliani, quibus coniunguntur Artotyritæ, ex Phrygastarum numero hi sunt. Tessares cædecatitæ. Alogi. Adamiani. Sampsæi, qui & Helcesæi, qui omnia similiter habent ut Ebionæi. Theodotiani. Melchisedeciani. Bardesianistæ. Noëtiani. Valesij. Tathari. Angelici. Sabelliani. Origeniani. Origeniani alij, ab Origene Adamantio.

Eiusdem libri tomi secundi hæreses quinq;.

Paulus Samosatensis. Manichæi. Hieracitæ. Meletiani. Ariani, uel Ariomanitæ.

Tertij libri tomi primi hæreses septem cum sectis.

Audiani, secta non hæresis. Photiniani, à Photio eadem in plærisq; sentiente cum Paulo Samosatensi. Marcelliani, ijdem Sabellianis. Semiarij. Pneu-

matomachi. Aërïani, qui & Anomœi, id est inæquales, & Eunomiani.

Tertij libri tomi secundi hæreses quatuor.

Dimocritæ. Antidicomarianitæ. Collyridiani. Massiliani, quos interpretari possis precatores. Coniunguntur his hæreses à Græcis introductæ, nempe Euphemitæ & Martyriani ac Sataniani. In fine autem huius libri fides catholicæ ecclesiæ habetur, & apologia pro ueritate, & prædicatio Euangelij Christi, & catholicæ ac apostolicæ ecclesiæ character.

Libri Ancorati appellati argumentum.

Diuinus hic & magnus pater noster Epiphanius, ex Eleutheropoli in Palæstina originem traxit, ubi etiam pater fuit monastarum solitariam uitam degentium. Primam autem exercitationem in studijs pietatis fecit profectus in Aegyptum, & commoratus est ibi usq; ad reditum in uigesimo ætatis suæ anno, quo rursus in uicinos Eleutheropolitarum urbis locos rediit, & in ipsis monasterium ædificauit. Ancoratus autem appellatus est ipsius liber, eò quod instar anchoræ ducit mentẽ de uita & salute perscrutantem, propterea quod compositio ipsius multas fidei partes complectitur: Nimirum eam quæ est de patris & filij & spiritus sancti coëssentialitate, & eam quæ est de perfecto Christi in carne aduentu. Item de resurrectione mortuorum, & uita æterna, simulq; de iudicio carnis & animæ. Item contra simulachra & hæreses ex parte, tum Iudæorum tum aliorum. Continet autem & octoginta hæreseon nomina, & aliarum in diuina Scriptura quæstionum declarationem. Scriptus est ad eos qui in Suedris Pamphyliæ degebant (nempe Tarsinum, & Matidium, Numerium, aliosq; presbyteros, & Palladium eiusdem urbis magistratum) & per epistolas hoc ab ipso petiuerant: quæ epistolæ ea de causa hic ante libri tractationem præpositæ sunt. Facta autem sunt hæc nonagesimo anno à Diocletiano, Valentis anno decimo, Gratiani sexto.

Anacephalæosis hæreseon, primi libri tomi primi argumentum altius repetit, reliqua ferè omnia quæ sequuntur eadem sunt illis argumentis quæ superius singulis tomis præmittuntur. Nam primo soli nulla periocha præfigebatur. Paulò prolixius etiam hic repetit ea, quæ in fine septimi tomi de Christianæ ecclesiæ fide ac charactere dicebantur.

In libro de ponderibus & mensuris, multa etiam differuntur de translatione Veteris Testamenti ex Hebraico sermone in Græcum.

EPIPHANIVS Vlpiani sophista, natione Petræus, docuit in patria & Athenis. Scripsit de communcatione & discordia statuum, progymnasmata, declamationes, πολεμάρχους, polemarchicum, orationes demonstratiui generis, miscellaneas denicq; quasdam speculationes. Suidas.

EPIPHANIVS præsul Selybriæ, Olybriæũe, qui aduersus imaginum concrematores librum contradictorium ualde utilem conscripsit. Suidas.

ERASITRATVS medicus. Vide Suidam. Galenus quoq; sæpe eius meminit: & libellos aliquos contra ipsum scripsit.

ERASMI Alberti iudicium, de spongia Erasmi Roterod. adeoq; quatenus illi conueniat cum M. Lutheri doctrina. Libellus impressus.

ERASMI Ebneri encomium formicarum. Libellus impressus.

ERASMI Sarcerij Annæmontani dialectica multis & uarijs exemplis illustrata, una cum facillima syllogismorum expositoriorum, enthymematum, exemplorum, inductionum & soritum dispositione. Excusa Marpurgi apud Eucharium Cervicornum 1537. in 8. chartis 7. & dimid. Ex præfatione authoris. Coactus
» sum in hæc usq; tempora, idq; fortuna sic currente, publicis scholis præesse, quam
» prouinciam, si non magno cum meo fructu, tamen assidua sedulitate semper stu-
» dij administrauí diligenter. Volui itaq; rigida aliâs dialecticæ præcepta, exem-
» plorum multitudine mitiora efficere. Non quod alij idem longe doctius ac me-

lius

lius non præstiterint, sed quia crediderim hanc artem non posse satis illustrari exemplis. Et utinam plures instituendi officio occupati idem studerent: quo adolescentes obruti exemplis, cogerentur tandem fateri dialecticam non esse ita spinosam, sicut quidã monstrose de tanta arte imaginantur. Ea igitur exempla quæ subinde inter docendum meis pueris proponere soleo, in libellum conieci: primum, ut iuuentuti inseruirem, ne exscribendo ac discendo simul, nimium grauaretur: deinde, ut & me leuarem à dictandi onere. Hæc scripsit author anno 1536.

Rhetorica plena exemplis, quæ succinctarum declamationũ loco esse possint: excusa Marpurgi apud Euchariũ, anno 1537. in 8. chartis 14. Ex præfatione authoris. Placuit ad meorum puerorum preces, iuxta præscriptũ Rhetorices, syluam quandã exemplorũ conscribere, non aliã ob causam, nisi ut discipulorũ adfectibus satisfacerẽ, simulq; docerẽ, id uerũ esse, quod de quibusdã artibus dicit, eas scilicet usu & exemplorũ demonstratione, potius q̃ nudis præceptis addisci posse.

Cõmentarij in Iesum Syrach, quos Egenol. Francoforti excudit, quemadmodũ & alia plæraq; huius scriptoris opera idem singula Francoforti in 8. impressit.

Expositiones in epistolas Dominicales ac festiuales, ad methodi formã ferè absolutæ, ut pollicetur titulus: chartis 44. & dimid.

In Matthæum euangelistam iusta scholia, per omnes rhetoricæ artis circũstantias methodice conscripta & locupletata. Basileæ apud Vuesthemerũ in 8. cum indice chartis 47. Ex præfatione authoris. Ego uero quia uarijs negotijs districtus sum, quare abrumpo nunc epistolã, alioqui non inscius quod decuisset me aliqua nostrorum in Matthæum scholiorum declarationis ratio, quæ quia Lectori statim per se aperta futura est, putaui etiam eam non admodum necessariam. Nouitas hic nulla est, nisi quis uel methodi, uel perpetua textus cohærentis grammatica quadam explicatione offendi possit. Habui in hac ratione explicandi præceptorem longe doctissimum, dominũ Hermannũ Bonnum Ecclesiarũ Lubecensium Superintendẽtem, qui q̃ feliciter uersatus sit in hoc campo, monstrabũt aliquando ipsius prodituræ lucubrationes, quas etiam nunc ut latentes, aliquoties consului. Hæc scripta sunt Sigenæ Tengrorum ditionis Nassouiensis.

In Marci Euangeliũ iusta scholia, iuxta perpetuam orationis seriem et cohærentiam conscripta, & locupletata. Excusa ibidem in 8. chartis 23. 1541. cum indice.

In Euangelium Lucæ iusta scholia, per omnes circumstantias methodice conscripta, iam denuo emendata & aucta. Francoforti apud Egenolphum in 8. anno 1541. chartis 43. Ex præfatione authoris. Damus succincta quædam scholia in Lucam Euangelistam, simplicia, & ab omnibus rixis & calumnijs pura, &c. Et fecit me etiam illarum facile obliuisci Euangelistæ obscuritas, quæ non parua est, nec mediocris.

In Ioannis Euangelium scholia iusta, ad perpetuæ textus cohærentiæ filum. Excusa Basileæ apud Vuesthemerum 1541. in 8. cum indice: chartis 52.

Scholia in Acta apostolica, quæ commentaria fusissima possint esse, in quibus Ecclesiæ nascentis crepundia cum mirabili accessione fidelium, deprehendere licet: impressa ibidem 1540. in 8. chartis 68.

In Epist. ad Rom. scholia, pro rhetorica dispositione, ad perpetuũ cohærentiæ filum conscripta. Egenolphus excudit Francofordiæ in 8. chartis 54. anno 1541.

Annotationes in epistolas D. Pauli ad Galatas & Ephesios pro rhetorica dispositione, in usum Diuini Verbi concionatorum conscriptæ. Egenolphus excudebat Francoforti in 8. chartis 50.

In epistolam ad Philippenses, &c. ibidem excusæ.

Methodi in præcipuos scripturæ diuinæ locos, ad nuda Didactici generis præcepta ingenti labore in theologorum usum cõpositæ, tertio iam ac denuo correctæ, & per totum exemplar ubiq; adauctæ. Accessere prioribus æditionibus omniũ

contrariorum totius methodi solutiones: unà cum multis alijs ac nouis Cõtrarijs. Item, Tomus secundus, cui insunt noui loci amplius 50. iam recens ad methodum tractati. Egenolphus excudit Francoforti 1540. in 8. chartis 74. prius autẽ excuderat in 4. chartis undecim: & Vuesthemerus Basileæ secundo recognitos, anno 1528.

Dialogus reddens rationem ueterum synodorum, cum generaliũ tum prouincialium: item uisitationũ, & nuper habitæ synodi & uisitationis, pro pastoribus comitatus Nassouiensis, sub D. Gulielmo comite, simulq; explicans eiusdem uisitationis acta, quæ cognita & alijs regionibus multũ utilitatis adferre possunt. Impressus in 4. Francoforti opinor, 1539. chartis 21. & dimid. Interloquutores sunt, Superintendens, Pastor, & Examinandus. Elenchus Dialogi. Apologetica excusatio pro D. Gulielmo comite, synodi & uisitationis restauratore. Synodus & uisitatio pastorũ probantur esse statuta patrum & ueteris ecclesiæ. Magistratum ciuilem religionem curare debere, nec bona cõscientia eius curam à se reijcere posse, multis scripturæ locis & exemplis probatur. Methodus synodi generalis. Methodus synodi prouincialis. Methodus uisitationis annuæ. Examẽ pastorũ in uisitatione habitũ, unà cũ præcipuis fidei articulis, illis propositis. Methodica instructio Superintendentis sup intellectu articulorũ fidei, quos hic subiecimus. Deus. Trinitas. Deus pater. Deus filius. Deus spiritus sanctus. Angeli boni. Angeli mali. Creatio & lapsus hominis. Liberũ arbitriũ. Promissio. Ecclesia. Lex. Euangeliũ, & eius reuelatio. Fides. Iustificatio. Vita æterna. Bona opera. Crux. Sacramenta. Oratio. Magistratus.

De consensu ueræ ecclesiæ & SS. patrum, in primis autem D. Augustini super præcipuis Christianæ religionis articulis. Liber excusus Francoforti apud Egenolphum 1540. in 8. chartis 33. & dimid.

ERASMI Stellæ Libonothani de Borussiæ antiquitatibus libri 2. impressi Basileæ apud Ioan. Frobenium 1518. in 4. chartis 5. et Abrahs Orbis exist Basil. 1555. in fol. p. m. 511

» Ex præfatione authoris ad Federicum Saxoniæ ducem, &c. Nos in his com
» mentariolis sine fraude, omni apparatu orationis sepositò Borussiæ antiquitates
» exposuimus. Vt si qui futuri sint, cultiori sermone res Borussicas uolentes, hinc
» sumere possint quod ornatũ iri tantopere uelint. Nuda nãq; hæc oratio facile quẽ
» quis imponet cultũ perferet. Vt aũt fidẽ sine scoria habituri sint ij nostri cõmenta-
» rioli uetustate & carie oppleti, ipsos ex præclarissimis rerũ scriptoribus elucubra-
» tos esse, fidẽ facio: Plinio scilicet, Solino, Pomponio Mela, Cornelio Tacito, Stra-
† Iordane. » bone, Ptolemæo: ex neotericis † Gordano, qui primus res Gotthorũ literis manda-
» uit: nostro Alberto Magno, qui has inuisit & peragrauit: Othone Freisingensi epi
» scopo, qui quinq; imperatorũ Rom. res gestas luculenter scripsit. Helmodo Lubi-
» censi presbytero, qui res Sclauorũ haud ineleganter prosequutus est, Borussicas
» simul attigit: Blondo Foroliuiensi, Aenea Syluio: Et præter hos quicquid annales
» Borussiæ usq; uetustatis habuere, plærasq; etiam per acceptionem.

Libellus de gemmis, excusus Argentorati 1530. in 8. chartis tribus & dimid. adiectus est etiam C. Plinij de gemmis liber ex historia naturæ.

» Ex Henrici Sybold medici & typographi præfatione. Thesaurus hic est gem
» marum delectus, nõ quidem ex Indiæ aut Arabiæ montibus: sed ex claris utriusq;
» linguæ authoribus congestus, collectore Erasmo Stella, uiro non uulgariter erudito, qui insigniores lapillos, in hunc libellum, ceu gemmeam quandam coronã con-
» cinnauit: idq; per genera colorum. Authores citat Aristotelem, Theophrastũ, Dioscoridem, Galenum, Albertum magnum, & nescio quem Sudinẽ: fortassis & alios, quorum iam non memini.

ERATOSTHENIS (aliàs, Hipparchi) in Arati Phænomena expositio Græca, extat Romæ in Vaticana bibliotheca. ERATOSTHENIS tetrastichon elegiacum de uino

Ernulphus Episcop. Rossensis scripsit lib. de Verbis Dni in cruce.

de uino, apud Stobæum de incontinentia. Vide Suidam.

ERATOSTHENIS distichon libro 6. Florilegij Græci: sectione 23. &

ERATOSTHENIS Scholastici tetrastichon, ibidem libro 7.

ERATOSTHENIS Cyrenæi poëmata quædam & alia opuscula Athenæus citat.

ERGIAE Rhodij liber de Rhodo, allegatur Athenæo.

ERHARDVS monachus ordinis sancti Benedicti, scripsit quædam opuscula, de qui T.
bus feruntur

Cõmentariorũ in Genesim,	lib. 1.	In Exodum.	lib. 1.
In Leuiticum,	lib. 1.	In Numeros.	lib. 1.
In Deuteronomium,	lib. 1.	Homiliarum quoq;.	lib. 1.

Alia quoq; nonnulla ædidit, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

ERICVS, nomen proprium, aliàs Hericus: fortassis idem quod etiam infra Erycius.

ERICVS monachus, ordinis sancti Benedicti, cœnobij Antisiodorensis ciuitatis, scri T. cl. 880.
psit metrice luculenter.

Vitã Germani Antisiodoren. lib. 6. Homiliarum ad populum, lib. 1.

Sermones & epistolas plures. Alia quoq; multa utroq; stilo composuit, quæ ad notitiam meam non uenerunt. * Erici homiliæ 37. extant inter homilias ueterũ theologorum, quas Alcuinus Leuita congessit, ut supra diximus.

ERINNES (ἠρίννης) tetrastichon libro 4. Florilegij Græci, sectione 5.

ERIPHI Comici fabulas 3. Athenæus citat; &

ERXIAE Colophoniaca.

ERVEVS monachus sancti Dominici in logicam & philosophiam Aristotelis barbare scripsit. Raph. Volater.

ERYCII in Florilegio Græco epigrãmata 8. leguntur; duo in primo libro, totidem in secundo, & quatuor in tertio.

ESYCIVS perperam scribitur: uide Hesychius.

ESCVLEI cuiusdam astronomicus liber de ascẽsionibus extat: nondum impressus, quod sciam.

ESAIAE cuiusdam opus monasticum Græce extat Romæ in Vaticana.

ESAIAS, Ἡσαΐας apud Græcos, sed iuxta Hebræos Iesaias potius scribitur.

ESAIAS propheta in Hierusalem de tribu Iuda ortus est, sub Manasse uero rege Iuda sectus in duas partes, occubuit. Vide plura in Epiphanij libro de uitis prophetarum. Liber Iesaiæ prophetæ in ueteri testamento diuiditur per capita 66. Ex cõmentarijs Sebastiani Munsteri. Numerant Hebræi inter prophetas posteriores Iesaiam, Iirmeiam, Iehezkel, & duodecim prophetas minores. Et in his omnib. “ inueniuntur hæc tria: futurorum enunciatio, castigationes, & consolationes. Inter “ eos autem primum tenet locũ Iesaia, qui prophetauit sub quatuor regibus sibi in- “ uicem in Iehuda succedentibus, uidelicet Vzijahu, Iotham, Ahaz, & Hizkijahu: “ sub Menasse filio Hizkijahu quinto rege occisus putatur. “

ETHICVS Hister quidam scripsit antiquitatis historias, quæ ab Hieronymo in Latinum sermonem è Græco conuersæ creduntur. Has alicubi Lilius Gregorius Giraldus citat, tanquam extantes.

EVAGORAS Lindius, historicus, uide Suidam.

EVAGRIVS Antiochiæ discipulus, acris & feruentis ingenij, cũ adhuc esset presbyter, diuersarũ hypotheseon tractatus mihi legit, quos necdum ædidit. Vitã quoq; beati Antonij de Græco Athanasij, in sermonem nostrum transtulit. D. Hierony. Ex Gennadio. Euagrius monachus, Macarij familiaris discipulus, diuina et humana literatura insignis, cuius etiã liber qui attitulatur Vita patrũ, uelut continentissimi & eruditissimi uiri mentionẽ facit. Scripsit multa monachis necessaria, è quibus ista sunt: Aduersum octo principaliũ uitiorum suggestiones, quas aut primus aduertit, aut inter primos didicit. Octo ex sanctarum scripturarum testi

monijs oppoſuit libros, ad ſimilitudinẽ uidelicet Dñi, qui tentatori ſuo ſemper ſcripturarum teſtimonijs obuiauit, ita ut unaquæq; uel diaboli, uel uitiatæ naturæ ſuggeſtionũ, contra ſe habeat teſtimoniũ: quod tamen opus, eadẽ ſimplicitate quæ in Græco inueni, iuſſus in Latinum tranſtuli. Compoſuit & anachoretis ſimpliciter uiuentibus librũ centum ſententiarum per capitula digeſtum: Et eruditis ac ſtudioſis 50. ſententiarum, quem ego Latinum primus feci. Nam ſuperiorẽ olim translatum, quia uitiatum & per tempus confuſum uidi: partim reinterpretando, partim emendando, authoris ueritatẽ reſtitui. Cõpoſuit & cœnobitis ac ſynoditis doctrinã aptam uitæ cõmunis. Et ad uirginẽ Deo ſacratã, libellum cõpetentem religioni & ſexui. Aedidit & paucas ſententiolas ualde obſcuras, & (ut ipſe in his ait) ſolis monachorum cordibus cognoſcibiles, quas ego ſimiliter Latinis dedi. Vixit longa ætate, ſignis & prodigijs pollens. Hæc ex Gennadio. *Io. Trittenhemius eundem Euagrium prius monachum Macarij diſcipulũ fuiſſe ſcribit, & poſtea epiſcopum Antiochenum creatum: quare & uitæ Antonij interpretem ipſum facit, cuius initium ſit: Presbyter Euagrius: & eadem quæ Gennadius opera ei attribuit, ac inter cætera Librum de uita ſanctorũ patrum, cum Gennadius continentiam & eruditionem Euagrij in eo libro cõmendari teſtetur, minime autem ab ipſo ſcriptum eſſe. Alia quoq; multa ſcripſit (inquit Io. Trittenhemius) & de Græco in Latinum tranſtulit, incognita mihi.

T. cl. 1504

Euagrius cõmentariũ ſcripſit in prouerbia Salomonis, & alia diuerſa. Suidas. Vide plura apud Socratem in hiſtoria Tripertita, de ipſius uita & ſcriptis.

Euagrij hiſtoria eccleſiaſtica, Græce ſcripta, extat Romæ in Vaticana.

EVAGRIVS alter, ſcripſit altercationẽ Simonis Iudæi & Theophili Chriſtiani, quæ penè omnibus nota eſt. Gennadius.

EVALCIS Epheſiaca Athenæus citat.

EVANGELI anacalyptomenen fabulã Athenæus citat lib. 14. & Suidas idẽ teſtatur.

EVANTHIS uerſificatoris hymnum in Glaucum Athenæus allegat.

EVARISTI Papæ decreta, cum reliquis pontificum decretis excuſa Coloniæ.

Eiuſdem epiſtolæ 2. cum Recognitionibus Clementis impreſſæ Baſileæ.

EVAX rex Indiæ, de uirtutibus gemmarum ſcripſit ad Neronem, quem librum habẽt tempeſtate noſtra Petrus Bonus Aduogarius ciuis Ferrarienſis, aſtronomus in omni ſæculo admirandus. Calepinus in Dictionario ſuo. Vide Marbodeũ.

EVBOEI Parij, Parodus citatur Athenæo.

EVBVLIDAE dialectici Comaſtas allegat Athenæus.

EVBVLIVS, idem qui Methodius: uide infra.

EVBVLVS Athenienſis comicus fabulas 24. docuit: & floruit Olympiade 101. inter ueterem ac nouam comœdiam. Suidas. Eius fabulas Athenæus citat uarijs in locis: quarum nomina continet authorum index, quorum teſtimonijs Athenæus utitur, toti operi præfixus.

Eubuli diſtichon iambicum, apud Stobæum de Dominis & ſeruis.

EVCHARIVS Rhodion, medicus Francofurtenſis in Germania noſtro tempore, ſcripſit nonnulla Germanice: ut, librum de Partu hominis & obſtetricatu, cum uarijs figuris naſcentium ex utero partuum: item herbarium Germanicum. Latine quod ſcripſerit nihil uidi, præter Almanach annorũ 19. ab anno 1537. *in* annũ 1551. continens ſingulorum aureum numerum, cyclum ſolarem, *literam Dominicalem, indictionem, interuallum, Septuageſimam, quadrageſimam, et cætera feſta mobilia*: præterea ſolis & lunæ motus medios. Item *coniunctiones, oppoſitiones*, aſpectus quartos, & eclipſes: ex Ioan. Stophlero mathematico ſummo in breues tabellas, trium chartarum, ab altera parte ſolum, cõmodioris uſus gratia redactum. Egenolphus excudit Francofurti.

EVCHARII Syneſij Romulus, carmen bucolicũ, impreſſum Baſil. (ni fallor) in 8.

EVCHERIVS Lugdunensis ecclesiæ episcopus, scripsit ad Valerianũ propinquum suum De contemptu mundi & sæcularis philosophiæ epistola m 1. scholastico & rationabili sermone. Disseruit etiam ad personam filiorum Saloníj & † Veroni, postea episcoporum, * obscura quæq; sanctarum capitula scripturarum. Sed & Cassiani quædam opuscula, lato tensa eloquio, angusto reuoluens uerbi tramite, in uno coëgit uolumine: aliaq; tam ecclesiasticis studijs necessaria, quàm monasticis. Moritur Valentiniano & Martiano regnantibus. Hæc Gennadius.

† *Aliâs, Verdunij.*

* *D. Erasmus hunc librũ, & epitomen Cassiani, nõ extare conqueritur. T. cl. 440.*

* Eadem ferè Io. Trittenhemius, addit autem quod scripserit, Expositiones diuinorum nominum libro 1. cuius initium, Formulas spiritalis: cum tamen libri de formulis spiritalis intelligentiæ, primum caput duntaxat, diuina nomina explicet. Epistolas quasdam ad diuersos. Ad Hilarium episcopum de laude eremi, lib. 1.

Eucherij Lugd. episcopi opera quædam Basileæ excusa apud Cratandrũ, 1530. in 4. chartis 18. & dimid. sunt autem hæc. Formularum spiritalium, siue Intelligentiæ spiritalis liber. Quæstiones difficiliores in utrũq; Testamentum. Nominum Hebraicorum & aliorum in sacris literis contentorum interpretatio. Epistola parænetica ad Valerianum cognatum suum de contemptu mundi, cum scholijs Des. Erasmi Rot.

Eadem anno statim sequente Frobenius Basileæ excudit, libro Formularũ spiritalium accurate recognito, & repositis in eo ijs omnibus, quæ in superiore æditione quàm plurima desyderabantur. Adiectis præterea Commentariorum in Genesim libris tribus: & in libros Regum libris quatuor. Quorum omnium chartæ sunt 80. in folio.

Ex præfatione Ioan. Alexandri Brassicani ad Christophorum à Stadion episcopum Augustensem. Primum, hunc Eucherium Saluiano synchronon, & planè familiarem fuisse testatur. Deinde, aliquanto post: Eucherius (inquit) ad effingendum hunc animi partum, præcipuas sibi duas & incredibili uenustate præcellentes imagines proposuit, nimirum, diuos Hieronymum & Augustinũ, ex quorum assiduo aspectu, frequentiq; contemplatione sic commentarios suos informauit, sic expoliuit, ut nihil ijs uel doctius uel absolutius inueniri possit. Atq; ut eius rei pulcherrimum specimen exhibeam, iam audi, quid acerrimi iudicij uir Erasmus ille Roterodamus tuus, in uniuersum de Eucherio sentiat. Sic autem ille scribit de epistola Eucherij, quam is Valeriano propinquo suo inscripsit: Nihil uideo profectum à nostræ religionis hominibus, qui eloquentiæ quoq; gloria floruerint, quod cum huius phrasi sit conferendum: ut nusquam non præstat egregium artificem, siue spectes ordinem, siue transitus subinde nouos, siue non uulgarem ingressum, ueluti limen argumentationis: nullam suasorij generis partem non tractat: nusquã desidet in locis communibus: magis urget & instat argumentis, mire pungit epiphonematis, delectat iuxta ac mouet sentẽtijs: quodq; magis etiam mirandum est, sic Isocratis schematibus modulata, structa, picturataq; est oratio, ut nusquam frigeat, aut ineptiat: sic arguta, ut interim neruosa: sic elaborata, ut tamen dilucida: sic noua, sed ut tædio careat affectationis: sic festiua, ut nihilosecius grauis, ac seria: sic rhetorica, ut γνησίως tamen Christiana: denicq; sic acris & uehemens, ut sui ubicq; similis pari intentione ad extremum usq; calcem properans, sani uidelicet uegetiq; ingenij argumentum. Gennadius dum huic stylum tribuit scholasticum, ni fallor, plusculum in eo desiderauit arcanarum literarum. Hactenus ille de Eucherio. Isidorus minime malus author in Catalogo uirorum illustrium, ordine quædam denarrat, quæ noster ille scripserit, his uerbis. Eucherius episcopus Lugdunensis in Gallia, elegans in sententijs, nec minus ornatus in uerbis, ædidit ad Hilarium Arelatensem episcopum solitudinis deserta petentẽ, opusculum unum De laude eremi, luculentissimum, & dulci sermone cõpositum: in quo opere laudamus ora-

D. Erasmi iudicium de Eucherio.

Ex Isidoro.

torem, & si pauca, tamẽ pulchra dicentem. Scripsit aliâs in multos sacros libros Commentaria non minus necessaria, quàm utilia, præcipue uero in Genesim, ac libros Regum ad Salonium & Veranium fratres episcopos, opus prolixum & doctissimum.

Initium cõmentariorum Eucherij in Genesim: quorum chartæ sunt 52. Ve-
» rentes multiplicia congerere, ne stomachus legentium saturatus non solum obla-
» ta renuat, sed & ingesta reijciat: priusquam de mundi principio sit loquendum, di-
» cendũ est contra eos, qui ore sacrilego de Deo disputare nituntur, dicentes, Qua-
» re fecit Deus cœlum & terram? &c.

Ex præfatione Ioan. Alexandri Brassicani super Eucherij Commentarijs in li-
» bros Regum (quorum chartæ sunt 51.) ad D. Ianum à Suolla. Nunc tibi muneri
» mitto hos Commentarios, ut iudicium hoc tuum singulare cõprobare uidear, quo
» rectissime existimas uix unum aut alterum esse, qui tam exactam in interpretan-
» dis sacris literis rationem obseruarit, atq; diuus Eucherius arcanis quibusdam &
» reconditis notis iam inde ex Dionysij Areopagitæ disciplina repetitis, usus sit.

Ioan. Alexand. Brassicanus in præfatione super libro formularum spiritalium (cuius chartæ sunt 9. & dimid.) primum scribit quanto labore & diligentia hunc li brum ad uetus & syncerum exemplar manuscriptum restituerit. Et paulò post:
» Cæterum (inquit) quod apud Latinos fecit Eucherius, hoc apud Græcos exactissi-
» me præstitit Theodoretus ille Cyrensis episcopus, ex cuius insigni opere, quod
» apud nos est in antiquis membranis descriptum, libet hic aliquot egregie erudita
» loca adscribere. Post hæc uerba statim ex Theodoreto duos locos Græce pro-
» ponit: deinde subiungit: Habent autem eiusmodi formulæ quiddam cõmune
» cum Hebræorum Cabala, quam Græci quondam parum animaduertentes secre-
» tis sensibus eruendis esse ualde quàm appositam, κάβαλλα paucis litera immutatis,
» hoc est, imposituras appellabant. Ita enim Scholiastes Gregorij theologi scribit.

Ex præfatione ipsius Eucherij ad Veranium in Formulas spiritales. Formu-
» las spiritalis intelligentiæ Latinorum nominum componendas, tibiq; mittendas
» pro studio paternæ erga te solicitudinis existimaui, quibus perceptis, in omnia scri
» pta diuina facillime ac intellectum reliquorum sensus intenderetur. Nam cum li-
» tera occidat, spiritus autem uiuificet, necesse est ad illa spiritalium interiora sermo
» num spiritu uiuificante penetrari. Vniuersam porrò scripturã tam ueteris instru-
» menti quàm noui, ad intellectum allegoricum esse sumendum, admonet nos uel
» illud, quod in ueteri Testamento legimus, Aperiam in parabolis os meum, loquar
» in ænigmate antiqua. Vel illud quod item in nouo Testamento scribitur, Hæc
» omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis.

Sunt autem huius libri capita 11. 1 De diuinis nominibus. 2 De his quæ appellantur membra Domini, uel quæ de eo significantur. 3 De super-nis creaturis. 4 De terrenis. 5 De animantibus. 6 De uarijs no-minum & rerũ appellationibus. 7 De interiori homine. 8 De his quæ in usu atq; in medio habentur. 9 De uarijs uerborum uel nominum signifi-cationibus. 10 De Hierusalem uel aduersis eius. 11 De numeris, quo-rum significationes in allegoriam trahuntur.

Institutionum libri 2. quorum alter inscribitur, Quæstionum Veteris & Noui Testamenti per interrogationem & responsionem, secundum ordinem librorum omnium, chartis 8. alter, Hebræorũ nominũ interpretatio: chartis 2. & trib. quadr.

» Ex præfatione ad Salonium. Sæpe à me requiris multarũ rerum absolutio-
» nem, quæ in diuinis uoluminibus interpretem postulant: colligam, prout redierint
» in memoriã, quæ à te mi Saloni studio cognoscendi sedulo copioseq; prolata sunt:
» atq; eis non ex meo ingenio, sed ex illustrium doctorum iudicio, neq; ex propria
» temeritate, sed ex aliorum authoritate respondeam, consectans, non tam eloquij
exultantis

exultantis ambitum, quàm necessariæ breuitatis modum. Sic enim & innumeris « satisfieri inquisitionibus tuis poterit, & mihi insuper liberum erit aliqua extrinse- « cus, quæ cognitioni tuæ utilia arbitrabor, inserere: ut est illud, Quid significet Al- « leluia, Diapsalma, Amen: quid sit Cidaris, Ephod, Siclus, & cætera: quæ uel in sa- « cris libris frequentata, uel maxime in ecclesiæ usu posita, interpretationem requi- « runt. Expositio Hebraicorum uocabulorum, non ordine literarũ fit, sed secun- dum locos quosdam & genera: & cum Hebraicis Græca quoq; plurima, & pauca Latina exponuntur.

Epistola paræneticа ad Valerianum, ab amore mundi, studioq; prophanæ philosophiæ, ad ueræ pietatis ueræq; sapientiæ studium prouocans: cum præfatione & scholijs D. Erasmi: chartis 4.

Eandem epistolam cum D. Erasmi scholijs Gryphius seorsim excudit Lugduni in 8. 1541.

EVCLIDES Megarensis philosophus, ex Megaris urbe in Isthmo, sectã ab ipso Megaricam dictam introduxit, quam & dialecticam & eristicam, id est contentiosam appellauit. Discipulus fuit Socratis. In schola ei successerunt Ichthyas, deinde Stilpon. Dialogos conscripsit, Alcibiadẽ, Aeschinẽ, Critonem, Phœnices, Lampriam, Amatorium, & alia quædam. Suidas. Diogenes Laërtius Platonem Megara se contulisse scribit ad Euclidem cum aliquot alijs Socraticis: idem in Socratis uita Euclidis (nescio an eiusdem) forensium causarũ nimis studiosi meminit, ideoq; à Socrate reprehensi, his uerbis: O Euclide, sophistis quidem uti poteris, hominibus non poteris.

Proclus Diadochus secundo libro Cõmentariorum in primum Euclidis librũ de elementis, dicturus de Euclide prius enumerat antiquiores eo Mathematicos, qui sunt: THALES, AMERISTVS Stesichori poëtæ frater, PYTHAGORAS, ANAXAGORAS Clazomenius, OENOPIDES Chius, THEODORVS Cyrenæus paulò iunior Anaxagora, HIPPOCRATES Chius, PLATO: & eodẽ tempore LEODAMVS Thasius, ARCHYTAS Tarentinus, THEAETETVS Athenienſis, à quibus auctę sunt speculationes, et in firmiorẽ scientiæ modum redactæ: & Leodamante iunior NEOCLIDES, eiusq; discipulus LEO, qui multa maiorũ inuentis addiderunt, ita ut Leo elementa quoq; conscripserit diligentissime, tum copiosa, tum ualde utilia. EVDOXVS autem Cnidius paulò iunior Leone, & familiaris Platoni, primus numerum auxit uniuersalium speculationum, &c. Postea AMYCLAS Heracleotes, & MENAECHMVS Eudoxi discipulus, Platoni familiares, & Menæchmi frater DINOSTRATVS, perfectiorẽ adhuc effecere totam Geometriam. Porrò THEVDIVS Magnes, non Mathemata solum excellenter calluit, sed reliquam quoq; philosophiam. Nam & Elementa pulchre composuit, & multa in parte tradita amplius latiusq; extendit. Eodẽ tempore CYZICENVS Athenienſ. cum aliâs, tum in Geometria clarus habitus est. Atq; hi omnes unà degebant in Academia, quæstionibus in commune uacantes. HERMOTIMVS autem Colophonius, eas quæ prius ab Eudoxo & Theæteto quæstiones præpositæ erant, amplificauit, & elementa non pauca inuenit, ac locos nonnullos conscripsit. Et PHILIPPVS Metæus Platonis discipulus, eiusq; suasu Mathematum studiosus, quæstiones quoq; iuxta Platonis admonitionem fingebat, ea maxime sibi proponens, quæ ad Platonis philosophiam conducere existimaret. Istis hactenus enumeratis non multo iunior Euclides, elementa conscripsit: quibus multa Eudoxi scripta comprehendit, & multa Theæteti absoluit: Et quæ remissius superiores confirmauerant, ea certissimis demonstrationibus inclusit. Floruit primi Ptolemæi tempore, iunior quidem Platonis ætate, sed antiquior ERATOSTHENE & ARCHIMEDE, qui æquales uel synchroni fuere. Professione Platonicus est, & huic philosophiæ generi familiaris: quamobrem totius operis de elemẽtis finem

Ex Proclo conuersa, de antiquissimis Mathematicis: & post eos de Euclide.

Euclide.

sibi proposuit constitutionem figurarum, quas uocant Platonicas. Habentur autem & alij multi huius authoris mathematici libri, mirabili industria & scientifica speculatione pleni: quales sunt De perspectiua, & De speculis, & Elementa, seu Institutiones Musicæ, denique liber De diuisionibus. Sed in hisce Geometricis elementis præcipuam admirationem meretur, tum propter ordinem, tum delectum speculationum & problematum elementis destinatorum. Haud enim quicquid dici poterat in medium protulit, uerum ea tantum quæ ad Institutionem conferunt. Ad hæc, omnigenos syllogismos in eis reperias, quorum alij confirmantur ex causis, alij coniecturis, omnes autē exquisitos & scientificos, nec ullo modo improbabiles. Ad hæc, omnes methodos dialecticas, diuisiuam in rerum inuentionibus: resolutiuam, in reuersionibus à quæsitis ad sua principia: item uarias conuersionum species, simplices, & compositas, & quæ tota cum totis, uel cum partibus conuertuntur. Præterea perpetuam inuentorū seriem, œconomiam, ordinem præcedentium ac sequentium, ingenij uim qua omnia tradit, &c. Scripsit etiam libros ψευδαρίων, id est, mendaciorum, ubi studiosos exercet in falsis syllogismis, multos eorum modos ostendens, & errorum phantasiæ occasiones: atq; id opus est καθαρτικόν, hoc est, præparat & expurgat ingenium adhuc rude. Institutio autem elementaris scientificam contemplationem rerum geometricarum pure perfecteq; proponit, &c. Et hæc hactenus ex Proclo.

Ex Ioan. Ludouici Viuis libro 4. de tradendis disciplinis. Euclidem uelim accurate explicari: nam in eo magnarum rerum speculationis mathematicæ exactior est, quàm in alio quouis tractatio: in eius libris de geometria, de arithmetica, de specularibus, perspectiua, & phænomenis acutissime disputatur.

Euclidis elementorum geometricorū libri 15. cum Theonis Alexandrini commentarijs: quibus adiecti sunt etiam Procli Diadochi commentariorum libri 4. in primum Euclidis librum, deq; usu mathematices. Omnia Græce excusa Basileæ apud Ioannem Heruagium, in fol. anno 1533. chartis 93. adnumeratis etiā commentarijs Procli, quorum seorsim chartæ sunt 26.

Ex doctissima præfatione Simonis Grynæi, in qua de disciplinis Mathematicis
» agit, in primis autem de his libris Euclidis: In quibus (ut inquit) schemata muta
» pinguntur, & his explicandis æque mutæ inseruntur literæ, toties insuper incredi
» bili cum molestia geminandæ: in his uestigatur primarum figurarum ratio: quæ
» omnia quid uelint, quò tendant, quem habeant usum, non ante ne conijci quidem
» potest, nedum cerni, quàm supra fundamenta sublata structura, speciem iam ali
» quam Lectori promittat. Istam interea moram uorare frustra, uidemus quàm pau
» ci uelint. Quid tum postea, inquiunt, si quisuis exterior trianguli cuiusuis angu
» lus, oppositorum alterutro maior: ambobus autem par sit? Atqui longius hæc desti
» nari, in usumq; certum tam alte peti, tam fideliter extrui, cogitare debebamus: ac
» isto quidem pacto nullam rem arduam fieri, si quæ isthuc ducunt, crepundia con
» temnantur, &c. Miranda sanè & incredibilis res est, arte nescio qua, mentem intra
» sydera constitui, omnem istic motuum, interuallorum diuersitatem deprehendi,
» & exploratam rem cœtibus hominum inferri. Sed istuc incredibile iam maxime,
» tam paucis rebus & tam facilibus eam facultatē parari. Lineę cuilibet, cuilibet an
» gulo, cuilibet areæ, qualitercunq; figuratæ, lineā, angulum, figuram uel similē uel
» æquam, undecunq; iussus sis, exhibere. Quid dici breuius, quid angustius con
» stringi potest? Hæc enim sola libris prioribus decem totis insunt, sed quæ, dum ex
» euidentibus, fide certissima, extra omnem ambiguitatem constituuntur, aut pau
» cioribus expediri, aut succinctius tradi non potuere. His cohærent, artificiosa fi
» guræ cuiuslibet delineatio, & comparatio rationū: Quarum altera præcedit ἀπο
» δείξεως in constructione formarum necessario, altera ad arearum comparationem
» æque necessario fuit accita. Solidorum tractatus, qui libris posterioribus quinq;
continetur,

Summa librorū de elementis.

continetur, eodem pacto habet. Corpus quodlibet constituendi, corpus quodlibet « cum quolibet conferendi. Quæ doctrina in primis perfectisq; periclitata corpori- « bus, ut illa superior in figuris primis, in cæteris uim deinceps eandem seruat. Atq; « hæc hactenus στοιχεῖα rerum sunt mathematicarum omnium, ut quorum uis in om « nibus certa uersetur. Ex his elementis omnis latitudinum, longitudinum, pro- « funditatum, omnis agrorum, montium, insularum mensio, omnis de cœlo per in- « strumenta syderum obseruatio, & gnomonice tota, omnis machinarũ uis & pon- « derum ratio, omnis in cogendo spiritu, omnis apparitionum, qualis in speculis, « in pictura, in phantasmatis est, diuersitas manat. Quibus de rebus omnibus pro- « pemodum, authoris eiusdem libellos eruditissimos, & in sua eosdem lingua, mox « ædemus. Leuiora sunt hæc, sequitur fructus admirabilior. Inconuersum est « enim in clarissimum mundi theatrum, hac disciplina genus hominum admissum, « machinæ totius mundanæ inuento medio, cardinibus inuentis, orbis figura to- « tius explorata, tum uniuscuiusq; præcipuorum corporum, & terræ in medio mun « di, situ uastitateq; deprehensis, idq; ex ista rerum immensitate, disciplinæ unius « ui, &c. Et aliquanto post. Galenus in opere de libris suis de seipso scribit: cum « scholas Peripateticorum, & Stoicorum sui temporis omnium percurrisset, ac præ- « cepta ipsa miro cum ardore perdidicisset, tantisper quid esset ἀπόδειξις, id est, de- « monstratio, ac nunquid omnino esset, intelligere nequiuisse, dum ad Geometricas « disciplinas, quas puer mediocriter antea imbiberat rediens, ex ista partim uarietate « & incertitudine, partim obscuritate præceptorum uelut atra nebula, qua in Pyr- « rhoniam propemodum foueam præcipitatus fuerat, luce rerum illarum clarissima « explicaret sese. Quid quod ipse Aristoteles lucem disputationibus omnibus suis, « non aliunde quàm è geometricis insulsit? Locos mille proferre possem, cum abstru « sissimæ res demonstrationum geometricarum ui prorsus erutæ, & in lucem prola- « tæ sunt. Declarat πρὸς ἀπόδειξεως liber totus, generis huius exemplis ubiq; ma- « xime scatens, ubi nominatim etiam disciplinas has ab euidentia cæteris omnibus « anteponit. «

Idem opus, hoc est libri 15. elementorum Geometricorum Euclidis Latine ex- cusum est, cũ duabus translationibus, altera Campani, & altera Bartolemæi Zam berti Veneti: quanquam duos ultimos libros à Campano solum cõuersos reperio, non item à Zamberto: proinde falsa est pollicitatio tituli. Idem titulus Hypsiclis Alexandrini commentarios promittit in duos posteriores libros Euclidis, cum in Græcis exemplaribus, non de commentarijs solis, sed ipsis libris simpliciter, utrum Euclidis an Hypsiclis sint, dubitetur. Habet sanè decimusquartus liber in Græ co præfationem propriam, cum nulla alijs libris præfigatur, ne primo quidem Eu- clidis: quare probabiliter aliquis crediderit duos postremos alterius authoris esse. Relicta igitur falsa inscriptione, hos quindecim libros siue ultimi duo Euclidis, si- ue Hypsiclis sint: cum Theonis commentarijs, Campano Gallo interprete: & rur- sus tredecim solum priores cum eiusdẽ Theonis cõmentarijs, Bartolemæo Zam- berto interprete, excusos esse dicimus Parisijs in officina Henrici Stephani, ex Mi chaëlis Pontani recognitione, anno Domini 1516. in folio. Deinde eadem om- nia ijsdem interpretibus Latine excusa sunt Basileæ apud Heruagium: & insuper adiecta recens Euclidis opuscula, Phænomena, Catoptrica, Optica, & Protheoria Marini & Data. Postremo eiusdem authoris opusculum, De leui & ponderoso. Quorum omnium Latine impressorum, anno 1537. in fol. chartæ sunt 149.

Euclidis Harmonica, & Canonis κατατομὴν Græce habet illustris uir Diegus Hurtadus Cæsaris legatus Venetijs.

Euclidis ænigma Geometricum in Florilegio Planudis, uersibus 7. folio 285. æditionis Aldinæ.

EVCRATII à Thenis uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

EVCTAEI Asiam Athenæus allegat prope finẽ libri noni, dubitans an ab Euctæo aut alio quopiam conscripta sit.

EVDEMI Athenienſis uerba quædam ex libro de holeribus Athenæus profert lib. 9.

EVDEMVS rhetor uaria scripsit, & Dictionarium ordine alphabeti, quibus utuntur rhetores & scriptores doctissimi, perquàm utile. Suidas. Hoc Eudemi Dictionarium fertur adhuc extare alicubi in Italia, & Suidas id uniuersum uidetur in suum transtulisse: primus enim nominatur Eudemus ex authoribus Lexicorum, unde Suidas suum construxit.

EVDEMVS author Græcus scripsit Commentarios in Aristotelis libros de physico auditu, quos ita allegat Augustinus Niphus in præfatione Commentariorum suorum in idem opus Aristotelis, unà cum Olympiodoro, Ammonio, & Alex. Aphrodisieo, tanquam eorum scripta adhuc extent. Simplicius certe sæpius Eudemi enarrationem in eos libros recensere solet.

T. cl. 423. EVDOXIA Theodosij iunioris uxor, cum doctissima esset, carmine & prosa excellens, fertur ad imitationem Probæ uxoris Adelphi, Homeri carmina reflexisse ad fidem Christianam, titulum similiter præponens opusculo ædito talem. Homerocentrona, lib. 1. Et alia quædam.

* Homerocentra, quæ & centrones, innominati authoris, quibus bona pars noui Testamenti comprehenditur, ex consutis Homeri carminibus uel hemistichijs, adscriptis in margine numeris librorũ, in quibus uel in Iliade uel Odyssea Homeri reperiuntur. Liber impressus sine authoris nomine, cum interpretatione Latina è regione, Francofurti apud Petrum Brubachium 1541. in 8. chartis 15. cum Probæ Falconiæ centonibus Vergilianis, & Nonni heroica paraphrasi Græca in Euangelium Ioannis. Videntur autem non alterius authoris esse quàm Eudoxiæ Theodosij uxoris, quam carminum studiosam fuisse, supra diximus in Cyro Panopolita ex Suida. Scribitur autem Εὐδοκίας apud Suidam.

In EVDOXI Phenomena Hipparchi expositio Græce extat in Italia adhuc, & uerisimile est, Eudoxi quoq; textum unà seruari.

EVDOXVS Gnidius philosophus, Platoni æqualis, miro ad astrologiã ingenio fuit, multaq; in eo genere scripsit, & Octaeteridem, & Astronomiam uersibus. Suidas. Athenæus libro 7. sextum huius authoris librum de terræ circuitu allegat. Hic primus (ut in Euclide dixi ex Proclo) uniuersalium theorematum copiam auxit, & tribus ueterum analogijs tres alias addidit: & quæ à Platone inchoata erant de sectione, late extendit, resolutiones eis adhibens. Suidas etiã EVDOXII cuiusdam Antiocheni episcopi, & sub Maximiano martyrium passi mentionẽ facit, sed nihil ab eo scriptum commemorans.

EVEMERI Coi opus περὶ ἱερᾶς ἀναγραφῆς: Cuius tertiũ librũ Athenæus lib. 14. citat.

EVENI epigrammata duo in primo libro Florilegij, & quatuor in quarto. Eiusdem elegias aliquot apud Ioan. Stobæum inuenimus: item EVPOLIDIS, & EVPHRONIS.

EVENVS, EVMENES Cardianus, & EVMOLPVS, citantur ab Athenæo librorũ autem nomina non indicantur.

EVGENIS octostichon libro quarto Florilegij sectione 27.

EVGENII ab Amanclera uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

EVGENIVS Trophimi, grammaticus, ex Augustopoli Phrygiæ, docuit Constantinopoli, & maxime clarus erat. Iam senex sub Anastasio rege Colometriam scripsit uersuum Aeschyli, Sophoclis, Euripidis, & quomodo diuersa carminum genera proferenda sint: Item de uarijs dictionibus ordine literarum, & alia quædam Grammatica. Suidas.

Huius

Huius quoq; Dictionarium Suidas adiecit suo, quod inscriptio indicat.

IVGENIVS episcopus Carthaginensis in Aphrica, scripsit quædam, de quibus sub- T. cl. 480.
iecta feruntur.

Expositio fidei catholicæ, lib. 1. Altercatio cũ Arianis habita, lib. 1.
Apologeticus pro fide, lib. 1. Ad ecclesiã suã dũ in exiliũ pg. epi. 1.
Alia nihilominus scripsisse dicitur, sed ad notitiam meam non uenerunt. * Vi-
de copiosius apud Gennadium.

* Huius Eugenij liber de confessione fidei & sanctæ trinitatis alicubi impressum uidi.

EVGYPPIVS presbyter & abbas, ad quem sancti Fulgentij Ruspensis nõnullæ fe- T. cl. 500. uel,
runtur epistolæ. Scripsit quędam opuscula, de quibus ego tantum reperi subiecta. ut alij: 530.
Volumen grande capitula habens trecenta ex libris beati Augustini episcopi de-
florauit, ad Probam. Cuius sic incipit

Prologus, epi. 1. Dominæ merito uenera.
Liber autem sic, lib. 1. Quod ad te scripsi ho.
Vitam S. Seuerini monachi, lib. 1.
Regulam monachorum eius, lib. 1.

* Eugyppij abbatis Aphricani thesaurorum ex D. Augustini operibus, mille an te annos, ingenti labore, de emendatissimis exemplaribus selectorum, tomi duo, iam recens diligenti cura Ioannis Herold Acropolitæ, cum indice trigemino in lucem æditi. Basil. apud Rob. Vuinter in fol. 1542. chartis 139. cum præfationibus Ioan. Herold in utrũq; tomum: quarũ secunda Eugyppij uitã & Probæ mulieris prolixe admodũ describit: quibus nos relictis ea solum quæ ad operis argumentum spectant, adscribemus: Primo igitur Tomo (inquit) quæ suo tempore maximas ex- “
citarant quæstiones: præter permulta loca obscuriora scripturæ explicata, de cha- “
ritate, anima, sensibus hominis, mediatoris sacramento, religione Christiana, sabba- “
to, iudicio diuino, resurrectione, uita ac morte æterna, quæcunq; Augustinus ædi “
derat, eruditiora, inseruit. Secundo Tomo Arianos, Manichæos, Donatistas, “
Pelagianos, quibus rationibus deuicit Hipponensis ille episcopus, docet. “

Ex præfatione siue epistola Eugyppij ad Dominã merito uenerabilẽ (sic enim habet inscriptio) & fructu sacræ uirginitatis in Christi gratia semper illustrem, ac per omnia Probam. Excerptorum codicem, quem de nonnullis operibus S. Au “
gustini, cohortante domino meo Marino abbate, uel cæteris sanctis fratribus, quo “
modocunq; cõpegeram, continuo transferri uobis, sancto quo polletis studio, uo- “
luistis: & cum Bibliothecæ uestræ copia multiplex, integra, de quibus pauca decer “
psi, contineat opera, placuit tamen habere decerpta. Et paulò inferius. Ex ali- “
quantis eiusdem beati uiri præclaris operibus, perpauca ruminando quodamme- “
do lambendoq; decerpsi: quæ stantibus amicis integra legeram. Nam omnia illius “
habere, uel inuenire quis posset? Nonnulla ergo legenti mihi, atq; habere cupienti, “
quia facultas minime suppetebat, idcirco quædam, uelut ex ingenti prato floribus “
aspersо cœlestibus, ex librorum eius quæ data est copia, inops ægerq; collegi: In- “
ops scilicet peritia, æger offensa, uel informari tanta doctrina cupiens, uel sanari. “
Pauca proinde quæ congessi, non solum mihi qui sensu censuq; sum pauper, sed “
etiam his qui utroq; prædi ti sunt munere, profutura confido. Nam cum in manus “
eorum hæc eadem Excerpta peruenerint, aut ardore mendicantis accensi, aut in- “
ordinata ut adsolet congestione permoti, dabunt operam, uel plura studiosius ha- “
bere, uel ex his aptiora decerpere, atq; in unum corpus redacta, sæpius lectitare. “
A singulis sanè capitulis diuersæ res, uel etiam quæstiones atq; sententiæ, de quo “
opere uel libro sint, indicantur, ut si quis ignorat, ubi eas plene possit inuenire co- “
gnoscat. Integrum uero librum uisum est Excerptorum debere esse principium, “
& illum potissimum, quem beatus Augustinus ad S. Hieronymum post primam “

„ de animæ quæstione, noscitur scripsisse, presbyterum, &c. Ob hoc itaque con-
„ gruum putaui, ut his Excerptis charitas, qua dispersa solent adunari integritate,
„ libri daret exordium: ipsa quoq; finem dedit operi. Per quam adiuro lecturos, ut
„ mihi indigno, ueniam dignanter tribuant, & orationū præsidia clementer impen-
„ dant, &c. Idem opus excusum est Venetijs in 4. anno 1543.

Sunt autem utriusq; tomi capita 352. quibus inscripta sunt argumenta, quæ etiam in utriusq; principio collecta præfiguntur. In fine adduntur, Homilia imperfecta D. Fulgentij de charitate Dei ac proximi, & epistola ad Eugyppium eiusdem argumenti.

Sabellicus & Platina, Philippi Bergomatis errore decepti, hunc authorem falso nominant Egesippū: etenim cum ipsis, uetustiores (Gennadius & Honorius inquā) Seuerini abbatis uitam, exactioris ac solitariæ uitæ regulam eum conscripsisse, affirmant. Ioan. Herold.

EVLOGIO cuidam Hesychius Dictionarium suum Græcum inscribit.

EVLOGVM Scholasticum, Græcum Grammaticū, Varinus Camers numerat inter illos grammaticos, ex quibus Amaltheæ siue Copiæ cornu librū ab Aldo olim excusum, consarcinauit.

EVMACHII Neapolitani historiam de gestis Annibalis Athenæus allegat.

EVMELI scriptoris Græci, cum Absyrto, & alijs Mulomedicinæ authoribus Basileę impressis, fragmenta leguntur. Vide in Absyrto.

EVMENII Rhetoris oratio pro scholis instaurandis coram V. P. (id est, uiro perfectissimo) præside Galliæ habita. Excusa Basileæ apud Ioan. Frobenium in 4. anno 1520. chartis 2. cum multis ueterum aliquot panegyricis. Argumentum per B. Rhenanum. Eumenius rhetor cum in aula Constantij Cæsaris sacræ memoriæ magistrum ageret, ab illo scholis Cliuiensium est præfectus, ut iuuentutem Galliarum doceret, ubi & auus eius homo Athenis ortus olim docuerat. At cum ædificia scholarum ob uetustatem essent collapsa, annuam sexcentorum sestertiorum mercedem, illarum instaurationi dicare uolebat: atq; hoc est quod à præside Galliæ Belgicæ hac oratione contendit, &c. Cleui oppidi meminit Antoninus in itinerario suo.

EVMOLPVS Eleusinius uel Atheniensis, filius Musæi, poëta antiquissus, secundum alios Orphei discipulus ante Homeri tempus: Vicit in Pythijs, ubi poëtæ lyra certabant. Descripsit sacra Cereris, & mysteriorum traditionem ad filias suas: Carmina autem in uniuersum sunt ter mille: item Chiroscopica, id est, de manuum inspectione: & pedestri oratione librum 1.

EVNAPII Græci authoris historia de Cæsaribus ab Herodiani temporibus usq; ad sua, Venetijs Græce seruatur manuscripta.

Eusdem uitæ philosophorum & sophistarum, cum alibi, tum apud Diegū Hurtadum Cæsaris legatum Græce habentur: item excerpta quædam ex uitis sophistarum. Raphaël Volaterranus uitas ab Eunapio scriptas aliquoties in Anthropologia citat.

EVNOMIVS, Arianæ partis Cyzicenus episcopus, in apertā hæreseos suæ prorumpens blasphemiam, ut quod illi tegunt, iste publice fateretur, usq; hodie uiuere dicitur in Cappadocia, & multa contra ecclesiam scribere. Responderunt ei Apollinarius, Didymus, Basilius Cæsariensis, Gregorius Nazianzenus, & Gregorius Nyssenus.

D. Basilius ipsa Eunomij uerba referens, ea refutat, ut supra diximus.

T.cl.420. EVODIVS episcopus in Africa, discipulus beati Augustini (ad quem idem plures scripsit epistolas, & tractatum de anima Christi apud inferos) scripsit quædam opuscula: de quibus extat uolumen de factis in Africa miraculis per reliquias ab Orosio presbytero allatas.

S. Ste.

S. Stephani martyris, lib. 1. Et plures epistolæ ad diuersos, lib. 1.
Et quædam alia.
* Euodij episcopi epistola ad D. Augustinum, numero nonagesima octaua inter D. Augustini epistolas. T. cl. 510.

EVODIVS episcopus Ticinensis, scripsit ad Symmachum Papam.
De fide catholica, lib. 1. Et quædam alia.

EVODVS Rhodius sub Nerone uixit, mirabilis in poësi Romana. Eius libri non apparent. Suidas.

EVODI distichon libro 4. Florilegij sectione 8. & monostichon ibid. sectione 10.

EVPHANES scripsit Musas, unde senarij aliquot leguntur apud Athenæum lib. 8.

EVPHANTI quartum librum historiarum de Ptolemæo Athenæus libro 6. allegat.

EVPHEMIVS patriarcha fuit Constantinopolitanus, cuius mentio fit apud Suidam in dictione φατρίαι: quanquam nihil inuenio quod scripserit.

EVPHORIONIS Chalcidensis historicos cõmentarios Athenæus libro 4. citat.

& EVPHORIONIS uersificatoris aliquot fabulas diuersis in locis.

EVPHORIONIS uersus aliquot heroicos Stobæus habet in sermonibus De pueris, & De consolatione. Vide Suidam de duobus hoc nomine, altero Chalcidensi qui multa scripsit: & altero, Aeschyli filio.

EVPHORI εὑρήματα, id est, librum de inuentionibus Athenæus libro 4. citat.

Et ibidem EVPHRANORIS Pythagorici librum de tibijs.

EVPHRONIS Comici poëtæ fabulas 4. Athenæus allegat: quæ apud Suidam quoq; nominantur.

EVPHRONII cõmentarios Athenæus citat.

EVPITHII Athenien sis εἰξανίστω τὴν καθόλου, tetrastichon libro 1. Florilegij sect. 17.

EVPOLEMVS, uide in Clemente Alexandriæ episcopo.

EVPOLIS, uel Sosipolis Athenien. comicus, septẽdecim fabulas exhibuit, & septies uicit. Periit naufragio in Hellesponto cum pugnaretur aduersus Lacedæmonios: unde cautum est in posterum, ne quis poëtarum militaret: fabulæ eius feruntur, ἀῖγες, ἀσφάταυστος, androgyni, & aliæ.

Ex Eupolidis tredecim fabulis testimonia passim in Athenæi libris extant.

EVRICIVS Cordus Simesusius medicus, natione Germanus, utraq; lingua doctus, Marpurgi medicinã professus est: rem herbariã non mediocriter adiuuit, & filium ut audio, reliquit, de quo magnã spem docti etiã plærique sibi pollicentur.

Botanologicon eius, siue Colloquiũ de uarijs herbis, excusum est Coloniæ apud Ioan. Gymnicum 1534. in 8. chartis 13. eodem anno ab authore scriptum.

Theriaca & Alexipharmaca Nicandri poëtæ Latinis uersibus heroicis reddidit eleganter. Liber impressus apud Egenolphum Francofurti, 1532. in 8. chartis quinq;. Epigrammata quoq; scripsit, præsertim à Græcis translata.

EVRIPIDES Mnesarchi filius, Athenien sis, cum primum iam Græci Persarũ uim repulissent, natus est. Adultus iam, primo pictoriam exercuit, hinc Prodicum in rhetoricis, Socratẽ in Ethicæ & philosophiæ studio præceptorem habuit. Quin & Anaxagorã audiuit Clazomeniũ. Ad Tragœdiã uero se cõtulit, cũ Anaxagoram propter sparsa in publicũ dogmata periclitari uideret. Forma erat toruus & tristis, cõmerciorumq; fugiens: unde & mulierũ osor habitus est. E prima uxore Mnesilochum, Mnesarchidẽ, & Euripidẽ filios suscepit, eaq; repulsa, duxit aliã. Sed & illã impudentẽ expertus, relictis Athenis, ad Archelaum Macedonũ regẽ se contulit, apud quẽ summo cum honore uixit. Obijt autẽ ex insidijs Aribæi Macedonis & Crateuæ Thessali poëtarũ: qui inuidia aduersus ipsum cõmoti, regiũ famulum Lysimachum nomine subornarunt, decẽ minis corruptũ, ut regios, quos ipse alebat, canes in Euripidẽ immitteret. Alij uero à mulieribus discerptũ tradiderunt, cum intẽpestiue ad suos amores accederet. Annis uixisse fertur 75. ac totidẽ fabulæ eius secundũ aliquos feruntur, secundum alios 92. Vicit quinquies, quater in uita,

& semel iam defunctus, cum obiisset olympiade 93. Hæc ex Manuele Moscho pulo: & eadem ferè Suidas scribit: sed adijcienda quæ dã uidentur ex Thoma magistro. Eurípides in Salaminia insula natus: primũ quidẽ pancratia & certuum certamina secutus, ijsdem uictor euasit Athenis. Ferunt & pictorẽ fuisse, eiusq; tabellas exhiberi Megaris. Et cum animũ ad Tragœdiam appulisset, multa huic arti adiecit, quibus nemo antè ipsum usus erat. Initio enim fabulę argumentũ delineare, & auditorem ceu manu ulterius deducere, Eurípidis artificiũ est. Mirus etiã est in dictorũ suorũ perspicuitate & amplitudine quadã. Sensum quoq; rhetoricis argumẽtis et numeris iucũdis, rythmóue, uarijs modis exornat: & sentẽtias cõtinuas reiçp ,pposítæ cõcordes mire inducit. Fabulas in uniue. sum scripsit 92. ex quib. 8. † Satyricæ habentur: uictorias retulit 15. fabulas ædere cœpit natus annos 25. &c. Eadem ferè scribit Gellius libro 15. cap. 20. Celebratur & à Quintiliano his uerbis. Eurípides & Sophocles tragœdiam longe clarius illustrauerunt: quorum in dispari dicendi uia, uter sit poẽta melior, inter plurimos quæritur. Illud quidem nemo non fateatur necesse est, ei qui se ad agendum cõparauerit, utiliorem longe Eurípidem fore. Namq; is in sermone magis accedit oratorio generi, & sententijs densus, & rebus ipsis, & in his quæ tradita à sapientibus sunt, penè ipsis par, & in dicendo ac respondendo cuilibet eorum qui fuerunt in foro diserti, comparandus. In affectibus uero cum omnibus mirus, tum in his qui miseratione constant, facile præcipuus. Hunc & admiratus maxime est, ut sæpe testatur: & secutus, quanquam in opere diuerso, Menander, &c.

† *Talis nũmirũ est Cyclops, qui adhuc extat.* *Quintilianus.*

Cicero.

Cicero in quadam epistola, libro 16. familiarium: Eurípidẽ quanti tu facias nescio. Ego certe singulos eius uersus, singula testimonia puto. Priscianus quoq; Eurípidem inter præstantissimos Tragœdorum connumerat.

Eurípidis tragœdiæ duædeuiginti Græcæ, excusæ primum Venetijs apud Aldum: deinde Basileæ apud Heruagium, 1537. in 8. chartis 56. & Latine ad uerbum translatæ, sic ut uersus uersui respondeat, anonymo quodam interprete (cui Dorothei Camilli nomen fictum est) Basileæ apud Rob. Vuinter, 1541. chartis 66.

Tragœdiarum eius 18. nomina & argumenta.

Hecubæ. Expugnata iam Troia, Achillis umbra Græcis apparuit super sepulchro, quod ei uacuum in Cherroneso extruxerant, Polyxenã Priami filiam, munus honorarium sibi dari postulans. Antea enim pater eandem ei despõderat: & propter ipsam interijt à Paride & Deiphobo sagitta confossus, cũ sponsalia cum ipso peracturus esset Priamus. Græci itaq; decreto Polyxenã super tumulum eius immolandam, miserunt Vlyssem ad matrem eius Hecubam, qui puellam abduceret, matriq; persuaderet ne ægrè ferret. Quum itaq; uenisset Vlysses, puellam consentientẽ reperit, & matri quoq; persuadentem, mori potius sibi conuenire, quam uitam indignam degere. Immolata deinde uirgine, Hecubæ ancilla ad aquam hauriendam pro lauacro Polyxenæ missa, Polydorũ inuenit in littore: quem Polymestor Thraciæ rex olim à Priamo eius patre cum multo auro sibi concreditũ, cum Troiam dirutã cognouisset, iugulatũ in mare proiecerat, ut ipse auro potiretur. Accersitum igitur Polymestorẽ cum liberis, prætextu thesauri indicandi, insidijs mulierũ, quæ cum ipsa erant, circũuentum, oculis priuat, & liberos eius iugulat. Tandem causa coram Agamemnone iudice agitata, Hecuba uicit.

Orestis. Orestes ut patris mortem ulciscereturm Aegisthum & *Clytæmnestrã* matrem occidit: unde furijs agitatus, & ab Argiuis accusante *Tyndareo* auo materno (cui Menelaus quoq; fauebat) mortis damnatus, Helenam, *iuuante* Pylade, interficere uoluit, quæ mox à dijs subrepta est. Pro qua *filiam eius Hermionẽ* necaturis, Apollo apparuit, & Helenam in deorum numerũ *transferri* iussit: Oresti autẽ Hermionen, Pyladi Electram, uxores ducendas *imperauit*.

Phœnissarũ. Eteocles accepto Thebarum regno, Polynicen fratrem parte sua

ſua priuat: qui cum exul Argos ueniſſet, Adraſti regis filiam duxit: & ſocero perſuaſo iuſtum coëgit exercitum contra fratrem, redijtq; Thebas. Mater autem eius Iocaſte effecit ut per inducias ciuitatem ingreſſus colloqueretur cum fratre de imperio. Sed cum inter eos conuenire non poſſet, Polynices receſſit ab urbe, ut reliquum belli conficeret. Interea uates Tireſias uictoriam Thebanis promittebat, ſi Menœceus Creontis filius uictima Marti fieret. Creon itaq; filium ciuitati ſe traditurum negauit: Menœceus autem ultro ſibi manum intulit. Quo facto Thebani duces Argiuorum trucidarunt: Eteocles uero & Polynices ſe mutuo interfecere: quos mortuos inueniens mater, ipſa quoq; ſe occidit. Tum frater eius (ſcilicet Iocaſtes) regnum aſſumpſit, & Argiui uicti receſſerunt. Quicunq; uero ex eis ceciderant, eos tumulari Creon prohibuit, Polynicē inſepultum abiecit, denicq; Oedipum cum Antigone filia in exiliū ablegauit. Haſce tam uarias calamitates, chorus Phœniſſis mulieribus conſtans, deplorat. Eſt autem hæc fabula referta multis perſonis, multisq; ac pulchris ſententijs plena.

Medeæ. Iaſon Corinthum ueniens cum Medea, cui fidem coniugij dederat, Creontis Corinthiorum regis filiam Glaucen, in uxorem ducit. Medea autē cum in exiliū pelleretur à Creonte, uno die impetrato, munera Glaucæ per liberos mittit, ueſtem & auream coronam: quibus illa utens, perit: & ſimul pater, ei inhærens. Tandem interfectis liberis ſuis Medea, curru draconum alatorum, à Sole donato, ſublata, transfugit Athenas, ubi Aegæo Pandionis filio nubit.

Hippolyti coronati. Theſeus Athenienſium rex, Aethræ & Neptuni filius, ex Hippolyte Amazone filiū genuit Hippolytū, pulchritudine & modeſtia inſignem. Mortua aūt Hippolyte, Phœdrā Minois regis Cretenſium filiam duxit. Ea in Hippolyti amorem incidit, concitante Venere, quæ adoleſcentis caſtitatē oderat. Sed cum nihil ageret, & Hippolytū à nutrice amoris ſui internuncia exaſperatū uideret, uitam laqueo finiuit. Et cum Theſeus pendentem auferret, inuenit tabulam cum ea ſuſpenſam, qua Hippolyti ſtuprum & inſidias accuſabat: cui credens ipſe filium exulatum miſit, exorauitq; Neptunū ut eum perderet. Tandem Diana rem omnē Theſeo narrans, ipſum uxore filioq; orbum ſolatur, Phædram interim nihil incuſans: & feſtum ſolenne Hippolyto inſtitui iubet.

Alceſtidis. Apollo petijt à Parcis, ut Admetus moriturus, exhiberet aliquem pro ſe moriturū, ut æquale tempus priori de integro uiueret: Quod cum uterq; parens recuſaret, uxor Alceſtis Peliæ filia ſeipſam tradidit. Non multo poſt aūt Hercules aduenies, cognito Alceſtidis fato, pergit ad ſepulchrum, ubi morte repulſa, mulierem reſtitutam ueſte obtegit, & Admetum rogat ut conſeruet, ceu quod luctæ premium ſibi contigiſſet. Nolente autem illo, reuelans, oſtendit quam lugebat.

Andromaches. Neoptolemus ex Andromache Hectoris olim uxore filium ſuſcepit Moloſſum: deinde Hermionen Menelai filiam uxorē duxit: quæ abſente Neoptolemo, Andromachen æmulata, Menelai auxilio eā occidere ſtatuit. Quod cum illa reſciuiſſet, filium quidem expoſuit, ipſa uero ad templum Thetidis confugit. Menelaus autem, & puerum quæſitum inuenit, & illam deceptam è templo eduxit: & cum utriſq; manum inferre conarentur, apparente Peleo prohibiti ſunt. Tandem uero aduenies Oreſtes Hermionen reduxit in Spartam, & Neoptolemum per inſidias interfecit. Eum cum Peleus lamentari uellet, Thetis apparens, ſepeliri iuſſit apud Delphos: Andromachē uero ad Moloſſos cum filio ablegandam. Neoptolemum præterea immortalitate fruiturum dixit: quam ille adeptus, ad inſulas beatorum migrauit.

Supplicū. Scena quidem fingitur in Eleuſine. Chorus uero ex Argiuis mulieribus conſtat, quæ matres erant optimatū apud Thebas occiſorum. Drama autem, encomium Athenarum.

Iphigeniæ in Aulide. Cum Græci ad Troiam euertendā nauigantes, præ ni-

mia cœli tranquillitate ceſſantibus uentis in Aulide hærerent: Calchas aruſpex ad monuit Dianæ Aulidenſi immolandã eſſe Iphigeniã Agamemnonis filiã, atq; ita Græcos feliciter ad Iliũ nauigaturos. Accerſita igitur Iphigenia in Aulidẽ, poſt uarias cõſiliorũ patris mutatiões, uariosq; tumultus, ipſa ultro ſuadet matri Clytemneſtræ (quæ unà aduenerat decepta tanq; ad Achillis generi futuri nuptias) ſatius eſſe ſpecioſam oppetere mortẽ, q; ob ſuã unius uitã, aut tot principes in certaminis periculũ uocari, aut rẽ tantã omitti. Ducta igit ad arã deæ, ipſa quidẽ ſublata eſt in Tauricã regionẽ, at eius loco cerua ſuppoſita eſt. Sacro peracto, nauigant Græci. Hoc argumentum paulò prolixius exponitur ab Eraſmo Rot. qui hanc tragœdiam & Hecubam Latinas fecit: nam apud Græcos nullum inueni.

Iphigeniæ in Tauris. Oreſtes ſecundũ oraculũ, pfectus ad Tauros Scythiæ cũ Pylade, ut q̃d apud illos colebat, Dianæ ſimulachrũ, clam ſubripet. Progreſſi uero à naue, ambo cõprehenſi ſunt ab incolis, ut pro more patriæ in uictimã Dianæ immolarentur. Conſtat aũt chorus ex Græcanicis mulieribus, famulabus Iphigeniæ.

Rheſi. Rheſus Strymonis & Terpſichores Muſæ filius, Thracum dux, ad Ilium peruenit noctu, cum caſtra haberent Troiani iuxta naues Græcorũ. Hunc Vlyſſes & Diomedes exploratores interficiunt, Minerua eos admonente, quod magnum immineret ex eo Græcis periculum. Terpſichore uero apparens, filij cadauer ad ſepulturam ſuſtulit. Hanc fabulam nonnulli ſubditiã exiſtimarunt, tanquam non ſit Euripidis: Sophoclis enim dicendi characterem magis ſapit. Sed in actionibus fabularum, tanquã legitima inſcripta eſt. Etenim circa res ſublimes in ea magnifica actio, Euripidem authorem refert.

Troadũ. Vaſtato iam Ilio, uiſum eſt Palladi & Neptuno Græcorum exercitum perdere: hic enim bene uolebat ciuitati, ceu author cõſtructionis eius: illa uero Græcos oderat ꝓpter Aiacis contumeliam in Caſſandrã. Interea Græci captiuas Troades ſorte diſtribuerunt: Agamemnoni igitur obtigit Caſſandra, quam ſecum pro uxore abduxit: Andromache Neoptolemo, & manibus Achillis Polyxena ad eius tumulũ mactanda. Aſtyanactẽ è turri præcipitarunt, & Helenam Menelaus abduxit tanquã interfecturus. Hecuba uero dum Helenam accuſat, & occiſos lamentatur eisq; parentat, ad Vlyſſis tentoria ducitur, in ſeruitutem ei adiudicata.

Bacharũ. Bacchus receptus inter deos, cũ Pentheus ſacra eius reiiceret, materteras furore percitas nepotẽ dilaniare coẽgit. Compoſita eſt hæc fabula iuxta Aeſchylum in Pentheo.

Cyclopis. Vlyſſes nauigans ab Ilio, in Siciliã abiectus fuit, ubi Polyphemus erat. Inueniens autem ſeruientes illic Satyros, uino dato, agnos & lac ab ipſis acceptus erat: tum ſuperueniens Polyphemus, cauſam inquirit rerum ſuarũ elationis. Silenus autem hoſpitem prædantem accepiſſe ait. Adiicitur & reliqua fabula de excæcatione Cyclopis, qualis apud Homerum in Odyſſea eſt.

Heraclidarum, id eſt, Liberorum Herculis. Iolaus Iphiclis filius, & Herculis ex ſorore nepos, in iuuentute cum Hercule militauit: iam ſenex autem liberis eius benignus auxiliator adfuit: quos ſecum Athenas duxit, cum Euryſtheus eos ubiq; perſequeretur. Athenis igitur regnante Demophoonte, ad deos ſecuritatis gratia confugit: ubi Copreus Euryſthei præco, cum ab aris auellere conaretur ſupplices, prohibitus eſt: bellumq; minatus, diſceſſit. Demophoon autem rem parum curabat. Triſtabatur enim oraculis uictoriam ſibi promiſſam ea conditione, ſi Cereri nobiliſſimam uirginem immolaret: cum neq; ſuam, nec ullius ciuium filiam ſupplicum gratia necandam, iuſtum exiſtimaret. Tandem Macaria, ex Herculis filiabus una, cognito uaticinio, mortem ſponte ſubijt: quam generoſe mortuam honorarunt, & hoſtium aduentui ſtatim occurrerunt.

Helenæ. Paris cũ Helenã ſe rapuiſſe exiſtimaret, non ipſam, ſed ſimulachrũ eius tenebat, cuius gratia bellũ inter Græcos et Troianos agebat: ipſa uero interim

in

in ædibus Protei regis Aegyptiorum latens custodiebatur, à Mercurio illuc transla-
lata. Post mortem uero Protei Theoclymenus eiusdem filius Helenæ nuptias ca-
ptat. Ipsa uero ut castitatem seruaret, ad Protei monumentum supplex confugit.
Hæc ex prologo Helenæ. Argumentum enim fabulæ in impressis codicibus nul
lum præfigitur.

Ionis. Creusa Erechthei filia ex Apolline grauida, natum sub arce exposuit:
quem à Mercurio Delphos portatum, inueniens Pythia seu prophetissa, educauit.
Creusam uero Xuthus uxorem duxit. Nam cum auxiliatus fuisset in bello Athe-
nien sibus, regnum & nuptias Creusæ dono accepit: nec filium alium suscepit. Il-
lum uero à Pythia educatum, Ionem nomine, Delphi æditiuum fecerunt, & ipse pa
tri seruiuit ignarus.

Herculis furentis. Hercules cum duxisset Megaram filiam Creontis, liberos
ex ea procreauit: quos Thebis relinquens, Argos profectus est, Eurystheo certami
na consecturus: Et omnibus confectis, uictor tandē ad inferos descendit. Vbi diu
moratus, mortis suæ opinionem hominibus reliquit. Cæterum Thebani orta sedi-
tione aduersus principem Creontem, Lycum ex Euboea reduxerunt.

Ex Euripidis fabulis 17. testimonia in Dipnosophistis suis Athenæus recitat:
singularum nomina catalogus in uestibulo Athenæi continet.

Eiusdem uersuum testimonia frequentissima ex diuersis tragœdijs Stobæus
usurpat, ut liquet ex indice authorum unde sua collegit Stobæus.

EVRYPHAMI Pythagorici fragmentum satis prolixū ex libro de uita, legitur apud
Stobæum in sermone De felicitate.

EVRYPYLI Diatribæ citantur ab Athenæo.

EXEVSCHEMI Empolide fabula senarij aliquot referuntur libro 13. Athenæi.

EVSEBIVS Cæsareæ Palæstinæ episcopus in scripturis diuinis studiosissimus, & Bi *Ex Hieron.*
bliothecæ diuinæ cum Pamphilo martyre diligentissimus perquisitigator, ædidit in-
finita uolumina, de quibus hæc sunt:

Euangelicæ demonstrationis,	lib. 20.	Euangelicæ præparationis,	lib. 15.
Theophaniæ,	lib. 5.	Ecclesiasticæ historiæ,	lib. 10.

Chronicorum canonum omnimoda historia, & eorum epitome.

De euangeliorū diaphonia,		In Esaiam,	lib. 10.

Et contra Porphyrium, qui eodem tempore scribebat in Sicilia, ut quidam putant,
libri 30. de quibus ad me 20. tantum peruenerunt.

Topicorum,	lib. 1.	Apologiæ pro Origene,	lib. 6.
De uita Pamphili,	lib. 3.	De martyribus alia opuscula.	

Et in 150. Psalmos eruditissimi cōmentarij. Et multa alia. Floruit maxime sub
Constantino imperatore & Constantio, & ob amicitiam Pamphili martyris, ab eo
cognomentum sortitus est. Hæc D. Hieronymus.

Eusebius Pamphili, cum Arianus esset, ad primum conciliū patrum apud Ni- *T. cl. 316.*
ceam habitum accedens, errorem deposuit, patrumq; iussu symbolum (quod Ni-
cenum dicitur) composuit, & illis obtulit legendum & confirmandum. In quo er-
rores Arianorum fortiter contriuit, nihilq; eius æditioni uel additum est uel subtra
ctum, sed usq; in hodiernum diem in ecclesia dei publice cantatur. Scripsit Græco
sermone multa præclara uolumina, De quibus apud Latinos feruntur subiecta.
Videlicet,

De præparatione euangelica,	lib. 14.	Cum quid sit Christianis.	
Ecclesiastica historia,	lib. 10.	Successiones sanctorum.	
Epitoma chronicorum,	lib. 1.	Mosen gentis Hebrai.	

* Et reliqua, similiter ut à D. Hieronymo recēsentur: nisi quod pro demonstratio-
ne euangelica, Expositionem euang. ab eo scriptam dicit.

Eadem ferè de Eusebio Suidas, & addit præterea ipsum scripsisse ad Marinum

librum quendam, in quo doceat, ecclesiam Christi duo uiuendi genera approbare, alterum supra naturam & humana conuersatione superius, quale est solitarium: alterum inferius & humanius, quod nuptijs quoq; coniungitur.

Eusebij Cæsariēsis opera, quæ extant, omnia Latine excusa Basileæ apud Henricum Petrum, anno 1542. in fol. chartis 234. adnumeratis etiam aliorum appendicibus. Sunt autem hæc.

Tomus 1. De euangelij præparatiõe, Georgio Trapezuntio interprete, lib. 14.
Tomus 2. De euangelij demonstratione, lib. 10. Donato Veronensi interprete.
Tomus 3. De historia ecclesiastica libri 9. interprete Ruffino presbytero Aquileiense: cum alijs duobus à Ruffino additis, de ijs quæ Eusebius alijs post se commemoranda reliquit. Aduersus hæresim Hieroclis, liber 1.
Tomus quartus continet Chronicon Eusebij, quod D. Hieronymus transtulit.
Item Chronica D. Hieronymi presbyteri. Prosperi Aquitanici.
Matthæi Palmerij Florentini. Matthiæ Palmerij Pisani.
Item duorum quorundam doctrina & fide insignium uirorum, qui res gestas memoratu dignas usq; ad hoc tempus perscripserunt.

Ex præfatione Geor. Trapezuntij ad Nicolaum v. in traductionē suam librorum de Euangelica præparatione. Hoc in opere Eusebij, uiri tum eloquentia, tum multarū rerum peritia, & ingenij mirabili flumine præstantissimi, quasi quodam in speculo uariam atq; multiplicem doctrinam licet admirari. Cuncta enim quæ ante ipsum facta inuentaq; fuerunt, quæ tamen Græce scripta tunc inuenirentur, multo certius atq; distinctius ipsis etiam authoribus qui scripserūt, perceptisse mihi uidetur. Ita cum constet nihil ferè præclarum unquam gestum fuisse, quod illis temporibus Græce scriptum nõ extaret, nihil in rebus magnis naturaq; abditis, quod à philosophis non esset explicatum, omnia ille tum memoriæ tenacitate, tum mentis percepit acumine, ac ut apes solent singulis insidere floribus, indeq; quod ad rem suam facit, colligere: non aliter ille undiq; certiora ueritatis uarie deligens, mirabilem sibi atq; inauditum scientiæ cumulum confecit, multiplices uarias q; philosophorum sectas nõ ignorauit, infinitos penè gentium omnium religionis errores tenuit, orbis terrarum historiam serie sua dispositam solus cognouit, & cæteris tradidit, &c. Conferendo enim inter se singulos, ueritatem quæ ab omnibus simul emergebat, nec ab ullo exprimebatur, consequutus est, &c. Illud sanè prætermittendum non est, ne quis, quoniam nonnulla in hoc libro non absq; tuæ sanctitatis authoritate† concedimus, quasi traductoris transgressos officium nos accuset, ante primi Concilij tempora librum hunc ab Eusebio æditum fuisse. Constat enim ipsum Ariana hæresi ante sententiam Concilij laborasse, sanctorum deinde patrum authoritatem libenter sequutum, sanctissime atq; pie in orthodoxia uixisse. Fertur enim apud Græcos ab eo iussu patrum sacrosanctæ illius Synodi symbolum scriptum fuisse: quod ita composuit, ut ad deijciendam absq; cõtrouersia pernitiosam hæreticorum opinionem, filium Dei genitum, nõ factum, consubstantialemq; patri conscripserit, ac patribus tradiderit: nec inuentioni eius quicquã addidisse, aut detraxisse, mutasseue patres dicũtur, nisi solum illud, Deum uerum de Deo uero, &c. Hæc res, quoniam nonnulla in hoc libro sparsa inuenimus ab Ariana prauitate non aliena, firmo nobis fuit argumento ante cœtum illum sacratissimum, hæc illi cõscripta & ædita fuisse. Quare sentibus tuo iussu amputatis, rosas solummodo Latinis hominibus hac traductione obtulimus.

Initium huius operis Eusebij secundum Trapezuntij *translationem*. Cum quid sit Christianissimus, nescientibus aperire statuerim, hunc *librum* quo euangelicæ doctrinæ ueritatem approbamus, ut orationibus *tuis adiutus*, ad optatum finem perueniam, tuo nomini episcoporum ornamentum Theodore dedicaui.

Sed hoc opus breui nostra opera Græce imprimendum speramus, idq; integrum.

Georg.

† *Id est, omittimus.*

Georg. Trapezũtius enim pluríma detraxit, ita ut Euſebius iam ſi rediret, illíus traductionem ex ſcríptis ſuis factam eſſe, aut uix tandem, aut omnino non agnoſceret. Nos certe obiter quædam cum Græco exemplari manuſcripto conferentes, permulta ab illo omiſſa obſeruauimus, quæ nihil planè ſuſpicionis prauæ illo modo habebant: hæretice uero dictum capitibus aliquot collatis, nihildum deprehendimus, in quibus tamen ille pluríma præterit: aliquando integra capita tranſilit, ordinem confundit, totum ultimum librum omittit, alia librorum initia facit: & ſenſum non raro perperam reddit. Sed fortaſſis in exemplarium uarietatem culpam Trapezuntij ex parte reiecerit. Audiui enim ex docto quodam natione Græco totum hoc opus etiam in lingua ſua corruptiſſimum haberi. Aſſignabimus tamen capita librorum, ſecundum illíus conuerſionem: quandoquidem aliam nondum habemus, ut argumentorum ſummæ ſtudioſis pateant: quod illís pergratum fore puto, qui hoc opere carent. Vidébũt enim quàm uaría doctrína, & ad ueterũ gentilium libros intelligendos illuſtrandoſq; utiliſſima, hic contíneatur. Confert enim Euſebius fidem Chriſtianam, cum diuerſis gentilium religionibus, quas ex ipſarũ antiquiſſimis ſcriptoribus & philoſophis, iiſdem plærũq; uerbis deſcribit.

Capita librorum 10. Euangelicæ præparationis, ſecundum Georg. Trapezuntium.

Primi libri capita 7.

1 Euangelij definitio. 2 Obiectiones gentilium & Iudæorum.
3 Earundem refutatio. 4 Origo mundi ſecundum gentiles.
5 Philoſophorum opiniones diuerſæ de mundi ſubſtantia.
6 Ex Diodoro Siculo, quod antiquiſſimi Idolorum & Dæmonum ignari, ſydera coluerint. 7 De Phœnicum theologia.

Secundi capita 10.

1 2 3 4 De theologia Aegyptiorum, Græcorum, Atlantiorum, & Phrygum, ex Diodoro ferè. 5 De arcanis myſteríjs erroris gentilium.
6 Gentium ſuperſtitionem iure nobis contemni.
7 Anacephalæoſis ſuperiorum.
8 Deorum templa, hominum ſimulachra continuiſſe.
9 Opinio priſcorum de díjs.
10 Quod Plato fabulas priſcorum, & earum interpretationes contempſerit.

Tertij capita 4.

1 De honeſtiori & naturali theologia Græcorum.
2 De myſtica & naturali theologia Aegyptiorum.
3 Quod iuniores noua quædam per fabulas excogitarint.
4 Refutatio myſticæ theologiæ.

Quarti capita 12.

1 Hominum artificio reſponſa reddi.
2 Inutilẽ eſſe diuinationẽ. 3 Diuerſæ gentium theologiæ.
4 5 Porphyrius de philoſophia reſponſorum, & dictorum eius redargutio.
6 Omnes dæmones malos eſſe.
7 Quod homines immolati ſint dæmonibus uſq; ad tempora Saluatoris.
8 Homines à malis dæmonibus ad omnia flagitia impelli.
9 10 Omnibus contemptis inhærendum eſſe Deo.
11 De tranſmutatione prauorum dæmonum & operatione.
12 De príncípíbus dæmonum ſecundum Porphyrium.

Quinti capita 15.

1 Potentiam dæmonum aduentu Chriſti abiectam eſſe.
2 Quómodo homines à dæmonibus decepti ſint.

3 Quomodo multitudo deorum credita.
4 Quod dæmones, quos inter hominum deorumq; naturam collocabant, responsa dare credebantur.
5 De operatione bonorum dæmonum secundum Porphyrium.
6 Dæmones ab hominibus cogi.
7 Quod diij gentium magicas artes docuerunt.
8 Oracula defecisse. 9 Gentilium dæmones mortales esse.
10 De fallacia uetustorum oraculorum ex Tenemæo.
11 Quod malefici uates partem quæstus petebant.
12 Quod poëtæ responsis laudabantur quasi diuini.
13 Quod athletæ diuinis honoribus authoritate Apollinis afficiebantur.
14 Quod etiam tyrannis Apollo adulabatur.
15 Quod ligna & lapides adorandos Apollo consulebat.

Sexti libri capita 9.

1 Quod quæcunq; diij gentium præuidebant, cœlestium motu præuidebant.
2 Quod uoluntates hominum fatis agi arbitrabantur, liberum negantes arbitrium, idq; deorum consilijs persuasi.
3 Quod facta magica ui solui posse Apollo respondit.
4 Quod Apollo nonnunquam mentiri se fatebatur.
5 Falsa opinio de fato.
6 7 Ipsorum gentilium philosophorum uerba, contra fatum: & primum Oenomai: deinde Diogeniani & Alexandri Aphrodisiei.
8 Bardesanes de eodem. 9 De eodē per authoritatē scripturę, ex Origene.

Septimi capita 9.

1 Repetitio theologiæ gentilium.
2 Quod solum Hebræorum genus ueram sequebatur pietatem.
3 Vitæ nonnullorum Hebræorum, breuiter.
4 Iudæorum theologia. 5 De uerbo.
6 De contraria uirtute, siue angelo propter malitiam è cœlis deiecto, secundum Hebræos. 7 De hominum natura.
8 9 Materiam non esse ingenitam, neq; causam malorum.

Octaui capita 5.

1 De traductione scripturæ. Repetitio gentilium theologiæ.
2 De uita & disciplina Mosaica.
3 Eleazarus apud Aristæum de allegorico sensu scripturæ.
4 De Essæis, qui olim philosophice uiuebant.
5 De Deo, & quod mundus creatus est.

Noni capita 4.

1 Quod etiam exteriores Iudæorum gentem admirati sunt.
2 3 Ex Hecatæo, & Plearcho, de eodem.
4 Quod multi conueniunt etiam alieni de ueritate historiæ.

Decimi capita 3.

1 2 Quod Græci non solum à Barbaris artes, sed alter alterius inuenta dictaq; furantes, suo nomini attribuebāt: et quod disciplinas omnes à Barbaris acceperint.
3 De antiquitate Mosis ac prophetarum.

Vndecimi capita 20.

1 De philosophia triplici secundum Platonem.
2 3 De morali & rationali Hebræorum philosophia.
4 De commodissima nominum apud Hebræos impositione.
5 6 De physica parte, & de intellectuali physiologia secundum Hebræos.
7 De ὦ uerbo Græco ex Plutarcho.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [506] - 233r
PUBLIC DOMAIN

8 9 Quod Deus ineffabilis sit, & unus. 10 De uerbo.
11 De bono. 12 De Iudæis secundum Mosen ex Philone.

Sequentia octo capita de totidē rebus docent, quas Plato didicerit ab Hebræis, hoc ordine: Virtutes siue spiritus & angelos contrarios esse. De animi immortalitate. Mundum esse genitum. De luminaribus. De mutatione. Mortuos resurrecturos. De cœlesti terra. De iudicio futuro.

Duodecimi capita 28. quibus omnibus ostendere pergit, Platonicam philosophiam ab Hebræis defluxisse, et quod Plato sacros libros, præcipue Mosis, & legerit et imitatus sit. Sunt autem hæc.

1 Iuuenes quærant leges, non rationes.
2 Adolescentibus per fabulas commode maiora tradi.
3 Platonem uideri inhæsisse scripturæ syncera fide.
4 Non passim euulganda ueritatis dogmata.
5 De uiro iusto. 6 De fraude serpentis.
7 Mulierē ex uiro sumptā. 8 De prima hominum uita.
9 De collocutione serpentis & Euæ.
10 Ordo scribendi similis Platoni & Mosi.
11 Exordium legum à pietate in Deum.
12 Pueros statim in legalibus per ludum exercendos.
13 Inferiora hæc diuinarum rerum esse imagines.
14 Adolescentes cantibus ad uirtutes præparandi.
15 Poëtæ recte dicere cogendi.
16 Hymni non cantandi priusquam examinentur.
17 Non semper utendum esse uino.
18 Nobiscum nobis gerendum esse bellum.
19 Animam peccatorum esse causam.
20 De uero philosopho. 21 Falso nonnunq; utendū ad utilitatē audientiū.
22 Omne genus hominum ad ueritatem uocandum.
23 Quod etiam de Salomonis parabolis Plato multa acceperit.
24 De seruis. 25 Quod Plato aliqua in alienū sensum accepit.
26 Quod similiter Iudæis in 12. tribus ciuitatem suam diuidit.
27 Quod situm urbis Iudæorum secutus est. 28 De prouidentia.

Decimitertij capita 13. ea quoq; omnia ferè Platonica, quatenus nostræ religioni consentiunt, aut dissentiunt.

1 Quod Plato gentilium deos contempserit.
2 Poëtas falsissima de Deo scripsisse.
3 Deum immutabilem ac uerum esse.
4 Quod Socrates occisus sit propter contemptum deorum gentilium.
5 Nullo pacto iniuriandum esse.
6 7 Quod fortes uiri etiam post mortem patriam defendunt.
8 Quod inconstanter de Deo Plato locutus est.
9 10 11 12 Quod de dæmonibus, & alijs quibusdam, & de cœlo, & de mulieribus non recte senserit. 13 Leges aliquæ Platonis.

Decimiquarti capita 7.

1 Quod omnes inter se philosophi repugnant, & nostri omnes concordant.
2 De successione Platonica.
3 Quod unusquisq; philosophorum suam de dijs coniecturam sequebatur.
4 Quod mathematicæ disciplinæ nihil conferant ad pietatem.
5 Opiniones priscorum de principijs rerum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [507] - 233v

6 Opiniones philosophorum de diis.
7 Aduersus eos qui sensum tollunt, inutilem esse dicentes ad cognitionem.

Horum librorum 14. ex translatione Georg. Trapezuntij in Basilienſi æditione, chartæ sunt 54. Excusi autem erant prius quoq; seorsim Haganoæ, 1522. in 4. Cæterum authores, quorum testimonia prolixius sæpe adscribit, præsertim in prioribus libris, antequam ad Platonem descendat: quantum in transcursu obseruauimus, hi sunt. Diodorus Siculus, Porphyrius, Zoroastres, Manetus, Pherecydes, Clemens, Tenemęus, Bardesanes Syrus, Aristæus, Philo Biblius, Plutarchus, Oenomaus, Diogenianus, Alexander Aphrodisieus, Origenes, Dionysius Halicarnasseus, Maximus, Sachoniato, Plato.

Librorum decem De euangelica demonstratione chartæ sunt 70. in Basilienſi æditione. Verba authoris ex secundo capite primi libri de Præparatione euangelica. Cum multi non ratione Christianam religionem, sed inconsyderata fide, » unde fideles appellantur, susceptam esse putent: iure nos, qui ueritatem euangeli» cam, argumentis, signis atq; uestigijs approbare his libris aggressi sumus, ad præ» parationem suscepti negocij respondendum ad illa prius esse putamus, quæ uel à » Græcis, uel à Iudæis, ac maxime à curiosis nobis solent opponi. Non enim aliter ar» bitror ordine certo, ac serie orationem nostram progredi posse; quàm si prius ea » quæ ad euangelicam ueritatem iter præparare, & his qui à gentibus ad nos cõuer» tuntur, aptiora esse uideantur, exponamus: deinde præparatis iam & perfectiori» bus idonea, quæ ad ueram Saluatoris ac Domini nostri Iesu Christi cognitionem » adducunt, diligentius explanemus. Hæc uisum est huc adscribere ex priori opere, quoniam præsentis initiũ deest, usq; ad tertium caput. Transtulit autem hos libros Donatus Veronensis, qui post præfationem suam ad Paulum III. & ui» tam Eusebij ex Hieronymo, hæc addit: Multo plura scripsit Eusebius, quàm ea » sunt, quæ superius (à D. Hieronymo) enumerantur: quorum nonnulla facile per » teipsum inuenies, si totum hoc Euangelicæ demonstrationis opus percurreris: De » qua ille quum libros uiginti ædidisset, decemq; duntaxat ad nostras manus perue» nerint, omnes incolumes præter primum, quem sine principio, omniq; inscriptio» ne prorsus offendimus: scire oportet totum opus ab ipso authore diuisum fuisse in » duas partes, & priori quidem libros quindecim tribuisse, de euangelica præpara» tione: posteriori autem libros 20. in quibus tum eandem doctrinam euangelicam » confirmat: tum ea quæ eidem aduersantur, refellit, adeò diligenter atq; exquisite, » adeò docte ac sapienter, ut merito mihi quidem uideatur, hanc partem de Euange» lica demonstratione inscripsisse, tanquam is qui in hac parte, uera esse necessario » demonstret, quæcunq; ad religionem nostram pertineant. Tanta uero est ho» rum librorũ utilitas, ut qui eos sibi familiares effecerint, nihil sint posthac in sacris » libris offensuri, ex quo non possint aliquem probabilẽ sensum elicere. Sed utinam » aliquando posteriores quoq; decem libri, è tenebris eruantur, atq; unà cum his illi » quoq; uel triginta uel uiginti, quos aduersus Porphyrium ædiderat, quorũ quanta » futura esset utilitas, uel ex eo facile conijcere possumus, quod (ut D. Hieronymus » est author) decimumoctauum cum duobus sequẽtibus, pro Daniele propheta ad» uersus illum scripserat. Conuentui Christianorum interfuit Eusebius, qui apud » Niceam actus est, atq; in eo unà cum cæteris patribus, ac potius illorum princeps, » Ariana deliramenta condemnauit, & quæ in eo conuentu acta essent, fidelissime » ac planissime per literas, quæ etiam nunc extant, omnia suis ciuibus indicauit. Ex» tant porrò hæ literæ, libro Ecclesiasticæ tripartitæ secundo, quas quidem non alie» num uisum est Latinas facere, atq; huic operi præponere. Earum inscriptio» nes hæ sunt:

Eusebij epistola de conuentu apud Niceam acto, ad ciues suos. Et,
Quæ in ipso conuentu publicata est fides.

Elenchus

Elenchus singulorum 10. librorum de Demonstratione Euang.

Primi libri capita 10.

1 & 2 desyderantur. 3 absq; principio. Quod Mosaica lex uni Iudaicæ genti accõmodari poterat, & huic ipsi propriam terram incolenti duntaxat: quodq; idcirco altero propheta, alteraq; lege opus fuerit. *Christianismi et Iudaismi, uel utriusq; Testamenti collatio.*

4 Cur omnibus Iudæorum oraculis acceptis, eorum tamen uiuendi institutum recusauerimus.

5 Quisnam modus noui Testamenti, cuius Christus est author.

6 Quænã sit ea, quæ in nouo Testamento omnib. à Christo denuntiata est, uita.

7 Quomodo Christus, postquã ea quæ à Mose tradita sunt, plene obseruauit, nouæ rationis & legis introductor extitit.

8 Quod quæ Christianismum amplexa est uita, in duas species diuisa est.

9 Cur non ut prisci illi, ita nos quoq; numerosæ soboli operam damus.

10 Cur non ita nobis, quemadmodum priscis, incendere & sacrificare Deo terrestria permissum est.

Secundi capita 4.

1 Quod Hebræorũ prophetæ olim meliora de nobis externis gentibus nuntiauerint: cum demonstrationibus 11. ex prophetarũ testimoniis de gentiũ uocatione. *Hic liber maxime impugnat Iudæos.*

2 Quemadmodũ ijdem fore, ut in aduentu Christi, eius Dei qui olim à Iudæis solis cognoscebatur, cognitionem & cultum omnes gentes acciperent, uaticinati sunt: cum demonstrationibus 11. ex uetere testamento.

3 Quemadmodum in uocatione gentium per Christum facienda, Iudæorum gentem à ritu proprio cultuq; Dei cadere oportebat: cum demonstrationibus 12.

4 Quod non in omnem Iudaicam gentem, sed in paucos eorum duntaxat, diuinorum promissorum euenta peruenerint, cum demonstrationibus 25.

Tertij capita 9. quæ continent prophetica de Christo oracula.

1 Quod Hebræorum prophetæ Euangelium prædicauerint: uel, quod in ipso Christo Euangelij mentionem assumpserint. *Hic liber de Christi humanitate, & gestis agit.*

2 Quod ijdem de Christo uaticinati sint.

3 Aduersus eos, qui Christum seductorem fuisse calumniantur.

4 Nihil terrenum summo Deo incendendum aut sacrificandum esse, ex Porphyrio de abstinentia ab animatis.

5 Rursus de eodem, ex Apollonij Tyanensis Theologia.

6 De diuinioribus Christi gestis.

7 Quod non finxerint illius discipuli, sed uera narrauerint, quæ miracula ab illo gesta sunt: & Iosephi testimonium de Christo.

8 Contra eos, qui præstigatorem putant Christum fuisse.

9 Quod euidentia ipsa, & operum efficacia, illius diuinę uirtutis uim perspicue ostendat amatoribus ueritatis: & primum, Porphyrij testimonium de Christo.

Libri quarti capita 29.

1 De secreta dispensatione Saluatoris nostri. *De Christi diuinitate præcipue: & prophetarum de ipso præsagia.*

2 Christum ante omnem creaturam Dei filium esse.

3 Non plures Dei filij, sed unus de Deo Deus.

4 Ad constitutionem uniuersi præexigitur unici Dei filij antecessio.

5 Multæ creatæ diuinæ potestates, & una duntaxat filij, propter quam est imago patris.

6 A prima mundi constitutione Christus præsidet pijs mentibus.

7 Solis Hebræis olim cognitio Dei patefacta.

8 Gentes coluerunt astra quædam, quum hæc magis ad cognitionem creatoris hominem inuitare debuissent.

9 Satanæ potestas Deo inimica hominum genus seduxit.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [509] - 234v

10 Quomodo neceſſarius fuerit aduentus filij Dei ad homines.
11 Quomodo Chriſtus inter homines egerit.
12 Chriſtus immenſa ad nos charitate uictus, etiam mortuorũ animas reuocauit.
13 Natura diuina in aſſumpta humanitate lædi non potuit.
14 Chriſtus primitiæ glorioſæ noſtræ reſurrectionis.
15 & reliqua uſq; ad 27. Quàm multis ſcripturis Chriſtus nominatim, uarijs teſtimonijs prophetarum prædictus ſit.
27 28 29 Quod etiam Ieſu nomen, apud priſcos Hebræos in pretio fuit: & quod Ieſus Moſis ſucceſſor, & alter ſacerdos magnus filius Ioſedec, imaginẽ Saluatoris noſtri geſſerint.

Prophetiæ modus, & prophetarum teſtimonia de Chriſti diuinitate.

Libri quinti elenchus. Primum oſtendit, quiſnam modus fuerit, quo apud Hebræos prophetæ futura prouidentes cauebant. Deinde per capita 30. quàm multæ prophetiæ uoces, de diuina & omnia quæ facta ſint antecedente Saluatoris noſtri natura, mentionem fecerint. Cæterum errore librarij, qui exemplar Græcum, à quo hæc accepta ſunt, deſcripſit, ſecundi capitis inſcriptio & principium deſyderantur.

De cõmoratione Chriſti inter homines teſtimonia prophetica, per capita 25.

» Ex præfatione Euſebij in librum 6. Superiore libro, patrem quidem Deum
» unum eſſe conſtitit: alterã autem præter illum & cum illo perſonam eſſe, quæ om-
» nia quæ facta ſunt antecedat: quam & ſapientiam Dei primogenitam & unicum
» filium, Deumq; de Deo, & magni conſilij angelum, cœleſtis militiæ principem, pa
» tris adminiſtrum, Dominũ uniuerſi, denicq; uerbum & uirtutem Dei, diuina prius
» appellabant oracula. Reſtat ut prophetica etiam teſtimonia Deum ad homines
» fuiſſe uenturum, prædixiſſe oſtendamus. Cæterum inſignia teſtimonia quæ ex
uetere Teſtamẽto petuntur, et hic et alijs in libris, ſtatim ab initio capitũ ponuntur.

Libri ſeptimi capita 3.

1 Quiſnam modus acceſſionis dei ad homines à prophetis prędictus ſit, per tres Demonſtrationes ſecundum locos ſcripturæ.
2 Vbi terrarum Chriſtus oriturus fuerit, Demonſtrationes duæ:
3 & de quo genere progreſſurus, ſecundũ prophetas, demonſtratiões quinq;.

Octauus liber per uarios ueteris teſtamẽti locos, tempora Chriſti aduentus ad homines uere prædicta fuiſſe edidſerit. Diuiditur aũt in quinq; Demõſtrationes.

Nonus locos ſcripturæ producit, quibus ea prædicuntur, quæ ſecundum humanam à Chriſto aſſumptam naturã, adminiſtranda ei fuerunt, per Demonſtrationes 18. Decimi capita 2.

1 De Iuda proditore, & futura cum eo aduerſus Chriſtum conſpiratione, teſtimonia præſaga, per quinq; Demonſtrationes.
2 De ijs, quæ ſub Chriſti paſſionis tempus euenere, Demonſtrationes tres.

Sunt autem, quas Demonſtrationes uocat, nihil aliud, quàm loci ueteris Teſtamenti, & prophetarum teſtimonia, quæ mox prolixius Euſebij uerbis explicantur & illuſtrantur, per certa capitula: cum ipſæ maiorum capitum probandorum partes ſint. Hic ſanè ſcopus eſt totius operis, ut ueteris ac noui Teſtamenti conſenſus indicetur: & quæcunq; olim à prophetis & ab initio mundi de Chriſto prædicta ſint, omnia in ſolo Saluatore noſtro impleta eſſe: quo demonſtrato fidei Chriſtianæ per omnia ſæcula firmitas ac certitudo colligitur.

Hiſtoriæ eccleſiaſticæ, quam Euſebius deſcripſit, Ruffino interprete libri nouem, & duo additi per ipſum Ruffinum. Horum undecim librorum chartæ ſunt 30. in Baſilienſi æditione.

» Ex præfatione Ruffini ad Chromatium. Aggreſſus ſum exequi, ut potui,
» quod præceperas, certus quod excuſabit imperitiæ noſtræ culpas, præcipientis au
» thoritas. Sciendum ſanè eſt, quod Decimus liber huius operis in Græco, quoniam
» perparum habebat in rebus geſtis, per reliqua omnia in epiſcoporum Panegyricis

tractatibus

tractatibus nihil ad scientiam rerum conferentibus occupatus, omissis quæ uide-
bantur superflua, historiæ si quid habuit, Nono coniunximus libro, & in ipso Eu-
sebij narrationis dedimus finem. Decimum uero & Vndecimum librum nos
conscripsimus, partim ex maiorum traditionibus, partim ex his quæ nostra iam
memoria comprehenderat, & eos, uelut duos pisciculos suprascriptis panibus ad-
didimus. Quos si tu probaueris, uel benedixeris, pro certo confidã quod sufficient
turbis. Continet autem idem uniuersum opus res in ecclesia gestas à Saluatoris
ascensione, & deinceps. Nostri uero duo libelli à temporibus Cõstantini post per-
secutionem, usq; ad obitum Theodosij Augusti.

Capita istorum librorum, quoniã historiam continent, nec facile ad locos com-
munes, ut superiorum redigi possunt, breuitatis studio non adscribemus: præpo-
nuntur autem ea singulis libris in Translatione Ruffini. Verum ipsius Eusebij
præfationem, quæ communis argumenti loco sit, in medium proferre, operæpre-
tium uidetur. Ea igitur huiusmodi est.

Successiones sanctorum apostolorũ, & tempora quæ à Saluatore nostro ad nos
usq; decursa sunt, quæq; & qualia in his erga Ecclesiæ statũ gesta sunt: Qui
etiã insignes uiri in locis maxime celeberrimis Ecclesijs præfuerunt: Vel qui sin-
gulis quibusq; temporibus seu scribendo, seu docendo uerbũ Dei nobiliter adstru
xere: Quiq; etiã, uel quanti, uel quando, noua contra religionem dogmata pro-
ferentes, ad profundum erroris studio cõtentionis delapsi, falsæ scientiæ authores
præceptoresq; professi sunt, passim uelut lupi graues gregem Christi lacerantes:
Nec non & ea mala, quæ Iudæorum gentem pro insidijs, quas aduersus Saluatorẽ
moliti sunt, uastauerunt: quibus etiam modis, & quoties, quibusue temporibus
doctrina Christi & sermo diuinus à Gentilibus impugnatus est: Quantiq; his
tempestatibus usq; ad suppliciorum patientiam, & profusionẽ sanguinis pro uerbi
Dei ueritate certarunt: Sed & martyria nostris suscepta temporibus, atq; in his
Domini & Saluatoris nostri erga singulos quosq; unicum clementissimumq; sub-
sidium, scribere mihi uolenti, non aliunde sumendũ uidetur exordium, quàm ab
ipsa Dñi Iesu Christi præsentia corporali. Sed mihi quæso ueniam dari, &c. Ho
minum enim nulla, quibus possimus inniti, conspicimus præcessisse uestigia: nisi
q; sparsim singulorũ quorumq; temporũ, seu rerum gestarũ, ad nos usq; indicia ac
monumenta transmissa sunt, è quibus quædã nobis luminũ faces, uelut in obscuro
positis, eminus accenduntur, & tanq; à sublimi specula, quà nos gressum tendere
oporteat, ac uiam uerbi absq; errore dirigere, eorum uocibus admonemur. Quæ-
cunq; ergo proposito operi conuenire credidimus, ex his quæ illi sparsim memora
uerunt, eligentes, ac ueluti è rationabilibus campis doctorũ flosculos decerpentes,
historica narratione in unũ corpus redigere & coagmẽtare tentauimus: satis abun
deq; gratũ putantes, & si non omniũ, nobilissimorũ certe Saluatoris nostri aposto-
lorum successiones celebrioribus quibusq; ecclesijs traditas in unũ colligere: atq;
in ordinem modumq; digerere. Quinetiam spero, quod utilitatis plurimũ, ex rerũ
gestarũ cognitione, studiosis quibusq; noster hic cõferat labor. Quamuis iam de
his ipsis nonnulla etiam in Chronicis, id est, in eo opere, quod de temporũ ratione
conscripsimus, breuiter succincteq; perstrinxerim, plenius tamen in præsenti ope
re singulorum narrationem aperire tentabimus. Hæc ipse Eusebius.

Cæterum in prioribus quoq; nouem libris aliquando Ruffinus quædam admi
scet, præsertim ex Tertulliano, quæ non sunt Eusebij, id quod ferè marginũ scho-
lijs indicatur. Porrò authores, quorum testimonijs præcipue in his libris Euse-
bius utitur, & quorum scripta ad uerbum recenset, hi ferè sunt, Iosephus, Cle-
mens Alexandrinus, Egesippus, Irenæus, Iustinus, Gaius, Dionysius Corinthius,
& Alexandrinus, Polycrates, Ignatius, Polycarpus, Papias, Quadratus, Aristi-
des, Ariston Pellæus, Aphricanus, Philo, Apollonius, Polycrates, Musanus, Bar-

deſanes, Lugdunenſium & Vienenſium fratrũ epiſtola prolixa de martyribus aliquot, Imperatorum aliquot epiſtolæ ſeu edicta de Chriſtianis, Smyrnæorum epiſtola de Polycarpi martyrio, Origenes, & alij plures, ex quorum libris permulta in ſuum opus tranſtulit. Plurimorum etiam ſcripta ſolum recenſet, à quibus ipſe nihil mutuatur: Et ni fallor D. Hieronymus plærasq; eccleſiaſticorum ſcriptorum lucubrationes hinc accepit. Quomodo hanc hiſtoriam conſcripſerit, & alia plura, uide in Anthropologia Raph. Volaterrani prope finem libri 16.

Euſebij liber contra Hieroclem, qui ex Philoſtrati hiſtoria comparauit Apollonium Tyaneum Saluatori noſtro Ieſu Chriſto, Zenobio Acciolo interprete: charactis 4. & tribus quadr. in Baſilienſi. Eundem librum Latine excudit Gymnicus Coloniæ, 1532. in 8. cum Philoſtrati hiſtoria, & Aldus Græce olim Venetijs in fol. cum eadem. Reſpondet autem Euſebius hoc libello, non ipſis quidem ſermonibus Hieroclis, quos ille omnes ex alijs authoribus compilauerat: ſed ipſius Philoſtrati libros 8. ſingillatim confutat, & in fine Diſputatiunculam annectit contra fati neceſſitatem aduerſus eundem Philoſtratum.

D. Euſebij Chronicorum opus, Hieronymo presbytero interprete: cuius charactæ ſunt in Baſilienſi æditione 44. Idem typographus Baſileæ hoc opus ſeorſim antea excuderat, cum aliquot alijs Chronographis, & indice copioſo. D. Hieronymus in præfatione ad Vincentium & Galienum, primo docet quanti laboris ſit, quamq; difficile et moleſtũ ex Græcis bona Latina facere, ac obiter ad uarias Græcorum ex ſacris Hebræorum libris translationes digreditur: deinde multa dicit de numerorum ſignis in hoc opere uſurpatis, per uarios colores, ut ordinis ratio, regnorumq; tramites diſcrete obſeruarentur. Quibus hodie non indigemus, cum artis typographicæ beneficio omnia diſtincte formis imprimi liceat. Poſtremo
» de ipſo opere loquitur, his uerbis. Nec ignoro multos fore, qui ſolita libidine
» detrahendi omnibus, quod uitari non poteſt, niſi qui omnino nil ſcribit, huic uo-
» lumini genuinum dentem infigant. Calumniabuntur in tempora, conuertent or-
» dinem, res arguent, ſyllabas uentilabunt: Et, quod accidere plærisq; ſolet, negli-
» gentiam librariorum ad authores referent. Quos cum poſſem meo iure repercu-
» tere, ut ſi diſplicet non legant, malo breuiter placatos dimittere, ut & Græcorum
» fidem ſuo authori aſſignent, & quæ noua aſſeruimus, de alijs probatiſſimis uiris
» libata cognoſcant. Sciendum etenim, me eſſe & interpretis & ſcriptoris ex parte
» officio uſum, quia & Græca fideliſſime expreſſi, & nonnulla quæ mihi intermiſſa
» uidebantur, adieci, in Romana maxime hiſtoria, quam Euſebius huius conditor
» libri, non tam ignoraſſe, utpote eruditiſſimus, quàm ut Græca ſcribens, parum
» ſuis neceſſariam perſtrinxiſſe mihi uidetur. Itaq; à Nino & Abraham uſque ad
» Troiæ captiuitatem pura Græca tralatio eſt. A Troia uſq; ad uiceſimum Conſtan
» tini annũ nunc addita, nunc mixta ſunt plurima, quæ de Tranquillo, & cæteris il-
» luſtribus hiſtoricis curioſiſſime excerpſimus. A Conſtantini autem ſupra dicto an
» no, uſq; ad conſulatum Auguſtorum Valentis VI. & Valentiniani iterum totum
» meum eſt. Quo fine contentus, reliquum tempus Gratiani & Theodoſij latioris
» hiſtoriæ ſtylo reſeruaui: Non quò de uiuentibus timuerim libere & uere ſcribere:
» timor enim Dei hominum timorem expellit: ſed quoniam debacchantibus adhuc
» in terra noſtra Barbaris, incerta ſunt omnia.
» Ex præfatione ipſius Euſebij. In priore libro quaſi quandam materiã futuro
» operi omnium mihi regum tempora prænotaui, Chaldæorũ, Aſſyriorum, Medo-
» rum, Perſarũ, Lydorũ, Hebræorum, Aegyptiorũ, Athenienſiũ, Sicyoniorũ, Argi-
» uorũ, Lacedæmoniorũ, Corinthiorum, Theſſalorũ, Macedonũ, Latinorũ, qui po-
» ſtea Romani nũcupati ſunt. In præſenti autẽ ſtylo eadẽ tempora cõtra ſe inuicẽ po
» nens, & ſingularum gentiũ annos dinumerans, ut quid cuiq; coætaneum fuit, ita

curioſo

forte thesaurum

curioso ordine coaptaui. Neq; me fugit, in Hebræis codicibus dissonos ætatum an
nos inueniri, plusq; uel minus, prout interpretibus uisum est lectitari, sequendũq;
illud potius, quod exemplariorum multitudo in fidem traxit.

Ex initio totius libri Chronicorum Eusebij. Incipiunt tempora totius sæculi,
Regesq; gentium omnium, quibus locis, quibusq; temporibus, in suis prouincijs,
& quantũ regnauerint, uel si quid memoria dignum per generationes, natiuitates
& regna, & ducatus, per omnẽ actũ iudicum, & omniũ regum Iuda, & aliorũ qui
non ex eadẽ tribu regnauerunt, & per regnũ Assyriorũ, cæterarũq; gentiũ, & tem
pora Dictatorũ cum Consulibus ordinarijs. Sed & tempora Imperatorũ & Cæsa
rum, & quibus temporibus historiographos fuisse dixerũt, sed & successiones eo
rundẽ, quod per ordinẽ rerũ superius declaratũ est. Quorũ uniuersa tempora, ge
sta, siue apud Hebræos, uel apud Græcos, uel apud Romanos, siue apud Barbaros
cæterasq; gentes, quæ gesserũt, uel cõstituerunt per historias, in hoc libro plenissi
me demõstrantur, quod & in libro hoc historiæ singulæ cõscriptæ declarant deorũ
generationẽ, uel singulorũ progeniẽ, siue his temporibus ipsis antelatis quæ gesse
runt, & tẽpora Olympiadũ, ex quo primus agon Gymnicus cõstitutus, quod Græ
ci Olympias appellant. Et quo tempore aduẽtus fuit Saluatoris nostri Iesu Chri
sti, siue passio eius, simulq; & nomina episcoporũ ecclesiarũ numero quatuor, hoc
est, Romanorũ, Alexandriæ, Hierosolymorum, & Antiochiæ, qui per easdẽ ciuita
tes Metropoles prouinciarum episcopi, quantũ temporis singuli sederint, uel qui
eorũ episcopatus tempore sui martyrij coronatus sit, siue tempora persecutionũ,
quibus temporibus ecclesiæ dissipatæ sint. Sed & tempora regum Macedonum,
Alexandriæ, & quoto agone Olympiacorum, uel quibus temporibus seu consuli
bus finem Alexander fecerit Iudæis, uel Vespasianus insectionem siue destructio
nem templi eorum miserit, & tributa eis constituit.

Historia ecclesiastica Eusebij, seorsim quoq; excusa est Basileæ apud Frobeniũ
cum alijs quibusdam eiusdem argumenti.

Eusebij epistola de morte D. Hieronymi falsò ei inscripta in tomo 2. operum D.
Hieronymi habetur. Eras. Rot.

Eusebij Pam. opera, quæ Græce in bibliothecis Italiæ ce-
lebrioribus, seruantur.

Libri 15. de præparatione Euangelica, ut iam diximus.

De Euangelica demõstratione lib. 10. Venetijs apud Diegũ Hurtadũ Cæsaris lega
tum, qui & reliqua huius authoris ferè omnia habet, quæ hodieq; extãt: quæ sunt,
Historiæ ecclesiasticæ libri 9. aliâs 10.

Ecclesiasticæ theologiæ libri 3. aliâs 4. qui sunt Disceptatio cõtra Marcellũ Ancy-
Theologia euangelica. Historia euangelica. (rensem.

In uitam magni Constantini, de dogma. Græcorum. Aliâs, In uitam Constantini
sermones 5. Et alibi, De uita beati Constantini regis, libri 4.

In Constantinum regem Τριακονταετηρικός. Βασιλικός.

Alia oratio ἐπὶ τῷ προσώπου Κωνσταντίνου. Et hæc quidem omnia Venetijs habẽtur.

Hypothesis in Psalmos, Romæ in Vaticana.

Canones seu tabulæ decem de quatuor Euangelistarũ cõsensu, & Græce & La
tine cũ noui Testamẽti codicibus excusæ reperiuntur: de quibus Andreæ Osian-
dri iudicium, lege supra si libet, ab initio ferè præfationis in Harmoniam suam.

Eusebij Cæsariensis epistola ad Paulinũ Tyri episcopũ, qua defendit Arianã opi-
nionem de generatione filij Dei, præponitur Marij Victorini libris 4. de Trinitate
aduersus Arium. Versus 30. sunt in fol. apud Hen. Petrũ Basileæ cum alijs uarijs.

Primum pro Origene librum à se scriptum Pamphilo martyri inscripsit, ut com
modius tam eximij patroni sanctimonia libri περὶ ἀρχῶν, id est, de principijs, Roma
nis commendarentur.

De Euseb. diapha-
nia Basil. p. 231. a. m.

Eusebius, Meletius, Basilius, & reliqui, scribunt epistolã ad fratres & episcopos per Italiam ac Galliam: quæ est numero 69. inter Basilij & Gregorij epistolas.

EVSEBII Papæ decreta cum reliquis Pontificum excusa. Eiusdem (ni fallor) cum Recognitionibus Clementis, epistolæ tres impressæ sunt.

EVSEBIVS Arabius sophista, Vlpiani sophistæ æmulus. Suidas.

EVSEBII cuiusdam Ionici scriptoris multæ passim reliquiæ in Stobæi collectaneis saluæ sunt: primum quidem, in sermone De imprudentia, deinde plurimis alijs.

EVSEBIVS scripsit de crucis Domini mysterio & apostolorũ, præcipueq; Petri constantiam uirtute crucis, fidei uirtute adeptam. Gennadius.

T. cl. 420. EVSEBIVS Cremonensis monachus, & discipulus beati Hieronymi presbyteri, scripsit ad Damasum Portuensem episcopum, & Theodosium senatorem Romanæ urbis, satis elegans & prolixum uolumen,

De transitu S. Hieronymi, lib. 1. Reuerendissimo Da.

EVSEBIVS Emesenus episcopus, elegãtis & rhetorici ingenij, innumerabiles & qui ad plausum populi pertinent, confecit libros, magisq; historiã sequutus, ab ijs qui declamare uolunt, studiosissime legitur, è quibus uel præcipui sunt aduersum Iudæos, & gentes, & Nouatianos, & ad Galatas libri 10. & in euangelia homiliæ breues, sed plurimæ. Floruit temporibus Cõstantij imperatoris, sub quo & mortuus, Antiochiæ sepultus est. D. Hieronymus. Ioan. Trittenhemius eum claruisse scribit anno salutis 350.

T. cl. 450. EVSEBIVS episcopus Mediolanen. Pontifici Leoni familiaris, pro fide catholica contra hæreticos fortiter pugnans & scribens: fertur nonnulla ædidisse opuscula, sed ad notiam meam non uenerunt. Vidi enim unam eius duntaxat epistolam, quam in causis fidei scripsisse dicitur:

Ad sanctum Leonem Papam, epi. 1. Reuersus Domino annuẽ.

EVSEBIVS natione Sardus, & ex Lectore urbis Romanæ, Vercellensis episcopus, ob confessionem fidei, à Constantio principe Scythopolim, & inde Cappadociam relegatus, sub Iuliano Imperatore, ad ecclesiam reuersus, ædidit in Psalmos commentarios Eusebij Cæsariensis, quos de Græco in Latinum uerterat. Mortuus est Valentiniano & Valente regnantibus. D. Hieronymus.

T. M. 1285. EVSTACHIVS, qui & Bonauentura de Balneo regio natus, ordinis fratrum minorum minister generalis, ac deinde episcopus Albanensis, & Romanæ ecclesiæ Cardinalis, Alexandri de Ales quondam auditor, scripsit opera docta & deuota, nempe:

Super sententias,	lib. 4.	Profunda fluuiorum.
Breuiloquium,	lib. 7.	Flecto genua mea ad.
Soliloquium,	lib. 1.	Dic quæso ô homo si.
Itinerarij mentis in deum,	lib. 1.	In principio primum.
Lignum uitæ,	lib. 1.	Christo confixus sum.
Exhortatorius ad fratrem,	lib. 1.	Quoniam dilecte mi frater.
De reductione artium, &c.	lib. 1.	Omne datum optimum &.
Regimẽ cõscientiæ. i. paruũ bonũ,	lib. 1.	Ecce descripsi eam tibi.
Itinerarij mentis in seipsum,	lib. 1.	Compendium scripturarũ, lib. 1.
De institutione nouitiorum,	lib. 1.	
Centiloquium,	lib. 4.	Malum considerare occur.
Pharetra siue scintillarium,	lib. 4.	In conuersionis meæ præ.
De paupertate Christi contra Guil.	lib. 1.	Quæstio est de pauper.
De 5. festis infantiæ Christi,	lib. 1.	Cum secundum uirorum uenera.
De 7. donis spiritus sancti,	lib. 1.	Primum omnium necesse ha.
De excellentia eucharistiæ,	lib. 1.	De sex alijs seraphin, lib. 1.
Ad Blancam ducissam,	lib. 1.	

Illumi.

Illuminationū insigne opus,	lib. 1.	In medio ecclesiæ ape.
De trib. ternarijs peccatorū,	lib. 1.	Tres sunt ternarij pec.
De 7. gradib. contēplationis,	lib. 1.	Contemplatiuorum aquili.
De profectu religiosorū,	lib. 1.	Si uis in spiritu proficere.
De decem præceptis,	lib. 1.	Si uis ad uitam ingredi.
Apologia pauperum,	lib. 1.	Summi legislatoris.
Super oratione dñica,	lib. 1.	Pater noster. Oratio hæc præui.
Legenda S. Francisci,	lib. 1.	Apparuit gratia dei sal.
Cōstitutiones sui ordinis,	lib. 1.	In Genesim 7. uisionum, lib. 1.
In euangelium Ioannis,	lib. 1.	In principio, &c. Circa.
In euangelium Lucæ,	lib. 1.	Spiritus domini super me. Consi.
De trib. quæstionibus,	lib. 1.	In nominato magistro.
De sandalijs apostolorum,	lib. 1.	Quoniam secundum apostolū Ioan.
De passione domini,	lib. 3.	Currite gentes undiq.
Sermones per annum,	lib. 2.	Epistolæ plures ad diuersos.

Alia insuper nonnulla ædidit, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

* Eustathij Albanensis episcopi aliquid excudisse Petrum Quentel Coloniæ, in catalogo quodam reperi: sed melius scriberetur Eustachius uel potius Eustochius, si Bonauenturam Latine interpretari libeat.

EVSTATHIVS, genere Pamphylius Sidites, primum Bercææ Syriæ, deinde Antiochiæ rexit ecclesiam, & aduersus Arianorum dogma componens multa, sub Constantio principe pulsus est in exilium Traianopolim Thraciarum, ubi usq; hodie † conditus est. Extant eius uolumina de Anima, de Engastrimytho aduersus Origenem, & infinitæ epistolæ quas enumerare longum est. D. Hieronymus. Ioan. Trittenhemius ait eum claruisse anno Domini 330. & episcopum Antiochiæ fuisse 23. post Petrum. † ἐνάρξω.

EVSTATHIVS Albanensis episcopus, uide Eustachius.

EVSTATHIVS Epiphaneus Chronicā epitomen scripsit ab Aeneæ sæculo usq; ad Anastasium regem, tomis nouem. Suidas.

EVSTATHIVS à Knobelsdorf Prutenus Lutetiam Parisiorum carmine descripsit. Vuechel Parisijs in 8. 1543.

EVSTATHIVS Sebastianus Macedonianam sectam incœpit, cum Basilio Ancyrano episcopo eiusdem urbis. Suidas.

EVSTATHIVS præsul, patria Constantinopolitanus, in Homerum & Dionysium poëtas commentarios ædidit. Emicuit ab hinc annos ferè 300. Raph. Volaterranus.

Commentarios Græcos huius authoris in poëma Dionysij de situ orbis Venetijs manuscriptos uidi in ædibus Cæsarei legati Diegi Hurtadi; & historiam quandam amatoriam, quæ inscribitur, Καθ' ὑσμινίαν & ὑσμίνην, ibidem.

Opusculum de dialectis apud Homerum, minus charta 1. impressum ab Aldo in libro Cornucopiæ inscripto: In quo etiam Lexicon habetur difficiliorū uerborum, quæ Varinus Camers, ex multis quidem Grammaticorum, præcipue autem Eustathij scriptis collegit, ordine alphabeti.

Eustathij archiepiscopi Thessalonicæ in Homericæ iliadis primos quinq; libros παρεκβολαί, Græce excusæ Romæ, 1542. in fol. chartis 155.

Ex præfatione Eustathij.

Institutum mihi adlubescit iliadem pertractandi, & utilium rerum copiam eius studioso exhibendi: non inquam uiro docto, ut quem nihil huiusmodi subterfugere probabile sit, sed tyroni nuper discere incipienti: aut forsan illi quoq;, qui iam quidem didicerit, reminiscentia autem opus habeat. Hoc igitur ago, & utilia quæq; apto ordine colligo: Non ut omnia hic complectar omniū huius poëtæ in-

terpretum: quippe qui labor inanis, superuacuus, & non facile absoluendus foret: sed ut qui cognoscere cupit, suo loco disposita reperiat ea, quæ non superflua mihi uisa sunt: puta, sensus uel orationē solutam scribenti utiles: & rhetoricas circumductiones in loco exprimere uolenti: methodos conuenientes, quarum subiosus & imitatione iuuetur aliquis, et poëtæ artificium demiretur: & dictiones, plures quidem etiam prosæ idoneas: sæpe uero duras quoq; & asperas, & poëticas, quæ nisi certiori suæ originis significatione explicentur, propositus locus manebit obscurus: Dicta insigniora, quibus non raro Homerica poëtis exornatur: Historias, non eas modo quibus poëta ex professo utitur, sed latius interdum ex aliorum scriptis desumptas: Ad hæc fabulas, alias quidem simpliciter ut proponuntur, citra penitiorem contemplationē, & nudas: alias uero cum allegorica declaratione, & altiori recondíti sensus interpretatione: Et alia innumera, quorū cognitio & honesta, & ad uitam utilis est, atq; ea non solum compendiose, uerum omnino uarie. Itaq; si quis absq; inuidia toto hoc opere perspecto modeste dixerit, conatum hunc nostrum haud prorsus infructuosum esse, ille opinor non mentietur. Erit enim hæc adolescentibus non spernenda instructio & lectionis exercitatio, ad Homericā Iliadem utilis: siue quis seorsim hoc opus euoluere uoluerit, siue unà cum Iliadis lectione ipsum consyderare, an satis scopum ipsius attingat. Ad hæc totum hoc uolumen non uno cōtextu & continuo ductu siue corpore citra interuallum extenditur, ita ut hac perpetuitate Lectorem fatiget, & difficilis inuentu sit propositus finis: sed utilia singula seorsim per se disposita sunt, sic ut uno finito nouus transitus ad aliud argumentum fiat. Et ita qui in hoc opere uersatur sæpius, tanquam diuertens, respirat & quiescit: Quod & in commentarijs super Dionysium de situ orbis, itemq; super Odysseam obseruatū à nobis est. Nam in illis quoq; simili modo usi sumus, utiliora quæq; delectu habito seorsim apto ordine considerantes, non tamen cum nimis prolixa interpretatione, ne quis laborem contemnens irrideat, & nihil nouum à nobis adferri obijciat, quando nunc etiam aliquis forte parum candidus id faciet, & ea quæ apud alios eleganter dicta sunt, hic repeti existimans, nihil sacri iuxta prouerbium, hoc opus esse dicet. Verum iste sciat se male iudicare, ut ne quid amplius in laudem nostram cum prouerbiali illo Astydamante loquamur. Quod si etiam ille, qui ita sentit, recte forsan iudicauerit, nos tamen nihilominus hanc lucubrationem aggrediemur, ut si non alijs, at saltem illis qui ad eam suscipiendam impulerunt, gratificemur, impositum nostris humeris onus sine obmurmuratione portantes. Hucusq; Eustathij uerba, utcunq; à nobis ex tempore reddita.

» Ex præfatione typographi. Ab ijs potissimum incipiendum duximus, qui
» & propter copiam exemplorum, & propter recentiorem ætatem, atq; (ut etiam ar-
» bitror) propter nescio quem casum, emendati ferè ædi poterant. Quo in numero
» cum se mihi primus Eustathius obtulisset, non sum aspernatus: sed cum propter
» ipsius multiplicem uariamq; in omni genere disciplinæ copiam, tum multo magis
» propter Homeri ipsius claritatem, quasi omen secutus: eum primum ædere uolui,
» qui ipse primum poëtarum interpretatus esset, &c. Deinde promittit, si hæc studiosis arriserint, reliquos etiam commentarios (qui integri in Iliadē simul & Odysseam adhuc in Italia extant, & alibi, & apud Diegum Hurtadum Cæsaris legatum Venetijs) se publicaturum, cum utilissimo totius operis indice. Sed quoniam officina ista (ex qua Theophylactum quoq; in Euangelia accepimus) à Cardinali quodam egregie instituta, nescio quas ob causas mox dissoluta est, quod ex Nicolao Sophiano eiusdem præfecto, certo Venetijs cognoui, non est quod studiosi frustra spem aliquam ex ista præfatione sibi concipiant.

EVSTOCHIVM: uide Paula.

EVSTOCHIVS sophista Cappadox, tempore Constantis regis de antiquitate Cappadociæ

padociæ & aliarum gentium ſcripſit.

EVSTRATII Metropolitæ Niceæ commentarij Græci in ſecundum librum poſteriorum Analyticorum Ariſtotelis, excuſi Venetijs apud Aldi Manutij hæredes, anno 1534. in fol. chartis 34. cum Ioannis Grammatici commentarijs in utrūq; librum poſteriorum, & anonymi cuiuſdam in ſecundum.

Euſtratij Cōmentarij in Ariſtotelis librorū de moribus ad Nicomachū, primū, ſextum, & duos poſtremos: & in ſecundum ac tertium anonymi cuiuſdam: uel iuxta alios, Aſpaſij in ſecundum, quemadmodum etiam in quartum & ſeptimum: Michaëlis autem Epheſij in quintum. Opus excuſum Venetijs in fol. anno 15. Nuſquam autem ulla Euſtratij præfatio legitur, niſi in Expoſitione ſuper ſexto libro Ethicorum ad reginam quandam, in cuius poſtulantis gratiam, etſi iam ſenex & ualetudinarius (ut inquit) hos cōmentarios ſcripſit: in primum librum, & ſextū, & ſeptimum, in quem tamen nihil extat, quod excuſum ſit, ſi modo recte illic ſcribitur: de duobus autem ultimis eo loco mentionem nullam facit.

Euſtrathij (niſi fortè legendum ſit Euſtathij, quod magis placet) Cōmentarij in Homeri Batrachomyomachiam, alicubi extant in Italia manuſcripti, cum quibus idem poēma locupletius & caſtigatius habetur.

Euſtratij & Maſtoris dialogus, quomodo orandæ ſint ſanctorū imagines, Græce extat, Romæ opinor: neſcio an Euſtratij, aut alterius authoris.

EVTECNII ſophiſtæ paraphraſim Græcam in Alexipharmaca & Theriaca Nicandri, & in quædam Oppiani, uidelicet de piſcatione & uenatione libros, uidi Venetijs (apud Arnoldum Paraxylum Arlenium, in ædibus illuſtris uiri Diegi Hurtadi Cæſarei legati) in uno uolumine, adſcripto ubiq; ſi bene memini, Eutecnij nomine: præterquam in paraphraſi eiuſdem Oppiani poēmatis de aucupio, quam propediem (Deo uolente) inde nactus deſcriptam in lucē dabo, dubius interim an Eutecnio authori attribuenda ſit.

EVTOCII Aſcalonitæ commentarij Græci in primum & ſecundum libros Archimedis de ſphæra & cylindro. In circuli dimenſionem. In primum & ſecundum æqueponderantium. Impreſſi Baſileæ apud Ioannem Oporinum cum Archimede Græco.

EVTOLMIVS I.C. uide Tribonianum.

EVTOLMII tetraſticha duo, libro 3. Florilegij, & diſtichon libro 6. ubi & Illuſtrij cognomen additur ſect. 25.

EVTROPIVS epiſcopus Valentinæ eccleſiæ, quondam abbas monaſterij Sirbitani ordinis ſancti Benedicti, cum adhuc eſſet abbas, ſcripſit ad Licinianū epiſcopum cur baptizatis infantibus poſt hæc tribuatur, Chriſmatis unctio. lib. 1. De coërcione monachorum, lib. 1. Et plures epiſtolas ad diuerſos. T. cl. 600.

EVTROPIVS presbyter ſcripſit ad duas ſorores ancillas Chriſti, quæ ob deuotionē pudicitiæ & amorem religionis exhæredatæ ſunt à parētibus, epiſtolas in modum libellorum conſolatorias, eleganti & aperto ſermone duas, non ſolum ratione, ſed etiam & teſtimonijs ſcripturarum munitas. Gennadius.

Eutropij monachi & presbyteri extant iſta, nobis duntaxat titulis nota, Ad uirgines duas ſorores, lib. 2. Chronicorū uſq; ad ſua tēpora, lib. 1. T. cl. 370. uel, ut alij 430.

Eutropij de geſtis Romanorum libros 10. cum Commentarijs Cæſaris, & Pauli Diaconi libris 8. ad Eutropij hiſtoriam additis, Aldus Venetijs excudit in 8.

Eutropij inſigne uolumē, quo Romana hiſtoria uniuerſa deſcribitur, ex diuerſorum authorum monumentis collecta. Quanto uero maior codicum ſynceritas eo tempore fuit, quàm eſt hodie? Itaq; non pauca leguntur hic emendatius multo quàm in æditionibus quorundam hiſtoricorum, quæ uulgo circūferuntur. Id docebit uel Sex. Aurelij Victoris libellus, ut de epitome Eutropij ad Valentem Aug.

ſileatur. Additæ ſunt Græcorum imperatorum uitæ de rebus in Oriente & Conſtantinopoli, Perſia, Arabiaq; geſtis, de quibus hactenus Latinis parum conſtabat. Quidam annales Conſtantinopolitanos appellant. Opus indignum certe quod in tenebris tam diu delituerit. Item, Pauli Diaconi de geſtis Langobardorum libri 6. Et hic quidem titulus eſt uoluminis impreſſi Baſileæ in officina Frobeniana, anno 1532. in folio: chartis 113.

» Ex præfatione Sigiſmundi Geleníj. Hoc hiſtoriæ Romanæ cõpendium exordio ſumpto à priſcis Latinorum regibus, urbisq; cunabulis, per regum, conſulum, ac Cæſarum tempora uſq; ad Carolum Magnum decurrens, res populi Romani pace belloq; geſtas continet: quicquid in ea republica ſalubriter inſtitutum, multiformesq; adminiſtrandi mutationes: ſeditiones quoq; inteſtinas: tum bella, primo cum Italiæ populis, deinde cum externis regibus & gentibus clariſſimorũ ac fortiſſimorum ducum geſta. Et paulò inferius. Catalogus principum Romanorum in hoc uolumine contentorum, octoginta habet. Superiora tempora Eutropius in compendium redegit: ſi quid ab eo prætermiſſum eſt, ex Oroſio, & aliis ueteribus, ſuppletum uidetur. Idem Eutropius Cæſarum ſeriem & geſta uſq; ad ſua tempora ſubiecit: qua in re Sex. Aurelium potiſſimum, ut apparet, ſequutus eſt: à cuius fine rem proſequutus Paulus Diaconus, uir ut eo ſæculo doctiſſimus, uſq; ad Iuſtinianum Aug. deduxit. Reliquum ἀνεπιτόμως, ex Græco quo piam uerſum ſtilus indicat: ea ſanè pars Latinis hactenus non peruulgata, uarias fortunæ uices, mirasq; rerum mutationes continet, omnium ferè regnorũ ac gentium, quarum nunc in Europa Aſiaq; clara nomina, Turcarum in primis & Saracenorum, atq; illorũ impiæ religionis origines ſimul & ſucceſſus recenſet: tum ſi quæ res nouæ circa pietatem Chriſtianã ab hominibus temerarijs tentatæ: qualis eiconoclaſtarum in Oriente furor, quo non unus imperator correptus eſt: atq; alia cognitu iucundiſſima innumera. Sed Græcus ille, quiſquis fuit, in rebus ſuæ gentis occupatior, res Occidentis parcius attigit: ne uero hac parte quidquam deſyderes, quid interea Langobardi in Italia geſſerint, ex Paulo Diacono eius gentis hiſtoriographo pete. Hæc ille.

Eutropius Valenti Maximo perpetuo Auguſto.

» Res Romanas ex uoluntate manſuetudinis tuæ, ab urbe condita ad noſtram memoriam, quæ in negocijs uel bellicis, uel ciuilibus eminebant, per ordinem tempora breui narratione collegi ſtrictim: additis etiam ijs, quæ in principum uita, egregia extiterunt: ut tranquillitatis tuæ poſſit mens diuina lætari, prius ſe illuſtriũ uirorum facta in adminiſtrando imperio ſequutam, quàm cognoſceret lectionẽ.

Eutropium item hiſtoriæ ſtudioſus leget, qui epitomen confecit rerum Romanarum à Iano ad Iouianũ Cæſarem. Ioan. Lodouicus Viues lib. 5. de diſciplinis.

ἀνεπιτόμως. Eutropius Italus ſophiſta, Romanam hiſtoriam † egregie Italica lingua conſcripſit, & alia quædam. Suidas. Hoc ſanè mirum mihi uidetur, qui fiat, quod uſq; ad Anaſtaſium imperatorem, omnes anni Romani imperij ab urbe condita numerentur, poſt Anaſtaſium autem ab incarnatione Domini. Certe hinc occaſio datur ſuſpicãdi à diuerſis authoribus hæc ſcripta eſſe: & fortaſſis ſuperiora ad Euſtathium Epiphaneum referri poſſe coniiciat aliquis: quem itidẽ Suidas ab Aenea ad Anaſtaſium uſq; hiſtoricam epitomen ſcripſiſſe teſtatur: Atqui Eutropius ſimiliter Epitomen ſcripſit, ab Aenea incœpit: & ad Anaſtaſium uſq; eandem numerandi rationem ſeruat: quare fieri poteſt, ut Græca Euſtathij ſcripta tranſtulerit. Sed hæc noſtra ſit qualiſcunq; coniectura.

EXEVTHYCLIS Aſotis ſiue epiſtola, ſenarij duo apud Athenæum libro 3. Suidas quoq; ex Athenæo eius meminit.

EVTHYDEMI Athenienſis opſartytica, id eſt, condimentarios libros, deq; oleribus & ſalſamentis Athenæus allegat.

De

De EVTHYDEMO Apollonij præceptore, Suidam si libet, legito.

EVTRANDVS Ticinensis ecclesiæ diaconus, natione Italus, ex Papia ciuitate oriundus, Berengariæ regis Italiæ quondam scriba & secretarius, Græco & Latino sermone peritus: scripsit insigne opus historiam sui temporis & tyrannidem ipsius Berengarij continentem, quod quasi pro uicissitudine iniuriarum ab eo perceptarum prænotauit, T. cl. 950.

Antapodosim, id est retributionem, lib. 7. Regnantibus, imò sæuien.

De aliis nihil uidi, & si plura composuisse præclara feratur. Scripsit autem præfatũ uolumen ad Regimundum episcopum Liberitanæ Hispaniarum ecclesiæ, in quo aliquando carmine utitur, aliquando Græco sermone, multa de Germanorum gestis interserens.

EVTYCHES, author epistolæ secundæ lib. 1. apud Cyprianum cum aliquot aliis coẽ piscopis.

De EVTYCHE hæretico, uide Suidam.

EVTYCHIANI Papæ decreta, cum cæteris impressa: & epistola eius unà cum Recognitionibus Clementis.

EVTYCHI cuiusdã, auditoris Prisciani, libellus de arte uersificandi extat, nescio an impressus.

Eiusdem de discernendis cõiugationibus libri 2. quorũ prior (ut ipse scribit) obseruationibus instruitur generalibus, alter indicio finalitatis, speciales exequitur regulas. Impressi Tubingæ in 4. 1537. chartis ferè 6. cum M. Victorini & Seruij quibusdam operibus.

EVTHYMII monachi Zygadeni enarratio in omnes Psalmos, Græce extat Romæ in Vaticana. Nam Veronæ commentarij solum in septem Psalmos excusi sunt. Vide in Ioan. Heutenio.

Idem Euthymius studiose collegit interpretationem Pauli epistolarum ex Chrysostomo, & aliis patribus diuersis: quod opus Græcum itidem Romæ seruatur.

EVZOIVS apud Thespesium rhetorẽ, cum Gregorio Nazianzeno episcopo, adolescens Cæsareæ eruditus est, & eiusdem urbis episcopus, plurimo labore corruptam bibliothecã Origenis & Pamphili, in membranis instaurare conatus est. Ad extremum sub Theodosio principe ecclesia pulsus est. Feruntur eius uarij multiplicesq; tractatus, quos nosse perfacile est. D. Hieronymus.

EYTEL Vuolfus de Lapide, uir nobilis, natione Teuthonicus & Sueuus, scripsit ad T. cl. 1494.

Georgium de Lapide auunculum suum,

De laudibus heroum & uirorum illustrium, lib. 1. Epistolare cultissimum.

Et alia quædam. Viuit adhuc hodie sub rege Maximil.

EZECHIEL (secundum Hebræos scribitur Iehezkel) propheta fuit in Chaldæa, iuxta fluuium Chebar suam exordiens prophetiam, sub Iechonia rege Iehuda unà cum reliquis Iehudæis in captiuitatem ductus: fuitq; eodem tempore quo Iirmeia, nisi quod ille Ierosolymis, hic autem in Chaldæa prædixit Iehudæorum futuram calamitatem. Sebast. Munsterus in suis cõmentarijs. Vitam eius Epiphanius descripsit. Liber prophetiæ eius diuiditur in 48. capita.

EZRAS, uel Esras, uel Esdras, librum scripsit, qui Paralipomenis in ueteri Testamento subijcitur, & in capitula 55. diuiditur: quamuis aliqui in duos libros diuidant, & priori decem solum capita tribuant. Ex præfatione D. Hieronymi interpretis. Nec quenquã moueat quod unus à nobis liber æditus est: nec Apocryphorum tertij & quarti libri somnijs delectet: quia & apud Hebræos Esdræ Neemiæq; sermones in unum uolumen coartantur: & quæ non habentur apud illos, nec de 24. senibus sunt procul abijcienda.

NOMINA ET LVCVBRA-

TIONES AVTHORVM AB F

litera incipientium.



FABIANI Papæ decreta, cum cæteris Pontificijs excusa Coloniæ.

FABIANVS de Grochis I. C. scripsit de inoff. test. Autenti. Nouissima.

FABIANVS de monte S. Sabini scripsit de alienatione rerum ecclesiasticarum, In tractatu de emptio. Item, De emptione & uendit.

FABIVS Eugubinus scripsit in paragr. Vnde liberi. l. Qui se patris: secundo Cod.

F. P. FVLGENTIVS, in Fulgentio dicetur: non satis enim scio an per F. literam Fabius hic designetur: cum id prænomen huius uiri integrum nondum legerim.

FABIVS Marcellus, Gargilius Martialis, Iul. Capitolinus, &c. ex antiquis Latinis principes Romanos descripsere. Raph. Volaterranus ab initio libri 23.

FABIVS Sabinus uetus I. C. Heliogabali tempore: sed ambigitur an Sabinus pater ipsius libros scripserit Iuris ciuilis 3. Epistolarum 8. Ex Proculo singularem: quibus addit Riuallius, Responsorum 3. Ad Vitellium 20. Digestorum. Ad edictum prætoris urbani quinq. Vide in Vitis iureconsultorũ per Bernardinum Rutilium.

FASTIDIVS Britanniarum episcopus, scripsit ad Fatalem quendam de uita Christiana librum 1. & alium de uiduitate seruanda, & sana Deo digna doctrina. Gennadius. Claruit, secundum Ioan. Trittenhemium, anno salutis 420.

Fausta Theodosij Imp. coniux. Dav. Chytræus in Chronol.

FAVSTINVS presbyter, scripsit ad personam Faceliæ reginæ aduersum Arianos & Macedonianos, libros 7. his eos maxime scripturarum testimonijs arguens & conuincens, quibus illi prauo sensu utuntur ad blasphemiã. Scripsit & librum, quem Valentiniano, Theodosio, & Archadio imperatoribus pro defensione suorum, cum Marcelliano quodam presbytero obtulit: Ex quo ostenditur Luciferiano schismati consensisse, quia Hilarium Pictauiensem, & Damasum urbis Romæ episcopum in eodem libro culpat, quasi male consuluerit ecclesiæ, quod præuaricatores episcopos, in cõmunionem & sacerdotium, pacis recuperandæ gratia recepissent, quod Luciferianis ita displicuit recipere. Gennadius. Claruit secundum Ioan. Trittenhemium anno 390.

FAVSTINVS quidam apud Cyprianũ lib. 1. secundæ epistolæ author, cum aliquot alijs coëpiscopis. Faustini cuiusdam opuscula extare alicubi legisse mihi uideor.

T. cl. 600. FAVSTVS monachus & discipulus S. Benedicti, natione Italus, septem annorum puer S. Benedicto oblatus fuit à parentibus: à quo tandem post perfectam regularis propositi institutionem, cum beato Mauro missus fuit in Galliam ad construendum cœnobiũ, ubi in magna sanctitate multis annis conuersatus, mortuo S. Mauro ad montem Cassinum reuersus est. Petentibus autem fratribus, scripsit ad Bonifacium Pontificem,

Vitam S. Mauri abbatis lib. 1.

T. cl. 490. FAVSTVS ex abbate Lirinensis monasterij, episcopus Regiensis in Gallia, Pelagiano errore fœdatus, unde & opuscula eius inter apocrypha computantur, sicut patet 15. di. Sancta Rom. Tandem à beato Fulgentio Ruspensi episcopo correptus ad ueritatem catholicæ fidei reuersus est, in cuius rei argumentũ egregium uolumen ædidit contra pristinos errores, quod inscripsit,

De gratia dei,	lib. 1.	Feruntur eius & sequentia.
Aduersum Arrianos,	lib. 1.	Contra Anthropomorphitas, lib. 1.
De spiritu sancto,	lib. 1.	Fides catholica in uni.

Ad

Ad Gratum diaconum contra Nesto. lib. 1. Ad Felicẽ præfectum, lib. 1.
Homiliæ plures ad populum. * Vide plura apud Gennadium.
* Fausti episcopi de ratione fidei liber, in quo etiam aliquot loci inuicem conferuntur. Hen. Petrus Basileæ, 1528. in fol. paginæ sunt 3. unius chartæ. Liber scriptus uidetur contra Arianos: respondetur enim interroganti de hisce quæstionib.
Cur pater filio maior dicatur. De uirginea generatione Mariæ.
De Christi gemina Dei hominisq; substantia.
Quid respondendum eis, qui spiritum sanctum dicunt minorẽ Deum, aut quod sceleratius est, ministerialem magis quàm Deum, abrupta impietate pronunciant.
Et his, qui dicunt: Non potest non prior esse pater, qui prior in baptismo nominat.
Et his, qui dicunt: Ideo sanctus spiritus non est Deus, quia nihil operatus est quasi Deus.

Faustus existimari potest author libri tacito nomine conscripti, contra quem Claudianus 3. libros de statu animæ ædidit, cum quibus hic etiã excusus est: cum sequente Petri Mosellani epistolio, ad quod Lectorem remitto.

FAVSTVS epistolæ 4. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coëpiscopis, lib. 1.

FAVSTI Manichæi uerba cum refutatione diui Augustini, leguntur in sexto Tomo operum Augustini per 33. disputationes siue libros. Vide supra fol. 120. a.

FAVSTI à Timida regia confessoris uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

FEDERICHVS, uide Fridericus.

FELDII Alexandrini uerba de splene Constantinus Africanus citat libro 5. ca. 12.
De cognitione & curatione morborum.

FELINVS Sandeus, ex nobilissima Sandeorum familia, patria Ferrariensis, utriusq; iuris doctor consummatiss. ab Innocentio octauo Romam accitus Rotæ collegio (ubi ardua & maximi momenti tractantur negotia) præficitur. Qui & si mille negotijs, tum illic, tum in summi pontificis consultationibus occuparetur, attamen cum ingenij propè diuini & consummatissimæ in utroq; iure esset prudentiæ, multa in eo opuscula & commentaria ædidit. Et ea quidẽ ita dilucide, ita docte, ita exacte, ut omnes huius disciplinæ nodos enodauerit, obscura in lucem restituerit, dubia recto adhibito iudicio, facilia & peruia reddiderit, in quo nõ paruum nostris iuris peritis attulit adiumentum. Quæ autẽ emisit, subnectuntur: T. *in appẽdice.*
Primo super libros Decretalium Grego. De constitutionibus.
De rescriptis. De officio ordinarij. De Maio. & obedien.
De Treug. & pace. De Lite contesta. De probatio.
De Testibus. De Testibus cog. De fide instrumentorum.
De præsumptionibus. De iureiurando. De exceptionibus.
De præscriptoribus. De Senten. & re iudicata.
De appellationibus, De accusat. & inquisitionibus.
Additiones in Decretum ad initiatum ab abbate opus.
De iure patronatus tractatus unus.
De indulgentia plenaria sermo, cuius thema est: Hodie mecũ eris in paradiso, &c.
In historia libellus unus de regibus Neapolitanis.
Sunt & alia eius commentaria.
* Felinus in patria Ferraria & Pisis, publice multis annis Ius ciuile, tanta diligentia tantoq; iudicio docuit, ut suo tempore omnibus professoribus fuerit prælatus. Itaq; & plurimos auditores sectatoresq; habuit, & celeberrimi in Italia nominis fuit. Reliquit doctissima ingenij sui & longe utilissima monumẽta, quæ nota sunt.
Ioan. Fichardus. Inuenio præter superiora eius scripta citari, Quomodo puniatur conatus, Quando literæ apostolicæ noceant patronis ecclesiarũ. In primum Decretal. Rubr. De electio. c. licet deuitanda: & dist. 1. c. Ius generale. Com-

mentarij eius in libros Decretalium impressi sunt.

FELIX nomen proprium apud Latinos, à nonnullis per œ diphthongum scribitur: nos maluimus per e longum: nam & apud Græcos in historijs Latinorũ φήλιξ per ῆτα legimus.

T.M.491. FELIX Papa tertius, natione Romanus, synodum Romæ celebrans, multa ad ecclesiasticam utilitatem constituit, & scripsit,

Decretum synodale, lib. 1. Flauio Boëtio, mi. conn.

Epistolas decretales plures, lib. 1.

* Felicis Papæ decreta, excusa Coloniæ cum reliquis Pontificijs: reperiuntur autem in eo uolumine tribus locis, fortè trium huius nominis Pontificum.

Felicis epistola 1. cum recognitionibus Clementis.

Felicis Papæ rescriptum Athanasio & episcopis Aegyptiorum de infestationibus Arianorum, extat.

FELIX quidam author trium epistolarum apud Cyprianum, cum aliquot alijs coëpiscopis. Sunt autem epistolæ, secunda, quarta, & duodecima, lib. 1. Cæterum in eo uolumine apud Cyprianum, quod de baptizandis hæreticis episcoporũ sententias continet, multi Felices, sed cognominibus distincti, leguntur. FELIX ab Accurra, FELIX à Bigai, FELIX à Bussaccenis, FELIX à Gurgitibus, FELIX à Mazrazana, FELIX ab Vtina.

FELICIS Manichæi uerba cum refutatione Augustini in sexto eius operum Tomo leguntur. Vide supra fol. 120. a.

FELIX Malleolus Heluetius Tigurinus, decretorũ doctor & Cantor ecclesiæ quondam in patria, claruit anno Domini, 1454. Opuscula eius aliquot excusa sunt, Argentorati opinor in folio, chartis 92. quorum hic addemus catalogum.

Contra ualidos mendicantes.

Recapitulatio eiusdem.

Contra Anachoritas, Beghardos, Beginasq; syluestres.

Lollhardorum descriptio.

Glossa bullarum per Beghardos impetratarum.

De negocio monachorum.

De plebanis & religiosis mendicantibus.

De religiosis proprietarijs præcepta Domini prædicantibus.

Tenor epistolæ de cœlis missæ per patronos ecclesiæ Thuricensis, contra negligentes diuinum cultum.

Tractatus de nouorum officiorum diuinorum institutione.

De oblatis & solutis pecunijs pro præbenda, seu beneficio in ecclesijs uel monasterijs percipiendo. Dialogus de anno Iubileo.

De benedictionibus auræ cum sacramento faciendis.

Tractatus de exorcismis. Alius tractatus exorcismorum seu adiurationum.

De credulitate dæmonibus exhibenda.

De arbore torculari ducendo in die festo.

De matrimonio, seu sponsalibus.

De furto reliquiarum, & alijs rebus nuper in monasterio beatæ Virginis loci Eremitarum per tres personas miraculose commisso & deducto, & finaliter reperto & recuperato. Epistola contra quendam superbum clericum.

Forma appellationis contra quendam Cardinalem, qui in Germania uellet intrare ecclesiam cathedralem.

De libertate ecclesiastica. De boni & mali occasione.

De emptione & uenditione unius pro uiginti.

De contractibus qui obstagia dicuntur, & uulgariter Gisel.

Doctoratus in stultitia. Tenor literarum doctoratus in stultitia.

Contra

Contra iniquos iudices. Dialogus de consolatione inique suppressorum.
Eiusdem Felicis Hemmerlin siue Malleoli Passionale: & est Dialogus authoris & Patientiæ cõsolantis ipsum, manuscriptus in publica bibliotheca nostra Tiguri.
FELIX Petantius Cancellarius Segniæ scripsit librũ ad Vladislaum Hungariæ & Boëmiæ regem, Quibus itineribus Turci sint aggrediendi: qui excusus est Basileæ cum Alcorano, &c. in fol. apud Ioan. Oporinum, paulò maior charta 1.
FELIX Pratensis Psalteriũ transtulit iuxta ueritatẽ Hebraicã: liber excusus Basileæ. 1524. in 8. chartis 18. cum argumentis in singulos Psal. & pijs aliquot canticis.
FERD. de Loazes I. C. scripsit super Tit. Institutionum, De iustitia & iure.
FERNANDVS Pinicianus scripsit annotationes in opera Senecæ philosophi, excusas Venetijs in 4. 1536.
FERRANDVS diaconus ecclesiæ Carthaginẽsis, Fulgentij Ruspensis episcopi synchronos, scripsit ad Reginum comitem paræneticum, qualis esse debeat dux religiosus in actibus militaribus. Libellus excusus Argentinæ, anno 1526. in 8. chartis 3. & dimid. erutus ex bibliotheca Hirsaugiensi.
FERRARII cuiusdam commentarij in Philippicas Ciceronis, excusi Venetijs in 8. anno 1542. Item FERRARII cautelæ Iuris alicubi impressæ, haud scio an Ioannis Ferrarij iurisconsulti, de quo infra.
FERREOLI presbyteri sententiæ quædam allegantur in libello de officio rectoris ecclesiæ, excuso Coloniæ 1531. in 8.
FESTVS Rufus scripsit epitomen rerum Romanarum, quæ extat. Nonnulli Sextũ male scribunt. Raph. Volater. Vide Sextus.
FLAVALDVS monachus Remensis, ordinis S. Benedicti, scripsit quædam, è quibus fertur opus insigne à conditione Remensis ciuitatis, quã milites Remi à fratre Romulo necati fugatos ob memoriã domini sui construxisse, & sic appellasse commemorant, usq; ad sua tempora, in quo multa de sanctis martyribus & alijs rebus ac gestis interserens, uolumini hunc titulum dare uoluit. T.
Gesta Remensiũ pontificum, lib. 3. Vitas quoq; multorũ sanctorũ, lib. 1.
FLAVIANVS episcopus Cõstantinopolitanus, ad quẽ beatus Leo papa multas scripsit epistolas. Scripsit Græco sermone quædam non contemnenda opuscula, de quibus feruntur. T. cl. 454.
Acta cum Eutyche presbytero, lib. 1.
Contra eiusdem errores, lib. 1. Ad Leonẽ papã de eodem, epist. 1.
Nulla res diaboli ue. Epistolarum ad diuersos, lib. 1.
Et nõnulla alia quæ nescimus. Flauiani epist. 1. cum recognitionib. Clementis.
FLAVIVS Arrianus, uide Arrianus. FLAVIVS Blondus, uide Blondus.
FLAVIVS Clemens, uide Clemens.
FLAVIVS Iosephus Mattathiæ filius, ex Hierosolymis sacerdos, à Vespasiano captus, cũ Tito filio eius relictus est. Hic Romã ueniens, septem libros Iudaicæ captiuitatis imperatoribus patri filioq; obtulit, qui & bibliothecæ publicæ traditi sunt. Et ob ingenij gloriã statuam quoq; meruit Romæ. Scripsit autẽ & alios uiginti antiquitatum libros, ab exordio mundi, usq; ad decimumquartũ annũ Domitiani Cæsaris, & duos ἀρχαιότητος aduersum Appionẽ Grãmaticum Alexandrinũ, qui sub Caligula legatus missus ex parte gentilium, contra Philonem etiam librum, ui superationẽ gentis Iudaicæ continentem scripserat. Alius quoq; liber eius, qui inscribitur, περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, ualde elegans habetur, in quo & Machabæorum sunt digesta martyria. Hic in 18. antiquitatum libro, manifestissime confitetur, propter magnitudinem signorum Christum à Pharisæis interfectum: & Ioan. Baptistam uere prophetam fuisse: & propter interfectionem Iacobi apostoli, dirutam Hierosolymam, &c. Deinde testimonium uerborum Iosephi de Christo recitat. Hæc Hieronymus: quanquam is Flauij prænomen non ponat. Ex Hieronym.
* Eadem Io. Trittenhemius, asserens eum uixisse adhuc anno salutis centesimo,

Ioſephi Antiquitatũ libri & de bello Iudaico, & de antiquitate Iudæorũ contra Appionẽ, impreſſi ſunt Latine, primũ Venetijs, anno 1499. in fol. poſitis ab initio ſingulorũ capitum argumẽtis, tum in libros 20. Antiquitatũ, per authorẽ incertũ, tum in ſeptem de bello Iudaico libros per Franciſcũ Macærata ordinis minorum. Deinde Lugduni apud Gryphium, anno 1527. in 8. poſtremo Baſileæ in officina Frobeniana in folio, anno 1534. multo caſtigatius, quàm priores Latinæ æditiones ſint, ut in præfationibus admonetur: cum indice copioſo.

» Ex præfatione Sigiſmundi Gelenij in Frobenianã æditionẽ. Antiquitatũ in-
» terpretationẽ ad uetera exemplaria, Latina duntaxat, ob Græcorũ inopiã, cõtuli-
» mus: cõperimuſq; ut minus mendarũ (fortaſſis ob argumentũ uulgatius) q̃ in belli
» Iudaici hiſtoria: ita ſtilum interpretis tanto inelegantiorẽ, ut haudquaq̃ credam ab
» eodem utrũq; opus Latinitate donatum: uel hac coniectura, quod in concionibus,
» quum Ioſephus ubiq; ſui ſimilis ſit, quoties in opere Antiquitatum incidunt, mirã
» balbutiem uidebis: cõtra in ſequentis operis orationib. interpres, Rufinus opinor,
» ppius Ioſephum adſequitur, eiusq; declamatoriã quandã facultatẽ longe magis, q̃
» ille alter, quiſquis eſt, exprimit: id quod euidentius apparet in duabus: altera libro
» tertio, ubi diſſuadet mortẽ ſibi cõſciſcendam: altera ſeptimo, ubi eandem rem uer-
» ſo ſtilo ſuadet: hoc ex Eleazari cuiuſdam perſona, illud uero ex ſua. Hos autem
» ſeptem libros ad duos Græcos codices, unum ab ornatiſſ. præſule Georgio Armi-
» niaco, Rutenorum epiſcopo, alterum ab eximie docto uiro Ioanne Croto, exhibi-
» tos, contulimus: hiſq; adiuti tot mendas ſuſtulimus, ut facilius ſit Lectori ex unius
» cuiuſuis paginę collatione de ea re exiſtimationẽ facere, quàm mihi omnia loca re-
» ſtituta annumerare: quorum plurima à librarijs corrupta, quædam etiam interpre
» tis hallucinatione non ſatis feliciter reddita: eſt ubi exemplar quoq; deprauatius
» eum ſequutum, deprehendimus. Tantundem, aut aliquanto plus, præſtitum eſt,
» in deprauatiſſ. antea contra Appionem libris: atq; hi nunc primum, ni fallor, inof-
» fenſe percurri poterunt. Hæc Sigiſ. Gelenius. Cæterum ante præfationẽ eius, enumerantur authorum nomina 54. quorum potiſſimum teſtimonio partim com probato, partim confutato Ioſephus hiſtoriæ ſuæ fidem facit.

» Ex præfatione Ioſephi in 20. lib. Antiq. Bellum quod inter Romanos & nos
» Iudæos fuit, & qui actus ei, quiq; finis acceſſerit, experimẽto ipſe cognoſcens, nar-
» rare coactus ſum, propter eos qui ueritatem in ipſa conſcriptione corrumpunt.
» Præſens autem opus aſſumpſi, credens dignum ſtudium etiam Græcis omnibus
» apparere. Continebit itaq; omnem antiquitatem noſtram, & conuerſationis ordi-
» nem, ex Hebraicis libris interpretatum.

» Epilogus 20. libri Antiq. Hic igitur ponã terminũ Antiquitatis hiſtoriæ, poſt
» quam etiã bellum cœpi conſcribere. Cõtinet aũt hoc opus à primi hominis natiui-
» tate traditionẽ, uſq; ad decimũ annum Neronis imperij. Ea ſiquidẽ quæ nobis Iu-
» dæis prouenerunt in Aegypto, & Syria atq; Palæſtina, & quæcũq; perpeſſi ſumus
» ab Aſſyrijs & Babylonijs, uel circa nos Perſæ ſeu Macedones egerunt, & poſt eos
» Romani, ſicuti reor, ſunt cum integritate compoſita. Niſus ſum autẽ etiam deſcri-
» ptionem pontificum conſeruare, qui per annos duo milia cõſtituti ſunt. Cõſcripſi
» etiã ſine errore ſucceſſiones regũ, actus eorum & cõuerſationes enuncians, & mo
» narchiarũ poteſtates enarrans, ſicut ex ſacris libris de rebus oĩbus deſcriptio cõti-
» net. Hoc enim in principio hiſtoriæ me facere cõpromiſi. Dico ſiquidẽ cũ fiducia,
» opere iã perfecto, quia nullus alter, licet uoluntatẽ habuerit, neq; Iudæus, neq; alie
» nigena, potuit hoc negociũ Græcis ita ſubtiliter explanare. Habens enim indubi-
» tanter à congentilibus meis maximã eruditionẽ noſtrę prouinciæ, etiã Græcas ſtu-
» dui literas adipiſci, &c. Non erit forſan inuidioſum, etiam de genere meo, & uitæ
» actibus poſtea breuiter enarrare. In his ergo dicere ulterius de antiquitate ceſſa-
» bo, libris quidem exiſtentibus uiginti, habentibus uero ſexaginta milia uerſuum.

Et

Et ſi diuinitas conceſſerit, per diſcurſum quidem commemorabo rurſus & cauſas belli, & eorum quæ ad præſentem pertinent diem, quæ eſt tertij decimi quidem anni Domitiani Cæſaris principatus: mihi autẽ à natiuitate quinquageſimi & ſexti. Propoſui quoq; uobis conſcribere etiam noſtras, id eſt Iudæorũ ſectas, in quatuor libris: de Deo eiuſq; ſubſtantia, & de legibus, & cur ſecundũ eas aliud facere permittimur, aliud prohibemur.

Typographus in præfatione ſuper libris 7. de bello Iudaico, quid recens in illis & alijs duobus cõtra Appionem, mutatum, ſuppletumq; ſit, oſtendit. Ex præfatione ipſius Ioſephi in eoſdẽ. Quoniã bellũ, quod cum populo Romano geſſere Iudæi, omniũ maximũ quæ noſtra ætas uidit, quæq; auditu p̃cepimus, ciuitates cũ ciuitatibus, gentésue cõmiſiſſe cum gẽtibus: quidã, nõ quod rebus interfuerint, ſed uana & incogrua narrantiũ ſermones auribus colligentes, oratorũ more perſcribunt: qui uero præſto fuerũt, aut Romanorũ obſequio, aut odio Iudæorũ contra fidẽ rerũ falſa cõfirmant: ſcriptis autem eorũ partim accuſatio, partim laudatio continetur: nuſquã uero exacta fides reperiẽ hiſtoriæ: idcirco ſtatui, quæ retro Baris antea miſi, patria lingua digeſta, Græca nũc his qui Romano imperio regunt, exponere, ego Ioſephus Matathiæ filius, Hebræus genere, ſacerdos ex Hieroſolymis: qui et initio cũ Romanis cõflixi, poſteaq; geſtis, quia neceſſitas exegit, interfui. Et paulò inferius. Nec tamẽ ego cõtentiõe Romanas res extollentiũ, gẽtiles meos amplificare decreui: ſed facta quidẽ utrorũq; ſine ullo mendacio proſequar: dicta uero de factis reponã, dolori atq; affectiõi meæ in deflendis patriæ cladib. indulgẽs. Et aliquanto poſt. Bellum quidẽ meis temporibus geſtũ, latius quaq; potuero diligentia referã: quæ uero ætate mea ſunt antiquiora, ſumatim breuiterq; percurrã. Quomodo Antiochus cognomẽto Epiphanes, deuicta penitus Hieroſolyma, cum trienniũ ſexq; menſes eã tenuiſſet, ab Aſamonæi filijs expulſus eſt. Deinde q̃ eorũ poſteri de regno diſſentientes, ad res ſuas occupandas populũ Rom. Pompeiumq; traxerunt: quomodoq; Herodes Antipatri filius, eorũ potẽtiæ finẽ fecerit, auxilio Soſij. Tum, quomodo Herode mortuo, plebis in eos orta ſeditio eſt, Auguſto quidem imperante Romanis, Quintilio aũt Varo prouinciã obtinente. Quodq; bellũ anno 12. imperij Neronis eruperit: quãq; multa per Soſium acciderint: quãtaq; ad primos impetus armis Iudæi puaſerint: & quod Nero ꝓpter acceptas Ceſtij ductu clades ſummę rei metuens, Veſpaſianũ bello præpoſuerit: & quod is cũ maximo ſi liorum Iudæã intrauerit, quantũq; Romanorũ exercitũ ducens: quantaq; manus auxiliorũ per omnẽ cæſa fuerit Galilæam: & quod eius ciuitatũ quaſdã ui ceperit, alias deditione. Vbi etiã Romanorũ in bello diſciplinã, curãq; rerũ, & utriuſq; Galileæ ſpatia, & naturã fines q; Iudææ, nec nõ & peculiarẽ terræ qualitatẽ, lacuſq; et fontes, captarũq; ciuitatũ mala, cum fide ſicut uidi, aut pertuli, expediam. Nec etiã miſerias meas cælauerim, cũ ſcientibus eas relaturus ſim. Deinde, quod iam feſſis rebus Iudęorũ Nero quidẽ mortẽ obierit: Veſpaſianus aũt in Hieroſolymam properans, imperij cauſa retractus ſit: quæq; ſigna de hoc ei contigerint, Romæq; mutatiões: & quod inuitus à militibus imperator declaratus ſit: & quod eo diſponendæ reipub. gratia in Aegyptũ digreſſo, Iudæorum ſtatus ſeditionibus agitatus ſit: quoq; modo tyrannis ſuccubuerint, eorũq; inter ſe diſcordias mouerint. Et quod ex Aegypto Titus reuerſus, bis Iudæorũ fines ingreſſus ſit: quoq; modo exercitũ, & quo in loco cõgregauerit: uel qualiter, & quoties ciuitatẽ affecerit ipſo præſente ſeditio. Aggreſſus quoq; numeroſos, et quantos erexerit aggeres, triũq; murorum ambitũ & magnitudinẽ, ſiue menſurã, & munitionẽ ciuitatis, & fani templiq; diſpoſitionẽ: ad hæc aræ ſpatium, menſuramq; ueriſſime dicã: feſtorum quoq; dierũ mores aliquos, ſeptemq; luſtrationes, & munia ſacerdotũ. Itemq; Pontificis ueſtes, ſanctaq; templi cuiuſmodi fuerint, ſine aliqua diſſimulatione uel adiectione memorabo. Narrabo deinde tyrannorũ in ſuos gentiles crudelitatẽ, Romanorumq;

Ordo dicendorum in his libris.

» in alienigenas humanitatẽ: quotiesq; Titus, ciuitatẽ simul ac templum seruare cu-
» piens, ad concordiæ fœdera dissidentes prouocauit. Differã uero populi uulnera,
» & calamitates: quamq; multa mala nunc bello, nunc seditionibus, nunc fame per-
» pessi, postea capti sint. Nec uero aut pfugarũ clades, aut captiuorũ supplicia præ-
» termittã: uel quemadmodũ templum inuito Cæsare conflagrauerit: quamq; mul-
» tæ opes sacræ flamma raptæ sint: ac totius, quæ reliqua erat, ciuitatis excidium: &
» quæ præcesserant portenta, atq; prodigia, uel tyrannorũ captiuitatẽ, uel qui seru-
» tio abducti sunt, multitudinẽ: aut cui quisq; fortunę sit distributus: et quod Roma-
» ni quidẽ belli reliquias persecuti sunt, deuictorũq; munimina funditus eruerunt:
» Titus uero peragrata regione cuncta restituit: eiusdẽq; reditum in Italiã ac trium-
» phũ. Hæc oĩa septẽ libris cõprehensa, adnixus ne uituperationẽ à rerũ scientibus,
» & qui bello interfuerũt, sustinea, studiosis ueritatis magis q; uoluptatis perscripsi.

Præfatio authoris in lib. 2. de antiquit. Iudæorũ contra Appionẽ: quorũ chartæ

» sunt 10. & quadr. Sufficienter, ut arbitror, & per libros Antiquitatũ, optime uiro
» rum Epaphrodite, legentibus eos, aperui de nostro genere Iudæorũ, quia & uetu-
» stissimũ est, & primã originẽ domesticã habuit. Quinq; miliũ enim annorũ nume-
» rum historiã continentẽ, ex nostris sacris libris Græco sermone cõscripsi. Quoniã
» uero multos uideo, respicientes blasphemiã quorundã insane prolatã: & ea quæ à
» me de antiquitate cõscripta sunt, nõ credẽtes: putantes mendaciũ nostrũ esse ge-
» nus, eò quod nulla memoria apud Græcorũ nobiles historiographos, digni sint ha
» biti nostri maiores: ꝓ oĩbus his arbitratus sum oportere me breuiter hæc dicta con
» scribere: & derogantiũ quidẽ, uesanũ spontaneumq; increpare mendaciũ, aliorũ
» uero ignorantiã pariter emẽdare: uniuersosq; de nostra antiquitate, qui scilicet ue-
» ritatẽ amplectuntur, edocere. Vtar aũt in meis dictis testibus ijs, qui de omni anti-
» quitate apud Græcos fide digni sunt iudicandi: eos autẽ qui blasphemẽ de nobis
» atq; fallaciter cõscripsere aliqua, per semetipsos cõuictos indubitanter ostendã. Co
» nabor etiã causas exponere, ꝓpter quas nõ multi in Græcis historijs gẽtis nostræ
» fecere mentionẽ: nec nõ & eos, qui de nobis scribere uoluerũt nesciẽtibus, aut ne-
» scire simulantibus, indicabo. Hæc Ioseph. Scribit autẽ hos libros peculiariter

De Epaphrodito.

in gratiã Epaphroditi cuiusdã, cuius mentionẽ facit etiã in præfatione super Anti-
» quitates Iudaicas, his uerbis: Erãt autẽ qui me historiæ desiderio ꝓ rebus talibus
» inuitarẽt, & præcipue horũ omniũ Epaphroditus, uir qui uniuersas quidẽ dilige-
» ret disciplinas, maxime aũt rerũ gestarũ cognitione gauderet, utiq; cũ & ipse ma-
» gnis reb. & multimodis causis interfuisset, et in oĩbus mirabilẽ naturæ fortitudinẽ,
» & immutabilẽ suæ uirtutis uoluntatẽ ostenderet. Huic enim uiro semper fui obe-
» diens, q utiliter & bñ agentiũ cooperator existeret. Cæterum eundẽ hunc Epa-
phroditũ esse putauerim illi, qui familiaris Neroni fuit, & famulũ Epictetũ habuit,
ut in Arriano diximus: et fortassis illi quoq; cuius mentionẽ facit Paul. ad Philip. 2.
Porrò quorũ testimonijs ad uerbũ, ijsq; prolixius aliquando, in his libris utitur, &
eorũ perperam dicta refutat, authores hi sunt: Manethonis Aegyptiaca, Dij hi
storia Phœnicũ, Menander Ephesius de regũ diuersorũ actibus, Berosi Chaldai
ca, Chœrilus poẽta, Clearchi liber de somno, Hecatæus Abderita, Agatharchi-
des, Charomonis Aegyptiaca, Lysimachus. Hęc quidẽ in primo lib. *secũdus aũt*
maxime cõtra falsas Appionis accusatiões dirigit: quare in epilogo: *Appiones igit̃*
(inq;t) et Molones, et quicũq; mẽdacij derogatiõe cõgaudẽt, cõuicti, *pcul* facessant.

Ex præfatione D. Erasmi Rot. in libellũ de imperio rationis, *cuius* chartæ sunt

» 3. & tres quadr. & cum Biblijs Græcis quoq; appẽdicis loco *excusus est*. Vnius
» dieculæ opella recognoui, & quoad licuit emendaui, Iosephi *libellum* de septẽ fra-
» trum Machabæorum, fortissimæq; matris martyrio. Et *quoniã* Græcus codex ad
» manum non erat, è Latinis Græca coniectans, mutaui *nonnulla*, sed non admodũ
» multa. Declarauit aũt Iosephus in hoc libello singularẽ quandã orationis tum uim
» tum copiam, ut pulcherrimum facinus dictionis ornamentis æquasse uideatur.

Proinde D. Hieronymus hoc opuſculum peculiari elogio ualde elegans, Suidas ὑψηλότατον πάνυ uocat. Huius narrationis ſumma eſt, rationē in homine nihil non præ ſtare, ſi dominetur cupiditatibus. Extat argumētum hoc in libris Machabæorum, quos Hebræi licet non recipiant in canonem, inter ſacros tamen habent.

Ex præfatione Ioſephi. Machabæorum agones admiratione digniſſimos, nō oratorio ſermone, ſed noſtro potius eloquio, ad exhortationem noſtræ proſapiæ (Polybio Megalopolita id flagitante) tradere uolui. Neceſſe autem eſt nobis in his rationem humanam paucis explicare, & paſſionem ipſam deliberantis aſſignare ſententiæ. Nam qui ad tolerandam omnem pro Dei gloria iniuriam ſemel dicauit animum, is martyrium mihi uidetur impleſſe.

Hoc non diſſimulandum eſt, libris Antiquitatum & de bello Iudaico, interpretem tribui Ruffinū Aquileienſem, quamuis diuerſus utriuſq; interpres uideatur, ut ſupra in præfatione doctiſſimus uir Sigiſ. Gelenius admonuit: cæteris autem, nullum interpretis nomen adſcribi.

Eadem omnia Græce excuſa in eadē officina Frobeniana Baſileæ, anno 1544. in fol. chartis 245. typis maiuſculis & perquàm elegantibus. Ex præfatione Arnoldi Peraxyli Arlenij in Flauij Ioſephi opera & hiſtoriæ utilitatem ad illuſtriſſimum Diegum Hurtadum Mendozam legatum Cæſareum apud Venetos: ex cuius bibliotheca hoc opus erutum eſt. Quantus enim fuerit Ioſephus in dicendi facultate, quantumq; adferre potuerit ad orationis ſplendorem, id non ſolum multorum Latinorum, & in primis Hieronymi Stridonenſis, ſed ipſorum etiam Græcorum, quos optime iudicare poſſe arbitramur, teſtimonijs confirmari poteſt. Ac ut iam nihil de Euſebio Cæſarienſi, nihil de Hermia Sozomeno Salaminio hiſtorico præſtantiſſimo ac diſertiſſimo, nihil item de alijs, à quibus eloquentiæ laude decoratus eſt, dicam: unus certe Photius patriarcha Byzantinus digniſſimus, qui ad huiuſcemodi ſcripta accedens, uel cenſoris partes ſuſcipiat: uel arbitri honorarij officio fungatur: hic in pulcherrimis illis commentarijs, in quos retulit quicquid ex libris à ſe lectis excerpi poterat memoria dignum & ſcitu præclarum (opus enim hoc tum hiſtoriarū utilitate, tum uarietate rerum pulcherrimarum abſolutiſſimū tua etiam habet bibliotheca) dicit hiſtoriam huius clariſſimi ſcriptoris, omnes elegantiæ flores, omnia eloquentiæ lumina habere, & mira orationis claritate ſplendeſcere, rerum copia & ſententiarum uarietate abundare: in qua omnia ornate narrantur, & regiones aut pugnæ admirabiliter deſcribuntur, & conciones hortationesq; prudenter & grauiſſime interponuntur. Nec his inferiora, quæ Theodorus Metochita γνωμικαῖς σημειώσεσι in medium adducit, &c. Hic locus poſtulare uidebatur, ut huius ſcriptoris uitam totam paucis proponerem: uerum cum hæc auctor ipſe peculiari opere, quod nunc etiam primi in lucem protulimus inſtruxiſſet, & Photius ἀπογραφῇ τῶν ἀνεγνωσμένων αὐτῷ βιβλίων ſtrictim attigiſſet, cumq; iam me longius eſſe prouectum ſentirem, ſatis habui pro meo inſtituto ea conſectari, quæ à doctis lucubrationibus, & laudabili huius uiri uel ſcriptione uel eruditione commendationem ducerent, &c. Orditur hiſtoriam ſuam Ioſephus ab orbe condito, in omnibus ferè, niſi ubi quædam anxius ad allegoriam (ut nōnulli uolunt) trahit, uel (quod magis crediderim) aliorum commentarios ſequitur, Moyſi legumlatori congruens: eamq; perpetuo temporis orationisq; filo ducit ad poſtremum illud bellum, quod Romani cum Iudeis geſſerunt, &c. Libri cōtra Appionē tot tantiſq; priſcorū ſcriptorū teſtimonijs, rerumq; admirabiliū cognitiōe & uarietate referti, oſtendunt, quantum hic uir in Græcorum diſciplinis uerſatus ſit, faciuntq; ut iam minus admiremur tam abſolutam in homine Iudæo Græcarum literarum cognitionem: Quā laudē cum uno certe Philone ſemper habuit cōmunem: cuius etiam diſertiſſimi uiri eruditionem & elegantiā, artisq; magnitudinem tum cognoſcent literati homines, ubi octo & quadraginta diuerſorum argumētorum libros ex tua

Photius patriarcha.

Philo.

bibliotheca protulerimus. Confecit idem noster Iosephus aliud elegantissimũ opus sculum πρὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, in quo docet animum & rationem in homine debere imperium tenere ac præesse, appetitum obtemperare. Hoc quidem opusculũ nonnulli Μακκαβαϊκὸν maluerunt appellare, quod laudes Maccabæorum & fortia pro pietate suscepta certamina complectatur. Extat adhuc eiusdem commentarius πρὶ τοῦ παντὸς ἀϊδίας uel ὐσίας, in quo inter cætera ostendit, Platonem in multis sibi ipsi aduersari ac repugnare. Non defuerunt tamẽ qui hoc scriptum ad Caium quendam Romanæ ecclesiæ presbyterum, qui ijsdem temporibus sub Victore & Zepherino pontificibus floruit, potius referant, alio nullo ducti argumento, cp quod cum Christi ueri dei nostri placitis proxime conueniant ac congruant ea quæ in eodem pertractantur libello. Quod sanè illos mouere non debuit, præsertim cum in octauodecimo Originũ libro tam pie de Christo sentiat, ut operibus & miraculis ueluti obstupescens, eundem uirum appellare non audeat, sed tacito potius suffragio eiusdem institutũ, ut inquit Sozomenus, probare uideatur. Huc etiam ad pleniorem confirmationem accedit, quod Photius συναριθμήσῃ τ ἀνεγνωσμένων αὐτῷ βιβλίων, quadragesimaoctaua dicat phrasin à reliquis scriptis nihil discrepare. Nos autem eundem qualemcunq, propediem, ut spero, cum studiosis communicabimus. In extrema uero parte ἀρχαιολογίας hic idem Iosephus indicat se quatuor libris complexurum Iudæorum sectas siue disciplinas, ac totius religionis interpretationem, traditurum quoq de Deo eiusq natura, de Legibus, & causas, cur per illas aliud quidẽ liceat, aliud uero non liceat. Verum cum hos suis temporibus studiosissimus uir Eusebius desideret, nec Photius hac in parte uel ad curiositatem diligens, illorum meminerit, facile adducor ut credam auctorem nostrum, quæ tum animo conceperat ac instituerat, præstare non potuisse, &c. Posterior pars ἀρχαιολογίας ita multis mendis confusa, & incuria quadam librarij uel imperitia deformata erat, ut ad ueram præstruendam lectionem nullum laborem sufficere experti fuissemus, nisi Epitomen, quam ante annos aliquot Romæ mecum comportaueram, adhibuissemus: è cuius collatione multa suæ dignitati reddita, nonnulla quæ prætermissa fuerunt restituta, beneficio in primis ac opera Sigismundi Gelenij: in bello Iudaico, ac reliquis, minus negocij habuimus: propterea quod & nostra exemplaria accuratius erant descripta, & alia insuper nobis suppeditata à præstantissimis doctissimisq uiris, Ioanne Croto ac Petro Gillio. Hæc Arnoldus Arlenius.

Caius.

Epitome librorum de Antiquitate.

Præponuntur singulis libris in hac æditione Græca argumenta quoq Græce conscripta: eaq fusius in libris de captiuitate Iudaica, quamuis in primum librum desyderentur: Quæ nuper ego Latina feci, & in cõferendis duobus exemplaribus manuscriptis librorum 7. de captiuitate Iud. diligenter elaboraui, cum aliâs, tum in distinguendis periodis.

Periocha indicans, quot annorum historiæ singulis Antiquitatum libris contineantur. Primus liber continet tempus annorum, 1833. secundus, 220. tertius, 9. quartus, 38. quintus, 476. sextus, 32. septimus, 40. octauus, 163. nonus, 157. & mensium septem: decimus, 82. mensium sex, & decẽ dierum: undecimus, 243. & mensium quinq: duodecimus, 170. decimus tertius, 82. decimus quartus, 32. decimus quintus, 18. decimus sextus, 12. decimus septimus, 14. octauus decimus, 32. nonus decimus, 3. & mensium 6. uicesimus, 22.

Iosephi filij Gorion historiarum Iudaicarum libri quinq Hebraici, & Latini, ex Constantinopolitano exemplari per Seb. Munsterum traducti, & annotationibus atq collationibus illustrati. Opus impressum Basileæ apud Henricum Petrum, 1541. in folio, chartis 81. Continuat autem horum librorum author historias sacras à captiuitate Babylonica usq ad præsidem Pilatum, complectens simul apocrypha sequentia. Magnificentiam Danielis apud Chaldæos.

Demis-

Demissionem eius in lacum leonum. Cibationem per Habakuk prophetam.
Subuersionem templi Bel dei Babyloniorum. Occisionem draconis.
Disputationem, quid fortius inter uinum, regem & mulierem. 3. Ezræ 3.
Apocrypha quæ in libro Esther inueniuntur.
Gesta quædam Alexandri Magni, & successorum eius regum Græcorum.
Sacri ignis in puteo absconditi inuentionem. Vtrumq; librum Machabæorũ.
Regni Iudæorum incrementum & decrementum.
Herodis Magni & filiorum eius, tyrannicum inter Iudæos regimen.

Verba Sebast. Munsteri. Hæc Lector si tibi arridere uiderimus, dabimus & bel lum Iudaicum seu excidium Ierosolymitanum à Iosepho Hebraice conscriptum.

Ex præfatione Sebastiani Munsteri, qua probat hanc æditionem esse Flauij Iosephi & ab eodem Hebraice scriptam. Rabi Dauid Kimhi Hispanus, qui fuit ante ducentos annos, quoties citat in commentarijs suis super Biblia Iosephum Ben Gorionis: Vide eum, si libet, Haggæi secundo, & Zach. undecimo: sed & in radicibus suis in dictione Panag. Citat & sapiens Rabi Abraham Leuites, Ben Dauid in sua Cabala Iosephum filium Gorionis, qui fuit ante Dauid Kimhi, circa annum mundi 5000. Numerant autem Iudæi hoc Christi anno 1541. à principio mundi 5301. Fuit ergo memoratus Rabi Abraham ante trecentos annos, habebaturq; tunc in manibus Iudæorum æditio Hebraica Iosephi. Post hæc, Rabi Abraham Conat medici Constantinopolitani præconio de Iosepho, & præsentis uoluminis periocha prolixe recitatis, pergit obiecta quorundam diluere, quibus hi libri uidentur non esse Iosephi, quod à Græcis eiusdem argumenti libris Iosephi multum dissideant. Sciendum in primis (inquit) Iosephũ aliter scripsisse gentibus, aliter Hebræis. Illis enim antiquitates omnium biblicarum historiarum, & plærũq; ritus ac cõsuetudines Iudæorum explicuit: deinde productis aliquot eius rei exemplis: talia multa (inquit) in Græca æditione ubiq; inculcat, quorum in Hebraico exemplari non meminit, quippe quæ Iudæis ex sacris libris erant manifesta, &c. Gentibus igitur ab initio mundi iuxta seriem in bibliis sacris obseruatam scribit: Iudæis uero ubi historiæ biblicæ desinunt, incipit scribere res consequenter gestas, à captiuitate scilicet Babylonica initium sumens, & continuans Iudæorum facta usq; ad tempora sua. Supplet quoq; ea, quæ in Danielis, Esther, & Ezræ historijs in bibliis sacris sunt omissa, & apud nos pro apocryphis habentur. Sed ea copiosius in Hebraica, quàm in Græca æditione describit, habens scilicet respectum ad eos qui ibus scribit. Vtitur & stilo Hebraico elegantissimo & uere biblico, lõge discrepante à stilo modernorum Rabbinorum, id quod solum conuincere posset Lectorem quemq;, æditionem Hebraicam Iosephi esse, & non interpretis alicuius Iudæi. Si enim esset interpretis alicuius, utiq; ille in omnibus obseruasset eum ordinem, qui in Græca seruatur æditione: Id autem non fit, sed in Hebraica æditione non raro quædam integra capita scribuntur, quæ in Græca non habentur: id quod in annotationibus nostris signauimus. Nam collationẽ fecimus utriusq; æditionis. Et rursum multa integra capita in Græca æditione inueniuntur, quæ in Hebraica non habentur. Et ubi utriusq; Machabæorũ libri historiæ describuntur, ille ordo quoq; non obseruatur, qui in nostra uulgata æditione custoditur, id quod rursum argumentum est, Hebraicam æditionem non conflatam ex nostra Latina aut Græca: ut taceam quædam quoq; haberi in Iosepho Hebraico, quæ in nostris Machabæis non habentur, aut quædam hic copiosius tractari quàm alibi, &c. Deinde exemplis aliquot locorum indicatis idem confirmat: & Iosephum aliquoties sibi dissimilem ostendit, in ipsis Græcis exemplaribus, inde colligens minus mirum esse si Hebraica quoq; ipsius scripta Græcis alicubi non consentiant. Postremo Gorionis filium appellari eum in hoc uolumine à parente propinquiore, in Græcis autẽ Matathiæ, à remotiore, sed rebus gestis & nominis celebritate nobiliore. Cæte-

„ tum quod quarundam (inquit) Græcarum uocum sit mentio, & citantur quædam
„ gentes quæ longe post Iosephi tempora in mundo surrexerunt, ut sunt Franci,
„ Gothi, Lombardi, Bulgari, &c. Hæc planè arguunt Iosepho quædam accessisse
„ per posteros Iudæos expositionis & præfationis gratia. Nos propterea consultò
„ omisimus ea, quæ ab initio huic authori sunt adiecta, eò q; pleraq; sunt fabulosa.

FLAVIVS Philostratus: uide Philostr. semel enim tantum prænomen Flauij præpositum reperi.

FLAVIVS Vegetius Renatus Comes Constantinopolitanus scripsit libros 4. Epitomen uidelicet institutorum rei militaris, de cõmentarijs Catonis, Augusti, Traiani, & Hadriani principum, ac Frontini. Raph. Volaterranus. Cæterum in impressis codicibus, pro Augusti, legitur Celsi: quod melius est: & ipse Vegetius alicubi Cor. Celsum allegat.

Flauij Vegetij Re. uiri illustris ad Valentinianum Augustum epitoma institutorum rei militaris, &c. Opus excusum Romæ in 4. 1494. cum alijs quibusdã.

„ Ex præfatione Ioan. Sulpitij Verulani. Tres scriptores egregios nuperrime
„ recognoui: Vegetium, Aelianum, & Frontinum simul coniunxi, & ut emendatissimi in hominum manus uenirent, effeci. Videbis in primo, qui uerborum nouitate & castrensibus uerbis persæpe utitur, omnẽ rei militaris scientiam, ex maximis
„ optimisq; auctoribus in perspicuam breuitatem enucleatam: Alter pugnandi &
„ acierum instruendarum scientiam edocet: In tertio autem exemplorum id genus
„ ampla copia continetur.

Idem opus cum reliquis, Frontino inquam, Aeliano, & Modesto, excusum Bononiæ 1504. Deinde Coloniæ ad multorum uetustissimorum codicum fidem recognitum, ut pollicetur titulus: quanquam typographus in præfatione nihil tale dicat: primum anno 1524. in 8. cum indicibus: deinde 1532. chartis 19. Vuechelus etiã Lutetiæ excudit cum uarijs picturis in maiori forma: & rursus in minori absq; picturis.

„ Ex præfatione ipsius Vegetij. Dum consydero clementiam principum au-
„ sibus literarum magis ignoscere posse, quàm cæteros: tanto inferiorem me anti-
„ quis scriptoribus esse sensi: licet in hoc opusculo nec uerborum concinnitas sit ne-
„ cessaria, nec acumen ingenij, sed labor diligens ac fidelis: Vt ea quæ apud diuer-
„ sos historiographos uel armorum disciplinam docentes, dispersa, & inuoluta cæ-
„ lantur, pro utilitate Romana proferantur in mediũ. De delectu igitur atq; exerci-
„ tatione tyronum per quosdam gradus & titulos antiquam consuetudinem cona-
„ mur ostendere: non q; tibi, imperator inuicte, ista uideantur incognita: sed ut quæ
„ sponte pro reipub. salute disponis, agnoscas olim custodisse Romani imperij con-
„ ditores: & in hoc paruo libello quicquid de maximis rebus, semperq; necessarijs
„ requirendum credis, inuenias.

Primus liber electionem docet iuniorum, ex quibus locis uel quales milites probandi sint: aut quibus generibus armorum exercitus induendi. Secundus, ueteris militiæ cõtinet morem, ad quem pedestris institui possit exercitus. Tertius, omniũ artium genera, quæ terrestri prælio necessaria uidentur, exponit. Quartus, uniuersas machinas, quibus uel oppugnantur ciuitates, uel defenduntur, enarrat: Naualis quoq; belli præcepta subnectit.

Vegetij Renati artis ueterinariæ siue mulomedicinæ, libri quatuor, *excusi Basileæ apud Fabrum Emmeum*, anno 1528. in 4. chartis 20. & ab eodem typographo emendati. Verba typographi in præfatione ad Ferdinandum regem Hun-
„ gariæ, &c. Cum exemplaris infinita deprauatione desperantes, ab incœpto ne-
„ gocio deterriti, codicem illum peruetustum rursus ablegassemus, &c. Habeant
„ itaq; per serenitatem tuam & cæteri, Vegetium hunc, nostro labore à uitijs prope-
„ modum infinitis expurgatum: quanquam sint plæraq;, quæ absq; autographo re-

stituí

stituí posse non crederem, quæ, ubi uisum fuerat, uel obelo, uel asteriſco, uel alia quadã notula cõsignauímus, &c. Quædam etiam morborum, simul & herbarum, remediorúmue uocabula, licet immutanda cognoſceremus, cõstans tamen exemplariorum conſensus, ne quicquam immutaremus prohibuit: nec ignorabam Antonij Codri de hoc authore iudicium, &c. Poſt hæc ſubijcitur Hermanni Comitis à Nuenare qui primus hoc exemplar in lucem protulit, epiſtola dedicatoria ad eundem Ferdinandum regem: in qua tamen nihil de ipſo authore docetur. Deinde ſequuntur ſingulorum librorum capita: & priores quidem tres, uariorũ morborum ſigna & remedia præſcribunt, uerum incerto ordine, & bis aut ter aliquando diuerſis in locis eiuſdem morbi repetita curatione: poſtremus liber, cũ alia quædam ab initio proponit, de oſſibus, membris, neruis, uenis, ætate, patria, ac temporibus uitæ equorum: tum permultas deinceps medicamentorum compoſitiones ad uarios affectus, externos maxime.

Ex præfatione Vegetij. Quoniam minus dignitatis uidebatur habere profeſſio, quæ pecudum promittebat medelam, ideo minus ſplendidis exercitata, minus eloquentibus collata docetur in libros: licet proxima ætate & Pelagonio non defuerit, & Columellæ abundauerit dicendi facultas, uerũ alter eorum cum ruſticæ rei præcepta conſcriberet, curas animalium leui admonitione perſtrinxit: alter omiſſis ſignis cauſiſq; morborum, quaſi ad doctiſſimos ſcriberet, tam magnæ rei fundamenta neglexit. Chiron uero & Abſyrtus diligẽtius cuncta rimati, eloquentiæ inopia, ac ſermonis ipſius uilitate ſordeſcunt, &c. His & talibus rationibus inuitatus, cum ab initio ætatis alendorum equorum ſtudio flagrarem, hanc operã non inuitus arripui, ut conductis in unum Latinis duntaxat authoribus uniuerſis, adhibitis etiam Mulomedicis, & medicis non omiſſis (nam Mulomedicinæ doctrina ab arte Medicinæ non adeo in multis diſcrepat, ſed in multis plurimiſq; conſentit) in quantum mediocritas ingenij patitur, plene ac breuiter omnia epitome congererem, cauſaſq; & ſigna morborum omnium declararem. Continentur autem his libris non pauca ad boum quoq; curam pertinentia: licet equorum in hac arte præcipua ratio habeatur. Cæterum obiter aliquot capitum inſcriptiões inſpicienti mihi, multa eadem uiſa ſunt, illis quæ in Abſyrto & alijs Græcis mulomedicis leguntur: quod aliquis conferendo facile deprehenderit, mihi admonuiſſe ſat eſt. Hermol. Barbarus etiam hos libros tanquam Vegetij genuinos agnoſcere uidetur, ſcribens in annotatiõibus ſuper libris Plinij: Propter quod & crura Vegetius in iumentis gambas uocat, quaſi campas. Vtitur autẽ hoc uocabulo Vegetius lib. 1. cap. 27. lib. 3. capitibus 19. & 20.

Vegetius prætextatus priores poſtremoſq; analyticos, non uertendo Ariſtotelem Latino ſermone tradidit: ſed transferendo Themiſtium. Boëtius in præfatione ſuper libros de enunciatione, æditione 2.

FLAVIVS Vopiſcus deſcripſit uitas principum Romanorũ, Aureliani, Taciti, Floriani, Probi, Firmi, Saturnini, Proculi, Bonoſi, Cari, Carini, Numeriani. Opus impreſſum chartis 10. in fol. Baſileæ in officina Frobeniana cum Suetonio, & alijs. Sermone fluit candido, aperto, & puro. Præfatio eius in Aureliani uitam. Parui ipſe quidem præceptis, accepi libros Græcos, & omnia mihi neceſſario in manum ſumpſi: ex quibus & quæ digna erant memoratu in unum libellũ contuli. D. Eraſmus hunc & reliquos cum Suetonio impreſſos, eloquentiæ uiribus, ſermonis q; politie, multo inferiores Suetonio eſſe dicit.

FLORENTINVS I. C. ſcripſit Inſtitutionum libros 12. unde nonnulla citantur in Iure D. Iuſtiniani.

FLORENTIVS, aliâs Florentinus, author Græcus ſcripſit de plantatione & agricultura: unde fragmenta decerpta adhuc ſeruantur Romæ in Vaticana. Multa quoq; eius in Conſtantini Geoponicis leguntur.

FLORENTIVS Burgoinus Parisiensis Franciscanus Indicem omnium insigniter à D. Augustino dictorum auxit: qui Parisijs impressus est in folio.

FLORENTIVS Volusenus scripsit theologicam orationem siue commentationem, piam & eruditam. Gryphius excudit Lugduni, 1539. in 8. chartis 7. & dimid. Scripsit etiam de animi tranquillitate opus ibidem excusum, 1543. Nos hominem Lugduni uidimus, anno 1540. iuuenili adhuc ætate: & magnam ab eius eruditione peruenturam ad studiosos utilitatem expectamus.

T. cl. 1435. FLORIANVS de sancto Petro, natione Italus, patria Bononiensis, uir in iure ciuili omnium sui temporis facile doctissimus, scripsit in ea facultate quædam præclara opuscula, è quibus feruntur

†impreßi libri.

Super Codice,	lib. 9.	† Super. ff. ueteri,	lib. 24.
Super. ff. nouo,	lib. 12.	Super. ff. ſ† Inforciati,	lib. 14.

* Inuenio ipsum peculiariter citari in secundum Codicis, secundum Infortiati, & Disputationes eius tres, Mulier primo uidua, Inquisitus de crimine capitali, Baro quidam de nobili. Super tit. de le. liber impressus.

T. cl. 540. FOECVNDVS episcopus Ermianensis, ex cuius scriptis ad nos tantũ peruenit opus grande & eximium eleganti stilo conscriptum, & magnis ueterum authoritatibus instructum.

Pro defensione trium capitulorum, lib. 12.

FOELIX, uide Felix.

FONTIANVM poëtam, qui prouincias Romanas eleganti carmine descripserit, Beatus Rhenanus à Philippo Puchaimero in epistola impressa cũ libris eius de rebus Germanicis, tanquam apud ipsum extantem petit.

FORCIANAE quæstiones, in quibus uaria Italorum ingenia explicantur, multaq; alia scitu non indigna. Liber excusus Neapoli, 1536. in 8.

FORTANERIVS, uide Sertorius.

FORTVNATIANVS natione Afer, Aquileiensis episcopus, imperante Constantino, in euangelia titulis ordinatis, breui & rustico sermone scripsit commentarios: & in hoc habetur detestabilis, quod Liberium Romanæ urbis episcopum, profide ad exilium pergentem, primus sollicitauit, ac fregit, & ad subscriptionem hæreseos compulit.

FORTVNATVS episcopus Pictauiensis, natione Italus, scripsit eleganti carmine multa opuscula, de quibus ego tantum uidi subiecta. Ad sanctam Radegundem regis Thuringorum ultimi filiam, et regis Francorum captiuam: postea Pictauiensis cœnobij abbatissam, uersu hexametro:

Excidiũ regni Thuringorũ,	lib. 1.	Conditio belli tristis.	
Ad Iuuiniũ de Radegunde,	lib. 1.	Aonias auido qui lã.	
Ad Iustinum iuniorem,	lib. 1.	Gloria summi patris natiq;.	
Ad Sophiam Augustam,	lib. 1.	Cui meritis compar nu.	
In persona Radegundis,	lib. 1.	Post patriæ cineres.	
In laudẽ Martini episcopi,	lib. 1.	Lumen apostolicum cum spar.	
De Leoncio uenerabili episcopo,	lib. 1.	Inter quos genuit radi.	
De eodem laudis,	lib. 1.	Agnoscat omne sæculum.	
Hymnorum 77.	lib. 1.	Agnoscat omne sæculum.	
De miraculis S. Martini.	lib. 4.		
Vitã S. Hilarij Pictauiensis,	lib. 1.	Ad Oporicum uitæ suæ,	lib. 1.
Vitã S. Mauilij episcopi,	lib. 1.	Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.
Carminum ad amicos,	lib. 1.	Rex regionis apex, &.	

Alia quoq; multa cõposuit, quæ cum breuia sint, sub *librorum* nomine nolui consignare. Plura enim epitaphia & uersus breues *scripsit quos uidi.*

FORTVNATVS & aliquot alij coëpiscopi *apud Cyprianum* libro 1. cõmunes epistolas

stolas scribunt, secundam, quartam, & duodecimam.

FORTVNATI, Augustini, & Alypij epistola ad Generosum, numero 160. inter D. Augustini epistolas.

FORTVNATVS quidam in Senecæ Quæstiones naturales scripsit. Citatur enim sæpe in castigationibus D. Erasmi Rot. super easdem.

FORTVNATI à Tuccabori uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

FORTVNIVS Gartia scripsit de fine Iuris ciuilis & canonici. Super 1. ff. ueteris. De pactis c. 1. Dec. 1. qui liber impressus est.

FRANCHINI Gafurij Laudeñ. regij Musici publice profitentis, delubricq; Mediolaneñ. Phonasci de harmonia Musicorum instrumentorum opus. Excusum in fol. Mediolani, 1518.

Eiusdem apologia contra Io. Spatarium & complices Musicos Bononienses.

Franchini Musica, excusa Basileæ apud Isingrinium.

FRANCISCVS ordinis minorum institutor & princeps, natione Italus, ex Assisio ci uitate Italiæ oriundus, scripsit breuem T. cl. 1220.

Regulam minorum, lib. 1. Regula & uita minorum.

Testamentum breue, lib. 1. Dominus dedit mihi fratri.

FRANCISCVS de Accoltis Aretinus scripsit super totum Ius ciuile. Opus excusum cum repertorio per Bartholum. Scripsit item Consilia. De differentia inter sententiam interlocutoriam, & definitiuam. Lecturam super Decretale. Omnia eius opera impressa feruntur.

Franciscus Aretinus I.C. scriptis excellentibus nuper relictis obijt. Raphaël Volaterranus.

Epistolas Diogenis Cynici Latinas fecit, ad Pium II. Pontificem. Eas uidi, Florentiæ excusas in 4. anno 1487.

Libellum authoris incerti de thermis Puteolorum & uicinis in Italia, à se repertum & publicatum, Pio Pont. maximo dedicauit. Describuntur autem in illo opusculo, non solum thermæ plurimæ, earumq; facultates, & utendi modus: sed etiam aliæ quædam antiquitates eorum locorum, ut de combustione insulæ Isclæ, de Sybillis, &c. & Eustasij cuiusdam uersus super ijsdem thermis ubiq; inseruntur. Insulæ Isclæ concrematione factam author testatur, anno Domini 1300. unde constat eum post illud tempus uixisse. Liber excusus Neapoli, anno 1475.

FRANCISCVS Accursius, natione Italus, patria Florentinus Accursij doctissimi uiri filius, de cuius opusculis nihil adhuc uidere potui. Feruntur eius uariæ T. cl. 1300.

In legibus glosulæ. Disputationes quoq;, lib. 1.

Et plura alia. * Scripsit etiam super Instituta.

FRANCISCVS de Bachone, patria Cathalanus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, conuentus Gerundensis, doctor sublimis cognominatus: scripsit inter alia ingenij sui monimenta opus magnum & insigne ex scriptis sanctorum patrum declamatoribus sermonum ad populum satis utile, quod prænotare possumus, T. cl. Parisijs.

Repertorium prædicantium, lib. 1. Super Sententias quoq;, lib. 4.

Fertur præterea & quædam alia scripsisse, sed ad manus nostras non uenerunt.

FRANCISCVS Balbus scripsit de præscriptionibus: ubi etiã exponit locum de Confessis. 1. ff. noui. l. Celsus.

FRAN. Balduinus Atrebatius interpres & scholiastes rusticarum legum Iustiniani imperat. Oporinus Græce & Latine excudit Basileæ cum Antonio Garrone in fol. 1543.

FRANCISCVS Barbarus, patricius Venetus, Chrysoloræ Byzantini philosophi in Græcis literis discipulus, philosophus clarus & summus in utraq; lingua orator; T. M. 1454.

Scripsit adhuc iuuenis quædam non abijciendæ lectionis opuscula, è quibus extat opus, quod prænotauit,

De re uxoria, lib. 1. Epistolarum ad diuersos, lib. 16.

Et quædam alia. Ex Plutarcho traduxit in Latinum ad Zachariã fratrem suum uitam †Aristidis & Catonis, & multorum illustrium uirorum. Similiter & alia.

* Raph. Volaterranus, præter cætera orationes quoq; nõnullas ab eo scriptas ait. Andreas Brentius Patauinus hunc Franciscum alicubi scribit auum Hermolai fuisse, & patrem Zachariæ Barbari: multum (idem inquit) ei debet lingua Latina, tot tantisq; ab eo libris partim compositis partim conuersis.

† Aristidis & M. Catonis uitæ hoc interprete, cum reliquis uitis Latinitate donatis ex Plutarcho per uarios interpretes, excusæ sunt.

Fr. Barbari de Re uxoria libri 2. excusi Antuerpiæ in 8. & Haganoæ apud Secerium 1533. in 8. chartis 7. Ex præfatione authoris ad Laurentium Medicem ci-

„ uem Florentinum. Quamobrem tuo nomine de re uxoria breues cõmentarios
„ scribere instituí, quos huic nuptiarum tempori accommodatos arbitror non inuti-
„ les futuros. Abhorrent enim à communibus præceptis, quæ nec pro hac mea me-
„ diocritate ingenij ornatius dici, nec planius explicari potuissent: sed ea ex magna
Zacharias Triuisanus. „ parte sum secutus, quæ Zacharias Triuisanus clarissimus hìc ciuis, uix ætatis no-
„ stræ ingenio, prudentia, iustitia, maximarum rerum scientia, rebus gestis, pruden-
„ tissimus, & amicitiæ iure mihi coniunctissimus, grauiter exposuit, cum aliquando
„ in eiusmodi rei sermonem incidissemus, in quibus propemodũ omnis elegans an-
„ tiquorum ratio uxoria continetur. Et circa finem præfationis. De re uxoria
„ igitur agere incipiam, & ea dicam, quàm breuissime tanta res dici potest, quæ ut di-
„ xi summo uiro Zachariæ meo, & multis præstantissimis hominibus magnopere
„ placuisse percipio.

Capita libri primi, quibus dotata sit uxor.

1 Quid sit coniugium, & quæ eius bona.
2 Qua dote, & quibus moribus uxor sit ducenda.
3 Qua ætate. 4 Qua nobilitate.
5 Qua forma. 6 Quibus diuitijs.
7 De ijs, quæ ad consilia mutanda faciant.
8 De munere uxorio.

Capita libri secundi de uxoris officio.

1 De charitate coniugali. 2 De moderatione uxoris.
3 De loquela. 4 De cultu uxoris.
5 De uictu eiusdem. 6 De coitus ratione.
7 De cura domestica. 8 De liberorum educatione & cura.

FRANCISCVS Bobius medicinæ theoricæ professor aliquando Ticini, aliquid ædidisse fertur, quod ipse non uidi.

FRANCISCVS Bonadus Angeriæ presbyter, Santonensis Aquitanus, scripsit dialogum D. N. Iesu Christi, ac triumphantis eiusdem Resurrectionem ex Matthæo. Liber impressus est.

Dauidis oracula ad Psalmorum seriem 150. numeris poëticis exarauit. *Liber* impressus in 8. anno 1531.

Epistolæ Diui Pauli omnes numero quatuordecim, elegiacis uersibus Paraphrastice traductæ. Vuesthemerus excudit Basileæ 1537. in 8. chartis 15. Stilus uidetur affectatus, præsertim in epistola dedicatoria, quã scripsit Angeriæ, anno 1536.

FRANCISCI Bouilli liber super Psalmum: Deus uenerunt gentes. Impressus Noribergæ 1532. in 8.

FRANCISCVS Brunus scripsit de inducijs tortura.

FRANCISCI Caballi Brixiensis philosophi & *medici ad Io.* Aurelium filium libri duo

duo, Venetijs scripti, de numero & ordine partium ac librorum physicę doctrinæ Aristotelis: excusi Venetijs in fol. chartis 10. Ex præfatione authoris. Aristo- “
telis libros seniorumq; præcipuorum documenta, qui præ cæteris philosophi ar ca- “
na docuere, denuo pertractare cœpi, eò usq; quo multis laboribus ac uigilijs clara “
mihi, ut puto, de hac re ueritas tandem se obtulit, &c. In primo uolumine nume “
rum partium physicæ doctrinæ Aristotelis & librorum: similiter autem & illorum “
ordinem uniuersalem & particularem determinabo. In secundo uero uolumine “
contra quorundam errores circa prædictum ordinem, quoad potero, disputabo, “
&c. Non enim in ordine solo, sed in exponendis Aristotelis uerbis, ij nostri Latini, “
Auerrois quoq; Arabs, quod mirabilius uidetur, non paucis, sed plurimis meren- “
tur correptionibus: quod in posterum, si uita nobis & otium dabitur, palàm fiet. “
Apparet hunc Franciscum etiam Græcæ linguæ non imperitum fuisse: testimo- “
nijs enim Græcorum aliquando utitur. “

De animali pastillos theriacos & theriacam ingrediente, liber excusus Venetijs in fol. chartis 4. astruit autem id animal esse uiperam, & obiter discernendi gratia uarios serpentes ex ueterum libris describit.

FRANCISCI Campani quæstiones Virgilianæ, excusæ Mediolani apud Caluum, anno 1540. in quarto.

FRANCISCVS Capuanus de Manfredonia in Academia Patauina astronomiæ quondam publicus professor scripsit commentarios in Theoricas Planetarum Ge orgij Purbachij. Opus excusum Venetijs in fol. chartis 30. anno 1499. cum Sphæ- ra mundi Io. de Sacrobusto per Cicchum Esculanum exposito.

Ex præfatione authoris. Videns theoricarum planetarũ opus, quod inopia “
librorum apud omnes ferè Almagesti Ptolemæi uicem complet, ultra difficultatem “
eius multorum probatione & demonstrationũ indigere explanatione: amicorum “
plurium precibus commotus, diuina gratia in meum ingenium se influente ultra “
textus dilucidationem, quæ probationẽ patiuntur, à priori & mathematice demon “
strare: principia uero, ut orbes, orbiumq; motus, quæ demonstrationem non reci- “
piunt, à posteriori & per apparentias notificare decreui: ueniam merens siquidem “
in aliquo defecero: quia in hoc opere nunquam expositionem uidi, neq; præcepto “
rem præter agentem intellectum habui: tanto magis, quia in præsentiarum medi- “
cinali scientiæ, quæ magis est curæ, totis uiribus intentus incumbo. “

FRANCISCVS Craneueldius Nouiomagus, I. C. & Cæsareæ Maiest. cõsiliarius in libros de ueritate fidei Christianæ Ioan. Lodouici Viuis præfatus, de præstantia il- lorum librorum scribendiq; ratione ac ipso etiam authore nonnulla disserit.

Idem Procopij rhetoris & historiographi libros 6. de Iustiniani imperatoris ædi- ficijs Latinos fecit. Vuechelus Parisijs excudit 1537. in 4. chartæ sunt 21, & dim. cum indice & Theodorici Adamæi annotationibus.

Ex epistola nuncupatoria ipsius Franciscí.

Incidí fortè in libellos quosdam Græcos Procopij Cæsariensis illustris historici: cuius cum reliqua ferè uolumina sint à uarijs interpretibus, uidelicet Christopho- ro Porsena Romano, ac Raphaële Volaterrano Latinitate donata: hi tamen de Iu- stiniani ædificijs libelli, nescio quo fato relicti uidebantur, nec legi poterant, nisi Græce scientibus: Quorum tamen lectio uidebatur & ad Iustiniani principis pie- tatem magnificentiamq; cognoscendam, & ad locorum multorum exactiorem notitiam, ueterisq; historiæ recordationem, res multas cõmodissimasq; paucis esse complexa, quæ iurisprudentiæ doctrinam profitentibus in primis esse notæ de- buissent: ut intelligerent mortales quantæ pietatis, quantæq; prudentiæ fuerit au- thor ille iuris uniuersi, sic ut nunc est, reconcinnati. Nam alioqui uix quisquam possit ex reliquorum historicorum scriptis quantumuis prolixis, quintam eorum

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [535] - 247v

partem uenari, quæ hic author breuibus libellis est scitissime complexus.

FRANCISCVS de la Cruce quidam scripsit de feriis.

FRANCISCVS de Curte ad Io. Petri de Ferraria utriusq; iuris practicam additiones scripsit. Lugduni 1515.

FRANCISCVS Curtius senior scripsit Consilia in iure, De sequestro, & de iurando super Codice, ff. & Feudis, omnia impressa. Iunior item Consilia scripsit, ipsa quoq; excusa. Ad hæc Franciſci Curtij scripta, sine maioris aut iunioris distinctione, ista reperio, in citationibus nominata. De moneta. De positionibus & interrogationibus. De iudicijs liber impressus.

FRANCISCI Deloini I.C. nostri temporis, opinor, nomen alicubi legisse memini, & nisi fallor aliquid scripsit.

T.M.1483. FRANCISCVS Diedus nobilis patricius Venetus, tam metro quàm prosa quædam præclara opuscula scripsit, è quibus ista feruntur:
Historia sancti Rochi confessoris, lib. 1. Orationes & uariæ epistolæ.
Et quædam alia.

FRANCISCVS Duarenus I.C. scripsit de in litẽ iurando, iudicijsq; bonæ fidei & arbitrarijs cõmentarium. His adijcitur, Decretum quoddam senatus Biturigum, Gryphius excudit Lugduni, 1542. in 4.

FRANCISCVS Emericus Oppauianus, medicus Viennensis, scripsit librum de medicorum auxiliorũ dextero usu, ad ueram Hippocratis & Galeni mentem. Io. Petreius excudit Noribergæ, anno 1537. in 4. chartis 8. Ex præfatione eius ad
» Valentinum abbatem monasterij D. Lamberti in Carinthia. Cum uiderem no
» biscum plærosq; adeò medica præsidia seu auxilia siniſtre prorsus & infeliciter, ac
» contra uetustissimorum medicorum rationem in operis mittere exercitium, uolui
» non dicendi artificiosa ratione, sed simplici & intelligibili orationis filo, non nisi
» pia uoluntate, errores in artis huius operibus, qui ætate hac nostra à plærisq; & pas
» sim committuntur annotare, & auxiliorũ ex Hippocrate, Galeno, medicinæ prin
» cipibus, dextrum ostendere usum. Et paulò post. Cum itaq; in omnibus de
» xterrimus requiratur usus, eum sanè, in auxilijs ferendis, hic meus qualiscunq;
» tandem labor, uel obseruatio potius, ut ingenue fatear, à præceptoribus in hac ar
» te meis recepta & animaduersa dabit, nec latum unguem hac in parte à ueritate
» Hippocratica & Galenica traditione diuertisse deprehendemur. Et paulò infe
» rius. Quàm autem & literas bonas earumq; cultores ames, uel inde constat,
» quod nepotes tuos adolescentes ingenuos in Patauino studio mecum & alijs, per
» sexennium liberalissime sustinueris.

Elenchus Sermonum in hoc opere.

Procœmium. 1 De intentionibus curatiuis eliciendis.
2 Quæ indicatio primum à medico persequenda.
3 De uarijs euacuandi rationibus.
4 De euacuatione quæ fit per sanguinis missionem.
5 De uenæ sectione in Pleuritide.
6 De sanguine mittendo in pleuresi: & authoritatis Manardi Ferrariensis Medici, hac in parte haud ita firmæ, cum operationem suam ueterem adstruere conatur, deiectio.
7 De quadruplici ratione euacuandi, in omni febre, & omni tempore, non intendendo causæ.
8 De ptisana, oxymelite, et aqua mellis, cũ potionibus quas Syrupos nominant.
9 De aqua simplici, quam dulcem dicimus.
10 De medicamentis uentrem lenientibus in affectuum principijs.
11 De tempore assumendorum lenientium.
12 De solu-

12 De ſolutiuo medicaminum gradu.
13 De medicinis euacuantibus in genere.
14 Quàm iniuſte ante coctionem materiei electiue ſolutiua multi medicorum exhibeant.
15 De eradicantis medicamẽti erronea oblatione, et prioris ſermonis appendice.
16 Erroris de materia fluxa facienda commonitio.
17 De uſualium pilularum exhibitione, & aloëticis.
18 De uictus ratione, & primo de liberaliore cœna, & parciore prandio.
19 De uictu inſtituendo in morbis. In procœmio, maximam huius ſcientiæ partem Matthæi Curtij prælectionibus publicis debere ſe teſtatur.

FRANCISCI Floridi Sabini opera aliquot, excuſa Baſileę apud Rob. Vuinter in fol. 1540. chartis 114. cum indicibus ſingulorum. Sunt autem hæc.

In M. Actij Plauti, aliorumq; Latinæ linguæ ſcriptorum calumniatores Apologia, nunc primum ab authore aucta atq; recognita: chartis 30.

Ex præfatione authoris ad Rodulphũ Pium Cardinalem Carpenſem. Neſcio quo pacto aliquot iuuenes iuri initiati in eum ſermonem incidimus, quósnam ueteres Romani egregios poëtas habuiſſent. De qua re poſtquã ſuam quiſq; ſententiam protulit, cum nominato Terentio, de M. Plauto nulla mentio eſſet facta, non potui, quin & hunc ipſe producerem, & rationibus quæ tunc mihi in mentem uenire potuerunt, nihil eſſe oſtenderem, in quo is Terentio eſſet poſtponendus: ſi aliquot uerba locutionesq; à ſequentibus ſæculis damnatæ, ei condonarentur. Et paulò poſt. Vt enim omnibus Plauti calumniatoribus una opera reſponderem, Apologiam, quæ ſuperioribus annis tibi nuncupata in lucem prodiit, in eos ſcribere coactus ſum: cui cum alia quædam, tum contra Marullum Byzantium, tum contra uulgaris linguæ aſſertores addidiſſem, ſic ad ſcribendum, & ea quæ uix primis labris attigeram, diffuſius tractanda accenſus ſum, ut priori opuſculo recognoſcendo, augendoq; aliquot menſes tribuerim, &c. Ego ſanè quoniam Richardi Pacæi libellum, de fructu qui ex literis percipitur, ante priorem huius opuſculi æditionem nuſquam reperire potueram: poſteaq; unicum eius exemplar caſu in ſordida quadam bibliotheca ſeruatum, ab urbe ad me tranſmiſſum eſt, illius quem prius ne nominaram quidem, de Romanis authoribus iudicium multis uerbis reieci. Et cum Pacæi edictum excuteremus, iniquum Plutarchi Chæronei de M. Cicerone iudicium obiter reiecimus, Ianiq; Laſcaris in eundem M. Tullium, Virgiliumq; epigrammata: Gulielmi item Budæi in eorum alterum & Latinam linguam, Macrobij uero in alterum maledicta, non maledictis (quod quidem facile nobis fuiſſet) ſed rationibus confutauimus. Et paulò poſt. Quod ſi incomptum, parumq; elegans noſtrum hoc munuſculum alijs uidebitur, non dubito, quin tu tale ſis exiſtimaturus, quale à iuuene (ſeptem enim & uiginti annos natus ſum) expectari poteſt. Et iuxta finem epiſtolæ (quam ſcripſit Bononiæ, anno 1538.) Verum de his multa, ſi hoc addidero, te ita hanc lucubrationem lecturum, ut in ea prioris nullam faciem ſis agniturus.

Richardus Pacæus.

De Iuris Ciuilis interpretibus liber, itidem auctus atq; recognitus: chartis 22.

Ex præfatione ad eundem Cardinalem. Cum igitur de ijs quæ inſtitueram, parce admodum egiſſem, nec ſatis mihi conſtaret, poſtquam prius opuſculum recognoſcere decreueram, itidémne in libro de Iuris Ciuilis interpretibus eſſem facturus, ita me ad id negocium impulerunt, relecti Andreæ Alciati de uerborum ſignificatione libri, ut nullo iure ab eo deſiſtere poſſe uiderer. Cuius rationem ut paucis accipias, in eum fortè locum incidi, in quo ille omnia ſolis deſerens Iureconſultis, quos nunquam errare potuiſſe perſuaſum habet, duriſſimam difficillimamq; pro eis aduerſus Laurentium Vallam prouinciam cepit: qui cum de Latinæ linguæ elegantia exactiſſime ſcriberet, ipſos quoque iureconſul-

Andreæ Alciati libri de uerb. ſig.
Lau. Vallæ.

„ tos reos peragere, ac in iudicium uocare non uerítus, ita ab Alciato ubiq; reiici
„ tur, ut nullo nec bene, nec male scriptorum habito discrímine, quasi mente captus
„ aliquis id reprehendisse uideatur, quod nullo pacto recipere ualuerit. Quamob
„ rem cum in hoc opusculum pulchre conuenire ea disputatio uideretur, Vallensis
„ patrocínium suscepi: quod fecit ut libellum hunc non minus quàm antea auxe
„ rim. Rem omnem porrò ita tractaui, ut cum Alciato uiro doctissimo, non potue
„ rit meo iudicio nec modestius, nec amicius dísseri, &c. Quod si nobiscum non
„ senserit, melioribus rationibus Iureconsultos defendat. Nam quas hucusq; produ
„ xit, quanti sint faciendæ, alij dijudicabunt, qui Vallæ prius in Iureconsultos ca
„ pita, deinde Alciati pro eis defensionem, tum nostram sententiam defecato, atque
„ omnibus affectibus uacuo animo legerint. Addidi in calce aliqua de Vdalrico
Vdalricus Zasius. „ Zasio, & ipso Iureconsulto: cum quo ita egi, ut inclementius uiuentem fuerim ex
„ agitaturus: defuncti manibus tam pepercerim, quàm ipse nullum cõuiciorum ge
„ nus in Vallam non contorsit.

De C. Iulij Cæsaris præstantia libri 3. nunquam antea excusi: chartis 27.

„ Ex præfatione ad Rodulphum Pium Cardinalem Carpen. Ingens quæstio de
„ antiquorum ducum in bellicis rebus præstantia à multis magnisq; uiris ita tracta
„ ta est, ut cum pro suo quisq; arbitratu uel Scipionem, uel Cæsarem, uel Anniba
„ lem, uel magnum Alexandrum, summum inter celeberrimos asseruerit, nemo
„ tamen, qui id argumentum digne, ac pro eximijs cuiusq; rebus tractarit, quod
„ sciam, extiterit, &c. Primum librum uni Caio Cæsari, secundum alijs Roma
„ nis, tertium exteris ducibus tribui, &c. Porrò autem cum tres tantum exter
„ nos duces, hoc est Pyrrhum, Alexandrum, Annibalemq; cum Cæsare contule
„ rim, è Romanis septem in arenam produxi: tum quod nostri plures egregios
„ duces, quàm Græci, Barbariq; habuerunt: tum quod nullus est eorum, de qui
„ bus paulò diffusius egerim, quin inter eminentissimos sit collocandus. Scipio
„ nem namq;, Marium, Marcellum, Lucullum, quis ab eo certamine excludendos
„ fuisse dicat? aut quis nescit plærosq; extitisse, qui eorum quemq; Cæsari prætu
„ lerint? Illud fortè uerendum erat, ne Pompeius, si Pharsalicã pugnam ei condona
„ remus, indignus esset, qui eorum cuiq; æquaretur. Iam Syllam, Sertoriumq; præ
„ ter eos addidi, &c.

Succisiuarum lectionum libri 3. multa ac uaria eruditione referti, chartis 48.

„ Ex præfatione ad eundem Cardinalem. Veterum recentiorumq; scriptorum
„ nonnullos percurrens, ut aliqua, quæ ad cætera (scilicet libros supra enumera
„ tos) locupletanda facerent, in promptu haberem, permulta partim improbanda,
„ partim latius explicanda raptim annotaui. Ea cum primo uelut aliud agens con
„ fuse collegissem, satis præmij mihi fore ratus, si illa solus mecum legere ualerem,
„ mox tamen alia in lucem daturo, quæ haudquaquam tam admiror, quàm mihi (li
„ cet non satis exercitato) iuuenilis ardor, gloriæq; cupido dictare posset, hæc quoq;
„ illis addere uisum est. Et prope finem. Quod si quæ tua est humanitas, hæc
„ non aspernaberis, erit cur meliora à nobis propediem expectes, cum aliquandiu
„ in Græcis Latinisq; uersatus, assiduam posthac sacris Theologiæ studijs operam
„ dare constituerim: in quibus ut commodius uersari possem, biennium iam He
„ braeorum literis uacaui, in futurumq; uacabo, quoad sine cortice in illis natare ua
„ leam. Quod me intra paucissimos menses, ut spero, consequutũ intelliges. Scri
pta est Bononiæ 1539.

Lectionum succisiuarum libri primi capita 17.

1 An pueri hodie à Græcis literis incipere debeant, & de patrum in filijs libera
liter instituendis auaritia.
2 Qui authores sint legendi, quiũe imitandi.
3 An Remulcus nauis genus sit, & de quibusdam Stephani Doleti erratis.

4 Rhe

4 Rhetoricos ad Herennium libros non esse M. Tullij.
5 Defensa in Terentij Adelphis à Politiani censura, M. Varronis lectio: & de Catulli passere, item de scrutis.
6 Defensus ab eodē sup. Oaxe fluuio Seruius: itē de Priapeij carminis authore.
7 De Reperio et Inuenio. 8 De uerbo Deprecor.
9 De Area. 10 De Littore & Ripa.
11 Quid sit in Horatij epistola, trans pondera dextram porrigere.
12 Aliter agnosci à C. Plinio auunculo Virgilianum carmen, quàm in omnibus, qui in manibus sunt, codicibus habeatur.
13 Varia de Pythagoræ temporibus, & Numæ Pompilij doctrina, ab antiquis credita & scripta fuisse.
14 Nullam à M. Tullio in Bruto P. Sempronij Tuditani mentionē factam fuisse, quamuis à T. Liuio facundissimus appelletur.
15 De Tragœdiæ, Comœdiæ, Satyre, aliorumq; poëmatum inuentoribus, ac de Lyricis Græcorum poëtis.
16 De electro, & an in Eridani ripis repertum sit.
17 An credendum sit regiones, eodem semper animi corporisq; robore præditos homines producere. Et de elementorum secundum Pythagoræ sententiam mutatione, Item de quibusdam, quæ contra naturam facta sunt.

Libri secundi capita 24.

1 Latinum sermonē ueterum Romanorū tempore omnibus fuisse promiscuū.
2 Tres libros de bello ciuili Pompeiano, non uideri C. Iulij Cæsaris.
3 De ætate Nestoris, item de longissimis hominum uitæ spacijs.
4 De aliquot Lactantij Firmiani erratis.
5 Eundem esse Zephyrum ac Fauonium, contra Flauij Vegetij Ren. sententiam. Item de Ventis aliqua.
6 De Hippocentauris, Satyris, alijsq; quibusdam monstris.
7 Luciani de Astarte dea erratum.
8 Gul. Budæi erratum super uerbo Admittere.
9 De Philippi Beroaldi in Seruium annotationibus.
10 Finitum numerum pro infinito à Virgilio sæpissime poni, contra Beroaldi, Macrobijq; sententiam.
11 Declaratus Virgilij locus, & de uerbo Maturo, cōtra Macrobiū & Beroaldū.
12 Recte à Seruio contra Beroaldi sententiam, tristem pro seuero in Virgiliano carmine positum dici.
13 Quomodo Sophocleus cothurnus apud Maronem sit capiendus, contra Beroaldi censuram.
14 Quæ messis apud Virgilium bis solem, bis frigora sentiat, contra Probum Beroaldumq;.
15 16 Errata Beroaldi in exponendis quibusdam Georgicorum Virgilij locis.
17 Quomodo capiendus sit Remus, à Virgilio in Miseni sepulchro positus.
18 Qui sint Ansancti ualles apud Virg. lib. 7.
19 De Baptistæ Pij stilo: item defensus ab eius calumnia Seruius.
20 De lima Vallensi. 21 An minor numerus semper præponat maiori.
22 Defensa à Iodoci Badij Asc. calumnia, Seruij super uerbo Audierat, in Virgiliano carmine, enarratio.
23 De Antonij Volsci commentarijs.
24 Quatenus quærendæ sint in poëtis allegoriæ: & de Catena aurea Homeri: item de duabus Somni portis.

Libri tertij capita 12.

1 Diffuse explicati Iunij Iuuenalis ex 15. Satyra uersus: & de Aegyptiorum dijs non pauca.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [539] - 249v

2 An Penelope casta fuerit: & de Vlyssis morte.
3 Cur homines μέροπες ab Homero dicti sint.
4 Quid Erasmo in literis sit tribuendum, & de Delio natatore: item de Pythagorica philosophia.
5 De diuitijs Narcissi, & prodigiosa Messalinæ libidine.
6 De Ioan. Iouiano Pontano, Actioq; Syncero.
7 In poëtarum obtrectatores.
8 Quur Horatius suas Satyras, Sermones appellarit.
9 Quamobrem Catullus ab antiquis doctus uocatus sit.
10 De Tyrtæo poëta.
11 Veteres poëtas in fabulis admodum uariauisse.
12 Quàm necessaria sit Græcarum literarum cognitio, ijs qui cuiuscunq; generis scientias profitentur: & quàm ad illas discendas conferat, Græca in Romanum sermonem uertere. Cur item Callimachi in Dianam hymnum Latinis uersibus reddiderit, & huic libro adiunxerit.

FRANCISCI Georgij Veneti Minoritani in Scripturam sacram problemata: excusa Venetijs, 1536. in 4.

Eiusdem de harmonia mundi liber, ibidem excusus.

F. Iammetrius Textor interpretatus est 23. titulum Pandectarum iuris libri 47. de popularibus actionibus. Libellus impressus Parisijs apud Michaëlem Vascosanum in 8. anno 1534. Sed nescio an per F literam Franciscus, aut aliud nomen designetur.

FR. Iã. tabula de uocis & corporis moderatione, ad rhetoricam pertinens. Impressa Parisijs apud Vuechelum. Videtur idem esse author cum præcedente.

FRANCISCVS Irenicus Ettelingiacensis scripsit Germanicæ exegeseos uolumina duodecim. Item, Orationem protrepticam in amorem Germaniæ cum superioris operis excusatione. Opus excusum Haganoæ in fol. anno 1518.

FRANCISCI Lamberti Auenionensis theologi, Commentaria in Oseam: cum Digressione sub quartũ caput, De arbitrio hominis uere captiuo. Opus excusum Argentorati apud Ioan. Heruagium, anno 1525. in 8. chartis 30. In præfatione ad Fridericum Saxoniæ ducem, postquam Ioan. Castellani cõcremationem apud Metenses propter synceram Euangelij professionem descripsit, & Lectorem remisit ad Paradoxon 109. Farraginis rerum Theologicarum à se conscriptæ, hæc uerba subijcit. Suscipe nunc ô elementissime princeps, sancti & noui martyris ac testis Christi historiam, quam nomini tuo dicauimus, simul etiam ueritatis scripta, quæ ille professus est, nempe, Osee prophetam, subiectis in eum commentarijs nostris, & ad finem capitis quarti adpendente libello, de Arbitrio hominis uere captiuo, cõtra impios liberi arbitrij adsertores. Is Osee liber, prior est ex omnibus quos apud tuam felicissimum Vuittenbergam enarrauimus.

Farrago rerum theologicarũ.

Digressio De arbitrio, chartas habet 4. & dimid. Sic autem in illam præfatur. Principio Lectorem admonitum uolo, ut non putet, me sequutum uarios Scriptorum sensus, sed ipsissimum iudicium scripturæ, quo simplicius ualui, & donauit Christus, nihil ob id derogans Christianis Scriptoribus & Doctoribus, his uidelicet, qui Dei sermonibus purissime adhæserunt, quos & nos sequi toto corde concupiscimus: secundum quos uere non possumus quicquã tribuere arbitrio hominis, ut plene, Deo uolente, in sequentibus palàm fiet.

Ex epistola ad Lectorem in fine operis. Proposuerã dudum nostros in prophetas duodecim commentarios ædere, ad id me plurimum adhortantibus his qui me apud inclytam Saxoniæ Vuittenbergam, illos enarrantẽ audierant, &c. Tandem Argentinæ Ioanni Heruagio typographo, post alias quasdam æditiones nostras, etiam quę in eosdem prophetas scripsimus, typis cudenda tradere cœpimus.

Volumus

Voluimus autem, tam in his Prophetis, quàm etiam in alijs, maxime in Ezechiele, quem etiam Deo uolente ædemus, ex uulgata æditione pauca mutare, nempe eos tantum locos, ad quos ueritatis intelligendæ necessitas compellebat. Alia fuit ratio in Salom. Canti. ut eodem libro ostendimus, ideo & complura immutauimus: uerum non absq; consilio & auxilio eorum, qui nunc ipsa Biblia uertunt.

In Iohelem Prophetam, secundum è duodecim, Commentarij: ibidem excusi in 8. chartis 7. & dimid. Ex præfatione authoris ad Sigismundũ comitem ab Hohenloe, ecclesiæ Argentinensis Decanum. Misi nuper sublimitati tuæ, nobilissime comes, librum de caussis excæcationis multorum sæculorum, quæ maxime ob Antichristorum ac Pseudoprophetarum perfidam, in totum Christianum orbem uenit. In quo etiam de gloria lucis æternæ ueritatis à Deo nouiss. & denuo reuelatæ nonnihil egimus. Nunc post Oseam prophetam, Iohelem æditurus, in quo mi ris tropis, & eisdem maxime congruis, agitur de longe pernitiosissima escarum iustitiæ & ueritatis Dei, nempe eloquiorum eius fame & siti, quæ diebus plurimis, eisdem scilicet, quibus dicta excæcatio fuit: cui ipsum Iohelem dicare potius debui, quàm tuæ celsitudini: Siquidem non aliunde prodijt ipsa fames, quàm ipsa excæcatio, quod ex huius operis lectione palàm fiet.

Commentarij in Cantica canticorum Salomonis, ibidem excusi 1524. in 8. charti s 16. Ex præfatione ad Franciscum regem Francorum. Misi nuper maiestati tuæ, rex Christianissime, librum de sacro & fideli coniugio, præterq; epistolam quæ à libri capite est, aliam ad te dedi, quibus & mei exilij, & abiectæ sectarum lar uæ, atq; etiam admissi casti coniugij causas, apertius reddidi, nempe, quod ad hæc me compulerint impolluta ac æterna eloquia Dei. Eorum deinde, nempe eloquiorum Domini, & inuentorum hominum antithesim, ac alia cõplura, contra regnũ filij perditionis, & ad gloriam regni Christi attinentia, eo libro conscripsi: promisiq; tandem hos in Salomonis Cantica commentarios.

Rationes, propter quas Minoritarum conuersationem habitumq; reiecit: libellus ibidem excusus in 8. charta 1. Inuenio in catalogo librorum, quos impressit Heruagius, hunc authorem scripsisse in regulam Minoritarum, nec scio an alium ab isto huius argumenti librum ædiderit: Et in eodem catalogo nominantur, huius authoris Prophetia, quam nondum uidi: & Commentarij in prophetas minores, ex quibus eos tantum qui in Osee & Iohel scripti sunt, excusos hactenus reperi.

Commentarij in euangelium D. Lucæ, nunc secundo recogniti ac locupletati. Argentorati ex officina Heruagij, in 8. chartis 34. anno 1525.

Ex præfatione ad D. Georgium Spalatinum. Vis, ut quæ nuper apud Christianissimam Vuittenbergen. Academiam, super Euangelio Lucæ inter docendũ adnotauimus, ad communem fidelium utilitatem typis excudantur. Ad iussionem ergo tuam, eosdem Commentarios parauimus, ac multis in locis adauximus, quo ad plebeculas bene instituendas forent efficaciores. Egimus enim ut his solis Commentarijs, nedum Lucam, sed & Matthæum ac Marcum, & complura ex Ioanne, Paulo, atq; alijs sacris tractibus, intelligere possint. Porrò omni studio id uitauimus, ne aliquid ex Sophistarum uenenis admisceremus: quod non sapientia carnis, sed Dei spiritu eius scripta possint intelligi. Tum uero eorum intelligentia, à sancto spiritu esse cognoscitur, cum à nullo scripturæ loco dissentit. Deinde iuxta serenissimi Imperatoris edictum, his qui in nostra Academia columnæ esse uidentur, eosdem emendandos obtulimus, qui ex eis nihil reprobauere. Cõmentarios in Actorum librum nondum conscripsimus. Nimirum tam ob Canticorum Salomonis, & Ezechielis enarrationem, quàm ob alia plæraq; hactenus occupatior fui. Sed donabit Altissimus, ut opportuno & breui forsan tempore, id efficiã, modo hanc nostram æditionem, & tibi gratam, & Ecclesiæ Christi utilem fuisse agnouero.

FRANCISCVS quídam natione Ligur ex urbe Saurona, pontifex factus Sixti quarti nomen accepit. Vide Sixtus.

FRANCISCVS Lucanus Parmenſis, ſcripſit de crimine læſæ maieſtatis.

FRANCISCI Lucíj Durantíni, de optima reipublicæ gubernatione libri duo. Item de ampliſſimis laudibus Venetæ urbis, deq; eius diſciplina, & recta gubernantiũ ratione, liber unus. Opus excuſum Venetijs in 8. chartis 6. anno 1522.

» Ex præfatione ad Antonium Grimanum Venetiarũ principem. Nam quid » philoſophi, quid oratores, cæteriq; ſcriptores, de optima reipub. adminiſtratione » ſenſerint ſcripſerintq;, in hoc exiguo libello reperies. Primus liber per capita 10. ciuitatem definit ac diuidit, reipublicæ Lectores eligit, eorumq; ſtudia & uirtutes inſtituit. Secundus liber ſimiliter, & alia quædam obiter. Tertius, primũ de uarijs diuerſarum gentium regnis docet: deinde Venetæ ciuitatis laudes & inſtituta prædicat.

In catalogo quodam hunc titulum legi: F. patricíj Senenſis, de regno & regis inſtitutiõe liber, & alius de republica. Impreſſi Pariſijs: alter in 8. alter in fol. apud typographum Petit: nec ſcio an idem author ſit qui prædictus.

FRANCISCVS Lucus I.C. ſcripſit, De Guelfis & Gibellinis, De tyranno, De regimine ciuitatis.

FRANCISCVS Macærata, ordinis Minorum, ſcripſit argumenta ſingulorum capitum in ſeptem libros Ioſephi de bello Iudaico, quæ Epitomes loco ſunt, in fronte Latini Ioſephi Venetijs olim excuſæ.

FRANCISCVS Marchiſius Ticini aliquando ſcripſit in primam & quartam fen primi libri Auicennæ.

F. M. GALLVS (neſcio autem quæ prænomina literis F.M. indicentur) obſcuriores aliquot C. Suetonij locos explicauit: & reliquos Imperatores uſq; ad Carolum v. addidit, breuius quidem Suetonio, ſed non minus ſcholis apta dictione, ut pollicetur inſcriptio libri excuſi Baſileæ apud Henricũ Petrũ in 8. 1537. quo etiam ipſius Suetonij libri continentur. Sunt autem chartæ omnium 48.

FRANCISCI Marij Grapaldi Parmenſis de partibus ædium, Lexicon utiliſſimum cum indice: excuſum Baſileæ apud Vualderum 1533. & 1541. in 4. chartis 37.

» Ex præfatione authoris ad Orlandum Marchionem Pallauicinum. Haſce » ſtudiorum meorum primitias ſub tuo nomine ædere conſtituí: ſunt autem de par» tibus ædium, additis quæ conuenire uidebantur ex probatiſſimis (quantum potui) » ſcriptoribus, & in primis Plinio, luce doctrinarum ſplendidiſſima, quorum uerba » ſæpicule inter legendum notabis, nec de omnibus, ſed quæ crebra lectione occur» rerunt memoriæ, ingeniumq; ſuggeſſit: his equidẽ multa, illa uero quàm plurima » (apes ex floribus herbantibusq; pratis mellilegulas ſecutus) in ſchedulis calamo di» geſſi, magis dictionum ſtudens interpretamentis, quàm locorum ſingulorum ido» neis, ut architecti ſolent, diſpoſitionibus. Domus enim tam ampliſſimæ ſtructurã » non docere, uerum ædificatæ partes deſcribere, hoc eſt ſingulis nomina ſua redde» re, & breuiuſcule fortaſſis quàm decebat, elaboraui. Complura fateor me uel » addere, uel diffuſius ſcribere potuiſſe, quorum quibuſdam conſulto, ne in immen» ſum opus creſceret, falce imperaui: quædam quum obſoleta, tum nimis triuialia, » minime conuenire uiſa ſunt. Mihi ſatis eſt huius materiæ maximam partem tradi» diſſe hoc breui enchiridio.

Primi libri capita 10.

1 Paries, ueſtibulum, ianua, limen, ſera, atrium, periſtylium, & porticus.

2 Cauædium, puteus, ciſterna, fons, ſiphonculus, antlia, harpax.

3 Cella, uinum & eius genera: defrutum, omphacium, acetum, lora, flocces, uappa, torcular, tinia, colum, infundibulum.

4 Cellarium, caſeus, ſuccidia, perna, ſumẽ, uulua ſuilla, lucanica, axungia, butyrum,

tyrum,oleum,mel,ſal,ouum,ſaccarum, aromata.
5 Hortus,olera uaria,aliæq; plantæ.
6 Piſcina,& aquatilium genera multa.
7 Leporarium,& uariæ quadrupedes.
8 Stabulum,iumenta,canis,& inſtrumenta, ornamentaq;,ac huiuſmodi uete-
9 Ornithones cum uariis auibus. (rinaria.
10 Thermæ,piſcina,& quæ pertinent ad balnea,uel ſudatoria.

Libri ſecundi capita 12.

1 Scalæ,contignatio,pauimentum,proceſtrium. 2 Baſilica.
3 Cœnaculũ,feneſtra,laquearium, aliaq; uaſa & ſuppellex menſaria,cum bel-
lariis,& arborum fructibus eſculentis.
4 Coquina,culina,ignis,focus,caminus, pruna, & quæcunq; uaſa aut organa
culinaria ſunt.
5 Gynæcium,ſpeculum,colus,acus,cunabula.
6 Cubiculum,lectus, ſcamnum, culcitra, ceruical, puluinus, toralia, gauſape,
aulæa, conopæum, cubitus, pecten,ſudarium, auriſcalpium, unguenta, arca, ue-
ſtis,alueus,loculi,lucerna,horologium,matula, latrina.
7 Valetudinarium,& uariꝭ morbi corporis,eiusq; partium.
8 Sacellum. 9 Bibliotheca,& quicquid ad eam pertinet.
10 Armamentarium,quod arma telaq; uaria continet.
11 Granarium,cum frugibus & leguminibus. Vannus, cribrum,ſextarius, ra-
dium,culeus.
12 Turris,tranſtra,tibicines,delitia,templum,imbrices,pectinatum,ſtillicidium,
ſubgrundia,tubuli,culmen.

FRANCISCVS Maronis, ordinis fratrum minorum, Ioannis Scoti quondam audi- T.cl.1320.
tor,ſcripſit ingenij ſui non pauca præclara uolumina,de quibus iſta feruntur.

Super ſententias,	lib.4.	Circa procœmium primi.	
De formalitatibus,	lib.1.	Quæſtiones uariæ,	lib.1.
Sermones de tempore,	lib.1.	Sermones de ſanctis,	lib.1.

Fertur etiam in diuinis uoluminibus quoſdam cõmentarios,aliosq; diuerſos com-
poſuiſſe tractatus,qui ad notitiam meam adhuc minime uenerunt.

FRANCISCVS Martini, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper uirginis de monte T.cl.1390.
Carmeli,natione Cathalanus, ædidit præclarum & multa diligentia inſtructũ uo-
lumen de ſancta & puriſſima conceptione glorioſæ dei genitricis & uirginis Ma-
riæ,quod prænotauit.

Compendium, lib.7.

Et quædam alia. Claruit in conuentu Barchinonenſi, ubi præfatum aureum
opus ſe compilaſſe in eius capite fatetur temporibus Vuenceslai Imperatoris.

FRANCISCI Maſſarij Veneti in nonum Plinij de naturali hiſtoria librum Caſti-
gationes & Annotationes, excuſæ Baſileæ in officina Frobeniana, anno 1537. in
4.cum indice:chartis 50. Ex præfatione authoris. Caſtigationes & Annota- ‹‹
tiones noſtras in Plinium de naturali hiſtoria, Ioannes rex inuictiſſime, tuo dedi- ‹‹
candas numini conſtituimus, & primũ quas in librum de Aquatilium natura per- ‹‹
ſcripſimus:quod ſi non ad plenum ſatisfecerimus, non erit culpa deſiderij noſtri, ‹‹
quod ſanè ardentiſſimum eſt: ſed quod plus facere non potuimus: neq; enim ulla ‹‹
eſt diſciplina aut ars, teſtante Columella, quæ ſingulari conſummata ſit ingenio. ‹‹
Quapropter, ut in magna ſylua boni uenatoris eſt indaganter feras quàm pluri- ‹‹
mas capere, nec cuiquã culpæ fuit non omnes cepiſſe:ita nobis ſatis abundeq; eſt, ‹‹
tam diffuſæ materiæ quam ſuſcepimus, maximam partem tradidiſſe: neq; enim ‹‹
nos tantæ rei ſatisfacturos unquam ſperauimus, ſed ut alios quoq; ad cætera pro- ‹‹
ſequenda redderemus alacriores,&c. Mox C.Plinij laudibus enumeratis, ex- ‹‹

„ clamat: O inextimabilem rerum tum Græcarum, tum Latinarum iacturam, si na-
„ turalem historiam Plinij amisissemus: quam quum adhuc mendosa existere uide-
„ retur, cum uetustis exemplaribus alijsq; authoribus, diligenter conferentes duxi-
„ mus corrigendam atq; etiam exponendam: in qua quidē interpretanda non gram
„ maticam, quum multis in libris alijs hæc tradita esse reperiatur: sed errores, resq;
„ tantum particulares, quæ uel nimia uetustate, uel patrum nostrorum negligentia
„ apud nos perierant, exposuimus: quod ut cōmodius perficeremus, cum authori-
„ bus ferè oībus, quos scire potuimus uel Plinīū ab illis, uel illos à Plinio accepisse,
„ uel quod de eisdem etiam rebus pertractarent, Plinīū ipsum cōtulimus, qui quasi
„ loco expositorum quorundam haberi uidentur: ea quidem utentes, non qua de-
„ buimus, sed qua potuimus diligētia: etiam si non ignoraremus quàm ardua, quàm
„ excellēs & eximia res sit hos de naturali historia libros corrigere ac declarare, &c.
Deinde prædicatis Hermolai Barbari, ut qui etiam ipse Plinium diligentissime &
„ omnium optime castigauerit, ac Theodori Gazæ laudibus, subijcit. Si quis ta-
„ men in nostra æditione argueret, quod humili facundia dictauerimus, is conside-
„ ret quod non de arte oratoria, sed de uero cognoscendo hic agitur & disputatur.
„ Hæc tamen omnia quoad potuimus ad plenā intelligentiā exposuimus, atq; uni-
„ cuiq; intelligentiam pisciū perquirenti laborem omnē sustulimus: quęcunq; enim
„ uel à Plinio aliubi, uel alijs authoribus de eisdē piscibus ptractantibus in hoc uolu-
„ men collegimus, ut pro hac intelligenda materia ad alios authores non sit amplius
„ recurrendum: eas tantum quæ ab ipso Plinio libris inferioribus traduntur, medi-
„ cinas piscium relinquentes, ne uolumen in alterum uolumen transcripsisse uide-
„ remur: nempe id facile uidere quis poterit. Tu itaq; Rex clemētissime, ad hanc lu
„ cubrationem nostram animum intende, cognosce & iudica: Nam si tibi cæterisq;
„ uiris doctissimis eam quidem approbari percipiemus, in reliqua Plinij uolumina
„ eodem modo & accuratiori fortasse studio ac diligentia, si diuina fauerint, perse-
„ quemur, præsertim in simplicium materia, &c. Hæc author in præfatione, qui
utinam reliqua quoq;, præsertim stirpes & medicamenta simplicia in Plinij libris,
ut animo conceperat, nobis absoluisset. Proculdubio enim maximus inde fructus
ad studiosos rediret. Quandoquidem hic uir non solum domesticis studijs erudi-
tionem sibi cōparauerat eximiam, sed etiam terra mariq; peregrinando, rara quæ-
dam & egregia cognitu perdidicerat. Nam & Constantinopoli fuit, ac huiusmodi
obseruauit, ut de seipso scribit in Annotationibus super capite 39. in quo multa
erudite de plantis nōnullis disserit. Sed morte præuentus immatura, nihil quod
equidem resciuerim, præter unum hoc opus ad umbilicum perduxit.

T. el. sub Frede rico imper. 3.

FRANCISCVS Mataracius Perusinus, in utraq; lingua peritissimus, scripsit quædā præclara opuscula, è quibus extat opusculum celeberrimum ad Petrum, Paulum, Cornelium adolescentem.

* De componendis uersibus, lib. 1. Poëticam artem ueteres.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1. Epigrammata multa.
Et alia complura.

* Hoc opusculum de cōponendis uersibus hexametro & pentametro, impressum est Norībergæ in 4. 1520. Scripsit & Arithmeticam, quæ excusa est in Italia.

FRANCISCVS Maturantius Perusinus scripsit commentarios in Philippicas orationes M. T. Ciceronis, quos Iod. Ascensius excudit Parisijs, cum Philippi Beroaldi, Georgij Trapezuntij, & suis in easdem commentarijs. Parisijs 1529. in 4.

Eiusdem commentarij in libros Officiorum M. T. Ciceronis: & in Paradoxa, Opus excusum Lugduni 1512. Cum Iodoci Badij quoq; & Pe. Marsi commentarijs quibusdam.

Commentarij in rhetoricorum libros ad Herennium, Ciceroni uulgo inscriptos, unà cum Antonij Mancinelli commentarijs in eosdem, & M. Fab. Victorini in Rheto-

in Rhetoricam ueterem. Opus excusum Venetijs, anno 1500. in folio: & tum primum ab authore conscriptum, Vincentiæ in Italia.

FRANCISCI Maurolyci Messanensis Siculi, Cosmographia in tres dialogos distincta, in quibus de forma, situ, numeroq; tam cœlorum quàm elementorum, aliisq; rebus ad astronomica rudimenta spectantibus, satis disseritur. Liber impressus Venetijs apud Iuntas in 4. anno 1543. chartis 25. Præfatio authoris ad Petrum Bembum Cardinalem scripta Messanæ anno 1540. Cum de Aetnæo incendio ab hinc triennium, & alia nonnulla ad te scripsissem, ac simul quosdam de mundi situ dialogos tibi dedicandos promisissem: tuq; literis tuis id tibi gratissimum fore respondisses: ecce nunc quanquam tardus exoluo debitum. Confeci dialogos tres: in quorum primo, familiari fermè colloquio, disceptatur de forma, situ, numeroq; tam cœlorum quàm elementorum, confutatis interim uulgi ac philosophorũ quorundam à uero dissentientium opinionibus. Alterum bifariam secui: in prima sectione de circulis primi mobilis, eorumq; officijs agitur: tum de Zodiaci diuisione, de zonis, plagis, uentisq; in altera uero de longitudinibus ac latitudinibus tam stellarum quàm locorum terræ, de declinationibus, de ascensionibus, de dierum noctiumq; magnitudinibus, crementis, decrementisq;: tum de climatum distinctione. In postremo dialogo, de motuum speculatione & inuentione sic agitur, ut, quatenus per commentariolum liceat, aditus detur ad magnam Ptolemæi constructionem. Cæterum ut habeas studiorum meorum rationem, scies me ab ineunte ætate ita in mathematicas disciplinas fuisse affectum, ut nulli deinceps philosophiæ parti, quàm huic libentius operam dederim, &c. Sed illud mihi molestum est, huiusmodi egregias disciplinas hac nostra tẽpestate ita neglectas ac prostratas iacere, &c. Euclides noster mathematicorum princeps, non geometris tantum, uerum dialecticis etiã ipsis alicubi necessarius, adeo perperam ad nos tralatus est, ut nunc immutatus, nunc mutilatus, nunc nouis nugis inuolutus legatur. Sed quid quod ipsa quoq; Græca exemplaria mendis non carent? adeo numerorum characteres ac geometrica lineamenta erroribus obnoxia sunt: quid, quod præstantissimi Græceq; doctissimi tralatores mendas non animaduertere? adeo rara sunt ingenia, quæ calleant hanc philosophiæ partem. Scio & Barptolemæum Zambertum in elementorum tralatione, & Ioan. Baptistam Memmium in Conicorum Apollonij dudum emissa interpretatione, materiæ ignoratione deceptos Græcorum exemplarium mendas non uno in loco pertransisse. Sed non est instituti nostri ea nunc discutere, quæ peculiari commentario, ac longiori disputatione indigerent. Ego, quantum ingenij uires potuere, quantũ literatorum penuria, aut librorum inopia passa est, conatus sum in hac disciplina restituere, quæcunq; potui, paratus interim melioribus (si quando dabitur) acquiescere. Coactus sum enim quædam, quasi Phaëthontei currus fragmenta, hinc inde collecta instaurare: ut qui corrupta passim exemplaria uiderim. Quin & aliquot meas lucubratiunculas, præter hos dialogos, habeo. Sed nihil in lucem, nisi te fauente, prodibit: satis autem faueris, si prodire iusseris. Porrò tam aliena, quàm mea, modo locum alienum mereantur, decreueram in quatuor sectiones distinguere: quorum indicem cum ipsorum operum titulis, ac quasi argumentis, exponam ante dialogos: ut inde, si maiores curæ cesserint, examines laborẽ meum: sed ne pluribus, quàm opus sit, agam, eccum indicem ipsum.

Argumentũ dialogi 1

2

3

Euclides.

Barptol. Zamber.

Io. Bapt. Memmius.

Apollonij Conica.

In prima sectione.

Euclidis elementa in libellos quindecim ita distincta, ut primi quatuor Planorum, quintus ac sextus Proportionum: septimus, octauus, nonus, Arithmeticorũ uocentur: decimus Symetria: quinq; reliqui, Solidorum: ex traditione Theonis, ut transtulit Zambertus, nec exclusis Campani additionibus quibusdam: Adiectis præterea circa regularia solida speculationibus cõplurimis, quæ ad plenam ipso-

rum ſolidorum, quo ad perpendiculares, baſes, ſuperficies, & corpulentias, collationem erant neceſſariæ: Vbi planè quiuis animaduertet Zambertum quamuis Græce peritum, exemplaris tamen uitio deceptum peccaſſe: Campanum uero authoris alicubi terminos temere peruertiſſe.

Theodoſij ſphærica, quæ hactenus incorrecta ac neglecta iacuerũt: quaſi non ſint aſtronomiæ totius & præſertim ſphæræ fundamenta.

Apollonij Pergæi Conica emẽdatiſſima: ubi manifeſtũ erit Ioan. Baptiſtam Memmium in eorũ tralatione pueriles errores admiſiſſe Mathematicæ præſertim ignoratione deceptum.

Sereni Cylindrica.

Archimedis Syracuſani de circuli dimenſione libellus cum calculo noſtro ad menſuram peripheriæ propius accedente.

Eiuſdem, de ſphæra & cylindro, ex traditione Eutocij Aſcalonitæ.

Eiuſdem, de iſoperimetris figuris tam planis quàm ſolidis: ubi planarum circulus, ſolidarum uero figurarum iſoperimetrarum ſphæra concluditur eſſe maxima.

Menelai ſpharica, cum Tebitij noſtriſq; additionibus: unde tota ſphæralium triangulorum ſcientia ſcaturijt.

De figuris planis, ſolidisq; regularibus locum implentibus libellus noſter: quanquam de hoc negocio Ioannem à Regio monte accuratiſſime ſcripſiſſe certum ſit: uerum opus nondum, quod ſciam, æditum. Demonſtramus autem in libello è ſolidis regularibus cubos per ſe: pyramides uero cum octahedris cõpactas duntaxat implere locum: qua in re Auerroẽm pueriliter erraſſe manifeſtum erit.

Euclidis data, ex traditione Pappi: tralatio eſt Zamberti.

Inuentio duarum mediarum proportionalium ex traditione præſtantiſſimorum authorum, Platonis, Archytæ, Menæchmi, Heronis, Philonis Byzantij, & Pappi.

Modus ſecandi datam ſphæram ad datam rationem ex Dionyſodoro: quæ quamuis à Georgio Valla tralata ſint: tamen uix intelligi poterant: tum quod fuerant obſcure, ne dicam male, tradita: tum quod ad ea perpendenda opus erat in Menæchmo & Dionyſodoro quibuſdam Apollonij & Archimedis locis.

In ſecunda ſectione.

Boëtianæ Arithmeticæ compendium.

Iordani Arithmeticorum libelli decem, ad miram tum facilitatem, tum breuitatem redacti.

Eiuſdem Data arithmetica.

Arithmetica noſtra ſpeculatiua, in qua multa circa triangulos, quadratos, hexagonos, cubosq; numeros & alias eorum ſpecies, ab alijs prætermiſſa acutiſſime demonſtrantur: tum circa praxim arithmeticam tam rationalium, quàm irrationalium magnitudinum, quæ in decimo elementorum, præcepta cum minime negligenda, tum ad practicas quæſtiones neceſſaria.

Data arithmetica noſtra, in quibus multa ſunt à Iordano prætermiſſa.

Euclidis Optica, in quibus agitur de his, quæ ad uiſum & uiſibilia pertinent.

Eiuſdem Catoptrica, hoc eſt ſpecularia: in quibus de ijs quæ in ſpeculis apparent.

Ptolemæi ſpecula, ubi optimis ipſe argumentis refractiones ad angulos æquales omnino fieri demonſtrat.

Archimedis libellus de ſpeculis comburentibus: in quo docet ac oſtendit, ſpeculo, ut ſit ad comburendum efficaciſſimum, formam dandam eſſe à parabola: quæ eſt una ex conicis ſectionibus, quare negocium huiuſmodi intelligere uolenti opus eſſe notitia conicorum elementorum.

Photiſmi noſtri, ſiue radiationes: in quibus de lumine & umbra, quo ad perſpectiuam ſpectat, ſatis agitur: tum lucem per qualecunq; foramen admiſſam adipiſci formam ad certum interuallum radianti corpori ſimilem: & perinde Solis radium in circularem formam: aut ſi deficiat, in lunulam ſimilémue deficienti proijci, demonſtrã-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [546] - 253r

monſtrauimus locum ſcilicet non ſatis intellectum à Ioanne uulgatæ perſpectiuæ authore.

Diaphana noſtra, in quibus oſtendimus, ea, quæ per corpus aliquod perſpicuum tranſparent, magnitudine, numero, ſitu, formaq; diuerſis ſpectari, iuxta formam perſpicui corporis, tum etiam multa ſuper Iride diſcuſſimus.

Ioannis Petſan Perſpectiua emendata.

Rogerij Bacchonis Perſpectiua utiliſſima.

De motibus & motuum ſymmetria demonſtrationes noſtræ ſcitu iucundæ.

Archimedis de momentis æqualibus, ſiue de æquiponderantibus libellus ex traditione Eutocij Aſcalonitæ.

Eiuſdem libellus de quadratura parabolæ acutiſſimus: quem intelligere uolenti opus eſt conicorum & momentorum æqualium notitia.

Boëtianæ Muſicæ compendium.

Muſicæ ſpeculatiuæ ac practicæ compendium ex Guidone, aliiſq; authoribus: in quo uocum conſonantium ac diſſonantium ratio plene diſcutitur.

Arithmeticæ quæſtiones noſtræ. Geometricæ quæſtiones noſtræ.

Tetragoniſmus, ſiue quadratura circuli Hippocratis, Archimedis, & aliorum.

Poſitionum regulæ, quæ uulgo Algebra barbaro nomine appellãtur, cum demonſtrationibus & exemplis ad quatuor præcepta redactæ.

In tertia ſectione.

Magnæ Ptolemaicæ conſtructionis compendium, cum demonſtrationibus Tebitij circa ea, in quibus Ptolemæi demonſtratio deficit: Item cum quibuſdam Albategnij, Georgij Peurbachij, & Ioannis de Regio monte, aliorumq; additionibus, ubi quiuis totam aſtrorum theoriam facile adipiſci poteſt.

Sphæra noſtra mobilis in octo capita, multasq; concluſiones diſtincta.

Georgij Peurbachij theoriæ cum ſcholijs noſtris. Procli ſphæra.

Campani ſphæra. Theodoſij de habitationibus.

Eiuſdem de noctibus & diebus, libellus.

Autolyci de ſphæra quæ mouetur.

Euclidis phænomena, ad miram facilitatem redacta.

Alphragani compendium. Tebit rudimenta.

Eiuſdem de motu octauæ ſphæræ.

Albategnij & aliorum quorundam traditiones.

Geographiæ Ptolemaicæ compendium.

Aſtronomica problemata noſtra, in quibus totus aſtronomiæ calculus, modusq; ad tabulas emendandas ſiue reſtituendas exponitur.

Tabella noſtra ſinus recti, diſtincta per ſingulas quadrantis gradus, graduũq; minutias, ſupponens ſinum maximum, hoc eſt circuli ſemidiametrum in millies mille plureſue particulas ſectam: ac geometricæ aſtronomicæq; praxi perq; neceſſaria.

In Alfonſi tabellas ꝓblemata: nam canones, qui circũferuntur, non carent omnino mendis.

In directionum tabulas Ioannis de Monte regio, problemata: in quibus nonnulla ab authore prætermiſſa ingenioſe diſcutiuntur.

In tabulam magnam primi mobilis eiuſdem authoris, breuiſſimi & ad omnia generales canones.

In tabulas eclipſium Georgij Peurbachij canones.

In diarium perpetuum canones, in quibus calculi ad eas tabulas pertinentis ſumma breuibus exponitur. In quarta ſectione.

Quadrati Geometrici fabrica & uſus cum demonſtrationibus.

Quadrantis fabrica & uſus. Solariorum fabrica ad omnem horizontem.

Vitruuianæ architecturæ compendium, in quo complures loci enodantur.

Aristotelis problemata mechanica.
Trochilia nostra, in quibus rotarum cõtextus in horologiorũ machinis exponitur.
Heronis inuẽta spiritalia: ac nõnullæ machinæ hydraulicæ à recentioribus inuentæ.
Speculationes mathematicæ nostræ, in quibus circa linearũ symmetriã, circa optica & catoptrica, circa determinationes maximarũ æquationũ in deferentibus planetarum, & alias quæstiones, multa discutiuntur. Sic uideor complexus uniuersum Mathematicæ negocium: si quid tamen ex prædictis fuerit omittendum: aut si quid addendũ ab aliquo forte inuentum, minime aduersabor: semperq; meliori iudicio parebo, &c. Demum illud mihi non est omittendum, dialogos olim hos mihi lusos Messanæ, aduentante iam ad urbem Carolo v. Cæsare dudum ab Africana expeditione reuerso: primumq; dialogum in prædiolo nostro: alterum prosoribus templi maioris Messanensis: tertium in Carmelitano cœnobio, dum sphærica elementa publice, ac Mamertino magistratu præsente, legerem.

FRANCISCI Menessæ libellum de accentibus, Rob. Stephanus excudit Parisijs.

FRANCISCVS Niconitus scripsit gre. 1. Allegationum, in qua adhuc undecim partes promittuntur. Super R. Soluto matri. l. 1. & 2. in primo Infortiati. Super Rubrica de Oper. noui nunciat. in primo ff. noui.

T. cl, 1480. FRANCISCVS Niger presbyter Venetus, uaria opuscula scripsit, è quibus extat opus ad Leonardum Bottam equitem Mediolanensem, Grammatica prænotatum, lib. 14. Ab Anneo Seneca lit. Feruntur & eius epistolæ. Et quædam alia.
* Impressus est etiam huius authoris liber, De modo epistolandi: qui qualis sit uel ex ipsa inscriptione iudicabit Lector.

RANCISCVS Niger Bassianas (alius à superiore) Clauenæ, quod oppidum est ditionis Rhæticæ inter alpes & Larium lacum, in ludo literario adolescentiam instituit: uir sanè eruditus & eloquens, ac dignus maiori professione: nisi illam sponte amplecteretur Christianæ libertatis gratia.
Ouidij metamorphosin in Epitomen phalecijs uersibus feliciter redegit: quæ apud nos Tiguri impressa est in 8. 1542. & Basileæ apud Rob. Vuinter cum Bartolemæi Bolognini epitome in eandem, &c. hoc anno 1544.
Pauli Iouij historiam de rebus Turcicis, ex Italica Latinam fecit. Vuendelinus excudit Argentorati 1538. in 8. & Oporinus Basileæ cũ Alchorano, &c. 1543.
Scripsit etiam Rudimenta Grammaticæ, in suorum tyrunculorum usum, ex authoribus collecta. Excusa Mediolani apud Ioan. Antonium Castelleoneum, anno 1541.

Machiauellus. Ante annum & eo amplius manum apposuerat Machiauelli discursibus in T. Liuij primam Decadem, ut eos ex Italicis Latinos faceret. Verum statim ab initio paucis conuersis, opus ipsum intermisit, cum alias ob causas, tum ut absolueret alterum opusculum ad religionem attinens, idq; Italica lingua: cui nescio an adhuc supremam manum imposuerit.

FRANCISCI Pæti Fundani Sylua in Augustinum Niphum præposita commentarijs Niphi in Meteora: ubi etiam Niphus de hoc Francisco scribit, quod moliatur opus de rerum naturalium principijs iuxta Aristotelis doctrinam: quod an exiuerit haud scio.

FRANCISCI Patritij Senensis plura extant poëmata, quæ doctissimi petunt, & quæ sibi uitam retinuisse creduntur. Aeneas Syluius capite 55. Europæ suæ. Vide supra in Fr. Lucio Durantino, ubi uideor mihi imprudens diuersos pro uno scriptore posuisse.

FRANCISCVS Pauinus scripsit, De decimis & charitatiuo subsidio. Glossam sup. extrauagates Ioan. 22. De potestate capituli sede uacante. De uisitatione in uulgari in baculo pastorali. Consilium in causa beati Simonis: ubi late de materia

teria indiciorum in causa criminali: incip. Reuer. pater considero principaliter.

FRANCISCVS Pepus scripsit in R. secundi Codicis, Vnde uir & uxor. Autent. præterea.

FRANCISCVS Petrarcha, natione Hetruscus fuit, de cuius opusculis reperi: T.M.1374.

De uita solitaria,	lib.1.	Paucos homines noui.	
De remedijs fortunæ,	lib.2.	Cum res fortunasq;.	
In 7. Psalmos pœnitentiales,	lib.1.	De conflictu curarum,	lib.1.
De præsenti mundo,	lib.1.	De historia Grisildis,	lib.1.
Bucolicorum metrice,	lib.1.	Monice tranquillo.	
Epistolarum ad diuersos,	lib.8.	Quid uero nunc agimus.	
Africã ad Rupertũ regem,	lib.1.	Vitam Scipionis Africani,	lib.1.
De rebus memorabilibus,	lib.1.	De pomerijs ad Sagemor,	lib.1.

Alia quoq; multa ædidit, quæ ad manus nostras minime uenerunt.

* Francisci Petrarchæ a Florentini poëtæ laureati aliquot opera Basileę impressa, anno 1496. apud Ioan. Amerbach. in fol. satis crasso uolumine. Sunt autem hæc. Bucolicum † carmen in duodecim eclogas distinctum, quarum tituli sunt: Parthenias. Argus. Amor pastorius. Dædalus. Pietas pastoralis. Pastorium pathos. Grex infectus & suffectus. Diuortium. Querulus. Laurea occidens. Galatea. Conflictatio.

a Aliàs Aretini.

† Vide infra in præfatione super epistolas sine titulo.

De uita solitaria libri 2. qui per aliquot tractatus & capita diuiduntur: chartis 17. Primus agit de multiplici differentia inter uitam habitatorum urbium, & solitariorum, præeminentiaq; uitæ solitariæ. Secundus multis ac uarijs exemplis uitam solitariorum approbat, extollit, atq; ad illam capessendam hortatur.

De remedijs utriusq; fortunæ libri duo: per dialogos 154. chartis 55. colloquentibus eo qui fortunam experitur (qui tamen duobus aut tribus tantum uerbis læti tristisue animi sui propter aduersam aut secundam fortunam affectum ostendit) & altero, qui copiose ac philosophice in uarios utriusq; fortunæ casus disserit, hoc agens ne quis aut rebus prosperis extollatur, aut aduersis animum despondeat. Enumerantur autem prospera, quorum possessione aliquis sibi nimium placere & alterum sapere possit, quæ sequuntur: Corporis forma, ualitudo, sanitas restituta, uires, uelocitas. Ingenium, memoria, eloquentia, uirtus, uirtutis opinio, sapientia, religio, libertas, patria gloriosa, origo generosa aut fortunata, uictus lautus, conuiuia, uestitus cultusq; corporis insignis, ocium & quies, suauis odor, cantus & dulcedo musica, choreæ & tripudia: ludi prosperi, pilæ, aleæ & calculorum, & taxillorum: histrionũ ioci, ludi palæstrici, spectacula uaria, equi, uenatus & aucupium, famulatus numerosus, magnificentia ædium, arces ualidæ, suppellex pretiosa, gemmæ & margaritæ, gẽmea pocula & signa, tabulæ pictæ, statuæ, uasa Corinthia, librorum copia, scriptorum fama, magisterium, uarij tituli studiorum, tituli negociorũ: tituli bellorũ, militia, & ducatus: amicitiæ regũ, amicorũ abundantia, amici incogniti nisi per famam, amicus unicus & fidelis, diuitiæ, inuentio aurifodinæ, inuentio thesauri, fœnus, ager fertilis & excultus, uiridaria, greges & armẽta, elephantes & cameli, simiæ & ludicra animalia: pauones, pulli, gallinæ, apes & columbæ: piscinæ, auiaria, auesq; loquaces & canoræ: coniugij claritas, uxor formosa, fœcunda & facunda, dos optima, grati amores, ortus filiorum, festiuus infans, liberi formosi, filij fortitudo ac magnanimitas, filiæ castitas, gener optimus, secũdæ nuptiæ, natorũ coniugiũ, nepotes, filij adoptiui & priuigni, præceptor excellens, insignis discipulus, pater bonus, mater amantissima: fratres boni, piæq; sorores ac formosæ: bonus dominus, serenitas aëris, prospera nauigatio, uotiua portus apprehensio, carceris exitus, tranquillus status, potentia, gloria, beneficia in multos collata, amor populi, occupata tyrannis, regnũ & imperiũ, exercitus armatus, classis instructa, machinæ & balistæ, thesaurus repositus, uindicta, spes uincẽdi, uictoria,

inimici mors, ſpes pacis, pax & inducíæ, pontificatus, felicitas, ſpes bona, hæreditatis expectatio, alchymia, ꝓmiſſa aruſpicum, lætus rumor: expectatio filij, uel amici, uel uillici, uel uxoris: expectatio meliorum temporũ, ſperatus principis aduentus, famæ ſpes poſt obitum, gloria ex ædificijs ſperata, ſperata gloria ex conuictu, ſpes multiplex, pax animi ſperata, ſpes uitæ æternæ. Et hæc ſunt capita primi libri, per totidem dialogos diſtincti: ſecundus de remedijs aduerſæ fortunæ, eorundem contraria proponit, quæ quoniam ex ſuperioribus magna ex parte intelligi poſſunt, non adſcribam. Vtriuſq; libri ſcopus eſt, ne quæ uidẽtur animi, corporis, & fortunæ, aut quæuis propria nobis externáue bona uel mala, nimium ſibi uſurpent animos noſtros, percellant, et dimoueant, ab æquilibrio moderatę affectionis, uel in laudem & admirationẽ aut uerius ſtuporẽ, uel nimiã uituperationem & impatientiam incautos rapiant. Denicq; talis ferè philoſophia moralis hic continetur, qualis Epicteti ab Arriano deſcribitur, quæ per contemptum humanarũ rerum ad genuinam felicitatem, quæ quidem in homine ſita eſſe poteſt, perducit.

Liber, quem Secretũ, uel de conflictu curarũ ſuarum inſcripſit, (chartis 9. & dim.) quo de Contemptu mundi diſputatur, continens Colloquiũ in tertiũ diem productum, inter ſe & D. Auguſtinũ, quẽ introducit ſibi apparentẽ unâ cum Veritate, » ex cuius dictatione Auguſtinus omnẽ ſermonẽ ſuum protulerit: ubi multa (ut ipſe » inquit) licet aduerſus ſæculi noſtri mores, deq; cõmunibus mortaliũ piaculis dicta » ſint, ut non tam mihi q̃ toto humano generi fieri conuitiũ uideretur: ea tamen qui » bus ipſe uocatus ſum, memoriæ altius impreſſi, & ne fortè dilaberentur, in hunc li » bellũ retuli: nõ quẽ annumerari alijs operibus meis uelim, aut unde gloriã petam: » maiora quædã mens agitat: ſed ut dulcedinẽ, quã ſemel ex collocutione p̃cepi, quo » tiens libuerit ex lectiõe percipiã. Tuq; ideo libelle, cõuentus hominũ fugiẽs, mecũ » mãſiſſe cõtentus eris, nominis ꝓprij nõ immemor: Secretũ enim meũ es, et diceris.

Dialogi duo, in quibus de uera Sapientia diſputatur inter Idiotam & Oratorem, chartis ferè duabus.

De rebus memorandis libri 4. chartis 26. per tractatus & capita diſtincti, fortaſſe rectius inſcriberentur Exemplorũ: adferuntur enim ſingulis capitibus diuerſa exempla quibus aliquis ueterũ, preſertim ſapientiũ et aliquãdo recentiorũ, excelluit.

Primi libri tractatus primus uaria exempla habet de ocio: ſecundus, de ſtudio.

Secundi libri, tractatus primus, de memoria: 2 De ingenio, & eloquentia: 3 De dicacitate & facetijs.

Tertij libri tractatus 1. de ſolertia, aſtutia, & callíditate. 2 De communi hominum ſapientia in factis uel dictis, conſilijs, & præceptis.

Quarti libri argumentum eſt de prouidentia: & in primo tractatu, de coniecturis & præſagijs hominum. 2 De oraculis. 3 De ſomnijs. 4 De uaticinijs furentum, & præſagijs ae diuinationibus morientium. 5 De haruſpicio, & augurio. 6 De ominibus & portentis. 7 De ſtrategematibus, ut inſcribitur, cum præfationem ſolem habeat, & poſt eam unicum caput de Tiberij Cæſaris modeſtia mira in quibuſdam rebus.

Inuectiuarum contra quendã medicũ lib. 4. chartis ferè 9. præponit aũt epiſtola authoris ad Clementẽ VI. Pont. Rom. medicorũ turbã fugiendã hortantis: cuius occaſione orta eſt in eum medici cuiuſdã obiurgatio, qua motus inuectiuas iſtas contra obiurgatorẽ ſcripſit, taxans cũ ipſo oẽs imperitos & malos medicos: ſuãq; profeſſionẽ, poẽſim, rhetoricã, & ſolitariã uitã laudans copioſe, preſertim in 3. & 4. lib.

Epiſtolarum de rebus familiaribus libri 8. chartis 34.

Libri primi epiſtolæ.

1 Famã ante mortẽ non eſſe appetendã, cum ea nobis uiuẽtibus minime poſſit acquiri.
2 De breuitate humanæ uitæ, inſtar floſculi.
3 De peregrinatione ſua per Galliam, Germaniam, Rhenicq; ripas.

4 De

4 De Colonia Agrippina ad ripã Rheni, & ſuo inde Auinionem uſq; digreſſu.
5 De fide & taciturnitate quædam.
6 Dialecticos inanes & contentioſos deteſtatur.
7 Quid obſeruandum ſit in inuentionibus & ui ingenij.
8 Eloquentiam animiq; æquitatem cæteris rebus eſſe anteponendam.
9 & 11 Deteſtatur ſenem quendam dialecticum.
10 Paraſitum facete famelico comparat.

Secundi libri.

12 Conſolatur epiſcopum quendam de obitu fratris eius.
13 Eundem conſolatur de obitu inſepulti amici: non pauca etiam de uarijs ſepeliendi ritibus narrans.
14 15 De exilio, & quod non ægre ferendum ſit.
16 Animas multa pati ex corporum ſocietate.
17 Amicorum abſentiam non obeſſe amicitiæ.
18 Expectationem de futuris amputandam eſſe, ut quiete uiuatur.
19 Aduerſa æquo animo toleranda eſſe, & leges naturæ non recuſandas.
20 De uarijs rebus, & non pauca de laudibus urbis Romæ.
21 Homines ſemper in peius ruere, & poſthabitis melioribus curare deteriora.
22 Inuitatio amici ad cœnam poëticam.
23 Montem Caprarum, Soracte, & oppida nonnulla uicina deſcribit.
24 Cauſas moræ apud Caprarum montem recenſet.
25 Conqueritur de magnitudne ruinarum urbis.
26 Ioannæ & Agnetis ſororum laudes, & comparatio ad ueteres mulieres uirtute claras.

Tertij libri.

27 De Thyle inſula.
28 Superuacuum eſſe curas hominum in longum protendi in ætate breuiſſima.
29 De uſu uictoriæ exempla ueterum ducum.
30 De literis ad ſe miſſis.
31 Solitudinem non oratione laudari poſſe, ſed experientia probari.
32 De ſummo bono & ſumma felicitate.
33 Mediocritatem ubiq; appetendam, & præcipue regibus.
34 Triſtem præteritorum memoriam, & anxiam ſolicitudinem futurorum deponendam monet. Mathematicis etiam non credendum eſſe, ſcripturarum teſtimonio probat. 35 Ebrioſi incommoda multa.
36 De felicitate in breui uitæ ſpatio exempla aliquot.
37 Vim amoris cõmendat. 38 Adhortatio ad diuinum amorem.
39 Ex fabella araneæ & podagræ curam podagrici morbi docet.
40 De laudibus paupertatis.
41 Bonos amicos conquirendos, & malos tanquam maritimos fluctus fugiendos eſſe: quodq; boni pauci uel nulli ſint, mali autem quàm plurimi.
42 Hortatur amicum ut in aduerſis ſe uirum præbeat, cum animi uirtus maxime in calamitatibus dinoſcatur.
43 Conqueritur de hominum ingratitudine.
44 Hortatur amicum ad inueſtigandum per omnem Hetruriam antiqua ſcripta, quo ſtudio ipſe etiam magnopere teneatur.
45 Homines nec experientia quidem ab infelicitate deterreri poſſe, multa exempla.
46 Ad amicum familiaris.
47 Ad amicum ut intercedat pro iuuene quodã, qui uirginem amatã uitiauerat.
48 Eloquentiæ uis in mitigando animos efferatos.

Libri quarti.

49 Ventoſum quendam montem in Gallia deſcribit.

50 De contemptu diuitiarum, beatæ uitæ desiderio, ac laudibus Roberti regis
51 Laudes eiusdem, deq; animæ immortalitate. (Siciliæ.
52 Amicum consulit Romæ né an Parisijs assumenda sibi sit laurea, cum utrinq; literis accerseretur. 53 Eiusdem consilium probat.
54 Quo die Romæ in Capitolio lauream sumpturus sit.
55 Ad Robertum Siciliæ regem quo ritu Romæ lauream susceperit: & contra ueterum laudatores præsentia contemnentes.
56 57 De eadem laurea sua: & quod Parmenses à tyrannide liberati sint.
58 Deplorat obitum Thomæ Messanensis, & epitaphium addit.
59 De eodem.
60 Ioannem Columnam hortatur ut mortem Iacobi fratris forti animo ferat.
61 De eiusdem Iacobi obitu repentino conqueritur.
62 Senuto Florentino suos familiares describit.
63 64 Reprehendit quendam de antiquis scriptoribus non recte sentientem, & gloriam nimis inutiliter sibi quærentem.
65 Sumptus pro facultatibus temperandos, potiusq; animi frugalitatem, quàm corporis gloriam appetendam esse.
66 Comiter & iocose reprehendit quendam obscœno mulierculæ amore laborantem.
67 Quod cõfessio erroris emendatioris uitæ optimam spem habeat.

Libri quinti.

68 Dolet obitum Roberti regis Siculi.
69 Ioannis Columnæ beneficia gratus commemorat.
70 Describit iter suum Romam & Neapolim uersus.
71 Quæ admiratione digna Baijs & Puteolis uiderit.
72 Maximam apud Neapolim tempestatem describit.
73 De gladiatorijs ludis Neapoli, & Neapolitanorum moribus.
74 De somnijs, quantaq; sit eis adhibenda fides.
75 Ad amicum, quid sentiat de adolescente amore noxio capto.
76 Quid de libidinoso sene sentiat.
77 Quod in hostium insidias apud Regium Parmensium inimicam ciuitatem deuenerit.
78 79 Obtrectatorum uerba cõtemnenda esse, & eorum præcipue qui post mortem in aliquem inuehuntur.
80 Moram semper aliquid periculi habere.
81 Seruorum malignitatem detestatur.
82 Amicum exhortatur ad beatam uitam consequendam.
83 Amico scribendi tarditatem excusat.
84 Dolet ob amissam epistolam: & quod deformis artifex formosum opus effingere possit, multis exemplis ostendit. 85 De statu suo.
86 Ad Clementem VI. pont. si ualitudinem reparare cupiat, multitudinem medicorum esse fugiendam.

Sexti libri.

87 Ad episcopum quendam, inuidiam infelicem pestem esse: auaritiam autem cæteris uitijs potiorem, & in pontifices plurimum imperij habere.
88 Ad Ioan. Columnam, se uerum, non sectas, amare: Eidem omnes res Romanas & uetustate & magnitudine admirabiles describit.
89 Nec senectutem, nec paupertatem, nec morbos magnifaciendos esse: & quid boni coniunctum habeant.
90 Cur in epistolis tot antiquorum exemplis utatur: & quod exempla plurimum ad uirtutum imitationem ualeant.
91 Mortem Andreæ Roberti Siciliæ regis filij indignam ac miserrimã deplorat.
92 Ad

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [552] - 256r

92 Ad amicum, ut hominem uitijs perditum reprehendere desistat, cum se sciat operam perdere. 93 Facundi & loquacis differentia.
94 Ad amicum, ut munera pro tribuentis animo, non pro rerum magnitudine
95 Episcopo cuidam aduentum suum cum Socrate pollicetur. (recipiat.

Libri septimi.

96 Barbato Sulmonensi amorem suum erga ipsum narrat: quodq; Sulmonem primo impetu Barbari oppresserint.
97 Veram humilitatem non esse spernendam multis exemplis ostendit.
98 Socrati suo narrat somnium de inuento thesauro.
99 Ad episcopum Tricastrinum, familiaris.
100 Familiaris, cum querela, de urbis Romæ laceratione.
101 Quantopere mediocritatem desideret.
102 Ad Tribunum Romæ, quod famam ipsius imminutam audierit indignans.
103 Ioanni Aretino gratulatur de libertate patriæ, & ipsius honore.
104 Cum illo apertas inimicitias gerendas esse, qui amicitiam pro iniuria reputet.
105 Cur potius Cisalpinam Galliam quàm Florentiam petierit.
106 Congratulatur cuidam de aduentante amico.
107 Amici cuiusdam mortem immaturam deflet.
108 Ioan. Columnam ut forti animo fratrum & nepotũ obitum ferat, consolatur.
109 Amantum cæca esse iudicia.
110 Ad Luchinum uicecomitem Mediolanẽ: maiores qui uirtute & literis claruerunt commendans, simulq; nostri temporis principum ignauiam & ignorantiam reprehendens.
111 Adulationes se odisse, & carpi quàm laudari malle.
112 Ad Gilbertum Grammaticũ parmẽ. rogans ut adolescentulum optime instituat, & multa de scholastica disciplina interserens.
113 De amoris remedio. Octaui libri.
114 Stephani Columnæ fortitudinem in aduersa fortuna laudat: & eundem consolatur de morte fratrum, uxoris, filiorum, ac nepotum.
115 Familiaris.
116 117 118 Quantopere delectet fonte Sorgia, et inuitatio ad uitã solitariam.
119 Bartolemæo Eremitico (qui ex D. Augustini dictis uolumen ingens ordine alphabeti collegit, & idem aggrediebatur in Ambrosio) carmina quæ petierat in eius operis commendationem, se mittere significat.
120 121 Coniunctos & amicos peste sibi ereptos conqueritur.
122 Præsentem uitam, quam degimus, amico describit.

Epistolarum 21. sine titulo liber 1. chartis sex.

Ex prologo authoris. Cum semper odiosa fuerit, nunc capitalis est ueritas. « Crescentibus nempe flagitijs hominum, creuit ueri odium, & regnum blanditijs « ac mendacio datum est. Ea me pridem cogitatio induxit, ut Bucolicum carmen, « poẽmatis genus ambigui scriberem, quod paucis intellectum, plures forte delecta- « ret, &c. Idem me hodie respectus inducit, ut his literis pauca quidem, sed quo ue- « riora, eò malis odiosiora, concludam: bonis uero, nisi fallor, amabilia. Et sicut in pa « storio opusculo, sic in isto: illic obscuritate quadam, hic scriptorum latebris ac silen « tio, tutus sum: Nec solus ego: sed hi quoq; quibus hæc scripseram, quorum nomi- « na sciens uolensq; obticui. Prouidebo equidem ne hic liber (in quo nullum huius- « modi uelum est, quale in bucolicis) uiuo me in cuiusquam maximorum hominum « manus ueniat. Si fefellerit: ego tamen ueri studio quæsitum odium non uerebor, « & meritis partam inuidiam inter titulos numerabo. Sin usq; dum abiero, bona fi- « de latuerit: postmodũ, ut libet, sæuiant, irascantur, tonent, fulminent, quid ad me? « In his epistolis multa de flagitijs, Pontificum, Cardinalium, episcoporum, totiusq;

De eclogis suis.

curiæ & urbis Romanæ, Auinionis & alia quædam libere uereq; dicuntur.
Epistola ad Carolum quartũ Romanorũ & Bohemiæ regem, illum incusans quod tardius Italicis rebus prouiderit, & ut bonis consilijs moram nullam facere dignetur exhortans, simul ex antiquitate uirtutem & excellentiam urbis Romæ describens: paulò maior charta & dimid.
Epistola ad Posteritatem, originem, conuersationem, morumq; & studiorum suorum successus explanans: paulò angustior charta una.
Septem Psalmi pœnitentiales ab ipso compositi & effusi ad Deum opt. max.
Epitome quorundam uirorum illustrium ad Franciscum de Carrarhia ducem Patauinum. De Romulo, Numa, Tullo Hostilio & Anco Marco Romanorũ regibus. De Iunio Bruto, Horatio Cocle, L. Quintio Cincinnato, M. Furio Camillo, M. Valerio Coruino, T. Manlio Torquato, P. Decio, L. Papyrio Cursore, M. Curio Dentato, Fabritio Lucio: charta est, cum quinq; octauis partibus.
His accessit Supplementum per Lorbardum de Siricho Patauinum, ad eundem ducem, post obitum Fr. Petrarchæ, chartis 3. & dimid. Sunt autẽ uiri clari, quos describit, Alexander Magnus, Pyrrhus Epirotarum rex, Hannibal Pœnus, Q. F. Maximus Cunctator, M. Claudius Marcellus, Cl. Nero, & Liuius Salinator, P. Scipio Afr. maior, M. Portius Cato Cens. C. Scipio Nasica, T. Quintus Flaminius, L. Scipio Africanus, P. Aemilius Macedonic. Cæcilius Metellus Macedonic. Cornelius Scipio Afr. posterior, Gaius Marius, Gn. Magnus Pompeius, C. Iul. Cæsar, Octauianus Aug. Fla. Vespasianus. T. Flauius Cæsar. Vlpius Traianus.
Beneuenuti de Rambaldis libellus Augustalis, breuiter comprehendens descriptionem omnium Augg. usq; ad tempus suum: chartis 2. & quadr.
Postremo subijcitur Index principalium sententiarum: chartis 10.

Fr. Petrarchæ eclogas, & Africã, id est, de rebus in Africa gestis lib. 19. Epistolarum libros 3. Rob. Vuinter impressit Basileæ in 8. chartis 36. & dimid.

Franciscus patre Petrarcha, quem ipse postea Petrarcham appellauit, natus est anno 1304. apud Ancisam uicum agri Florentini. Inde puer infans à patre partium factione pulso, Aretium ductus est, ubi unà cum ætate literis & uirtute adoleuit, studio maxime poëticæ à natura deditus. Desperato in patriam reditu Auenionẽ se contulit, &c. Vide plura de ipsius uita, si libet, apud Raph. Volaterr. lib. 21. cap. de his qui reliquis artibus claruerunt.

T.M.1514 FRANCISCVS Philelfus, ex uetusto Tolentini oppido natus, eques auratus & poëta laureatus, scripsit utroq; sermone, tam prosa quàm carmine, multa præclara uolumina, quibus memoriã celeberrimi ingenij sui posteris reliquit, è quibus extant.

Euthyphron de pietate,	lib. 1.	De morali disciplina,	lib. 8.
Vita Nicolai Papæ quinti,	lib. 2.		
Consolatorius ad amicum,	lib. 1.	Cupienti mihi aliquid.	
De diuersitate legum,	lib. 1.	Quam multarum legum men.	
Sphorciados uersu heroico,	lib. 9.	Satyrarum eodem metro,	lib. 10.
De iocis & serijs hexametro,	lib. 6.	Lyricorũ omni genere metri,	lib. 6.
Orationes uariæ, 60.	lib. 1.	Si fieri posse censerem.	
Epistolarum Latinarum,	lib. 16.	Quàm nihil apud me duxe.	
Epistolarum Græcarum,	lib. 39.	Græcis uersibus per odas,	lib. 4.
Conuiuiorum prosaice,	lib. 2.	De exilio quoq;	lib. 3.

Et alia complura. Multa præterea uertit in Latinũ, è quibus subiecta feruntur.
Rhethorica Aristotelis ad Alexandrum regem, lib. 1. Ex Platone, lib. 2.
Hippocratis de flatibus & corporis passionibus, lib. 2. Ex Plutarcho, Theseï & Galbæ Othonisq; uitas. Apophthegmata quoq; lib. 2. Et alia plura.
* Franciscus Philelphus Poggij Florentini æmulus, genere Picens, patria Tollentinas,

Tanta eloquentiæ furia, in uitiorum paludes abfluebat, clarissimi profluentis dignitatem amisit. Io. Pierp. Valerian. lib. 23. pp. & Cornel. Tollium de Literat. infelic. p. 3. pp.

tinas, ad omne genus scripti sese adcommodauit, ac (ut de Vinicio dicit Augustus) ingenium in numerato habebat: Graeca, Latina, lyrica, heroica, prosam orationem ex tempore dictabat. Idcirco Francisco Sforciae gratissimus. Mediolani profitebatur. Stilum eius Sforcias opus heroici carminis manifestat: quod non tam laudant, qui legunt, quàm admirantur qui sciunt quanta id celeritate ac facilitate absoluerit. Filium reliquit Marium Philelphum & ipsum Grammaticum uehementis ingenij. Decessit Mantuae ubi à Friderico Gonzaga salario fuerat ad docendum inuitatus. Raph. Volaterr. libro 21.

Satyrae Fr. Philelphi, excusae in Italia.

De educatione puerorum, institutio hecatosticha: impressa Basileae apud Rob. Vuinter 1544. cum poëmatijs aliquot insignibus uariorum authorum in 8.

Epistolarum eius familiarium, sedecim tantum libri ab initio impressi sunt: postea autem triginta septem, Venetijs in folio, anno 1502. chartis 139. cum Indice gemino, altero rerum ac uerborum, & altero uirorum ad quos scribit. Opus est uarium, multiplex, & omni genere eruditionis refertum, multisq; insuper historijs. Vidi etiam selectas aliquot huius authoris epistolas, Haganoae excusas in 8. cum Indice argumentorum in singulas epistolas.

Opera Fr. Philelphi, ita ut in magno uolumine epistolarum eius statim post indices, enumerantur.

Epistolarum libri 37. Sphortiados libri 24.
Satyrarum libri decem. Carmen de laudibus Aenici Dauali.
De uita & rebus gestis Fr. Sphortiae liber 1.
Conuiuiorum Mediolanensium lib. unus.
Odarum libri decem. De iocis & serijs liber unus.
Carmen ad Pascalem Malipperium principem Venetiarum.
Oratio pro Lazaro Scarampo Comensi episcopo.
Liber de consolatione. Oratio Cosmiaria.
Oratio in parentalibus Fr. Sphortiae.
Traducti de Graeco in Latinum.
Oratio Lysiae de laudibus Athenienssium.
Oratio iudicialis eiusdem contra Eratosthenem.
Hippocratis de flatib. liber. Eiusdem de passionibus corporis liber.
Vitae Lycurgi, Numae Pompilij, Galbae & Othonis ex Plutarcho, quibus in excusis codicibus nomen interpretis nullum adscribitur.
Appianus Alexandrinus. Cyri paedia, id est, institutio ex Xenophonte libris octo, cum eiusdem operibus Latinis Basileae excusa: cum alijs duobus opusculis ex eodem translatis, De repub. & legibus Lacedaemoniorum, & De Agesilai regis Lacedaemoniorum laudibus.

Conuiuiorum Fr. Philelphi libri duo, uaria eruditione referti, excusi Coloniae 1537. in 8. cum Indice: chartis 13. & dimid. Ex praelectione Io. Lodouici Viuis.

Cum uoluisset Philelphus, mellifica uideri apis, delectatus lectionum distinctione, librum hunc omni eloquentia aedidit. In eo sunt ex intima naturali philosophia ac morali expeditae quaestiones, Astrologiae multa cognitio. Quanta in eo dij boni antiquitatis notitia? quanta & inuentorum & disciplinarum conseruans historia? Vnde opus hoc de quarundam ortu & incremento disciplinarum, non inepte plures inscribi putarunt.

Fran. Philelphi orationes aliquot, & quaedam ex Graecis traducta, Iod. Badius excudit Parisijs in 4. chartis 45. anno 1503. Sunt autem haec.

Orationes funebres sex.

Prima, parentalis de Francisci Sphortiae felicitate.
Secunda, habita in funere Blancae Mariae Mediolani ducis.

Tertia, consolatoria ad Ia. Marcellum super filij obitu.
Quarta item consolatoria ad Petrum Philelphum de obitu matris.
Quinta funebris pro Philippo Borrhomeo comite.
Sexta, pro Stephano Frederico Todeschino.

Orationes nuptiales septem.

Prima, super inita societate ducis Bonæ eiusq; filij Ioan. Galeatij cum Hercule Estensi Ferrariensi duce.
Secunda epithalamion continet habitum in nuptijs Beatricis Estensis & Tristani Sphortiæ.
Tertia, in sponsalitijs Theodori Plati & Helisabet Vicecomitis.
Quarta, in sponsalitijs Petri Biragi & Helisabet Principiallis.
Quinta, epithalamion in nuptijs Ioan. An. Simonettæ.
Sexta, in desponsione Iuliæ Marutiæ, & Raymundi Attenduli.
Septima, in connubio Margaretæ Arcimboldæ, & An. Cribelli.

Orationes de diuersis ad diuersos habitæ, octo.

Prima, ad Pium Papam Mantuæ in concione seu concilio ge.
Secunda, ad Papienses gratulatoria de creatione episcopi.
Tertia, de laudibus Lazari Scarampi episcopi ad Comenses.
Quarta, pro Theodoro Plato iureconsulto clarissimo.
Quinta oratio habita Mediolani in initio studij.
Sexta oratio gratiarum actiua ad Six. pon. maximum.
Septima habita in principio Quæstionum Tusculanarum Ciceronis.
Octaua, de suo in urbem reditu ad Sixtum IIII.

Aristotelis rhetorica ad Alexandrum ex Græco translata.
Plutarchi Apophthegmata ad Traianum, & Laconica, translata: Vide supra in quarto tomo operum Des. Erasmi.

Annotatio legum apud ueteres scriptores crebrius commemoratarum. Hæc omnia Ascensius uno uolumine comprehendit.

De uita, fama, & eruditione huius authoris multa scribit Alexander ab Alexandro lib. 1. cap. 23. Dierum genialium.

T. FRANCISCI Piccolominei Cardinalis Senen. epistola 1. libro octauo epistolarum Ang. Politiani.

FRANCISCVS de Platea, ordinis fratrum minorum sancti Francisci, multa præclara dicitur lucubrasse opuscula, de quorum numero subiecta feruntur: Opus insigne & præclarum quod prænotauit,

De restitutionibus, lib. 1. Vtrum restitutio sit de.
De Censuris, lib. 1. Sermones uarij, lib. 1.

Cætera uero quæ composuit, ad notitiam nostræ lectionis non uenerunt.
* Huius authoris liber de Censura ecclesiastica, & alius de usuris, impressi sunt Patauij, anno 1473.

FRANCISCVS Poggius scripsit de potestate Papæ & Concilij.
vide Joh. Francis. FRANCISCVS Pomzimbius scripsit de lamijs, & de excellentia iuris.
FRANCISCVS Porcellinus iurisperitus scripsit de Inuentario, & eius confectione.
FRANCISCVS Portus natione Græcus Mutinę profitetur, Latina & Græca lingua disertus: nihil publicauit, sed epigrammata priuatim scripsit uaria.
FRANCISCI Puccij epistola legitur libro sexto epistolarum Angeli Politiani.
FRANCISCVS Puteolanus poëta Parmensis, præfatus est in Ioan. Simonettæ commentarios de rebus gestis Francisci Sphortiæ.
FRANCISCVS de la Ripa scripsit quædam super tit. de Iudicijs in 2. decret. cap. 1. & cap. 2. & Rub. de rest. spol. c. sæpe. Item de peste.
FRANCISCVS Robortelius Vtinensis scripsit uariorum locorum annotationes in

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [556] - 258r
PUBLIC DOMAIN

authoribus aliquot utriuſq; linguæ. Nempe, In oēs Callimachi hymnos, In apophthegmata Eraſmica quædam Diogenis Cynici ex Laërtio non bene uerſa: In aliquot locos Horatij, Cæſaris, Tibulli, Catulli, Propertij, Ciceronis, rhetoricorum, poëtices, & œconomicorum Ariſtotelis. Liber impreſſus Venetijs in 8. 1543. chartis 6. & dimid. Ex præfatione authoris ad Ioan. Sicum I.C. Pauca hæc ædidi, ut ſi probari ea intellexiſſem tibi, cæteriſq; qui eodem ſunt in literis iudicio, multo plura indies ſim æditurus. Sic fiet, ut ſingulis ueluti menſibus & annis liber hic excreſcat, donec ad iuſtam peruenerit magnitudinem.

FRANCISCVS Romæus à Caſtellione ordinis prædicatorum ſcripſit de libertate operū & neceſſitate, aduerſus pſeudophiloſophos Chriſtianos: Et breuem Annotationem ad animæ immortalitatem Chriſtiane ac Peripatetice deductam, ut habet inſcriptio. Gryphius excudit Lugduni, in 4. anno 1538.

FRANCISCI Sarzoſi liber inſcriptus Aequator planetarum, neſcio an excuſus.

FRANCISCVS Scarab. ſcripſit aliquid ſuper 2. Cod. Item ſuper 2. ff. ueteris, non impreſſum.

FRANCISCVS Scilacenſis, iuriſperitus opinor, ſcripſit de hæreticis, & de fide catholica.

FRANCISCVS Simenius de Ciſneros SS.R.E. tituli S. Balbinæ presbyter Cardinalis Hiſpaniæ, & archiepiſcopus Toletanus ac regnorum Caſtellæ archicancellarius, &c. Vtriuſq; teſtamenti libros multiplici lingua imprimi curauit, tomis ſex in fol. anno Domini 1515. & duobus ſequentibus: chartis ſeptingentis uiginti quinq;. Ex præfatione Franciſci Cardinalis ad Leonem x. pont. max. Iuſſimus archetypas ſacræ ſcripturæ linguas cum adiunctis uariarum linguarū translationibus impreſſioni mandari; atq; in primis nouum teſtamentum Græco Latinoq; ſermone excudendum curauimus ſimul cum Lexico Græcarum omnium dictionum, quæ poſſunt in eo legentibus occurrere. Deinde uero antequam uetus teſtamentum aggrederemur, dictionarium præmiſimus Hebraicorum Chaldaicorumq; totius ueteris inſtrumenti uocabulorum: Vbi non tantum multiplex ſignificatio cuiuſq; dictionis exprimitur: ſed locus ſcripturæ in cuiuſq; ſignificati teſtimonium citatur. Interpretationes item propriorum nominū à uiris linguarum peritia præcellentibus maxima diligentia iuſſimus elucubrari: & ſecundum Alphabeticam ſeriem diſpoſitas Dictionario adiungi. Quibus ſuccedit legendorum Hebræorum characterum inſtructio, & eiuſdem Idiomatis Grammatica ex pluribus receptæ fidei Hebræis authoribus collecta, & ad Latini artificij normam reducta. Quibus omnibus pro præludio ita peractis, ad excuſſionem diuerſarum ueteris teſtamenti linguarum nos conuertimus; adijcientes etiam ſingulis earum ſuam Latinā tranſlationem. Qua in re id aperte teſtari poſſumus, maximam laboris noſtri partem in eo præcipue fuiſſe uerſatam: ut & uirorum in linguarum cognitione eminentiſſimorum opera uteremur, & caſtigatiſſima omni ex parte uetuſtiſſimaq; exemplaria pro archetypis haberemus: quorum quidem tam Hebræorum quàm Græcorum ac Latinorum multiplicem copiam uarijs ex locis non ſine ſummo labore conquiſiuimus. Atq; ex ipſis quidem Græca Sanctitati tuæ debemus: qui ex iſta Apoſtolica bibliotheca antiquiſſimos Veteris tum noui teſtamēti codices perquàm humane ad nos miſiſti, qui nobis in hoc negocio maximo fuerunt adiumento. His ergo iam conſummatis (Lexicis inquam & Grammatica) abſolutis præterea annotationibus differentiarū Veteris teſtamenti, quas cum Nicolaus de Lyra non omnino abſolutas ædidiſſet, eas nos per uiros linguarum peritiſſimos multis in locis addi fecimus: tandem diuino auxilio Vetus teſtamentum multiplici lingua excudi fecimus. Quæ omnia nunc ad Sanctitatem tuam mittimus. Nicolaus de Lyra.

Ex prologo ad Lectorem. Pentateuchus quidem triplicem linguam habet, Hebraicam uidelicet, Chaldaicam, & Græcam: quas imprimendas iuſſimus cum aliis tribus Latinis interpretationibus iuxta correſpondentibus. Hagiographi

„ deinde libri simul & Prophetales, duplici lingua excuduntur, Hebraica & Græ-
„ ca, cum alijs duabus Latinis translationibus illis correspondentibus. Nam Chal-
„ daica in cæteris libris præterquam in Pentateucho corrupta est aliquibus in locis,
„ & fabulis merisq; Thalmudistarum nugis conspersa, indigna prorsus quæ sacris
„ codicibus inseratur. Verum quia quibusdam in locis, ubi integra est litera & in-
„ corrupta, mirum in modum fauet Christianæ religioni: idcirco reliquos libros to-
„ tius ueteris Testamenti è Chaldaica lingua in Latinam uerti fecimus, & diligenti-
„ sime cum sua Latina traductione conscriptos in publica Complutensis nostræ
„ Vniuersitatis bibliotheca reponi. At uero libri extra Canonem, Græcam tantum
„ habent scripturam: sed cum duplici Latina interpretatione, altera b. Hieronymi,
„ altera interlineari de uerbo ad uerbum, eo modo quo in cæteris. Deinde copio-
sius indicat modum, quo linguæ Pentateuchi in libro ipso dispositæ sint. Et pau-
„ lò post. * Vt Hebræas dictiones facile possit quicunq; distinguere, & suam La-
„ tinam interpretationem cuiq; assignare inter singulas dictiones Hebraicas super-
„ ponuntur minutæ literæ Latinæ Alphabetico ordine procedentes, quibus consi-
„ miles aliæ in Latina proxima columna correspondent, &c. Ex his literulis non-
„ nullas reperies, quibus tenue punctum subscribitur, quo designatur, uel ipsam
„ dictionem Hebraicam subiacentem multiplicem esse & æquiuocam: ac proinde
„ reconditum aliquod secretæ intelligentiæ mysterium claudere, quod possit facile
„ consulto Dictionario à perspicacibus mentibus inuestigari: uel, eius significatio-
„ nem in Latina columna positam, potius translatitiam esse, & soli sensui subseruien-
„ tem, quàm propriam omnino & literalem. * Ad hæc Hebraicarum & Chaldaica-
„ rum dictionum radices siue themata literulis notata, per margines assignauimus,
„ ut ea citra negocium quiuis in dictionario requirat. Deinde adijcit modos & si-
„ gna quibus seruiles literæ discernantur ab essentialibus. In Hebraicis characte-
„ ribus scienter (inquit) omisimus apices illos, quibus nunc utuntur Hebræi pro ac-
„ centibus, ut qui ad solam cantus ipsorum modulationem pertineant, merito à ue-
„ teribus etiam Hebræis reiectos. Verum ne locus accentus cuiusq; dictionis igno-
„ raretur, hoc modo prouidimus: ut quoniam dictiones Hebraicæ ut plurimum in
„ ultima habent accentum, omnes huiusmodi dictiones nullo prorsus apice nota-
„ rentur: reliquæ uero non habentes accentum in ultima (quæ rarissime occurrunt)
„ super syllabam ubi prædominatur accentus, apice signarentur. In distinguendis
„ sententijs colo etiam & commate usi sumus. Cæterum exemplaria Græca ue-
„ tustissima simul & emendatissima habuimus, quæ Leo x. pont. max. ex apostoli-
„ ca bibliotheca ad nos misit, tantæ integritatis, ut nisi eis plena fides adhibeatur, nul-
„ li reliqui esse uideantur, quibus merito sit adhibenda. Quibus etiam adiunximus
„ alia non pauca, quorum partem ex Bessarionis castigatissimo codice summa dili-
„ gentia transcriptam illustris Venetorum senatus ad nos misit: partem ipsi magnis
„ laboribus & expensis undiq; conquisiuimus, ut copia emendatorum codicum ab-
„ unde superesset. Latinam itidem b. Hieronymi translationem cõtulimus cum
„ quàm plurimis exemplaribus uenerandæ uetustatis: sed his maxime, quæ in pu-
„ blica Complutensi nostræ Vniuersitatis bibliotheca recõduntur, quæ supra octin-
„ gentesimum ab hinc annum literis Gotthicis cõscripta, ea sunt synceritate, ut nec
„ apicis lapsus possit in eis deprehendi. Aliqua tamen nomina propria uitio scripto-
„ rum aliter scripta, intacta dimisimus, &c. Demum in libro Psalmorum illud est
„ admonendum, communem translationem Latinam, qua utimur, positam esse pro
„ interlineari supra Græcam septuaginta interpretum æditionem: quia ei de uerbo
„ ad uerbum ferè correspondet. Eam autem quam b. Hieronymus iuxta Hebraicã
„ transtulit ueritatem in medio duarum columnarum fuisse locatam.

*Asterisis inclu-
sa, similiter ac-
cipiantur de
Græcis in nouo
Testamento.*

*De pretio ope-
ris.*

„ Ex præfatiuncula Francisci episcopi Abulen̄, &c. Non habita impensarum
„ ratione, quæ fuerunt propemodum infinitæ, sed utilitate quæ inde sequeretur ex
lectione

lectione, taxauimus totum opus ducalium aureorum nummorum pretio ſex cum ‹‹
dimidio, aut aliquanto pluris, prout diſtrahendorum librorum ratio exegerit, habi ‹‹
ta prouectura impenſarum æſtimatione. Græca in ueteri teſtamento omne ge ‹‹
nus accentuum & ſpirituum habent: in nouo autem nullus accentus præter acu-
tum ponitur ſupra ſyllabam eleuandam, ad imitationem ueterum Græcorum qui
accentus & ſpiritus addere non ſolebant.

Dictionarium Hebraicũ & Chaldaicũ non modo ſimplices dictionum interpre
tationes tam primitiuarũ q̃ deriuatiuarũ totius ueteris inſtrumenti ſeriatim con-
tinet, ſed (quod omniũ operoſiſſimũ fuit) quot locis in eodẽ teſtamẽto unaquæq; di
ctio propter linguæ illius fœcunditatẽ multiplicet ſignificata, adiectis q̃ plurimis
cõcordantijs, continuo ſubiungit: aſſignata cuiq; loco ꝓpria ſignificatiõe, qua ibi-
dem uſus eſt Latinus interpres, &c. Adiectus eſt ſecundo loco tractatus de nomi-
num propriorũ interpretatione, quæ per utrũq; teſtamentũ tam Hebraico q̃ Chal
daico ac etiã Græco ſermone paſſim diſperſa leguntur. Appoſita deinde eſt He
braice legendi inſtructio: unà cum ipſa eius linguæ Grãmatica ex ſummis ipſorũ
authoribus accuratiſſime collecta, atq; eo ordine digeſta, ut nullibi (aut certe in q̃
pauciſſimis præceptoris opera deſiderari poſſe uideatur. Explicatur etiam inueſti-
gandi thematis ratio. Poſtremum tandem uoluminis locũ obtinet aliud Dictio-
narium Latini abecedarij ordine digeſtũ: quod omnia ueteris teſtamẽti Latina uo-
cabula citatis prioris uocabularij paginis Hebraice proferre docet: ut non tantum
Hebraica Latine, ſed uerſa uice Latina Hebraice poſſis enunciare.

In codice Noui Teſtamenti hæc cõtinentur. Primũ omniũ tibi occurret epiſtola
Euſebij Pamphili ad Carpianũ de Concordia quatuor Euangeliorũ. Sequitur de-
inceps prologus Hieronymi ad Damaſum papam, & alij eiuſdẽ doctoris prologi.
Poſt hæc ſuccedunt quatuor Euangelia Græco ſermone, cũ Latina B. Hieronymi
translatione ex oppoſito. Deinde ſequuntur duo Græci tractatus, alter de peregri
natione B. Pauli: & Euthalij diaconi, alter de tẽporibus prædicationis & martyrio
eiuſdẽ. Succedunt poſtea argumenta Theodoriti doctoris Græci eminentiſſimi in
epiſtolas B. Pauli, & in epiſtolas canonicas. Itẽ argumenta alia in eaſdẽ alterius do-
ctoris Græci innominati. Poſt hæc ſequunt epiſtolæ ipſæ B. Pauli cũ reliquis Noui
Teſtamẽti opibus, oĩa cũ interpretatiõe Latina eiuſdẽ B. Hieronymi è regione. De-
inde ſubiungit uocabulariũ Græcũ cõtinens oẽs dictiones totius Noui teſtamẽti, et
inſup Sapientiæ & Eccleſiaſtici Græce & Latine cũ breuiſſima quadã in initio ad
Græcas literas introductione. Poſtremo loco librũ claudunt interpretatiões omniũ
totius Noui Teſtamẽti uocabulorũ, quæ tam Græcã q̃ Hebraicã & Chaldaicã ſor
tita ſunt etymologiã ab initio Matthæi uſq; ad finẽ apocalypſis, per ſingula capita.

Carmen Ioan. Vergare Toletani.

An noſti, quo ſe Toletum præſide iactat:
Cuiq; humeros ornat purpura, mitra caput:
Franciſci nomen, mores, habitusq;, fidesq;:
Quiq; niuem cygni nomine, mente, gerit.
Solus iacentes qui hac tempeſtate Camœnas
Erigit, & doctis præmia digna refert.
At teneo, noui. Nónne eſt qui nuper ab Afris,
Oranum expugnans, pulchra trophæa tulit:
Quiq; Academiæ celebrauit nomine magnum
Complutum, & Muſas quaſq; uigere dedit.
Recte eſt. Sat noſti. Hic ergo eſt, qui ſumptibus amplis
Rem tantam tanto condidit ingenio.

FRANCISCVS Sirigattus ſcripſit de ortu & occaſu ſignorum libros duos. Gry-
phius excudit Lugduni in 4. anno 1536. char. 17. Ex præfatione authoris ad

„ Leonem x. pont. max. Operæpretium facturus uidebor, ſi opus de ſtellis in
„ rempub. literariã cõferemus: quũ earum motus (qui poſt centũ annos uix minima
„ ſui parte deprehenditur, id quidẽ uitæ humanæ ſpatiũ longiſſimũ uidetur declara-
„ re:) illarũ item ortus & occaſus, qui præter id non facile humana ſolertia indagari
„ poſſunt, ab obſcuris traditi ſunt ad hanc uſq; ætatẽ authoribus, aut male interpre-
„ tatis ueterũ ſententijs. Quo fit, ut maxima errata inoleuerint, & in ſcribendo & in
„ docendo. Hæc igitur uolens pro uirili extirpare Clau. Ptolemæi de imaginibus
„ VII. & VIII. Almageſti tabulas in duos libros ſtatui explicare. Primus per totius
„ anni dies aſtrorũ lapſus & protinus ortus, ut ſumunt poẽtæ, comprehendit. Se-
„ cundus eorundẽ ex mathematicorũ rationibus ſigillatim per ſuos gradus, & par-
„ tes, ſignabit imagines. Et circa finẽ præfationis. Librum aũt conficimus, ſide
„ rum & nomina & imaginũ numerũ, prout docet antiquitas, ponendo. Loca etiam
„ in quibus modo ſunt, quum à primis iam ualde remotæ ſint, contemplando, &c.

FRANCISCVS Syluius Ambianus Grammaticam ſcripſit, quam Robertus Steph. impreſſit Pariſijs. Commentarios in Ciceronis libros De Senectute & Paradoxorum, ibidem excuſos apud Mich. Vaſcoſanum.

Progymnaſmatũ in artem oratoriam Centuriæ tres, perutiles omnibus cupidis puræ Latinitatis, & ad oſtendendam uiam imitandi diſertos, ac rationem iudicandi de eorundem orationibus, ut habet inſcriptio. Iuo Schœffer impreſſit Moguntiæ 1540. in 8. cum Indice: chartis 52. & dimid.

„ Ex præfatione authoris. Quo purius ornatiuſq; diſcat loqui ſtudioſa iuuentus,
„ has dicendi præceptiones ſcribendas ſuſcepimus. Eas autẽ ex multa ſedulaq; & di-
„ ligenti poẽtarum, hiſtoricorum, & maxime oratorum in dicendo obſeruatione de-
„ ſumpſimus. Et paulò poſt. Ornate dicere, de quo præcipue noſtra hæc præ-
„ cepta ſunt, in aurium iudicio, quàm in præceptis, obſeruandũ potius eſt. Verum
„ imbecillioris ætatis aures minus prudentes ſunt, quàm quæ de cõiunctorũ uerbo-
„ rũ euphonia iudicare poſſint: eã ob rem præceptis quibuſdã imbuendæ inculcan-
„ dæq; ſunt, ut aliorũ quoq; dicendi generũ, quæ præceptis incluſa non ſunt (tradi
„ enim poſſe oĩa quæ ars efficit, Quintilianus nõ putat) rudes omnino ne ſint. Quod
„ aũt mihi conſiliũ fuerit ordinis huius in ſcribẽdis præceptiõibus dicã, ſi modo pau-
„ cis ante dixerim, quur Progymnaſmata hæc tanq; interpolauerim. Annis ſupio
„ ribus duas præceptorũ Centurias ẽdiderã, quę primũ nõ mẽdoſiſſime, deinde uero
„ ita mẽdoſe impreſſæ ſunt, ut eas uix agnoſcã. Obſecrat me ſtudioſa iuuẽtus, q eas
„ nitori integritatiq; priſtinæ reſtituã. Ego uero fore putaui, ut laborarẽ minus ĩſdẽ
„ renouandis oĩno: q bus Centuriã adiuncturus fui tertiã. In his aũt duabus Cẽturijs
„ multa auximus, pauca immutauimus. Ordinẽ præceptorũ ideo cõmutauimus,
„ q, quo quæq; loco aptius locanda putarẽ eſſe, uolui, quo minus Lectoris ingeniũ
„ turbaret. Nihil ex facie priſtina retinẽt, fateor. Sed hũc ſecuti ordinẽ ſumus. Præ
„ cepta ſingula multis firmamus authorũ teſtimonijs, quo ſibi fidẽ acquirãt maiorẽ
„ quoq; frequẽti eiuſdẽ in dicẽdo generis repetitiõe auditor imbutus nõ tã facile ob-
„ liuiſcat. In his exẽplis nõ paucæ ſententiæ ſunt, quę authoritates uulgo appellant.
„ Quintilianus enim oratorẽ futurũ admonet, ut ſelectas ex authoribus, q bis ſenten-
„ tias ediſcat, quæ oranti poſtea oblatæ non quæſitæ uideant: quas orationis lumina
„ idẽ appellat, &c. Nõ ab re igit multas aſcripſimus authorũ ſentẽtias. Quæ quo plu-
„ res eſſent, ex ſcriptoribus Græcis nõnullas aſciuimus: quibus Latine citatis præce
„ ptio dicendi obſeruaret. Poẽtarũ quoq; exempla deeſſe noluimus, in quibus (ut in
„ oratoribus ac hiſtoricis) antiquos etiã citamus, &c. Adde q, antiquitatis exẽpla ad
„ hoc etiã cõmemoramus, ut cũ ſcriptoribus nouis antiquos cõparare queas, ut no-
„ ris quibus diſcrepent conueniantq;. Sed quia in antiquitate huiuſmodi tanquã ſco
„ pulus fugienda multa ſunt: ſi quod uocabulum aut dicendi genus priſcũ eſt, indi-
„ gnum quod imiteris, ad eum ne offendas, oſtendimus. Poẽtis hiſtoricos oratoresq;

ſubſcri-

ſubſcripſimus: quorum Ciceronem quaſi triarium collocamus ultimum, authori« "
tate cuius firmentur ij, qui ſunt ſuperiores. Quod ſi omnia exempla legere faſtidis: "
quantumuis pauca, aut nulla lege. Ab ipſo enim ſtatim principio capitis, penè totã "
præcepti habes materiam. "

Fr. Syluij commentarij in Ciceronis orationes 21. excuſi Baſileæ apud Rob. Vuinter in folio, in magno uolumine Commentariorum ſuper omnes Ciceronis orationes, anno 1539. ſunt autẽ orationes, quas Syluius explicauit, quę ſequuntur: Pro P. Quintio, Sex. Roſcio Amerino, Q. Roſcio Comœdo, M. Fonteio, Lege Manilia, A. Cluentio, C. Rabirio, L. Muræna, L. Valerio Flacco, P. Sylla, Archia poẽta, Cn. Planco, L. Cornelio Balbo, Milone, M. Marcello, Q. Ligario, Rege Deiotaro. In Verrinas actiones tres priores. In Catilinarias 4. In orationem Saluſtij contra Ciceronem. In Ciceronis oratione, qua Saluſtianæ reſpondet.

Commentarij in Paradoxa Ciceronis, Pariſijs (ni fallor) excuſi, anno 1544.

Commentarij in duodecim libros epiſtolarum Angeli Politiani, & aliorum aliquot illuſtrium uirorum, excuſi cum operibus Ang. Polit. Pariſijs apud Iod. Badiũ in fol. anno 1519.

FRANCISCI Tertij Cremenſis, Allegationes pro teſtamento uitæ Iudæi.

FRANCISCI Tiſſardi opera, De Hebraicis ſtudijs, De Hebræorum ritibus Grammatica Hebraica, typis excuſa ſunt.

FRANCISCI Titelmanni Haſſellenſis, ordinis fratrũ minorum, ſanctarum ſcripturarum apud Louanienſes prælectoris, epiſtola quædã apologetica, impreſſa.

Compendium naturalis philoſophiæ: Libri 12. de conſideratione rerum naturalium, earumq; ad ſuum Creatorẽ reductione. Opus excuſum Pariſijs apud Nicolaum Buffet, anno 1543. in 8. char. 30. & dimid. cum Indice, caſtigatius et auctius prima æditione. Ex præfatione authoris, quæ epiſtolam dedicatoriam ſequitur. Ex ijs quæ à naturalium rerum tractatoribus fuſius tractantur, uelut ex immenſa "
ſylua, præcipua quælibet colligere curauimus: ea potiſſimum, quæ noſtro maxime "
deſeruire queant inſtituto, ijs reiectis, aut certe relictis, quæ minus uidebuntur no« "
ſtro propoſito opportuna. Solent enim ex ijs, qui naturalia tractant, nonnulli, acu« "
ta quidem & ſubtilia multa diſſerere, quibus ſua ingenia oſtentando aliena exerci« "
tent: ea uero in quibus pietatis eſt quæſtus uberior, uel negligere, uel ſicco pede "
pertranſire. Nos uero inſtitutũ cõtrarium animo propoſitũ habentes, nemo calum "
nietur, ſi quæ eiuſmodi ſunt nos uideat uel prætermiſiſſe, uel parcius attigiſſe. Ob "
quam etiam cauſam in libris ſex poſterioribus, multa uerborũ copia, & ſimilitudi« "
num multipliciũ adductione, conati ſumus pro uiribi noſtra, q; lucidiſſime pleniſ« "
ſimeq; omnia tractare: cum in libris prioribus (maxime autẽ in tertio, quarto, quin "
to, & ſexto) breui plærũq; ſermone rem tantum perſtringentes, potius eam indice« "
mus, q; penitus explicemus. Videmus enim ea quæ in poſterioribus libris tractan« "
tur, multo magis ad Dei cognitionem & ſcientiã ueritatis eſſe utilia atq; neceſſaria, "
q; ea quæ in prioribus illis enumeratis libris traduntur. Proinde nemo noſtrum ca« "
lumnietur propoſitũ, ubi præter quorundam cõſuetudinẽ (qui prioribus maxime "
inhærent, poſterioribus uel in totũ, uel certe magna ex parte neglectis) nos uiderit "
egiſſe. Siquidem non tam ad ingenij exercitationẽ, quàm ad pleniorẽ de Deo co« "
gnitionem, & pietatis qualemcunq; uenationẽ, noſter iſte labor deſudauit. In ſcri« "
bendo aũt hac libertate uſi ſumus, ut nullius ſcriptoris ordine nos pateremur con« "
ſtringi, ſed noſtro iudicio, ubi commodiſſimus uiſus eſt locus, ſingula locauimus, "
quæ plixius dicta uidebant plurima abbreuiantes, ut cõpendij ſcriptorẽ decebat: "
nõnulla cõtractius dicta, quantũ utile uidebatur, latius explicantes, nonnunq; hu« "
manis diuina, tẽporalibus æterna, ex fidei illuminatione cõmiſcentes, ut ne purus "
eſſet philoſophiæ hic tractatus, ſed philoſophiæ pariter & theologiæ commixtio. "

Scripsit hæc maxime suis monachis, & alijs quibus hæc speculandi curiosius tempus affatim non suppetit.

Ordo & materia librorum duodecim physicorum.

Liber primus tractat de principijs rerum naturalium. 2 De causis earum.
3 De motu & accidentibus eius. 4 De infinito, loco, uacuo, & tempore.
5 De generatione & corruptione rerum nat.
6 De meteorologicis impressionibus. 7 De cœlo & mundo.
8 De anima in generali, & de potentijs uegetatiuæ, deq; longitudine & breuitate uitæ. 9 De sensibus exterioribus & eorum sensibilibus.
10 De sensibus interioribus, deq; somno & uigilia.
11 De intellectu, & præcellentibus eius officijs.
12 De appetitu sensitiuo, & uoluntatis præcellentia.

Dialecticæ cõsiderationis libri sex, summam Organi Aristotelici cõplectentes:
1 De prædicabilibus. 2 De prædicamentis.
3 De enuntiatione. 4 De syllogismo.
5 De locis Dialecticis. 6 De locis sophisticis.

Opus excusum Parisijs apud Vuechelum, & Lugduni apud Paganum & Salingiaci apud Ioan. Soterem, anno 1539. in 8. chartis 30. & dimid.

» Ex epistola nuncupatoria authoris quam scripsit Louanij, anno 1533. Superiori æstate ocio suffurato, animum adijciens Dialecticarum rerum cõsiderationi, » sex libris quicquid in eis uidebatur esse præcipuum tentaui cõprehendere, illisq; » omissis quæ à Dialectica syncritate prorsus aliena uidebantur, ea quæ ad rem faciebant planè lucideq; quantum potui, proponere & explanare curaui: ne tenelli » adolescentes rerum superuacanearũ prolixa multitudine & inuoluta difficultate » deterriti, animum desponderent, &c. Illum ferè in omnibus ordinem sumus insequuti, qui est apud Aristotelem: ad cuius augustam amplitudinẽ, compendiosam » huius nostri operis breuitatem, uelut introductoriam parauimus.

Commentarij in epistolam ad Romanos, excusi in 4. anno 1529.

Paraphrasis in omnes Pauli epistolas, impressa.

FRANCISCI Valesij Galliarum regis responsio ad protestationẽ, qua Cæsarea maiestas Romæ in eum inuecta est: cum alijs nõnullis ad utriusq; principis causam plenius ac certius cognoscendam. Libellus excusus in Germania in 4. anno 1536.

FRANCISCI Valleriolæ medici (quem anno 1540. Auenione uidi) cõmentarij in 6. Galeni libros de morbis & symptomatis, excusi Lugduni apud Gryphium cum Indice, anno 1540. in quarto maioris formæ: chartis 53. & dimid.

» Ex præfatione authoris, quæ dedicationẽ operis sequitur. Quod igit Galenũ » interpretari sim ausus, id fuit causæ, q; cũ omnino ingenij mei uires, neruosq; om» nes post diutinas lucubrationes & uigilias, in uno aliquo studiorum genere exer» cere, expeririq; proposuissem, quo uitalésne essent ingenij fœtus, an abortiui con» spicerem, ex nullo authorum alio melius quod concupierã assequi me posse, quàm » ex Galeno sperauí, &c. Et aliquanto post. Quamobrem hoc nobis ubiq; ma» xime curæ fuit, ne quid improbũ, ne quid à Galeni doctrina (ni meus me fallit animus) alienum, nihil non uerum, & quod uel ratione tueri, uel authoritate posse» mus, nihil deniq; non bene sonans (quantum per ingenij nostri mediocritatem licuit) ex probatissimorum quorumq; adytis in medium adferremus. Quod si » uspiam in scrupulosiora quædã incidimus, mox nostro ingenio parum fisi, peritissi» mos quosq; nostrę sortis homines, cõsulendos duxi, qui omnẽ mihi ab animo dubitationis locum adimerent. Qua in re non leuiter Hieronymus Lopes meus » me iuuit, singulari uir ingenio, ac doctrina, &c. Ad hanc igitur ego commenta» tionem ita instructus accessi: ut tantos illos sapientiæ medicæ Galeni thesauros, » tam prægnans illud ac uere diuinum opus, tot illa tamq; expressa multiformis

Hieronymus Lopes.

eruditionis

eruditionis ſimulachra atq; exempla, tam multa denicq; ad Therapeuticam metho- ‹‹
dum adminicula mihi compararem: nec cæcis (ut aiunt) oculis, ſurdiſq; auribus ‹‹
præterirem. Itaq; ſex hos, de Morbis & Symptomatis libros, bonæ frugis erudi- ‹‹
tionisq; plenos (in quibus omnis recte morbos, morborumq; cauſas & ſymptoma ‹‹
ta cognoſcendi regula continetur) ſimplici ſermone, & humi repente, interpretari ‹‹
ſum aggreſſus. Et paulò poſt profitetur ſe optima quæq; ex probatiſſimorũ au- ‹‹
thorum penu ac promptuario mutuaſſe, multaq; de ſuo addidiſſe, difficultatẽ ora- ‹‹
tionis & quæſtionum moles declinaſſe. ‹‹

FRANCISCVS Vatablus, regius Hebraicæ linguæ profeſſor Lutetiæ Pariſiorum, Ariſtotelis parua naturalia (ut uocant) Latina fecit, quæ cum aliis operibus Ariſtotelis Baſileæ nuper excuſa ſunt in fol.

Iacobi Fabri Paraphraſes in omnes phyſicos Ariſtotelis libros, recognouit: qui Pariſijs impreſſi ſunt, 1533. in fol.

Annotationes in Pentateuchum Moyſis, ex prælectionibus Fr. Vatabli, Robertus Steph. excudit Pariſijs.

FRANCISCVS à Vicomercatus, commentarium ſcripſit ſuper tertium librum Ariſtotelis de anima, impreſſum Pariſijs, anno 1543.

FRANCISCVS Victorius Bergomas philoſophus & medicus doctiſſimus fuit, multa in philoſophia & medicina conſcripſit utraq; lingua, quæ incendio perierunt: & quamuis eadem denuo literis mandare ſtatuiſſet, an quicquam tamen ab eo abſolutum, aut typis eius nomine excuſum ſit, cum neſciam, non plura de eo dicam. Si cui libet, is legat præfationem Aldi Manutij, quam Græcis Alexandri Aphro. in Topica Ariſt. commentarijs præfixit.

FRANCISCVS de Zabarellis, natione Patauinus, eccleſiæ Romanæ presbyter Cardinalis, uir in iure canonico eruditiſſimus, ſcripſit in iure nõ ſpernenda opuſcula, T. cl. 1418.
de quorum numero iſta feruntur.

In Decretalibus,	lib. 1.	
In Clementinis,	lib. 1.	Nouum nihil eſſe una.
De horis canonicis,	lib. 1.	Repetiturus decretalem.

Repetitiones uariæ. Et alia plura.
In cuius laudem Pogius orationem habuit.

FRANCO ſecundus abbas cœnobij Hafligemẽſis, ordinis ſancti Benedicti, ſcripſit T. cl. 1109.

De gratia Dei,	lib. 1.	De ſtatu futuræ gloriæ metrice, lib. 1.
Epiſtolarum ad diuerſos,	lib. 1.	Sermones de beata uirgine, lib. 1.

Et quædam alia.

FRANCO ſcholaſticus Leodienſis eccleſiæ, natione Teuthonicus, fertur in ſacris ſcripturis nonnullos compoſuiſſe tractatus, qui ad notitiam meam adhuc non uenerunt. Scripſit ad archiepiſcopum Colonien. Hermandũ ſecundum, opus egregiũ, T. cl. 1060.

De quadratura circuli,	lib. 1.	De computo eccleſiaſtico, lib. 1.

Et alia plura.

FRECVLPHVS epiſcopus Lexouienſis, in prouincia Rothomagenſi, monachus ordinis ſancti Benedicti, ad quẽ Rabanus adhuc Abbas multis uoluminibus exercitauit ingenium, fertur quædam præclara ſcripſiſſe opuſcula: De quibus tantum legi uolumen grande & inſigne, continens ab exordio mundi uſq; ad natiuitatẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti, T. cl. 840.

Rerum geſtarum hiſtoriam,	lib. 7.	Dum aliquam temporis.

De alijs nihil uidi. Scripſit autem præfatum opus ad Heliſacharum, in quo etiam difficiliores quæſtiones ſcripturarum enodauit, & res tam Iudæorum quàm etiam Gentilium ab initio mundi uſq; ad partum uirginis geſtas, luculento ſermone conſcripſit. * Chronica eius, ni fallor, impreſſa ſunt alicubi.

FRIDERICVS, nomen proprium Germanicum, ab alijs Friderichus, et Fœdericus,

& Fredericus ſcribitur: ſignificat autem pace diuitem, pacificum, Irenæum: iuxta quod etymon, primum aut ſecundum ſcribendi modum approbamus.

FRIDERICI Nauſeæ theologi & I.C. opinor, plurima ſcripta Petrus Quentel excudit Coloniæ, nempe: Sermones Quadrageſimales, priores, poſteriores, & Aduentuales in fol. Conciones Pragenſes in fol.

Homiliarium centuriarum quatuor, de tempore & de ſanctis, impreſſum anno 1534. in fol.

Commentaria in Tobiam, in 8. Vitam apoſtolorum. De mirabilibus. De officijs myſticis. Fragmenta. Continuationes.

Quid ſint Concilia, & unde, liber impreſſus Lipſiæ in folio.

Panegyrica, excuſa Moguntiæ, in 8.

Monodia in D. Eraſmum Rot. unà cum Eraſmi lucubrationum omnium catalogo, atq; eius uita & morte. Vuechelus excudit Pariſijs.

Annotationes quædam ſuper Inſtituta.

FRIDERICVS Petrucius Senenſis, ſcripſit de pluralitate beneficiorum, cum additionibus Lapi à Caſtellione. De permutatione beneficiorum. Conſilia in iure, typis excuſa.

FRIDERICHI imperatoris Conſtitutionũ excerpta, cum Codice Iuſtiniani per Gregorium Haloandrum recognito, impreſſa ſunt.

FRIDERICVS Schenck baro à Tandenberg, ſcripſit interpretationes in tres libros Feudorum. Concluſiones. Progymnaſmata fori.

FROISARDVS (aliàs Froſſardus) Gallus, ſcripſit hiſtorias quaſdam, quæ in Gallia, Pariſijs opinor, excuſæ ſunt.

FRONTONIS antiqui ſcriptoris rei ruſticæ fragmenta citantur in Conſtantino adſcriptis Geoponicis.

FROSCHII cuiuſdam Muſica, typis excuſa.

FRVCTVOSI epiſcopi ſententiæ quædam citantur in libello de officio rectoris eccleſiæ, Coloniæ excuſo, 1531.

T. cl. 500. FVLGENTIVS epiſcopus Ruſpenſis in Aphrica, ſcripſit multa egregia uolumina, de quibus ſubiecta feruntur.

De gratia dei & libero arbi.	lib. 7.	De ſancta trinitate,	lib. 1.
De ueritate prædeſtinationis,	lib. 2.	De remiſſione peccatorum,	lib. 2.
Altercatio cum Traſemũdo rege,	lib. 1.	Regula ueræ uitæ,	lib. 1.
De prædeſtinatione ad Monimum,	lib. 3.	Literæ tuæ fili chariſſi.	
Ad Ferrandum diaconum,	lib. 1.	Epiſtola tua ſancte frater & condi.	
De continentia coniugali,	lib. 1.	Epiſtolam tuam ſancte ſollici.	
De uirginitate ad Probam,	lib. 1.	Spiritali deſiderio atq;.	
De oratione ad eandem,	lib. 1.	Dominæ in Chriſto pluri.	
De charitate ad Eugyppiũ abbatẽ,	lib. 1.	Vtinam ſancte frater tanta.	
De pœnitentia ad Venantiã,	lib. 1.	Sicut uera lux nullate.	
Ad Theodorum ſenatorem,	lib. 1.	Vt ignotus corpore.	
Ad Gallam Viduam,	lib. 1.	Ante menſes aliquot.	
De fide ad Donatum,	lib. 1.	De myſterio mediatoris,	lib. 3.
De ſacramẽto incarnationis,	lib. 1.	Epiſtolarum ad diuerſos,	lib. 1.
Sermonum multorum,	lib. 1.	Homilię quoq; innumerabiles,	lib. 1.
Quæſtionum diuerſarum,	lib. 1.	Adam ſine a, Abel ſine b, &c.	lib. 1.
Mythologiarũ ad Catũ presbyterũ,	lib. 3.	Quamuis inefficacem pet.	
De obſtruſis ſermonibus,	lib. 1.	Ne de tuorum præceptorum.	
Virgilianæ continentiæ moraliza.	lib. 1.	Expetebat quidem leui.	
De immenſitate filij dei,	lib. 1.	De paſſione domini,	lib. 1.

Sed & alia multa ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non uenerũt. Erat enim tam

tam Græco quàm Latino sermone imbutus. Notandũ uero quod libri de Adam sine a titulus est. Liber sine literis. s. de Adam sine a, de Abel sine b, de Cain sine c, & sic de cæteris secundum consequentia literarum. In libro autem cuius titulus est, Expositio Virgilianæ continentiæ secundum philosophos morales, mirabili industria aurum in luto (ut sic dicam) quæsiuit, & inuenit, dum opus poëtæ ad physicam rationem inclinauit. Scripsit hoc opus ad quendam diaconum. Aliud uero mythologiarum ad Catum presbyterum Carthaginensem, & de abstrusis antiquorum sermonibus ad Chalcidium grammaticum.

* Beati Fulgentij Aphri opera, nuper apud Germanos inuenta, & recens impressa, primum Norimbergæ apud Cobergerum, anno 1519. Deinde Coloniæ impensis Godefridi Hittorpij, anno 1526. in 8. chartis 26. adiectis etiam Maxentij Ioānis, & alijs quibusdam opusculis, chartis 9.

Ex præfatione Bilibaldi Pirckheymeri. Exemplar B. Fulgentij operum, ue- " tustatis miræ, & literis fermè ignorabilibus conscriptum, ex reliquijs bibliothecæ " Ioan. Tritenhemij ad me delatum est: & à Ioan. Coclæo descriptum pro libraryjs " operis, &c. Fuit autem hic Fulgentius Apher, patria Carthaginensis, qui non tam " ob generis nobilitatem (tametsi perquàm nobili ortus esset familia) quàm eruditio- " nem, & uitæ sanctitatem Ruspensis factus est episcopus. Cumq; in Arrianorum " gratiam, Vandali per totam Aphricam catholicos cædibus & exilijs affligerent, il- " lorumq; templa undiq; clauderent, Fulgentius quoq; cum reliqua episcoporum " turba in Sardiniam deportatus est, ubi suos assidue docere, hortari, & in tanta ca- " lamitate solari non destitit. Tandem ab exilio reuocatus, summo honore uir sum- " mus à Carthaginensibus susceptus est. Demum uero, abiecta cura ecclesiastica, in " Circinna insula, legendo, scribendo, & Deo inseruiendo, diem feliciter clausit. "

Sunt autem hæc Fulgentij opera simul excusa.

Ad Monimum libri tres: Primus, de duplici prædestinatione Dei, una bonorũ ad gloriam: altera malorum ad pœnam. Secundus tres quæstiones cõplectens: unam, de sacrificij oblatione: alteram, de sancti spiritus missione: tertiam, de supererogatione S. Pauli. Tertius, de uera expositione illius dicti euangelici: Et uerbum erat apud Deum.

Contra Arianos liber unus, continens decem responsiones ad totidem Arianorũ obiectiones.

Ad Trasimundum regem libri tres: quorum Primus est de mysterio mediatoris Christi. Secundus, de immensitate diuinitatis filij Dei. Tertius, de sacramento Dominicæ passionis.

Ad diuersos epistolæ septem.

Prima, de coniugali debito, & uoto continentiæ à coniugibus emisso.
2 Ad Gallam de consolatione super mortem mariti, deq; uiduitate.
3 Ad Probam, de uirginitate simul atq; humilitate.
4 Ad eandem de oratione ad Deum, & compunctione cordis.
5 Ad Eugyppium abbatem, de charitate & eius dilectione.
6 Ad Theodorum senatorem, de conuersione à sæculo.
7 Ad Venantiam, de recta pœnitentia & futura retributione.

Ad Donatum liber unus, de fide orthodoxa, & diuersis erroribus hæreticorum.

Ad populũ sermones quinq;: Primus, de confessoribus et dispensatoribus Dñi.
2 De duplici natiuitate Christi, æterna & temporali.
3 De laudibus Mariæ ex partu Saluatoris.
4 De sancto Stephano protomartyre, & conuersione S. Pauli.
5 De epiphania, deq; innocentium nece, & muneribus magorum.

Opera Maxentij, quæ simul impressa sunt, infra enumerabimus.

Fulgentij homiliæ duæ, cum homilijs SS. patrum excusæ olim Basileæ.

Homília de charitate Dei ac proximi, imperfecta: & epistola ad Eugyppium eiusdem argumenti, in fine Thesaurorum Eugyppij impressæ sunt Basileæ.

Fabij Fulgentij Placiadis Mythologiarum libri tres, excusi Augustæ Vindelicorum, anno 1521. in fol. cum commentarijs Iacobi Locher Philomusi, & Parisijs apud Ioan. Lalisiau in 4. adiectis uocum antiquarũ interpretamentis per eundem Fulgentium conscriptis: & Basileæ apud Heruagium sine cõmentarijs, cum Hygino, Palæphato, Arato, &c. in fol. anno 1535. adiecta itidem uocum antiquarum interpretatione, cum testimonijs authorum uetustissimorum: charta 1. & quadr. & rursus Basileæ mythologiæ solæ apud Hen. Petrum, cum Palæphato, Phornuto & Alorico. Mythologiæ, chartæ sunt 5. & tres quadrantes.

Sunt autem primi eius libri capita. Præfatio. Vnde Idolum dictum sit. Fabulæ de Saturno, Plutone, Tricerbero, Furijs, Fatis, id est Parcis, Harpijs, Proserpina, Cerere, Apolline, Coruo, Lauro, Musis nouem, Phaëthonte: Trypho, sagittis, & Pythone. Cur Sol imberbis, cũ pater dicatur. Fabula Mercurij: cur pennas, uirgam, galerum & gallum habeat: cur Hermes, fur, celer, & Argum occidisse dicatur. Fabula Ganymedis, Persei & Gorgonum, Admeti & Alcestæ.

Libro secundo continentur: Iudiciũ Paridis, Minerua, Iuno, & Venus, id est, Vita contemplatiua, actiua uel ciuilis, & uoluptuaria. Fabula Herculis & Omphales Lydiæ, Caci & Herculis, Antæi & Herculis, Tirestæ, Promethei, Veneris adulterij, Vlyssis & Sirenum, Scyllæ monstrosæ, Midæ regis & Pactoli, Vulcani & Mineruæ, Dionysij, Cygni & Ledæ, Ixionis, Tantali, Proserpinæ & Endymionis.

Libri tertij fabulæ, De Bellerophonte & Pegaso, Perdice, Actæone, Erone & Leandro, Berecynthia & Aty, Psyche & Cupidine, Peleo & Thetide, Myrrha & Adonide, Apolline & Marsia, Orpheo & Eurydice, Phineo & Harpyijs, Alpheo & Arethusa. Exponuntur autem singulæ fermè fabulæ sensu triplici.

Fulgentij uitam Petrus Crinitus descripsit. Prænomina uarie scribi inuenio, nempe, F. P. Fulgentius, uel F. Fulgentius Placiades, & aliquando pro F. litera, Fabius expresse: aliàs, Publius Furius Fulgentius.

T. cl. 1010. FVLPERTVS episcopus Carnotensis, inter cætera scripsisse dicitur, Epistolarum ad diuersos, lib. 1. In laudibus sanctæ Mariæ, lib. 1. Hymnos & orationes uarias. Et quædam alia.

NOMINA ET LVCVBRATIONES AVTHORVM A G litera incipientium.

GABIANVS quidam scripsit super loco 2. Cod. de fidei com̃. l. cum acutissimi.

GABRIAE Græci fabellæ tres & quadraginta ex trimetris iambis, tetrastichis inclusæ, cum Græcis Aesopi fabulis Basileæ apud Frobenium impressæ sunt. Nescio an idem sit Michaël Gabrias, cuius epistolæ quædam Græcæ in Italia seruari feruntur.

GABRIEL Byel, natione Teuthonicus, ordinis eorum qui se fratres de communi uita, appellant, scripsit quædã opuscula, è quib. ordinarie legit in præfato gymnasio T. cl. 1449.

In canonem missæ,	lib. 1.	Præmissa in cubiculo.	
De passione dñi scripsit,	lib. 1.	Sermones quoq; uarios,	lib. 1.

Et quædam alia.

* Gabrielis Biel sacræ theosophiæ Licentiati ætate sua doctissimi, sacri canonis missæ tum mystica, tum literalis expositio, nunc primum castigatius et locupletius impressa in fol. Lugduni 1517. chartis 103. cum Indice.

Sermones de festis Christi, ab ipso olim Moguntiæ in ecclesia metropolitana S. Martini ad populum declamatorie prædicati. De festis S. Mariæ. De sanctis insignioribus totius anni. Excusi Basileæ apud Adamum Petrum, anno 1519. in 4. Non desunt qui hos sermones præferant, plærisq; aliorũ qui simile argumentum ante hunc tractarunt. Sermo est barbarus.

Sermones Dominicales de tempore & de sanctis per totum annũ, cum aliquot sermonibus medicinalibus tempore pestis, siue contra pestilentiam, & de mortis timore, &c. quibus subijcitur, Quæstio utrum regnante morbo epidemiæ liceat, prosit, & expediat, suspectas personas & loca fugiendo uel repellendo declinare. Tractatus, siue Defensorium contra æmulos suos, De obedientia sedis apostolicæ: annectitur sermonibus prædictis quasi eorum & robur & fulcimentum, per propositiones plures partitus, ad Romanum pontificem Pium II. anno Domini 1462. transmissus, & ab eodem approbatus.

Sermo, seu potius tractatus latissimus, de historia Dominicæ passionis. Prima pars maior historialis, quatuor partes habet. Secunda pars minor recapitulatiua acerbitatum per modum epilogi. Tertia finalis pars est mystica, passiones Domini exponens tropologice, seu moraliter, pro ecclesiæ ministris, & rectoribus iniquis conuertendi ad pœnitentiam. Omnia uno uolumine ibidem excusa, anno 1519. in 4.

Epitoma pariter & collectorium circa quatuor sententiarum libros, in Tubingensi gymnasio æditum (anno 1501. in fol. duobus uoluminibus bene crassis, cum Indicibus) & partim ordinarie in theologorum scholis, partim in ædibus ab eodem lectum & elucidatum.

Ex præfatione authoris. Cum ergo nostri propositi est dogmata & scripta uenerabilis inceptoris, Guilhel. Occam Anglici, ueritatis indagatoris acerrimi, circa quatuor sententiarum libros abbreuiare: tentabimus diuino aspirante ductu, circa prologum & singulas Distinctiones scholasticas mouere quæstiones. Et ubi præfatus doc. scribit diffusius, suam sententiam & uerba accurtare, & præsertim in primo: in quo profundius & latius quàm in cæteris scriptis, correspondenter ad singulas Distinctiones, quæstiones mouet & resoluit. In alijs uero ubi parum uel nihil scribit, aliorum doc. sententias à dicti doctoris principijs non deuiantes, quantum potero ex clarissimorum uirorum aluearijs in unum comportare. Hinc & laborem nostrum collectorium pariter & epitoma placuit nominare. Nonnunquã Guilhel. Occam.

„ etiã recitabimus & dicemus aliqua, quæ confesse suis principijs dici possint, tame
„ etsi doctor ipse oppositum sentire uideatur, ut scholasticæ palæstræ mos habet:
„ supposita in hijs omnibus theologica protestatione, &c.

GABRIEL Cardinalis, postea Eugenius 4.

GABRIELIS Catiani Brixiani, Syntagma de eo quod interest: excusum Lugduni apud Gryphium in 4. anno 1542.

GABRIEL Humelbergius Rauenspurgensis, medicus, Antonij Musæ de herba Vetonica, & L. Apulei de medicaminibus herbarum libros, recognouit, emendauit, & commentariolum adiecit. Opus excusum Tiguri in 4. chartis 42.

Ex præfatione authoris ad Lectorem.

„ Quoniam prius impressi Antonij Musæ & Apulei de re herbaria libri plurimis
„ scatent erroribus, operæpretium duxi illos pro diligenti nostro studio correctiores
„ iterũ in publicum dare, adiuncta parua uocabulorũ quorundã enarratione, &c.
„ Sunt omnes, quos hucusq; uidere licuit codices quàm maxime deprauati & muti-
„ li, & pluribus in locis adeo uarij, ut satis mirari non possimus. Nec nos integrum
„ Apulei librum, sed multa, nunc quidẽ nomẽclaturas, nunc circa herbarum descri
„ ptiones & historiam aliquid illi deesse censemus. Quæcunq; autem restituimus, ea
„ omnia tum ad exemplariorum nostrorum antiquissimorum fidem tum ad Dioscoridis, Plinij, & aliorum authoritatem ac ueritatem ipsam reddidimus: licet, ut ingenue fateamur, alicubi etiam, præsertim circa nomenclaturas, coniecturis tantum
„ usi simus. Deinde probat utrũq; librum genuinum illius esse cui inscribitur.

Scholia in librum Sexti philosophi Platonici de medicina animalium, bestiarũ, pecorũ, & auium: impressa Tiguri 1539. in 4. char. 16. cum Indice. Vide in Sexto.

Commentarij in Q. Sereni Sammonici poëtæ librum medicinalem, excusi Tiguri 1540. in 4. chartis 63. & dimid. Ex præfatione authoris ad senatum Isnensem (nam & superiora omnia Isnæ in Algoia Germaniæ scripsit, ubi ni fallor etiam
„ hodie medicinam facit. Q. Serenũ cum locis aliquot subobscurior, & non om-
„ nibus adeo patens & peruius uideretur duxi interpretandum & commentario illustrandum, quo legentibus, non quidẽ eruditis & doctis, sed rudioribus tantum
„ consulerem, & faciliorem dictorum intelligentiam traderem.

Annotationes in Apicij Cælij libros decẽ de opsonijs & cõdimentis, siue arte coquinaria, impressæ ibidem 1542. in 4. chartis 31. Ex præfatione ad Lectorem. Postquam de hoc authore & alijs Apicijs, quos ante hunc uixisse ostendit, aliqua
„ dixit, hæc uerba subdit: Verum quia deprauatissimi sunt eius libri, ut in quibus
„ nulla sit pagina, imò uix una aut altera quasi linea non mendosa & prodigiose cor-
„ rupta, adeo quidem ut nullus inde sensus elici, nec authoris mens intelligi possit:
„ hinc operæpretium esse duxi, castigandi onus suscipere & emendare illos. Quod
„ si hac castigatione, qua etiam minutula quædam, sed quæ Lectorem remorentur,
„ annotauimus, & plæraq; conniuentibus oculis trãsmisimus, uniuerso operi non-
„ dum fortè ad plenum satisfactum fuerit, tamẽ nemo id sanæ mentis puto, uitio uer-
„ tet, cum homines simus, &c.

Hoc Lectorem admonuerim huius uiri commentarios, eruditos quidem esse, ac stylo non ineleganti conscriptos, & plæraq; ex ueterum libris descripta continere, unde uel inquirendi labor studiosis adimitur: Grammaticam tamen interpretationem potius, quàm uel theoremata uel materiam rei medicæ, cuius magna pars hodie in obscuro est, inde addisci: quod ipse fateri uidetur in præfatione commentariorum super libro Sammonici.

GABRIEL Perouanus scripsit Astronomiæ defensionem, quæ excusa est Mediolani in fol. anno (ni fallor) 1507.

T. cl. 1417. GABRIEL de Spoleto, ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini, scripsit nonnulla commendanda opuscula. Sed ego nullum eorum hucusq; uidi. Feruntur tamen eius præcipui, Aduer-

Aduersum hæreticos, lib. 1. Aduersum fratricellos, lib. 1.
Et alia quædam.

GABRIEL Zerbus uel de Zerbis Veronensis scripsit Anatomen corporis humani, sermone barbaro. Liber excusus est, in folio.

Anatome infantis, libellus excusus Marpurgi in Germania, 1537. in 4. cum aliis quibusdam.

Cautelæ medicorum Gab. Zerbi philosophi & medici, theoricæ medicinæ ordinariam studij Patauini publice legentis, sub anno Domini 1495. impressæ Lugduni in 4. chartis 2. & dimid. 1525. cum Pantaleonis Pilulario & Lacticinijs. Ex præfatione authoris. Medicum proficiscentem ad artem medicinalem consecu " turum ex ea gloriam & honorem, & utilitatem, ut re ipsa, & non nomine solũ me- " dicus habeatur, utq; euitet cum diligenti attentione deceptiones & infantiam, sex " modis in genere oportet esse dispositum, iuxta quos modos erunt sex capitula: " Primo, quantum ad modum se habendi secundum dispositiones tam animę quàm " corporis à generatione contractas, & secundum ea quæ sibi debentur, dum addi- " scens est. Secundo, quantum ad modum se habendi erga Deum. Tertio, quantũ " ad modum se habendi in seipso, quo ad dispositiones animi & corporis ex tempore " acquisitas. Quarto, quantum ad modum se habendi circa ægrotantem. Quin- " to, quo ad præsentes & astantes mulieres, discipulos, plebẽ, & aromatariũ. Sexto, " respectu eorum quæ extrinsecus sunt. Illustrium autem medicorũ sententias sub " compendio sequemur, eos etiam non ingrate nominando. "

Metaphysica, typis excusa, in Italia opinor.

GAFFVRRVS Genuensis scriptor, nominatur inter authores, unde exempla sua de rebus memorabilibus Bapt. Fulgosus collegit.

GAIETANVS, idem qui supra Caietanus ex Ioan. Trittenhemio nobis dictus est, scripsit super physicis Aristotelis, super libris de cœlo, de anima, de meteoris, & regulis Entisberi, quæ omnia in Italia excusa sunt.

GAII papæ decreta, cum reliquis pontificijs impressa Coloniæ.

GAIVS sub Zephyrino Romanæ urbis episcopo, id est sub Antonino Seueri filio, disputationem aduersum Proculum, Montani sectatorem ualde insignem habuit, arguens eum temeritatis, super nouam prophetiam defendendam: & in eodem uo lumine epistolas quoq; Pauli, tredecim tantum enumerans, decimamquartã, quæ fertur ad Hebræos, dicit nõ eius esse, sed & apud Romanos usq; hodie quasi Pauli apostoli non habetur.

GAIGNI cuiusdam commentarij in epistolas Pauli, Lutetiæ excusi.

GALEATIVS Capella scripsit de bello Mediolanensi, & rebus nuper in Italia gestis libros octo: qui excusi sunt Norimbergæ à Petreio, in 4. chartis 19. anno 1532. His libris describitur, quicquid bellorũ in tota Italia ab anno Domini 1521. usq; ad annum 1530. inter Pontificem, Gallum, Venetos, & Cæsarem gestum est: quomodo Mediolanum à Cæsarianis recuperatum, Franciscus Sphortia eius dux restitutus, & ad extremum urbs Roma capta ac direpta sit, singulorum annorum rebus gestis, singulis libris explicatis.

Ex præfatione ad Franciscum II. Mediolanensium ducem. Cum nec ea quæ " aut alibi aut iampridem euenerũt, referre, nec ea quibus interfuissem tacere, æquũ " ducerem, nihil magis curaui, quàm ut hisce in libris, quibus res gestas pro tua resti- " tutione, Princeps illustrissime, complexus sum, nullius honori, aut famæ detrahe- " rem. Et quamuis hæc eadem ab alijs, & copiosius, & cultius scriptum iri existimẽ, " tamen à me præcipue memoriæ tradenda esse censui, quia dum partes tuas seque- " rer, & Hieronymo Morono Legato tuo domi, foriscq; operam ab epistolis impẽde- " rem, multa audire, ad diuersos principes scribere, atq; uidere mihi contigit. Quæ " alij fortasse incertis rumoribus iactata aliter fuisse affirmabunt. Atq; ob id in scri- "

„ bendo ero parcior, quod nec ijs omnibus, quæ eodẽ tempore diuersis in locis in-
„ terdum gerebantur, uni licuit interesse: & mihi, qui te, tuosq; secutus sum, minus
„ aduersariorum cõsilia aliquando nota fuere. Adde quod omnia in prælijs strenue
„ facta singillatim referre, quæ multoties nec ipsi quidem duces scire possunt, homi-
„ nis est intemperanter abutentis eorũ ocio, qui hæc legere non aspernentur. Quo-
„ circa mihi satis esse decreueram, summatim ab initio eius belli, quod Leo decimus
„ pont. max. contra Gallos gessit, usq; ad redactum in Cæsaris potestatem Mediola-
„ nense imperium, res gestas literis mandare. Quoniam bellis undiq; postea gliscen-
„ tibus, tutum aliquem secessum quærens, è patria discessi, tum quod quietioribus
„ temporibus (si dij permisissent) reseruari cupiebã, tum etiam quod tam diuturnas
„ calamitates subsecutas, audire malui quàm uidere. Verum ubi quasi postliminio
„ tandem redij, ac rerum quæ postmodum in Insubribus euenerunt ex nonnullis,
„ qui interfuere, clarius intellexi seriem, pro mea in te obseruantia & studio deesse
„ non potui, quin ea etiam explicarem, quæ adeo iustam caussam tuam apud omnes
„ Europæ principes effecerunt, ut summus Pontifex, potentissimi Galliarum An-
„ gliæq; reges, ac Veneta & Florentina respub. arma tuæ defensionis caussa magna
„ cum suorũ iactura, & sumptu prope incredibili sumere non abnuerint, neq; prius
„ abiecerint, quàm patefactis æmulorum tuorum calumnijs mitiora consilia haud
„ aspernatus Carolus Cæsar te Mediolanensibus tuis reddiderit, quibus tanto opta
„ tior extitisti, quanto post abscessum tuum omnia magis aduersa perpessi, non nisi
„ te restituto meliorem fortunam sperabant.

GALEATII de S. Sophia opus medicinæ practicæ in nonum tractatum libri Rhasis ad Almansorem, de curatione morborum particulariũ, nunc primum impressum Haganoæ anno 1533. in fol. chartis 47. sermone barbaro. Adiectus est & liber quidam introductorius ad medicinam per Georgium Kraut, de quo inferius.

GALEOTTVS Narniensis multæ lectionis homo, & philosophus haud sanè ignobilis, in eo libro quem de incognitis uulgo ad Matthiam Coruinum Pannonum regẽ scripsit, sub polis etiam & propè, habitationem esse contendit. Hæc Ioachimus Vadianus libro 1. commentariorum suorum in Pomponium Melam.

GALFRIDVS Monemutensis scripsit de gestis regum Britanniæ. Liber, opinor, impressus est.

GALIENVS Aug. in fragmentis Gregoriani codicis allegatur.

GALVENEVS Flamma, scripsit aliquid historicum opinor. Nominatur enim inter illos, ex quibus exempla memorabilia Bapt. Fulgosus collegit.

T. GALLVS abbas monasterij Aulæ regiæ in Boœmia, ordinis (ut ferunt) Cistertiensium, natione Germanus, scripsit quædam præclara uolumina, è quibus extat dialogus inter patrem & filium magnus & insignis quem prænotauit:

Malogranatum, lib. 3. Fili accedens ad serui.
Sermones ad fratres, lib. 1.

Huius uoluminis Malogranati magnus hodie est usus apud religiosos, quia conueniens est incipientibus, proficientibus & perfectis.

T. cl. 1250. GALTERIVS episcopus Pictauiensis ordinis fratrum minorum, scripsit quædam non contemnenda opuscula, de quibus feruntur subiecta. Iubente nãq; Alexandro papa quarto stilo digessit ualde utiles per anni circulum.

Sermones, lib. 2. Super sententias, lib. 4.
Quodlibetorum, lib. 1. Quæritur quomodo uirtus.

T. cl. 1390. GALTERVS Disse, natione Anglicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, nuntius & legatus Bonifacij papæ noni, in uarijs regnis, scripsit non spernenda opuscula, è quibus extant:

Contra Lolhardos, lib. 1. De schismate quoq; lib. 1.
In aliquos Psalmos, lib. 1. Sermones de tempore, lib. 1.

Sermones

Sermones de ſanctis, lib.1. Et quædam alia.
GALTERVS epiſcopus Magolenſis ex inſulis oppido Flandriæ oriundus, ſcripſit, T.
Super Pſalterium, lib.1. Et quaſdã epiſtolas. Et alia quædã mihi incognita.
GALVAGNVS quidam I. C. ſcripſit Contrarietates, & De differentijs inter ius ciuile & canonicum.
GAMMARVS ſcripſit de ſcientia iuris: neſcio an Petrus aut Andreas Gammarus, de quibus ſuo loco agitur.
GANDINVS ſcripſit de iudicijs & tortura.
GANFREDVS Antiſiodorenſis monachus Ciſtertienſis ordinis, non contemnendæ T.cl.1160.
lectionis opuſcula compoſuit, quibus nomen ſuum etiam poſteris notificauit.
Contra Petrum Abelardum, cuius olim diſcipulus fuerat, lib.1.
In Apocalypſin Ioannis, lib.1. Epiſtolarum ad diuerſos, lib.1.
GANFREDVS de Trano, ſubdiaconus eccleſiæ Romanæ, & ſummi pontificis (ut T.
ferunt) capellanus, uir in iure canonico & philoſophia ſæculari nobiliter doctus, ſcripſit non ſpernendæ lectionis opuſcula, è quibus extat ſumma notabilis & ſatis uulgata,
Super titulis decretalium, lib.5. Gloſarum diuerſitas in.
Quæſtiones uariæ, lib.1. Et alia quædam mihi ignota.
GAON Mehrar Iſraël ſcripſit librum Therumath, id eſt, de oblationibus, qui inter Iudæorum Thalmudicos habetur. Sed audio Gaon honorificæ præfationis, non proprium nomen eſſe.
GARDIANI cuiuſdam epiſtolæ excuſæ, nimirum barbaræ.
GARGILIVS Martialis, Marius Maximus, Suetonius Tranquillus, &c. principes Romanos deſcripſere. Raph. Volaterranus ab initio libri 23.
GARIOPONTI medici antiqui libri octo, de morborum particularium à capite ad pedes, & febrium quoq; cauſis, accidẽtibus, & curationibus, excuſi Baſileæ apud Henricum Petrum, anno 1531. in 4. & rurſus 1536. in 8. chartis 32. Non memini quicquam alibi de hoc authore legiſſe, quis uel cuias fuerit, aut quando uixerit. Multas habet dictiones Græcas, quales in Aurelij Siccenſis, & quibuſdam Ouidij adſcriptis libris leguntur. Videtur ex ſtilo Afer fuiſſe: qui licet barbariem non prorſus effugiat, multo tamen purior quàm poſterioris ipſo ætatis.
GARMI Babyloniorum regis epiſtolium ſex uerſuum ad Neogyndam Indorum regem inter Apollonij epiſtolas habetur, in Græco Aldino epiſtolarum codice.
GARSIAS natione Hiſpanus, uir in utroq; iure exercitatiſſimus, fertur enim tam in T.cl.1190.
legibus quàm in canonico iure plura conſcripſiſſe opuſcula, quæ ad manus noſtras non uenerunt. Extant eius
Super decretalibus, lib.5. Et in legibus plura.
GASPAR, ab alijs Caſpar, aliàs Chaſparus ſcribitur: ſed primus ſcribendi modus apud diuerſæ linguæ gentes frequentior eſt: tertius, quod ſciam, à paucis Germanis iuxta uulgi pronunciationem uſurpatur.
GASPAR de Arenguería ſcripſit in 2. ff. ueteris. & in tt. de Iudicijs.
GASPAR Calder. ſcripſit in locum De pœnit. & remiſſ. c. noſtro poſtulaſti. in 5. Decretalium.
GASPARIS Cincigeri oratio, habita in promotione magiſtrorum, impreſſa.
GASPARIS Crucigeri commentarius in epiſtolam Pauli ad Timotheum priorem, dictatus Vuittembergæ, & excuſus Argentorati in 8. anno 1540.
GASPARIS Contareni patritij Veneti, de magiſtratibus & repub. Venetorum libri quinq; elegantiſſimi, excuſi Baſileæ in officina Frobeniana, anno 1543. in 8. chartis 13.
Ex præfatione Sigiſmundi Geleníj ad Viglium Zuichemum I.C. Erat enim "
(ut conſtans fama eſt) Caſpar Contarenus, ſi quis unquam Veneti nominis, gene- "

„ re, opibus, prudentia, literatura denique ornatissimus, ad summas dignitates & na-
„ tus, & suis præcipue uirtutibus prouectus. Cæterum post hominem, magno bo-
„ norum dolore ne dicam indignatione sublatum, nactus hunc tam bene nati inge-
„ nij fœtum, tibi ex more iam peruulgato dedicandum duxi. Et paulò post. Il-
„ lud tamen non uane mihi præsagire uideor, unumquemque aut senatorem, aut qui
„ alioqui in parte reipublicæ administranda uersetur, non solum ex inclytæ huius
„ urbis politiæ cognitione eximiam uoluptatem percepturum: uerum etiam ex tam
„ absoluto exemplari, ceu Polycleti canone, aliquid excerpturum ad commodum
„ suæ reipublicæ, duntaxat pro ipsius ratione & natura: quandoquidem ex triplici
„ administrandi publica genere talem mixturam hic agnoscere licet, quali nulla con
„ cinnior in hanc usque diem uel excogitari à sapientibus potuit, uel memoriæ prodi-
„ ta à scriptoribus reperitur.

GASPAR Hedio, uir doctissimus, diuini uerbi minister in ecclesia Argentoratensi, scripsit historicam synopsin, qua M. Antonij Coccij Sabellici institutum persequitur ab anno Domini 1504. quo pertigit Sabellicus, usque ad annum 1538. Impressa est Basileæ apud Heruagium cum Sabellici operibus, in folio, 1538. chartis 23.

GASPAR Heldelinus scripsit Encomium eiconiæ: & transtulit ex Plutarcho primũ sermonem Symposiacum, an ad pocula philosophari conueniat: Item ex Luciano Iouem Tragœdum de contempta religione dialogum. Omnia uno libro Henr. Petrus excudit Basileæ in 8.

GASPAR Megander Tigurinus, uir mature doctus, in patria primum Tiguri cum bonis & pijs sanctæ memoriæ uiris ac præceptoribus nostris DD. Huld. Zuinglio & Leone Iuda, puram euangelicæ doctrinæ prædicationem strenue & candide promouit: inde Bernam Heluetiorum accersitus, illic etiam per aliquot annos synceram religionem bona fide plantauit, tandem in patriam certas ob causas reuersus, in sua uocatione apud nos pergit, ut decet, annum ætatis agens quinquagesimum quintum. Commentarios in aliquot sacræ scripturæ libros scripsit ut breues quidem & simplices, ita salubri doctrina refertos, & pura Latinitate compositos.

Commentarius in epistolam Pauli ad Galatas, excusus Tiguri, anno 1533. in 8. cum Io. Rhellicani epistola, & epigrãmatis, in quibus ratio studij literarij Bernensis indicatur: chartis 6. Ex præfatione authoris ad uerbi ministros in agro Ber-
„ nensi. Etsi obsecrationibus multorum hactenus reluctatus sim, ne horum quid-
„ quam, quæ apud Ecclesiam nostram concionibus publicis ad plebem diximus, pu-
„ blicaremus: uicit tamen & uestra charitas, & instans Rhellicani petitio. Quapro-
„ pter si quid in hisce Annotationibus pium & sacrosanctum inueneritis, easque ad
„ Dei unius gloriam, ueramque pietatem, usui uobis esse perspexeritis, non nobis, sed
„ omnium authori Deo in primis, deinde Zuinglio, felicis memoriæ: per quem om-
„ nia ferè Deus ὥσπερ διὰ σωλῆνος mihi locutus est.

Commentarius in epistolam Pauli ad Ephesios, excusus Basileæ apud Hen. Petrum, anno 1534. in 8. chartis 17. cum Io. Rhellicani epistola monitoria.

In epistolas tres ad Timotheum & Titum diligens & breuis expositio, impressa Basileæ in officina Rob. Vuinter in 8. 1536. chartis 13. & dimid.

Farrago annotationum in Genesim ex ore Huldrychi Zuinglij per Leonem Iudæ & Gasparem Megandrum exceptarum, impressa Tiguri 1527. in 8. chartis 31. Ex præfatione Huldrychi Zuinglij.

De sacra lectione apud Tigurinos, qualis hodieq; seruatur.

„ Posteaquam Tiguri literas uere sacras cum humanis melioribus ac honestis iun-
„ gere constitutum esset, sic illas tractauimus, ut Latine aliquousque præeatur: mox
„ Hebraicus interpres, qui pridẽ Ceporinus erat, nunc Pellicanus est (notior, quàm
„ ut hoc epistolio debeat cõmendari) q̃d recitatũ est, ex Hebræorũ fontib. exponat.

Hinc

Hinc Græcam siue septuaginta siue septem milium interpretationem secundus ꝛc
uel propheta uel interpres conferat, qua nos hactenus sumus functi prouincia. Po ꝛc
stremo, quæ tam ex Hebraicis, quàm Græcanicis prodita sunt uenis, tertius inter- ꝛc
pres lingua Germanica reddat: quas partes Leo noster frequentius, nõnunquam ꝛc
uero Megander gessit: moti sunt nonnulli, ut quæ tam à nobis quàm alijs diceren- ꝛc
tur, etiamsi minime dictarentur, indefessa comportarent opera. Cumq; multi, qui ꝛc
gustum eius rei cepissent, alius alium sint inhortati, ut annotatorũ copia eis fieret, ꝛc
sic conuenerunt Leo & Megander (accessit autem simul Chalcographi suggestio) ꝛc
ut quæ uterq; pro sua uirili è medio sermonis curriculo rapuisset, in unum acer- ꝛc
uum confunderent. Cumq; ad caput Geneseos quintum uenissent, quæ ante an- ꝛc
num tractata nobis est, obtulerunt experiundi gratia quod parturiebant. Visi sunt ꝛc
ergo plus adsequuti, quàm calamo possit: diligentia uero non tam sibi quàm alijs ꝛc
consulere uoluisse. Consultus itaq; adsensus sum, ut quæ apes imitati, sedulo con- ꝛc
gessissent, alijs quoq; communicarent. ꝛc

In Exodum alia Farraginis annotationum particula, per Leonem Iudæ & Gas-
sparem Megandrum ex ore Zuinglij & aliorum Tiguri Deuterotarum compor-
tata. Impressa Tiguri 1527. in 8. chartis 16. Ex præfatione eorundem. Sen-
sum, exemplum, & significationem cum Zuinglius apud nos cum alijs ueluti sco- ꝛc
pum scripturæ spectet, quorum index est simplex literæ expositio, non piget nos ꝛc
ista in Exodum, quæ ex enarrantiũ faucibus eripuimus, promulgare. Hactenus ꝛc
enim nihil rogatum uolumus. Vltra uigesimum uero quartum caput non proces- ꝛc
simus, quod paucis exceptis reliqua ferè cerimonialia sunt. ꝛc

Annotationũ in epistolam ad Hebræos, & priorem Ioannis canonicam ab ore
H. Zuinglij ad populum exponentis excerptarũ, chartæ 9. in fol. excusæ Tiguri,
anno 1539. cum annotationibus in Euangelia & aliquot epistolas Pauli, similiter à
Leone Iudæ (Megandro etiam adiuuante) ex ore Zuinglij exceptis.

Catechismus, id est, Christiana iuuentutis institutio, quæ continet explicatio-
nem orationis Dominicæ, symboli apostolici, decalogi, & sacramentorum: à Gasp.
Megrandro Germanice cõscriptus Bernæ, deinde à Ioanne Rhellicano Latinitate
donatus, Basileæ excusus est. Habetur & in Gallicam linguam transfusus.

Commentarij in Acta Apostolorum, nondum excusi.

GASPARI Rodolphi, natione Sueui, dialecticæ professoris in Academia Marpur-
gensi, dialectica aucta & recognita: cum tabulis omnium dialecticæ partium. Ex-
cusa Argentorati apud Iacobum Iucundum, 1536. & 1540. in 8. chartis 7. cum libel
lo Ioan. Lod. Viuis de Disputatione. Ex præfatione authoris. Dialectica pro, ꝛc
gymnasmata in publicum emittere uisum est, & eadem breuiter & luculenter: ut ꝛc
uelut in tabula depicta contemplentur adolescentes. Deinde fatetur se præ cæ- ꝛc
teris Ioan. Cæsarij dialecticam secutum, eam in compendium redegisse, difficiliori
bus resectis: In nonnullis quoq; Rhodolphum Agricolam, alibi Philippum Melan
chthonem olim apud Tubingam & Vuittembergam præceptorem suum, in plæ-
risq; Ludouicum Viuem imitatum esse.

GASPAR Sasgerus Minorita scripsit de matrimonij dissolubilitate contra Luthera-
num dogma. Libellus excusus Tubingæ in 8. sesquicharta, anno 1525.

GASPARIS Schuuenckfeldij epistola de cursu uerbi Dei, Basileæ excusa apud
Thomam Vuolfium in 8. 1527. Scripsit etiam Germanice opuscula quædam
hic non enumeranda. Vide infra in Ioachimo Vadiano.

GASPAR Vallascus scripsit in 1. ff. ueteris de Iuris dom. Iud. l. Imperium. et in 2. eius-
dem de Iureiurando. l. admonendi.

GASPAR Vrsinus Velius (aliâs, Silesius) poëta regius scripsit monosticha de uitis
regum Italiæ, Albanorum, Romanorum, uirorum illustrium, Cæsarum ac sum-
morum pontificum ad nostram usq; ætatem, nempe ad Carolum & Ferdinandũ:

& rursus distícha Cæsarum Romanorum: quæ excusa sunt Francofortiapud Egenolfum, chartis 3. cum Epitome Chronicorum mundi in 8.

T.cl.1420. GASPARINVS grammaticus celeberrimus, patria Bergomeñ. ex Barzizza Ruscu-lo natus, scripsit multa præclara opuscula, è quibus extant

De orthographia,	lib.1.		
Epistolarum ad diuersos,	lib.1.	Gaudeo plurimum ac læ.	
Orationes uariæ,	lib.1.	In epistolas Ciceronis,	lib.1.
In eundem de officijs,	lib.1.	In eundem de oratore,	lib.1.
In eundem de senectute,	lib.1.	Et quædam alia.	

* Gasparini epistolæ uel hac de causa merentur laudem, quia in sæculo doctorum primæ. Viues.

GAVDENTII cuiusdam epistolæ, uide in septimo tomo operum Augustini cum refutatione.

GAVDENTII philosophi harmonica introductio, seruatur in Italia Græce.

GAVDENTII Merulæ de Gallorum Cisalpinorum antiquitate liber, excusus Lugduni apud Gryphium 1536.

GEBERI siue Gebri cuiusdam, Arabis opinor, enneabiblus syntaxis astronomica, siue Demonstratiuum opus astrologiæ nouem libris: nescio an excusum sit.

De Alchymia liber excusus.

In dialogo quodã manuscripto, quo Adenarius & Guilhelmus Parisienses barbaro sermone colloquentes introducuntur de astronomia inferiore, ita legimus.

» Geber ex filia magni Machmeth & ex principe Baldachitarum originem clarissi-
» mam traxit, ut ipsemet in libro suo, qui dicitur Regni scribit: est enim tantæ repu-
» tationis in Aegypto, ut Aristoteli, Rabi Moysi, Hermeti trismegisto, Ptolemæo,
» Galeno, Euclidi, in sua cuiq; professione longe præferatur. Composuit autem li-
» brum fornatum, librum pietatis siue misericordiæ, librum regni, de inuestigatione
» ueritatis: scientiam magnam, quæ dicitur liber perfecti magisterij, ubi omniũ libro
» rum suorum & antiquorum philosophorum sententiã perscrutatus est, imò quic-
» quid alibi diminute dixerat, hoc ibi recompensauit. Eum librũ Guilhelmus Ade-
nario, quod ad inferiorem astronomiam, legendum unice cõmendat. Hunc dialogum nobis ostendit D. Christophorus Clauserus noster, cui in eodem uolumine iungitur Geberi de inuestigatione ueritatis liber, itidem manuscriptus, chartis 2. & trib. quadr. Videtur aũt idẽ esse, qui aliâs de alchymia inscribitur, & impressus est.

GELASIVS Cæsareæ Palæstinæ post Euzoium episcopus, accurati limatiq; sermonis fertur quædam scribere, sed celare. Hieronymus.

T.M.492. GELASIVS papa primus, natione Afer, multa pro ecclesiastica utilitate constituit, & plurima contra hæreticos scripsit, de cuius opusculis subiecta feruntur.

Decretum synodale,	lib.1.	Necessarium rerum dif.	
Contra Arianos,	lib.2.	† Contra Eutychẽ & Nestorẽ,	lib 5.
Hymnorũ instar Ambrosij,	lib.1.	Epistolarum ad diuersos,	lib.1.

Orationes plures & graues. Et quædam alia, Gradalia, Alleluia & Tractus cum præfationibus ad missam congruentes ordinauit, & libros sanctorum patrum authenticos ab apocryphis sequestrauit, sicut habetur dis. 15. Sancta Ro.

* Eius decreta cum cæteris pontificijs impressa sunt Coloniæ.

† Gelasij episcopi Romani de duabus naturis in Christo, aduersus Eutychem & Nestorium liber, excusus Basil. apud Hen. Petrũ in antidoto contra hæreses, 1528. chartæ sunt 3. & tres quadr. Allegat autem hoc idem comprobantia ex ueteribus theologis testimonia, quorum authores: Ignatius, Eustathius, Hippolitus, Athanasius, Eusebius, Basilius, Gregorius Nyssenus, Amphilochius, Antiochus Ptolemaidis episcopus, Seuerianus, Athanasius, Gregorius Nazanz. Ambrosius, Io. episcopus Constantinop. Damasus episcopus Romanus.

GELLII Bernardini Marmitæ Parmensis commentarij in tragœdias Senecæ, excusi Parisijs, anno 1498. in fol. unà cum Danielis Galetani commentarijs in easdem.

Ex præfatione ad Guilelmũ de Rupe forti Cancellarium Franciæ. Has com « mentationes, quas superioribus annis, dum publice profiterer, fortè indigeste in- « conditeq; annotauimus, te hortante nunc imprimendas dedimus. «

GEMINIANVS, qui & Dominicus de S. Geminiano: uide supra.

GEMINIVS epistolæ 4. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coëpiscopis lib. 1.

GEMINVS philosophus, cuius alicubi meminit Proclus diadochus, scripsit Isagogen in Meteora, & in phænomena Græce: prima extat Romæ in Vaticana, alteram seruat Diegus Hurtadus à Mendoza Cæsareus legatus Venetijs.

GEMINI à Furnis uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

GEMINVS Antiochenæ ecclesiæ presbyter, pauca ingenij sui monumenta composuit, florens sub Alexandro principe, & episcopo urbis suæ Zebenno, eo uel maxime tempore, quo Heraclas, Alexandrinæ ecclesiæ pontifex ordinatus est. D. Hieronymus.

GEMISTVS, uide Georgius Gemistus.

GEMMAE Phrysij medici & mathematici professoris apud Louanienses, methodus arithmeticæ, impressa Antuerpiæ in 4. anno 1540.

De locorum describendorum ratione, deq; distantijs eorum inueniendis: Item De usu annuli astronomici, libelli ab ipso Gemma recenter aucti, & impressi charactis 3. & dimid. cum Petri Apiani Cosmographia per eundem restituta, Antuerpiæ per Arnoldum Berckmannum, 1540. in 4. Ex præfatione in priorem libellum. Huius quidem libri laudem, quæ potius authorem spectat suum, mihi non uendico. At nonnihil etiam nobis cedet, si uetus exemplar cum nostro conferatur, adde « etiam nisi nostro impulsu factum fuisset, nunquam in tam multorum manus per- « uenisset. Adieci nonnulla, quæ ut in hoc opere ad perfectionem artis desydera- « ri possent, ita etiam à nemine antea (quod sciam equidem) eo modo ad lucem per- « ducta sunt. Adijciuntur quædam in fine de chartis planis regionũ describẽdis. «

Ex præfatione in annulum astronomicum. Quod ad hunc nostrum Annu- « lum attinet, ut ingenue fatear, meum non est omnino inuentum illud: attamen si « inuentis addere, eaq; dilatare laudi ducendum sit, in his nomen profiteor meum. « Annulum enim hactenus horas tantum diei, & mundi quatuor regiones exhiben- « tem, ita auximus, ut iam cum quouis instrumento certet mathematico. Quicquid « enim longis uerborum connexibus de quadrantibus, cylindris, astrolabijs, ab alijs « passim traditur, id ferè in hunc unicum annulum congestum est. «

Charta siue mappa, ut uulgus uocat, qua continetur generalis totius orbis descriptio, partim ex ueteribus, partim ex recentioribus collecta, & Carolo v. Aug. nuncupata. Impressa anno 1540. Louanij, ut uidetur, elegantissima forma, qualem hactenus in hoc argumento non uidi. Verba authoris: In hac descriptio- « ne partim ex ueteribus partim ex recentiorum nauigationibus cõfecta, artificium « Ptolemæi secuti sumus, eiusq; traditas nobis locorum longitudines, quantum fieri « potuit, seruauimus. Adduntur & lineæ & circuli longitudinum ac latitudinum, « itemq; nauticæ pro dirigendis nauigijs. Chartam ambiunt uentorum effigies, « nomina, & naturæ, ac directorium nauticum instrumentum, & mensuræ pro lo- « corum distantijs, &c. «

GENNADIVS Constantinopolitanæ ecclesiæ pontifex, uir lingua nitidus, & ingenio acer, tam dives ex lectione antiquorum fuit, ut Danielem prophetam ex integro ad uerbum commentatus exponeret. Homilias etiam multas composuit. Moritur seniore Leone imperium tenente. Gennadius. Ioan. Trittenhemius scribit eum obijsse anno salutis 460. nihil autem scriptorum ipsius ad manus suas peruenisse.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [575] - 267v

T.ch.490. GENNADIVS Massylíensis ecclesíæ presbyter, Græco símul & Latino ad perfectũ instructus eloquio, multa cõscripsit opuscula, & de Græco in Latinum sermonem non pauca uolumina antiquorum patrum traduxit. De suis autem scriptis ipse in fine illustrium uirorum subiecta recensuit.

De fide sua ad Gelasiũ papã,	lib. 1.	Aduersus Nestorium,	lib. 6.
Aduersus Eutychen,	lib. 9.	Aduersus Pelagium,	lib. 3.
Aduersus omnes hæreses,	lib. 8.		
De illustribus uiris,	lib. 1.	Iacobus cognomento.	
De hæresi mille annorum,	lib. 1.		

Scripsit hæc & alia quædam, sed ad notitiam meam necdum uenerunt.

* Nos in opere eius de illustribus uiris impresso, nullam sui ipsius mentionem de se factam inuenimus: in Euagrio tantũ quod sciam se aliqua eius opuscula ex Græcis Latina fecisse testatur. Impressum est autem illud opus de illustribus uiris ecclesiasticis cum quarto tomo D. Hieronymi: & cum Epiphanio de prophetis, ac Hieronymo de ecclesiasticis scriptoribus, &c. Basileæ apud Cratandrũ in 4. chartis 3. & tribus quadrantibus. Incipit autem à Iacobo presbytero, & desinit in Honoratum Massiliensem, non plures quàm nonaginta sex scriptores commemorans, quos inde nos mutuati in nostram Bibliothecam ijsdem uerbis transtulimus.

Gennadij patriarchæ, & synodi Constantinopolitanæ epistola encyclia de Simonia, in totum orbem missa ad omnes Metropolitanos, & papam Romanum: charta dimidia, excusa Basileæ apud Ioan. Frobenium 1518. in 4. cum Petri & Gregorij Neocæsariensis canonibus, &c. Ioan. Oecolampadio interprete.

GENNADII Scholarij scripta quædam Græca, illustris uir Diegus Hurtadus à Mendoza Cæsaris apud Venetos legatus in sua bibliotheca seruat, nempe:

De primo Dei cultu.

De tempore & modo essentiæ intelligibilium & immortalium animarum.

Ad illos qui scandalum patiuntur.

Scholarium quendam infra posui, sine prænomine: qui fortè uel huc, uel ad Georgium Scholarium referri debet.

GENTIANI Herueti Aurelij orationes aliquot.

Ante Olynthiacarum Demosthenis prælectionem habita oratio.

De radenda barba. De alenda barba.

De uel radenda uel alenda barba.

De ascensu Domini. De amore in patriam.

Idem Plutarchi opusculum: Quomodo oporteat adolescẽtem audire poëmata, Latinum fecit. Excusa sunt Aureliæ in Gallia in 8. 1536.

T.d.1510. GENTILIS Fulginas medicinæ professor insignis, scripsit in medicinis multa ut ferunt egregia uolumina. Feruntur autem:

In Auicennã cõmentariorũ,	lib. 5.	Contra pestilentiam,	lib. 1.
De febribus quoq;	lib. 1.	De gradibus medicinæ,	lib. 1.

Et alia quædam.

* Gentilis de Fulgíneo, fulgoris coruscantis totius medicinæ, uerissimíq; & inculpati Auicennæ interpretis, ea tota expositio, quæ super tertiũ canonem tanti principis ædita reperitur, summo studio quæsita diligentissimeq; emẽdata: ut habet inscriptio: aliqui commentum aureum appellant. Sunt autem duo uolumina bene crassa, in magno folio, impressa olim Papiæ, chartis 339. ex quibus septem postremæ continent Receptas, id est, medicamenta composita Gentilis super prima
» quarti Auicennæ. Præfatio Gentilis. Inclinatus multorũ precibus ut super
» quartum canonem receptas facerem uobis dilectis meis, qui in studio mecum la-
» borastis, post decimumoctauum meæ practicæ, & post quartum lecturæ meæ, cæ-
» teris in uniuerso proficere uolentibus, decreui secretiora scribere medicinæ.

Libellus

Libellus de diuisione librorum Cl. Galeni, eorumq; ordine & numero, paulò angustior charta dimidia, impressus olim Venetijs cum Hali filij Rodhan cõmentario in artem Galeni. Hunc libellum (inquit in epilogo) collegi à dictis Speculatoris in medicina.

Cõmentarij super tractatu pulsuum magistri Aegidij, impressi Venetijs 1494. in 4. chartis 7. & dimid. cum eiusdem Aegidij libello de urinis per ipsummet exposito: & Basileæ 1529. in 8.

Expositio super tractatibus Auicennæ de lepra, & de dislocationibus ac fracturis. Vide supra in Dino de Garbo, ubi Florentinus patria dicitur.

Tractatus de proportionibus medicinarum commiscendarum, & de modo inuestigandi complexiones earum, & ad sciendum conuenientẽ dosim cuilibet medicinæ solutiuæ, &c. Impressus in Italia, anno 1486. in fol. chartis 2. & dimid. Hunc librum à Trittenhemio de gradibus medicinæ uocari opinor.

Symphorianus Champerius addit eum scripsisse Consiliorum in omnes morbos librum 1.

GENTILIS Papiensis scripsit Repertorium iuris.

GEORGIVS nomen proprium Græcum, Latinis Rusticum uel Agricolam sonat.

GEORGIVS quidam de sacrificijs Rhodijs Athenæo citatur.

GEORGII cuiusdam Græci monachi historia temporũ siue chronica, à condito mundo usq; ad regnum Nicephori Botaniatæ, extat manu scripta Venetijs in bibliotheca SS. Ioannis & Pauli: & apud Diegum Hurtadum Cæsaris legatum ibidem. Vide ne idem sit qui infra Georgius Pachymerius nominatur: nam & ipse monachus historiam quandam scripsisse fertur.

GEORGII τῆς μεγάλης ἐκκλησίας σίχοι, Romæ in Vaticana extant.

GEORGIVS Aemilius Mansfeldensis Germanus, addidit epigrammata elegiaca ad Imagines mortis excusas Lugduni apud Frellonios cum alijs quibusdã in 8. 1542. Elegiacum carmen ad Imagines in apocalypsi Ioannis, excusæ Francfordiæ in 4. 1540. apud Egenolphum, chartis 7. cum enarratione uera, pia, & apta: quæ potest esse uice iusti commentarij.

De recenti instauratione scholæ Sygensis, in ditione comitis Nassaensis elegia. Querela de incendio arcis Freudenbergensis, & oppidi uicini eiusdem nominis, in ditione Nassaensi, facto anno 1540. Itẽ oratio Dominica cum duobus Psalmis, omnia elegiaco carmine, impressa Francofordiæ apud Egenol. chartis duabus.

GEORGII Agricolæ medici Bermannus, siue de re metallica dialogus, excusus Basileæ apud Frobenium, anno 1530 in 8. chartis 8. & dimid. cum præliminari epistola D. Erasmi Rot. plurimum hunc dialogum cõmendantis. Docet autem, Latina, Græca, & Germanica nomina metallorum, quæ ipse ἀυτόπτης in Ioachimica Valle Germaniæ cognouit. Liber cum aliàs ad rerum nomenclaturas, & physicæ philosophiæ partem, & ueteres scriptores intelligendos, tum apprime studiosis medicinæ perquàm utilis, & iucundus lectu, ueluti gustus quidam futuri operis ab authore suo exhibitus, in quo plenissime duodecim libris rem omnẽ Metallicam complectitur, quorum expectationis moram diu iam suspensi animis studiosi, tanto ferunt ægrius, quanto maioris inde spẽ eruditionis accessuræ sibi concepere. Præter hos libros, Petrus Plateanus quidam in præfatione testatur eum tunc temporis in manibus habuisse Castigationes Græcas in libros Hippocratis & Galeni, ex uetustissimis libris maximo labore uigilijsq; collectas.

De mensuris & ponderibus libri quinq;, excusi Parisijs apud Vuechelũ 1533. in 8. chartis 17. cum indice. Liber primus de mensuris Romanis docet. Secundus de mensuris Græcis. Tertius, de rerũ quas metimur pondere. Quartus de ponderibus Romanis. Quintus, de ponderibus Græcis.

Ex præfatione authoris. Vt mensuræ ac pondera plærisq; omnibus adhuc "

Diodori liber. „ ignota, fiant clariora, decreui rem ipſam latius explicare: Quamuis nõ admodum „ fortè in Græcis ponderibus opus fuiſſet hoc meo labore, ſi liber à Diodoro de his „ ſcriptus non periſſet: multo uero minus in ponderibus ſimul & menſuris tam Ro„ manis quàm Græcis, ſi Galeni libellus de pondere liquorum, qui in medicamenta
Galeni liber. „ recipiuntur, extaret. Quoniã uero neuter ad noſtra peruenit tempora, et Budæus,
Budæus. „ Portius, Alciatus, uiri clariſſimi & doctiſſ. & iuriſconſultiſſ. de ſextario Romano
Portius. vide „ totius cognitionis menſurarum quodã quaſi fundamento ſenſerunt diuerſiſſima,
Alciatus. „ nec niſi unius ſententia uera eſſe poſſit, aut nullius, operæpretium mihi uiſum eſt
„ meam quoq; interponere. Et paulò poſt. Primum meam ſentẽtiam breuiter
„ ponam, deinde eam authoritate, quæ penè ſola hic magnam uim habet, enitar con„ firmare. Demum meis corroboratis, à me diſſidentium opiniones diligenter expen„ dam, ne res non ſatis diſcuſſa & pendens in controuerſia Lectorem non acrem du„ bium reddat, cui noſtrum potius accedere debeat. Quamuis qui mediocri ſit iudi„ cio, is ea parte nondum perlecta, nõ difficulter ſtatuet, quam unam è tot ſententijs
„ & tam diſcrepantibus potiſſimum probet. Principio autem de menſuris dicam.

GEORGII Benigni defenſio pacis, impreſſa opinor.

GEORGII Bock Arlunenſis, lucubrationes, iucundæ & utiles. Excuſæ Baſileæ apud Henricum Petrum.

GEORGIVS Buchananus Schotus rudimenta Grammatices Latinæ, Thomæ Linacris ex Anglico ſermone in Latinum uertit: ea Nic. Brylingerus impreſſit Baſileæ anno 1542.

GEORGIVS Caſtellanus, Laurentius Valla, Pet. Candidus December, Nicolao v. pont. in transferendis operibus acceptiſſimi fuerunt. Raph. Volater.

GEORGII Bruxellenſis in logicam Ariſtotelis expoſitio, per omnes organi partes, ſermone barbaro: cum additionibus quibuſdam Thomæ Bricoti, excuſa Lugduni 1504. in quarto maiuſculo: chartis 69. apud Stephanum Gueynard.

Georgij Bruxellenſis præſtantiſſimi nominalium opinionum recitatoris (ut habet inſcriptio) interpretatio in Sumulas Petri Hiſpani, cum Thomæ Bricot quæſtionibus: Ibidem impreſſa in 4. maiuſculo apud Iannot de Campis, chartis 32. anno 1509.

GEORGII Caſſandri oratio panegyrica in laudem urbis Brugarum & ſtudiorũ humanitatis atq; lectionis publicæ nunc primum ea in urbe inſtitutæ à reuerend. patre D. Io. Albio eiuſdem urbis ciue, epiſcopo Cubenſi, Brugis habita: & excuſa Gandaui apud Iod. Lampertum 1541.

Tabulæ breues & expeditæ in præceptiões rhetoricas, excuſæ Antuerpiæ apud Ioan. Stelſium, 1542.

Audio etiam aliquid ab eo ſcriptum eſſe in Plautum, ni fallor, aut in ſententias collectas ex Plauto aliquid annotatum.

GEORGII Chœroboſci de figuris poëticis libellus Græce ſeruatur in Italia. Vide ſupra in Chœroboſco, ſi modo unus eſt author: nam quæ ſuperius ſcripta ſunt, ſine prænomine legimus.

GEORGIVS Choniates antidota Perſica in Gæcum ſermonem tranſtulit: quem librum Diegus Hurtadus Cæſaris apud Venetos legatus habet.

Cyri GEORGII Chryſococcæ medici expoſitio εἰς τὴν σύνταξιν τ̃ προσῳ̃ν. Romæ ſeruatur in Vaticana. Vide ne idem ſit antecedenti.

GEORGIVS Collimitius Tantelſteterus phyſicus & mathematicus Cæſareus Viennæ in Auſtria docuit poſt Andream Stiborium.

G. Collimitij artificium de applicatione aſtrologiæ ad medicinam, deq; conuenientia earundem. De ratione dierum criticorũ canones aliq. Super eadem re Axiomata nouem, de diebus criticis ueſtigandis ex figura cœli, & puncto temporis quo laborare cœpit infirmus. De naturis & proprietatibus planetarũ com-

Leonh. Portius. vide

Simon Grinæus in Itinerario Orbis Noui ſive Regionum et Insularum Veteribus incognitarum pendium edit. Baſil. 1555. fol. vocat eum Dansteterum. forsan ex Dansteten Thüringiæ oppido oriundum.

pendium ex Alkabitio, Firmico, & Haly. Item de ministratione pharmacorum & phlebotomia canones postremi. Iudicium tempestatum. De portione horaria, uestiganda tabula. Iudicium Albohazen Haly, filij Abenragel, de medico Astrologiæ imperito. Omnia simul excusa Argentorati 1531. in 8. chartis 8.

Georgij Collimitij & Ioachimi Vadiani scholia quædam in secundum librum Plinianæ historiæ mundi, ubi permulti errores Plinij ostenduntur, excusa Basileæ apud Hen. Petrum, 1531. in fol.

GEORGII Constantini περιηγησις Constantinopolis: & liber de sapientia: Græce seruantur apud Diegum Hurtadum Cæsaris legatum Venetijs.

GEORGII Curionis, medicinæ professoris Vitembergæ Disputatio, siue propositiones aliquot disputandæ, charta dimidia, ibidem impressa.

GEORGIVS Dartona Cretensis Homericos deorum hymnos Latinitate donauit. Ioan. Soter excudit Salingiaci, cum reliquis Homeri operibus Latinis, 1540. in 8.

GEORGIVS Gemistus Pletho Constantinopolitanus, multa & uaria Græcis literis mandauit, quæ in Italiæ bibliothecis seruantur: & omnia eiusdem opera Diegus Hurtadus Cæsaris apud Venetos legatus habet. Sunt autem hæc:

Ad regem liber. De uirtutibus liber unus.

Paraphrasis in demonstrationes.

Epicedion in reginam Helenam.

Liber de generatione deorũ, quem uidi manuscriptũ Bononiæ apud S. Saluatorẽ.

Aduersus librum pro dogmate Latinorũ: (nimirum quod ad spiritum sanctum.)

Demonstrationes naturales de Deo.

Mensium & annorum ordo, ac dierum recensio.

Oracula magica sectatorum Zoroastris: Quæ & Parisijs impressa sunt Græce & Latine seorsim, 1538. in 4. chartis duabus, absq; nomine Græci interpretis, qui Georgius Gemistus est.

Historica & Geographica quædam huius authoris, ut sunt Chorographia Peloponnesi & Thessaliæ, idem Diegus Hurtadus habet.

De gestis Græcorum post pugnam ad Mantineam per capita tractatio duobus libris explicata: Græce impressa in Aldi officina Venetijs, cũ Herodoto, ni fallor: deinde Latine M. Antonio Antimacho interprete, Basileæ apud Rob. Vuinter in 4. chartis 8. cum alijs quibusdam. Ex præfatione M. Antonij ad Matthæum Antimachum patrem. Cum multa de excellentibus Græciæ ingenijs disserere- “
mus, Gemisti philosophi atq; mathematici, cognomine Plethonis, quasi Platonis, “
à te mentio facta est. Illum dico Gemistum, quem non solum Græcia, sed uniuer- “
sus ferè terrarum orbis, ob uariam atq; multiplicem diuinarum humanarumq; re- “
rum scientiam, admiratus est: eò quod Platoni philosophorum principi, atq; Ari- “
stoteli, Græcorum & Latinorum omnium consensu, proxime accederet, &c. Dice “
bas autem te ex Tiferno audire solitum, illum in omni scientiæ genere multa litera- “
tum monumentis mandasse. Ego uero eius libellum de Fato ac quandam de ge- “ De fato.
stis Græcorum post prælium ad Mantineam compendiosam historiam me habere “
affirmaui. Et aliquanto post. Gemistus mea quidem sententia uerbis aptus “
& pressus, tanto artificio, tanta orationis lenitate ac rerum copia fertur, ut post He- “
rodotum atq; Thucydidem cum antiquissimis historiarum Græcarum scriptori- “
bus non iniuria conferendus sit. “

Libellus de ijs, in quibus Aristoteli cum Platone non conuenit: & quod potior sit Platonis sententia: excusus Venetijs apud Scotum in 8. chartis 3. cum Bernardini Donati Veronensis Paraphrasi. Continet autem hæc ferè.

De ideis, & de Deo. De ente, & decem prædicamentis.

De generibus, speciebus, & singularibus, quænam magis minúsue existant.

De materia & forma. An sensibile sensu sit antiquius, an simul utrũq;.

An indefinitum enuntiatum siue affirmes siue neges, secundum Peripateticos, uerum inueniatur.
Ex necessario & simplici proloquijs, simplicem, non necessariã conclusionẽ sequi.
Num immobilis sit anima, & an actus.
Vtrum discere sit reminisci. Item anima immortalis ne sit apud Aristotelem: & num aliqua bona post mortem constituenda sint.
An uirtutes cum Aristotele mediocritates dicendæ.
Summum ne bonum sit uoluptas, quæ in contemplando percipitur.
Vtrum quæ fiunt omnia, fiant necessario, an & aliqua liberius, & utrum dandum sit aliquid in ijs quæ fiunt, cuius causa efficiens nulla sit.
Motum naturalem alterum esse agendi, alterum patiendi.
Vtrum ars, item natura, consilio utatur, dum aliquid agit.
Dari ne quintum quoddam corpus oporteat, præter elementa quatuor.
Quàm recte Aristoteles corpora cœlestia animata constituat.
Rectè ne idem motu calefacere Solem uelit, non ui & natura.

Georgius Scholarius

Libellum contra Georgij Scholarij argumenta (ἀντιλήψεις) pro Aristotele, Bononiæ apud S. Saluatorem uidi, sed imperfectum.

T. cl. 1449.

GEORGIVS de Gemmyngen, natione Teuthonicus, præpositus & canonicus Spirensis insignis ecclesiæ, scripsit quædam præclara opuscula: celat tamen quæ scribit, ut typum inanis gloriæ fugiat, uel ea quæ scripsit lima maturioris examinis castiget: E quibus nobis subiecta innotuerunt,

De ratione duelli, lib. 1. De machinis bellicis, lib. 1.
De cura equorũ & militum, lib. 1. Orationes quædam.
Multas præterea epistolas tam ad me quàm ad alios ædidit.

GEORGIVS Hauerius aliqua Erasmi adagia transtulit, non ad uerbum, sed ad phrasin Germanicã: paulò minus duabus chartis, cum alijs quibusdã Ioan. Murmellij.

GEORGIVS Hermonymus Machometi uitam ex Græco in Latinum uertit. Rob. Vuinter excudit Basileæ.

GEORGII Ioachimi Rhetici (qui mecum adolescente aliquando Tiguribonis literis sub Osualdi Myconij disciplina operã dedit: nunc, ni fallor, Vuitembergæ mathemata profitetur) narratio prima de libris reuolutionum Nicolai Copernici Toruanæi, quibus terram circa cœlum moueri asseritur: ut suo loco dicetur amplius. Item encomium Borussiæ per eundem Georgium. Rob. Vuinter impressit Basileæ, 1541. in 8.

GEORGIVS Kraut medicus, Galeatij de S. Sophia practicam correxit, & in lucem protulit, adiecto libro in artem paruam Galeni de principijs uniuersalibus totius medicinæ tam theoricæ quàm practicæ, qui ex doctrina Auicennæ & aliorum congestus, ut habet inscriptio, in tabulas magna ex parte digestus est, chartis 18. Dividitur autem in considerationem de Rebus naturalibus, & quæ eis annectuntur: Non naturalibus: Contra naturam: & postremo de medicinæ practicæ officijs & diuersis operationibus circa dispositiones sanas, uel ægras, uel neutras.

GEORGII Lapithæ Cyprij uersus morales Græci numero 319. uisi à me Venetijs in Bibliotheca S. Antonij.

GEORGII Lecapeni de constructione uerborum liber, excusus Venetijs apud Aldum in 8. anno 1526.

Lecapeni & Zaridæ Andronici epistolæ technologumenæ. Ἐκλογὴ λέξεων, nescio an eiusdem Georgij: seruantur in Italia Græce, Romæ ni fallor.

GEORGIVS Leonbergerus locos aliquot scripsit ad omnia Virgilij opera. Liber impressus Ingolstadij, anno 1542.

GEORGIVS Macropedius Germanus fabulas aliquot nuper scripsit, comœdias & tragœdias, ex quibus apud Ioan. Gymnicũ Coloniæ in 8. excusæ sunt: Andrisca, fabula

fabula lepidiſſima, 1539. Hecaſtus, comœdia ſacra, quomodo quis pœnitudine ductus per Chriſtum ad beatam mortem perueniat, 1529. Rebelles & Aluta, comœdiæ duæ, 1540. Item Aſotus, & Petriſcus, comœdiæ. De paſſione Chriſti, & de Suſanna, tragœdiæ.

Eiuſdem Baſſarum, fabulam feſtiuiſſimam: & Lazarum mendicum comœdiam, Harmannus de Borculo excudit Traiecti in 8. hanc, anno 1541. chartis 4. & dimi. illam, 1540. (ſileæ.

GEORGIVS Maior ſcripſit annotationes in Iuſtini hiſtorias, quæ impreſſæ ſunt Ba-

Vitæ patrum ab eodem conſcriptæ, & excuſæ Vuitembergæ in 8. 1544. cum præfatione M. Lutheri.

Tabulæ in Rhetoricam Phil. Melanchthonis, & D. Eraſmi Rot. libros de copia: impreſſæ Argentorati, chartis 4. cum Petri Moſellani ſchematibus, apud Egenolfum, & Pariſijs apud Vuechelum.

Elegantiores aliquot parabolæ, ex Eraſmi Rot. ſimilibus in puerorum uſum ſelectæ, & in locos communes redactæ, indicatis auctorum locis, ex quibus ſingulæ ſunt conquiſitæ. Liber impreſſus Magdeburgi in Germania, 1537. in 8. char. 4.

Ex præfatione Georgij Ma. Cæterũ quia Similium Eraſmi liber maior erat, & qui, niſi longo multoq; tempore, infirmis puerorum ingenijs totus enarrari poſſet: delegi in eorum uſum ea maxime, quæ ex Plinio, Ariſtotele, & Theophraſto ſunt ſumpta, quod illa peculiarem quandam eruditionem complectantur, &c. “

Sententiæ ueterum poëtarum, per locos communes digeſtæ, auctæ & recognitæ per Georgiũ Maiorem. Liber impreſſus Magdeburgi (in qua ciuitate hic author pueritiæ formandæ præfuit) 1537. in 8. chartis 14. & dimid. cũ Indice locorũ.

Ex præfatione authoris. Ex poëtarum libris, non quidem omnia, at optima tamen quæq; per locos communes digeſta, quo ſucceſſu neſcio, magno certe labore ac ſtudio delegimus. Quanquam autem quidam etiam alij eiuſmodi ſententiarum ſyluas & uiridaria (ut appellarunt) collegerint, tamen ſpero noſtrã operam ſtudioſis adoleſcentibus, quorum nomine hoc quicquid fuit laboris ſuſceptum eſt, non improbatum iri. Nam propter collatos locos, non ordine tantum, ad perquirenda quibus opus erit, adiuuabuntur, &c. Deinde de multiplici huius operis uſu quædam adiungit. “

GEORGIVS Merula, patria Alexandrinus, utriuſq; linguæ eruditiſſimus, ſcripſit Ludouici Sphortiæ, ſuorumq; maiorum res geſtas multis uoluminibus. T. in appẽdice. M.1494.

Commentaria in Iuuenalẽ. In Statium atq; alios plures.

Emiſit centurias quaſdam. Epiſtolarum libros multos.

* Georgij Merulæ commentarij in orationem Ciceronis pro Q. Ligario, impreſſi Baſileæ apud Rob. Vuinter cum alijs diuerſorũ in omnes Cic. orationes cõmentar.

In epiſtolam Ciceronis ad Lentulum Spintherem accurata interpretatio: charta una, cum cõmentarijs Vbertini Clerici in omnes Cic. familiares epiſtolas, 1495. in fol. Venetijs impreſſ.

Annotationes breues & ſparſæ in Martialis epigrammata, ſuper iſs præcipue locis, quos Domitius Calderinus perperam expoſuiſſe ei uiſus eſt. Impreſſæ Venetijs, & ipſis Domitij commentarijs paſſim interpoſitæ, 1493. in fol.

Enarrationes priſcarum uocum, quæ in libris de re ruſtica Catonis, Varronis, Columellæ & Palladij inueniuntur, ordine literario: indicatis ubiq; locis, quibus apud illos authores leguntur: chartæ ſunt tres, cum iſdem authoribus excuſæ Lugduni apud Gryphium in 8. 1535.

De geſtis ducum Mediolanenſium, ſiue de antiquitatibus Vicecomitum, libri decem ad Ludouicum Sfortiam, excuſi Romæ in Lilio.

Montisferrati deſcriptio, impreſſa opinor.

Conflagratio Veſeui montis, ex Dione translata, & impreſſa primum ab Aldo,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [581] - 270v PUBLIC DOMAIN

deinde Basileæ à Frobenio cum Suetonio, &c.

Ex eodem Dione transtulit uitas Cæsarum, Neruæ, Traiani, atq; Adriani: quæ etiam impressæ sunt.

Epistolæ eius duæ leguntur undecimo libro epistolarum Angeli Politiani.

T.M.1484. GEORGIVS Molitoris Nurenburgensis, natione Teuthonicus, scripsit quædã præclara opuscula, è quibus subiecta feruntur:

Super sententias, lib. 4. De passione domini, lib. 1.
Sermones multi, lib. 1. Quæstiones uariæ. Et alia cõplura.

GEORGIVS Natta scripsit in 6. Decretal. de pactis. c. quamuis. Item in Clem. de uerborum significatione. Sæpe.

GEORGIVS Præpositus Neoburgensis Germanus, uaria & iocunda in astronomia elaborauit: quæ feruntur extare Viennæ in Austria.

GEORGIVS Pachymeras uel Pachymerius, qui Hieromnemon, & hieromonachus mnemon cognominatur, scripsit philosophiæ compendium, quod extat in bibliotheca Medicum.

Eiusdem epitome totius physicæ tractationis, fortassis idem liber superiori, Romæ extat in Vaticana bibliotheca, & expositio in logica.

Historia. Cõmentarij in libros de auscultatione naturali, ibidem seruantur, & apud Diegum Hurtadum Cæsaris legatũ Venetijs, qui etiam habet Paraphrasin huius authoris in mechanica Aristotelis.

Paraphrasis in Dionysium Areopagitam, ἐκ προσώπης τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου. Romæ in Vaticana.

Epistolæ eius Græcæ, nescio in qua Italiæ bibliotheca extant.

De sex philosophiæ definitionibus. De diuisione philosophiæ. De quinq; uocibus. De decem prædicamentis. Omnia comprehenduntur ferè charta una, Latine impressa Basileæ per Ioannem Oporinum cum Porphyrij 5. uocibus, & Aristotelis prædicamentis, &c. à Ioachimo Perionio interpretatis.

GEORGII Paneuphemi præfecti Africæ de Ascetería, quæ à catholica ecclesia deserat in Alexandria. Græce Romæ in Vaticana.

T.cl.1470. GEORGIVS de Purbach, natione Teuthonicus in gymnasio Vuienensi philosophiam & astrorum scientiam multo tempore publice docuit, ubi inter alios innumeros discipulos Ioannem de regio monte uirum postea doctissimum erudiuit. Scripsit ingenij perspicacis præclara quædam opuscula, de quorum numero ego uidi duntaxat,

Theoricas planetarũ nouas, lib. 1. Sol habet tres orbes a.

* Georgius ex Peurbach in limitibus Bauariæ & Austriæ natus, claruit sub Friderico tertio: scripsitq; uaria, sed quæ ad nostram notitiam peruenere diligentia Andreæ Stuborij conquisita, hæc sunt:

Theoricæ planetarum, opus insigne.
Sex primi libri epitomatis almaesti.
Tabulæ eclipsium super meridiano Viennensi.
Collectio tabularum primi mobilis, & quarundã noua cõpositio cũ singulari usu.
Canones astrolabij. Introductorium in arithmeticam.
Extensio organi Ptolemæi pro usu horarum germanicarũ ad omnia climata, cum demonstratione.
Canones gnomonis cum noua tabula pulcherrima.
Compositio compasti cum regula ad omnia climata.
Compositio nouæ uirgæ uisoriæ, cum lineis & tabula noua.
Instrumentum pro ueris coniunctionibus solis & lunæ: in quo uetus instrumentum de insufficientia taxat.
Noua tabula sinus de decem minutis in decem, per multas millenarias partes, cum usu:

usu: quæ plurimarum rerum nouarum in astronomia occasio fuit.
Modus componendi & demonstrandi tabulam altitudinis solis.
Modus describendi horas ab occasu in pariete.
Tabulæ æquationum motuum planetarum nouæ, nondum perfectæ.
Tabula noua proportionis parallelorum ad gradus æquinoctialis, cum compositione eiusdem. Tabula noua stellarum fixarum.
Almanach perpetuum cum canonibus reduxit ad nostra tempora.
Plura de quadrantibus. Calculauit & Almanach pro annis pluribus.
Fecit sphæras solidas, & alia plura instrumenta.
Hæc ex primo ternione libri cuiusdam Astronomici descripsimus.

Elementa arithmetices practicæ: & Algorithmus de numeris integris, fractis, Regulis communibus, & proportionibus. Liber excusus Vuittembergæ apud Iosephum Klug, 1536. in 8. chartis 7. cum elementis Geometricis ex Euclide per Iohannem Vœgelin, cum præfationibus Philippi Melanchthonis.

Theoricæ nouæ planetarũ cum suis figuris, ibidem impressæ, 1535. in 8. char. 9. et p. Erasm. Reinhold. "Salfeld. fo. 1542. cum "Schol. Hid.

Ex præfatione Philip. Melanchth. Purbachius prudentissime in hanc epitomen contraxit Ptolemæi doctrinam de omnium orbium cœlestiũ motibus, ut studiosis aditum ad integras disputationes patefaceret. Prodest enim ad difficiles & longas controuersias afferre summam negocij, uelut argumentum. Itaq; dum hic picturas orbium instituit, tantum ὑπογραφὴν, ut ita dicam, tradit. Causas uero cur tot cuiusq; planetæ orbes numerentur, & quibus obseruatiõibus tanta uarietas animaduersa sit motuum, postea uult ex Ptolemæo peti. Ad hæc cognitis his elementis, planetarum motus ex tabulis ad id compositis cõputari possunt. Id quoq; pertinet ad ὑπογραφήν. Sed tamen hæc primum tradenda iudicauerũt homines periti, ut postea demonstrationes de causis facilius percipi possent. Et interim dum hęc elementa sunt in manibus & agitantur, interdum causæ aliquæ simul ostenduntur. Mirabili enim uinculo inter se doctrinæ partes connexæ sunt. Eædem prius excusæ erant Ingolstadij ex castigatione Petri Apiani, 1528. cum figuris: & Venetijs, anno 1495. in 4. cum expositione Francisci Capuani de Manfredonia, apud Simonem Beuilaquam, & deinde cum eiusdem cõmentarijs in fol. 1499. & ibidem 1491. in 4. apud Gulielmum de Tridino, sine commentarijs. Vide plura in Francisco Capuano, & in Ioan. de Sacrobusto.

Tractatus super propositiones Ptolemæi de sinubus & chordis, impressus Norimbergæ in fol. 1541. cum alijs quibusdam.

Tabulæ eclipsium, impressæ Viennæ Austriæ, ni fallor, in folio, chartis 29. cum Ioan. de Monteregio tabula primi mobilis.

Tituli canonum in tabulas eclipsium 19.

1 Tempus oppositionis uel coniunctionis mediæ luminariũ, locum solis, & argumentum lunæ, & latitudinis eius media facile deprehendere.
2 Augem solis inuenire.
3 Tempus ueræ coniunctionis uel oppositionis luminarium facile cognoscere.
4 Medios motus solis, lunæ, argumenti lunæ, & capitis draconis reperire.
5 Solem uerificare. 6 Lunam adæquare.
7 Verum locum solis, argumentũ Lunæ æquatũ, item argumentũ latitudinis lunæ æquatũ ad instans ueræ cõiunctionis aut oppositionis breuiori uia inuestigare.
8 Tempus uisibilis cõiunctionis, atq; diuersitatẽ aspectus in latitudine ad idem tempus indagare.
9 Loca solis & lunæ uera, & argumentum latitudinis uerum ad tempus uisibilis coniunctionis perscrutari.
10 Latitudinem lunæ uisam tempore uisibilis coniunctionis perscrutari.
11 Si eclipsis solis in coniunctione fiat, cognoscere: & quantitatem eius & dura-

tionem: principium quoq; & finem ex tabulis calculare.
12 Latitudinem Lunæ uiſam ad principium atq; finem eclipſis inueſtigare.
13 Semidiametros ſolis & lunæ uiſuales ac umbræ in loco tranſitus lunæ demonſtrare. (pingere.
14 Quantitatem partis obſcuratæ, ac totius eclipſis ſolaris figuram ad uiſum de-
15 Quantitatem eclipſis lunæ, durationem eius, principium quoq; & finem ipſius diſcernere.
16 Latitudinem lunæ ueram ad initium eclipſis ſolis, & ad finem eius oſtendere.
17 Eclipſis lunaris habitudinem in plano figurare.
18 Eorum quæ de eclipſi lunari dicta ſunt, exempla ſubijcere.
19 Ea quæ de eclipſi lunæ dicta ſunt, exemplo declarare.

De epitome Almageſti, partim à G. Purbachio, partim à Ioanne de Regiomonte confecta: uide in Ioan. de Reg.

ΓΕΩΡγίου πίνηκα τοῦ Ῥυσίλους, inſcriptio trimetra Iambica libri, qui neſcio in qua Italiæ bibliotheca latet, uaria opuſcula continens: de æſtate, de mari, ad eos qui leges non metuunt, de augmento, de ſenſibus noſtris. Phyſiologiam de plantis, auibus, uolatilibus, natatilibus, feris, reptilibus, & herbis. De generibus animalium. De locuſta, de hirundine, de malo Punica.

GEORGIVS Pruner ex Ruſpach Ioannis de Gmunden diſcipulus, pulcherrima inſtrumenta, & libros quoſdam in aſtrorum ſcientia collectos poſt ſe reliquit, quæ Viennæ Auſtriæ in bibliotheca facultatis artium extant.

GEORGIVS Pylander Germanus (quem ante quinquennium, aut circiter, Geneuæ in Sabaudia uidi ex Gallia reuertentem) tranſtulit Hippocratis libros quatuor de morbis: quos Vuechelus nuper excudit Pariſijs in 4.

GEORGIVS Sabinus Brandeburgẽſis Philip. Melanchthonis gener, Iſocratis oratio nem De concordia domi conſtituenda, & bello in Aſiam transferendo contra Barbaros, Latinam fecit: quæ excuſa eſt anno 1531. in 8.

Poëmata aliquot, excuſa Argentorati apud Cratonẽ Mylium, 1538. in 8. Sunt autem hæc. Elegiarum libri quatuor: quorum primo cõtinetur, Hodœporicon itineris Italici: Secundo, Carmen ad Io. Carionẽ Mathematicum. Deſcriptio reditus D. Ioachimi Marchionis Brandeburgenſis, &c. depulſis Turcis, anno 1532. Elegia de aduentu Caroli v. Cæſaris, ſcripta Auguſtæ. Germania ad regẽ Ferdinandum. Ad Germaniam. Hiſtoria ſpectri Spirenſis. Tertio erotica continentur: De natali ſuo ad Pet. Bembum. Aliæ duæ ad eundem elegiæ. Ad Andream Critium Archiepiſcopũ Gneſnenſem. Ad Chriſtophorũ Turcũ Alberti Card. & Archiepiſcopi Moguntini Cancellarium. Ad Chriſtophorum à Carlebiz. Ad Damianum à Goës regis Portugalliæ theſaurarium. Dialogus Veneris & Cupidinis ex Luciano. Libro quarto, Elegia ad D. Magnum ducem Megalburgenſem. Ad Chriſtophorum Turcum de oratione Iſocratis ad Philippum regem Macedonum, ex Græca à ſe conuerſa. Ad Albertum Cardinalem, archiepiſcopũ Mogunt. Cur ſerpentes exuant ſenectutem, ex Nicandro. Hiſtoria mirabilis de puella quadam Francofordienſi dæmoniaca & pecuniam deuorante. Epitaphium Magdalenæ coniugis Ioachimi ducis Brandenburgẽſ. Epitaphium Io. Carionis. Epitaphium Ioachimi I. Marchionis Brandeburgẽſ. Cæſares Germanici, elegis deſcripti, chartis 2. & dimid. Collecta eſt hiſtoria in uarijs monumentis diſperſa, cum nemo integram ullius noſtrorum Imperatoris hiſtoriam complexus ſit. His ſubijciuntur pauca quædam epigrammata eiuſdem Sabini. Deinde Matthiæ Illyrici Græcum, & Melchioris Aonij ac Io. Stigelij Latina epithalamia in nuptias G. Sabini, & Annæ Melanchthonis filiæ. Poſtremo Petri Bembi, & Bapt. Egnatij epiſtolæ de laudibus Sabini. Horum omnium chartæ ſunt 14. & dimid.

Georgius Scholarius defensionem pro Aristotele scripsit, à Georgio Gemisto refutatus, ut supra diximus.

GEORGII Sauromani equitis Germani oratio panegyrica de laudibus Maximiliani Aug. nuncupata Carolo & Ferdinando. Impressa Basileæ apud Io. Frobenium, chartis 6. anno 1520. in 4. cum panegyricis aliquot ueterum.

Eiusdem oratio ad principes Christianos de religione ac communi concordia: Impressa Romæ, 1529.

GEORGII Seyfridi Sultzuelteñ. diarium typis excusum.

GEORGIVS Simler Vuimpinensis scripsit cõmentarium non indoctum in comœdiam Ioan. Reuchlini præceptoris sui, quæ inscribitur Sergius uel Capitis caput, impressum Phorcæ, 1508. in 4. chartis 12. & dimid. cum indice.

GEORGIVS Technicus, grammaticus Græcus, numeratur inter illos authores, ex quibus suum Cornucopiæ Phauorinus Camers collegit.

GEORGIVS Trapezontius apostolicus secretarius, scripsit quædam præclara uolumina, de quibus extant,

a Rhetorica perpulchra, lib. 1. b Dialectica singularis, lib. 1.
c In orationes Ciceronis, lib. 1. Orationes uariæ & epistolæ.

Et quædam alia.

a * Rhetoricorum libri quinq;, excusi Basileæ apud Valent. Curionẽ, anno 1522. in 4. chartis 45. & dimid. cum indice, multò emendatiores quàm antea. Ex præfatione typographi. In emendatione huius operis, & Græcis præcipue restituendis, non parum nos adiuuerũt Hermogenis Græca rhetorica: è quibus, quantum ad status, inuentionis præcepta, & formas elocutionis attinet, bonam partem in suos libros Trapezuntius transtulit, ubi interim quædã sunt sic Latine reddita, ut propter uocabulorum nouitatem uix intelligas, nisi Græca prius legeris. Proinde Græca nonnunquam in marginem adscripsimus. Ex authoris præfatione. His libris quum quæ ab alijs bene dicta iudicamus, tum quæ ipsi legendis summi oratoris orationibus intelleximus, quàm breuiter pro multitudine rerum fieri potuerit, explicare constituimus.

b Dialectica breuis, sed absoluta: qua cõtinentur tractatus 8. De enunciatione, quinq; uocibus, prædicamentis, syllogismo categorico & hypothetico, enthymemate, definitione ac diuisione: de thesi, ne quid aut dicendo aut scribendo absurdum pugnánsue dicatur. Impressa Coloniæ apud Gymnicũ in 8. chartis 4. 1530. & rursus apud eundẽ 1538. in 8. cũ scholijs Nouiomagi: & Argentorati, 1519. in 4.

c Commentarij eius in Philippicas Ciceronis orationes, excusæ sunt olim Parisijs apud Ascensium cum aliorum quoq; in easdem commentarijs in 4. Et nuper Basileæ, unà cum cõmentarijs in orationem Cic. pro Q. Ligario, in uolumine Commentariorum super omnes Ciceronis orationes.

Comparationes Aristotelis & Platonis, ubi Aristotelem Platone longe superiorem esse cõtendit: impressæ Venetijs 1523. in 8. Vide supra in Bessarione, duobus in locis.

Opusculũ in locum illum Euangelij: Si uolo eum manere donec ueniam, quid ad te? & quod S. Io. Euangelista nondum sit mortuus: Impressum Basileæ, 1543. apud Rob. Vuinter in 8. chartis ferè duabus, cum alijs quibusdam.

In Cl. Ptolemæi centum sententias commentarius.

Liber de Antiscijs, in quorum rationem fata sua reijcit.

Cur astrologorum iudicia plærunq; fallant.

Omnia nunc primum excusa Coloniæ in 8. 1544. chartis 12. apud Io. Gymnicum, cum Io. Pontani dialogo, quatenus credendum sit astrologiæ.

Transtulit ex Græcis in Latinum sermonem, Cyrilli commentarios in Euangelium Ioannis, & eiusdẽ Thesaurũ siue de Trinitate libros 14. ut in Cyrillo dictum

est. Rhetoricorum Aristotelis libros 3. qui cum cæteris Aristotelicis operibus Latinis habentur. Eusebij de euangelica præparatione libros quomodo conuerterit, iam supra admonui. Almagestum Cl. Ptolemæi, impressum apud Henricum Petrum.

T. cl. 1454. GEORGIVS Valla Placentinus, uir undecunq; doctiss. scripsit multa præclara uolumina, de quibus extant subiecta:

De orthographia, lib. 2. De quantitate syllabarum, lib. 1.
De figuris oratorũ & poëtarũ, lib. 1.
In Ciceronẽ de uniuersitate, lib. 1. Platonis liber qui Ti.
Excusus est typis. In eundem de fato, lib. 1. De fato Ciceronis.
In topicorum lib. eiusdem, lib. 1. Obseruantia præcipuaq;.
In rhetoricam ad Herenniũ, lib. 1.
In Iuuenalem, lib. 1. Prospecta pridem mihi.
In poëticam Horatij, lib. 1. De ratione differendi. lib. 2.
De rebus expetendis & fugiendis, lib. 1.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1. Orationes uariæ.
Et alia complura.

In Latinum uertit ex Græco, opusculum Aristotelis de uirtute. Eiusdem Ethicorum libros duos. Opus quoq; Nemesij philosophi Christiani, de natura hominis. Libellum etiam Athenagoræ philosophi acutissimi, de resurrectione. Librum quoq; dialectices Brissonis. Tractatum insuper Galeni medici de hæresibus medicorum. Eiusdem introductoriũ ad medicinam. a Problematum quoq; Allendri, libros quatuor. Et alia multa.

* a Petrus Crinitus testatur Alexandri Aphrodis. problemata ab hoc authore conuersa, quorum duos tantum libros extare scimus.

Georgij Vallæ Placentini de expetendis & fugiendis rebus, opus, in quo hæc continentur.

De philosophia & mathematica in genere liber unus.
De arithmetica libri 3. ubi quædam à Boëtio prætermissa tractantur.
De Musica libri 5. & primo de inuentione & commoditate eius.
De Geometria libri 6. in quibus elementorum Euclidis difficultates omnes ferè exponuntur, ubi etiam de Mechanicis spiritalibus, Catoptricis, ac Opticis, deq; quadrato circuli habetur tractatus.
De tota Astrologia libri 4. in qua fabrica, ususeq; astrolabij exaratur, & quæ signorum in exhibendis medicaminibus sit habenda obseruatio.
De physiologia libri quatuor, ubi & Methaphysices quædam, lectu quàm dignissima utilissimaq;.
De medicina libri 7. ubi de simplicium natura per ordinem literarum.
Problematum liber unus. De Grammatica libri 4.
De Dialectica libri 3. De poëtica liber unus.
De Rhetorica libri 2. De Morali philosophia liber unus.
De Oeconomia, siue administratione domus libri 3. in quibus de Architectura, req; rustica suus est locus.
Politicum unicum uolumen ubi de iure ciuili ac pontificio primum. Mox de legibus in uniuersum, inde de re militari agitur.
De corporis commodis, & incommodis libri 3. quorum primus totus de anima: secundus de corpore: tertius uero de urinis ex Hippocrate, ac Paulo Aegineta, deq; Galeni quæstionibus in Hippocratem.
De rebus externis liber unus, ac ultimus, ubi de gloria, amplitudine, & cæteris huiusmodi.
Hæc summatim: sed insunt & alia plurima, quæ legendo licet cognoscere.

Ex

Ex epistola nuncupatoria Ioan. Petri Vallæ, authoris huius filij.

Quæ amplectenda fugiendáue uidebantur, nempe cyclopædiam omnem, breui- «
ter & perquàm dilucide, undecunq; potuit, collegit. Deinde ostendit patrem «
neq; nimis in docendo copiosum, neq; nimis restrictū & breuem esse. Et mox: «
Hoc unum, inquit, mecum ingemisco ultimam correctionis manum examinatio- «
rem non accessisse: quoniam si quid in tanto opere uitij fortè est (homo enim fuit) «
emendaturus, si licuisset, erat: Deesse item præfationem, in qua totius operis, quæ «
materies ac distributio foret, & cur quadraginta nouem uoluminibus, septemq; «
hebdomadibus opus clauserit, à mathematicisq; potissimum inchoarit, erat ostē- «
surus: nec non multos mentis suæ recessus alios. Hæc ille. Nos sanè obser «
uauimus Georgium Vallam à Græcis permulta dissimulanter esse mutuatum, &
non pauca perperam in Latinum sermonem transtulisse.

Nunc Georgij Vallæ opuscula, quæ seorsim (omnia in 8.) excusa uidere licuit, enumerabo.

De orthographia libellus, nunc primum diligenter in lucem æditus: unà cum eiusdem de epistolari charactere, deq; imitatione atq; exercitatione præceptiuncu- lis. Basileæ 1541. in 8.

De expedita ratione argumentandi libellus, ad Nicephori imitationem: char- tæ sunt circiter 2. excusæ Basileæ apud Adam Petrum, & Robertum Vuinter; & Coloniæ apud Soterem.

Philosophiæ moralis compendium ex Georg. Valla Apiarius Bernæ excudit, chartis 4. 1537.

De inuenta medicina, & in quot partes distributa sit. Argentorati.

De tuenda sanitate per uictum, & quæ secundum cuiusq; naturam in uictu se- quenda aut fugienda sunt, cum P. Aegineta de ciborum facultatibus. Ibidem.

De corporis partibus libellus, cum Ioan. Andernaci anatomia, excusus Basileæ apud Rob. Vuinter, cum Indice, 1536.

De corporis commodis & incommodis. De pulsuum differentia. Argen- torati apud Hen. Sybold. cum Parthenij dialogo de anatome.

De uniuersi corporis purgatione. Ibidem, chartis 13.

De institutione rhetoris libri 2. Ibidem, chartis 11.

Cōmentarij in Cice. dialogū de oratoria partitione, excusi Lugduni à Gryphio.

Commentarij in Almagestum Ptolemæi.

Libri, quos Ge. Valla ex Græcis Latinos fecit.

Magnorū moraliū Aristotelis libri duo, cum Latinis operibus Aristotelicis excusi.

Nemesij de natura hominis liber, impressus Gryphio Lugdu. in 4. 1538.

Alexandri Aphrodisiei de febrium causis & differentijs opusculum, excusum Ba sileæ apud Rob. Vuinter in 8.

Rhazæ liber de peste, & Pselli de uictus ratione liber, excusi Basileæ apud Cra tandrum in 8.

Procli Diadochi hypotyposes astronomicarū positionum, impressæ Basileæ, 1541. cum Cl. Ptolemæo Latino. (1542.

Nicephori libellus de cōpendiaria arte disserendi, ibid. apud Rob. Vuinter, anno

Cleomedis de mundo, uel de meteoris liber: ibidē cum Aristotele de mundo apud Vualderum in 8.

Varia opuscula Græca ab hoc authore translata, Venetijs in uno uolumine im- pressa uidi, in fol. sed exemplaria omnia distracta iam erant. Memini autem inter cætera ibi contineri, Nicephoræ logica, Proclum de astrolabio, & Archimedem uel Cleomedem de mundo.

GEORGIVS Vuicelius Germanus, scripsit syluulam dictionum ecclesiasticarum, è sanctis patribus promiscue collectarū. Liber excusus Moguntiæ in 8. ubi etiam

relíqua iam dícenda ímpreſſa ſunt, omnía in 8. præter Hagiologium in fol.

Hagiologium ſeu de ſanctís Eccleſiæ, 1541. Hoc opinor Coloniæ quoq; Germanice ímpreſſum eſſe apud Pet. Quentel, titulo Poſtillæ de tẽpore & de ſanctis.

Idíomata ſcripturæ ſanctæ: ímpreſſa 1542.

Catechiſmus. Præconium euangelicæ gratiæ.

Quæſtiones catechiſticæ, impreſſæ 1543.

Parallela, id eſt, Affinía quædam & alíquo modo correſpondentia, ex noſtris, hoc eſt ſacrís, & gentílium líbris, 1544.

De myſterijs eccleſiæ. Encomium línguæ ſanctæ.

Ordínandorum examínatio. Quíd ad ínterrogata Cenſuræ Moguntinenſis de re eccleſiaſtica à candídatis ſacrí ordínis, quàm breuiſſime reſponderí poſſit, 1544.

Elenchus quæſtionum ſacrorum ordínum candídatís apud Moguntiam proponendarum, denuo cum præfatione excuſus, 1544.

GERARDVS, aliâs Gerhardus, & Girardus ſcríbitur: nomen proprium orígínis, ut apparet, Germanícæ: forſan ab Erhardo apud exteras natíones detortũ, quæ etiam e uocalem ín i non recte mutarunt: ſignificat autem Erhardus Germanís gloríæ & boní nomínís famæq; hominem, & qui uirtutibus ſtudeat: quod Græce dící poteſt, Eudoxus, Euaretus, Euphemus.

T.M.1517. GERARDVS de Bononía, ordínís fratrum beatæ Maríæ uírgínís de monte Carmelí, undecímus Prior generalís, doctor Paríſienſís, ſcripſit non ſpernendæ lectiõís plura uolumína, quíbus memoriam ſuí nomínís etiam ad poſteros tranſmíſit: ẽ quíbus feruntur ſubiecta.

Super ſententías,	lib. 4.	Quodlíbeta,	lib. 1.
Quæſtiones ordínaríæ,	lib. 1.	Sermones de tempore,	lib. 1.
Sermones de ſanctís,	lib. 1.	Et alía plura.	

Summam theologíæ præclaram ínchoauít, quam tamen morte præuentus ímperfectam dereliquit.

GERARDI Bucoldíaní pro ebrietate oratio Coloníæ dícta. Eíuſdem carmen de Muſarum ín Germaníam profectione. Líber excuſus Coloníæ apud Ioan. Soterem, 1529. ín 8.

De ínuentione ſeu amplificatione oratoría: ſeu uſu locorum líbrí 3. ab authore ſcriptí Bononíæ: & eodem ſtatim anno excuſí Lugduní apud Gryphíum, 1534. ín 4. chartis 29. & iterũ ſequente anno ín 8. chartis 14. Ex epíſtola nuncupatoría.

» Fecímus autem qualía hoſpes potuit, cui nec magna librorũ comes eſſe ſupellex,
» nec honor, præmíúmue ſolet, quæ magnas res agentibus, multumq; defatigatis,
» addere calcaría ſolent. Ex prologo. Omnem hactenus operam ín docendo
» collocans, aut ínterpretandís, aut ſcholíjs utcunq; illuſtrandís claſſícís authoribus,
» quos potui, iuuí: tenuiſſemq; hunc curſum lubenter, níſi iuuandí ſtudío ímpulſus,
» ea me allaturum ín præſentía putarem, quæ non tam ab alíjs ex profeſſo tradita uíderem, quàm profutura quídem, ſi quís recte tractet, íntelligerem, &c. Scríptu-
» rus ígitur de locís, & quæ ſit ex hís, ín unoquoq; cauſſarum, ſeu potíus rhetorices
» genere ínueníendí, amplificandíq; ratío: oſtenſurusq;, ex paucís numero locís, om
» nía ad faciendam fídem, amplificandum, affectusq; mouendos, deníq; ad omnem
» orationís ornatum, ueneresq; trahí. Quod dum ago, & apparebit, quí quíbus ín
» rhetorices generíbus authores uerſantes, alíj ſímul ad fidẽ, exornandumq;, ut rhe-
» tores, alíj ad delectandum modo amplificandumq;, ut heroící uates hiſtoricíq;, ex
» paucís admodum, íjſdemq; ex locís omnía duxerínt. Atq; hic quídem ínuítus de
» ínuentione ſcríbo, quam à multís, clarísq; authoribus traditã uídeo. Verum cum
» íta natura comparatum ſit, ut íjſdem ex locís, & ad fidem, & ad amplificandum du-
» cantur omnía, licebit míhí omnium pace, ea cõiuncta tradere, quæ natura iuncta,
» ſeiungí nulla ratione poſſunt: ín quo tamen & operam dabo, ut quantam potero,

& his

et his rebus lucem adferam. Primum igitur locos explicandos sumo: deinde horum usum in unoquoq; rhetorices genere trado. Post prologũ ordine ponuntur singulorum librorum capita.

Commentarij in orationem Ciceronis pro rege Deiotaro, excusi opinor Basileæ cum Commentarijs in omnes Cic. orationes in fol.

GERARDVS Bututus Parisiensis medicus commentarios scripsit in Constantini monachi uiaticum.

GERARDVS Cremonensis, uir erat in medicina studiosus & exercitatus, & in omni scientia linguaq; doctissimus, reliquit ingenij sui monumenta clarissima, è quibus legi tantum, Introductorium medicinæ librum 1. Commentarium in uiaticum Constantini monachi lib. 1. Transtulit canones medicinæ in Toleto de Arabico in Latinum, quos princeps Aboali ædidit. Symphor. Camperius.

Scripsit Theoricas planetarum ante Georgium Peurbachium, quas deinde Io. è Regio monte discipulus Peurbachij Dialogo contra Cremonensia deliramenta inscripto refutauit.

Ex Arabica lingua in Latinam uertit Canones Auicennæ quinq;, quos habemus impressos. Rhasis practicam, & Antidotarium, ut uocant. Librum Albengnesit de uirtute medicinarum & ciborum, de quo supra. Commentarios quosdam in prognostica Hippocratis, qui cum Ioannicio olim excusi sunt, chartis 14. in fol. cum ueteri simul & noua textus prognosticorũ translatione. Licet nonnulli dicant, bis etiam Cõmentarios fuisse traductos: in quibus (ut etiam in sequentibus ibidem, De regimine acutorum) multoties ponuntur multa dicta Humain, qui aliquot opera Hippocratis & Galeni commentarijs suis explicauit. Humain. Ars parua Cl. Galeni Gerardo Cremon. interprete, ibidem habetur. Raph. Volaterranus hunc Gerardũ Sublonetã uocat, ab oppido eius natali in Cremonensi agro.

GERARDVS magnus Dauentriensis, natione Teuthonicus, diœcesis Traiectensis, uir tam in diuinis scripturis, quàm in iure canonico egregie doctus: scripsit non spernendæ lectionis plura opuscula: è quibus ista feruntur: T.M.1384.

De cõtractibus & usuris,	lib. 1.	De institutione nouitiorum,	lib. 1.
De locatione curæ pastoralis,	lib. 1.	Quæritur an quis possit?	
De conuersatione interna,	lib. 1.	De regimine monialium,	lib. 1.
De incõmoditatib. matrimonij,	lib. 1.	Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.
Sermones uarij,	lib. 1.	Et alia multa.	

GERARDVS de Elten, natione Teuthonicus, scripsit inter alia, ut ferunt: T.cl.1475.

Quæstiones sententiarum,	lib. 1.	Quæstiones disputatas,	lib. 1.
Sermones & collationes,	lib. 1.	Varia quoq; in philosophia,	lib. 1.

Et alia complura.

GERARDVS Geldenhaurius Nouiomagus, tres annos opinor supra sexagesimum iam natus, uir cum aliàs eruditus, & bene meritus de bonis studijs, tum historiarũ & totius antiquitatis præsertim Germaniæ peritissimus. Extat eius,

Epistola ad Gulielmum Geldriæ principem, &c. gratulatoria de principatuum suorum adeptione, & admonitoria officij principis: charta una cum historia Batauica: impressa Coloniæ, 1541.

Historia Batauica, cum appendice de uetustissima nobilitate, regibus ac gestis Germanorum: impressa Argentorati in 4.

Germaniæ inferioris historiæ, & loca aliquot declarata, libellus excusus cum Bilibaldi Pirkheymeri Germania: charta dimidia.

Nouiomagi ciuitatis Batauorum encomium, ex Satyris ipsius, uersibus 16. Item Historia & catalogus episcoporum Vltraiectinorum, è Germanico in Latinũ uersus, cum appendice ipso authore primum conscripta. Libellus sesquicharta inclusus, & impressus Marpurgi apud Egenolphũ, 1542. in 8. cum uarijs alijs rerum

Germanicarum hiſtoriis, quibus omnibus præfigitur præfatio Gerardi, de aliquot earundem ſcriptoribus, non indigna, nec iniucunda lectu: & circa finem operis Claſſica ipſius contra Turcam, tribus hexaſtichis comprehenſa adduntur.

Satyræ hexametris uerſibus ſcriptæ, quas nondum uidi.

GERARDVS Liſtrius Rhœnenſis, Doctor, ædidit Vltraiectinæ regionis ſeu Diœceſis, quæ Batauiæ finitima eſt, deſcriptionem elegantem carmine hexametro, & quorundam eiuſdem Diœceſis epiſcoporum laudes: quadrans chartæ impreſſus Marpurgi ab Egenolpho, cum uariis hiſtoriis Germanicis in 8. 1542.

Commentarij in Deſ. Eraſmi Rot. encomium Moriæ, excuſi Baſileæ in officina Frobeniana, anno 1522. in 8. cum Senecæ ludo de morte Claudij, &c. Ex præfatione Gerardi ad Ioan. Paludanum Louanienſium academiæ publicũ rhetorem, cuius aliquando auditor fuit. Suffuratus aliquot horas ſtudijs meis, quæ Græcis & Hebraicis literis, præcipue uero rei medicæ ſolitus ſum impendere, ſcholijs in loco additis, Eraſmi mei Moriam illuſtraui. Magis placebit, ſi magis fuerit intellecta. Sunt autẽ chartæ cõmentariorum unà cum ipſo Eraſmi textu, 16. & dim.

Cõmentarij in dialecticam Petri Hiſpani, excuſi (Suollæ opinor, illic ſaltem ab authore ſcripti ſunt, anno 1520.) in 4. chartis 16. Ex præfatione authoris.

Petrus Hiſpanus. Quamuis multa in dialecticis ſcripta lõge meliora quàm Petri Hiſpani habeamus: morem tamen typographo geſſi, ut ea explicarem: quoniam penitus adhuc extir pari non poterant, &c. Congeſſi itaq; tumultuarie quædam commentaria, non in omnes libros Petri Hiſpani: ſed in hos duntaxat, quos ex Porphyrio & Ariſtotele ipſe collegit, hoc eſt in quatuor primos tractatus. In quintum nihil ſcripſi. Nam quicquid ad topicen pertinet, melius diſcetur ex Geor. Valla, libro quinto Quintiliani, & tribus libris de inuentione dialectica Rodolphi Agricolæ: item ex Topicis Ciceronis. Nam Ariſtoteles obſcurior eſt. Sextum reliqui magiſtris, etiamſi ab Ariſtotele ſumptum, proindeq; non indignum qui legeretur. Porrò ſex ultimos tractatus, ex nullo philoſophorum imitatos, ſed plenos ſophiſticis cauillis, penitus omiſi, indignos eos ratus, qui à pueris legerẽtur. Imitatus in primis ſum in ijs commentariolis Hammonium Græcum Ariſtotelis interpretem, Boëtium, Laurent. Vallenſem, & Rodolphum Agricolam. Ex quibus ut nihil aliud emolumenti pueri conſequantur, illud certe conſequentur, quod iſtorum magiſtrorũ dicta cum iudicio legent, & ad quæ nunc, quod non intelligant, ſtupent, contemnent. Indicaui enim in eis ſubinde nugas, & φλυαρίας, quibus pueros ſolent onerare.

GERHARDVS Lorichius Hadamarius, ſcripſit theſes profeſſionis catholicæ, unà cum abuſionum, ſuperſtitionum, hæreſeon, & ſchiſmatum, cuiq; catholico fugiendorum, indicio. Liber excuſus in 8. 1541.

T. GERARDVS ordinis fratrum Prædicatorũ, natione Teuthonicus, lector conuentus Leodienſis, ſcripſit ualde utilem tractatum deuotis & religioſis perſonis, docens ſeptem diſpoſitiones circa cor faciendas, multaq; ad ædificationẽ pertinentia hinc inde de ſcripturis diuinis ſagaciter colligens, quem prænotauit,

De doctrina cordis, lib. 1. Præparate corda ueſtra.
Sermones de tempore, lib. 1. Sermones de ſanctis, lib. 1.

Alia inſuper quædam ædidit, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

T. cl. 1270. GERARDVS monachus cœnobij S. Quintini in Inſula, ſcripſit opuſcula quædam, è quibus fertur hiſtoria translationis coronæ & partis de cruce domini, quas reliquias Ludouicus rex Franciæ ab Imperatore Conſtantinopolitano conſequutus tranſtulit Pariſios. Scripſit etiam beatæ Helizabeth Lantgrauiæ Miracula poſt mortem, lib. 1. Reſponſoria & cantus de eadẽ, lib. 1. Et quædam alia.

T. cl. 1330. GERARDVS Odonis, ordinis fratrum minorum, octauusdecimus miniſter generalis, fertur quædam in ſcripturis ſanctis lucubraſſe opuſcula, de quibus mihi pauca innotuerunt.

Super

Super Sententias, lib. 4. De Logica quoq;, lib. 1.
Quæstiones uarias, lib. 1. In Libros Ethicorum, lib. 10.
In Philosophia morali, lib. 1.
Hic etiam composuit officium stigmatum sancti Francisci, ordinis minorum institutoris. In multos denicq; Bibliæ libros commentarios ædidisse dicitur, qui ad manus nostras adhuc minime uenerunt.
* Sententia & expositio cum Quæstionibus Geraldi Odonis magistri in theologia super libros Ethicorũ Aristotelis cum Textu eiusdem. Opus excusum Venetijs stilo barbaro, cum indicibus in folio, anno 1500. chartis 101.

GERARDVS episcopus Sauonensis, ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini, T. cl. 1340. patria Bergomensis, uir in diuinis scripturis, & in iure canonico nobiliter doctus, scripsit non contemnenda opuscula: è quibus feruntur,
Super Sententias, lib. 4. Quodlibeta duo, lib. 1.
In Cantica canticorum, lib. 1. Alæ duæ Cherubin, &c.
In Epistolam ad Hebræos, lib. 1. In VI. Decre. de reli. do. lib. 1.
Alia quoq; multa dicitur opuscula scripsisse, quæ ad notitiã meam non uenerunt.

GERARDVS de Senis, natione Italus, ordinis fratrum eremitarum sancti Augusti- T. cl. 1340. ni, utroq; iure longa exercitatione peritus, scripsit nonnulla præclara opuscula, è quibus ista feruntur potiora.
In primum sententiarum, lib. 1. De contractibus & usura, lib. 1.
De præscriptionibus, lib. 1. De cæteris nihil reperi.

GERARDVS de Solo natione Gallus, medicus peritissimus in curando: in Gymnasio montis Pessulani publice medicinam lectitans, doctor euasit. Sunt qui eum ob eloquij simplicitatẽ contemnant, qui mihi uidentur & uani & imperiti. De opusculis autem huius experti & docti uiri, subiecta feruntur:
a In nonum ad Almansorẽ, lib. 1. b De gradibus medicinæ, lib. 1.
De febribus, lib. 1. Et alia multa, quæ ad notitiam meam non uenerunt. Symphorianus Champerius. * a Excusus est in Italia.
Introductorium iuuenum, tractatus de gradibus, & libellus de febribus: excusa in Italia in 4. chartis 6. Ex præfatione authoris. Cum à uobis rogatus fuerim ut aliquod opus breue ponerem ad declarationem noni Almansoris, motus amicitia & utilitate communi, non potens negare, opusculum composui, quod Introductorium iuuenum appellatur.

GERARDVS Stredam, natione Teuthonicus, ordinis Carthusiensium, Prior do- T. cl. 1443. mus omnium apostolorum iuxta Leodium, scripsit ad ædificationem simplicium fratrum quædam præclara opuscula, de quibus subiecta feruntur. Ad abbatem sancti Hadriani de Giraldi monte,
De cura pastorali, lib. 1. De decem præceptis, lib. 1.
De septem sacramentis, lib. 1. Speculum religiosorum, lib. 1.
Dialogus de uirtutibus, lib. 1. Dialogus de uitijs, lib. 1.
Sermones de tempore, lib. 1. Sermones de sanctis, lib. 1.
Et quædam alia.

GERARDVS Zutphanensis, natione Teuthonicus, ædidit quædã opuscula, è quibus T. uidi tantum,
a De reformatione interiori, seu uiriũ animæ, lib. 1. Homo quidã descendit.
b De ascensione spiritali, lib. 1. Beatus uir cuius est.
Sermones uarios, lib. 1.
* a b Impressi sunt Coloniæ, 1539. in 8.

GERIANVS, epistolæ 2. apud Cyprianũ author cũ aliquot alijs coëpiscopis, lib. 1.

GERMANICVS Cæsar Arati Phænomena conuerterat, cuius adhuc extant fragmenta, quæ cum fragmentis Ciceronis, & Virgilij, & Rufi Auieni carminibus in

eadem, Græcis è regione posita, Ioan. Oporinus noster Basileæ nuper excudi curauit, cum Ioachimi Perionij translatione ethicorum Arist. &c.

GERMANI archiepiscopi Constantinopolitani, &c. sermo Græcus de terminis uitæ, extat in quadam Bibliotheca Italiæ.

GERMANVS Brixius Antissiodorensis, canonicus Parisiensis (cum ego illic propter ingenij cultum agerem circa annum Domini, 1534.) uir doctus utraq; lingua, multa scripsit, ex quibus impressa uidi, quæ sequuntur.

Antimorus, carmen aduersus Thomam Morum Anglum, Parisijs excusum.

Epistolæ gratulatoriæ quatuor, ibidem à Vuechelo impressæ.

Elegia in obitum Francisci Deloini: & alia quædam carmina & epistolæ.

Ex D. Chrisostomo transtulit dialogum de Episcopatu & sacerdotio, siue de dignitate & onere episcopi libros 6. Ceruicornus excudit Marpurgi, 1537. in 8. chartis 13. Item, Homilias octo priores in epistolam Pauli ad Romanos ex eodem: Excusæ sunt, nimirum Parisijs.

GERVASIVS Riccobaldus Ferrariensis, historiam pontificum scripsit usq; ad sua tempora: hoc est, annum Domini 1300. Raph. Volaterranus.

GERVASIVS Tibelensis, nominatur inter illos scriptores, ex quibus memorabilia sua Baptista Fulgosus collegit.

GILBERTVS, nomen Germanicum, ut apparet: aliàs Gillebertus, uide etiam Gybertus infra.

GILBERTVM quendam, qui de mensuris & ponderibus scripserit M. Fabius Caluus Hippocratis interpres allegatur.

GILBERTVS natione Anglicus, medicus peritissimus, in consilijs cautus, & dubiorum clarissimus interpres, scripsit in medicinis multa opuscula, de quibus solum uidi, De morbis particularibus librum 1. Symphorianus Champerius.

* Hic author ædidit librum qui inscribitur Thesaurus pauperũ, alius à Rosa Anglicana, cuius author est Ioan. Anglicus.

T. cl. 1200. GILBERTVS monachus ordinis Cistertiensis, & cuiusdam cœnobij postmodum abbas, scripsit post obitum sancti Bernardi abbatis ubi ille dimiserat ab eo uidelicet loco, In lectulo meo per noctes, usq; ad finẽ 46. subtiles & elegantiss. sermones In Cantica canticorum, lib. 1. Varij sunt amantium.

Et quædam alia.

* Gilleberti abbatis, uita S. Bernardi, & super Cantica cant. homiliæ eiusdem absolutæ, cum operibus ipsius Bernardi impressæ sunt.

GILBERTVS Cognatus Nozerenus natus Nozerethi (quod oppidũ est Burgundionum, haud procul à Salinis, prope Dani fluminis fontem) ecclesiastæ officio illic fungitur. In Burgundia, Basileæ, & Friburgi, iurisprudẽtiæ, medicinæ & theologiæ professores clarissimos audiuit. Desiderio Erasmo Basileæ & Friburgi amanuensis fuit sex ferè annos. De bonis literis optime meritus est, & meretur quotidie dum ab iniuria uetustatis scriptores egregios uindicat, eosq; typographis in lucem ædendos communicat. Hunc quoq; nostrum conatum candide iuuit, multis nostri temporis doctorum hominum scriptis per literas indicatis, & Erasmicæ bibliothecæ indice misso. Primus apud Burgundos aliquid emittere in lucem ausus est.

In Grammaticis dedit syntaxeos & prosodiæ tabulas Latinas, cum eiusdem argumenti alijs quibusdã (Rob. Vuinter impressit Basileæ: chartis 3. & dimid.) æditurus propediem de orthographia et etymologia, minime protrita uel aspernanda.

In rhetoricis. Opus Erasmicum de conscribendis epistolis in cõpendium redegit. Ciceronis de oratore lib. 1. in epitomen contraxit atq; scholijs illustrauit. Ex lib. 2. rhetoricæ truncatim decerptas orationis partes in tabulam constrinxit: hæc apud Ioan. Oporinum Basileæ prostant.

Extant

Extant præterea aliquot libelli:
Ὑπηρέτης, siue de officio famulorum.
Οἰκονομικός, siue de familiari administratione libellus ex Aristotele desumptus: quos Gryphius impressit Lugduni in 8. 1539.
Oratio in concordiæ commendationem & discordiæ detestationem, Basileæ impressa cum epistolis aliquot Angeli Odoni, & Phileni Lunardi ad eundem Gilbertum in 8. chartis 4. apud Rob. Vuinter, qui & alia plæraq; eius excudit.
Oratio contra rhetoricam atq; eloquentiam.
Oratio consolatoria ad nobilissimum iuuenem Guilhelmum Merceretum discipulum suum in mortem matris.
De legalis studij ratione epistola, cum Ant. Garronis commentarijs in tit. de origine iuris, impressa Basil. 1543. De Imitatione sententia.
Narrationū libri tres, primus Aesopicas, secundus Poëticas, tertius Tragicas continet. Illis adiectus est quartus collectaneorum, res cognitu necessarias ex probatis authoribus complectens.
Liber epigrammatum. Liber epistolarum.
Libellus, cuius titulus, Chorea ludicra, in qua Asinus ad lyram, &c.
Genealogia Comitum de Nasson.
Renati Nassonij uita & gesta peculiari in libello memoriæ tradidit.
E Luciano uertit Demonactis uitam.

In re theologica.

Prælectio in D. Pauli epistolam Romanis scriptam, in qua de Diui Pauli uita, nomine, genere, religione, doctrina, facundia, ardore animi, deq; alijs dotibus diuinis quibus inter cæteros longe præcelluit.
In eandem epistolam annotationes.
In Psalmum 13. Dixit insipiens in corde suo, &c. commentarius.
Libellus precum cum tribus Psalmis lyrica paraphrasi tractatis. *Primus est de piorum beatitudine ac impiorum infelicitate: Secundus & tertius de Christi passione & resurrectione.*
Iuxta sensum allegoricum apud Origenem obseruata: Vuinterus impressit, 1543.
Dissertatio de sacrosancta synaxi.
Confessio fidei suæ senatoribus Dolanis exhibita.
Apologeticus pro Erasmica exomologesi.
Responsio ad quæstionē, Vtrū ex his quæ tropice & figurate in Biblijs dicuntur, possit aliquid efficaciter probari. Rob. Vuinter excudit Basil. in 8. chartis tribus.

Emisit cum dedicatorijs epistolis.

Georgij Trapezuntij in locum Euangelij, Si uolo eum manere, &c. opusculum.
Arnobij Afri in aliquot Euangelistarum locos annotationes.
Libellum de sacerdotio Christi è Græco uersum.
Formulam honestæ uitæ, siue de quatuor uirtutibus consarcinationem Martini episcopi Dumiensis, qui in huius opusculi, quod hactenus Senecæ falso inscriptū fuit, pristinam possessionem restitutus est. *Martinus episcopus.*
Commentaria Garronis in l. 2. de orig. iur.
Philiberti à Chalon illustris Aurengiorum principis rerum gestarum commentariolum Dominico Melgutio authore. *Dominicus Melguit.*
Orationem D. Nicolai Perrenoti à Gramulla Cæsaris locum tenentis in Vuormacensi colloquio habita. *Nic. Perrenot.*

Pollicetur & alia se daturum, quæ propediem ædenda speramus.

GILBERTI Ducherij Vultonis Aquapersani epigrammatum libros 2. Gryphius excudit Lugduni, 1538.

GILBERTVS episcopus Pictauiensis ex scholastico Parisiensi, cognomento Porre- *T. cl. 1140.*

ta, natione Gallícus, â beato Bernhardo in quibuſdã arguitur hæreſeos, & in concilio Remenſi ab Eugenio celebrato conuictus, renuntiaſſe fertur errori. Sunt qui eum excuſent, authoritates in expoſitionibus ſuis inductas dicentes ab aliquibus minus ſanè intellectas. Scripſit autẽ multa opuſcula, de quibus feruntur ſubiecta:

In totum Pſalterium, lib. 1. In omnes epiſtolas Pauli, lib. 14.
In euangelium Ioannis, lib. 1.
In Boëtium de trinitate, lib. 1. Libros quæſtionum, &c.
Sermones plures, lib. 1. Et quædam alia.

* Gilberti Porretani liber de ſex principijs: charta 1. & tres quadrantes: cum Latinis operibus Ariſtotelis (ſtatim poſt tractatum de prædicamentis) impreſſa, Hermolao Barbaro interprete. An autem ipſe Gilbertus Græce ſcripſerit, aut aliquis Latina eius ſcripta in Græcum uerterit, quæ demum H. Barbarus Latinis reddiderit, ignoro.

GIMVNDVS citatur in Summa Alberti Magni.

GIPTIANVS citatur in Tacuinis Elluchaſem medici.

GIRARDI Ruffi commentarij in arithmeticam Boëtij, typis excuſi.

T. cl. 1090. GISELBERTVS præpoſitus monaſterij Vueſt in Anglia, ordinis S. Benedicti, Anſelmi Cantuarienſis auditor, ſcripſit quædam, de quibus iſta feruntur, diſputatio contra Iudæos,

Ad beatum Anſelmum epiſcopum, lib. 1.
In Eſaiam prophetam, lib. 1. Et quædam alia.

T. cl. 1135. GODEFRIDVS Viterbienſis presbyter, metro exercitatus & proſa: ſcripſit opuſcula quædam: è quibus extat grande uolumen ad Vrbanum Papam tertium carmine & ſoluta oratione mixtum, de mundi principio, de uniuerſo ueteri & nouo teſtamento, & ætatibus mũdi, temporibus, geſtis, ac hiſtorijs omnibus regum, quod prænotauit,

Pantheon, lib. 18. De mundi principio &.

T. cl. 1080. GODELBERTVS presbyter, ſcripſit heroico metro clariſſimum opus per hiſtorias & allegorias elegantiſſime currens ab initio mundi uſq; ad partum uirginis. Cuius operis titulus eſt.

Allegoriæ ſcripturarum, lib. 4. Sed & alia plura ſcripſit.

T. cl. 1470. GODESCALCVS de Meſchede: natione Teuthonicus, patria Vueſiphalus, Doctor S. Theologiæ profundus, ſcripſit & legit in uniuerſitate Erfordenſi quædam præclara opuſcula, quibus nomen ſuum poſteris notificauit: è quibus feruntur:

Quæſtiones ſententiarum, lib. 4. Sermones & collationes, lib. 1.
Quæſtiones uariæ diſputatæ, lib. 1. Et alia complura.

Huius frater Theodericus Greſmunt de Meſchede artiũ & medicinæ doctor uir undecunq; doctiſſimus, adhuc ſuperſtes Moguntiæ reſidet, qui & ipſe inter alia tractatum elegantem cõpoſuit, de regimine ſanitatis tempore peſtilentiali. Filium habet ſuo nomine Theodericum appellatum, uix tria luſtra ætatis implentẽ, cuius admirandum ingenium, & ſingularis tum eruditio, tum eloquentia multos proiectæ ætatis (doctores etiã) longe præcellit, cuius ad me extat liber inſignis de ſeptem artibus liberalibus. Scripſit enim tam ad me quàm ad alios penè infinitas epiſtolas, cuiuſcunq; argumenti ornatiſſimas, uariaſq; orationes Ciceronianam dilertitudinem præferentes.

GOFFREDVS uel Godefridus, uel Gothifredus, ab alijs inepte Gaufredus uocatur, nomen uiri proprium apud Germanos, ſignificat hominem qui pace diuina fruitur: alij Gotfredus ſcribũt: rectius autem Gotfridus iuxta etymon ſuum ſcribetur: fortaſſis & Roffredus nomen inde corruptum eſt.

GAVFREDVS ſcripſit ſuper primo & ſecundo Decretal. aliâs Collectarius iuris, liber impreſſus.

GOTFREDVS Viterbiensis præsul scripsit historiã pontificum. Raph. Volater.
GORDIANVS Aug. in fragmentis Gregoriani codicis allegatur.
GOTHARDVS, nomẽ proprium uiri apud Germanos, significat robustum in deo, quod Hebræis Gabriel. Sunt qui interpretent θυφνῆ, id est, boni ingenij hominẽ.
GOTHARDVS Alemannus scripsit super Institutis.
GOTHIFREDVS Anglus historicus, nominatur inter illos scriptores, ex quibus memorabilia sua Bapt. Fulgosus decerpsit.
GOTZADINI cuiusdam Consilia in iure, impressa.
GORGIAS Leontinus rhetor magni nominis fuit, uide Suidã, & Philostratũ in uitis sophistarum, ex quo Raph. Volaterranus ferè transtulit, quæ de Gorgia scribit.
Aldus Venetijs cum Aeschinis & aliorum orationibus aliquid Gorgiæ excudit: & eiusdẽ orationẽ de laudibus Helenæ cum Isocrate Græco, paulò angustiorẽ charta dimidia. Apologia eius pro Palamede Romæ extat in Vaticana bibliotheca. Aliquot eius dicta Stobæus recenset, ut apparet ex indice.
GORGIAE Athenien sis librum de scortis Athenien sibus Athenæus allegat.
GRATIADEVS monachus, ordinis S. Dominici, scripsit Summã totius logicæ. Raphaël Volaterranus. Quæstiones Gratiadei super Physica, magnæ & paruæ, impressæ sunt in Italia.
GRATIANI Augusti epistola ad Sanctum Ambrosium in quinto libro epistolarum Ambrosij.
GRATIANVS Cæsar allegatur aliquoties in codice Theodosij.
GRATIANVS monachus Bononiensis siue Classensis, ordinis S. Benedicti, patria (ut quidam uolunt) Hetruscus, scripsit post Iuonem Carnotensem episcopum uolumen decretorum insigne ex ueterum statutis, sanctionibus & scriptis, quo iuris canonici professores usq; in præsens utuntur in scholis, ab Eugenio papa tertio approbatum. Cuius titulus est, T. cl. 1120.
Concordia discordantium canonum, lib. 4. Humanum genus duobus.
Composuit & alia quædam.
* Decretum Gregorij, impressum Basileæ, 1512. cum glossis Ioan. Teuthonici, annotationibus Bartolemæi Brixiensis, diuisionibus Archidiaconi, Casibus à Bene. compositis, per Bar. Brixi. correctis & pluribus in locis extensis, Concordia ad Biblia: tabula marginalium glossularum, omnium canonum, & conciliorum: margarita Decreti: additione in margine literarum, &c. Omnium chartæ sunt 240. in magno fol. computato etiam indice, qui seorsim habet 28. chartas.
GRATIANVS Iunius uetus I. C. scripsit de potestatibus lib. 2. citatur l. 2. ff. de offi. quæsto.
GRATIVS poëta, qui Augusto principe floruit, scripsit de uenatione librum 1. uersibus hexametris: quem Gryphius impressit Lugduni 1537. in 8. charta 1. & tribus paginis, cum alijs quibusdam. Ex præfatione Georgij Logi Silesij, qui hunc libellum Romæ Longobardicis literis scriptũ nactus, primus in lucem dedit. Gratij poëtæ, qui Octauiani Aug. præstantissimorum ingeniorum fœcundissimo sæculo floruit, Ouidius in ultima de Ponto Elegia meminit his uersibus, "
"
Tityrus antiquas & erat qui pascere herbas, "
Aptaq; uenanti Gratius arma daret. "
"
Neq; sanè immerito in illustrium sui temporis poëtarum catalogo Ouidius, poëtæ "
longe omnium præstantissimo Vergilio Gratium mox subiungendum sibi duxit: "
quando ille carminis maiestate, suauitate, & elegantia, & argumenti, quod tractat, "
iucundissimi gratia atq; ornatu, cum quouis antiquorum poëtarum certare uidea "
tur. Illud uero dolendum, quod tam lacer & mutilatus ad nos peruenit, ut non pau "
ca in eo uideantur desyderari. "
GREGORIVS & Gregoras, nomen est Græcum, Latine Vigilium dixeris.

Πίναξ τῶν ἐκλεγέντων ἐκ τῆς παυδόλου ἱστορίας γραμματικῆς λόγων τοῦ ΓΡΗγορᾶ, ὧν συνῆθέντων ἕνεκα τοῖς προτέροις αὐτοῦ σπένα ἀντιβητικοῖς, διότι λεπτομερέστερον ἕνεκα σπέξεσι τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν ἐκείνην, καὶ ἅμα τὴν λεξικὴν σύνοδον τῶν διωκτῶν καὶ ὧν ἐποιήσανο τὸ διωγμὸν οἱ παλαιῶται νῦν τῶν δυσεβῶν. Liber hac inſcriptione extat Romæ in Vaticana bibliotheca.

GREGORIANI codicis lib. 4. priores, & decimustertius cum breui interpretatione, impreſſi Baſileæ apud Henricũ Petrum, 1528. in fol. charta 1. & dimid. cum paucis uerſibus.

Libri primi titulus 1. De tranſactionibus.
Libri ſecũdi tituli 3. Si aduerſus donationes ſponſis factas in integrũ reſtitui uelit.
Si maior fuerit prouocatus. De inofficioſo teſtamento.
Libri tertij tituli 5. De petitione hæreditatis.
De rei uindicatione. Si ſub alterius nomine res empta fuerit.
De familia herciſcunda, & communi diuidundo.
Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, negocium geſtum eſſe dicitur.
Libri quarti tituli 3. Si debito perſoluto inſtrumentũ apud creditorẽ remanſerit.
Si amiſſis, uel debitori redditis inſtrumentis, creditum petatur.
Quibus res iudicata non noceat.
Libri decimitertij titulus 1. De patria poteſtate.

Allegantur autem in his libris iſtarum legum authores præter Gregorianũ, impp. Valerianus, Galienus, Alexander, Philippus Aug. & Philippus Cæſar, Conſtantinus, Gordianus, Diocletianus, Maximianus, Seuerus, & Antoninus.

T.M.605. GREGORIVS papa primus ex monacho ordinis ſancti Benedicti, patria Romanus, Romæ apud ſanctum Petrum habita ſynodo uiginti quatuor epiſcoporum, multa conſtituit, & decretum immunitatis monaſteriorum promulgauit. Scripſit autem plura neceſſaria uolumina, De quibus feruntur ſubiecta.

Ad Leandrum Hiſpaleñ. epiſcopum,
Moralium in librum Iob, lib. 35. Inter multos ſæpe.
De cura paſtorali, lib. 2. Paſtoralis curæ me.
Dialogorũ de miraculis ſanctorũ, lib. 4. Quadam die nimis quo.
In Cantica canticorum, lib. 4. Poſtquam à paradiſi gau.
In Ezechielem prophetam, lib. 2. Dei omnipotentis aſpira.
Homiliæ euangeliorum, 40. lib. 2. Dominus ac redemptor noſter.
Explanatio. 4. euangeliorum bre. lib. 4. Matthæus ſicut in or.
In 7. pſalmos pœnitentiales, lib. 1. Si ille rex.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 10. Gregorius epiſcopus ſeruus.
Rationale diuinorum, lib. 1. (Aliàs, Valde neceſſarium.
Præmiorum no. & ue. teſt. lib. 1. De ſacramentis, lib. 1.
Extat eius uita à Ioan. Diacono deſcripta.

* Gregorius Papa 1. cerimonias quibus nunc utuntur in templis, modũq; chori et pſalmodiæ primus inſtituit: ſcripſit libros Moralium, in Iob, homiliasq;, quas nonnulli cæteris doctorũ ſcriptis in eo genere præferunt: libros etiam tres Dialogorũ, alias item in prophetas ac ſacros libros enarrationes, imitatus ante omnes Auguſtinum, ut ipſius ſcripta planè fatentur, ſermone dulci, pariq; præceptis quæ tradit charactere, numeriſq; ſemper idẽ, & antithetis frequens. Hæc Raph. Volater. qui etiã dialogũ Gregorij à Zacharia pontifice in Græcũ ſermonẽ translatũ teſtatur.

Omnia eius opera typis excuſa ſunt: & Homiliæ triginta nouem in Homiliario Doctorum, Baſileæ.

Expoſitio ſuper Cantica canticorum, impreſſa Pariſijs in ſole aureo uici Sorbonici, 1498. in 4. chartis 7. & dimid.

Expoſitio ſuper Ezechielẽ in libros duos, & homilias 22. diuiſa, impreſſa in 4. 1496.

1496. chartis 25. & dimid. cum indice. Ex præfatione S. Gregorij ad Marianum episcopum. Homilias, quæ in beato Ezechiele propheta, ut coram populo loquebar, exceptæ sunt, multis curis irruentibus, in abolitione reliqueram: sed post annos octo petentibus fratribus notariorum schedulas requirere studui, easq; fauente Domino transcurrens, in quantum ab angustijs tribulationum licuit, emendaui, &c. Habet & secundus liber suam præfationem, ubi se excusat quod non totum Ezechielem exponat, sed præcipue extremam eius uisionem.

Epistolarum partes siue libri 14. Opus impressum in fol. chartis 77. præponitur autem index (cuius seorsim chartæ sunt 5.) quo indicatur à prima usq; ad ultimam, quæ epistolæ ad quos scribantur, & quibus argumentis. Finis libri his uerbis notatur. Explicit liber Epistolarum B. Gregorij papæ, pro apostolicæ ecclesiæ conseruatione, felicique regimine, ad sanctos alios q; catholicos prælatos missarum, unde etiam decreti liber originem sumpsit.

S. Gregorij magni ecclesiæ doctoris præcipui, liber Moralium in B. Iob, diligenter per capitula distinctus, cum indice sententiarum, & altero qui locos Biblicos per ordinem librorum, ubi in hoc opere exponantur, indicat. Opus impressum Basileæ per Adam Petrum, 1514. in fol. chartis 204. Indices autem seorsim chartis cõstant 18. Ex præfatione B. Gregorij ad Leandrũ episcopũ. Fratribus monasterij, etiã cogente te, placuit, ut librũ beati Iob exponerem, & prout ueritas uires infunderet, eis mysteria tantæ profunditatis aperirem: & ut non solum uerba historiæ per allegoriam sensus excuterem, sed allegoriarum sensus protinus in exercitium moralitatis inclinarem: & quod grauius est, intellecta quæq; testimonijs cingerem, & prolata testimonia si implicita fortasse uiderentur, interpositione superaddita expositionis enodarem, &c. Quibus nimirum multa iubentibus, dum parere modo per expositionis ministerium, modo per contemplationis ascensum, modo per moralitatis instrumentũ uolui, opus hoc per triginta & quinq; uolumina extensum in sex codicibus expleui. Vnde & in eo sæpe quasi postponere ordinem expositionis inuenior, & paulò diutius contemplationis latitudini ac moralitatis insudo, &c. Sciendum uero est, quod quædam historica expositione transcurrimus, & per allegoriam quædam typica inuestigatione perscrutamur, quædã per sola allegoricæ moralitatis instrumenta discutimus, nõnulla autem per cuncta simul sollicitius exquirẽtes tripliciter indagamus. Nam primum quidẽ fundamenta historiæ ponimus, deinde per significationem typicam in arcem fidei fabricam mentis erigimus, ad extremũ quoq; per moralitatis gratiam quasi superducto ædificium colore uestimus. Et aliquanto post. Quicquid in hac expositione tua sanctitas tepidum incultumq; reperit, tanto mihi celerrime indulgeat, quanto hoc me ægrum dicere non ignorat. Nam dum molestia corpus atteritur, afflicta mente etiam dicendi studia langueſcunt. Multa quippe annorũ iam curricula deuoluuntur, quod crebris uiscerum doloribus crucior, horis momentisq; omnibus fracta stomachi uirtute lasseſco, lentis quidem, sed tamen continuis febribus anhelo. Inter quæ hæc dum sollicitus penso, quia scriptura teste, Omnis filius qui à Deo recipitur, flagellatur: quo malis præsentibus durius deprimor, eo de æternis certius præsumptione respiro. Et fortasse hoc diuinæ prouidentiæ consiliũ fuit, ut percussum Iob percussus exponerem, & flagellati mentem melius per flagella sentirem.

De aduersa ualetudine sua.

Gregorij expositio in lib. Regum, excusa Venetijs in 8. 1538. Item in primum Regum, in 16.

Gregorij papæ regula Pastoralis ad Ioan. Archiepiscopum Rauennensem, diuisa in capita sexaginta quinq;. Liber impressus Argentorati, 1496. in 4. chartis 19. Ex prologo authoris. Quadripartita disputatione liber iste distinguitur ut ad Lectoris sui animum ordinatis allegationibus, quasi quibusdam passibus gradiatur. Nam cum rerum necessitas exposcit, pensandum ualde est ad culmen

„ quiſq; regiminis qualiter ueniat: atq; ad hoc rite peruenies qualiter uiuat, & be-
„ ne uiuens qualiter doceat, & recte docens infirmitatem ſuam quotidie quanta
„ conſyderatione cognoſcat: ne aut humilitas acceſſum fugiat, aut peruentioni
„ uita contradicat, aut uitam doctrina deſtituat, aut doctrinam præſumptio ex-
„ tollat.

GREGORIORVM pontificum, primi, tertij (maioris fides) & minoris Decreta, le-
guntur in Volumine Decretorum & quatuor ſynodorum, Coloniæ nuper im-
preſſo.

T.M.731. GREGORIVS papa ſecundus, patria Romanus, ſcripſit plena eruditionis quædam opuſcula, de quibus feruntur ſubiecta. Ad interrogata Iuſtiniani,

Reſponſionum,	lib.1.	Contra Leonem Auguſtum,	lib.1.
Ad Ioan. epiſcopũ Cõſtantin.	lib.1.	Epiſtolarum ad diuerſos,	lib.1.

T.M.742. GREGORIVS papa tertius, ſcripſit inter cætera ad Imperatores Leonẽ & Conſtan-
tinum imagines ſanctorum contemnentes,

Commonitorium,	lib.1.	Ad eoſdem,	lib.1.
Contra eoſdem,	lib.1.	Epiſtolarum ad diuerſos,	lib.1.

Et alia quædam.

GREGORII noni Decretalium libri quinq;, cum concordantijs tum ad Ius ciuile, tum ad eius interpretes nuperrime additis: & annotationibus pluribus, ad quæ-
cunq; facile reperienda accommodatiſſimis: & additione in margine literarũ, quo
minuſculi characteres lineis intercepti, citius appareant. Opus impreſſum Ba-
ſileæ apud Ioannem Amorbachium & Frobenium, anno 1511. in magno folio, char
tis 168. Indicum autem ſeorſim chartæ ſunt 11. Quorum prior annotat materias
in gloſſa declaratas, quæ marginibus ferè omnes ſignantur: ſecundus inſcribitur
Margarita Decretalium, omnes floſculos in earum textibus reconditos ſecundum
alphabeti ordinem explicans. Præponitur etiam ab initio ſtatim Index, titulos
quinq; librorum Decretalium ordine literarum complectens: cuius ſeorſim char-
tæ ſunt 4.

„ Præfatio operis. Gregorius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs, do
„ ctoribus & ſcholaribus uniuerſis Bononiæ commorantibus, ſalutẽ & apoſtolicam
„ benedictionem. Sanè diuerſas cõſtitutiones & Decretales epiſtolas prædeceſſo-
„ rum noſtrorum in diuerſa ſparſas uolumina, quarum aliquæ propter nimiam ſi-
„ militudinem, & quædam propter contrarietatẽ, nonnullæ etiam propter ſui proli-
„ xitatem, confuſionẽ inducere uidebãtur, aliquæ uero uagabãtur extra uolumina
„ ſupra dicta, quæ tanq; incertæ frequenter in iudicijs uacillabant: ad cõmunem, &
Raymundus Capellanus. „ maxime ſtudentium utilitatẽ: per dilectum filium fratrem Raymundum Capella-
„ num & pœnitentiarium noſtrum illas in unum uolumen (reſecatis ſuperfluis) pro
„ uidimus redigendas, adijcientes conſtitutiones noſtras & decretales epiſtolas, per
„ quas nonnulla, quæ in prioribus erant dubia, declarantur. Volentes igitur ut hæc
„ tantum compilatione uniuerſi utantur in iudicijs & in ſcholis, diſtrictius prohibe-
„ mus, ne quis præſumat aliam facere abſq; authoritate ſedis apoſtolicæ ſpeciali.

Diuiſio & argumentum quinq; librorũ Decretal. „ Ex gloſſa. Modus agendi talis eſt. Diuidit enim opus ſuũ in quinq; partes.
„ In prima parte tractat de ſumma trinitate, & fide catholica: & de cõſtitutionibus,
„ de reſcriptis, de iudicibus, & eorũ officijs. In ſecunda parte tractat de iudicijs,
„ & cooperantibus ad iudicia. In tertia parte de uita & honeſtate clericorũ, & re-
„ bus eorũ, & eccleſiarũ. In quarta, de ſponſalibus & matrimonijs & impedimen-
„ tis eorũ. In quinta, de accuſationibus, & criminib. & pœnis eorũ. Vnde uerſus:
„ Prima miniſtros dat, & ritus officiorũ. Altera dat teſtes, & cætera iudiciorum.
„ Tertia de reb. & uita presbyterorũ. Quarta docet quales ſint nexus iudiciorũ.
„ Vltima de uitijs & pœnis tractat eorum. Vel ſic, & breuius.
„ Iudex, iudicium, clerus, ſponſalia, crimen.

GRE-

GREGORII syntagma synopticum philosophiæ, Græce extat alicubi in Italia.
GREGORII εἰς τὸ τρίμερες τῆ ψυχῆς, ibidem.
GREGORII Alcidimi orationes quædam Græcæ, ibidem.
GREGORII Aleandri Elementale Græcum, Gymnicus impressit Coloniæ.
GREGORIVS & Leonhardus Aretini, de temporibus suis scripserunt. Raph. Volaterranus.
GREGORII episcopi in epistolam ad Philippenses fragmentum. Versus 12. in fol. in antidoto hæreseum. Basileæ apud Hen. Petrum excuso, 1528.
GREGORII archiepiscopi Constantinopoli sermones uiginti nouem, & in alio uolumine octodecim: Eiusdem collectio & expositio ὧν ἐμνήσθη ἱστοριῶν. Græcæ extant Romæ in Vaticana bibliotheca.
GREGORIVS Ariminensis, ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini Prior generalis, scripsit quædam, de quibus ista feruntur potiora, T. cl. 1350.
Super sententias, lib. 4. In epistolas Pauli apostoli, lib. 14.
Et quædam alia.
GREGORIVS Bæticus, Iliberi episcopus, usq; ad extremam senectutẽ diuersos mediocri sermone tractatus composuit, & de fide elegantem librum, qui hodieq; superesse dicitur. D. Hieronymus.
GREGORIVS patriarcha Cypri parœmias ordine alphabeti collegit, quę extant Romæ in Vaticana bibliotheca, & fortassis eædem sunt, quas Aldus cũ Græcis Aesopi fabulis olim impressit, ordine simili.
Gregorij Cyprij contra Beccum Ioannem Tomus sanctæ synodi, siue Columna orthodoxiæ. De mensuris. De fide. De prædicamentis. Hanc inscriptionem legi in Græco catalogo bibliothecæ Vaticanæ, nec satis scio an omnia ad eundem authorem referenda sint.
GREGORII diaconi Metochitæ liber Græcus de S. spiritus processione, ibidem. Vide Metochites.
GREGORII episcopi Antiochiæ sermones Græci, In sepulturam Christi, In Ioseph Arimathæum, In triduanam Domini diuinam resurrectionem, Romæ seruantur.
GREGORIVS Haloander, uir doctissimus, nuper totũ corpus iuris, ut uocant, summo studio, labore ac fide castigauit, & ad nouam uenustatem redegit, munificentia ac liberalitate senatus Norimbergensis. Impressæ sunt autem Institutiones Iuris ex eius castigatione in 8. chartis 18. Digestorũ seu Pandectarũ libri 50. in 4. chartis 307. 1529. Codicis libri 12. ex fide antiq. exemplarium, quoad fieri potuit diligentissime recogniti: quibus in fine operis adijciuntur. Catalogus Coss. eodem authore. Summulæ quædam nouellarum cõstitutionum Iustiniani, quas uulgus authenticas appellat, sparsim per nouem Codicis libros à posteris insertæ. Excerpta Constitutionum Friderichi Imperatoris, quæ sub certis alioqui titulis Codici leguntur appositа. Notæ literarum, prout per hosce Codicis libros legendæ sunt. Variantes subinde lectiones, & notæ recogniti operis. In uno uolumine, 1530. in fol. chartis 168.
Nouellarum Constitutionum Dn. Iustiniani, quæ exstant, & ut extant, uolumen Græcum: quibus adduntur Græci Canones SS. Apostolorum per Clementem congesti.
Eadem (Nouellæ inquã & Canones Apostolorum) Latine, Gregorio Haloandro interprete. Quibus accedunt, Feudorum libri duo: & Constitutiones Lotharij, Conradi, Friderichi secundi, & Henrici Imp. De pace Constantiæ facta inter Friderichum Impera. & Henricum filium. Omnia Norimbergæ excusa in Germania, apud Ioan. Petreium. Cæterum Institutiones eiusdẽ castigationis Lugduni quoq; apud Ioan. Barboum impressas uidimus, anno 1537. in decimosexto:

adiectis argumentis compendiarijs paragraphos singulos illustrantibus, & annotatiunculis quibusdam intermixtis: & apud Gryphium ibidem, 1536. simili forma.

Eadem omnia, id est totum Ius ciuile, eiusdem castigationis, impressa sunt Parisijs apud Carolam Guillard, circa annũ 1540. in 8. ita ut per tomos undecim compingantur: supra Haloandri castigationem, codicis saltem libri, cum antiq. exemplaribus collata: hæc enim præfatio Parisiensis æditionis codici præmittitur. Visum est ut post Digestorum opus, summo studio ac labore, fide plus quàm optima, ad nouam uenustatem, tot maculis, næuis, mendis sublatis, redactum, Institutio- numq; 4. libros, ex officina nostra nuper emissos, totius etiamnum Iuris pontificij corpus æque terse castigateq; cusum, Iustinianum codicem accersitis & collatis uarijs undiq; exemplaribus haud dissimili cura purgatũ tibi exhiberemus. Porrò, ne quid hæsitationis inter legendũ fortè suboriatur, sciendũ est notas nunc marginí innumeris locis adiectas uariam lectionem in alijs exemplaribus deprehendi indicantes, hoc discrimine à se inuicem posse distingui, ut crux quidẽ Haloandri, asteriscus uero de nostra diligentia fidem faciat.

Ex præfatione Greg. Haloandri in Institutiones ad Friderichum Aegidianæ familiæ Norembergæ antistitem. Non sanè constitueram, cum Pandectas ciuilis iuris ex fide antiquissimorum codicum, ipsiusq; Politiani notis recognitas, & ad umbilicum deductas, absoluissem: quatuor item Imperialium Institutionũ libros in manus sumere, & ad unguem castigatos, omnibus mendis detersis, sub præla mittere: cum alias ob causas, tum quod partim restitutis iam in integrum magna ex parte Pandectis, ex quibus penè dixerim ad uerbum Institutiones descriptæ sunt, non admodum opera mea opus esse uidebatur, cum quisq; sibi ea in re non infeliciter consulere posset: partim etiam quod beneficio antiqui alicuius exemplaris defectus, unde omnis huius laboris dependet authoritas, in uno & item altero loco restituendo, iudicio meo non satis fidebam, &c. Verum ut tibi grandiori natu, amico & hospiti mos gereretur, non dubitauimus ipsas Institutiones diligenter emaculatas, & quoad eius fieri potuit optima fide ex collatione Digestorum seu Pandectarum recognitas, sub nomine tuo in publicum emittere. Planè ad eum modum interpolatas Institutiones damus, ut præter unum locum de epigrammate Græco in Xerolopho Byzantij scripto, cuius & Priscianus meminit: quem tamen (nisi fallor) ex Procopij libris de ædificijs Constantinopolitanæ urbis, olim à nobis Venetijs uisis, quiuis facile restituere poterit: ægre quidquã diligẽs et æquus Lector desideraturus sit. Ad hæc describi curauimus cognationũ gradus in arboris formam, ea commoditate, ut & complicati suo loco uolumini inseri, & explicati ad parietem affigi possint.

Ex præfatione eiusdem ad amplissimum ordinem Decurionum reipub. Nurembergensis. Beneficio Io. Egnatij uetustum Iustiniani codicem nactus, in quo prorsus dubites, plúsne dignitatis ob uetustatem, an fidei ob scripturæ antiquitatem, an propter imperatorum nomina diligenter descripta, & adiectam temporum per Coss. designationem utilitatis inesset: nolui cõmittere, ut uel uoluntati uestræ nõ satisfactum, uel publicis commodis aliquid opera mea detractum uideretur. Atq; sanè ea de causa collatis inter se exemplaribus, tam ante, quàm post Accursiũ scriptis & impressis, quotcunq; habere potui: reuocatis quoq; sub incudem & de integro examinatis singulis tractatibus: tot in hoc opere uulnera sanauimus, tot collapsa restituimus, tot lacunas expleuimus, ut omnem dicẽtis fidem (nihil mentior, satis scio) superent. Et licet omnia, quæ passim per hosce duodecim Codicis libros perperam admissa & deprauata fuerunt, restituere & ad pristinum nitorem reducere nequiuimus, propterea quod exemplar de quo diximus, cuius præcipue fidẽ secuti sumus, tam in principio usq; ad tit. de episcop. audient. quàm fine à tit. ad Sen. cons. Turpil. carie cõsumptum, & in quarto libro magna ex parte, in septimo fermè

fermè in totum mutilatum esset: dedimus tamẽ operam, ut omnes maculæ, sordes, immundiciæ, quoad eius fieri potuit, detergerentur. Post hæc rationem reddit cur Codicis & Digestorum libros aliter partitus sit, quàm secundum uulgarem hactenus morem, & de Authenticis siue Nouellis separatis, &c. & de catalogo Coss. decꝫ Friderichi constitutionibus: quæ breuitatis gratia relinquimus.

Ex alia præfatione Gre. Haloandri in Nouellas, quas ipse è Græco uertit, ad eosdem Decuriones. Prodeat qui uolet, antequam æditionem nostram inspiciat, “ qui certo se intellectu per omnia Nouellarum constitutionum sententiam tenuisse “ profiteatur. Nam ex uulgatis (ut uocant) Authenticis impossibile esse, & doctissimorum uirorum confirmant iudicia, & communis fermè testatur opinio. Deinde “ in usu & iure hominis priuati nullum (quod equidem sciam) huiusmodi τῶν παρῶν “ exemplar habetur: neqꝫ credo omnino ultra duo, quæ publice adseruantur in Italia, ullum præterea reperiri, unde harum constitutionum genuinus intellectus peti queat, &c. Deinde conuertens se ad illos, qui aliena sibi dissimulanter usurpant, quæ supersint ostendit in quibus suam industriã cum laude probare possint. Quæ desyderentur adhuc à studiosis iuris. Desyderamus (inquit) adhuc fermè ad quinqꝫ Iustinianei codicis libros fidem antiqui alicuius exemplaris, desunt etiamnum aliquot constitutiones in nouellis, expetuntur passim à studiosis Græca responsa Modestini iuris C. in tractatu de tutelis. Digestorum liber 26. & 27. neqꝫ non alibi alia. Reliquimus etiam lacunas aliquot in Codice nostro, &c. deest in Codice lib. 2. de sport. ul. constitutio Græca, quæ modum sportularum in singulis causis præscribit, &c. hanc unam perquirant, & in publicum proferant, & magnam illis habebimus gratiam. Idem dici potest de insinitis alijs. Et paulò mox de difficultate cum in uniuersum ex Græcis bona Latina faciendi, tum huius suæ translationis præcipue locutus, subdit: Proinde cum quatuor interpretandi genera tradantur apud ueteres, hoc est paraphrasis, metaphrasis, & specialiter generali uocabulo appellata ἑρμηνεία, neqꝫ non quæ κατὰ πόδας dicitur (deinde singulas quales sint explicat, & interpretum exempla affert) profiteor eam me rationem in Nouellis hisce uertendis secutũ, & ea mediocritate usum esse, ut cum fideliter sententiæ exprimendæ adhæserim, neqꝫ non pro meo captu grauioribus numeris effingendis diligentem operam impenderim: interim tamen neqꝫ secundum genus omnino refugerim, neqꝫ item quartũ τὸ κατὰ πόδας λεγόμενον penitus aspernatus sim, præsertim si numeri numeris belle responderẽt, aut distinctionis argutia numerorum inuersionem non pateretur. Certe si quid ad supplendam sentẽtiam inserui, quod rarissime factum est, neqꝫ nisi postulante necessitate, curaui ut minusculis id literis describeretur, quo facilius ab his, quæ continentur in Græco, discerni posset. Quod ipsum identidem & in integris aliquot constitutionibus ac capitulis, & denicꝫ alijs obseruaui, quæ in Græco desunt exemplari, uel quia haberi non potuerunt, uel quia alibi abrogata, aut clarius maioréue sub compendio constituta sunt in posterioribus, quæ planè regula perpetua est in hoc opere, neqꝫ unquam fallit. Eodem rursus consilio maiusculis descriptæ sunt literis hæ, quæ (ut nonnullæ sunt) Latine initio fuerũt æditæ, & in Græco uel penitus desunt, uel paucis tantummodo uerbis exprimitur sententia. De illis quæ adijcere uolens angustia temporis exclusus est. Et aliquanto post, Animus erat in finem adijcere Feudorum consuetudines, quas ueteres appellare solebant Iura militiarum, & Imp. nominat στρατείας, eo uidelicet ordine, quo patrũ memoria ad preces Bononiensis collegij cõfirmatæ fuerũt à D. Friderico III. Rom. Imp. Sed excluſi angustia temporis, cogitata animi ad effectum deducere non potuimus. Quæ etiam caussa nos remorata est ne generales, præfectorum prætorio formas περὶ ἐπιτροπῶν, hoc est de adiectionibus prædiorum, quarum mentio est tam in 123. nouel. const. quàm in l. Lucius Titius in fi. ff. ad municipalem, et περὶ τοῦ πῶς δεῖ κτᾶσθαι ἐπὶ τῆς νομῆς, id est, quomodo oporteat in possessionem mittere, una cum aliquot nouellis Alexij Comneni, Constantini Porphyrogennetæ, Michaëlis

Clemens. „ Ducæ filij, & aliorum imperatorum adiecerimus. Cæterum Apostolicos cano-
„ nes, quos S. Clemens Petri in episcopatu successor, quo ueluti amanuensi usus est
„ etiam Paulus apostolus, adijcere compulit necessitas, cum toties illorum mentionē
„ introducat in nouell. Imperator. &c.

GREGORII Lagaponi elegantiæ quædam in lingua Græca, & eiusdem opuscula de constructione, seruantur alicubi in Italia. Sed uide ne legēdum sit Georgius Lecapenus, de quo supra.

GREGORII Metropolitani Corinthi in canones τῆς κοιμήσεως diuę Virginis, et euangeliśmi: præterea in festum dominicæ antisascha: id est, in cōtrectationem Thomæ, in assumptionē magni Dei & seruatoris Iesu, & in pentecosten. Poëma in primum festum uenerabilis obitus Cosmæ monachi. Volumen huius inscriptionis Græcum Romæ conditur in Vaticana bibliotheca.

GREGORII Morgenstern liber de peruerso mundi statu, impressus, ut meminit index Basilienśis officinæ Heruagij.

†Aliàs Asimorum. GREGORIVS, primum †Sasimorum, deinde Nazianzenus episcopus, uir eloquentissimus, præceptor meus, à quo scripturas explanante didici: ad triginta millia uersuum omnia opera sua composuit, è quibus illa sunt. De morte fratris Cæsarij, περὶ φιλοσοφίας, Laudes Machabæorum, Laudes Athanasij, Laudes Maximi philosophi post exilium reuersi, quem falso nomine quidam Heronis superscripserunt: quia est & alius liber, uituperationem eiusdem Maximi cōtinens, quasi non licuerit eundem & laudare & uituperare pro tempore. Et liber hexametro uersu, uirginitatis & nuptiarum contra se differentium. Aduersum Eunomium liber 1. De spiritu sancto liber 1. Contra Iulianum Imperatorem lib. 1.

Hero.

Polemon. Secutus est autem Polemonem dicendi charactere, uiuoq; se episcopū in loco suo ordinans, rurì uitam monachi exercuit. Decessitq; ante hoc fermè triennium sub Theodosio principe. D. Hieronymus.

T. cl. 390. Ioan. Trittenhemius præter superiora, scripta eius recenset, quæ sequuntur.

Apologetici cum fugisset.	lib. 2.	Victus sum & fateor.
De natiuitate domini,	lib. 1.	Christus nascitur, glori.
De secundis Epiphanijs,	lib. 1.	Iterum Iesus meus.
De spiritu sancto in die Pente.	lib. 1.	De solennitate huius.
In semetipsum de agro regressus,	lib. 1.	Desiderabam uos.
De Hieremia præsente imperatore,	lib. 1.	Ventrem meum doleo.
De reconciliatione monach.	lib. 1.	Linguam nostram sol.
De grandinis uastatione,	lib. 1.	Quid laudabilem sol.

Contra Eunomium libros duos (in quo fortè à typographis erratum est, cum Hieronymus unum solum recenseat.)

Sermones etiam (inquit) & homilias plures ædidit, & de diuersis materijs uarios tractatus, qui ad notitiam meam non uenerunt.

* De uita ipsius uide plura apud Rufinū undecimo libro historiæ, aut apud. Raph. Volaterranum, qui paulò ante finem decimisexti libri sui, Rufini uerba ex eodem loco adscripsit.

Gregorij Nazian. orationes 38. in Latinum translatæ à Bilibaldo Pirckheimero triginta quidem nunc primum, posteriores octo iam olim. Opus impressum Basileæ in officina Frobeniana, anno 1531. in fol. chartis 119.

Ex præfatione Des. Erasmi Rot. Post enumeratas Bilibaldi interpretis laudes, & mortem eius descriptā (ipso enim iam defuncto gener eius Ioan. Straub has

De Bilibaldo Pirckheimero interprete. „ orationes ædidit) hæc uerba subdit. Non huius uiri mors tam pie uita functi de-
„ ploranda est: sed fortè iustius defleret aliquis publicam studiorum iacturam, quod
„ festina mors obstitit, quo minus ad plenum absoluerit duo præclara facinora, quæ
„ iamdudum moliebatur: uidelicet ut Ptolemæi Cosmographiam apud Græcos pa-

riter

riter ac Latinos deprauatam reſtitueret, & eximium illum Chriſtianæ philoſophiæ
præconem Gregorium Nazianzenum, ſic Latine loquentem nobis daret, ut Græ
ci ſermonis fontes nemo deſideraturus fuerit. Sed quis fuit unquam uir eruditus
aut pius, & publicis natus commodis, qui non iſtiuſmodi de ſe querimonias poſte-
ritati reliquerit, &c. Non hæc eò mihi dicuntur, quaſi parum expolita ſint, quæ
nobis reliquit, ſed quod Lector fortè tanti artificis ſupremam manum alicubi ſit de-
ſideraturus. In Gregorio Nazianzeno pietas propemodũ ex æquo certat cum
facundia, ſed amat ſignificantes argutias, quas eo difficilius eſt Latine reddere, q̃
pleræq; ſunt in uerbis ſitæ. Tota uero phraſis nonnihil accedit ad ſtructuram ſo-
craticam. Adde quod de rebus diuinis, quæ uix ullis uerbis humanis explicari poſ
ſunt, libenter ac frequenter philoſophatur. Poſt hæc de Baſilĩ & Chryſoſtomi
ſtylis loquens, & cum Latinis ſcriptoribus eos conferens, Gregorium Ambroſio
non diſſimilem facit. Me certe (inquit) à uertendo Gregorio ſemper deterruit di-
ctionis argutia, & rerum ſublimitas & adluſiones ſubobſcuræ. Et paulò poſt.
Porrò quibus pietas cordi eſt, non offendentur, quod priſcos eccleſiæ doctores ſe-
cutus, non abhorret interdum à uerbis quibuſdam noſtræ religionis peculiaribus:
quodq; mauult interdum Chriſtiane loqui quàm Romane: quanquam non uideo
quamobrem illa non debeant haberi pro Romanis, quæ ante annos mille quin-
gentos à Romanis ſcriptoribus neceſſario ſunt uſurpata, nec id ſine Græcorum
exemplo.

De ipſo Gregorio Naz.

Uerum de interprete.

Orationes 30. & uita authoris, quas in hoc opere Bilibaldus Birckh. tranſtulit:

Vita D. Gregorij Naz. Theologi à Gregorio presbytero conſcripta.

1 Oratio ad Nazianzenſes, qui ipſum uocauerant, ac poſtquam uenisſet non comparebant.
2 Apologeticus ad patrem & Nazianzenſes poſt fugæ reuerſionem.
3 Oratio dicta in præſentia Gregorij fratris Baſilĩ, quum ille poſt electionem præſideret.
4 Oratio præſente patre & Baſilio Magno, quum in epiſcopum Aſimorum fuiſ ſet electus.
5 Oratio quum à patre in conſortium aſſumeretur.
6 Oratio qua ſe excuſat, quod abſtinuerit aliquandiu à functione eccleſiaſtica, deinde populum ad uirtutis hortatur opera.
7 Oratio in funere fratris ſui Cæſarĩ.
8 Oratio funebris in laudem Baſilĩ Magni.
9 Oratio in funere ſororis ſuæ Gorgoniæ.
10 De pace & reconciliatione monachorum, prima.
11 De pace oratio ſecũda. 12 De pace ad Amphilochium oratio tertia.
13 Oratio cõſolatoria, quũ pater eius epiſcopus taceret, ob grandinis calamitatẽ.
14 Oratio in funere patris, præſente Baſilio Magno.
15 Oratio ad ſubditos timore perculſos, & imperatorem iraſcentem.
16 Oratio de cura pauperum, ſiue de iuuandis pauperibus.
17 Oratio de ſtatu epiſcopali, † & doctrina inſtructiua.
18 Oratio funebris in Athanaſium Alexandriæ epiſcopum.
19 Oratio in Cyprianum. 20 Oratio in Machabæos.
21 Oratio de modeſtia in † diſputationibus obſeruanda.
22 Oratio ad Heronem philoſophum ab exilio reuertentem.
23 Oratio ad eos, qui in claſſe ex Aegypto aduenerant.
24 Ad Arianos, & de ſeipſo oratio.
25 Oratio de ſeipſo, ad eos qui illum cathedram Conſtantinopolitanam affectare inuulgauerant.

† *Aliâs, & dogmate oratio inſtructiua.*

† *Diſceptationibus.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [603] - 281v

26 Oratio cum postea, quæ contra Maximũ gesta fuerant, reuerteretur ex agro.
27 Oratio habita in præsentia episcoporum 150. Epistolæ ad Clidonium consbyterum duæ. Epistola ad Nectarium episcopum Constantinopolitanũ.
28 Homilia Eulalio exhibita episcopo, in electionem Doarensium.
29 Oratio ad uirginem exhortatoria.
30 Oratio in dictum Euangelij, &c. Ad Euagrium de deitate.

Orationes D. Gregorij 8. in eodem uolumine, iam prius conuersæ, eodem interprete, cum duabus præfationibus eiusdem nuncupatorijs, una ab initio, & altera ante orationes 2. in Iulianum.

In Theophania seu Natalem Saluatoris nostri.
In festum Epiphaniorum: uel, in sancta Epiphaniorum lumina.
In sanctum lauacrum.
In sanctam resurrectionem, uel pascha. In sanctam Pentecosten.
In Encænia, siue in nouum Dominicum, nec non in tempus uernum, ac martyrem Mamantem.
In Iulianum imperatorem apostatam orationes duæ infamatrices.

Georg. Naz. libelli uel sermones octo, Rufino interprete, excusi Argentorati, anno 1508. in 4. Sunt autem hi.

Apologeticus lib. 1. chartis 6. & dimid. alius ab illo quem Bilibaldus uertit, qui breuissimus est.
a De natali Domini. b De luminibus uel epiphanijs.
De fide Nicena, chartæ 3.
c De Pentecoste & spiritu sancto in ecclesia Constantinopoli. Hanc Dresery gr. et lat. Lips. 1582. 8°
d De semetipso ex agro reuerso post gesta contra Maximum.
De dictis Hieremiæ præsente imperatore intercedente pro quodam periclitante. Incipit autem à uerbis Hieremiæ: Ventrem meum, uentrem meum doleo, & sensus mei turbati sunt.
e De reconciliatione & unitate monachorum.
f De grandinis uastatione, tacente patre.
De Arianis, quod non liceat semper & publice de Deo contendere: alia est quam Bilibaldus transtulit contra Arianos.
a b c d e f Eædem à Bilibaldo translatæ superiori uolumine, quod Basileæ à Frobenio excusum dixi, continentur, issdem inscriptionibus ferè: e autem prima est apud Bilibaldum de conciliatis monachis.

Ex præfatione Rufini interpretis ad Apronianum, de laudibus D. Gregorij,
» deq; translatione sua. Huius neq; uita aliquid probabilius & sanctius: neq; elo-
» quentia clarius & illustrius, neq; fide purius & rectius, neque scientia plenius &
» perfectius inueniri potest: Qui solus sit de cuius fide ne † dissidentes quidẽ inter se,
» ut fieri solet, partes & studia disputare potuerint. Sed id obtinuerit apud Deum
» & ecclesias Dei meriti, ut quicunq; ausus fuerit doctrinæ eius in aliquo refragari,
» ex hoc ipso quia ipse magis sit hæreticus, arguatur. Manifestum nanq; iudicium
» est, nõ esse rectæ fidei omnẽ qui in fide Gregorio non concordat: hunc ergo absq;
» ullo scrupulo lege, sciens tamen quod eloquentiæ eius præfulgidum in Græco lu-
» men non parum necessitas interpretationis obscurat: In quo utrum nostri sermo-
» nis paupertas, an ipsa interpretationis natura hoc agat, tu qui utriusq; linguæ ha-
» bes peritiam magis probato.

† Nam apud Suidam etiam à Philostorgio Ariano laudatur.

Opuscula 13. huius episcopi è Græco uersa, nuper Coloniæ excusa sunt in 8.

Gregorij theologi epistolæ, cum Basilij Magni epistolis impressæ, ut supra dixi-mus: prope initium quidẽ illius operis epistolarum, ad Nicobulã, Celeusium principem, Nectarium, Helladium, Basilium, Eusebium Cæsarieñ. Ad Cæsarienses ueluti ex persona sui patris, bis. Post 87. autem epistolam Basilij, aliæ sequuntur

Gregorij

Gregorij quas ſcribit Simpliciæ hæreticæ, Eudoxio rhetori ter, & 8. alias poſt 116. epiſtolam. Nyſſes epiſcopo Gregorio ſex, Gregorio principi, Ecebolio, Olympio, Procopio, Anyſio tres, Amphilochio duas, Boſporio Coloniæ epiſcopo duas, Cæſario proprio fratri 2. Sophronio primati tres, Euſtochio ſophiſtæ 2. Aphricano, Aſterio 2. Poſthumiano, Saturnino, Amazonio, Celeuſio 2. Euſebio epiſcopo Samoſatenſium exulanti 3. Olympio 3. Nemeſio, Aërio & Alypio.

* Vidi etiam ſeorſim alicubi excuſas epiſtolas duas huius authoris ad Themiſtiũ Peripateticum, quæ cum ſuperioribus non habentur.

Sermones in Paſcha. In dictũ Matthæi, Cum cõſummaſſet Ieſus ſermones hos, &c. cap. 19. Laudes Cypriani martyris. De moderandis diſputationibus. De amandis pauperibus. Admonitorius uirginum. Laudes Maccabæorum. Omnes Ioan. Oecolampadio interprete excuſi ſunt olim Auguſtæ Vindelicorũ, in 4. tribus libris ſeorſim impreſſis.

Liber de officio epiſcopi, ſeorſim impreſſus Latine in 8. Videtur autem idem quoq; ſupra poni inter translatos à Bilibaldo.

De quibuſdam ſcriptis huius authoris, uide ſupra folio 138. b. uerſibus 19. 28. & 40.

Libri Græci huius authoris, quos ſcimus excuſos.

Orationes nouem, & in alio uolumine orationes 16. Aldus excudit Venetijs.

In Iulianum imperatorem inuectiua prior, Græce excuſa Pariſijs apud Vuechelum, 1531. in 4. chartis 9. & dimid.

Gregorij Naz. & Baſilij magni theologorum epiſtolæ Græce, impreſſæ Haganoæ in 8. anno 1538.

Tragœdia de paſſione Chriſti, impreſſa Romæ 1542. in 8. chartis 6. & dimid. Colloquuntur autem, Virgo Maria, chorus uirginum, nuncius, dimidiatus chorus, Chriſtus, Theologus, Ioſeph, Nicodemus, Magdalena, Adoleſcens, Synagoga pontificum, Cuſtodia, Pilatus.

Poëmatia ſiue Idyllia uaria, numero ſexagintaſex, excuſa Venetijs apud Aldũ in 4. ſatis craſſo uolumine: omnia Græce, cum Latina translatione neſcio cuius ad uerbum, quæ uel addi è regione, uel ſeorſim compingi poteſt pro legentis arbitrio, quod ut cõmodius fieret et nihil in medio quaternionũ uacaret, hiſtoria euangelij ſecundum Ioannem Græce & Latine ibidem inſerta eſt. Meminit horum carminũ Gregorius presbyter in uita authoris: & Hieronymus illius tantũ quod de uirginitate ſcripſit. Sunt autem partim heroica, partim elegiaca, nonnulla etiam lambica, & hoc ordine ponuntur.

Opuſculũ ubi philoſophaĩ atq; enarrat, quæ in tota uita expertus eſt, heroicis 620.

Virginitatis carmen, heroicis 711.

Documenta uirginibus, heroicis 684.

Luctus de ſuæ ipſius animæ paſſionibus, elegis 350. *Seorſim hoc carmen excuſum eſt cum Baſilii Hexaëmer. Ingolſtad. 1608. 8°. gr. lat.*

Commiſeratiuum de ipſius animæ affectibus, heroicis 170.

De uitæ ſtultitia, & perfidia, & communi omnium fine, heroicis 60.

Lamentatio ſuorum laborũ, & ad Chriſtũ oratio de ſolutione ſuæ uitæ, heroicis 31.

Ad ſeipſum, per interrogationem & reſponſionem, heroicis 31.

Inſomnium de Anaſtaſiæ eccleſia, quam ſtruxit in Conſtantinopoli, elegis 104.

De uitæ differentijs, & contra falſos ſacerdotes, elegis 108.

Ad epiſcopos, heroicis 227.

Ad ſacerdotes Conſtantinopolis & ipſam urbem, elegis 26.

De humana natura, elegis 132.

De extrinſeca hominum uita, elegis 164.

De uitæ itineribus, heroicis 40.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [605] - 282v

Diuersarum uitarum beationes, elegis 66.
Iuramenta, uel promissiones per iusiurandum, elegis 30.
Contra carnem, elegis 50. Contra diabolum, heroicis 20.
Conuersiua erga Deum admonitio, heroicis 16.
Expulsio diaboli, & Christi inuocatio, elegis 24.
Luctus, elegis 8. Ad animum suum, elegis 6.
De fatali humana natura, elegis 12.
Aliud epigrãma, elegis 12. De desyderio erga Deum, elegis 24.
Lamentabile pro sua anima, heroicis 39.
Luctus, elegis 8. Supplicatorium, heroicis 24.
30. Funebris, & compendium suæ uitæ, elegis 2.
Pœnitentiarium & hortatorium, elegis 12.
Contra diabolum, elegis 4.
De legitimis libris diuinitus inspiratæ scripturæ, tum heroicis, & elegis, tum Iambicis 39.
Verbera Aegypti, elegis 12.
Mosis dialogus, heroicis 10. De 12. patriarchis, heroicis 5.
De 12. apostolis, heroicis 5. De Christi genealogia, heroicis 102.
Christi miracula secundum Matthæum, elegis 38.
40. Eiusdem parabolæ & ænigmata, elegis 18.
Eiusdem miracula secundum Ioannem, heroicis 11.
Eiusdem miracula secundum Lucam, elegis 20.
Eiusdem parabolæ, iambicis 22.
Christi miracula secundum Marcum, heroicis 17.
Parabolæ quatuor euangelistarum, heroicis 106.
Ad monachos in communi uita, heroicis 15.
Ad Græcos de monachis hortatorium, elegis 368.
Ad Iulianum, elegis 30. A Nicobulo ad patrem, heroicis 107.
50. Nicoclis ad filium, heroicis 283.
Ad Vitalianum à filijs, heroicis 352.
In nobilem male moratum, elegis 40.
Itineraria, heroicis 33. In silentium in ieiunijs, elegis 20.
Hymni ad Christum post silentium in pascha, elegis 52.
Admonitorium, heroicis 111.
Ad seipsum post reditum ex Constantinopoli, elegis 53.
Ad seipsum, heroicis 117.
In carpentem solitariam uitam degentes, elegis 50.
60. In morbum, elegis 118. Ad Nemesium, heroicis 333.
Sentẽtiæ distichę, elegis 124. Contra mulieres ornatas, elegis 334.
In magnum Basilium 12. epitaphia, elegis 52.
Sententiosa disticha, iambicis 115. Sententiosa tetrastricha, Iambicis 232.
Hæc sunt quæ Aldus impressit: cęterum poëmata de parabolis & miraculis, quæ à singulis Euangelistis narrantur, uidi etiam seorsim excusa Basileæ apud Cratandrum, cum Epiphanij, Hieronymi & Gennadij illustribus uiris, &c.

Quænam huius Gregorij Græce adseruentur in Italiæ bibliothecis, præsertim Romæ Sermones aliquot cum expositione itidem Græca, quæ Basilij nimirum est, ut supra memínimus.
Historiæ mythicæ in epitaphium magni Basilij.
Sermones triginta, & in alio uolumine triginta nouem: & rursus in alio sermones septuaginta nouem, cum eius, tum aliorum patrum Romæ: Et in alio, sermones Gregorij theologi, tum qui leguntur, tum qui non leguntur, quinquaginta.
Sermones uigintiquinq;, εἰς τὸ γενέσθαι τοῦ ἀναγγελίου. Romæ.

Sermones

Sermones in festa Dominica, περὶ φιλοπτωχίας, & omnes inter translatos enumerati supra.
Sermo ad dilectos & monachos & uirgines.
Λόγος ἀπὸ τοῦ πάλιν ἰησοῦς ὁ ἐμός. Genealogia Christi.
Synopsis fidei cum breui expositione. Epistola ad papam.
Carmina & poëmata complura theologi cum expositione.
Alexander Brassicanus etiam alicubi scribit se in bibliotheca sua Viennæ Austriæ multa huius authoris scripta habere nunquam adhuc ædita.

GREGORIVS Neocæsariensis, Ponti episcopus, Origenis auditor fuit: de cuius scri T. cl. 240.
ptis extat ad Origenem Panegyricus, lib. 1. Interpretationum in Ecclesiasten lib. 1. Et plures epistolæ.

* Gregorius Ponticus è Neocæsaria Ponti ciuitate, discipulus Origenis, magna uir fama sanctitatis pariter & doctrinæ. Nã & Athenis florebat philosophus, nondum Christianus. Inde Berytũ uenit, ibiq; iura docebat. Permotus Origenis fama, qui tunc Cæsareæ sacros libros enarrabat, eò uenit, à quo ueram philosophiã edoctus est. Reuocãtibus mox parentibus in patriã rediit, ubi adhuc nullis initiatus sacris, sanctitatis plura ædidit signa, ægros curando, plurimosq; ad Christi fidem per epistolas eruditas uocando. Huius meminit Pamphilus martyr: Eusebius item in lib. quos de Origene conscripsit. Hæc Socrates in Historia Tripartita: unde & Raph. Volaterranus descripsit. Vide plura in Suida, in loco qui incipit Γρηγόριος ὁ θεόδωρος: & mox sequente, Γρηγόριος ὁ ἀθηνόδωρος. Vitã eius Gregorius Nyssenus scripsit, eodem Suida teste.

Gregorij Neocæsariensis archiepiscopi miraculis clari, qui et Thaumaturgos et Hieromartyr uocatus est, epistola siue canones 11. Impressi Basileæ apud Ioan. Frobenium, 1518. in 4. quinq; octauis partibus chartæ unius, cum S. Petri Canonibus, & Gennadij epistola, &c. Ioan. Oecolamp. interprete. Argumentũ. Gothis & Boradis Pontum deuastantibus, ut in bellis fieri assolet, captiui cibis interdictis uescebantur, mulieribus uis fiebat. Auari alienis opibus inhiabant, exulũ bona & prædia occupãtes. Inuenta alij aut seruabant, aut reddituri mercedẽ inuẽtionis exigebãt. De qbus à sacerdote quodã cõsultus, S. ille Gregorius, hac epistola respõdet.

Metaphrasis in Ecclesiasten Io. Oecolampadio interprete, impressa olim Augustæ in 4. deinde Basileæ in 8. sesquicharta, cum Olympiodoro in Ecclesiasten, & Aristea de 72. interpretibus legis Hebraicæ.

Gregorij Thaumaturgi in Origenem (panegyricus nimirum) Romæ in Vatica na bibliotheca seruatur.

De anima liber ad Tatianum, extat apud Diegum Hurtadum Cæsaris legatum Venetijs.

GREGORIVS Nyssenus episcopus, frater Basilij Cæsariensis, ante paucos annos mihi & Gregorio Nazianzeno contra Eunomium legit libros, qui & multa alia scripsisse & scribere dicitur. D. Hieronymus.

Apud Ioannem Trittenhemium perperam legitur Greg. Emisenus, cuius scripta T. cl. 130.
(idem inquit) apud Latinos extant:
De imagine & conditione hominis, lib. 1. Hominem ex anima intellec.
Contra Eunomium, lib. 2.

Gregorius Nyssenus, † theologus ex doctrina uocatus, rhetoricæ eloquentiæ studijs legitime imbutus, orationes ædidit, quę nunc extant, aduersus Eunomium, de diuinitate filij: Apologiam quasi fratris Basilij, quem ille defunctum manifeste oppugnabat, non ausus uiuum attingere. Homilias præterea in Cantica, & ad sororem Macrinam de anima prolixum & egregiũ sermonem. In Ecclesiasten. De laudibus Stephani Protomartyris. Vitam Gregorij miraculis clari. Librũ admirabilem in constitutionẽ hominis. Hæc partim ex Suida, partim ex Raph. Volaterrano.

† Videndum ne confundatur cũ Gregorio Nazianz. cui theologi nomen usitatius tribuitur.

Gregorij episcopi Nysseni de creatione hominis liber, supplementũ Hexaẽmeron Basilij magni fratris, interprete Dionysio Romano Exiguo, nunc primum excusus. De philosophia uel de homine libri 8. interprete Io. Cononе Norimontano: aut potius castigatore. Nam Burgũdio quidã ab initio uertit, sed barbarissime. Mystica Mosaicæ uitæ enarratio, perfectam formulam uiuendi cuilibet Christiano præscribens, Georgio Trapezuntio interprete. Volumen excusum Coloniæ apud Melchiorem Nouesianum 1537. in folio: chartis 52. cum indicibus, ex quibus octo chartæ continent opuscula, Basilij Magni de differentia Vsiæ & hypostasis ad Gregorium Nyssæ episcopum, interprete F. Ioan. Conone: Gregorij Naz. in laudem Gregorij Nysseni orationẽ, eodem interprete: Et sermonem eiusdem de moderandis disputationibus Ioan. Oecolampadio interprete.

Librum περὶ τ κατ εἰκόνα τοῦ ἀνθρώπου γενισιως Io. Nouiomagus emendauit, ut ipse in præfatione testatur, non quidem ad Græca exemplaria: & si quædam huiusmodi esse fateatur ut nisi ad Græci codicis fidem reponi non possint: sed quanta licuit alioqui diligentia. Atq; Dionysius abbas (inquit) recte satis Latinum fecit, nisi librariorum negligentia aliter ad nos uenisset. Diuiditur autem hic liber in capita 31. chartis 11. & dimid.

Burgundio Pisanus.

» Ex præfatione Ioan. Cononis ad Beatum Rhenanum. Gregorij Nyssæ epi-
» scopi librum, quem de homine nominant, olim à Burgundione Pisano Frederici
» imperatoris præfecto, uel indocte è Græco uersum, uel uetustate tẽporis aut libra-
» riorum inertia deprauatum, natiuo splendori restituendum, ut par est, hortaris &
» efflagitas, &c. Aggrediendum igitur statui quod sæpe rogasti, confisus in primis

Ioan Cono de seipso.

» Dei dono, deinde exemplaris Græci quibusdam capitibus & fragmentis in nostra
» bibliotheca repertis instructus, illis deniq; Græcis dicendi proprietatibus anima-
» tus, quas potissimum à præceptore meo M. Musuro Cretensi nuper in Gymnasio

Burgundio.

» Patauino didici, ante uero Venetijs, sub Aldo Romano & Scipione Carteroma-
» cho. Quod itaq; Burgundio uersione sua, ne dicam inuersione, uerbũ uerbo red-
» dens fœdauit, Græca quidem bona & lepidissima sordidis Latinis immergens, tibi
» rursus emaculare & ad meliorem frugem referre studui, non sine multa & assi-
» dua lucubratione: atq; in hunc modum totam hyemem (re fortassis utiliori negle-
» cta, diui Chrysostomi inquam traductione) absumo, &c. Multa ex Basilij Magni
» hexaẽmero Græco emendaui, & Helia Cretensi, ac Ioan. Damasceno, qui uerbo
» tim etiam multa capita diuini Gregorij Nysseni, tanquam eo longe posterior suis
» sententijs interseruit: quẽ præceptor tuus Iac. Faber, nuper Latinitate cultiori de-

Argumentum.

» corauit: utinam tamen non inter aulicorum (ut ipse ait) tumultus, & diuersoriorũ
» angulos, &c. Et paulò post. Præter Aristotelis & Platonis philosophiã, habes
» hic & mere Christianã. Tractat enim sine uelamine & ænigmate, de hominis con-
» stitutione, & eius cõditore, q̃ excellentẽ q̃ nobilem uidelicet, eum fecerit. Deinde
» quod ad corpus attinet q̃ cõmunem, consortem, & participẽ cæteris effecerit, &
» q̃ pacto alijs rebus terrenis, quibus eũ præfecit, uti debeat, et suis maxime rebus,
» corporalibus & spiritualib. exterioribus & interioribus: quæ rationi pareãt, et quę
» nõ pareant. De actibus humanis, qui nostræ potestati subijciunt, nõ fato. Demũ in
» ꝓuidentiã suam philosophiã concludit, &c. Deinde quæ Suidas de hoc authore

Ioan. Damascenus.

» Græce scripsit, transfert, & subijcit. Io. Damascenus tanto hunc ꝓsecutus est ho-
» nore & ueneratione, ut inter scribendũ theologicas sanctorũ patrũ sententias, qui
» ante se fuerãt, multos uersus sæpenumero, imo integra capita ex hoc libro nostro

Helias Cretensis archiepiscopus.

» excerpe, et suo textui inserere minime grauatus sit. Helias insuper Cretẽsis Archi-
» episcopus, uir eruditissimus & disertiss. summus theologus, et tam Platonicæ q̃ Pe-
» ripateticæ sectæ philosophus, plurima ex hoc codice, longo uerborũ tractatu sibi
» tanq̃ suis dictis accõmoda uendicauit, q̃d ipse in plærisq; locis animaduerti. De-
inde Thomam Aquinatem quoq; & Albertum magnũ eius testimonijs tanquam

rati

ratis sæpe uti affirmat. Gregorius Nazianzenus in oratione in Gregoriũ Nyssenum, prædicat eum uirum fidelem, amicum, fidum, eruditũ, sapientem, eloquentem, filium lucis, hominem dei, fratrem amicissimi sui amici Basilij, eumq; esse dignum qui summis olim sacerdotibus conferatur, quibus eum & Basilium magnũ fratres comparat, Moysi scilicet & Aaron.

Opus de philosophia, uel Homine, diuidit in 8. libros, qui p̃ capita subdiuidunt̃.

1 De homine, Vnde constet, mortalis ne uel immortalis sit: quod anima per pœnitentiam reparetur, & corpus ex mortali fiat immortale: Quid sit homo. Omnia propter hominem facta, deq; maxima eius dignitate.

2 De anima. Soluit opiniones de animæ natura Cleanthis, Chrysippi, Dinarchi, Galeni, & Aristotelis entelechiam dicentis. Quod nõ sit numerus. Contra Eunomium, Apollinarium, Manichæum: de opinione Platonis & Platonicorum dissentientium, Iamblichi, Galeni, Ammonij, Porphyrij.

3 De elementis. De quatuor humoribus animaliũ, & eorum partium genere duplici. De quatuor elementorum numero, qualitatibus: & alia quædam ex Aristotelis, Platonis & Apollinarij sententia. Et quod necessario sint 4.

4 De uiribus animæ. De quinq; sensibus externis, & tribus internis. Quomodo ijdem interni lædantur & destituantur. De animæ partibus, rationali, irascibili & concupiscibili, earumq; organis, & affectionibus irrationalium partium, uoluptate, tristitia, ira, timore, ac speciebus singularum. De ui nutritiua, motu cordis pulsatili: de ui generatiua, motiua secundum locum, & respiratiua. Anacephalæosis prædictorum, & quædam de usu bilis, splenis, renum, adenum, cutis, ossium, unguium, atq; capillorum.

5 De uoluntario & inuoluntario. Vtriusq; indicia & signa, cum definitione actus humani, in quo uoluntariũ consistit. De inuoluntario uiolento, & per ignorantiam, & an excusent. De uoluntario, & ubi consistat in anima. De electione & consilio.

6 De fato. Contra fatũ Stoicorũ & Aegyptiorũ. Contra dicentes, liberã electionem esse à nobis, euentũ uero à fato. Platonis opinionem partim cõmendat, partim corrigit: & quædam de annorum reuolutione & rerum omnium reditu.

7 De libero arbitrio. Quod sint quædam in nostra potestate & quæ sint, uidelicet habitus & horũ actiones, sensuumq; operationes, bonaq; aut mala corporis, habitudo. Cur homo sit liberi arbitrij: deq; angelorum bonorum & malorum arbitrio. Et quod sponte mali euadimus. Differentia liberi arbitrij ab habitu.

8 De prouidentia. Quod sit, & quid sit, & quorum: an uniuersaliũ, generum & specierũ tantum secundũ Aristotelẽ, an singularium quoq; per deos inferiores secundũ Platonẽ, & contra Epicurũ. Aduersus Aristotelẽ & alios, qui singulariũ prouidentiã negant, plurimæ rationes. Prouidentiæ cognitionẽ naturaliter nobis insitam esse. Causæ cur aliqui de prouidentia non recte sentiant. Cur diuina prouidentia, cuius est singulis benefacere & disponere tot mala hominibus inferat, etiã iustis. Qui patiuntur innocẽter, aut æquo animo nocẽtes, hic purgari, &c.

Libri de Creatione hominis capita sunt 31. quæ breuitatis causa singillatim non enumerabo. Agunt autem partim de toto homine, quid ante eius creationẽ factũ sit, cur ipse nouissimus creatus, quod pretiosior omni creatura: partim de corpore, quod ipsa constitutione sui imperiosum habitum præ se ferat & aptitudinem ad opus rationis: cur nudus genitus, habitu recto, manibus præditus, an procreatio filiorum sit peccatum: & multa de resurrectione & de materia, deq; bona constitutione corporis quædam circa finem: partim de anima, aut communibus animæ corporiq;, q̃ per sensus mens operetur, ubi principale hominis esse uideatur: de lachrymis, somno, insomnijs, oscitatione, mente. Vnã singulis animã inesse, poten

tia triplicem: quodq; rationalis propria hominis sit. Quod anima per totum corpus fusa, nusquam certam sedem habeat, contra dicentes, animas extare ante corpora, uel è cõtrario ante animas corpora formari, in quo quædam fabulosa opinio de animabus. Quod una & eadem sit corporis & animæ existentia, & una causa talis existentiæ. Exponuntur & loci scripturæ, Faciamus hominem secundum imaginem nostram: Ligni paradisi mystica interpretatio, De uita in Paradiso, et ligno interdicto, &c.

Hi octo libri de homine, seorsim etiã (eodem Io. Conone interprete) sine libro de creatione hominis, Argentorati olim 1512. excusi sunt in fol.

Greg. Nysseni opera, quæ in Italiæ bibliothecis seruari legimus, Græce.

Catecheticus. Contemplatio in hominis constitutionem. In hexaëmeron, Romæ. Enarrationes eius in Genesim Alexander Brassicanus alicubi scribit se habere in bibliotheca sua Viennæ Austriæ. In omnes Psalmos, Romæ. In Ecclesiasten. Liber contra Eunomium. Capita quædam, ὧν ὧ τις δὲ μερικὰ περὶ τοῦ κόσμου φυσιολογίαι, καὶ τις ἀθροτέρα διήγησις περὶ τ προγεγονότων τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως. Similis autem inscriptio est primi capitis primi de homine libri, in Latino codice impresso.

Grego. Nysseni multa opera Græca, Romæ: ut legitur in catalogo Vaticanæ bibliothecæ, nec scio an præter enumerata, reperiantur illic etiam alia.

GREGORII Oecumenij Grammatica Græca, extat alicubi in Italia. Fortassis idem est Oecumenius de quo infra dicetur sine prænomine.

GREGORII Olympiadæ expositio Græca in Cantica canticorum, & in Prouerbia, reperitur etiamnum in Italia nondum excusa.

GREGORIVS presbyter quidam, descripsit uitam Gregorij Nazianzeni, quæ ex translatione Bilibaldi Birckheimeri ab initio orationũ eiusdem Greg. Nazian. in uolumine supradicto impressa est.

GREGORII Proterdij compendium in Physica Græcũ, seruatur alicubi in Italia, &

GREGORII Scholastici grammatica: item

GREGORII episcopi Thessalonicæ, orationes quædam Græce, ibidem.

T. cl. 008. GREGORIVS episcopus Turonensis ex monacho, &c. scripsit simplici & aperto sermone nonnulla uolumina, de quibus extant:

De laude sanctorũ martyrũ,	lib. 1.	Hieronymus presbyter.
De uita quorundã confessorũ,	lib. 2.	Statueram illa tantum scri.
De miraculis S. Iuliani martyris,	lib. 1.	Magnum in nobis quo.
De miraculis sancti Martini,	lib. 4.	Omnibus sanctis & in Christi.
Historia Francorum,	lib. 10.	Scripturus bella regum.
Epitoma eiusdem,	lib. 1.	Chronica ecclesiasticę historiæ, lib. 1.

Cætera quæ composuit, ad notitiam lectionis nostræ nondum uenerunt.

GREGORII Tifernatis, qui nostro sæculo claruit memoria patrum, opera quædam poëtica scripsit, typis impressa, ut legi in catalogo Heruagij officinæ Basilien. Idẽ & Guarinus Veronensis Strabonis Geographicos libros olim conuerterunt.

GVALDENSIS quidam citatur in Summa Angelica inter iuris Canonici aut Ciuilis scriptores.

GVALTERIVS episcopus Pictauien. ordinis minorum, citatur inter Summistas in Summa Angelica.

GVALTHERVS, uidetur nomen esse Germanicum, fortem, potentem, aut principem significans.

GVALTHERVS Hermenius Riffus, Argentinensis, Germanico sermone multa ædidit, ac indies ædit, præsertim in re medica, anatome, pharmaceutica, & chirurgica; & in alijs diuersis artibus, quarum ipse quidem nullam nouit, nec didicit: sed undiq;

undiq; citra iudicium colligit, temere conscribit, nihil quàm imperitus rhapsodus, homo impudentissimus, ac prodigus rei familiaris, qua non dicam quomodo dilapidata, nihil habet reliquum, quàm quod à typographis emungit, proinde magnificos & illices titulos suis operibus inscribit. Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. Si quæ tamen in illis bona reperiuntur, mera sunt furta, & plæraq; perperam à primis authoribus exscripta ac deprauata. Tam enim rapax alieni est, cum propriæ eruditionis nihil habeat, ut non solum obseruationes aliorũ particulares, & capita uel partes librorum, sed integros etiam libros sibi adscribat, ac impudenter pro suis usurpet. Quod si cum iudicio saltem centones suos consarcinaret, ut studiosis Lectoribus non imponeret, nec impediret suis nugis bona ingenia, facilius ignoscí oporteret, quanquam plurimis ipsius furtis, qualia aut quanta inter ueteres, ac recentiores, si qui sunt scriptorum fures, nulla quod sciam reperias. Sed cum & ipse prosit his ephemeris fœtibus nemini, & bonorum doctorumq; hominum iustam gloriam imminuere conetur, nullum ueniæ locum in tanta simul insciti petulantiaq; reliquum uideo. Egenolphus typographus Francofort anno superiore ei excudit Dioscoridem cum rhapsodijs ipsius, uel ut ipse uocat annotationibus, figurisq; stirpium & aliquot animalium, quem emat & legat, cui multum ocij abundat, quisquis tam belli præceptoris discipulum se gloriari uoluerit. Plurima quidẽ ex Leonardi Fuchsij, Hieronymi Tragi, Manardi, Her. Barbari, Verg. Marcelli, & nostris quoq; lucubrationibus, omnia denicq; ex alijs corrasit, ut solet, sine delectu, dummodo habeat quod dicat, nihil ultra pensi faciens. Sed satis nugarum. Præstiterit relicto nugatore & impostore, meliorem ei mentem precantes, ad alios cõuerti. Moguntiæ, ni fallor, nunc agit, una atq; altera honestioribus Germaniæ ciuitatibus non dicam quas ob causas expulsus.

GVALTHERVS Lud. Canonicus Deodatensis, scripsit declarationẽ speculi orbis, siue astrolabij Geographici. Liber impressus Basileæ cum appendice Margaritæ philosophicæ.

GVARINVS, ab alijs Varinus scribitur, uide infra, ubi de Varino Camerte loquemur, qui nomen suum Græce Βαρῖνος scribit. Solent autem Itali & Galli Vu literæ Germanicæ, quæ ualet digamma Aeolicum, g consonantem præponere & u sim plex scribere, ut Guilhelmus, pro Vuilhelmus.

GVARINVS Veronensis, Chrysoloræ Byzantini philosophi quondã auditor, Græci & Latini sermonis peritiss. scripsit ad Leonellum principem opus prænotatum, T. M. 1460.

De differentia assentatoris & amici, lib. 1.
Grammaticã quoq; breuẽ, lib. 1.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1.
Orationes complures, lib. 1.
Cõparationẽ Scipionis & Gaij, lib. 1.
d Carmina multa.

Et alia non pauca. Iussu Nicolai papæ quinti, in Latinum transtulit c Geographiam Strabonis. a Ex Plutarcho multorum illustrium uirorum uitas Latinas fecit. Sed & ipsum b Plutarchum de liberis educandis cum alijs multis elegantissime traduxit, quæ partim habentur.

* De filio eius Baptista Guarino supra dixi. Guarinus autem pater scripsit Canonismata in lingua Græca, impressa opinor apud Italos.

Platonis & Aristotelis uitas, quæ Latinis Plutarchi uitis in appendice iunguntur.

a Ex Plutarcho transtulit uitas, Martij Coriolani, F. Maximi, Marcelli, Philopœmenis, T. Quintij Flaminij, Lysandri, Syllę, Caij Marij, Eumenis, Nicię, M. Crassi, Alexandri magni, Dionis, M. Bruti, & Homeri, in qua postrema omisit ea quæ ad Grammaticam potius quàm ad historiam spectant: Item Euagoræ uitam ex Isocrate, quæ omnia cum Latinis Plutarchi uitis impressa sunt.

b Ex eodem translati, liber de educandis liberis, & alter de comparatione historiarum Græcarum & Romanarum, cum Plutarchi Moralibus (ut uocant) impressi.

c Hic & Gregorius Tifernas Strabonis opus Geographicum olim transtulerunt,
d Carmina aliquot, impressa in 4.

T. GVERICVS abbas Igniacensis, scripsit quædam, è quibus ego reperi tantum opus sermonum de tempore & sanctis per anni circulum, quos habuit
Ad fratres suos, lib. 1. Saluatorem expectamus.
Epistolas etiam scripsit.
De cæteris autem quæ composuisse dicitur, nihil usquam potui inuenire.
* Gerrici cuiusdam commentarios in Euangelium Matthæi Tiguri habemus in bibliotheca publica: est autem antiquissimus codex sermone barbaro in membrana scriptus: & idem forsan est, quem hic Ioan. Trittenhemius Guericum uocat. Nam facile u consonantem ad gamma aliqui adijciunt.

GVIDO, nomen proprium apud recentiores, Italos præcipue usurpatum, quid significationis habeat, ignoro. Vtuntur eo & Galli, primam tantum syllabam pronunciantes.

T.cl.1030. GVIDO monachus & abbas cœnobij de cruce sancti Leufredi, ordinis diui patris Benedicti, patria Aretinus, in hoc præferendus cæteris, quod ignotos cantus etiam pueri & puellæ per eius regulam in manu sua facilius discant per se, quàm per uocem magistri, aut per usum alicuius instrumenti. Scripsit inter cætera ingenij sui opuscula, contra Berengarium clericum Turonensis ecclesiæ,
De corpore & sanguine dñi, lib. 1.
De musica quoq; lib. 2. Igitur qui nostram discipli.
Et alia quæ non uidi.

T.cl.1290. GVIDO de Baypho, archidiaconus Bononiensis, uir in utroq; iure peritissimus, scripsit multa insignia uolumina, è quibus pauca ad notitiam meam hucusq; peruenerunt. Reperi enim duntaxat subiecta. Volumẽ grande & ualde notabile quod Rosarium prænotauit,
Super decreto, lib. 3. Reuerendo in Christo.
Super decretalibus, lib. 5.
* Aliâs, Guido de Bayso. Commentarij eius in Ius canonicum impressi sunt.

GVIDONIS Bonati, aliâs Bonacti Forliuiensis Mathematici, qui sub Martino IIII. pontifice claruit, De astronomia tractatus decem, impressi Venetijs 1506. in fol. cum indice iuxta capitum ordinem, chartis 96.

» Ex præfatione authoris. Cum inspexissem multa opera nostrorum prædecessorum in astronomia, uidi quod aliqui eorum breuiloquium amantes intende» runt loqui prouectis in alijs scientijs: quare uolui componere hoc opus in astrono» mia & maxime in iudicijs, atq; compilare ex dictis antiquorum, qui mihi uisi sunt » incessisse itinere ueritatis utiliora, quæ in ipsis reperta sunt, & in hoc opere ponere, » ad hoc ut tam illis qui non sunt multum in alijs introducti scientijs, quàm in astro» nomia utile foret, & ipsi leuiter, licet fortè non multum breuiter, uenire possent ad » optatum finem iudiciorum. Et quoniam opus erit longum ad maiorem prolixita» tem uitandam, non intendo ponere disputationes nec multas probationes, licet » fortè aliqua possent in hoc opere poni, sed studentium solummodo utilitatẽ inten» do. Et diuisi hoc opus in sex partes: quarum prima est introductorium generale: » Secunda sunt interrogationes: Tertia electiones: Quarta annorum & mundi reuo» lutiones, & includuntur etiam coniunctiones: Quinta de natiuitatibus: Sexta de » pluuijs & imbribus, &c.

» Ex Iacobi Canter Frisij epistola ad Lectorẽ. Hoc opus omnia continet quæ» cunq; ab astronomo, maxime quod ad iudiciorum rationem, desiderari possunt: » cuius author diuino numine afflatus phœbadis instar fata prædicit: testantur hoc » atq; ostendunt eius uolumina: testatur idem Forliuium patria ipsius: quam Mar» tini 4. pontificis maximi tempestate obsessam, dum conciuibus suis idoneum ma»

xime

xime hostibus obuiam exeundi tempus exposuit, incolumem seruauit. Testantur « item hoc ipsum nostra ætate quicunq; præcepta eius secuti uelut fatorum conscij « futura uerissime prædicunt. «

GVIDONIS de Cauliaco Gallus chirurgiæ tractatus septē cum antidotario, impressi Venetijs, 1499. in fol. chartis 36. cum multis alijs libris chirurgicis. Scripsit autē hæc author in gymnasio Montispessulano, anno 1363. & Bertrucium alicubi magistrum suum uocat. Ex præfatione ipsius. Ad solatium meæ senectutis, & ad « solum mentis exercitium, uobis dominis meis medicis Montispessulani, Bononiæ, « Parisijs, atq; Auinione, præcipue papalibus, quibus me in seruitio Romanorum « pontificū associaui: cum quibus audiendo, legendo, & operando fui nutritus, me- « diocritatem obseruando moderata compendiositate perstringam sapientium dicta « principia, quæ in diuersorum librorū uoluminibus de chirurgia tractauerint, pro- « pter quod inuentarium seu collectoriū chirurgiæ uocabitur liber iste. Nec de meo « proprio aliquid, nisi fortè paucissima, addidi, quæ iuxta modicitatem mei ingenij « utilia reputaui. Symphorianus Champerius inquit se additiones quasdam in « huius authoris chirurgiam scripsisse: quas crediderim unà cum textu Lugduni impressas esse.

Eiusdem formularium auxiliorum uulnerum & ulcerum, &c. chartæ 2. impressæ in fol. Venetijs opinor.

GVIDO Concordiensis episcopus citatur in Summa Angelica inter Canonici uel Ciuilis iuris scriptores.

GVIDO Ebroicen. ordinis fratrum Prædicatorū, etiam præter regulas tichonij quædam dedit documenta ad sacræ scripturæ sensum capessendum, ostendens ex quarum rerum ignorantia in doctrinæ sacræ expositione errare sæpius contingit, quæ in quorundam conuentuum bibliothecis inter cætera eius opera recollecta inueniuntur. *T. in appēdice. cl. tempore Caroli sexti Francorum regis.*

GVIDO Ferrariensis ecclesiæ presbyter, & postea (ut ferunt) episcopus, scripsit tam metro quàm prosa non cōtemnendæ lectionis plura opuscula, de quibus ego tantum uolumen carmine scriptum reperi ad Clementem papam quintum super nouum & uetus testamentum, imitatus Petrum de Riga, quod prænotauit Margaritam Bibliæ, lib. 1. Nobile principium ter. *T. cl. 1310.*

GVIDONIS Iuuenalis annotationes quædam in elegantias Laurentij Vallæ, & in A. Gellij aliquot capita interpretatio restituta. Rob. Stephanus impressit Lutetię. Eiusdem commentaria in Terentium impressa Lugduni, 1522. in 4.

Guido Morillonus scripsit argumenta ac scholia in epistolas Heroidum: & in Ibin Ouidij.

GVIDO papa scripsit in 1. & 2. Decret. Super omnes partes iuris ciuilis. De accusatione & inquisitione. De contractibus illicitis. De cōtractibus mercatorum. De literis compulsionalibus. Quibus casibus habeat locum pœnitentia. Clausulas derogatorias. Consiliorū uolumina 3. typis excusa. Consilium de pactis tempore matrimonij, quomodo succedat filia et eius filij. De seruitute negatoria. Decisiones Parlamēti Delphinalis. De excusatore sine mandato. De inuentario conficiendo in hæreditatibus. Quomodo laici ducis Sabaudiæ possint trahi corā ecclesiastico: uel, In quibus casibus laici subditi imperio ducis Sabaudiæ possint trahi ad iudicem ecclesiasticum. De præsumptionibus. De rescriptis: item De statu Delphinali, Si quis per literas. Singularia. Super Statutum, Si quis per literas, cum commento.

GVIDO Perpinianus, patria Cathalanus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, duodecimus Prior generalis, ac deinde Maioricensis, Eluensisq; ecclesiarum episcopus, scripsit multa præclara opuscula, è quibus subiecta feruntur, Opus tripartitum elimatum & insigne, *T. cl. 1330.*

V. p. 332. Sotl. de Perpin.

De perfectione uitæ catholicæ.
Ad Ioannem papam XXII. lib.1.
Quodlibeta sex, lib.1.
Quæstiones ordinariæ, lib.1.
De concordantia euangelistarum, lib.1.
Ad Cardinalem Albanen. lib.1.
Quæstiones de anima, lib.1.
Super sententias, lib.4.
In prima nostra dispu.
Vtrum uerbum in diuinis.
Correctorium decreti, lib.3.
In libros Physicorum, lib.8.
Alia quoq; plura composuit, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

T.M.1137. GVIDO quintus Prior Carthusiæ scripsit quædam, è quibus extat insigne opus, De uita Hugonis Granapl. episcopi, lib.1. De institutionibus Carthu. lib.1. Et quædam alia. Epistolas beatissimi patris Hieronymi nimio scriptorum uitio deprauatas diligenti studio emendauit, & in unum comportauit.

GVIDO Rauennas presbyter ab hinc annos sexcentos historiam pontificũ scripsit. Raph. Volaterranus. Extat eiusdem historia de bello Gotthorum.

T.cl.1130. GVIDO de monte Rotherij, uir in scripturis sanctis admodum studiosus. Feruntur eius aliqua scripta, è quibus ego diuulgatum illud opus per impressuram tantum uidi, quod pro simplicium directione sacerdotum componens prænotari uoluit, Manipulum curatorum, lib.3. Quoniam sicut dicit prophe.

T. GVIDO de Suzaria, doctor in iure peritissimus, fertur in iure quædam præclara cudisse opuscula. Inter quæ extat summa notabilis, quam prænotauit
De actionibus causarum, lib.1. Super causarum ordinatione.
Declarationes quoq; uariæ. Et alia quædam nondum à me uisa.
* Inuenio huius authoris etiam citari Cõmentarios in 1. & 2. ff. ueteris. Tractatum de indicijs & tortura, & alibi de tormentis.

GVILHELMVS, nomen proprium Germanicum ut apparet, quod Germani per digamma Aeolicum Vuilhelmus pronunciant: pro quo alij gamma commune cum u consonante scribunt, ut in Varino dixi. Videtur autem bellicosum esse nomen, cum galeæ nomenclaturam cõtineat, ut apud Italos Galeatius, & aliud uetus Germanicum nomen Brennus. Scribitur autem Guilhelmus apud alios aliter, sunt qui Gulielmum, alij Guliermum inepte pronunciant, Budæus etiam Græcis literis idem prænomen suum ἴλκμος scribit, melius βίλελμος scripturus.

T.cl.1140. GVILHELMVS abbas sancti Theoderici & postea ut dicitur monachus Clareuallensis sub duo patre Bernardo ordinis Cistertien. ædidit nõ spernendæ lectionis opuscula, de quibus ad meam notitiam pauca peruenerunt. Incepit scribere, sed morte præuentus non perfecit.
Vitã sancti Bernardi abbatis, lib.1.
Speculum fidei, lib.1.
Sententiarum fidei, lib.1.
De contemplando deo, lib.1.
De sacramento altaris, lib.1.
Contra Petrũ Abelardum, lib.1.
In epistolã Pauli ad Rom. lib.1.
Scripturus uitam serui tui.
Aenigma fidei, lib.1.
Ad Theophilũ de natura animæ, li.1.
De natura & dignitate amoris, lib.1.
Meditationes pro nouitijs, lib.1.
In Cantica canticorũ imperfectũ, li.1.
Et quædam alia.
Sunt qui dicant hunc Guilhelmum cum adhuc abbas esset sancti Theoderici uulgatam ad Carthusienses illam scripsisse epistolam cuius initium est, Fratribus de monte dei orientale lumen: quæ beato Bernardo à multis ascribitur. Ante Bernardum, cum unum de uita ipsius librum cõplesset, moritur, cui Arnoldus abbas Bonæuallis quatuor alios adiecit libros.

GVILERMVS Aegidius Selandus de Vuisselrerck, librum scripsit super cœlestium motuum indagatione sine calculo: impressum olim in 4. anno 1494. chartis 6. cum dimidia.

GVLIELMVS Anglicus scripsit librum de urina non uisa, & alia quædam ad magiam

giam opinor, uetitam potius quàm ueram eruditionem ſpectantia.

GVILHELMVS Antiſiodorenſis ut ferunt epiſcopus, ſcripſit ualde inſigne & utile T.
uolumen ſiue
Summam theologiæ, lib.1. Sicut dicit Apoſtolus: Fides.
De officijs diuinis, lib.1.

Alia quoq; multa ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

GVILHELMVS de Aquiſgrani, natione Teuthonicus, ſcripſit multa, è quibus in T.cl.1489.
gymnaſio Erfordenſi quædam cum omniũ attentione & laude publice legit. Scripſit autem,
In Euangelium Ioannis, lib.1. In Canonem miſſæ, lib.1.
De paſſione domini, lib.1. Ieſum tradidit uolum.
Quæſtiones diſputatas, lib.1. Itinerarium terræ ſanctæ, lib.1.
Sermones uarios, lib.1. Et alia complura.

* Guliermi cuiuſdam tractatus de paſſione Chriſti, impreſſus in Italia: neſcio an huius aut alterius authoris.

GVILHELMVS Benedictus Cadurcenſis ſcripſit in tertium Dec. de teſtamentis. c. Rainaldus.

GVLIELMVS Bigotius Lauallenſis natione Gallus, quem ante ſeptennium Baſileę uidi, ſcripſit Catoptron, ad emendationem iuuentutis factum carmen: & epithalamion quoddam, & epigramma in empiricum, & alia quædam. Libellus eſt chartarum 4. & dimid. Excuſus Baſileæ apud Rob. Vuinter, 1536. in 4. Promiſit etiam aliquid in nonnullos Ariſtotelis libros: ſed nihildum, quod ſciam, præſtitit.

GVILHELMVS Bont Louanienſis ſcripſit de contractibus mercatorum, & de caſibus ad pœnam mortis lege imponendam: & Diſputationem de uſuris, & de reditibus quædam.

GVILIELMI Briconeti oratio contra Maximilianum pro Ludouico duodecimo, impreſſa.

GVILHELMVS Budæus Pariſienſ. ex clariſſima Budæorum familia natus, ob incre- T. in appẽdice.
dibilem ipſius omnium ſapientiarum notitiam clareſcit indies utraq; lingua eruditiſſimus. Scripſit autem orationes & epiſtolas quàm plurimas,
Elegias & epigrammata diuerſa. Annotationes in quatuor & uiginti Pandectarum, ſeu digeſtorũ libros ædidit: In reliquos æditurus, ut ipſe in ea quam ad Ioannem de Ganayo magnum Franciæ cancellarium ſcribit epiſtola teſtatur.

* Guil. Budæus conſiliarius regius & ſupplicum libellorum in regia magiſter, uir immortali laude apud omnem poſteritatem prædicandus, ut qui non ſolum in ſua gente primus apud Franciſcum Valeſium regem tantum effecerit, ut honeſtis ſtipendijs utriuſq; linguæ profeſſores iam foueantur: ſed ferè primus etiam doctiſſimis libris per mundum diffuſis Græcam linguam clariſſime docuerit, Iuris prudentiam illuſtrauerit, philologiam denicp in antiquum honorem aſſeruerit. Vidi illum Pariſijs ante annos decem, ubi paulò poſt obijt optimæ ſpei filijs, ut aiebant, duobus relictis.

Guli. Budæi Annotationes in 24. Pandectarum libros, poſtremum auctæ & recognitæ, impreſſæ Pariſijs apud Cl. Cheuallon 1536. in folio, cum indice: impreſſerat autem eaſdem prius Iod. Bad. Aſcenſius ibidem, annis 1524. & 1527. chartis 131. unà cum altera æditione annotationũ in Pandectas. Gryphius quoq; Lugduni utranq; æditionem impreſſit, anno 1541. Explicantur autem in iſtis annotationibus præter iuris declarationem permulta ad Græcam & Latinam philologiam ut iucunda ita neceſſaria cognitu. Vide præfationẽ in libros eius de Aſſe, quæ hic ſubijcitur.

De aſſe & partibus eius libri 5. excuſi Pariſijs apud Aſcenſium 1524. in fol. & Venetijs apud Aldum. Deinde aucti & recogniti Coloniæ apud Soterẽ, 1528.

in 8. cum indice: adiecto etiã Breuiario de asse & partibus eius per eundẽ Budæũ: chartis 45. & dimi. minimis characteribus: postremo Lugduni, anno 1542. in 8.

De annotationibus in Pandectas.

» Ex præfatione authoris. Annotationes primum in Pandectas ædidi: in quibus non pauca contra receptam in uulgus hominum opinionem, & multarũ ætatum sententia præiudicatam, in iudicium deduxi: nonnulla etiam fortasse ne inter doctos quidem satis animaduersa. Qua in re utinam mihi non obfuerit quod tumultuosius quàm decebat in medium attuli, quæ tumultuarie collegerã: ita enim inconsulto feruore me intuli in publicũ, ut facilius culpam deprecari quàm nunc inficiari aut excusare possim: ausus ipse Mineruam (ut aiunt) Athenis uiolare, id est Accursij authoritatem inter iurisperitissimos obtrectare, quæ summa et optima pars est nostrorum magistratuum. Nunc alteram lucubrationem grandioris incepti operosioriśq; profero, non in unum genus illam scriptorũ æditam: sed in uniuersum pertinentem ad antiquitatis interpretationem, & per omne propè genus authorum probiorum utraq; lingua patentẽ. Sed & illud interest, quod in illa commentatione cum ignorantiæ alumnis res mihi tantum fuit, quibus ferè ueritas retrorsum longius repetita persuaderi uix potest. Docti autem uiri nullum mihi negocium facessere uidebantur, qui uel ipsi ueritatem suapte intelligentia deprehendere solent, uel dociles ad optimam quanq; doctrinam se præbere non grauantur.

De præsenti operε.

» At uero huius ea ratio est & conditio, minime quidem ipsa popularis: ut quas res in iudicium affero, ijs de rebus censuisse recte non nisi solus & unus possim. Et paulò post. Primus enim (ut reor) instaurandam hanc partem uetustatis suscepi, ab alijs non neglectam, sed uel hactenus conclamatam, uel præuaricatione transmissam. Addidi etiam uocabula non è promptuaria penu sumpta, quũ ipsum per se operis argumentũ suopte gustu posset ad stomachos acriores facere, nulla etiam sermonis iucunditate conditum. Titulum operis enim elegi qui rem tractandã implere recte intelligentibus posset, nec tamen profiteri Archimedeum quoddam inuentum uideretur, aut auidam spem legentium immani pollicitatione frustrari.

Argumentum.

» Nam neq; eiusmodi librum condidisse glorior, qui in arce Mineruæ statim consecrandus sit: nec rursus cuiuslibet industriæ esse censeo pondera & mensuras priscorum, numismatis Græci Latiniq; rationem æstimationemq;, simul numerandi colligendiq; modum hoc tempore explicasse, ac priscã mundi opulentiam ad numerum perpendisse. Id quod nisi effecisse uidebor, propositi compos non ero. Et paulò ante finem. Postremo autem hoc libens ab omnibus lectoribus, arbitris, & ipsis operis postularim, ut cum mihi leuiores culpas condonarint, cui Aristarcho nullo uti licuit: sicubi obscuriores fuimus, quàm ut abs quolibet Lectore planè aut facile intelligamur (ut certe interdum de industria fuimus, quoniam ita referre decori arbitrabamur) ibi ut diem ipsi partim iudicij sui diffundãt, quoad alios acrio res consuluerint, partim quasi sibi hæc inquirere non uacet, aut pigeat, de figuratis locis non liquere fateantur, potius quàm ut præpropere aut inique quicquã de nobis pronuncient. Hanc præfationẽ scripsit author Parisijs 1514. idib. Martij.

De contemptu rerum fortuitarum liber, cum annotationibus docti cuiusdam, (Iacobi Tusani opinor) impressus Argentorati in 8. 1529.

De transitu Hellenismi ad Christianismum liber, impressus Parisijs in fol.

De studio literarum recte & commode instituendo ad Franciscum regem.

De philologia libri duo ad Henricum & Carolum Franciscum, & Carolum Francisci regis filios: in quibus multa quoq; per digressiones iucunde narrantur, ut in secundo libro de uenatione quædam. Volumen impressum Basileæ apud Vualderum, 1533. in 8. chartis 16.

Epistolæ Latinæ, & Græcæ quædam, excusæ Parisijs apud Ascensium, 1521. & apud Cratandrũ Basileæ, 1521. in 4. chartis 24. & rursus 1528. annotationes Iacobi Tusani in epistolas eius priores. Vide infra in Iacobo Tus. Diuiduntur autem in priores

priores & posteriores. Epistolæ, quas uidi, numero sunt 27. scriptæ ad Richardum Paceum, Thomam Morum, Thomam Linacrum, Lud. Viuem, Salmonium Macrinum, Bapt. Egnatium, Nicolaum Beraldum, Cl. Cantiunculã, Ioachimum Vadianum, P. Bembum, Iac. Sadoletum, Nicolaum à Querceto prætorẽ Mediolaneñ. Petrum Amicum Sodalem Franciscanum, Adelphum Roboreum, Christophorum Longoliũ, Ludouicum Ruzæum suppræfectum Parisieñ. Franc. Picartum, Christoph. Picartum, Draconem filium, Ioan. Picartum, Germanum Brixium, Franci. Deloinum, Lodouicum fratrem, Ianum Lascarem, Crocum, Guliel. mum Mainum, Erasmum. Posteriores aliquot ex illis Græcæ sunt.

Græcæ linguæ commentarij, cum indicibus uocum Latino & Græco, excusi Parisijs, & Coloniæ apud Soterem, 1530. in fol. & Basileæ apud Bebelium eodem anno in fol. chartis 193.

Ex præfatione Guliel. Budæi in fine totius operis excusa, quædam ad argumentum horum comentariorum pertinentia, quæ ut ab authore scripta sunt, Græce huc apponere uisum est, ut inde iudicari liceat de eruditione ipsius in ea lingua, quam profitetur. Τοῖς μὲν οὖν τὰ φιλολογίας δ' ὁμοῦ βρεφομένοις τ' γιγνόμενον, εἴ τι ἄλλο προσῆκε ποιῆσαι ὑπὸ τοῦ ἐπιφυομένου τὸ πραγματῶδες τ' φιλοπονίας, καὶ τοῦτο δὴ χρὴν ἐν τοῖς μάλιστα, ὅπως τοὺς λόγους τ' ῥητόρων ἐπαΐοντές τε ἐπιλέξοιτο καὶ μεθ' ἡδονῆς διέξιασι. τοῖς γὰρ δυσχερῆ μὲν τ' πόνον παρασκευάσαμεν ἔμελε, τὴν ἐλπίδα δὲ τ' φιλομαθῶν πρὸς τὰ πόῤῥω ἐπιῤῥώσαμεν. Τούτοις τοίνυν τὰ τ' λογογράφων τε καὶ τ' ῥητόρων ἐπερχόμενοι νοις ἐνοχλήσαμεν ὤμην οὐχ ἥκιστα τὰς δικανικὰς λέξεις, τάχα δὲ καὶ τὴν ἄγαν αὐτ' προθυμίαν ἀπταισθύσαμεν. ἐφῶ δ' ἂν προὔργου τι ποιήσειν μοι ἐδόκουν εἰ τῷδε τῷ μέρει ἐπιτυχῶς τῆς ὑπογρα φῆς ἐπιθησοίμην· τοῦτό τε πιῶν, ἢ τῆς τ' ῥωμαίων γλώττης ἐκάστη φωνὴ τὴν προσήκουσαν ἑρμηνείαν ὅπως παρέποι αὐτὸς ἀποδιδοίην. καὶ μετ' ὀλίγα. καὶ δὴ ἐκ προσαγωγῆς πόῤῥω που ἐφάνη διεξελθών, ὑφ' ἡδονῆς τῆς συντάσεως, καὶ τοῦ ἐφεξῆς ἀεὶ ἀνεχομένου τὴν ὑφὴν παρεκτείνοντος. τοῦ γὰρ ἔμπροσθεν σκοποῦ ἀνηρημένου, ἅπαν ἐν παρέργου μέρους ὀλίγως ἡδυνήθη τεθεῖσθαι, ὡς τὰ ἄλλ' ἐπ' ἄλλοις ἡμῖν ἐπορχόμενα, τ' ἄνθη παραπεπλεγμένων ἁρμοττόντως ἔχειν, τούτοις οὕτως ἐπεξῆλθον, ὡς' ἀνδιαμοῦ ἀνδιατύπωτόν τι συνδεῖναι μοι οὖν τι καὶ ὑφημένῳ, οὔτε τὴν ὁδὸν ἐκτραπομένῳ ἢν δύνασπορεῖν ἐξάμην. καὶ ἵνα δὴ καὶ ὅσα γε ἐνθυμεῖσθαι δυνατὸς ἦν ἐγὼ τ' πραγματείας ἀκριβοῦς δεομένων, ἢ λόγου δυνάμενα ξίων, ἢ δυσεικάσων παρὰ τοῖς πάνυ συγγράφουσι, εἰ ὅπως δ' ἂν γλωσσηματικὰς λέξεις ἢ ἃ πεπραγματευμένας οἱ πάλαι ἀποκαλοῦσι, ταῦτα δὴ πάντα διασαφηνίσαι τ' ἐνεχείρησα, εἰ τὰ ἀνωμαλῆ τοῖς νέοις καθομαλίσαι σφόδρα δι' εὐφιλοτιμήθην, &c. Ex his Guliel. Budæi uerbis apparet, hoc ei præcipue studio fuisse in hoc opere, ut uiam præpararet studiosis ad lectionem oratorum, & ut oratorias atq; forenses præcipue dictiones atq; locutiones explicaret, & proprie simul eleganterq; Latino sermone redderet. Permulta sunt autem, quæ ad Latinæ linguæ elegantiam & puritatẽ obiter explicantur. Authores ex quibus exempla & testimonia densissime citare solet, oratores plærique sunt, quotquot exstant, & historici, & philosophi, & alij solutæ orationis scriptores, poëtæ autem nulli aut rari. Veluti, Xenophon, Demosthenes, Isocrates, Thucydides, Herodotus, Polybius, Herodianus, Philostratus, Plutarchus, Dionysius, Lucianus, Athenæus, Pausanias, Aeschines, Andocides, Philostratus, Gorgias, Lysias, Antiphon, Dinarchus, Lysander, Synesius, Eustathius, Aristoteles, Plato, Theophrastus, & aliquando Dioscorides, Hippocrates, Galenus, Aristophanes Comicus: Philo, Basilius, Chrysostomus, Gregorius, nouum Testamentum, &c. Latinos quoque diuersos authores citat, & confert cum Græcis, ea diligentia & iudicio, ut quisquis aut sibi in hac lingua proficere uelit, aut profiteri eam publice, aut aliquid ex Græcis uertere, non utiles modo sed necessarios hosce commentarios sibi fore existimare debeat, siue ut semel perlegantur, si cui tantum uacat, siue ut Lexici similem usum præbeant ad perquirendum obscuriora cum opus erit. Nam ordinis defectum supplent indices. Taceo quod multa de rebus fo-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [617] - 288v PUBLIC DOMAIN

tensibus & iure antiquo Græcorum, hinc addiſci liceat. Ante annos aliquot ſpem nobis fecerant quidam ex Gallijs ad nos reuerſi, breui eoſdem commentarios duplicatos in lucem Pariſijs exituros, ſed hactenus expectatione uana ſuſpendimur.

» Ex præfatiuncula authoris, quæ ſtatim initiũ libri ſubſequitur. Et quoniam
» uſus ſcribentium eſt multiplex, ego quæ in mentem mihi uenient, in hos commen
» tarios, quàm potero explicatiſſime, referam, & ad iuuenum captum quàm appoſi-
» tiſſime: ita tamen, ut ſi iam fortè prouectiores eos legerint, nonnulla inuenturi ſint
» (niſi fallor) ob quæ nec omnem operam luſiſſe ſe dictitent, nec nos in rebus tranſ-
» latitijs, tantum laboris exhauſiſſe.

De ſeipſo & dignitate ſua quam geſſit, ſcribit quædam in ijſdem Commentarijs, ubi forẽſes locutiones παρελύειν καὶ διαγράφαι τὴν ἀμφισβήτησιν, καὶ πάλιν εἰσάγειν τὴν δίκην interpretatur, columna 312. Baſilienſis æditionis.

G. Budæi de ponderibus & menſuris quædam, prius non uiſa, cum neſcio quibus aliorum opuſculis impreſſa.

Ex Græcorum ſcriptis Latina fecit,

Ariſtotelis & Philonis libros de mundo, ubi conqueritur de uulgatis exemplaribus corruptis, cum ei nullum manuſcriptum contigiſſet. Impreſſi ſunt Græce Latineq; Baſileæ apud Vualderum 1533. in 8. cum Cleomede de mundo translato, & annotationibus Sim. Grynæi in Ariſtot. de mundo.

Plutarchi opuſcula quædam moralia, nempe de placitis philoſophorum, lib. 5.
De tranquillitate animi, lib. 1. De fortuna Romanorum, lib. 1.
De fortuna & uirtute Alexandri, lib. 2. Impreſſa Baſileæ apud Cratandrum cum Latinis aliquot Plutarchi moralibus libris in folio.

GVIELMVS Budæus, alius à ſuperiore, doctor medicus: cui dialogum anatomicum Guielmus Chriſtianus dedicauit.

T. GVILHELMVS Caliſſordienſis, natione Anglicus, ordinis fratrum beatiſſimæ Mariæ ſemper uirginis de monte Carmeli, ſcripſit prædicatoribus diuini uerbi nõ ſpernenda opuſcula, de quibus extant, notabilis

Lectura quædam, lib. 1. Sermones de tempore, lib. 1.
Sermones de ſanctis, lib. 1.

T. in appẽdice. natus eſt 1408. GVILHELMVS Caſtellus ſeu Caſtalius Gallus, poëta & orator terſiſſimus, Turonen. patre Chriſtiano Caſtello doctore Pariſien. regio medico, Turonis naſcitur, adeptus in theologiæ facultate doctoratum, Turonum ſeceſſit, ubi archidiaconatu & canonicatu fruitur, orationi & prædicationi intentus: Quod ſupereſt temporis, bonis diſciplinis impertit nomini & poſteritati conſulens, ut iam cœpit multis operibus quæ in lucem emiſit: Quorum nomina ſubijciuntur,

Sibyllinum de iudicio extremo carmen.
Aegloga, cui nomen, Eumorphus.
Carmen de ſtultis mulierum uotis.
Dialogus in Iacobi fabri Stapulenſis laudem.
Elegiarum, lib. 1. Epigrammatum, lib. 1.
Epiſtolæ ad diuerſos multæ & uariæ. Expectantur longe maiora.

GVIELMVS Chriſtianus Aurelius nuper ſcripſit libellum Gallicum, inſcriptione Philalethes de erroribus anatomicis partiũ aliquot humani corporis in uſum Chirurgorum cum præfatione Latina ad Guielmum Budæum quendam medicum, in qua reprehenſo medico quodam, qui tantæ frigiditatis inteſtina eſſe dicebat, ut clyſtere infuſa ab eis ex poteſtate in actum redigi non poſſent, ſubiungit: Quam-
» obrem Philalethen hunc noſtrũ quem nuper de certis anatomes erroribus in Chi-
» rurgorum gratiam Gallico ſermone conſcripſi, aut uerius ex Galeni ſcriptis ex-
T. in appẽdice. » cerpſi, tibi mitto ut ipſum quoq; probes & probatũ tuearis dum tibi maiora paro.

cl. Pariſijs ſub Ludouico 12. GVILHELMVS Copus Baſilienſis, eruditiſſimus philoſophus, Latinæ Græcæq; linguæ

linguæ peritissimus, medicinæ professor. Cudit quæ posteritas legat, inter quæ iam habemus,
Pauli Aeginetæ præcepta salubria ab ipso Latino decore uestita.
Item Hippocratis prognostica.
* Guil. Copus primus ferè inter doctiores & elegantiores medicos, strenue medicinam à barbarie asseruit, & nitido sermone aliquot Græcorum opera medicorũ, bonaq; fide & diligentia Latinis propinauit, ex quibus nos quidem ab eo translata scimus inter Galeni scripta,
De locis affectis, lib. 6.
De morborum differentijs, lib. 1.
De morborum causis, lib. 1.
De symptomatum differentijs & causis, lib. 3. Qui omnes cum Latinis Galeni operibus uarijs in locis excusi sunt.

GVILHELMVS de Cumo, natione Gallus, iuris ciuilis consultissimus interpres, ædidit professoribus legum non spernenda opuscula, nempe: T. cl. 1310.
Super. ff. ueteri. lib. 24.
Super Codice quoq; lib. 9.
Et alia diuersa.
* Guilhelmi de Cuneo (sic enim legendum est) scripta citata legimus, super 1. & 2. Cod. De exemptionibus. De muneribus. De securitate.

GVILELMVS Dorotheus Venetus artium atq; Theologiæ Doctor, Græcorum interpretum commentarios aliquot, in libros Aristotelis quosdam, nuper Latinos fecit, qui omnes impressi sunt Venetijs apud Scotos in fol. singuli separatim: sunt autem isti.
In decem categorias Aristotelis Simplicij commentarij, cum sex principijs ab eodem authore æditis, 1541. chartis 39. In epistola circa finem Epictetum quoq; & Demosthenem Latinos daturum se promittit.
Alexandri Aphrodisei in 8. libros Topicorum Aristotelis commentatio traducta, 1541. charactis 52.
Ioan. Grammatici Philoponi in 4. Aristotelis libros de naturali auscultatione expositio translata. Impressa anno 1539. & rursus 1542.

GVILHELMVS Duranti episcopus † Minacensis, Henrici Hostiensis quondam auditor atq; discipulus, quem Speculatorem nuncupant, doctor in iure peritissimus, & ecclesiasticæ obseruationis ualde studiosus, scripsit ad Ottobonum Cardinalem S. Hadriani, postea summum pontificem Hadrianum quintum egregium opus in tribus uoluminibus partitum, quod prænotauit: T. cl. 1330. † Aliás Mimatensis.
Speculum iuris, lib. 3. Reuerendo in Christo.
a Rationale diuinorum, lib. 8. Quæcunq; in ecclesiast.
Repertorium iuris, lib. 1. Protoplasti rubigine.
Et quædam alia.
a * Guillermi Durandi (qui composuit Speculum iuris & patrum pontificale) Rationale diuinorum officiorum. Opus impressum Lugduni in paruo folio, 1516. chartis 96. Ex præfatione authoris. Licet non omnium quæ à maioribus « tradita sunt ratio reddi possit. ff. de legi. l. non omnium 23. 4. 4. Nabuchodonosor. « in prin. quia tamen quod in his ratione caret extirpandum est 68. di. cor epi. 12. « di. omnia. idcirco ego Guillermus Durandi sanctæ Mimatensis ecclesiæ sola Dei « patientia dictus episcopus pulsans pulsabo ad ostium, si forte clauis Dauid aperire « dignetur: ut me introducat rex in cellam uinariam, in qua mihi supernum demonstretur exemplar, quod Moysi fuit in monte monstratum: quatenus de singulis « quæ in ecclesiasticis rebus aut ornamentis consistunt, quid significent, & figuram « eo ualeam reuelante clare & aperte disserere, & rationes ponere, qui linguas infantium facit disertas. Et multis interpositis, subdit. Non enim uniuscuiusq; loci « specialia, sed communes, atq; usitatiores ritus hic prosequimur. Decreuimus « itaque secreta diuinorum officiorum mysteria hic claro stylo, prout erit possibile, «

„ exarare, & quæ uiris ecclesiasticis pro quotidiani usus intelligentia necessaria ui-
„ sa sunt enucleare, & medullitus explicare, quemadmodum & pro illis qui circa
„ iudicia uersantur sæcularia, olim in speculo iudiciali fideliter egisse dignoscimur
Inscriptionis causa. „ in statu dissimili constituti. Et paulò post. Sanè liber iste Rationalis uoca-
„ bulo describitur. Nam quemadmodum in rationali iudicij, quod legalis pontifex
„ ferebat in pectore, scriptum erat manifestatio & ueritas: sic & hic rationes uarie-
„ tatum in diuinis officijs, & earum ueritas describuntur & manifestantur, &c.
„ Illud quoque quatuor coloribus auroq; contextum erat: & hic, ut præmissum est,
„ rationes uarietatum in ecclesiasticis rebus atq; officijs, quatuor sensibus, uidelicet,
„ historico, allegorico, tropologico, & anagogico fide media colorantur. Distin-
Argumenta octo librorum. „ guitur autem in octo partes: in quarum prima agetur de ecclesia & ecclesiasticis
„ locis & ornamentis, de consecrationibus & de sacramentis. In secunda de ec-
„ clesiæ ministris & eorum officijs. In tertia de sacerdotibus, & de alijs indumen-
„ tis. In quarta de missa, & de singulis quæ in ea aguntur. In quinta de alijs
„ diuinis officijs in genere. In sexta, specialiter de singulis dominicis, & ferijs, &
„ festiuitatibus ad Dominum pertinentibus. In septima, de festiuitatibus sancto-
„ rum, & de festo & officio dedicationis ecclesiæ ac mortuorũ. In octaua, de com-
„ puto & Calendario.

T. cl. 1230. GVILHELMVS episcopus Parisiensis, patria Aluernus, multa scripsit, è quibus sub-iecta feruntur, Volumen insigne prænotatum,

De sancta Trinitate,	lib. 1.	De primo principio,	lib. 1.
De Sacramentis,	lib. 1.		
Cur deus homo,	lib. 1.	Ponam adhuc quatuor.	
Summa uirtutum,	lib. 1.	Summa uitiorum,	lib. 1.
De fide & legibus,	lib. 1.	In ordine diuinalium sa.	
De animabus humanis,	lib. 1.		
De bono & malo,	lib. 1.	De uniuerso,	lib. 6.
De professione nouitiorum,	lib. 1.		
De dono scientiæ,	lib. 1.	De operibus uirtutum,	lib. 1.
De 30. remedijs tentationum,	lib. 1.		
Contra pluralitatem beneficiorum,	lib. 1.	De claustro animæ,	lib. 1.
De Rhetorica diuina,	lib. 1.	In sacris ac significati.	
De pœnitentia,	lib. 1.	Secunda tabula post.	
De dæmonibus,	lib. 1.	Postquam auxilio dei eo.	
In Psalterium,	lib. 1.	In Prouerbia Salomonis,	lib. 1.
In Ecclesiasten,	lib. 1.	In Cantica canticorum,	lib. 1.
In Euangelium Matthæi,	lib. 1.	Sermones uarij,	lib. 1.
Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.	In Hexaëmeron lib. 1. Paris.	

Alia quoq; nonnulla ædidit, quæ ad notitiam meam minime uenerunt.

* Guilhermi episcopi Parrhisiẽsis tractatus duo de collatione et pluralitate ecclesiasticorum beneficiorum, impressi in 4. Argentinæ apud Knoblauchum, 1507. charactis 5. In primo docẽtur principes, episcopi, archidiaconi, abbates, & reliqui prælati, proceres, ciues, senatus, capitula, canonici, quod ad præbendas, ecclesias, altaria, eligendi sint, nominandiq; præsentandi, aut inuestiendi: non pueri, non indocti, non indociles, non ecclesiæ Dei inutiles, non scientiarum & uirtutũ hostes, non dissoluti & impudici, non qui officium suum implere nõ norunt, non quibus sacra olent & carnalia redolent, non quibus prius sufficienter de Christi patrimonio prouisum est. In altero demonstrantur horrenda eius pericula, qui multa beneficia ecclesiastica tenet & absorbet: cui pauciora pro honesta uitæ suæ sustentatione satis emolumenti præstarent.

T. cl. 1470. GVILHELMVS Forleon, natione Brito, ordinis fratrum minorum sancti Francisci, ædidit

ædidit quædam præclara in ſcripturis opuſcula, è quibus extat celeberrimũ opus:
Super ſententias, lib. 4. Quæſtiones uariæ, lib. 1.
Etalia complura.

GVILLELMVS Fulginas monachus Franciſcanus Bonauenturæ opera in compendium redegit. Raph. Volaterranus.

GVILIELMVS Gallus Tyrius epiſcopus nominatur inter illos ſcriptores, ex quibus memorabilia ſua Bapt. Fulgoſus decerpſit.

GVLIELMI Gaudani cuiuſdam carmina, typis uulgata.

GVLIELMVS Gnapheus Hagienſis, gymnaſiarcha quondã in patria, nunc autem D. Alberti Marchionis Brandenburgen. &c. conſiliarius, ſcripſit de filio prodigo Comœdiam, quæ ab authore ſuo recognita impreſſa eſt Coloniæ apud Ioan. Gymnicum 1540. in 8. chartis 5.

Eiuſdem Tragicomœdia Hypocriſis inſcripta, de falſa religione, ficta diſciplina, & ſupplicio, deq; Pſyches calamitate, & reſtituta illi per ueram pœnitentiam ſalute. Impreſſa Baſileæ, 1544. in 8. chartis 5. Ex præfatione authoris ad lod. Vuillichiũ. Nolim tamen interim huius poëmatis, quod damus, nouitate quic “
quam offendaris: nam hoc conſilio hanc Hypocriſim conſcripſi, ut rei Comicæ ſtu “
dioſis uiam quandam aperirem, qua quicquid uiſum ſit materiæ etiã Theologicæ “
κωμικῶς tractent: ſi quando libeat poëſios uſum clariorem facere, eiusq; pomeria di “
latare: id quod ſi paſſim præſtetur noſtro exemplo, futurum erit, ut hæc quoq; ſcri “
bendi facultas innocentius aliquanto q̃ hactenus tractetur. Argumentum. “
Pſyche ad Iouis tribunal ob cõnubiũ Cupidinis uocata, Muſico à choro “
Rea facta, mire triſtis angitur. Bona Hypocriſis huc inducta Dirarum dolo, ut “
Cũ Apolline experiat in Pſyches ſuę Cauſa, nimis dat turpiter ſeſe, quia “
Dicto die nudata, iure proditur, Adiudicatur Orco, & ipſius interim “
Erinnyos uexata flagris oppetit. Supplex Pſyche Metanœã adit, Genio du “
Separata ſed diuortio à Cupidine, Cuius refracta ut tela, pfert pœnitẽs, (ce, “
Metanœa eã excipit, uiã ad Litas docet. In qua Cupido ſuã Pſychen fruſtra ap- “
Hinc Palladis iuſſu illa prõpte ſupplicat, Et charitate accẽſa uera numinis, (petit, “
Quam prodit uſq; geſtiens in regiam Tandem patris cœleſtis introducitur. “
Inter perſonas, Pſyche, eſt anima peccatoris, eruditione præſertim ſua abutentis, Cupido affectus malos & uitia animi ſignat.

GVILHELMVS Guarronis, natione Anglicus, ordinis fratrũ minorum, præceptor Ioannis Scoti eiuſdem religionis, ſcripſit ingenij ſui quædam non ſpernenda opuſcula, è quibus extant, T. cl. 1270.
Super ſententias, lib. 4. Quoniam teſte beato Auguſti.

GVILHELMVS monachus Haffligemen. cœnobij ordinis ſancti Benedicti, natione Teuthonicus, & aliquandiu in eodem monaſterio Prior, carmine ualens & proſa, ædidit utroq; ſcribendi genere quædam non ſpernenda opuſcula. T.
Sermones non inutiles, lib. 1. Viſiones cuiuſdam monialis, lib. 1.
De uita ſanctæ Lutgardis, lib. 1.
Alia uero quæ compoſuit ad notitiam meam adhuc minime uenerunt.

GVILHELMVS Hamretonius de ordine & forma iudiciorum ſcripſit. Liber eſt impreſſus Francofordi in 4.

GVILIELMI Hermanni Goudenſis extat odarum ſylua.

GVILHELMVS abbas Hirſaugienſis cœnobij, in diœceſi Spirenſi, ordinis S. Benedicti, natione Teuthonicus, ad quẽ beatus Anſelmus Cantuarienſis archiepiſcopus nonnullas conſcripſit epiſtolas, ſcripſit pro conſeruatione monaſticæ obſeruantiæ ex ueterum ſtatutis, T. M. 1052.
Conſtitutiones monachorũ, lib. 2. Cum ego frater Guilhelmus.
De muſica & tonis, lib. 1. Poſtquam donante deo pe.

De horologio, lib. 1. Quisquis ueracissimum.
De correctione psalterij, lib. 1. Si quis in hac necessaria.
Ad S. Anselmum canth. epi. 3. Epistolarum ad diuersos, lib. 1.
Et alia quædam.

* Philosophicarum & Astronomicarum Institutionum huius authoris libros 3. Hen. Petrus excudit Basileæ.

GVLIELMI Insulani Menapij Greuibrugensis, præpositi ecclesiæ D. Adalberti Aquensis, encomium febris quartanæ, quod in patria ante biennium, nec indocte, nec ineleganter elaborauit, impressum eodem anno, 1542. Basileæ apud Ioan. Oporinum in 8. chartis 6. Adiecta etiam ratione curandi febrim eandem ex diuersis authoribus collecta.

Aula, quo libello partim refelluntur & deriuantur, partim attenuantur crimina tiones in aulam Aeneæ Syluij & Vlderici Hutteni. Liber impressus Coloniæ in 4. 1539.

Eiusdem Sylua seu Miscellanea obseruationum linguæ Latinæ, & oratio funebris in obitum D. Erasmi Rot. Liber impressus Basileæ apud Rob. Vuinter in 8. cum indice, chartis 13. & apud Scotum quendam in 8.

Ex præfatione authoris ad D. Gulielmum iuniorem principem Cliuis, &c.

» Itaq; ut in tanta diuersitate scribendi ac iudiciorum uarietate prodessem studiosis
» literarum omnibus, discretionemq; aliquam ostenderem sermonis Latini ac barba
» ri, sum annixus: quamobrem uoces aliquas uitio ac licentia temporum paulatim
» in consuetudinem deductas, hic in ordinem redegi, quas non secus quàm insa
» mem scopulũ maris nauta, ita doctus quisq; scribendo & loquendo uitare debet.
» Interim etiam demonstraui nomina quædam pro cursu temporum, ac iudiciorum
» inæqualitate aliter apud alios usurpata, quibus sparsim ad formam miscellaneorũ
» alia quædam non profecto pœnitenda sunt interiecta.

Liber de ratione uictus salubris & sanitate tuenda, excusus Coloniæ apud Ioannem Schœnsteniũ, 1540. in 4. chartis 21. & Basil. apud Vuesthemerũ, 1541. in 8. Diuiditur autem in capita 49. complectens ea omnia quæ medici uocant non naturalia, & præcipue cibum ac potum. Sermo purus est & elegans. Authores sequitur Græcos in primis medicos, Galenum, Hippocratem, Aristotelem, ex Latinis Celsum, Plinium, rei rusticæ authores, &c. in præfatione fatetur se in iustam compendij formam referre, quæ probatissimi olim scriptores sparsim ac uarie de tuenda ualetudine prodiderunt.

Oratio suasoria ad Carolum v. Cæsarem, & Franciscum Galliarum regem de pace & concordia inter ipsos cõstituenda. Rob. Vuinter excudit Basileæ, 1537. in 8. chartis 3.

GVILHELMI de Iuuera, arbor Iurisdictionum.

T. GVILHELMVS de Kayotho, ordinis fratrum Prædicatorum, Prior prouincialis in Francia, scripsit quædam non spernenda opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum laude transmisit. Summam Ioannis Teuthonici, quæ confessorum dicitur,

Abbreuiauit, lib. 1. Quid est symonia, dic.
Sermones diuersos, lib. 1. Cætera quæ cõposuit, incognita mihi sunt.

T. cl. 1208. GVILHELMVS Lamarensis, ordinis fratrum minorum, composuit uaria in scripturis opuscula, è quibus ista feruntur,

Super sententias, lib. 4. Correctorium operum Thomæ, lib. 1.
Additiones in Bonauenturam, lib. 1. Et quædam alia.

† Aliàs Laudu= no. GVLIELMI Lapidani Veruiacensis methodus dialectica, Aristotelicæ doctrinæ cupidis perquàm utilis, ut habet inscriptio, Gryphius impressit Lugduni.

T. GVILHELMVS de monte † Laudinio, ut ferunt, abbas monasterij Pictauiensis, ordinis

nis diui patris Benedicti, ædidit magnæ authoritatis plura opuscula, de quibus feruntur præcipua,

De sacramentis, lib. 1. Summa de casibus, lib. 1.

Declarationes uariæ. Alia insuper multa in iure maxime opuscula ædidit, uariasq; glosas canonum ordinauit, de quibus ego nihil usquam potui inuenire.

* Allegatur & Laudunus simpliciter. Scripsit etiam super Clementinas, ut citatur in Summa Angelica, & alibi.

GVILHELMI de Ludo Singularia quædam in iure extant.

GVLIELMI Leporei Auallonensis artem memoratiuam Ascensius Parisijs impressit in 4.

GVLIELMI Lilij olim scholæ Paulinæ apud Londinum in Anglia moderatoris, de Latinorum nominum generibus, de uerborum præteritis & supinis, regulæ non minus utiles quàm compendiosæ, hexametris uersibus inclusæ, cum annotationibus Thomæ Robertsoni, &c. Vide infra in Thoma Rob. Liber excusus Basileæ apud Bebelium & Cratandrum, 1532. in 4. chartis 16. & dimid.

De syntaxi huius authoris, diximus supra in primo tomo operum Des. Erasmi, folio 197. b. uersu 40.

GVILHELMVS Lugdunensis, ordinis fratrum prædicatorum, ut ferunt, eiusdem T. ecclesiæ episcopus, dicitur nonnulla scripsisse opuscula, è quibus feruntur,

Super sententias, lib. 4.

Summa uirtutum, lib. 5. Cum circa singula utilia.

Summa uitiorum, lib. 8. Dicturi de singulis ui.

Sermones ad populum, lib. 1.

Alia quoq; multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

GVILHELMVS Mandagoti archidiaconus Nemausensis & postmodum Ebredunensis archiepiscopus, & ecclesiæ Romanæ demum Cardinalis, uir in utroq; iure peritissimus, unus eorum qui iussu Bonifacij papæ octaui Sextum decretalium codicem ædiderunt, sicut in eiusdem uoluminis principio patet. Scripsit in ea facultate non spernenda opuscula, è quibus ego tantum uidi opus insigne, quod scripsit cum adhuc in ecclesia Nemausensi archidiaconatus teneret officium, ad Berengarium Beterensis ecclesiæ succentorem, postea episcopum, T. cl. 1300.

De electione prælatorum, lib. 1. Quia dum electiones in.

Expositionem eiusdem, lib. 1. Cum illius non sim autho.

Guilhelmi Mandeston opusculum in morali philosophia, impressum.

GVILHELMVS de Mara floruit hac tempestate, natione Neustrius, ex deserto Constantini pago oriundus, à parentibus nobilis prosapiæ, atq; sanctissimæ uitæ procreatus: Nunc cathedralis ecclesiæ Constantiensis canonicus ac thesaurarius, orator ac poëta insignis. T. in appẽdice.

Hæc sunt quæ iam extant eius doctrinæ testimonia.

a Conflictus in Chimæram ad Ioannem de Ganayum magnum Franciæ cancellarium opus sanè egregium, in quo illa tria præcipua uitia, superbiã, libidinem, atq; auaritiam eleganter insectatus est.

Opusculum de sacrosancta eucharistia ad Guilhelmum Constañ. episcopum.

b Paraphrasis in Musæum de Herone & Leandro ad Nicolaum de Cerisay sancti Germani Parisien. decanum.

De amoribus liber unus ad eundem.

De laudibus liber unus ad Ioan. Brissonetum regiorum calculorum præsidentem.

De probris liber unus ad Carolum Guillart Parisei senatus præsidentem.

Næniarum ac epitaphiorum, lib. 1. De diuinis, lib. 1.

Multa præterea in oratione pedestri scripsit quæ nondum in lucem prodiere.

* b Impressa Coloniæ apud Io. Soterem in 8. 1526. carmine heroico, cum Græcis

è regione: & Parisijs apud Vuechelum.
Syluarum libri quatuor, impressi.
a De tribus uitijs fugiendis liber, excusus Parisijs apud Colinæum: aut saltē uenalis ibidem.

GVLIELMVS de Mara ordinis minorū citat in Summa Angelica inter theologos.

T. GVILHELMVS monachus cœnobij diui martyris Dionysij Parisien. ordinis sancti Benedicti, natione Gallus, nomen suum uaria scribendo & docendo ad notitiam posteritatis transmisit: è quibus extat
Historiarum uolumen, lib. 3. Et epistolæ plures ad diuersos, lib. 1.
Fertur autem in diuinas scripturas commentarios ædidisse, quos necdum uidi.

GVILHELMVS de Monserr. I.C. scripsit de successionibus regum.

GVILLERMVS Morbetus Simplicij commentarios in quatuor libros Aristotelis de cœlo Latinos reddidit. Opus impressum Venetijs, 1540. in fol. omnibus recens collatis cum codicibus Græcis.

GVILIELMVS Naso citatur in Summa Angelica inter Canonici aut Ciuilis iuris scriptores.

T. cl. 1320. GVILHELMVS Ockam, natione Anglicus, ordinis fratrum minorum, Ioannis Scoti quondam discipulus, cuius postea acerrimus impugnator fuit, & omnia penè illius dicta oppugnauit. Scripsit
Contra Ioannem 22. de paupertate Christi & apostolorum.
Apologiam, lib. 1. Super sententias, lib. 4.
Quodlibeta etiam, lib. 1.
De fautoribus hæreticorū, lib. 7. In omnibus curiosis.
De sacramento altaris, lib. 1. Et quædam alia.
* Guilelmi Okam logica magno est in pretio. Raph. Volaterranus.
Omnia eius opera Lugduni impressa sunt, quamuis aliquot annis antea quicquid ab eo scriptum in Gallia inueniebatur, flammis exueretur. Vir fuit quantum audio pijssime affectus, & magno religionis zelo, ut qui primus ecclesiasticos fastus libere increpauerit: cum honoris gratia à superioris sæculi theologis nominatur, uenerabilis inceptoris titulum habet. Ab eo dialecticos nominales, ut à Scoto reales, defluxisse audio. Vide in Gabriel Biel.

T. GVILHELMVS de Oppenbach, natione Teuthonicus, scripsit in facultate theologica non abijcienda opuscula, quibus in gymnasio Parisien. nomen suum notificauit, de quibus ego reperi:
Super Sententias, lib. 4. Quæstiones disputatas, lib. 1.
Sermones etiam & quosdam alios fertur scripsisse tractatus, atq; in scholis lucubrasse lecturas, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

GVLIELMVS Paccius Alexandri filius, de quo supra.

T. GVILHELMVS Peralt, natione Gallicus, ordinis fratrum prædicatorum, scripsit aliquot uolumina, è quibus extant.
a Summa uirtutū & uitiorū, lib. 2. De eruditione religiosorū, lib. 1.
Sermones de tempore, lib. 1. Sermones de sanctis, lib. 1.
Et alia complura, quæ ad notitiam meam adhuc minime uenerunt.
* a Commentarios maximos scripsit de uitijs & uirtutibus, qui uberem materiam concionantibus suppeditant, quos Iacobus de Voragine postea in epitomen redegit. Raph. Volaterranus.

GVLIELMVS Philander Castilioneus scripsit castigationes atq; annotationes paucula in duodecim libros Institutionum M. Fabij Quintiliani, specimen quoddam futurorum in eosdem commentariorum. Gryphius impressit Lugduni, 1535. in 8. deinde Vuesthemerus Basileæ, 1536. in 8. chartis 7. Eædem cum M. F. Quintiliani libris, sparsim adiectæ suis locis ab eodem Gryphio, 1536. impressæ sunt.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [624] - 292r

GVILHELMVS ciuis Placentinus Veronæ multis annis publico salario conductus docuit: claruit sub Arnolpho imperatore, anno 1270. Scripsit de uniuersali medicina libros 4. In chirurgia, lib. 1. Et alia quædam. T.

Gul. Placentini de Saliceto liber de scientia medicinali, pro perfectis præcipue scriptus, qui Summa conseruationis & curationis appellatur, & uulgo Gulielmina. Item Chirurgia eiusdem. Opus impressum Venetijs, 1502. apud Octauianum Scotum in fol. chartis 85.

Ex præfatione authoris in libros quatuor medendi. Dispositi in mente id quod reclusum erat in anima, & acquisitum longo tempore per usum rationalem in operatione medicinali in scriptis reducere. Et etiam tum propter continuam instantiam D. Ruffini Prioris S. Ambrosij de Placentia & sociorum eius, & amore cuiusdam filij mei qui Leonardinus uocatur, quem ad professionem artis medicinalis inducam pro posse. Diuidam hoc opus in 4. partes, & partes in capitula: In unoquoq; autem capitulo ponam primo ægritudinem nominatiuæ, secundo materiam, tertio signa significantia super ægritudinem & causas: post hoc ponã curam breuiter secundum philosophorum intentionem. Vltimo de his dicam quæ sunt uerificata apud me per usum & operationem, in quibus si recte fiant ullam non inuenies deceptionem. Sed ante omnia faciam capitulum generale admonitoriũ, in quo tangam de omnibus, quæ pertinent ad laudem & honorem medicorũ, &c. Primus liber erit de omnibus ægritudinibus à capite usq; ad pedes appropriatis membris: & ponam cum hoc in principio huius libri quoddam capitulum de conseruatione sanitatis: ut per hoc omnium infirmitatum curatio euidentior & manifestior appareat. Secundus erit de febribus, & de his quæ sunt necessaria in consideratione & curatione febriũ. Tertius erit de decoratione & uenenis. Quartus erit antidotarium, in quo dicam de medicinis simplicibus, & cõpositis, utilibus & necessarijs ad omnium infirmitatum curationem. *Argumenta librorũ.*

Ex præfatione authoris in suam chirurgiam. Rectum est in hac doctrina procedere secundum ea, quæ mihi per usum & operationes longo tempore manifesta fuerunt, & per exempla ut plurimum currere in sermonibus, in quibus propriis manibus laborauí. Diuidam igitur hoc opus in partes & capitula: sed ante omnia faciam capitulum in quo ponam diffinitionem chirurgiæ, & determinabo de admonitionibus necessarijs & utilibus, operatoribus, astantibus, & infirmis. Primus tractatus erit de ægritudinibus, quæ sunt in manifesto corporis à capite usq; ad pedes ab intrinseca causa. Secundus de omnibus uulneribus & contusionibus, quæ fiunt in omnibus membris à capite usq; ad pedes. Tertius erit de algebra, i. restauratione conuenienti circa fracturam & dislocationem. Quartus de anatomia in communi, & de formis membrorum & figuris, quæ remanendæ sunt in incisione & cauterizatione. Quintus de cauterijs, secundum quod in membris possunt fieri, & de formis instrumentorũ, & de medicinis necessarijs ad hanc artem & utilibus penes unamquamq; operationem. *Argument. tractatur de chirurgia.*

GVILIELMVS Postellus Barentonius Dolerienſis scripsit alphabetum, introductionem, & legendi modum, linguarum duodecim characteribus differentium. Liber impressus Parisijs apud Dionysium Lescuier. 1538. in 4. char. 9. & dimid. Linguarum, de quibus hic tractatur, nomina. Hebraica, Chaldaica: Chaldaica recentior, quam à transitu fluminis uocant: Samaritana, quæ prisca Hebraica est: Arabica uel Punica, cuius integra Grammatica sub Compendio traditur: Indica, Græca, Georgiana, Tzeruiana, Hieronymiana uel Illyrica, Armenica, Latina. In singulis autem illis rarissimas Christianorum in diuersis orbis partibus agentium, historias habes, quibus illæ linguæ (præter Arabicam, Hebraicam & Samaritanã) sunt in sacrorum usu ac grammaticis communes.

Ex epistola authoris ad Petrum Palmerium archiepiscopum Viennensem.

„ Volui hoc libello, non tam ostendere me posse multas & uarias linguas legere: &
„ prospicere, ne quicquam haberem quod statim non omnibus communicatum cu
„ perem. In hoc autem me feciſſe puto, ut nullus sit tam rudi ingenio, si uelit dili-
„ gentius introspicere, quin omnes linguas aliquo uitæ humanæ usu commendabi-
„ les legat minori negocio, quàm Latinam, alioqui ipso usu nobis familiarem. Nec
„ profiteor statim quandam absolutam illarum, quas trado, cognitionem: quicunq;
„ tamen sit futurus, illi possum reipsa persuadere, me in Latinis, Græcis, Hebraicis,
„ Arabicis, Punicisue, & Chaldaicis, non pœnitendam operam pro ætate, tempore,
„ & quasi perpetuo mihi nouerca fortuna, collocasse. Interim dum in Cosmogra
„ phicis elucidandis, moribusq; orientalium depingendis sum, animi in te mei mne-
„ mosynon hoc seruato. Scripta hæc sunt ab authore eodem anno quo liber im-
pressus. In præfatione bonos aliquot scriptores ex Arabico in Latinum sermo-
nem breui se translaturum pollicetur. Ex epistola Michaëlis Scutarij.

„ G. Postellus noster ubi egregie Latinis, Græca & Hebraica coniunxisset, in phy-
„ sicis & mathematicis, sed præcipue in Cosmographia diligentissime uersatus, nec
„ sibi satisfaciens diligenti authorum antiquorum lectione, nisi loca ipsa celebria in-
„ tueretur, uarias regiones, more philosophorũ antiquorum peragraret, linguasq;
„ alias disquireret (si aliquæ peregrinæ, aliquid lucis & ornamenti disciplinis, & rei-
„ publicæ Christianæ afferre possent) perdiscere tq;, uoluit Africę celebria littora, A-
„ siæ minoris notiora, Europæ orientales partes illas tam uarijs magnisq; authori-
„ bus celebratas clarasq;, quantum per linguæ commercia licuit, diligenter perlu-
„ strare, atq; mores diuersarum gentium, urbes uarias, hominum ingenia obserua-
„ re, ut inde rediens patrium solum ornare facilius posset. Tandem, quum uideret il
„ lic sine interprete, aut linguarum peritia, hominibus nostris non esse integrum uer
„ sari, illam aggressus est operam, quæ in posterũ multis esset usui, obseruatisq; om-
„ nium characterum, ac plurimarum linguarũ differentijs, illam præcipue (nec enim
„ unus omnia potest) perdiscendam elegit, quam asserit, si occiduas & Arcticas Eu-
„ ropæ partes excipias, in toto terrarum orbe communem, quæ est Arabica. Omnes
„ enim qui Mahometi lege utuntur, habent hanc linguam in usu familiari gramma-
„ tices, quibus alioqui linguæ uulgares, ut ait, sunt diuersissimæ, tam diuersis præci-
„ pue populis. Quum autem post peractam peregrinationem se apud me recepisset,
„ esset tq; totus in illis Arabicis, ceu contemnens alios tam uarios literarũ, quos spar-
„ sim attulerat, characteres, coëgi hominem non sine multis precibus, illos in lucem
„ æderet, &c.

De originibus, seu de Hebraicæ linguæ & gentis antiquitate, deq; uariarum lin guarum affinitate, liber: In quo ab Hebræorum Chaldæorúmue gente tradu-ctas in toto orbe colonias uocabuli Hebraici argumento, humanitatisq; authorum testimonio uidebis: literas, leges, disciplinasq; omnes inde ortas cognoices: cõmu-nitatemq; notiorum idiomatum aliquam cum Hebraismo esse. Ibidem impress. in 4. chartis 7. & dimid. Adijciuntur etiam uoces quædam Græcis & Gallis communes.

Grammatica Arabica, cum præfatione, ubi se toto biennio in ea discenda Con-stantinopoli uersatum ait, & quàm longe lateq; huius linguæ per nationes remo-tissimas usus pateat, edocet, ac eiusdem scriptores commendat, &c. Sunt autem huius grammaticæ Arabici typi elegantes & clari, ut facile discernas, non ita obscu ri & deprauati quales in libro 12. linguarum sculptorum incuria habentur: char-tæ sunt 5. & dimid. ibidem.

Gulielmi Postelli, mathematum & peregrinarum linguarum in Academia Pa-risiensi professoris regij, de magistratibus Athenienſium liber, ad intelligendã non solum Græcorum, sed & Romanorum politiam, ac omnem ueterum historiam, le-ctu utilissimus. Excusus Basileæ apud Ioannem Oporinum, anno 1543. in 8.

chartis

chartis 10. & dimid. cum indice.

Ex præfatione authoris, quæ epistolam nuncupatoriam sequitur. Vt aliqua in re prodesse reipub. coner, uolui è priscorum monumentis erutam præstantissimam rerumpub. imaginem, Athenienſium Politiam in manus hominum dare, &c. Atq; non tantum leges Athenienſium à Romanis expetitas fuisse me ostensurum spero: sed & diuisionis populi, & magistratuum exempla inde sumpta clarissimis argumentis demonstraturum confido. Quia uero exemplis res humanæ, ut sentit Plato, aut conseruantur, aut instaurantur: non tantum comparatione rerum nostrarum sum usus, uerũ Romanæ, quandoq; Venetæ, non raro Turcicæ, quas ipsis in locis diligentissime perspectas habui, comparationes adducere uisum est: alioquin Turcicã diligenter lingua Gallica conscriptam, Francisco Valesio Galliarum regi præstantissimo, & Margaretæ illius sorori dicaui duobus libris: in quorum primo, quæ ad religionis persuasionem & ceremonias attinent, adq; iurisdictionem: in secundo, de magistratibus & regio censu ad minima usq; tractaui. Romanam & Venetam non pauci scriptam reliquere. Hæc nostra si minus absolute tractata, pdierint, nemo æquus alieni laboris æstimator mirabitur, quũ ire per extentum huiusmodi funem primus tentauerim, remq; deperditam penè ab inferis reuocauerim. Adductus porrò sum in hanc tractationem, librorum quos de ea inter cæteras respublicas scripserat Aristoteles, desiderio, quum nil eius operis præter crebras apud uarios authores citationes extare iam ante mille annos comperi. Vnde non ex ipso authore, præter pauca, sed ex Demosthene, Aeschine, Isocrate, Libanio, Vlpiano, Demosthenis interprete, Polybio, Plutarcho, Harpocratione, & eius notæ authoribus, uisum est Latinis potius male Latine tradere, quàm tanta mea diligentia fraudare cui sum natus rempub. unica minus tersæ dictionis compositæue orationis opinione, &c. Nullum enim antiquitatis monimentum potest exacte cognoscere, qui reipub. administrationis partes non cognouerit. Ex fine nuncupatoriæ epistolæ. Græca quidem, ex quibus uerti, antea adscripseram: uerum omittere partim ideo fuit consilium ne eandem sententiam bis percurrere Lector cogeretur, néue libri moles duplo excresceret: atq; quia Latinis scribebam, uisum est tantum Latina è Græcis uersa seruare.

Libri duo Gallici huius authoris de republ. Turcica.

Aristot. de repub. Athen.

De orbis terræ concordia libri quatuor, multijuga eruditione ac pietate referti, quibus nihil hoc tam perturbato rerũ statu uel utilius, uel accõmodatius potuisse in publicum ædi, quiuis æquus Lector iudicabit. Adiectæ sunt quoq; Annotationes in margine à pio atq; erudito quodam uiro, ne delicatioris palati, aut iniquioris etiam iudicij aliquis, ut sunt ferè hodie quàm plurimi, offenderetur. Opus impressum Basileæ apud Ioan. Oporinum in fol. 1544. chartis 114.

Argumenta librorum quatuor.

Primo, religionis Christianæ placita rationibus philosophicis docentur.

Secundo, uita, educatio, moresq; Muhamedis legislatoris Arabum, eiusq; sectatorum traditur: demũ Alcoranus à capite ad calcẽ ex Arabico excutitur, & refutat.

Tertio, quid commune totus orbis tam iure humano, quàm diuino habeat.

Quarto, qua arte sine seditione falsæ de Deo, dijsue persuasiones, ad ueram pertrahi possint. Ad finem libri catalogus ponitur capitum ac rerum singularum quo ordine singulis libris explicantur. Præfigitur ab initio operis obtestatio ad Lectorem, quæ hortatur, ut si cui totum librum perlegere non uacet, is saltem pauca quædam capita ibi enumerata legat: sic enim futurum ut possit ratione sibi non tantum in arduis rebus satisfacere: sed & cæteris quantumuis à uero alienis, modo rationem ducem sequantur, eadem persuadere.

Ex præfatione authoris ad principes magnatesq; ueræ in Deum pietatis conseruatores & amplificatores, totiusq; sanctæ ecclesiæ consortium. Licet itaq; mihi, quum causa nationum à uero felicitatis scopo aberrantium scribam, rationibus ea

„ tradere, quæ nobis cum lacte inſtillata & perſuaſa ſunt. Naſcente eccleſia Chriſti,
„ miraculis: nunc ſeneſcente, & tantum non afflicta pietate, rationibus eſt agendū,
„ &c. Reſperſas itaq; in philoſophis, quatenus ad uerū propius accedunt, rationes
„ collegi, expoſui, locupletaui, & ueluti ab iniquis uendicando poſſeſſoribus, ad no-
„ ſtrorum confirmationem aptaui. Refutaui in ijſdem quæ authoritate tantum, aut
„ contendendi libidine aut hallucinatione (nam quandoq; bonus dormitat Home-
„ rus) non raro ab ipſis ſunt ſcripta, leuiterq; probata. Quid uero præſtiterim in
„ toto opere, tum potiſſimum iudicabit, quiſquis attente legerit cap. de Trinitate, de
„ creatione mundi, de ſubſtantijs ſeparatis, animorū immortalitate & reſurrectio-
ne. Poſt hæc duas cauſas huius operis ſuſcepti enumerat: primam, ut literis ad
iuuandos mortales in pietatis negocio & immortalitatis fructu uteretur, non ut
plæriq; ad cæterorum perniciem aut oſtentationem tantum & contentionem: alte
„ ram, his uerbis exprimit: Quum à plurimis inſigni & ſacrarum & humanarum
„ diſciplinarum cognitione uiris, tam uerum affirmatum confirmatumq;, quàm fal-
„ ſum refutatum, partim ratione, partim authoritate uideam: cæterum illa præclara
„ opera, inter noſtros qui de uero non ambigunt, delitescere cernam, conſtituí apud
„ me, dum quæcunq; & uerum probant & falſum improbant, tam ex aliorum labo-
„ ribus, quàm à noſtra, licet tenui, induſtria, ratione duce, collegero, cœtuiq; ueſtro
„ ſanctiſſimo opus excutiendum permiſero, hoc ipſum in eorum populorū linguas,
„ contra quorum errores ſcribo, conuertere, adq; eos deferre, & aperire, ut contra
„ ſe obiecta aut diluant & ſatisfaciant, aut reiectis falſis uera ſuſcipiant. Deinde
ſcribit ſe propter fortunæ ſuæ tenuitatem ad efficiendum hoc inſtitutum principū
„ adiumēto & fauore indigere. Si defuerint homines (inquit) non eſt, qui animos ad
„ hanc rem fecit, defuturus Deus. Ieſu Chriſti fauore fretus, prouinciam adeunda-
„ rum urbium, in quibus uigent Arabici eloquij ſtudia, ſuſcipiā, eiusq; linguæ quæ
„ tota fermè in Africa & Aſia communis eſt (ſi erit uita ualetudini proſperæ comes)
„ cognitionē eatenus aſſequar, quoad meum opus de Orbis cōcordia in eam tranſ-
„ ferre liceat, & cum illis communicare, & familiari colloquio exponere, qui in phi-
„ loſophicis & literis humanioribus ſunt uerſati. Vt enim uulgus Muhamedicorū,
„ & qui in ſuperſtitioſa perſuaſione tantū formati ſunt, ſunt Alcorani obſeruantiſſ.
„ perſuaſioniq; addictiſſimi: ita qui Euangelium, aut philoſophiam attigere, ſunt ab
„ eo alieniſſimi. Ideo non pauci Chaliphæ ſcholas publicas conſtruentes ſanxere, ne
„ ullus qui in philoſophicis, aut Euangelio eſſet uerſatus, in illis admittatur. Se-
„ cunda cura erit, ut eorum literis & opinionibus copioſe inſtructus, in eos armari
„ undiq;, & noſtris hominibus tela extorta ad eos impetendos ſuppeditare ualeam.
„ Si uero inter peregrinandū fortè fortuna quidam Græci authores ſe offerent, non
„ potero autem (ad quam rem opus eſt pecunia) illos redimere, aut amanuenſibus ſa-
Franciſci regis bibliotheca. „ tisfacere, indicabo ſaltem illos regi Franciſco, ut in ſuam præclaram Fontebellen-
„ ſem bibliothecam conuehendos curet: aut uiris & diuitibus & literarum amatori-
„ bus, ne diutius ſub barbaris tanti delitescant theſauri. Ea uero etiā inſtituti ope
„ ris ratio eſt, ut non tantum in Arabicam atq; Hebraicam linguam mea uertere ue
„ lim: ſed & ſacras literas, & ſi quid ad lucem hominibus obcæcatis reddendam fa-
„ cere uidebitur. Et paulò poſt. Opus quidem certe ut uiribus impar ſum ag-
„ gredi auſus, ita abſolui uerborum & ſententiarum tam tenui apparatu & facun-
„ dia, ut perfunctoria opera uideri poſſit, &c. Quæ omnia ad finem uſq; præfatio
nis, dicendi genus excuſant: quamuis id mihi paginis aliquot reuolutis ita placeat,
ut nulla excuſatione opus uideatur.

GVILHELMVS Puteanus, Blangiacus medicus & ciuis Gratianopolitanus in Gal
lia, ſcripſit defenſionem Ioan. Meſue medici, Aloën aperire ora uenarum, aliaq;
„ ſimilia non pauca dicenda, aduerſum Ioan. Manardū, & Leonardum Fuchſium,
alioſq; neotericos multos medicos, ad Simplicium medicamentorum facultates
noſcendas

noſcendas non parum utilem. Liber impreſſus Lugduni apud Germanũ Roſe, 1537. in 8. chartis 8. cum indice, uel potius epitome utiliſſima eo ordine, quo omnia copioſius in contextu explicata ſunt.

Ex epiſtola authoris nuncupatoria. Bona pars medicorum neotericorum medicinam erroribus innumeris obruit, quorum iudicium non à ratione, ſed à teſtibus pendet: quaſi uero nulla ſit ars, nulla methodus, quæ ſimpliciũ medicamentorum qualitates & facultates noſſe doceat, medicis tradita. Hijs igitur me oppoſui, &c. Cæterum ſequentia ſcribere non ſum adgreſſus, ut Aloës ac Rhabarbari (de quibus in hoc opuſculo potiſſimum diſputamus) qualitates & facultates germanas ſolum edocerem: ſed potius quatenus paucorum medicamentorum ueluti paradigmate cognoſcant noſtræ ætatis medici leonem ab unguibus (ut dici ſolet) metientes, quo in errore uerſentur, qui citra methodum ſæpius dictam de medicamentorum facultatibus (ſi modo non à tota operentur ſubſtantia) aliquid aut ſcribere audent, aut ratiocinari. Scopos enim dicit Galenus eſſe homogeneos, quia uno dato ſimilibus utendum. Hæc author ſcripſit in fine anni 1536.

GVILHELMI de Quercu, doctoris theologi, Pariſienſis opinor, mentionem facit, & laudes recitat, qui Ioan. Trittenhemij eccleſiaſticis ſcriptoribus appendicem adiecit, neſcio quo conſilio cum nihil planè ab eo literis mandatum cõmemoret. Hunc Eraſmus in colloquijs ſuis notare uidetur, ubi Betam ſapere Pariſijs, Quercũ concionari quidam nunciat.

GVILHELMVS Realis ſcripſit de arbore iuriſditionum.

GVILIELMVS Rhodiorum uicecancellarius, obſidionem Rhodi deſcripſit.

GVILHELMVS de Rouille ædidit deſcriptiones iuſtitiæ & iniuſtitiæ.

GVILHELMVS de Samuco, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper uirginis de monte Carmeli, natione Gallus, ædidit plura opuſcula, è quibus feruntur ſubiecta. Opuſculum quoddam ſpiritualibus perſonis non inutile, quod prænotauit, T. cl. 1280.

Decretales religioſorum,	lib. 1.	Super ſententias,	lib. 4.
In regulam ſui ordinis,	lib. 1.	Chronica ordinis ſui,	lib. 1.

Et alia multa.

GVILLERMI Tardiui Aniciensis rhetoricæ artis, & oratoriæ facultatis cõpendium, typis excuſum in Gallia uel Italia, ut uidetur in 4. chartis 21. Adijcitur & praxis exordiorum ex grauiſſimis authoribus excerpta, chartis 3.

Ex præfatione authoris. Rhetoricam artem oratoriamq; facultatem à Ciceronе Quintilianoq; quatuor & uiginti uoluminibus multisq; locis uarie conſcriptam, quæq; utercq; commodiſſime uidetur præcipere, excellentiſſima libans ordine hoc in compendium breuiſſime redegi. Ego nanq; officioſius credidi efficere nihil, quàm ſcientiam hanc, ueriſſimis illorum ſententijs ornatiſſimisq; uerbis, reddere omnibus familiarem. Sunt autem huius Compendij capita hæc. Præfatio. Rhetoricæ definitio, materia, partes & opus. De ordine in excogitanda oratione. De generibus cauſarum. De affectibus. De iudicialigene re, & eius exordio, narratione, partitione, confirmatione, conſtitutionibus, argumentis & argumentationibus, refutatione, concluſione. De genere deliberatiuo, & eius exordio, & reliquis ferè ut ſupra: & de remuneratione beneficij. De genere demonſtratiuo ſimiliter: item de diſpoſitione, elocutione, elegantia, compoſitione, exornatione. Quæ exornationes exordio, narrationi, confirmationi, refutationi, aut concluſioni peculiariter congruant. De tribus figuris dicendi. De memoria, pronunciatione, imitatione, exercitatione. De oratore. Compendij peroratio.

GVILIHELMVS Turnerus, natione Anglus (quem ante triennium aut circiter ex Italia reuerſum & medicæ profeſſionis ornatum inſignibus Tiguro tranſeuntem, iucundiſſime uidi, & familiari dierum aliquot colloquio cognoui, tum in re medi-

ca, tum in humanioribus ſtudijs diligenter uerſatum) Gyberti Longolij nuper defuncti dialogum de auibus nobis exhibuit, & reliquas aues à Gyberto morte præuento relictas, deſcripturũ ſe promiſit: quã eius lucubrationẽ ualde deſideramus.

GVILLELMI Varignauæ ſecreta ſublimia ad uarios curandos morbos, additis nonnullis floſculis, impreſſa nunc primum Lugduni, 1526. in 8. char. 11. & dimid.

Ex præfatione authoris ad Meladinum Bauum Croachorum & Boyuæ plebanum, generalemq; dominum totius territorij Chelenſis, cuius ſubiectum animo
» ſe uocat. Placuit mihi opuſculum ſanum conſtituere comprehendens quæ præ
» cipua apud famoſos antiquos circa ægritudinum genera ſunt laudanda: ſed conſi-
» derans quod ſecundum Galenum ſimplices medicinæ uelociores exiſtunt in ope-
» re, quàm compoſitæ, propter ipſarum ſubſtantiam à materia exiſtere, collegi ex di
» ctis Galeni in lib. 12. de ſimplici medicina, & Dioſcoride, Auicenna, Serapione,
» Meſue, Raſi, Iſaach, Amechkirandi, Rabimoyſis & plurium aliorum, non omnia:
» ſed in quibus non ſolum concordes, ſed alijs præcollaudant: quæ quidem cum no
» minauero, multa immiſcebo eorum, quorum uirtus mira ſcientiam medicinalem
» tranſcendit, & quorũ operatio à ſola forma exiſtit ſpecifica, &c. Dimittam prin
» cipia artis & ſcientiæ, neq; ſigna ægritudinum ponam, neq; cauſas diſtinguã neq;
» auxilia: ſed tanquam notis & intelligentibus alijs ſcribens illa ueſtræ intelligentiæ
» & prudentiæ derelinquam. Abſolutum eſt opus præcepto D. Meladini, &c. in
ciuitate Ianuæ, anno 1319. Diuiditur autem in 5. tractatus, in quorum primo tracta
tur de ægritudinibus à capite uſq; ad pedes: in ſecundo de febribus, & accidentibus eorum. 3 De ſoluta continuitate & apoſtematibus. 4 De uenenis.
5 De decoratione.

T. cl, 1040. GVIMVNDVS archiepiſcopus Auerſanus, ex monacho cœnobij de cruce ſancti Leufredi, ordinis Benedicti, ſcripſit ad Rogerium monachum contra errores Berengarij Thuronenſis.

a De corpore & ſanguine dñi, lib. 3. Ad rem his temporibus.
Et quædam alia nobis inuiſa,
a * Aliâs de Euchariſtia, liber impreſſus, ni fallor.

T. cl, 1100. GVNTHERVS monachus Eluonenſis, ordinis ſancti Benedicti, ſcripſit & metro & proſa quædam præclara uolumina, de quibus ad notitiam meam pauca peruenerunt. Extat eius uolumen eleganti metro,
De paſſione ſancti Cyriaci, lib. 1. Et quædam epiſtolæ.
* Opus de tribus uſitatis Chriſtianorum actibus, oratione, ieiunio, & eleemoſyna, continens libros 13. pro ſermonibus & collationibus publice faciendis. Impreſſum Baſileæ apud Michaëlem Furter, 1507. in 4. chartis 16. Ex præfatione Con-
» radi Leontorij Mulbruneñ. Hunc igitur Guntheri elegantiſſimum libellum, &
» accommodatiſſimum, ſiue de his uſitatiſſimis uirtutibus, de quibus tractat, popu-
» lo declamatorie loqui, ſiue in corona diſceptare, ſeu teipſum ad deuotionem exci-
» tare uoluerís, comparare tibi & familiarem habere non negligas.
» Ex prologo authoris ante librorum argumenta. Placuit nobis, ut eſt natura
» mortalium, quæ nouis maxime delectatur, de tribus his rebus, oratione ſcilicet, ie-
» iunio, & eleemoſyna, an aliquid dignum calamo conficere poſſemus, experiri:
» Cuius rei propoſitum eò propenſius in actum transferre curauimus, quo ſæpius
» in ſcripturis de uirtute & laude rerum ipſarum eramus admoniti: ſpecialis autem
» tractatus earum uel nuſquam eſt, uel nobis nunquam legendus occurrit, &c. Am
» plius autem atq; diffuſius circa orationem libuit ingenio deſudare, quoniam illa
» nobis cum Deo communis eſt: reliqua uero, alterum nobiſcum ipſis, alterum cum
» proximo gerendum eſt. Ex prologo eiuſdem, poſt argumenta librorum. Pla
» num eſt ex præmiſſis, hæc tria quæ prælibauimus, quantum noſtro in nobis pla-
» ceant redemptori, qui ea tanto ſtudio & docuit & impleuit, &c. Nobis autem ha-
rum

rum omniũ rerum immunibus & ignaris, quippe quæ solo noscuntur experimen to, de his tantum quæ præmissa sunt, adhibitis fortè quibusdam alijs à latere uenien tibus, aliqua dixisse sufficiat, eo uidelicet more, quo cæcus aliquis splendorẽ gem marum miratur ac prædicat: Et hoc quidem humili stilo ac sermone pedestri, &c.

Argumenta tredecim librorum.

In primo libro incipit agere de oratione, eam diuidens & definiens quid in se contineat, in quibus obtineat, quid ad ipsam pertineat, quid oranti conueniat, quid orando proueniat, de diuersis orandi uel adorandi modis.

2 Quid contineat oratio, uidelicet ista sex, quis petat, quid, à quo, cui, quare, & quomodo. Deinde de prima orationis circumstantia agit, qua occasione diuersa fidelium & infidelium genera ponit, & opera diuidit in uiua ac mortua.

3 Explicat secundam circumstantiam, quid petat, bonum, malum, an medium: & diuersas boni species recitat.

4 De bono meritorio, id est, uirtute.

5 De bono remuneratorio, id est, uita æterna: & multa de ipso Deo.

6 De diuersis speciebus mali, & oppositione malorum ad bona. De medijs in anima, in corpore extrinsecus, quæ diuidit in læta & tristia. De reliquis quatuor contentis uel circumstantijs orationis.

7 In quibus obtineat, id est, exaudiatur oratio: ubi fit collatio quædam omnium sex contentorũ, quis, quid, à quo, &c. & ex his elicitur orationis effectus: & quod spiritualia bona, utpote remissio peccatorum, uirtutes & earum opera tam electis quàm reprobis conceduntur, sed fructu dissimili. De medijs etiam rebus uel corporis uel animæ, uel his quæ sunt extra utriusq; naturam, cur illarum læta uel tristia tam his quàm illis contingere solent. De illo qui pro alio orat, uidelicet quis, cui, quibus accedentibus uitam æternam ualeat impetrare. De quatuor reliquis etiam spiritualibus bonis, & de medijs rebus, quod ea orante alio, alius ualet obtinere.

8 De ijs quæ pertinent ad orationẽ, ut sunt tempus, modus, locus, et forma, &c.

9 De quatuor formis orationis, dominica, domestica, monastica, & ecclesiastica. De quatuor primis petitionibus dominicæ orationis, quibus quatuor dona spiritus sancti, & quatuor uirtutes, & totidem beatitudines applicantur.

10 De tribus reliquis petitionibus, quibus totidem dona spiritus sancti, uirtutes, & beatitudines applicantur.

11 De eisdem septem petitionibus ordine conuerso ab ultima ad primam, supra dicta tria eodem ordine eis conferendo.

12 De ieiunio quid sit, quot eius species, quid conueniat ieiunanti, & quæ sit ieiuniorum utilitas, uel effectus.

13 De eleemosyna similiter, quid sit, &c.

Guntheri poëtæ clarissimi Ligurinus, seu opus de rebus gestis Imp. Cæsaris Friderichi 1. Aug. libris 10. absolutum. Impressum Argentorati in fol. cum scholijs Iac. Spiegel. 1531.

GVNDISALVVS, nomen apud Hispanos usitatum est.

GVNDISALVVS de uilla Diego scripsit de hæreticis & de Cardinalibus.

GYBERTVS, uide Gilbertus.

GYBERTVS Longolius Vtricensis, natione Batauus, artium & medicinæ doctor, in humanioribus literis diligenter uersatus, obijt superiore anno, & sepultus est Bonnæ, quæ est ciuitas terræ Colonensis: cuius epitaphium à Guilielmo Turnero nostro conscriptum, huc addere libuit.

Cuius in hoc tumulo requiescunt molliter ossa,
Mens pia cum Christo uiuit in arce poli.
Gybertum dixere patres de fonte leuantes
Longolium: gentis clara propago suæ,

Linguram adeo Græcam Latiamq; tenebat ad unguem
Nullus ut hunc Batauum crederet esse uirum.
Hic docuit iuuenes multas feliciter artes,
Et mira Græcos transtulit arte libros.
Quicquid habet pelagus natitans, & gressile terra,
Et quicquid uolitans maximus aër habet,
Omnia Longolius studuit cognoscere, & uni
Quantum homini licuit, calluit illa probe.
Non parua cum laude suis fecit medicinam
Ciuibus, hic rara dexteritate fuit.

Gyb. Longolij scholia in Erasmi libellum de ciuilitate morum puerilium, excusa Parisijs apud Vuechelum.

Annotationes ad dilucidam claramq; lectionē quindecim libris Metamorphoseon P. Ouidij adiectæ. Ioan. Gymnicus impressit Coloniæ, 1534. in 8.

Annotationes perutiles & necessariæ in obscura & difficilia loca rhetoricorum ad C. Herennium. Ibidem impressæ, 1535. in 8. cum textu & duobus libris Ciceronis de inuentione rhetorica cum M. Fabij Victorini rhetoris commentarijs per Longolium reuisis: adiectus est etiam index. Omnium chartæ sunt 35.

Scholia quædam in Plautum, ibidem opinor excusa.

L. Vallæ Elegantiarum libri omnes, scholijs quibusdam, ubi hactenus mendosi fuere, illustrati per G. Longolium, cum alijs doctorum annotationibus. Ibidem 1539. in 8.

De Apollonij Tyanei uita Philostrati libros ab Alemanno Rhinuccino translatos ad Græcum exemplar emendauit, & annotationes passim marginibus adiecit. Opus ibidem impressum in 8. 1532. cum Eusebio cōtra Hieroclem, char. 30.

Plutarchi opuscula aliquot moralia, hactenus non conuersa, G. Longolio interprete: ibidem impressa, 1542. in 8. chartis 9. & dimid. sunt autem hæc.

Num seni sit gerenda respublica. De parentum erga liberos amore.
Causarum naturalium, lib. 1. Disceptatio, utrū ignis an aqua sit utilior.
Stoicos magis mirabilia quàm poëtas asserere.
De tribus reipub. generibus, monarchia, democr. & oligar.
De odio & inuidia.

Dialogus de auibus, & earum nominibus Græcis, Latinis, & Germanicis, non minus festiuus quàm eruditus, & ad intelligendos poëtas utilis. Tractat autem solum de auibus, quas pulueratrices uocant: nam institutū de reliquis etiam perscribendi mors præpediuit. Ibidem impressus, 1544. in 8. chartis 7. circa finem studiosorum aliquot in eius mortem epitaphia adijciuntur: & ipsius G. Longolij carmen elegiacum protrepticum ad bona studia.

GYMNASIVS super Exodum, citatur in Summa Alberti Magni.

NOMINA ET LVCVBRATIONES AVTHORVM AB H litera incipientium.

HABAKVK propheta (prima enim aſpiratur apud Hebræos, licet Græci Ἀβακοὺμ ſcribant) ſub quibus regibus uixerit & prophetauerit, & quo natus ſit patre aut ortus genere, ex ſcriptura haberi nequit. Hebræi authorem Seder Olam ſequentes, putant eum fuiſſe coætaneum Ioheli & Nahum, ſub impio rege Menaſſe. Prophetat autem contra Nebuchadnæzar regem Babylonię, qui tanta mala intulit ſuperbo animo terræ Iehuda, qualia à nullo tyranno unquam perpeſſa fuerat. Habet & conſolationes atq; promiſſiones de uenturo Chriſto. Vocat proinde prophetiam ſuam onus, quod infauſtum uaticinium & infelix fatum fuerit regno Chaldæorum. Sebaſtianus Munſterus in commentarijs ſuis ſuper Biblia. Vitam eius Epiphanius deſcripſit inter cæteras prophetarum hiſtorias. Prophetiæ eius in Biblijs inter prophetas minores tria capita leguntur.

HADRIANVS nomen proprium, apud recentiores Græcos & Latinos, alijs denſo, alijs tenui ſpiritu ſcribitur. Ego nominis originem neſciens, utrum potius ſequar certi nihil habeo, ſi quis à corporis habitu, quem Græci ἁδρὸν, id eſt, plenũ & craſſum uocant, deducat, ut à contrario λεπτὸς, id eſt, gracilis & macer dici uidetur, aſpirandum fuerit: ſin ab Adria mari & uicina regione, ut Adrianus quaſi gentile ſit, tenuiter proferendum. Inuenio ſanè apud Græcos etiam aliquando aſpiratum, aliquando ſecus. Hadrianus papa, Hadrianus Cæſar, & Hadrianus Barlandus, in primo elemento ſine aſpirationis nota commemorati ſunt. Sed inueni poſtea quod Hadrianus Cæſar etiam de re militari ſcripſerit, ex quibus & alijs quibuſdam Fl. Vegetius ſuos commentarios ſibi collectos fatetur. Idem Hadrianus Barlandus præter cætera prædicta ſcripſit etiam de geſtis ducum Brabantiæ, qui liber impreſſus eſt in 4.

HADRIANVS uetus I. C. de interdictis libros decem (aliâs, duos) ſcripſit, ex quibus nihil eſt reliquum, niſi forte citationes quædam in iure D. Iuſtiniani.

HADRIANI Amerotij Sueſſionenſis liber de dialecticis Græcorum, impreſſus Pariſijs apud Vuechelum. Eiuſdem de Græcorum notis arithmeticis opuſculum cum Lexico Græcolatino habetur, in fine. *Bibl. ek. Hpp. p. 92.*

HADRIANI TT. S. Chryſogoni presbyteri Cardinalis Batonieñ. de ſermone Latino & modis Latine loquendi liber. Eiuſdem uenatio ad Aſcanium Cardinalem uerſibus phalecijs. Iter Iulij II. Pontif. Rom. uerſibus heroicis. Opus excuſum Coloniæ apud Alopecium, 1522. deinde apud Gymnicum ibidem, 1528. tertio Baſileæ apud Thomam Vuolfium, 1533. in 8. chartis 27. cum indice. Ex præfatione authoris ad Carolum principem Hiſpaniarum.

Cum autem mihi tantum nunc ocij ſit, quantum antea negocij eſſe ſolebat: &, “
quod Deo acceptum refero, ab omni reipublicæ cura uacem, quæ res maxime li- “
teris deditum animum iam inde à puero, uarijs officijs, aut potius laboribus, “
ærumniſq; diſiunxerat, Latini ſermonis non uulgares, aut circunforaneos locos: “
ſed intimo eorum quos dixi (dixit autem paulò ante de Cicerone, Quintiliano, “
& Feſto Pompeio, quanquam non ex illis ſolum, ſed alijs plærisq; ueterum hunc “
librum collegerit) authorum ſacrario abditos, & uetuſtate obrutos, eruere, & in “
lucem proferre curaui. Et paulò poſt. Ratio & quædam operis ſimilitu- “
do exigere uiſa eſt, ut commentariolum alium, quem de ſermone Latino nuper “
ædideram, ijs quæ poſtea de modis Latine loquendi collegi, quaſi cuiuſdam præ- “
ſatiunculæ loco præponerem. Agit autem in priore libello, qui conſtat charta “

1. & triente, aduersus affectati & obsoleti stili studiosos, qualis est Apuleij, Sidonij, Capellæ, & Fulgentij. Ex principio libri de modis Latine loquendi, qui Latinas & ornatas locutiones & uocabula quædam elegantiora, alphabetico ordine
„ proponit, chartis 24. Miror admodum post aureum illud Ciceronis sæculum,
„ plærosq; doctissimos uiros, qui ad nostram usque memoriam, multa eruditissime
„ scripserunt, ne odoratos quidem esse tam suaues dicendi flosculos, qui passim fra-
„ grant, & enitescunt in lectione perfectissimorum authorum, è quibus ego (quod
„ sine arrogantia dixerim) accurate diligenterq; nonnullos collegi, ac propemodum
„ in fasciculos manipulosq; singillatim, ac suo quemq; loco disposui.

Venatio & iter Iulij, à Gryphio etiam Lugduni excusa sunt cum Ouidij Halieuticis, &c. 1537.

Hadriani Cardinalis de uera philosophia libri 4. ex quatuor ecclesiæ doctoribus (Augustino, Hieronymo, Ambrosio, & Gregorio) conscripti, uaria eruditione, & multa pietate referti. Excusi Coloniæ apud Melch. Nouesianum, 1540. in 8. chartis 17.

Capita singulorum librorum (siue totidem loci cõmunes, meris testimonijs quatuor doctorum quos nominauimus instructi: nihil enim de suo addit author, quantum ex breui inspectione animaduertere licuit) hæc sunt.

Primi libri capita 32.

1 Quod opus sit in primis timore conuerti.
2 Quod sit legendum. 3 Quod sit credendum.
4 Sacram scripturam esse iter ad fidem.
5 De progressu fidei. 6 Veritatem esse fundamentum scripturæ.
7 Fidem esse meritum uisionis, uisionem uero esse mercedem fidei.
8 Quid sit fides. 9 Sedem fidei in corde esse.
10 Non esse in fide scripturarum dubitandum.
11 Fidem esse ianuam ad intelligendum, & amandum deum
12 Distinctio inter ea quæ creduntur, & quæ intelliguntur
13 Quid interfit inter intelligere, credere, & opinari.
14 Credendum esse ut intelligamus.
15 Fidem debere præcedere intellectum.
16 Tria esse genera credibilium.
17 Alia esse, quæ nisi intelligamus non credimus: & alia, quæ nisi credamus, nõ intelligemus.
18 Vnde sit uoluntas, qua credimus Deo.
19 Christianos non esse qui Christo credendum negant, nisi ratio fuerit.
20 Manichæorum esse errorem simplici ratione, sine authoritate ad fidem instrui posse.
21 De authoritate sacræ scripturæ, & humana ratione.
22 Quid sit ratio. 23 Quid sit scientia, quid ignorantia.
24 Quid sit uirtus. 25 De sensu, intellectu, intelligentia & alijs.
26 Quæ infra, quæ iuxta, quæ supra rationem sint.
27 Non posse spiritualia ratione probari.
28 Non esse mysterium cœleste traditione terrena discutiendum.
29 Arrianorũ errorẽ esse, generationẽ Christi ex traditiõe philosophica colligere.
30 Eos qui ratione uerum cõprehendere uolunt similitudinibus rationum facillime decipi.
31 De singulis rationem reddi non posse.
32 Sufficere orbi terrarum authoritatem sacræ scripturæ.

Libri secundi capita 10.

1 Opus esse, ut uirtutes comitentur fidem.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [634] - 297r
PUBLIC DOMAIN

2 Mundandam esse mentẽ. 3 Opus esse uacare à perturbationibus.
4 Iuxta mensuram peccatorum cæcari nos in mente.
5 Cæcitatem mentis deum uidere non posse.
6 Animam à deo recidentem, obscurari, & redeuntem illuminari.
7 Legendam & sæpe legendam esse sacram scripturam.
8 Quomodo orandus, & quærendus sit Deus.
9 Necessariam esse meditationem.
10 Addenda esse bona opera.

Capita libri tertij 15.

1 Quomodo sacra scriptura tradita sit, quomodo intuestiganda.
2 De his quæ intelligimus in scripturis gratias agendas deo: de his uero quæ nõ intelligimus, ut intelligamus, deum orandum esse.
3 Vbi aperta scriptura nõ subuenit, humana cõiectura non esse præsumendã.
4 Vbi scriptura non subuenit, rationem periculose adhiberi.
5 Reuelationem necessariam esse.
6 Non omnibus æque reuelationem concedi.
7 Reuelationi charitatem necessariam esse.
8 Quomodo charitas non permittit scientia nos inflari.
9 Quomodo esse in nobis possit plenitudo scientiæ.
10 Quid sit charitas.
11 Quod multi ad salutem scripturis non egeant.
12 Non esse propterea relinquendum ministerium hominis.
13 Humilibus, & timentibus deum reuelationem concedi.
14 Quomodo sit humilitate utendum, neq; contendendum.
15 De disputatione per rationem humanam contra gentiles, uel philosophos, uel hæreticos.

Capita libri quarti 23.

1 Quod dialectica pariat contentionẽ & quid de ea quatuor doctores senserint.
2 De Rhetorica.
3 De geometria, astrologia, arithmetica, & musica.
4 De grammatica.
5 De septem artibus liberalibus in uniuerso.
6 De poëtis. 7 De philosophis.
8 Philosophos esse damnatos.
9 Platonem, Aristotelem, & alios philosophos esse in inferno cum diabolo.
10 Quare philosophi & alij infideles sint damnati.
11 Nec philosophos, nec alios ullos, post Adam potuisse saluari sine fide Christi.
12 Pelagianorũ esse errorem distribuere tempora salutis, ante legem, per legem, per Christum, cum sit unus mediator dei & hominum Christus.
13 In philosophis non fuisse ueram sapientiam.
14 Vtilem esse scientiam gentilium, dummodo in usum Christianũ cõuertatur.
15 Scientiam sæcularium literarum ab eisdẽ doctoribus alijs in locis parui fieri.
16 Philosophos & omnes infideles fatuos esse.
17 Philosophos patriarchas fuisse hæreticorum.
18 Exhortatio ad sacram scripturam, omissis philosophorum uanitatibus.
19 Quid sit uerus philosophus, quid sapientia, quid scientia.
20 Non omnes philosophos, sed philosophos huius mundi euitandos esse.
21 De uera philosophia.
22 Quomodo anima nostra beata efficiatur.
23 De laudibus sacræ scripturæ.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [635] - 297v

HADRIANI Fini liber contra Iudæos, Flagellum inscriptus, & impressus.

HADRIANI Iudæi liber quidam impressus, in 4.

HADRIANVS Iunius Hornanus, medicus, Cassij iatrosophistæ medicas quæstiones ex Græcis Latinas fecit, Parisijs anno 1541. ubi & impressæ sunt, eodem anno, apud Christianum Vuechelum in 4. cum Græci exemplaris castigationibus in fine adiectis, chartis 6. Audio eum nunc nescio an in Anglia aut inferiori Germania aliquid conscribere breui publicandum. Ex Cassij sanè translatione hominis eloquentiam & elegantiam in dicendo animaduertere licet.

HADRIANI sophistæ uitam Philostratus descripsit, unde Raphaël Volater. quædã transtulit in primo elemento Anthropologiæ suæ, licet ibidẽ Hadrianus cum aspiratione scribat.

HADRIANI de Traiecto, expositio in Sententias P. Lumbardi, impressa.

HAGGAI propheta, quem nostri Haggæum uocant, excitatus fuit à spiritu prophetico, postquam populus rediit à Babylonica captiuitate: quem propheta urgens ad reædificationem templi Dei, & minans, quandiu illius extructioni non instarent nihil illis prospere successurum. Seb. Munsterus in commentarijs suis super Biblia. Historiam eius Epiphanius quoq; in uitis prophetarũ paucis attingit. Prophetia eius inter minores ueteris Testamenti prophetas in duo perbreuia capitula diuiditur.

HAGNOCLIS Rhodij, Coronistæ fabula aut poëmation citatur ab Athenæo.

HAITHONVS à nonnullis scribitur, quem supra nominauimus Aitonum.

HALI filius Abbas discipulus Abimeher Moysi filij Seiar, librum conscripsit Regalis dispositionis titulo, &c. Vir fuit doctissimus ac elegantissimus, & inter antiquos philosophantes & medicos enumeratus. Symph. Champerius. Galeni dictorum recitationibus usq; adeò inhæsit, ut simia Galeni à posteris appellatus sit. Auicenna autem præterquam quod transcriptor fuit Haliabbatis & Rasis, etiam interpretem Galeni sese fassus est. Ambrosius Leo in præfatione super Actuarij libris de urinis.

Stephanus philosophus.

Hali filij Abbas, opus Regalis dispositionis, regi cuidam nuncupatum, & libris 20. conscriptum, à Stephano philosophiæ discipulo in Antiochia, ex Arabico sermone in Latinum translatus, anno Domini, 1127. cum Michaëlis à Capella artium & medicinæ Doctoris synonymis medicis. Excusum Lugduni, 1523. apud Iacobum Myt. in 4. chartis 81.

» Ex Stephani interpretis præfatione. Ipse igitur Salomonicum sequens man-
» datum, non solum Latinam, uerum Arabicam quoq; linguam sapientiæ gratia ri-
» mari studui. Impegi itaq; in quendam qui apud Arabes medicinæ cõplementum
» dicitur, & Regalis, librum: de quo si quid haberet Latinas requirens, eius ultimam
» & maiorem deesse sensi partem: Alteram uero interpretis callida deprauatam frau
» de: nomen etenim auctoris titulumq; subtraxerat, seq; qui interpres extiterat, in-
» uentorem libri posuit, quare multa prætermisit, ordinem mutauit, nonnulla aliter
» protulit. Aggredimur igitur alia uia librum hunc transferre, &c. His in libris no-
» stri primum consumere laboris proposuimus operam, tametsi alia his præclariora
» lingua habeat apud se Arabica recondita omnia, scilicet philosophiæ arcana: qui-
» bus deinceps, si diuina dederit benignitas exercitatum dabimus transferendis in-
» genium: leuiora enim hæc præferimus, ut ad difficilia uia nobis sit: & quæ corpori
» bus necessaria sunt tempore præponimus, ut his sanitate proposita arte medicinæ,
» quæ ad animi attinent excellentiam longe altiora subsequantur.
» Ex præfatione ipsius authoris. Medicinalis cameræ librum uolui disponere,
» colligentem omnia quibus indigent medici alijq; in custodia sanitatis in sanis, &
» eius reparatione in ægrotis, cum nullum alicuius priorum aut modernorum inue-
» nerim medicorum librum completum omnia continentem necessaria ad huius fi-

Vide

nem

nem artis, & scientiã eius. Post hæc enumerat præcipuos quosq; medicos, Hippocratem, Galenum, Oribasium, Paulum, Aaronem, Messium, Ioan. Serapionẽ, & Rasim, iudicium suum de singulorum scriptis proferens, & in singulis aliquid desyderans, ut qui uel breuius, uel prolixius scripserint, uel aliquid necessarium ad artis consummationem omiserint. Nos autem (inquit) hoc nostro in libro omnia quæ necessaria sunt tum ad sanitatis custodiam, tum ad morborum dicemus medelam, passionum naturas, causas, & accidentia illa sequentia, & signa, quibus omnino sapiens & peritus sufficiens sit medicus: medelam quoq; & curas cum cibis & medicaminibus, in quæ cecidit experientia, quæq; elegerint priores, quæ etiam apud eos uerissime probata sunt, utilitatisq; huiusmodi non sunt refutans. Adhibui autem pluribus in locis Hippocratis testimonium, & Galeni: maximeq; regulas & normas propositionesq;, quibus syllogistici & rationales utuntur, & super eos surgit nostra constructio & in sanitatis custodia, & in morborum medela. Medicamina autem ea posui, quibus in quarto utuntur medici climate & harac & fereſie, quorumq; experientia uerificata est, & utilitas multiplicata in unoquoq; morborum, &c. (Loquitur autem de illis medicamentis, quæ Græcis antiquioribus ignota fuerunt, ut Iulep, syrupi aliqui, cassia fistula, tamarindi, &c.) Deinde exemplum proponit de curatione pleuritidis: ut inde methodus appareat qualem in reliquis etiam affectibus curandis sequitur. Et paulò post. Nec aliquid omnino prætermittam, quod & discentibus & peritis necessarium sit, quin & explanem id & manifestissime ostendam. Succedemus autem breuitatis tramite, diligentiaq; explanationis & inquisitionis, caueboq; fastidiũ Lectoris quod generat prolixitas: breuitatem quoq; molestam, quæ obscuritatem pariat sententiarum: Quæ cum fecerim non mihi opus est singulorum in unoquoq; morbo medicorum afferre sententias, &c. Post hæc adijcitur Hippocratis præceptum ex testamento eius pro medicis: deinde explicantur octo portæ, siue capitula, in cuiuslibet libri initio consideranda. Sunt autem hæc. Intentio, utilitas, artis excellentia, titulus, doctrinæ modus, ordo, authoris libri nomen, libri diuisio per partes & sermones. Nos de postremo solum, ut argumenta librorum appareant, Lectorem instituere operæpretium ducimus, cum reliqua ferè in genere dicta cuiuis libro accommodari queant. *Octo portæ.*

Prioris partis speculatiuæ sermones sunt decem, quibus agitur de rebus naturalibus, non naturalibus, & contra naturam.

In primo continentur: Prologus, octo portæ de quibus iam diximus, Hippocratis præceptum, medicinæ diuisio, elementa, temperamenta, humores.

2 Membrorum in partibus suis similium explanatio & utilitas.
3 Compositorum membrorum explanatio & utilitas.
4 Virtutes, actiones, & spiritus.
5 De rebus non naturalibus, quæ sunt: aër ambiens, exercitium, cibus et potus, somnus & uigilia, coitus, balneum, & animæ accidentia.
6 De rebus contra naturam, ut sunt morbi cum causis & accidentibus suis.
7 De signis uniuersalibus passionum & morborum.
8 Significationes morborum in membris sensui manifestis.
9 Interiorum membrorum passiones & causæ.
10 Signa in morbis salutem aut mortem portendentia.

Argumenta decem librorum secundæ partis practicæ, quibus docetur conseruatio sanitatis, & morborum cura per medicamina uictusq; rationem, & chirurgiam.

1 De custodia sanitatis: & primo de uictus ratione omniũ ætatum, & recipientium se à morbis.
2 Scientia, utilitas, & probatio medicaminum simplicium.

3 Medelæ febrium, & apoſtematum curæ.
4 Medelæ & diſpoſitiones morborum qui accidunt ſuperficiei corporis.
5 Cura morborũ qui fiunt in membris interioribus: & primum de morbis membrorum animalium, quæ ſunt: cerebrum, nucha, lacerti, & quinq; ſenſus.
6 De morbis membrorum ſpiritualium, uidelicet gulæ, canaliũ pulmonis, cordis, diaphragmatis, membranæ coſtas ſuccingentis.
7 De morbis qui accidunt membris ciborum, quæ ſunt, œſophagus, uentriculus, hepar, ſplen, fel, inteſtina, renes, ueſica.
8 De morbis membrorum genitaliũ, ut ſunt: teſtes, pudenda, uterus, mammæ.
9 De medelis omnibus quæ per manum fiunt.
10 De medicamentis compoſitis, ut electuariis, & ſimilibus.

HALI filius Abenragel Arabs, cui aliquando Albohazen prænomen additur, præter librum completum in aſtrorum iudicijs, ſcripſit etiam librum Signalium aſtronomiæ, & tabulas proprias 36. capitum.

Liber completus de iudicijs ſeu fatis ſtellarum, impreſſus Venetijs apud Erhardum Ratdolt 1485. in fol. chartis 78. Inſcriptio operis.

Hic eſt liber magnus & completus, quem Haly Abenragel filius ſummus aſtrologus compoſuit, quem Yhuda filius Muſce præcepto Alphonſi Romanorum & Caſtellæ regis tranſtulit de Arabico in maternum, uidelicet Hiſpanum idioma: Et quem Aegidius de Tebaldis Parmenſis aulæ imperialis notarius unà cum Petro de Regio ipſius aulæ protonotario ex Hiſpanico tranſtulit in Latinum.

» Procœmium authoris. Iſte eſt liber in quo multos ſenſus adiunxi, de ſcientia
» ſtellarum & mirabilium ſuorum ſecretorum, & collegi de multis libris ſapientum
» huius ſcientiæ: & addidi ei id quod ego exiſtimaui tam per intellectum quàm per
» opinionem meam, & quod per experientiam inueni, &c. Et hunc librum adiun-
» ctatum & completum poſui, qui recipit omnes maneries huius ſcientiæ à princi-
» pio ſuarum radicum uſq; ad complementum omnium partitionũ ſuarum. In-
Argumenat libr. 8. » cepi enim primo loqui de ſignis & ſuis naturis. Et de planetis & ſuis qualitatibus.
» Et de rebus quæ excuſari non poſſunt, quin præponantur antequam loquamur
» in iudicijs. Deinde locutus fui in quæſtionibus, & hæc poſui in tribus partibus.
» Poſtea de natiuitatibus, & poſui ea in duabus partibus. Poſtea de reuolutionibus
» annorum nati, in una parte. Poſtremo de reuolutionibus annorum mundi. Præponuntur & ab initio operis ſingulorum librorum capita.

†*Aliàs Heben Rodan.* HALI †Rodoham Aegyptij, commentarij in artem paruam Galeni, impreſſi Venetijs cum Ioannitio, in fol. chartis 29. & dimid. cum duplici Latina textus translatione, quarum una eſt Gerardi Cremonenſis. Quis autem ipſius Hali commentarios tranſtulerit, non inuenio.

Commentarij in Cl. Ptolemæi Centiloquium & Quadripartitum, excuſi Venetijs apud Octauianum Scotum, 1493. in folio, chartis 109. cum aliquot alijs aſtrologicis Arabum opuſculis. *Alia duo opuſcula Hali Rod.* Poſt expoſitionem Quadripartiti habentur duo opuſcula eiuſdem Hali, unum de proiectione radiorum, & alterum de tribus natiuitatibus, quarum primam de ſeipſo fecit. Ego (inquit) natus fui in tertio climate in loco in quo diuiſit Ptolemæus terrã Aegypti in duabus partibus, &c. ibidem de fortuna ſua & ſtudijs nonnulla ſcribit.

» Ex præfatione Aegidij de Tebaldis Lombardi Parmeñ. Hoc opus Ptolemæi
» cum gloſſis prudentiſſimi Heben Rodan phyſici, qui à Deo habuit, & ſua conſide
» ratione mirabili, ut plenius intelligeret ipſa uerba Ptolemæi, transferre prouidi iuſ
» ſu & beneplacito D. Alphonſi Romanorum & Caſtellæ regis de Hiſpanico in La-
» tinum, planum ſcilicet & apertum.

T. cl. 1270. HAMBALDVS natione Romanus, ſacræ theologiæ profeſſor, fertur quædam præclara ſcripſiſſe opuſcula, inter quæ extant:

Supe?

Super Sententias, lib.1. Quodlibetorum, lib.1.

HAMMONIVS nomen proprium à quibuſdam aſpiratur, ego in prima litera ſine aſpiratione ponere malui.

HAMVLARIVS Fortunatus archiepiſcopus Treuerenſis, natione Teuthonicus, monachus Luxouienſis, & Romanæ eccleſiæ Cardinalis, Græca & Latina eloquentia inſignis, miſſus à Carolo Imperatore magno Conſtantinopolim ad Imperatorem Michaëlem, pacem & amicitiam inter eos mirabili induſtria & eloquentia ſua confirmauit, ſicut in geſtis Treuerorum cõtinetur. Scripſit autem inter cætera, T. M. 819.

De eccleſiaſticis officijs, lib.1. Satis & nimium quidem.
Ad Ludouicum de eadem re, lib.4. De myſterijs miſſæ, lib.1.
Ad diuerſas epiſtolas, lib.1.

HAMVLVS epiſcopus Lugdunenſis in Gallia Latine & Hebraice doctus, ſcripſit non contemnendæ lectionis opuſcula, de quibus ego tantum legi opus inſigne ad Carolum, T. cl. 830.

Contra Iudæos, lib.1. Deteſtanda Iudæorum.

HANNONIS Periplus, id eſt, circumnauigatio Libyæ, impreſſa Græce Baſileæ apud Frobenium, 1533. in 4. parum excedens chartam 1. cum alijs quibuſdam Græcis geographicis. Inſcriptio eſt huiuſmodi. Hannonis Carthaginenſium regis periplus Libycarum terræ partium ultra columnas Herculis ſitarum, quem & in Saturni templo conſecrauit, iſta quæ ſequuntur deſcribentem. Hunc Plinius aliquando teſtem citat: & primus hominum leonem manſuefeciſſe fertur.

HARMODII Lepreatæ librum de legibus in Phigalia Athenæus citat.

HARPOCRATION Mendeſius de placentis ſcripſit, ut meminit Athenæus.

Harpocrationis dictionarium Græcum de dictionibus rhetorum per ordinem literarum, impreſſum Venetijs apud Aldum cum Vlpiani commentarijs Græcis in Demoſthenem. Eiuſdem de dictionibus Iſocratis liber, ibidem excuſus cum Iſocrate Græco. Omnia ex eius dictionarijs Phauorinus Camers in ſuũ tranſcripſit, niſi fortè pauca quædam propria nomina omiſit, & rhetorum teſtimonia, quæ ubiq; citare ſolet Harpocration, nominatis eorum orationibus, in quibus dictiones ſingulæ reperiuntur: Et apud Suidam ſimiliter ferè eadẽ reperies. Suidas quatuor HARPOCRATIONES commemorat, quorum ultimus is uidetur de quo hic loquimur. Idem & HARPOCRATIS cuiuſdam familiaris Ammonio meminit, qui capiendus aliquando euanuerit: ſed nihil quod ab eo ſcriptũ ſit, refert.

HARTMANNVS Scedel Nurenbergeñ. natione Teuthonicus, artium & medicinæ doctor, comportauit & ſcripſit inter alia ex Iacobo Pergomenſi & alijs hiſtoriographis, addens nonnulla maxime de rebus Germanorũ opus grande & inſigne, quod continet T. cl. 1494.

Hiſtorias temporum, lib.1. De cæteris nihil uidi.

HARYNGHVS Sifridi Sinnama de Hagis Phryſiæ oriundus, qui uulgo Hermanus appellatur, natione Teuthonicus, utriuſq; iuris pfeſſor, ſcripſit inter alia opus grande & celeberrimũ, titulos legales enucleatiſſime declarans, omnibus in utroq; iure ſiue in altero ſtudere incipientibus ualde utile & neceſſarium. T. cl. 1494.

Super titulos Codicis, lib.12. Et ſi uerboſitas ſine f.
Super titu. ff. ueteris, lib.24. Quanquam autem noua pla.
Super titu. ff. Inforciati, lib.14. Sciendum erit hic in.
Super titu. ff. noui, lib.12. Quia ſeptem ſunt partes.
Super titu. autenticorum, lib.1. Quamuis conſtitutiones.
In uſus feudorum, lib.1. Quia hic liber feudorum.
De pace conſtantiæ, lib.1. Quia Imperator Frede.
Super titu. inſtitutionum, lib.4. Quanquam ab hoc libro.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [639] - 299v

Super titu. Decretalium, lib. 5. Quoniam ut dicit Imperator.
Extant & alia quædam. Viuit ætate uirili in ciuitate Colonienſi.

T.M.8140. HAYMO tertius epiſcopus Halberſtatenſis eccleſiæ in Saxonia ex abbate Hirſfeldenſis cœnobij ordinis ſancti Benedicti, natione Teuthonicus, Alcuini monachi quondam auditor, ad quem Rabanus Fuldenſis tunc abbas, 22. libros de uniuerſo cõpoſuit, ſcripſit penè infinita opuſcula, de quibus iſta quæ ſubiecimus, ferunt.

In quinq; libros Moyſi,	lib. 5.	In Ioſue,	lib. 1.
In Iudicum,	lib. 1.	In Ruth,	lib. 1.
In Regum,	lib. 1.	In Paralipomenon,	lib. 1.
In Tobiam,	lib. 1.	In Eſdram & Neemiam,	lib. 1.
In Iudith,	lib. 1.	In Heſter,	lib. 1.
In Iob,	lib. 1.	In Cantica canticorum,	lib. 1.
In Eſaiam prophetam,	lib. 3.	Eſaias propheta nobili.	
In Hieremiam,	lib. 1.		
In Ezechielem,	lib. 1.	Et factum, &c. dicit beatus.	
In Danielem,	lib. 1.		
In 12. prophetas minores,	lib. 12.	Verbum quod factum eſt.	
In pſalmos quoq;,	lib. 1.		
In euangelijs homiliarum,	lib. 2.	Conſulens dominus huma.	
In omnes epiſtolas Pauli,	lib. 1.	A Corintho metropo.	
In epiſtolas canonicas,	lib. 7.	In Actus apoſtolorum,	lib. 1.
In Apocalypſin,	lib. 1.	Legimus in eccleſiaſti.	
De uarietate librorum,	lib. 3.	Cum ſis unicum & ſanctiſſi.	
De ſ. ncta trinitate,	lib. 1.	De Chriſtianarũ rerum memoria, li. 1.	

Alia quoq; multa ſcripſiſſe dicitur, epiſtolas, ſermones et diuerſos tractatus, qui ad notitiam meam non uenerunt.

* Haymonis omnia opera, impreſſa: nos ea in quæ ſeorſim publicata incidimus, adſcribemus. Haymonis homiliæ ſeptem, in Homiliario Doctorum, cuius in Alcuino Leuita mentio facta eſt.

Homiliarum pars æſtiualis, nunc quinto maiori quàm antehac diligentia excuſarum: cum appendicibus omnibus, non ut ante coaceruatis, ſed ſingulis ſuo loco collocatis. Excuſa Coloniæ apud Ceruicornum, 1540. in 8. chartis 48. & dimid.

Earundem pars hyemalis, ibidem nunc quinto excuſa in 8. eodem anno: chartis 53. Acceſſerunt autem præter omnes omnium appendices iam recens homiliæ aliquot piæ.

Explanatio Haymonis in omnes pſalmos, pia, breuis, ac dilucida, quam ille ex omnium ueterum ſcriptis decerpſit. Opus nunc primum excuſum Antuerpiæ apud Grapheum, 1533. in 8. chartis 49. deinde Pariſijs apud Vuechelum: & Coloniæ apud Quentel typographum magna & parua forma: & Friburgi in folio, 1533. apud Emmeum.

In Iſaiam prophetam commentaria, nunc primum excuſa ad ueterum codicum collationem, cum indice. Coloniæ apud Ceruicornum, anno 1531. in 8. chartis 37.

Enarratio in duodecim prophetas minores. Eiuſdem in Cantica canticorũ commentarius diſertiſſimus. Opus ibidem impreſſum, 1533. in 8. chartis 37.

Commentarij in Euangelia & in Iſaiam: Impreſſi Coloniæ apud Quentel.

In D. Pauli epiſtolas expoſitio, impreſſa Argentorati apud Renatum Beck, anno 1519. in fol. chartis 91. Eadem in omnes D. Pauli epiſtolas interpretatio, ad uetuſtiſſimorum exemplarium fidem recognita: indicatis quoq; locis ſacræ ſcripturæ, qui paſſim ab authore citantur: Impreſſa Coloniæ apud Ceruicornum, 1539. in 8. chartis 47. & dimid.

Com-

Commentariorum in Apocalypsin beati Ioannis libri septem, iam primum ædi-
ti, & ad multorum scriptorũ codicum fidem castigati, ibidem 1531. in 8. chartis 27.
& dimid.

Enchiridion de Christianarum rerum memoria, siue Epitome historiæ eccle-sia-
sticæ per Eusebium descriptæ, authore Haymone episcopo Halberst. opera Ioan.
Alexandri Brassicani publicatam Haganoæ apud Io. Secerium, 1531. in 8. chartis
14. & dimid.

AYMONEM & Strabonem fratres habuit Beda, doctos etiam uiros, quorum alter
homilias quasdam non inerudítas, alter in Genesim scripsit. Raph. Volaterr.

HAYMO natione Anglicus, ordinis fratrum minorum minister generalis, iussu Ale- T. cl. 1179.
xandri papæ quarti Breuiarium Romanũ correxit & rubricauit. Fertur inter alia
compendiose scripsisse,

Super sententias, lib. 4. Et quosdam sermones, lib. 1.

Et quædam alia.

HAYO Hermanus Phrysius epistolas quasdam scripsit, quæ ni fallor impressæ sunt.

HEBVHABER quidam nescio in quem Platonis librum cõmentarios scripsit, quos
manuscriptos D. Christophorus Clauserus noster habet.

HECATAEVS Abderita cũ Alexandro rege nutritus, & cum Ptolemæo Lagi com-a-
moratus, uir philosophus & circa actiones industrius, librum de Iudæis cõscripsit,
ex quo uerba aliquot refert Iosephus lib. 1. contra Appionem. Vide Suidam.

HECATAEVS Milesius, Athenæo citante, Asiæ & Europæ descriptiones ædidit.
Vide Suidam.

HECATAEI Thasij (aliâs Dioscoridæ) hexastichon in 3. lib. Florilegij.

HEDYLE poëtria, Moschines Atticæ iamborum poëtriæ filia, & HEDYLOGI Sa-
mij uel Atheniensis poëtæ mater fuit. Athenæus libro 7. aliquot uersus elegos ex
Scylla eius opere allegat.

HEDYLI poëtæ epigrammata Athenæus duobus in locis citat. Eiusdem tetrasti-
chon legitur Anthologij Planudis, lib. 4. & hexastichon, lib. 6.

HEGEMONIS poëtæ Philinnam fabulam Athenæus allegat: & Suidas ex Athenæo
& Demosthene eius meminit.

HEGESANDRI Delphi opera quædam, nempe Delphi, De statuis & imaginibus,
Hypomnemata, frequenter ab Athenæo citantur.

HEGESIANAX Alexandrinus Troica scripsit, Athenæo teste.

HEGESIPPI Tarentini fabulas 3. citari legimus apud Athenæum: Adelphos, Op-a-
sartytica, Philetæros. Hunc Suidas scribit Crobylũ cognominari, & septimam
Philippicam, quæ Demostheni inscribitur, huius esse uideri.

Hegesippi tetrasticha tria leguntur in Planudis Florilegio, duo lib. 3. & unum
lib. 6.

Hegesippo aliqui attribuunt orationem pro Haloneso, quæ alioqui Demosthe-
nis esse creditur, ut supra diximus.

†HEGESIPPVS uicinus apostolicorum temporum, & omnes à passione Domini, †A pleriſq; uul-
usq; ad suam ætatem, ecclesiasticorum actuum texens historias, multaq; ad utilita- go sine aspira-
tem legentium pertinentia, hinc inde congregans, quinq; libros composuit sermo- tione scribitur
ne simplici, ut quorum uitam sectabatur, dicendi quoq; exprimeret characterem. Egesippus: sed
Asserit se uenisse sub Aniceto Romam, qui decimus post Petrum episcopus fuit, etymõ Græcũ,
& perseuerasse usq; ad Eleutherium eiusdem urbis episcopum, qui Aniceti quon- equitatus ducẽ
dam diaconus fuerat: præterea aduersus idola disputans, subtexit historiam, qua significans, aspi
ostendit qua floruerit ætate: ait enim Tumulos mortuis templaq; fecerunt, sicut rationem requi
usq; hodie uidemus, è quibus est & Antinous seruus Adriani Cæsaris, &c. rit.

Egesippus natione Iudæus, ad fidem Christi conuersus, cuius festum cum cæte- T. cl. 160.
ris sanctis in martyrilogio locum obtinuit. Scripsit nonnulla, de quibus ego tantũ

reperi, à tempore dominicæ passionis usq; ad suam ætatem, opus insigne. Historiam ecclesiasticorum actuum, lib. 5. Bello Parthico quod inter.
* Eugyppium, de quo supra diximus, aliqui falsò nominant Egesippum: uide supra fol. 228. b. uersu 10.

Hegesippi historiographi, inter scriptores ecclesiasticos uetustissimi, de rebus à Iudæorum principibus in obsidione fortiter gestis, deq; excidio Hierosolymorum aliarumq; ciuitatum adiacentiũ, libri quinq; diuo Ambrosio Mediolanensi episcopo interprete. Eiusdem Anacephalæosis sini operis adiecta, charta 1. & tribus quadr. cum tabula concordantiarum, quæ indicat ubi Iosephus in libris belli Iudaici & Antiquitatũ eosdem cum Hegesippo historiæ locos tractauerit. Opus excusum Coloniæ apud Ioan. Soterem in fol. cum indice, chartis 38. Diuidun. tur autem libri in capita, & perioche textus breuiter passim marginibus inscribi.

Iosephus. »» tur. Prologus authoris. Quatuor libros regnorum, quos scriptura complexa »» est sacra, etiam ipse stilo breui prosecutus usq; ad captiuitatem Iudæorum, muriq; »» excidium, & Babylonis triumphos, historiæ in morem composui. Machabæorum »» quoq; res gestas propheticus sermo paucis absoluit: reliquorum usq; ad incendiũ »» templi, & manubias Titi Cæsaris relator egregius historico stilo Iosephus, utinam »» tam religioni & ueritati attentus, quàm rerum indagini & sermonum sobrietati. »» Consortem se enim perfidiæ Iudæorum in ipso etiam sermone exhibuit, quem de »» eorum supplicio manifestauit, & quorum arma deseruit, eorum tamen sacrilegia »» non dereliquit. Deplorauit flebiliter ærumnam, sed ipsius causam ærumnæ non »» agnouit. Vnde nobis curæ fuit, non ingenij ope fretis, sed fidei intentione in histo. »» riam Iudæorum ultra scripturæ seriem sacræ paulisper introrsum pergere, ut tan. »» quam in spinis rosam quærentes, inter sæua impiorum facinora, quæ digno impie. »» tatis pretio soluta sunt, eruamus aliqua, uel de reuerentia sacræ legis, uel de sanctæ »» religionis cõstitutionisq; miraculo, quæ magis, licet hæredibus, uel in aduersis ob. »» tentui fuerint, uel honori in prosperis.

D. Erasmus Rot. in præfatione sua super operibus Ambrosij episcopi Med. negat sibi uideri hanc Hegesippi historiam à D. Ambrosio translatam esse, ut supra meminimus. Quæ D. Hieronymus ex huius authoris historia de Antinoo Hadriani delicijs scribit, aliquandiu inquirens in his libris non inueni.

HELENVS, Acron, & Modestus, antiqui enarratores poëmatũ Q. Horatij à Raph. Volaterrano nominantur.

HELIAS, uide Elias.

HELIAS Cretensis archiepiscopus. Vide in Gregorio Nysseno fol. 283. b. circa finẽ.

HELIAE Capreoli de confirmatione fidei liber impressus in 4. ut habetur in catalogo Basiliensis officinæ Heruagij.

HELIAE Hebræi Cretensis, quæstiones de primo motore, de efficientia mundi, de esse, essentia, & uno. Annotationes in plurima dicta commentatoris. Opus in pressum Venetijs, anno 1506. in fol. cum alijs quibusdam: sermone barbaro.

T. cl. 1494. HELIAS Regnier, iureconsultus celeberrimus, in sæculari philosophia egregie doctus, qui in gymnasio Pictauiensi iura multo tempore publice docuit, scripsit quædam præclara opuscula, è quibus ego uidi tantum subiecta, opus celebre, quod continet

Casus sexti Decretalium, lib. 1. Bonifacius. 8. condi.
Casus Clementinarum, lib. 1. Ioannes episcopus. Diuide.

HELIODORVS presbyter scripsit librum 1. de naturis rerum exordialium, in quo ostendit unum esse principium, nec quicquam coæuum Deo, nec mali conditorẽ Deum, sed ita bonorum omnium creatorem, ut materia qua ad malum usa est, post inuenta malitia à Deo sit facta. Nec quicquam materialium absq; Deo creda. tur conditum, aut fuisse aliarum rerum creatorem præter Deum, qui præscientia

sua

ſua quum uiderit mutandam naturam, præmonuit de pœna. Gennadius.
Ioan. Trittenhemius addit alia quoq; complura ipſum ſcripſiſſe, quæ ad notitiam ſuam non uenerint.

HELIODORVS alius Antiochenus presbyter, edidit de uirginitate egregium & ſanctis ſcripturis inſtructum uolumen. Gennadius.

HELIODORI uerſus aliquot heroicos ex libro de ſpectaculis Italicis Stobæus citat in ſermone de morbis.

HELIODORI Aethiopicæ hiſtoriæ libri decem, impreſſi Baſileæ apud Heruagium in 4. 1534. chartis 31.

Libri decimi concluſio huiuſmodi eſt.

Aethiopica hiſtoria de Theagene & Chariclea finem hic habet, quam compoſuit, « uir Phœnix Emeſenus, τὰ ἀφ' ἡλίου γράφων, Theodoſij filius Heliodorus. Videri « autem poteſt, ut quidam anonymos ab initio libri Græce ſcribit, idem hic author eſſe, qui à Philoſtrato Arabius cognominatur, ob gentis uicinitatem nimirũ. Emiſus enim Phœniciæ ciuitas eſt. Probabilis autem hæc coniectura uidetur tum ex Philoſtrati uerbis, tum ex huius authoris ſtilo & elocutione ſophiſtica. Hiſtoriam enim non iniucunda figmenti ſerie contexuit, & dictione elaborata, copioſa, floridaq; ſermonis ideam conſtituit.

Ex præfatione Vincentij Obſopœi ad ſenatum Norimbergen. Cæterum ipſum « Heliodorum ueſtræ amplitudini, præter quàm quod in hac hiſtoria omniũ humanorum affectuum abſolutiſſimam quandam imaginẽ (quos omnes exacte cognoſcere non extrema ſapientiæ pars habẽda eſt) & coniugalis amoris ac fidei, & conſtantiæ pulcherrimum exemplar in Theagene & Chariclia adumbrauit: mitto uerborum ornatum & compoſitionem, & dicendi artificium, cæteraſq; orationis uirtutes, quibus nulli Græcorum authorum ſecundus eſt: uel hoc etiam nomine commendatiorem eſſe uolo, quod nondum uſpiam in lucem prodijſſe ſit cognitus: uerum etiamdum & Græcis & Latinis auribus iuxta incognitus. Et paulò poſt. Deuenit ad me per gregarium militem ſeruatus ex iſta clade Vngarica, qua ſereniſſimi quondam regis Matthiæ Coruini bibliotheca omnium inſtructiſſima ſuperioribus annis à barbarie Aſiatica uaſtata eſt, &c. Iurare audeo & Græcis authoribus, de hiſtoricis loquor, amœniorem & iucundiorẽ, neq; uerebor addere etiam doctiorem, nondum in manus meas deuenijſſe. Fatebuntur idem alij, qui penitius ipſum introſpectum deguſtauerint. De fide hiſtoriæ nihil confirmo, hæc penes authorem eſto. De argumento, quod & uariũ eſt & multiplex, nihil non polliceor, quod præter feſtiuam & amœnam & puram & caſtam hiſtoriam, quam perpetua narratione exequitur: multorum quoq; locorum ſitus coſmographica ratione ſciẽtiſſime depingit: non paucarum rerum cauſas easq; occultiſſimas eruit & aperit: nonnullorum populorum ritus & mores erudite deſcribit: plærorũq; fluminum, montium, lapidum, herbarum & regionum naturas, Aegypti nimirum & Aethiopiæ huic cõterminæ, uulgo haud cognitas explicat: omnia pulcherrimis digreſſionibus, & amœniſſimis parergis & exornationibus ita miſcens & tẽperans, ut merito uideatur præ cæteris Heliodori appellationẽ uſurpaſſe, adeo in toto opere nihil rude & impolitum reliquit, quod etiam delicatiſſimo Lectori nauſeam adferre queat. Hæc ille. Mihi ſanè ante annos aliquot hoc opus animi gratia inſpicienti, ita placuit, ut aliud prius agerem nihil, quàm operis finem attigiſſem: & niſi plurimis locis exemplar Græcum mendis inquinaretur, multo amplius delectaſſet.

HELIOGABALI principis ad meretrices oratio elegantiſſima, ut inſcribitur, impreſſa cum Suetonio, Spartiano & aliis hiſtoricis, Baſileæ in folio, apud Frobenium.

HELII Eobani Heſſi poëmatum Farragines duæ, nuper ab eodem qua fieri potuit diligentia contractæ, quibus non parum multa acceſſerunt nunc primum ædita. Opus excuſum Halæ Sueuorum, 1539. in 8. chartis 60.

Catalogus operum Eobani Heſſi in hoc uolumine.

Bucolicorum Idyllia 17. cum argumentis & annotationibus.

Heroidum libri tres, tertiũ recogniti & aucti. In primo libro epiſtolas ſcribunt, Deus pater Marię uirgini, Maria uirgo Deo patri, Maria Magdalena Ieſu Chriſto, Maria Ioanni, Lydia Paulo, Elizabeth Ioãni Baptiſtæ. In ſecundo, Helena Conſtantino, Paula Hieronymo, Anna Ioachimo, Martha Maximino, Monica Auguſtino, Anaſtaſia Chryſogono, Eliſabetha Ludouico. In tertio, Catharina Chriſto, Thais Paphnutio, Cunegundis Henrico, Barbara Euſebio, Sabina Alexio, Pelagia Nonio, Maria Aegyptia Zozimæ, Dorothea Theophilo, Eobanus poſteritati, Eccleſia captiua Luthero.

Clarorum uirorum epicedia, & ipſa aucta & recognita: ſunt aũt epicedia Friderici ducis Saxonię, Guilielmi, Niſeni, Alberti Dureri, Mutiani Rufi, Vlrichi Hutteni, Ioan. Reuchlini, Bilibaldi Pirghaymeri, Mercurini principis Chattinariæ, Gaſparis Nucelij, & Hieronymi Ebneri præfectorũ ærario urbis Noricæ, D. Eraſ. Rot. Syluarũ lib. 9. in quib. plurima & uarij argumẽti epigrãmata ad diuerſos ſcribunt. Vrbis Norinbergæ, & omnium eius ſpectabiliũ partium ac ædificiorũ deſcriptio. Expeditio & uictoria Vuirtenbergenſis in Sueuis, principis Heſſi.

Coluthi de raptu Helenæ, & iudicio Paridis poẽmation translatum.

Loci Homerici inſigniores uerſi: nẽpe, Clypeus Achillis, Martis & Veneris adulteriũ, Equus Troianus, Horti Alcinoi, Therſites, Vlyſſes et Menelaus, Sirenes, Ate, Litæ, Equi Achillis, Eiuſdẽ haſta, Thamyris, Ceſtus Veneris, Moly, Nepẽthes.

† Hæc & ſeorſim prius publicata ſunt.

† Præcepta ſalubria carmine elegiaco ſcripta: ſiue, liber de bona ualetudine conſeruanda, hoc ordine. Rerum naturalium breuis digeſtio ab elementis & humoribus. Spiritus & uirtutes. Generales tuendæ ualetudinis præceptiunculæ. De his quæ ad corpus pertinent. Simplicium ciborum facultates aliquot. Carnes. Membra animalium. Aues. Fructus arborum. Legumina. Olera. Radices. Frumentacea. Piſces. Oua. Lactaria. Vina. Cereuiſia. Medicinæ laus. Chorus illuſtrium medicorum. Chorus Muſarum.

Elegiarum libelli epigrammata hæc ſunt. De ſchola Norica. In auſpicio ſcholæ propoſitum carmen. In inuidum. De ingreſſu M. Lutheri in Erphurdiam, elegiæ duæ. De eiuſdem concione ad populum Erphurdienſem, & honoribus ei exhibitis. In eundem Erphurdia abeuntem. Ad Iuſtum Ionam theologum cum Martino redeuntem à Cæſare. Ad Hul. Huttenum ut Lutheri cauſam adſerat. In Hieronymum Emſerum Lutheromaſtiga inuectiua. Ad authores ludi Vuittenbergæ in Caprum æditi.

Homeri Ilias Latinis uerſibus heroicis reddita: excuſa Baſileæ apud Robertũ Vuinter, 1540. in 4. chartis 74. cum Gaſparis Scheti Coruini mercatoris Antuerpiani carmine ad Eobanum, quod tribus ferè chartis ſeorſim conſtat, in fine libri adiecto.

Ex præfatione authoris ad eundem mercatorem.

Nec tantum pueris, quibus inſeruiſſe decorum eſt,
Hæc data, per Muſas, ut legerentur erant:
Quin etiam doctis, ſpes eſt bona, poſſe probari
Carmina non cæci facta Latina ſenis.
Nam bona ſi Græcis quæ ſunt, bene uertere laus eſt,
Inde mihi laudis ſpes aliquanta fuit.
Quamuis ô utinam tam temporis iſta fuiſſet,
Quàm fuit euentus cauſa probata mihi.
Nam nimis ad metam feſtinauere iugales,
Queis nimium currus creditus iſte fuit,
Si qua leges igitur properæ neglecta Thaliæ,
Da ueniam; lapſus impetus omnis habet.

Cætera

Cætera quid referam, quæ me potuere morari,
Difficile è Graijs reddita mille locis? &c.

Theocriti Idyllia 36. Græca, & Latino carmine per H. Eobanum reddita. Impressa Haganoæ, 1530. in 8.

Eadem Latine solum, Eobano interprete, Basileæ Cratander impressit in 8. 1531. chartis 16. Adiectis, anonymo interprete, Theocriti genere & uita, & singulorum Idylliorum argumentis.

Ex præfatione ad Hieronymum Ebnerum Nurenbergen. senatorem.

Theocriti argumentum.

Accipe Simichidæ lusus Hieronyme uatis,
Quo uarium quicquam uix magis esse potest.
Pastores, armenta, greges ouiumq; boumq;
Concinit, & uitulos, caprigenumq; pecus.
Nunc teneras, Veneris gratissima regna, puellas:
Dicere me pueros, quos canit ille, pudet.
Nunc ita Cyclopi Nereida scribit amatam,
Vt Venerem nostræ cedere cogat opi.
Heroum celebrat laudes, Heroidas ornat
Carmine, pastorem quod decuisse queat.
Pastor, uenator, messor, piscator, & auceps,
Nauita, miles, eques, pictor & agricola est.
Et ne quid non sit quandoq; & Sphinga uidebis
Esse, lyra uarios nunc sociare pedes. &c.

De suæ versione.

In quibus haud modico uersata industria nisu
Nostra, nec exiguo pondere pressa fuit.
Quòd mihi si qua parum sunt explorata, nec omni
Plena modo, ueniam res meruisse potest.
Res ita difficilis, duri res plena laboris,
Res, quam nemo ausus nos prior ante fuit.

Ficta epistola Maximiliani imperatoris, qua respondet carmine ad epistolam Italiæ ab Vlricho Hutteno scriptam. Impressa seorsim: potest autem referri ad Heroidum epistolas.

Vitæ honestæ descriptio, impressa.

Salomonis Prouerbia & Ecclesiastes, carmine ac Paraphrasi reddita per H. Eobanum Hessum. Psalmi non pauci ab eodem carmine redditi. Precula ad Christum. Liber excusus Basileæ apud Robertum Vuinter in 8. chartis 14. & dimid.

Hymnus Paschalis, quem iuuenis olim scripsit, ibidem impressus.

Scholia in Bucolica & Georgica Virgilij, Basileæ opinor impressa nuper apud Vuesthemerum.

H. Eobani Hessi, poetæ excellentissimi, & amicorũ ipsius, epistolarũ familiarium libri 12. quibus non modo uita illius, sed & aliarũ rerũ descriptiones pulcherrimæ, scituq; dignissimæ cõtinentur, ut habet inscriptio. Opus impressum post mortem authoris, Marpurgi Hessorum apud Egenolphum in fol. 1543. chartis 79. Ab initio libri habetur Elegiacum carmẽ Iacobi Micylli, quo uitam Eobani describit, doctis plane & lectu non indignis uersibus.

Catalogus eorum, ad quos Eobani Hessi epistolæ in his libris habentur: quoties autem & quibus locis ad singulos scribatur, non opus est huc addere.

Adamus Craphtus. Antonius Coruinus. Antonius Niger. Conratus Mutianus Rufus. Crotus Rubianus. Decius Veteranus. Euritius Aperbachus. Georgius Bonæmilius. Georgius Sturtiades medicus. Guilielmus Breitengraser. Iacobus Meylen. Iacobus Micyllus. Ioachimus Camerarius. Ioannes Creuterus. Io-

annes Draconites. Ioannes episcopus Sidonienſis. Ioan. Ferrarius. Ioan. Ficinus. Ioan. Gotlenus. Ioan. Gualtherus. Io. Langus. Ioan. Megabacchus. Io. Nordecus. Io. Spangenbergus. Iodocus Chimerinus. Iodocus Ionas. Iuſtinianus ab Höltzhauſen. Ludouicus Melſingẽſis. Martinus Hunus In imaginem M. Lutheri. Melchior Coriletus. Micalus Rotingus. Michaël Grocouius. Michaël Menius. Michaël Noſſenus. Norimbergẽſi Senatui. Petrus Nigidius. Philip. Melanchthon. Sebaldus Heyden. Thomas Venatorius. Vincilaus Lincus. Vitus Theodorus.

Oratio in prælectione Syluarum Lipſiæ habita.

Oratio in promotione Baccalaureorum pronunciata.

Catalogus eorum, qui ad Eobanum Heſſum, aut etiam ipſi inter ſe mutuo, ſcripſerunt. Adamus Fuldenſis. Andreas Althamerus. Antonius Coruinus. Antonius Niger. Berthramus Damus. Beat. Rhenanus. Bilibaldus Bircamerus. Chriſtophorus à Carbelitz. Conratus Mutianus Rufus. Eraſmus Roterod. Euritius Cordus. Euricius Vrbanus. Georgius Sturtiades. Iacobus Micyllus. Io. Alexander Braſſicanus. Ioachimus Camerarius. Io. Apellus. Io. Ferrarius. Ioan. Ficinus. Io. Langus. Io. Lonicerus. Io. Spangenbergus. Io. Vualterus. Iuſtus Ionas. Io. Megabacchus. Iuſtus Menius. Marcellus Regius. Martinus Lutherus. Michaël Noſſenus. Moëtianus Rufus. Nicolaus Victor. Petrus Moſellanus. Petrus Nigidius. Philip. Melanchthon. Reinardus Hadamarius. Valentinus Capella. Vlrichus Huttenus.

T. cl. 1200. HELMANDVS monachus frigidi montis, ſcripſit plura opuſcula, è quibus feruntur ſubiecta. Ab exordio mundi uſq; ad ſuam ætatem magnum & inſigne uolumen.

Hiſtoriarum, lib. 48.

De reparatione lapſi, lib. 1. G. lamentationes & ue.

Sermones plures, lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1.

Et alia plura.

T. cl. 1069. HELPERICVS monachus cœnobij S. Galli, ordinis diui Benedicti, natione Teuthonicus, ſcripſit tam metro quàm oratione ſoluta nonnulla opuſcula, de quibus ego tantum reperire potui opus præclarum.

De computo eccleſiaſtico, lib. 1. Cum fratribus noſtris ado.

De muſica quoq;, lib. 1. De cæteris nihil uidi.

T. M. 1151. HELIZABET monialis & abbatiſſa ſororum cœnobij Schonaugienſis, ordinis ſancti Benedicti, ſoror Eckeberti abbatis, uirgo ſanctiſſimæ conuerſationis, quæ multas reuelationes diuinitus acceperat, quas ad ædificationem poſteritatis literis demandauit, è quibus legi iſta.

Viarum dei utile opus, lib. 1. Factum eſt in exordio.

De XI. M. uirginũ Colonienſium, lib. 1. Vobis qui pios affe.

Reuelationum diuerſarum, lib. 2. Omnes qui lecturi ſunt.

Ad fratrem ſuum Eckebertum, lib. 1. Petis à me frater &.

Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1. Ex epiſcopatu Metenſi de.

Ad ſanctam Hildegardem, lib. 1. Et alia quædam.

HELLADIVS Alexandrinus grammaticus, ſub Theodoſio iuniore ſcripſit De uſu omnis generis uocabulorũ ordine literarum, Deſcriptionem ambitionis, Dionyſium aut Muſam, Deſcriptionem balnei Conſtantianorum, Laudem Theodoſij regis. Suidas. Lexicon eius Suidæ uocabulario coniunctum eſt, ut operis inſcriptio præ ſe fert.

HELLANICVS Mileſius hiſtoricus circuitum terræ & hiſtorias quaſdã literis mandauit. Suidas.

HELLANICVS Mitylenæus hiſtoricus, filius Andromenis uel Ariſtomenis uel Scamonis cum Herodoto apud Amyntam Macedonum regẽ uerſatus, &c. plurimatum ſoluto tum ligato ſermone ſcripſit. Suidas. Athenæus multa Hellanici

ſcripta

ſcripta paſſim commemorat, nempe: Aegyptiaca, Anabaſin in Ammonis, Decalioneam, Gentium nomenclaturas, Hiſtorias, Carneonicas, Ctiſes, Phoronidem.

HELVIDIVS Auxentij diſcipulus, Symmachi imitator, ſcripſit religionis quidem librum ſtudio, ſed non ſecundum ſcientiam, neq; ſermone, neq; ratione nitidum, cuius operis ita ſanctarum ſcripturarum ſenſus ad ſuam peruerſitatem flectere conatus eſt, ut earum teſtimonijs aſſerere uoluerit ſanctam Mariam poſt natiuitatẽ Domini, quem uirgo peperit, Ioſeph ſponſo ſuo iunctam, & ex eius conſortio filios ſuſcepiſſe, qui fratres Domini appellati ſunt: cuius prauitatẽ arguens Hieronymus, libellũ documẽtis ſcripturarũ ſufficienter factũ, aduerſus eum ædidit. Gennadius.

HENIOCHI Athenienſis Comici mediæ Comœdiæ fabulas 3. Athenæus citat: Suidas autem permultas nominat. Verſus octodecim ex quadam eius fabula Stobæus refert in ſermone de repub.

HENRICI IIII. Cæſaris Auguſti epiſtolæ aliquot ad pontificem Romanum & alios principes, impreſſæ cum deſcriptione Concilij Baſilienſis per Aeneam Syluium: chartis 2.

HENRICVS de Andernaco, natione Teuthonicus, ordinis fratrũ beatæ Mariæ ſemper uirginis de monte Carmeli, ædidit non paruipendendæ authoritatis opuſcula, de quibus feruntur ſubiecta. Opus præclarum, T.

Super Sententias, lib. 4. Sermones de tempore, lib. 1.
Sermones de ſanctis, lib. 1. Quæſtiones philoſophiæ, lib. 1.
Et quædam alia quæ ad notitiam noſtræ lectionis minime uenerunt.

HENRICVS Arnoldi, natione Saxo, profeſſione monachus Carthuſienſis domus Baſilieñ. Scripſit opuſcula multa ualde deuota atq; ſalubria, è quibus ea quæ ad notitiam noſtram peruenerunt ſubiecta ſunt. T.M.1487.

Multæ de diuerſis ſanctis orationes de. lib. 1. Orationes ſequentes.
Sermones plures, lib. 1. Hiſtoriæ de diuerſis ſanctis, lib. 1.
Concordantia Euangeliſtarum de paſſione domini, lib. 1.
Meditationes de uita Chriſti, lib. 1. De concep. immaculatæ uir. Ma. tract. 1.
De nouitiorum inſtructione, tract. 1. Dial. inter Ieſum & Ma. tract. 1.
Dial. de exercitijs. ſ. inter ſanctam Margaretam & eius ſeruulum, tract. 1.
Alius dialogus inter eoſdem de cruce, tract. 1.
De commendatione charitatis, tract. 1. Charitatis excellentia.
De ſancta humilitate ſub forma oratio. tract. 1. Humilitatis perfectæ.
Iterum de humilitate, tract. 1. Fratres chariſſimi humil.
Chronica domus Carthuſienſium in Baſil. tract. 1.

HENRICVS Bebelius Iuſtingenſis, natione Germanus, poëta laureatus, ſcripſit artem condendorum carminum, quę ab ipſo emendata & aucta, unà cum Racemationibus ſeu obſeruationibus eius in carmine obſeruandis, impreſſa eſt, cum Iacobi Henrichmanni grammatica, Tubingæ 1515. in 4. chartis 10. & dimid. abſq; Iacobi grammatica numeratis. Liber eſt non malus, imò optimus id temporis inter Germanos in hoc argumento, bonos enim authores ſecutus eſt eius author: nempe Priſcianum, Diomedem, Martianum Capellam, Terentianum, Seruium, Sergium, Bedam, Probum, Victorinum, Fortunatianum, Acronem, Porphyrionem: & ex recentioribus, Aldum Manutium, Maturantium, &c. Græcorũ quoq; proſodiam interdum admiſcet. Præfatio authoris, quam ſcripſit anno Domini 1511. Habes hic Lector quantitates ſyllabarum multis in locis correctas, immutatas, & auctas, quarum tantum eſt pelagus, ut nemo hactenus (etiam Sulpitius Verulanus, Paulus Pompilius, & Neſtor Dionyſius, qui omnium diligentiſſime de his ſcripſerunt) ſatis commode & perfecte ſcripſerit: quorum quantitates, & menderiq; ipſum nõ uno in loco auxi atq; correxi, ut prioribus meis libris (uti etiã commentarijs linguæ Latinæ) nõ tuto in omnibus credere poſſis, nec erubeſco hoc confiteri. « « «

Eiusdem Institutio puerorum, Triumphus, Libri impressi in 4. in Germania, Tubingæ opinor.

HENRICI de Boërio, Singularia in iure, typis excusa, ni fallor.

HENRICI Bomelij historia de bello Traiectano, nescio an impressa.

T. HENRICVS Boyc, natione Brito, ex diœcesi Leonensi, sicut in principio sui operis super decretalibus testatur, scripsit in ea facultate non spernenda uolumina, è quibus subiecta feruntur,

a Super decretalibus, lib. 5. Venerabilibus & dis.
Super. 6. decretalium, lib. 1. Super Clementinis, lib. 1.

Fertur etiam cõmentarios in Decretis ædidisse, aliosq; de diuersis materijs uarios tractatus, qui ad manus nostras minime uenerunt.

a Lectura eius super Decretales, impressa est.

T. HENRICVS de Bruxellis, monachus Hafflighemensis cœnobij ordinis diui patris Benedicti, scripsit nonnulla commendanda opuscula, quibus suo tempore longe lateq; innotuit, è quibus feruntur,

De ratione computi, lib. 1. Calend. de incensionibus, lib. 1.

Et quædam alia mihi ignota.

HEINRYCHVS Bullingerus, natione Heluetius, ecclesiæ Tigurinæ Pastor & Antistes, à morte pijssimi doctissimiq; uiri D. Huldrychi Zuinglij, ad ministerium ecclesiæ Tigurinæ à Verbi ministris Senatu Populoq; Tigurino uocatus, & in locũ Zuinglij substitutus est. Docuerat autem antea priuatim in Schola Capellana in agro Tigurino, ab anno 1523. humanas & sacras literas, publice interim populo Christum prædicans. Inde reuocatus in patriam Bremgarten (quod Argouiæ in Heluetijs oppidum est) sacras simul scripturas interpretatus est, & euangelium populo annunciauit: donec infelice inter Heluetios bello exorto, rursus patria pulsus Tigurum uenit, anno 1531. à quo tempore in hunc usq; diem euangelium ecclesiæ nostræ pure, simpliciter, & magno zelo proponere pergit, tum ob innocentiam uitæ, tum excellentiam doctrinæ bonis pijsq; tam alibi omnibus, quàm senatui nostro populoq; Tigurino non immerito charus & uenerabilis. Annũ ætatis agit, dum hæc scribimus, quadragesimũ primum. Opera eius, quæcunq; hactenus iuuandi studio in lucem dedit, ut simplici minimeq; fucato, ita bene Latino & elegante stilo conscripta, Froschouerus typographus apud nos excudit. Sunt autem hæc.

De hebdomadis quæ apud Danielem sunt opusculũ, impressum Tiguri apud Froschouerũ, anno 1530. in 8. chartis 3. & dimid. Ex præfatione scripta Bremgarti, 1530. ad Petrum Simlerum. Lege itaq; conatum nostrum in re ardua dili» gentius, & intelliges Iesu Christi Domini nostri mysterium, multo luculentius, » multo etiam euidentius, quàm hactenus unquam. Nam usq; adeo hic prophetæ lo» cus expositus ac firmus est, ut nesciam an alius quisquam huic conferri possit. In» telliges confiteberisq; ipse, certissima esse, quæ ab apostolis tradita sunt, de fide in » Dominum Iesum, uerum Deum & hominem.

De prophetæ officio siue prophetica functione, & quomodo digne administrari possit, oratio: impressa, 1532. in 8. chartis 4. & dimid.

a De Testamento seu fœdere Dei unico & æterno, breuis expositio, impressa 1534. in 8. chartis 6. & dimid. Eandem Germanice scriptam publicauit.

b Vtriusq; in Christo naturæ tam diuinæ quàm humanæ, contra uarias hæreses, pro confessione Christi catholica, assertio orthodoxa. Impressa 1534. in 8. chartis 9. Ex præfatione ad omnes uerbi ministros per agrum Tigurinum. » Habetis hic typis excusam assertionem nostram, quam ferijs Felicis & Regulæ in » celebri conuentu nostro recitaui, & quam tantopere cupiebatis pro fratrum & ec» clesiarum utilitate typis in multa transcriptam exemplaria uulgari, &c. Ego certe

negotium

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [648] - 304r

negotium istud magnificum & inenarrabile aliâs simplici quadam ratione, subtili- ‹‹
tatibus illis ac tricis imaginarijs prætermissis exposui. Video enim & in sacris ista ‹‹
quàm simplicissime tradi, & inexquisita fide percipi. Proinde neq; singulis hæreti- ‹‹
corum argutijs, obiectionibus & blasphemijs respondi. Nam simplicem ueritatem ‹‹
perspicue proposuisse exposuisseue, est argumẽtis hæreticorũ mendaciũ astruen- ‹‹
tibus respondisse. Et hæc disputatio de essentia Dei instituitur, quam nemo homi- ‹‹
num facile exposuerit.

a. b. Hi libri etiã impressi sunt sub finem Cõmentariorum eius in epistolas Pauli.

De scripturæ sanctæ authoritate, certitudine, firmitate, & absoluta perfectione: deq; episcoporum, qui uerbi Dei ministri sunt, institutione & functione, contra superstitionis tyrannidisq; Romanæ antistites libri duo, cum epistola nuncupatoria ad Heinrychum VIII. Angliæ regem, qua docetur ecclesiæ & religionis curam ad reges pertinere. Excusi 1538. in 4. chartis 30.

Ex præfatione, siue initio primi libri. Exoriuntur quotidie grauissimi uerbi Dei ‹‹
hostes, qui multos subuertunt, & qui indies magis magisq; inualescunt, loquentes ‹‹
peruersa & execrabilia quæq; euomentes in legem Dei excelsi. Hic enim eleuat ‹‹
scripturæ studia ut nupera, dura, inculta & prorsus illepida. Alius dolet scripturã ‹‹
haberi pro perfecta piæ uitæ regula, ex qua plene hauriri possit quicquid pertinet ‹‹
ad ueram & absolutam pietatem. Contendit itaq; ad perfectionem scripturæ homi ‹‹
num facere traditiones, quas hic quoq; diuinæ legi æquat. Sunt alij qui plenis buc ‹‹
cis docent, asserunt, & tuentur, Scripturam uerbi Dei lucem, nullam omnino fu- ‹‹
turam, nisi accessisset authoritas Ecclesiæ & patrum. Atq; hic mirum est quàm im- ‹‹
probe simplicibus imponant uocabulo Ecclesiæ. His enim tenebrionibus Ecclesiã ‹‹
repræsentant, imò & ipsa Ecclesia sunt, Papa, Cardinales, Patriarchæ, Episcopi, ‹‹
Sacerdotes, Monachi, sponsi Penelopes Alcinoiq;, &c. Proinde uidebor mihi ‹‹
nunc pro gloria nominis Dei & pro incolumitate ecclesiæ Christi, deniq; & pro as ‹‹
sertione legis Domini pugnare, si nomine Christi inuocato, contra tyrannos illos ‹‹
& ecclesiæ Christi oppressores, unà cum alijs in hac palæstra certantibus athletis, ‹‹
in certamen eam, artesq; illorum præstigiatorũ detegens, clypeumq; disrumpens ‹‹
ostendam, Scripturam, quæ ipsum uerbum Dei est, longe certiorem ac firmiorem ‹‹
esse, quàm quæ hominum confirmatione egeat, aut ipsius etiam ecclesiæ approba ‹‹
tionem appetiuerit unquam. Deinde huius uim semper fuisse inuictam, cum mi- ‹‹
serè perierint quotquot se illi opposuerunt. Rursus hanc ipsam esse omnium uetu- ‹‹
stissimam & perfectissimam philosophiam, quæ semel pietatis omnem, omnem ui- ‹‹
tæ rationem perfecte contineat atq; tradat, ut nullis alijs ad ueram religionem sar- ‹‹
ciendam legibus opus sit. Quod si in re usq; adeo ardua tibi non per omnia satisfe- ‹‹
cero, Lector studiose, memineris tamen quod hisce quantum potui prodesse uolui. ‹‹

Ex peroratione. Cæterum ut ueritas omnibus innotescat, mendacia & impo- ‹‹
sturæ hominum dispareant, opus est fidelibus canonicæ ueritatis ministris & præ- ‹‹
conibus: de quibus aget liber posterior. ‹‹

Ex præfatione posterioris libri. Scripturus de institutione & functione mini- ‹‹
strorum uerbi Dei, non omnia ad amussim & ad plenum persequar, quæcunq; de ‹‹
hoc negotio dici possunt: sed tantum summa sequens uestigia rerum latissime spar ‹‹
sa in breue quoddam contraham compendium. Docebo autem quæ sit mini- ‹‹ *Argumentum libri.*
sterij huius antiquitas, & qui primi fuerint prophetæ, hoc est ministri uerbi. Dein- ‹‹
de quæ origo sit, quæ caussæ & officia sacerdotij Leuitici, & quæ circa hoc consi- ‹‹
deranda ueniunt, perstringam. Hinc ostendam quod in locum Leuitarum, autho- ‹‹
re Christo Domino, doctores uenerint euangelici, quodnam horũ sit officium, & ‹‹
qui ad hoc muneris deligendi sint. Adijciam his quædam de scholis priscis, de sti- ‹‹
pendio ministrorum uerbi Dei usuq; recto & sancto facultatum ecclesiasticarum, ‹‹
item de dignitate & authoritate episcoporum. Et quo plus roboris disputata ha- ‹‹

„ beant, opponam ijs rursus quæ de nouo pontificatu suo, maxime uero de plenitu-
„ dine potestatis Romani episcopi, confinxerunt Pontificij. Vbi scripturæ quæ-
„ dam loca & argumenta nonnulla, quibus suum illum errorem statuunt atq; defen
„ dunt, explicabo, demonstrans apostolicum ministerium & quæcunq; ad hoc per-
„ tinent conseruandum istorum traditionibus prauis prorsus esse antiquata adeoq;
„ & subuersa. Et hanc querelam de corruptissimo episcoporum statu non nupe-
„ ram, sed priscam esse euincam, ne quis forte putet me affectui indulgere, & bilem,
„ quod dici solet, releuare uelle. Postremo appendam qui & quo tempore exorti
„ sint, quorum opera arte & improbitate inuincibili imperiū Romani episcopi suo-
„ rumq; antistitum, adeò in immensum excreuerit.

Prioris libri capita sunt quindecim, posterioris uiginti, suis quæq; argumentis inscripta.

De origine erroris circa inuocationem, cultumq; deorum & simulachrorum: & circa cœnam Domini ac missam, libri duo: excusi primum Basileæ in 8. 1528. deinde Tiguri apud Froschouerum, 1539. in 4. chartis 62. ita aucti & recogniti ut si conferas cum priore æditione, hæc triplo propè excedat, imò priorem illā ne agnoscas quidem.

„ Ex præfatione authoris ad Lectorē Christianum. Vsus sum frequenter in hoc
„ opere patrum scriptis, idq; propter illos qui plus ferè mouentur patrū dictis quàm
„ scripturæ testimonijs. Alioqui fateor ingenue in hac causa me non niti patrum sen
„ tentijs: solis enim canonicis scriptoribus eum honorem defero, ut omne religionis
„ negotium ex illorum pronunciatis uel recipiendum uel repudiandū credam; nec
„ patiar hic me alijs quàm scripturarum premi testimonijs.

Ex præfatione siue epistola nuncupatoria ad D. Ambrosium Blaurerum Constan
„ tiensem, qua suum tradendi modum, & libri argumentum explicat. Modum in
„ tradendo sequutus sum, qui maxime uidebatur perspicuus esse, & huic negocio
„ congruere. Simpliciter expono omnia. Vtor oratione uulgari, minimeq; pictura-
„ ta aut elaborata, &c. Tractarunt ante me quidem partem huius argumenti homi-
„ nes sancti & docti, quorum alij etiamnum uiuunt, alij cōcesserunt ad Dominum:
„ pauci uero aut nulli de origine erroris totoq; superstitionis negocio ex professo &
„ ordine certo disseruerūt. Extant enim eorum opera, in quibus per partes nunc de
„ Inuocatione diuorum, nunc de Simulachrorum cultu disputarunt, nonnunquam
„ & alia interim agentes per occasionem istarum rerum meminerunt. Ego uero to-
„ tum illud superstitionis negocium in compendium contraxi, de hoc tantum disse-
„ rui, totumq; semel oculis Lectorum spectandum proposui. Quod sicubi usus po-
„ stulabat, aut in illorum libris elegans sententia, aut euidens extabat argumentum,
„ hisce nostris inserui. Et paulò post. In priore operis parte, quid prophetæ &
„ apostoli apostolicaq; ecclesia de Deo, eius inuocatione & cultu senserint atq; cre-
„ diderint ostendo. His oppono superstitionem, ubi differo de primis caussis & ini
„ tijs erroris apud Gentes, Iudæos, & Christianos. Neq; ob aliud ibidem de Gentiū
„ superstitionibus disputo copiosius, quàm quod sub finem libri collationem subij-
„ cio inter superstitionem Gentilium & Christianorum, ut iam mox ab initio colli-
„ quescat id à nobis nulla fieri cum pietatis iniuria. In Iudæorum superstitionibus &
„ idololatrijs declarandis ideo diutius immoror, quod ex illis quoq; nostræ melius
„ cognosci posse uidebant. Iam in inquirendis originibus nostræ superstitiōis altius
„ rem repetij. Excutio enim sanctorum quorundā patrū super hac re sententias: qui
„ bus tamen nolui, quod uideri poterat, cornicum oculos, ut dici solet, configere: sed
„ ueritati patrocinari, quæ sanè omnium hominum ac patrum existimationi antefe-
„ renda est. Hoc consilio respondi etiam ad singulas aduersariorum obiectiones,
„ quas licet paucis bona tamen fide recensui, bona fide item discussi, sed quàm felici-
„ ter, iudicabunt Lectores. Et hæc quidem disputata hactenus concludo assertione

inuoca-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [650] - 305r

inuocationis diuini nominis, & intercessione Domini nostri Iesu Christi. Hic enim alter disputationis nostræ scopus est: solum Deum per Christum unice esse in omnibus inuocandum, non deos, non diuos, neq; ullam quantumuis excellentẽ creaturam. Progredior amplius, & dissero iam etiam de initijs & progressu idololatriæ, quæ dogma illud de intercessione, inuocatione & cultu diuorum sequuta est, expono causas propter quas quibusdam uidebatur imagines in templa Christianorum esse recipiendas: His argumenta adijcio, quibus tuentur receptas. Ex oposito lege Dei prolata & exposita, quæ contra Idola legitur promulgata Exodi 20. aduersariorum argumenta dissoluo. Vbi ex historijs recenseo, quantum incendium excitarit in ecclesia Christi, & quantum mali toti orbi Christiano dederit inse lix illa inter orientales & occidentales de usu imaginum Christi & sanctorum, in Christianorum templis concertatio. Postremo cum aduersarij omnes huc ceu ad sacram ancoram confugiant, quod alia fuerit ratio in superstitione & Idolorum cultu Gentilium, alia in cultu diuorum & imaginum apud Christianos, ego collatione quadam demonstro eundem esse cultum, superstitionẽ eandem deorum Idolorumq; apud Gentes, & diuorum ac imaginum apud Christianos. Hanc uero disputationem concludens tandem iustis caussis in medium prolatis, ostendo quantopere cauere oporteat idololatriam & omnem peregrinum cultum, quem dominus tantopere odit ac execratur: qui certe alter huius disputationis nostræ status est, uidelicet Christiano homini constanti fide fugiendã esse omnem idololatriam: Deum enim eum approbare cultum, qui spiritu, fide & integritate constat.

Ex præfatione in posteriorem librum de origine erroris circa cœnam Domini sacram, & Missam Papisticã ad Petrum Simlerum. Principio de mysterio redemptionis & coniunctionis fidelium cum Deo per Iesum Christum: de Institutione item, ui & efficacia usuq; Cœnæ sacræ dissero. Hinc affero quædam de eius nomenclatura, uarijsq; appellationibus. Deinde ostendo quanta puritate simplicitateq; absq; ceremoniarum pompa apostoli, & qui proxime apostolorum tempora insequuti sunt, Cœnam celebrauerint. Quibus mox adijcio unde noster ille Missandi ritus ueniat: præterea quomodo & quibus rebus increuerit Missarum impia & quæstuosa illa nundinatio. Postremo perstringo horribilem illam cõcertationem eruditorum posterioris sæculi hominum super transsubstantiationis perplexissimo negotio, quod quæ protinus absurda & impia sequuta sint, subijcio.

Prioris libri capita sunt 36. posterioris 12. singula suis argumentis inscripta.

De omnibus S. Scripturæ libris eorumq; præstantia & dignitate, expositio: quæ primum Latine & Germanice Biblijs aliquot Tiguri impressis præfixa est: nuper autem locupletata eisdem ex Leonis Iudæ & Petri Cholini interpretatione publicatis Latine præposita est: chartis circiter 3. Continet autem, primum exhortationẽ ad sacras literas, & quædam de inscriptione ac instituto philosophiæ nostræ cœlestis, id est, Bibliorũ uel utriusq; Testamenti: deq; eorundem ordine & distinctione: deinde singulorum librorum argumenta consiliaq; paucis exponit.

Vigilij martyris & episcopi Tridentini libri 5. contra Eutychen, & alios hæreticos, correcti & scholijs illustrati. Vide in Vigilio.

Libri sex commentariorum in Acta apostolorum, ab authore recogniti ac denuo etiam excusi, anno 1540. in fol. chartis 62.

Hoc opere traditur, quæ fuerit ecclesiæ sanctæ infantia, qui auctus, quæ ecclesiæ iustæ facies: quæ doctrina apostolorum, qui ueteris ecclesiæ ritus, quæ studia, quæ religio, fides, doctrinaq; uera uel falsa, uetus uel noua: qui ueri uel falsi doctores, qualia utrorunq; ingenia: qualia sint mundi studia, qualis persequẽtium animus, successus, qualiaue fata: quæ omnia in libri indice copiosius recensentur.

Ex præfatione ad S. P. Q. Francfurdiensem ad Mœnum. Argumenti nobilitas utilitasq; permouit, ut in elegantissimum amœnissimumq; librum adornarem

„ commentarios. Accesserunt & fratrum preces, &c. Accessit ad hoc quod uir in-
„ comparabilis D. Ioachimus Vadianus stipularetur ea se absoluturum quæ essent
„ geographica, quod & Epitome ædita præstitit, & de ea quidem silere melius puto
„ quàm parum dicere: quod uel multis nemo facile expresserit eius operis pretium
„ & utilitatem amplissimam, eruditionem absolutam, & iudicium emunctissimum.
„ Præterea suppeditata sunt à fratribus nonnullis dictata quædam, quæ uir ille ante
„ annos aliquot Christianis quibusdam auditoribus Sangalli dictauit, quibus me
„ haud modice iuuari posse sperabam: nec fefellit opinio. Eiusmodi enim erant, ut si
„ recognouisset euulgassetq; haudquaqam hoc labore meo fuisset opus, &c. Si ergo
„ nunc in hoc opere desiderentur plurima, ego uel hoc nomine uenia dignus ero,
„ quod in argumento difficili & grauissimo partũ habuerim adminiculi, nisi ea quæ
„ iam recensui dictata. Nihil enim extat in hoc opus, quod ego quidem sciam post
„ Erasmi Rot. lucubrationes, Annotata inquam & Paraphrases. Nam ex uetustis
„ paucissima quædam supersunt. Chrysostomus enim pro more suo declamationi-
„ bus deditus, uel parcius Lucæ uerba perstringit, uel recitando transit. At Bedæ
„ Anglosaxonis uiri doctissimi annotamenta breuiora sunt, quàm quæ simpliciori-
„ bus satisfacere possint. Quæ uero Iusti Ionæ titulo nuper euulgata circumferun-
„ tur, eiusmodi sunt, ut is crassa, quod dici solet, Minerua, uel lineis quibusdam du-
„ ctis futurũ opus adumbrasse uideatur. Neq; uidi si quid extet præterea. Et pau-
„ lò post. Nihil in hoc neq; laboris, neq; diligentiæ omisi: quin de candore & fide-
„ litate mihi optime sum conscius. Legi omnium, quos habere potui expositiones:
„ sed & aliorum nonnunquam recensui sententias, ueterum tamen maxime, &c.
„ Proinde nos aliorum expositiones tum maxime protulimus, cum ipsos scopũ atti-
„ gisse crederemus, deniq; & in hoc protulimus: ne illi qui oraculi loco habent quod
„ Lyra, Hugo, Scotus atq; Thomas ille Aquinas prodidere, subinde calumniari pos-
„ sent, explanationes illas quas nos conscribimus, nuper esse domi nostræ natas.

In omnes apostolicas epistolas, diui uidelicet Pauli 14. & 7. canonicas, cõmen-
tarij ab authore iam recogniti, & nonnullis in locis aucti. Accessit Index copio-
sus, & ad finem duo libelli, alter de Testamento Dei, alter uero de utraq; in Chri-
sto natura, de quibus iam supra diximus. Opus impressum anno 1539. in folio:
chartis 242.

„ Ex præfatione ad Lectorẽ. Principio per integrũ opus breuitati studui, quam-
„ uis non raro etiam præter animi institutum fuerim prolixior. Cæterum data ope-
„ ra studioq;, non inertia studui breuitati. Nolui enim Lectorem, quem scripturis le-
„ gendis parabam, nimium nostris enarrationibus grauare, inuoluere, remorari aut
„ tenere. Deinde quanta potui diligentia curaui, ut bona fide recitarem tibi aposto-
„ lorum uerba: qua quidem parte potissimum sequutus sum D. Erasmi Rot. æditio-
„ nem. Aliquoties uero hanc pro mea tenuitate, contuli cũ ueritate Græcanica, quo-
„ ties uidelicet hæc uideretur uel planior uel euidentior. Admonui si quod uerbum
„ insolentius, aut obscurius uidebatur. Explicaui si quæ erant implicatiora. Sed &
„ orationis salebras & hiatus, quantum potui, complanaui atq; oppleui. Annotaui
„ si qui linguæ Hebraicæ idiotismi, aut orationis occurrerent schemata. Rursus
„ ostendi quæ sit orationis series, quod filum, hoc est, quis scopus eorum quibus de
„ disseritur, quæ sententiarum & argumentorum inter se connexio, quò referenda
„ sint omnia, quid probent aut quid sibi uelint. Simul autem his rationibus indaga-
„ ui, & pro gratia mihi à Domino data, aperui sensum apostolicorũ uerborum. Hoc
„ enim illud præcipuum esse uidebam, quod studiosi nostri sæculi quærerent in sa-
„ crarum literarum interpretibus. Interim uero & locos communes illustriores cer-
„ to consilio indicaui, non tractaui. Iam quæ uidebantur alieniora & nihil pertinen-
„ tia ad nos, nostris collata rebus & temporibus nobis uindicaui, & uelut peculiaria
„ feci. Non raro oppugnaui hæreses, errores & abusus receptos in ecclesia. Et pau-
lò post.

lò poſt. Alicubi deſcripſi eccleſiæ noſtræ ritus, neq; id quidem ſine magnis cauſ-
ſis, quas intelliget quiſquis animo non malígno noſtra legerit. Cæterum ad hæc
explicanda uſus ſum ſtilo ſimplici, ut uides, & agreſti. Porrò materiam ipſoſq;
Commentarios ex ipſis ſumpſi literis apoſtolicis, has adhibui ſimpliciſſimis loquen-
di formis, ſed & ipſas inter ſeſe contuli. Pluríma quoq; mutuatus ſum ex ſcripto-
ribus uetuſtis ac neotericis: neq; hoc diſſimulaui. Plærunq; enim eorum poſui no-
mina, quorum uſus ſum explanationibus.

Hi commentarij diuerſis temporibus in alias atq; alias epiſtolas ab authore primũ
æditi ſunt, deinde à Froſchouero typographo in unum hoc uolumen collecti.

In euangelium ſecundum Matthæum commentariorum libri 12. cum indice:
impreſſi anno 1542. in fol. chartis 149.

In præfatione ad clariſſimos uiros D. Ioannem Habium, et D. Diethelmum Roey-
ſtium, urbis Tigurinæ COSS. poſtquam explicauit Dominum Ieſum Chriſtum
nõ oneraſſe eccleſiam ſuam, & quæ ſint numerata illa ueræ pietatis capita, quibus
abſoluitur Chriſti eccleſia: hæc uerba ſubdit. Cæterũ Cõmentarios hoſce meos
in Matthæum poſt tot ueteres & neotericos expoſitores nulla ambitione aut con-
temptu aliorum ædidi, ſed quia ita uoluerunt fratres & pij & docti. Petij enar-
randi genus ex conſilio maxime authoris ſacri, ex circumſtantiarum diſcuſſione,
ex aliorum locorum collatione, ex ingenio fidei & charitatis, ad quæ ubiq; reſpice-
re iubent, qui ſancte literas exponunt ſacras. Sum item non mediocriter adiutus
in hoc meo opere illorum interpretationibus qui ante me ſcripſerunt, in primis D.
Eraſmi Rot. Annotationibus & Paraphraſi: id quod in opere nunquam diſſimula-
ui. In enarrandis teſtimonijs teſtamenti ueteris ualde profuit mihi incredibilis fi-
des & fideliſſima diligentia, nec non rara illa exquiſitaq; eruditio clariſſimi uiri D.
Theodori Bibliandri præceptoris noſtri colendiſſimi, qui in ſchola eccleſiæ Tigu-
rinæ uetus Teſtamentũ profitetur. Profuit & pijſſimi doctiſſimiq; D. Conradi Pel-
licani præceptoris noſtri uenerandi labor publicus. Quæ enim ſparſim apud opti-
mos atq; uarios ſcripturarum interpretes extant, ea ille redegit in cõpendium, ec-
cleſijſq; communicauit. In concilianda hiſtoria Euangelica, nihil laboraui in hoc
opere meo. Videntur enim conciliatione nimis arguta diſtrahi Lectorum animi,
atq; ijs ſcrupuli quidam inijci. Videtur item Euangeliſtarum quilibet ſuo ordi-
ne hiſtoriam ordinaſſe, ordineq; ipſo docere uoluiſſe eccleſiam. Vnde factum ut
nunc naturali, nunc artificiali diſpoſitione procedant. Quiſquis autem cõciliatio-
ne illa, non inutili, gaudet, habet & ueteres & neotericos à quibus illam diſcat. Ex-
tant enim canones Ammonij, extant copioſi S. Auguſtini de Conſenſu euang. li-
bri. Extat item Io. Gerſonis Monoteſſaron, & Andreæ Oſiandri cõcinna Harmo-
nia euangelica. Aedidit & Martinus Bucerus eruditas & pias enarratiões Euan-
geliſtarum ante annos undecim, in quibus maxime diſſidentes locos mira felicita-
te componit. Ego in his Commentarijs meis hoc maxime curaui, ut nõ tam alios
Matthæo quàm ipſum ſibi componerem, hoc eſt, perpetuo quodam enarrandi ge-
nere, non tam ſenſum explicarem hiſtorici, quàm ipſam quoq; hiſtoriam connecte
rem: & ſingula, quantum fieri potuit, ad certum ſcopũ referrem. Ideo uero totum
opus diſtinxi in libros duodecim: libris argumenta, in quibus compagem futuriq;
operis cohæſionem, aut cohæſionis adumbrationem, membra atq; partes, & quo-
modo hæc cum capite coniungantur, indicans, præfixi. Curaui præterea ut genui-
num & ſimplicem S. Matthæi ſenſum & mentẽ quàm ſimpliciſſime aperirem. In
ambiguis & difficilioribus locis affero perfrequenter S. Hieronymi, & diſertiſſimi
D. Io. Chryſoſtomi, aliorumq; ſanctorum expoſitiones: quorum fidem & diligen-
tiam in ſacris enarrandis merito miramur & exoſculamur omnes, tametſi non pa-
ri felicitate utantur ubiq;. Adhęc indicaui ubiq; ferè euangelicæ hiſtoriæ uſum,
adaptans illam ferè noſtro ſæculo & moribus noſtris. Niſi enim nobis applicemus

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [653] - 306v

„ hiſtorias, præſertim ſacras, modica cũ utilitate legemus. Alicubi tracto locos com
„ munes, tum maxime cum horum tractatio authorem noſtrum nonnihil uidetur il-
„ luſtrare. Refuto non raro opiniones prauas, corruptas interpretationes & errores
„ noxios, uera interim iuſtaq; dogmata defendens atq; confirmans. Qua in re poſt
„ ſcripturarum teſtimonia, libenter utor S. Auguſtini ſcriptis, quod is inter ſcripto-
„ res eccleſiaſticos maxime habeatur catholicus atq; orthodoxus. Ea de cauſſa pro-
„ lixior hic fui in cõmentando, quàm cum Pauli enarrarem epiſtolas. Quod ſtilum
„ dictionis attinet extemporaria uſus ſum dictione & illaborata. Nam eccleſiaſticis
„ & alijs multis innexus negocijs, omnia ferè mea effundere ſoleo, nihil conſcribere
„ aut componere. De fide tamen mea & dogmatum ueritate, ſatis ſecurus ſum co-
„ ram Domino.

In Euangelium ſecundum Ioannem Commentariorum libri decem. Acceſſit præfatio de uera hominis Chriſtiani iuſtificatione, uera item & iuſta bonorum ope rum ratione, unà cum Indice. Impreſſi anno 1543. in fol. chartis 121.

Ex præfatione ad Io. Rodolphum Lauaterum, Tigurinæ urbis ſenatorem & quæ-
„ ſtorem ærarium. Quod attinet rationem ſcribendi, & conſilium meum, quod
„ in hoc opere Commentariorum meorum ſequutus ſum, non agam pluribus. Plæ-
„ raq; enim in Præfatione ad Matthæum expoſui, cum eadem in hoc quoq; opere
„ ſpectarim, quæ illic. Diligenter legi tum ueterum tum recentium ſcriptorum enar
„ rationes in Euangelium ſecundum Matthæum æditas, ijſq; uſus ſum in ſuis locis,
„ quemadmodum in ipſo opere meo ingenue quid ex quo mutuarim tranſcripſe-
„ rim ue annotaui, &c. Curaui tamen id in primis, ut ex noſtris Cõmentarijs con
„ textus orationis apoſtoli quàm luculentiſſime intelligatur, cernaturq;. Diſtinxi
„ opus totum in libros decem, ſingulis præfixi argumẽta, quibus adumbraui rerum
„ ſummam atq; contextum. Paſſim aſſerui ſententiam & expoſitionem orthodo-
„ xam à detortis & corruptis interpretationibus. Confutaui item perfrequenter, &
„ oppugnaui errores uarios.

Ad Ioan. Cochlei de canonicæ Scripturæ & catholicæ Eccleſiæ authoritate li-
bellum, pro ſolida Scripturæ canonicæ authoritate, tum & abſoluta eius perfectio-
ne, ueraq; catholicæ Eccleſiæ dignitate, orthodoxa Reſponſio. Impreſſa anno
„ 1544. in 4. chartis 20. cum indice. Ex præfatione. Principio fumos nebulasq;
„ Cochlei diſcutiemus, quas non obſcure, uerbo abſit inuidia, tractationi noſtræ de
„ canonica ſcripturarum authoritate offudit: ipſam uero tractationem noſtram dilu
„ cidius paulò illuſtrantes roborabimus. Deinde alterum caput libri noſtri de abſo-
„ luta ſcripturarum perfectione æditi, contra Cochlei ſophiſmata defendemus, de-
„ monſtrãtes palàm & diſerte eos fidei articulos in ſcripturis doceri, quos Cochleus
„ explicari aut expreſſe literis ſacris comprehendi negat. Poſtremo autem reſponde
„ bo ad criminationes & calumnias Cochlei, quibus ille nos conſpuens obruere to-
„ tos, & toti mundo inuiſos reddere ſatagit. Compendio autem & ſimplicitati ſtude-
bo. Diuiditur hic liber in capita triginta

Breuis Antibole, ſiue reſponſio ſecunda, ad maledicam implicatamq; Ioannis Cochlei de Scripturæ & Eccleſiæ authoritate Replicam, unà cum explicatione de ſancta Chriſti catholica Eccleſia, ad illuſtriſſimum principem & dominum, D. Ot-tonem Heinrychum, Palatinum Rheni, & utriuſq; Bauariæ ducem, &c. Liber imprimendus proxime, circa principium anni, 1545.

Nunc ſcribit & adornat ſex libros Commentariorum in Euangeliũ D. Marci.

Libri qui ab H. Bullingero Germanice primũ æditi, Latine poſtea reddíti ſunt.

De omnibus ſacræ ſcripturæ libris, eorumq; præſtantia & dignitate, expoſitio. Item De Teſtamento, ſeu fœdere Dei unico & æterno, expoſitio: de quibus ſupe-rius dictum eſt.

Aduerſus omnia Catabaptiſtarũ praua dogmata libri 4. per Leonem Iudæ La-

tini

tinifacti & aucti, uide in Leone Iudæ.

Institutio ægrotantium, per Diethelmum Cellarium Latinitate donata: qua pau cis & simpliciter tum ægrotantes, tum qui ægrotos instituunt, docentur: & præpa rationis ad mortem doctrina continetur. Impressa Tiguri apud Aug. Frisium, 1542. in 8. chartis 6.

Antiqua fides & religio, per eundem D. Cellarium in Latinum sermonem uer sa, & impressa anno 1544. in 8. chartis 9. In hoc Enchiridio (candide Lector) ha bebis breuissimam historiam, quòd Christiana fides mox à primis mundi exordijs ad hæc usq; tempora durauerit, eaq; uera et indubitata sit, & quod per solam fidem in Christum Iesum omnes pij Deo & placuerint, & salutem fuerint consecuti: cum supputatione temporum sacrosanctæ nostræ fidei, deq; illius præcipuis & operi bus & professoribus: Præterea eiusdem incrementa & defectus ac calamitates iam inde à prima mundi origine, ad hæc usq; tempora.

Ab eodem Germanice scripti, Latine non redditi.

Prosopopœia expostulationis Dei opt. max. cum Heluetijs, qua plurima bene ficia Dei benignitate eis exhibita cõmemorantur, ipsiq; ad respiscendum inuitan tur, indicatis etiam rationibus, quæ ad uerum Dei cultum & auitam concordiam eos perducturæ sint. Excusa anno 1528. in 8. chartis 3. & dimid.

Contra Ioannis Viennensis episcopi libellum, quem scripserat de uictoria pa ta inter Heluetios, anno 1531. H. Bullingeri responsio, qua discutitur utrum cla des nostra, fidei, sacramentorum & simulachrorum causa contigerit. Impressa anno 1532. in 8. chartis 3. & dimid.

Institutio matrimonij Christiani, per capita 25. diuisa, & impressa anno 1540. in 8. chartis 14. Argumentũ libri: De sacri matrimonij institutione, quãdo, ubi, quomodo, & à quo institutum sit: quid sit, quomodo rite cõtrahatur, quæ sint eius causæ, fructus, & decus: cõtrà autem, quàm indecora scortatio & adulteriũ. De coniugis electione: de fide, amore, & officio cõiugali: de recta liberorũ educatione.

H.C. Agr. HENRICI Cornelij Agrippæ ab Nettesheym à Consilijs & Archiuis Inditiarij sacrę Cæsareæ Maiestatis, armatæ militiæ equitis aurati, & utriusq; iuris Doctoris (qui intra decennium, aut circiter, Gratianopoli in Gallia ad summam paupertatem redactus obijt) uaria opera Coloniæ ad Rhenum excusa sunt, ex quibus illa mihi uidere contigit, quæ hic subijciam.

De occulta philosophia libri 3. ab authore castigati & aucti, impressi anno 1533. in fol. chartis 94. Loci nomen non additur, uidentur tamen excusi Coloniæ.

Ex præfatione ad Lectorẽ. Hominibus obliquæ opinionis, mente languidis, ma lignis & ingratis, ne nostra scripta legant, consulo, nec intelligãt, nec meminerint: nam noxia sunt, uenenosa sunt, Acherontis ostium est in hoc libro, lapides loquũtur, caueant ne cerebrum illis excutiat. Vos autem qui æqua mente ad legendũ uenistis, si tantam prudentiæ discretionem adhibueritis, quantam in melle legendo apes, iam securi legite: puto nanq; uos & utilitatis non parum, & uoluptatis plurimũ ac cepturos. Quod si qua repereritis quæ uobis nõ placeant, mittite illa, nec utimini: nam & ego uobis illa non probo, sed narro. Cætera tamen propterea non respuite: nam & medicorum uolumina inspicientibus cõtingit cum antidotis & pharmacis simul etiam uenena legere. Fateor præterea magiam ipsam multa superuacua, & ad ostentationem curiosa docere prodigia: simul hæc ut uana relinquite, causas ta men illorum ne ignorate. Quæ uero ad hominum utilitatem, ad auertendos malos euentus, ad destruendum maleficia, ad curandos morbos, ad exterminanda phan tasmata, ad conseruandam uitæ, honoris, fortunæ dexteritatem, sine Dei offensa, sine religionis iniuria fieri possunt: quis illa non tàm utilia censeat, quàm etiam ne cessaria? Sed quia admonui uos, multa me narrando potius quàm affirmando scri psisse: sic enim opus esse usum fuerat quo pauciora præteriremus, multa insuper

» Platonicorum cæterorumq́ gentilium philosophorum placita sequuti sumus, ubi
» instituto nostro scribendi suggerebant argumentum. Ideo si alicubi erratum sit, si-
» ue quid liberius dictũ, ignoscite adolescentiæ nostræ, qui minor quàm adolescens
» hoc opus composui, &c. In libro nostro de Vanitate scientiarum hunc librum
» magna ex parte retractaui. Cum autem primum hoc opus à me scriptum Ioan.
» Tritemi abbati corrigendum obtulissem, cõtigit ut interceptum opus, priusquam
» illi summam manum imposuissem, corruptis exemplaribus truncum & impolitũ
» ubiq́ circunferretur, iamq́ nonnulli id prælo exponere uellent: quamobrẽ id ipse
» paulò castigatius ædere constitui, &c.

Ex epistola nuncupatoria ad Io. Tritemium abbatem. Posteaquã de Magiæ nomine aliqua disseruit, & quæ nam eius pars impia, quę naturalis et philosophica
» esset ostendit, hæc uerba subdit. Cum hæc igitur sic se haberent, mirabar admo-
» dum, neq́ minus etiã indignabar, neminẽ hactenus extitisse, qui tam sublimem sa-
» cramq́ disciplinã ab impietatis crimine uindicasset, aut illam nobis pure syncereq́
» tradidisset: siquidẽ quos è recentioribus ego uidi Rocherium Bachonem, Rober-
» tum Anglicum, Petrum Aponum, Albertum Teutonicum, Arnoldũ de Villa no
» ua, Anselmum Parmensem, Picatricẽ Hispanum, Cicchũ Asculanum Florentinũ
» & plærosq́ alios, sed obscuri nominis scriptores, cum se magiam tradere pollicen-
» non nisi aut deliramenta quædã nulla ratione subnixa, aut superstitiones probis
» omnibus indignas præstiterunt. Quare uolui & ego philosophari, qui ab ineunte
» ætate semper circa mirabiliũ effectuũ & plenas mysteriorũ operationes curiosus
» intrepidusq́ extiti explorator, non illaudabile opus me facturũ existimans si Ma-
» giam ipsam uetustã sapientumq́ omniũ disciplinã ab impietatis erroribus redimi-
» tam, purgatamq́, & suis rationibus adornatã restituerem, & ab iniuria calumnian
» tium uindicarem. Itaq́ electis è philosophorum exploratæ fidei sententijs, purgata
» introductione malignorũ: qui simulata scientia mentientes magorũ traditiones ab
» ipsis tenebrarũ reprobatis libris, uelut ab ipsis adytis mirandorũ operationes requi
» rendas docebant, discussis tenebris tres libros de magia cõpendio breuitatis cõple-
» xos his diebus cõposui, & de Occulta philosophia minus infenso titulo inscripsi.

» Ex epilogo operis. Quicquid in his libris per curiosam adolescentiã à me er-
» ratum est, nunc cautior hac palinodia recantatũ uolo: permultũ enim temporis &
» rerũ, in his uanitatibus olim contriui. Tandẽ hoc profeci, quod scia quibus ratio-
» nibus oporteat alios ab hac pernicie dehortari. Quicũq́ enim non in ueritate, nec
» in uirtute Dei: sed in elusione dæmonum, secundum operationem malorum spiri
» tuum, diuinare & prophetare præsumunt, & per uanitates magicas, exorcismos,
» incantationes, amatoria, agogima, & cætera opera dæmoniaca, & idololatriæ frau
» des exercentes, præstigia & phantasmata ostentantes mox cessantia, miracula sese
» operari iactant: omnes hi cum Ianne & Mambre et Simone mago æternis ignibus
» cruciandi destinabuntur.

In primo libro naturalis magia traditur, quæ multa sanè cognitu pulchra & iucunda lectu continet: sympathian & antipathian rerum exponens, & alia uaria.

Secundus cœlestis magiæ mysteria docet, ex antiquitate obseruata.

In tertio diuinæ & ceremonialis magiæ mysteria exponit author. Quicquid (inq́)
» de his Isiaci Aegyptiorũ ueteres sacerdotes, ac Chaldæi Babyloniorũ prisci uates,
» atq́ Cabalistæ Hebræorũ diuini sapientes, tum Orphici, Pythagorici & Platonici,
» Græcorũ, profundissimi philosophi, tũ Indorũ Bragmani, Aethiopũ Gymnosophi-
» stæ, ac nostræ religionis intemerati theologi tradiderũt: & qua uerborũ ui, qua si-
» gnaculorũ potẽtia, quib. bñdictionũ et imprecationũ carminib. qua obseruationũ
» uirtute tã stupẽda et admiranda, pdigia olim opati fuerint, in hoc libro, pferã: et quę
» uetustatis obliuiõisq́ squalore obsita, hucusq́ in tenebris latuerũt, ad lucẽ exponã.
» Ab initio opis singulorũ librorũ capita prẽponũt, quę breuitatis causa omittimus;

sunt

sunt autem in uniuersum capita 189. argumentis quæq; suis inscripta.

De incertitudine et uanitate scientiarum declamatio inuectiua, uel Cynica, qua docetur nusquã certi quicquam, perpetui, & diuini, nisi in solidis Dei eloquijs atq; eminentia uerbi dei latere. Liber impressus Coloniæ apud Eucharium Agrippinatem, anno 1531. in 8. chartis 26.

Ex præfatione ad Augustinum Furnarium ciuem Genuensem. Non habeo in mei ingenij suppellectile, quod præstare possim, præter insignem ignorantiam, ipsumq; facet ingenium fortunæ meæ indignatione deiectum, adeò ut ex ipsa indignatione fermè cum Troiana illa Hecuba uersus sim in canem, ac nullarũ uirium sim ad bene dicendum: nil amplius meminí nisi mordere, oblatrare, maledicere, conuitiari: atq; sic affectus scripsi his diebus uolumen satis amplum, cui De incertitudine & uanitate scientiarum titulum feci, in quo sic in uniuersum illam scientiarum atq; artium gigantomachiam oblatraui: sic omnes illos scientiarum & artium robustissimos uenatores ualidissimis morsibus perstrinxi, ut quoties opus ipsum reuiso, ipse ego me demirer talem in homine canem, & cui nihil canínum desit præter unam adulationem, licet aulico admodum necessariam. Et paulò post. Tantum abest me hoc facinore inuidiam metuere, ut gratiam ab omnibus mihi deberi putem, qui ad operã publicæ utilitatis simul speculator & miles denunciem & impugnem, quibus salus periclitatur humana, atq; insuper ducem me præbeam ijs, qui egredientes humanarum scientiarum labyrinthum, in arcem tendunt ueritatis. Verum ego nunc è cane in crocodilũ aut draconem aliúmue igniuomũ serpentem migrabo, et pyrographiã (opus quale hactenus nostra non uiderit ætas, sed nõ nisi famoso cuiquam orbis uastatori profuturũ) protinus absoluã, tum sacrame spargã lympha & flumine uiuo abluã, quo tandem fatalibus his laruis exutus, rursus in hominẽ reuertar: ne quando nimium Pythagorissans, et in tam uarias beluas demigrans, tandem Luciani & Apuleij instar, in philosophantẽ asinũ uertar.

In præfatione ad Lectorẽ, primum recenset singillatim, quæ quantaq; pericula sibi immineant ab illis quotquot hoc libro reprehẽdit: deinde subiungit. Habeo præterea quo me tuear uerbũ Dei, quod ego his pro clypeo scutoq; intrepidus opponam. Et si oporteat, qui pro illo libens tantos in me cõcitaui hostes, libens etiam occumbam, priusquã deserã. Et te scire uolo, me nõ odio, nõ ambitione, non dolo, nõ errore inductũ hæc scripsisse: nec me sacrilega cupiditas, nec improbæ mentis arrogantia ad hoc impegit: sed causa omniũ cum iustissima tum uerissima, q̃ uidelicet uideam multos humanis disciplinis scientijsq; usq; adeo insolescere, ut sacrarũ literarum eloquia, & canonicas spiritus sancti scripturas (quia careant ornamẽtis uerborum, uiribus syllogismorũ, affectatisq; suadelis, & peregrina philosophorũ eruditione: sed simpliciter in operatione uirtutis, & nuda fide firmatæ sunt) idcirco tanquam rusticas & idioticas non modo despicere & aspernari, sed & uelut cõtemptuquodam insuper insectari. Alios etiã uidemus, licet sibi magis pij uideantur, qui Christi leges, ꝓbare & cõfirmare nitunt̃ decretis philosophorũ, illis plus tribuentes q̃ sanctis Dei, ꝓphetis, euangelistis, & apostolis, cũ tamẽ hi ab illis plus dissideant, quàm absunt. Præterea in multis ac fermè omnib. gymnasijs peruersus mos ac dãnabilis cõsuetudo inoleuit, quod initiandos discipulos iureiurando adigũt, Aristoteli aut Boëtio, aut Thomæ, aut Alberto, seu alij cuiuis suo scholastico Deo sese nunq̃ repugnaturos, à quib. si quis latũ unguem diuersum senserit, hunc hæreticũ, scandalosum, piarũ aurium offensiuũ, igni flãmisq; absumendũ proclamãt. Hi igitur tam temerarij gigantes, & sacrarũ literarũ hostes aggrediendi sunt: illorum castra & arces expugnanda sunt, ostendendũq; quanta sit hominũ cæcitas, cum tot scientijs & artibus, cũ tot insuper singularũ magistris & authoribus, semper à ueritatis cognitione aberrare: quanta etiã temeritas, q̃ arrogans præsumptio, philosophorum scholas præferre ecclesiæ Christi, opiniõesq; hominũ preponere aut adæquare uer-

„ bo Dei. Denicp̃ q̃ impia tyrannis captiuare ad præfinitos authores ſtudioſorũ inge
„ nia, & adimere diſcipulis libertatẽ indagãdæ & ſequẽdæ ueritatis. Quæ oĩa cũ tam
„ manifeſta ſint ut inficias iri nõ poſſint, uenia danda erit ſi liberius ac forte amaru-
„ lentius in aliqua diſciplinarum genera, earundémue profeſſores uidear perorare.
„ Ex libri initio. Scientias ipſas magna ex parte uituperandas mea opinio eſt,
„ nec ullam eſſe quæ careat iuſta reprehenſionis cenſura, neq; rurſus quæ ex ſeipſa
„ laudem aliquam mereatur, niſi quam à poſſeſſoris probitate mutuatur. Ea autem
„ modeſtia hanc ſententiã meam à uobis accipi uolo, ut me nec alios uelle reprehen-
„ dere, qui diuerſum ſentiunt, nec mihi aliquid arrogare inſolentius putetis. Itaq; mi
„ hi in hoc à reliquis diſſentienti ueniam dabitis, donec à ſingulis per ordinem litera-
„ rum facultatibus, hanc ſententiam auſpicabimur non uulgaribus duntaxat argu-
„ mentis, & à ſuperficie rerũ ſumptis, ſed rationibus firmiſſimis & ex intimis rerum
„ uiſceribus eductis: non ulla Demoſthenis aut Chryſippi arguta eloquentia, quæ
„ mihi ſacras literas profitenti, opprobrio eſſet futura.

Loci communes ſiue capita eorum quæ in hoc libro tractantur, numero III.

Scientiæ in genere. Literarum elementa. Grammatica. Poëſis.
Hiſtoria. Rhetorica. Dialectica. Sophiſtica.
Ars Lullij. Ars memoriæ. Mathematica in genere.
Arithmetica. Geomantia. Aleatoria. Sors Pythagori
Iterũ de arithmetica. Muſica. Saltationes & choreæ. (ca.
Gladiatoria. Hiſtrionica. Rhetoriſmus. Geometria.
Optica. Pictura. Statuaria & Plaſtica.
Specularia. Coſmimetria. Architectura. Metallaria.
Aſtronomia. Aſtrologia iudiciaria. Diuinationes in genere. Phyſionomia.
Metopoſcopia. Chiromantia. Geomantia iterũ. Aruſpicia. Speculatoria.
Somniſpicia. Furor. Magia in genere Magia naturalis. Magia mathe-
maticalis. Magia uenefica. Goëtia & Necromantia. Theurgia. Cabala.
Præſtigia. Philoſophia naturalis. Principia. Mundus. Anima.
Metaphyſica. Philoſophia moralis. Politica. Religio in genere.
Imagines. Templa. Feſta. Ceremoniæ. Magiſtratus eccleſiæ.
Sectæ monaſticæ. Ars meretricia. Ars lenonia. Mendicitas.
Oeconomia in genere. Oeconomia priuata. Oeconomia regia ſiue aulica.
Aulici nobiles. Aulici plebeij. Mulieres aulicæ. Mercatura. Quæſtura.
Agricultura. Paſtura. Piſcatio. Venatio & aucupium.
Agricultura iterum. Ars militaris. Nobilitas. Ars heraldica. Medicina
in genere. Medicina operatrix. Pharmacopolia. Chirurgia.
Anatomiſtica. Veterinaria. Diætaria. Ars coquinaria. Alcumiſtica.
De iure & legibus. De iure canonico. De arte aduocatoria. De arte
notariatus & procuratoria. De iuriſprudentia. De arte inquiſitorum.
De theologia ſcholaſtica. De theologia interpretatiua. De theologia ꝓphetica.
De uerbo Dei. De ſcientiarum magiſtris. Ad encomium aſini digreſſio.
Peroratio.

In artem breuem Raymundi Lullij cõmentaria, impreſſa Coloniæ apud Ioan. Soterem in 8. 1533. chartis 13.

„ Ex epiſtola nuncupatoria ad Io. Laurentinũ Lugduneñ. Volumus te dona-
„ re arte, & ea non uulgari, non triuiali, non circa unum aliquod obiectum occupa-
„ ta: ſed arte artium omnium regina, qua duce ad reliquas omnes ſcientias & artes
„ facile conſcendes, ita, ut non modo in illis mediocrem diſciplinam, ſed & inſignẽ
„ doctrinam rationabiliter ualeas profiteri: Ea autem eſt ars inuentiua Raymun-
„ di Lullij, cuius ea dignitas eſt ac præcellentia, ea generalitas ac certitudo, ut

ſe ſola

se sola sufficiente, nulla alia scientia præsupposita, non ullo indigens forinseco iu-
uamine infallibiliter cum omni securitate ac certitudine, errore omni semoto, de
omni re scibili, ueritatem ac scientiam, sine difficultate & labore inuenire nos fa-
ciat. Insuper omnes alias scientias sub se complectens, et ad uerũ ordinans, soluens
omnes quæstiones & obiectiones, quæ circa quodcunq; scibile fieri possunt: nec ul
lum scibile est, quod hanc effugiat. Argumentatur insuper per argumenta in-
fallibilia, certissima & notissima, quibus nemo potest contradicere: ideoq; non indi
get aliarum scientiarum uel scripturarum testimonijs: sed ipsa omnem aliarum scri
pturarum ac scientiarũ authoritatem, etiam ipsam sacram scripturam disponit, or-
dinat & probat. Habet enim principia uniuersalia, generalissima ac notissima, cum
mutua quadam habitudine ac artificioso discurrendi modo, in quibus omniũ alia-
rum scientiarum principia, & discursus, tanquã particularia in suo uniuersali elu-
cescunt. Ea insuper huius scientiæ est promptitudo & facilitas, ut etiam pueri im-
puberes, hac arte freti, in omnibus fermè facultatibus docte disserere possint. Mul
ti etiam qui in extrema senectute se ad literas contulere, hac arte paucis mensibus
in uiros doctissimos euasere: ita hæc ars omnem temporis indigentiam uincit &
inopiã. Quod ne fabulosum uideatur, extãt nostræ memoriæ testes, PETRVS
Daguinus Mediatus, & IACOBVS Ianuarius, uiri tota Italia celebrati, quorum
prior tricesimoseptimo ætatis suæ anno, cum uix prima hausisset elementa literarũ,
septem duntaxat mensibus huic artificio incumbens, omnibus doctissimis uiris mi
raculo habitus est, quem & tota ferè Italia uerbo experta est: & opera eius in hunc
diem, quantum doctrina præstiterit præ se ferunt. Alter autem (quod magis mi
rum est) cum septem peregisset lustra, à literis penitus alienus, in tantum hac arte
profecit, ut sicut ex scriptis eius uidere licet, nulli doctorum hominum sit postpo-
nendus. Notum est FERDINANDVM Cordubam Hispanum, per cuncta ultra
& citra montes gymnasia, omnibus studijs hac arte celebratissimum extitisse: atq;
RAYMVNDVS Sabunde, qui librum creaturarum siue Theologiam naturalem
ædidit, eo ipso, præter reliqua scripta sua satis ostendit quantum hac arte ualuerit.
Præterea Iacobum Fabrum Stapuleñ. ac Carolum Bouillum, apud Parisios diuul-
gatæ sapientiæ uiros, Raymundo deuotissimos scimus, eorumq; scripta testantur.
Et ut ad meos Germanos ueniam, ANDREAS, PETRVS, IACOBVS germani
fratres, natione Frisones, cognomine Canterij, unica cum sorore adhuc pueri de-
cennes, in omni disciplinarum genere egregie disseruere, quos non modo Germa
nia & Gallia, sed tota penè Italia, ipsaq; Rhoma & nouit & admirata est. Horum
Andreas mihi huius artificij præceptor contigit, cuius fundamento innixus, deli-
berauí etiam ego aliquod ædificium superstruere, atq; hæc in artem Breuẽ succin-
cta commentariola scribere.

Circa finem adijcitur Tabula Commentariorum suorum in artem breuem Ray-
mundi, quæ constat sesquicharta.

Hæc ars R. Lullij ex metaphysicis, dialecticis, & rhetoricis quibusdam mixta uide
tur: sic autem de eadem scribit hic author in libro de Vanitate scientiarum cap. 9.

R. Lullius dialecticę haud absimilem prodigiosam artẽ inuenit, per quam de quo-
uis subiecto sermone, abunde quis ualeat disserere, atq; inuenire quadam artificio-
sa nominum ac uerborum perturbatione, atq; in utrãq; partem (ut olim Gorgias il
le Leontinus) de omni sermone curioso hoc plus quàm eleganti artificio, garrula lo
quacitatis ostentatione disputare, neq; ullum uincendi locum alijs relinquere, &
res minutissimas & pusillas in immensum dilatare, &c. Hæc ars ad pompam in-
genij & doctrinæ ostentationem potius quàm ad comparandam eruditionem ua-
let, ac longe plus habet audaciæ quàm efficaciæ. Tota præterea inerudita est ac
barbara, nisi elegantiore quadam literatura adornetur.

Hen. Cornelij Agrippæ, orationes decem: Historiola de duplici coronatione

Caroli v. Cæſaris apud Bononiam. Eiuſdem ac aliorum doctorum uirorum epi grammata. Liber excuſus 1535. in 8. Coloniæ apud Ioan. Soterem; chartis 10. Sunt autem orationes iſtæ.

1 In prælectionem Conuiuij Platonis in Ticinenſi gymnaſio, Amoris laudem continens.

2 In prælectionem Hermetis Triſmegiſti, de poteſtate & ſapientia Dei.

3 Pro quodam doctorando.

4 Ad Metenſium dominos cum in illorum aduocatum ſyndicum, & oratorem acceptaretur.

5 Ad ſenatum Lucenburgiorum, pro dominis ſuis Metenſibus habita.

6 In ſalutatione cuiuſdã principis & epiſcopi, pro dominis Metenſibus ſcripta.

7 In ſalutatione cuiuſdam magnifici uiri, pro dominis Metenſibus ſcripta.

8 Per quendam affinem ſuum Carmelitanum, ſacræ Theologię baccalaureum formatum, in acceptione Regentiæ, Pariſijs habita.

9 Pro filio Chriſtierni regis Daciæ, Noruegiæ, & Suetiæ, &c. in aduentu Cæſaris habita.

10 In funere D. Margaretæ Auſtriacorum & Burgundionum principis habita.

De præcellentia muliebris ſexus, liber impreſſus.

Apologia quædam, & ea impreſſa.

» Scripſi & ego (inquit) quandam Geomantiam ab alijs longe diuerſam, ſed non
» minus ſuperſtitioſam, fallacemq́, aut ſi uultis dicam etiam mendacem. Hæc in
» libro ſuo de Vanitate ſcientiarum cap. 13.

» De apparitionibus animarum ſiue ſpirituum late ſcripſimus in dialogo noſtro
» de homine, & in libris de occulta philoſophia. Ibidem, cap. 52.

» Ego hanc rem, quam hic ſummario conceptu tetigi, ampliore uolumine deſcri
» pſi alibi, ubi ipſam nobilitatem ſuis coloribus & lineamentis exacte expreſſi: oſten
» diq́ non fuiſſe nec eſſe aliquod in orbe regnum inſignémue principatum, quæ nõ
» inceperint parricidio, proditione, perfidia, crudelitate, ſtrage, cædibus, alijſq́ hor
» rendis ſceleribus, artibus inquam nobilitatis. Ibidem cap. 80.

Hic author in plærisq́ Romanæ eccleſiæ conſentit, in multis diſſentit, authori tati ipſius derogans, nuptias ſacerdotum ſuadens, imaginum omnẽ uſum taxans, cucullam diaboli inuentum aſſerens, recẽtiorum theologorũ, ut Scoti, Thomę, ſcri pta reijciens, &c. In quibuſdã parũ conſtans, nec auſus animi ſententiã pferre.

T.M.1410. HEINRYCHVS de Coſueldia, natione Teuthonicus, ordinis Carthuſieñ. Prior do mus ſanctæ Mariæ, prope montẽ diuæ Gertrudis in Hollandia, ſcripſit multa præ clara uolumina, è quibus ſubiecta feruntur.

In Exodum myſtice,	lib. 1.	In epiſtolam Pauli ad Romañ.	lib. 1.
De tribus uotis ſubſtantialibus,	lib. 2.	Nolite diligere mundum.	
Contra uitium proprietatis,	lib. 1.	De tribus cuſtodijs monaſticis,	lib. 1.
De inſtitutione nouitiorum,	lib. 1.	Circunciſorium myſticum,	lib. 1.
De ſacramento altaris,	lib. 1.	De annuntiatione dominica,	lib. 1.
Eulogium Pauli eremitæ,	lib. 1.	Sermones de tempore,	lib. 1.
Sermones de ſanctis,	lib. 1.	Epiſtolarum ad diuerſos,	lib. 1.

Et alia complura. Guilhelmi Pariſienſis epiſcopi arduum opus de uniuerſo cor poreo & incorporeo ſeu ſpiritali, mira induſtria perluſtrans, breui compendio pul chre concluſit.

HENRICVS Dandalus de geſtis Venetorum ſcripſit hiſtoriam, quæ ni fallor im preſſa eſt.

T.cl.1370. HENRICVS de Dolendorp, ordinis fratrũ beatæ Mariæ ſemper uirginis de monte Carmeli, ſcripſit quædam præclara uolumina, è quibus ego reperiri tantum,

Super Sententias,	lib. 4.

HEN.

HENRICVS archiepiſcopus Ebredineñ. Vide infra, Henri. de Seguſia. T.

HENRICI ab Eppendorf querela ad D. Eraſmum Rot. Liber impreſſus Haganoæ in 8. 1531.

HENRICVS de Erfordia, natione Teuthonicus, ſcripſit nonnulla uolumina, quibus nomen ſuum multis notificauit, è quibus fertur opus hiſtoriarum, T. cl. 1350

De factis memorabilibus, lib. 1. Et quædam alia.

HENRICVS Euta ſiue Oyta, natione Teuthonicus, gymnaſij Vuienẽſis in Auſtria unicum decus & complantator à principio, ſcripſit multa præclara uolumina, de quibus ad manus noſtras pauciſſima hucuſq; peruenerunt. Legi enim duntaxat, T. cl. 1390

Super Sententias, lib. 4. Circa prologum primi.
De contractibus, lib. 1. Diligite iuſtitiam qui.
De cõceptione ſanctæ Mariæ, lib. 1. Conſurget uirgo de Iſra.
Et quoſdam ſermones, De cæteris nihil uidi.

HENRICVS Euticus, Francus orientalis, utriuſq; medicinæ profeſſor egregius, multa ædidit quæ poſteritati parat. Item diuerſo & uenuſto charactere carminũ opuſculum pulcherrimum, quod intitulauit, T. cl. 1494

Scommata, ſeu urbanos & lepidos iuuenum iocos.
In medicina opuſcula plura.
Satyram in ſophiſtas & dialecticos & humanitatis ſtudij inimicos.
In laudes beatæ uirginis. Et alia plura. Viuit adhuc quando hæc ſcripſimus ſub Maximiliano rege, 1494.

HENRICVS de Gandauo archidiaconus Tornacenſis, natione Teuthonicus, tantæ opinionis & authoritatis in gymnaſio Pariſiorũ extitit, ut doctor ſolennis per uniuerſum Chriſtianũ orbem uocatus ſit: de opuſculis eius ego tantum reperi ad præſens ſubiecta: T. M. 1254.

Summam Theologiæ, lib. 1. Super Sententias, lib. 4.
De uirginitate, lib. 1. Sacris uirginibus cõpi.
Quodlibeta, lib. 2. De pœnitentia, lib. 1.
In Metaphyſicam, lib. 14. In Phyſicorum libros, lib. 8.

Cætera quidem multa compoſuit, ſed ad notitiam meam non uenerunt.

HENRICVS de Gauda, natione Teuthonicus, ſcripſit quædam præclara opuſcula, de quibus ad meam notitiam pauca hucuſq; peruenerunt: T. cl. 1495

Super ſententiarum, lib. 1. Fons hortorum, puteus.
De celebratione, lib. 1. Orationes uariæ.
Quæſtiones diſputatæ, Et alia quædam.

HENRICVS Glareanus Heluetius ex pago Clarona, poẽta laureatus, primus aut cũ primis noſtræ gentis hominũ bonas literas feliciter didicit, & publice docuit. Profeſſus aliquandiu Baſileæ, inde Friburgum Briſgoiæ oppidũ migrauit, ubi etiam hodie uiuit admodum ſenex, & ni fallor adhuc profitetur. Laudandus eſt hoc nomine quod artes aliquot liberales, antiquitatẽ, & hiſtorias eximie coluit, & ſcriptis illuſtrauit, ex quibus quæ ad manus noſtras uenerunt, hæc ſunt.

Ael. Donati methodus ſcholijs Hen. Glareani illuſtrata, ac eiuſdem ſubſequentibus octo tractatibus aucta.

1 De generibus nominum. 2 De nominum declinationibus.
3 De gradibus comparationis. 4 De heteroclitis.
5 De uerborum coniugationibus & formis. Item de defectiuis & anomalis.
6 De conſtructionis regulis & ſyntaxi.
a 7 De ſyllabarum quantitate, pedibus, & carminum generibus.
b 8 De figuris. Opus impreſſum Tigurí apud Froſchouerum in 8. char. 14.

a b Hæc opuſcula ſeorſim quoq; olim impreſſa ſunt. b Petrus Moſellanus hunc libellum alio ordine digeſſit, & ex Quintiliano auxit. In ſingulorum

quos diximus tractatuum initio ipse author paucis præfatur, ac de sua cuiusq; materia Lectorem admonet.

Isagoge in Arithmeticã, uel Epitome de Arithmeticæ practicæ speciebus. Impressa Friburgi Brisgoiæ in 8. chartis 5. anno 1539.

Descriptio de situ Heluetiæ & uicinis gentibus.

De quatuor Heluetiorum pagis.

Pro iustissimo Heluetiorum fœdere Panegyricon.

Ad Maximilianum Augustum Panegyricon. Omnia uersibus heroicis: cum commentarijs Osualdi Myconij doctis & utilibus in tria priora opuscula.

Liber impressus Basileæ apud Ioan. Frobenium, anno 1519. in 4. chartis 9. Idem quadriennio ante apud Adamum Petrum Basileæ sine Myconij cõmentarijs exiuerat. Collectum est argumentum (ut in præfatione inquit author) ex pluribus & dignissimis authoribus.

Isagoge in Musicam: chartæ sunt quinq;, cum tabula unius chartæ. Impressa Basileæ, 1516. in 4. Audio eum etiam iustum opus in Musicam scripsisse, nescio an suo Marte, aut commentarios in Boëtij Musicam: non satis enim memini, quod aliud quondam agens audiui.

De geographia liber unus, ab ipso authore iam tertio recognitus. Impressus Friburgi Brisgoiæ, anno 1533. in 4. chartis 9. & dimid.

Ex præfatione æditionis quæ exiuit Basileæ, 1527. posterior enim nõ erat ad manũ. Postquam enumerauit quid in alijs Geographicis & sphæræ scriptoribus desyderet, subdit: Et si pateris ut aliquid gloriosius de meipso prædicem, quanquam arbitror hoc me uere posse dicere, sic in hoc libello me gessi, ut candidus Lector confessurus sit, me nec temere, nec sine fructu Lectorum, hanc post tot egregios scriptores suscepisse prouinciam.

Iudiciũ in P. Terentij carmina per omnes comœdias. Liber impressus Lugduni, anno 1540. in 8.

In Q. Horatium Flaccum annotationes, tertio iam auctæ atq; recognitæ. Impressæ Friburgi Brisgoiæ, anno 1539. in 8. chartis undecim. Exponit autem breuiter obscuriores locos, & aliorum interpretum lapsus indicat. Eædem anno 1540. ibidem cum ipsis Horatij operibus impressæ sunt, hac inscriptione: Q. Horatij Flacci poëmata omnia, studio ac diligentia Hen. Glareani recognita, & annotationibus illustrata: quibus & permulta authoris loca hactenus deprauata, et commentariorum infiniti errores restituuntur. Adiectis ubiq; argumentis, carminum rationibus, & alijs quibusdam: chartæ sunt omnium 36. Eædem Annotationes rursus impressæ sunt seorsim Basileæ, 1543.

Annotationes in P. Ouidij metamorphoses, impressæ.

Annotationes in M. T. Ciceronis librum de senectute, impressæ Basileæ apud Brylingerum, 1544.

In C. Crispi Salustij quæ adhuc extant historiarum fragmenta, Annotationes: Impressæ Basileæ apud Cratandrum, 1538. in 8. chartis 6.

In C. Iul. Cæsaris commentarios Annotationes, excusæ Lugduni apud Gryphium, 1540. in 8.

In T. Liuium annotationes: & Chronologia, in totam Romanam historiam, ab authore aucta & recognita. Impressa Basileæ cum ipso Liuio, ni fallor, Lugduni autem seorsim, anno 1542.

Dionysium Halicarnasseum recognouit, & annotationibus illustrauit: & Chronologiam temporum in Dionysij historia comprehensorum adiunxit, ut supra diximus in Dionys.

Elegiarum libri 2. ad Huldrychum Zuinglium, excusi in 4. unà cum Musica ipsius, chartis 3.

HENRICI Grauiſ annotatiunculæ in Cæc. Cypriani opera, cum eiſdē impreſſa Coloniæ apud Quentell. 1544. in fol.

HENRICVS Gorrickem, natione Teuthonicus, ſcripſit non contemnendæ lectionis opuſcula, è quibus extant, T. cl. 1460.

a Concluſiones ſententiarum, lib. 4. Cupientes aliquid de p.
De ſuperſtitionibus, lib. 1. In lectione.
Contra Huſſitas quoq;, lib. 1. De feſtorum celebratione, lib. 1.
Summariū ſancti Thomæ, lib. 1. Sermones & collationes, lib. 1.

Quæſtiones & determinationes inſuper uarias, lecturas, libros & diuerſos tractatus ædidit, qui ad notitiam noſtræ lectionis miniме uenerunt.

* Textus Sententiarum P. Lumbardi cum concluſionibus Henrici Goricheni & Concordantijs Biblicis & Canonum: nec non in principio ſingularum diſtinctionum utiliſſimis ſummarijs: item errores uarij in Anglia & Pariſijs reuocati & articuli in quibus Magiſter communiter non tenetur. Item regiſtrum totius libri. Opus hac inſcriptione excuſum in fol. anno 1502.

HENRICVS Gulpen, abbas monaſterij S. Aegidij in Nurenberga, ordinis diui Benedicti, natione Teuthonicus, ſcripſit eleganter ſuper ſeptem diſtinctionibus: T. cl. 1417.

De pœnitentia. lib. 1. Super de conſecratione, lib. 1.
De paſſione domini, lib. 1. Et quædam alia.

HENRICVS de Hachenburg, ordinis fratrum prædicatorum, natione Teuthonicus, ſcripſit pro directione ſimplicium ſacerdotum uolumina quædam, è quibus extant: T. cl. Conſuetu tio.

Sermones de tempore, lib. 1. Ego ueniam & curabo.
Sermones de ſanctis, lib. 1.

HENRICVS de Haſſia iunior, ordinis Carthuſienſium, Prior domus monachorum Mariæ, ædidit multa elegantiſſima uolumina, & multa eorum in gymnaſijs uniuerſalibus publice ante religionis ingreſſum legit, è quibus iſta feruntur: T. M. 1428.

Super Sententias, lib. 4. In Geneſim, lib. 1.
In Exodum, lib. 1. In Parabolas Salomonis, lib. 1.
In Apocalypſin Ioannis, lib. 1. Dialogus inter epiſcopum & presbyterū, li. 1.
Sermones utiles, lib. 1. Et quædam alia.

* Heinrici de Haſſia regulæ ad cognoſcendum differentiam inter peccatum mortale & ueniale: excuſæ cum Antonini opere de eruditione Confeſſorū tribus quadrantibus unius chartæ, 1483.

Hen. de Haſſia quàm doctus Aſtronomiæ fuerit, liber commentationum eius in Geneſim teſtatur. Scripſit † Theoricas planetarum, & alia quædam in Aſtronomia. In Theologia, opera multa & præclara, quæ Viennæ in bibliotheca collegij ducalis repoſita ſunt. Mortuus eſt anno Domini 1397. Hæc ex præfatione quadam in tabulas eclipſium G. Purbachij deſcripſimus.

† Theorice in Aſtronomia, typis excuſa.

Henrici de Haſſia plantatoris Gymnaſij Viennenſis in Auſtria, liber contra diſceptationes & contrarias prędicationes fratrum mendicantium ſuper conceptione S. Mariæ uirginis, & contra maculam S. Bernhardo mendaciter impoſitam. Impreſſus in Germania in 4. chartis 6.

HENRICVS de Herph, ordinis fratrum minorū S. Franciſci, natione Teuthonicus, prouinciæ Colonienſ. ſcripſit non abijciendę authoritatis opuſcula, de quibus ſubiecta feruntur: Volumen magnum & inſigne, T. cl. 1460.

De præceptis decalogi, lib. 1. Inuenio aliam legem in.
Sermones de tempore, lib. 1. Ecce rex tuus uenit.
Sermones de ſanctis, lib. 1. Rabbi ubi habitas?
Sermones per aduentum, lib. 1. Quis pōterit cogitare.

De tribus partibus pœnitẽtiæ, lib. 1. Nemo potest duobus dominis.
Et quædam alia.

T.cl 1506. HENRICVS de Kalkar, natiõe Teuthonicus, ordinis Carthusiensis, & Prior domus S. Barbaræ in Colonia Agrippina, scripsit quædam, è quibus ista feruntur,

Exercitatorium monachale, lib. 1. Loquagium de rhetorica, lib. 1.
Cantuagium de musica, lib. 1. De ortu ordinis sui, lib. 1.
Et quædam alia.

T.M.1465. HENRICVS Kaltysen, archiepiscopus ecclesiarum Nydrosiensis & Cæsarienſis ordinis fratrum Prædicatorum, natione Teuthonicus, patria Confluentinus, scripsit inter cætera notabiles

Sermones de tempore, lib. 1. Sermones de sanctis, lib. 1.
Sermones per quadragesimã, lib. 1. Super Magnificat, lib. 1.
Quæstiones uarias, lib. 1. Collationes ad clerum.
Et alia complura.

T.cl.1400. HENRICVS de Langenstein, dictus de Hassia, natione Teuthonicus, ingenio præstans, abundans & diffusus, quippe qui multis annis in lectura Geneſis cõsumptis uix ad quartum caput libri pertingens totidem uolumina compleuit. De cuius opusculis feruntur.

Super Sententias, lib. 4.
In Genesim & prologum, lib. 5. In principio creauit de.
De Antichristo & schismate, lib. 1. Reuerendo in Christo.
De eruditione sacerdotij, lib. 1. Tibi dabo claues reg.
De anima contemplatiua, lib. 1. De contemplatione, lib. 1.
Speculum animæ, lib. 1.
De horis canonicis, lib. 1. Septies in die laudem.
Contra Astrologos, lib. 1. Multi principes & ma.
Super oratione dominica. lib. 1. Diuina sapientia rebus.
Super Aue Maria, lib. 1. Aue Maria gratia plena.
Super Symbolo Apostolorũ, lib. 1. Credo in deum patrem.
De contemptu mundi, lib. 1. Reuerendo domino Ioanni.
Contra fratrem Thelefforum, lib. 1. Contra quendã Vuicleffitã, lib. 1.
Ad canonicos regulares, lib. 1. Ecce nos reliquimus.
De proprietate monachorũ, lib. 1. Sermones de tempore, lib. 1.
Sermones de sanctis, lib. 1. In Cantica canticorum, lib. 1.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1. H. de Langensteyñ. di.
Quæstiones uariæ. Alia quoq; multa ædidit, quæ ad notitiam meam nõ uenerunt.

T.cl 1494. HENRICVS Northeymensis, natione Teuthonicus, scripsit quædam non spernendæ lectionis opuscula, è quibus ego uidi duntaxat, opus illud præclarum quod metro & prosa conscripsit ad Fredericum Marchionem Mysne, ac ducem Saxoniæ Dimetromachiam prænotatum.

De uirtutũ & uitiorũ cõflictu, lib. 1. Tu mea laurigeros.
De cæteris quæ composuit, nihil ad notitiam meam peruenit. Viuit usq; hodie uaria conscribens.

HENRICVS Penia gesta Sophi Persarum regis contra Turcas, anno Domini 1514. descripsit, & ex Constantinopoli ad Cardinalem de Saulis misit eodem anno: charta est una cum octaua parte, impressa Basileæ apud Ioan. Frobenium, 1515. in 4. cũ aliquot alijs opusculis.

T.cl.1470. HENRICVS de Piro, natione Teuthonicus, ex ciuitate Colonienſi oriundus, ordinis Carthusiensium, professus domus sanctæ Barbaræ in eadem ciuitate, ante ordinis ingressum doctor utriusq; iuris, scripsit quædam præclara uolumina, de quibus subiecta feruntur:

Super

a Super Institutis, lib.4. Annuente mihi omnium se.
Ad nouitios quoq;, lib.1. Consilia in diuersis casibus, lib.1.
Sermones de tempore, lib.1. Sermones de sanctis, lib.1.
Et quædam alia. a Impressi, ni fallor.

HENRICVS Primæus Gymnasiarcha apud Monasterienses in Germania, D. Erasmi Rot. de octo orationis partium constructione libellum scholijs illustrauit. Liber impressus Tiguri in 8. apud Froschouerum.

HENRICVS cognomento Prudens, ordinis Carthusiensium, Prior domus uallis iuxta Brugas in Flandria, scripsit quædam præclara opuscula, de quibus extat opus celeberrimum, & in tres partes secundum differentias statuum, incipientium, proficientium & perfectorum diuisum, per modum dialogi, in quo collocutores introducuntur, angelus & monachus, Iesus & pater cœlestis, Maria amabilis sanctarũ socrus animarum, ipsumq; prænotauit: T.M.1484.

Tetralogum deuotionis, lib.3. Et quædam alia.

HENRICI quarti Imper. ad Pont. & alios principes epistolæ aliquot, impressæ.

HENRICVS Sachsius, libros tres de contrarijs in speciem utriusq; Testamenti locis, ædendos curauit: sic enim in præfatione scribit. Horum ego nuper collectanea « quædam nactus sum, codicem quidem trium librorum uetustissimum, è bibliothe- « ca Fuldensi Lutherano tumultu eliminatum, & adeo priscis literarum typis exara- « tum, ut ab integro discenda lectio fuerit. Hunc ergo studiosis in lucem dare cura- « ui & indicem addidi. Impressus est Coloniæ apud Ceruicornũ, 1540. in 8. char- « tis 16. cum Honorij commentarijs in libros Salomonis, quorum chartæ sunt 5. «

HENRICVS de Segusia, postea Cardinalis Hostiensis factus, ob eximiam eruditionẽ suam primum Innocentio quarto Pont. & inde Alexandro quarto eius successori ualde gratus fuit. Iuris ciuilis & pontificij summam uno uolumine complexus est, ordine conuenientissimo, & tractatione elegantissima. Illud post longum utriusq; iuris studium atq; exercitium incœptum, postea uero incendio amissum, tandem Cardinalis inter alia sua negotia absoluit, ut ipse refert in fine eius operis. Aedidit præterea Lecturas in 5. libros Decretales. Et dicit Matthæus Ilanus alicubi, permagnam esse huius Hostiensis inter iureconsultos authoritatem. Floruit sub dictis Pontificibus, anno 1255. & sequentibus. Hæc Ioan. Fichardus in uitis iureconsultorum.

Hostiensis Summa, & Liber de præscriptionibus, typis excusa sunt.

Henricus, archiepiscopus Ebredinensis, uulgo Hostiensis, scripsit quædam, è quibus ego tantum uidi opus insigne & omnibus notum, T.cl.1250.

Super titulis Decretalium, lib.5. Alpha & ω, unum in es.
Summã quoq; cõpendiosam, lib.1. Cætera quæ cõposuit ad notitiã meam adhuc minime uenerunt.

HEINRICHI Stromeri sermo panegyricus, impressus.

HENRICVS de Vrimaria, ordinis fratrum eremitarum S. Augustini, natione (ut ferunt) Teuthonicus, scripsit multa præclara uolumina, de quibus ferunt subiecta: T.cl.1340.

Super sententias, lib.4. Quodlibeta quoq;, lib.1.
De decem præceptis, lib.1. Audi Israel præcepta.
Flores ex collatione patrũ, lib.24. Quia multa prædicabi.
De perfectione hominis, lib.1. De incarnatione uerbi, lib.1.
De quadruplici instinctu, lib.1. Semen aliud cecidit in.
De exemptione, lib.1. Expositio decre. de cele. mis. lib.1.
Sermones de tempore, lib.1. Sermones de sanctis, lib.1.
In libros Ethicorum, lib.10. Et alia multa.

* Additiones eius in libros Sententiarum cum Aegidij de Roma in eosdem commentarijs, &c. Impressæ sunt Coloniæ, 1513. in fol.

HENRICI Vuelpij Lingensis in Academia Rostochiana publici artium professoris libellus de communibus & usitatis Arithmeticæ practicæ regulis. Impressus Coloniæ, 1544. apud Ioan. Gymnicum in 4. chartis 13. & dimid. eodem anno ab ipso authore scriptus.

Eiusdem libellus de minutijs physicis, & practicis astronomicæ arithmeticæ regulis, ibidem eodem tempore excusus in 4. chartis 9. & dimid.

T.d.1490. HENRICVS de Vuerlis, natione Teuthonicus, ordinis fratrum minorum, minister prouinciæ Colonienſis, composuit quædã uolumina, è quibus extat insigne opus,

Super sententias, lib. 4. De potestate ecclesiastica, lib. 1.
Sermones quoq; uarij, lib. 1. Et alia complura.

HEPHAESTION Alexandrinus Grammaticus, enchiridia scripsit uersibus, metrorum differentias, de poëmatum perturbationibus, Comicarum dubitationum solutiones, item Tragicarum, & alia plurima, & de pedibus metrorum. Suidas. Hoc opus Raph. Volaterranus adhuc extare ait.

Hephæstionis enchiridion excusum Venetijs, anno 1526. in 8. ex illo enchiridio desumpta epitome de nouem metris, Aristophani Græco cum commentarijs impresso præfixa est.

Hephæstion interpres Sophoclis Tragœdiarum, ex cuius scholijs aliqua uerba citat Calepinus in patronymico Pelides: quanquam Scholia Græca in Sophoclem hactenus impressa anonyma sint.

HEPHAESTIONIS cuiusdam scripta Athenæus citat paulò post medium libri 11. quæ authorum nominibus suppressis sibi adscripsit.

Ex HEPHAESTIONIS Thebani apotelesmaticis, & aliorum ueterum de nomenclatura & facultate duodecim partiũ Zodiaci, libellus chartis duabus constans, cum uarijs astrologicis opusculis opera Ioachimi Camerarij æditis, et impressis Norimbergæ apud Ioan. Petreium, 1532. in 8.

HERACLEON Ephesius, in Athenæi Dipnosophistis ter aut quater citatur.

HERACLIDES quidam Grammaticus, nominatur inter illos scriptores ex quibus Camers ille Phauorinus suum Cornucopiæ conscripsit.

HERACLIDAE cuiusdam tetrastichon & octostichon in tertio libro Florilegij Græci leguntur: & HERACLIDAE Sinopei hexastichon, ibidem.

HERACLIDIS Græci scriptoris fragmenta quædam in Galeni libris de compositione medicamẽtum secundum locos & genera leguntur: semel tantum Tarentini gentile nomen additur. Athenæus quoq; initio libri 3. Dipnos. Heraclides Tarentinus (inquit) in Symposio cucumerem uocat hedygæum.

HERACLIDES Comicus, HERACLIDAE Cumani Parasceuastica & Persica, HERACLIDARVM duorum ex Syracusis Opsartytica, HERACLIDAE Syracusani liber περὶ θεσμῶν, in Dipnosophistis Athenæi allegantur.

HERACLIDES Oxyrynchites philosophus, Sarapionis filius, cognomine Lembus, sub Ptolemæo sexto floruit, & συνθήκας ad Antiochũ scripsit, & philpsophica quædam, & alia. Suidas. Citatur ab Athenæo etiam, præsertim historia eius aliquoties.

T.d.380. HERACLIDES monachus, scripsit inter cætera opus insigne de uita & conuersatione sanctorum patrum in eremo uel in cœnobijs degentium sub regula, cuius titulus est, Paradisus, lib. 1.

HERACLIDAE Pontici, qui Aristotelis ætate uixit, allegoriæ in Homeri fabulas de dijs, nunc primum ex nostra uersione in Latinum sermonẽ excusæ Basileæ apud Ioan. Oporinum, adiectis etiam eisdem Græcis, & alijs quibusdam rarisac elegantibus opusculis, anno 1544. in 8. cum castigationibus Græci textus cuius seorsim chartæ sunt 5. & olim Venetijs ab Aldo cum Græcis Aesopi fabulis excusus erat. Ex præfatione nostra ad Hieronymum Frikkerum Bernatem. Vixit hic author Aristo,

Aristotelis ætate: patrem habuit Euthyphronẽ, uel, ut Suidas scribit, Euphronem, ex Heraclea Ponti oriundus. Cum autem diuitijs afflueret, profectus Athenas, Speusippi & Pythagoræ studiosus fuit, Platonisq; imitator, postremo Aristotelem audiuit. Mollicula ueste utebatur: corpore turgebat, ita ut Athenienses ipsum nõ Ponticum amplius, sed Pompicum appellarent. Reliqua de ipso apud * Diogenem Laërtium in uitis philosophorum, si libuerit, leges: qui etiam inter cæteras eius in omni genere sapientiæ lucubrationes, Grammaticos aliquot libros recenset, & cum alijs Solutionum Homericarum duos. Quamuis autem Græcum exemplar, quod unicum, & typis excusum, mihi ad manus fuit, in duos libros non manifesto diuidatur, poterit tamen quiuis non temere primum librum inscribere, qui Iliadis allegorias explicat: secundum uero, qui Odysseæ, licet multo breuiorem. Commendat stilum eius Laërtius, qui planè purus, suauis, & uarius est. Faciunt Heraclidis Pontici mentionem, Strabo in Geographia, Stephanus de Vrbibus, & Dion Chrysostomus in oratione de Homero. Fuerunt & alij Heraclidæ tredecim, sed nullus natione Ponticus, ut hic noster. Suidas tamen etiam † alterius Heraclidis ex Ponti Heraclea nati mentionem facit, non philosophi, sed grammatici, & qui aliquot sæculis post hunc nostrum claruerit, Didymi Alexandrei temporibus sub Claudio & Nerone. Itaq; nemini dubium esse debet, quin hæc lucubratio genuina sit eius, cuius nomine inscribitur.

*Ad finem libri quinti.

Athenæus libros huius authoris passim allegat: De iustitia, De uoluptate, De Musica, De amatorijs: qui etiã à Diogene Laërtio inter alios commemorantur.

HERACLIDIS cuiusdam liber de republica Græce habetur in Italia, nondum excussus. Ponticũ sanè huius nominis antiquiorẽ Laërtius de legibus scripsisse tradit.

†HERACLIDES Ponticus alter ex Heraclea Ponti, grammaticus, (cuius mẽtionem iam fecimus proxime superius) Sapphico aut Phalecio carmine libros tres conscripsit ualde obscuros, quos Leschas uocauit, & multa poëmata uersibus. Suidas: qui & HERACLIDAE Lycij sophistæ mentionem facit: de quo etiam Raph. Volaterranus Anthropolog. lib. 15. ex Philostrati sophistis: & de alijs quibusdam huius nominis.

HERACLITI Ephesij uitam Diogenes Laërtius describit ab initio libri noni, & epistolam Darij Hystaspis filij ipsum accersentis, cum Heraclíti responso addit. Vide etiam Suidam in Ἡράκλειτος, & in prouerbio Δηλίου πολυμήτου.

Heraclíti epistolæ sex: charta una, & octaua parte, excusæ Venetijs apud Aldũ, in Græco uolumine epistolarum in 4. Sunt autem epistolæ Heraclíti, Vna ad regem Darium, Duæ ad Amphidamantem, Tres ad Hermodorũ. Io. Stobæus aliquot in locis Heraclíti dicta refert.

HERACLIVS sub Commodi Seueriq; imperio in Apostolum commentarios composuit. Hieronymus.

HERANCITI (Ἡρακλείτου) fabulam Xenizonta Athenæus allegat libro 10.

HERAE Cappadocis medici fragmenta plurima nobis salua sunt in libris Galeni de compositione secundum locos, & genera.

HERCII cuiusdam hexastichon in tertio libro Florilegij Græci.

HERCVLANVS cum aliquot alijs coëpiscopis author secundæ & duodecimæ epistolarum apud Cyprianum libro 1.

HERENNIVS Modestinus uetus I.C. scripsit

Responsorum, lib. 19.	Pandectarum, lib. 12.	Regularum, lib. 10.
Differentiarum, lib. 9.	De pœnis 4.	Singulares 9.
De præscriptionibus.	De inofficioso testamento.	
De manumissionib.	De legatis & fideicommissis.	
De testamentis.	De heurematicis.	De enucleatis casibus.
De differentia dotis.	De ritu nuptiarum.	

Excusationum præterea sex libros dicitur reliquisse, quod nescias an idem sit opus cum eo quod de Excusatione tutelæ & curæ fertur de Græco uertisse in Latinum, ipsis Legum uerbis interdū positis, si qua incurrissent parū apta Latinitati. Quod tamen Politianus negat, & inepto alicui ascribere eam interpretationem mauult. Certe Trithonianus inde magnam partem tituli de Excusatione tutorum in sua Digesta transcripsit. Alexandri Imper. ætate floruit, eiq; familiaris & consiliarius fuit, Papinianum magistrum habuit. Accessit honos ex discipulo imperatore Maximino filio: & ex consulatu, quem gessit principatu Alexandri. Versus etiam fecitauit, quorū extant in Virgilij libros argumēta falso quondam tributa Ouidio. Hæc ex Bernardini Rutilij libro de uitis ueterum Iureconsultorum.

T. HERENVS de Boyo, natione Brito, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, fertur nonnulla præclara scripsisse opuscula, è quibus inuenitur opus insigne, ut sui ferunt,

Super sententias, lib. 4. Et uariæ quæstiones.

Sed & quædam alia composuisse dicitur, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

T.cl.590. HERIGERVS abbas Lobiensis cœnobij, ordinis sancti Benedicti, in diuinis scripturis eruditissimus, & in sæcularibus literis nobiliter doctus, carmine excellens & prosa: cuius Berno abbas Augiensis meminit in libro quodam ad Aribonem Moguntinum archiepiscopum. Scripsit dialogum insignem sub persona sui & Adelboldi clerici & monachi tunc Romæ existentis, postea episcopi Traiectensis, prænotatum:

De dissonantia ecclesiæ, lib. 1. Vitam S. Vrsmari metrice, lib. 1.
Ad Hugonē de quæstionib. lib. 1. De diuinis officijs, lib. 1.
Gesta episcoporū Lobiensiū, lib. 1. De corpore & sanguine dñi, lib. 1.
Et alia plura.

HERMACHI uerba quædam citat Ioan. Stobæus in sermone de morte.

HERMANNVS (aliâs Heremannus) nomen Germanicū, uirum exercitus, id est, militiæ ducem, uel simpliciter principem & dīm uirorum significat: idem apud Græcos sonant propria nomina Hegemon, Hegesianax, sed maxime Hegesander.

HERMANNVS. Vide Harynghus.

HERMANNVS Bodius diuini uerbi Concionator, collegit Vnionem dissidentium in sacris literis locorum, opus utilissimum, impressum Coloniæ apud Ioan. Gymnicum, 1533. iam denuo locupletatum in 8. chartis 36. cum indice.

Doctores ex quibus hic liber selectus est.

Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, Cyprianus, Origenes, Chrysostomus, Hilarius, Bernardus, Fulgentius, Athanasius, Cyrillus, Theophylactus, Tertullianus, Beda, Clemens, Lactantius.

Themata Theologica in præsenti opere contenta.

1 De lapsu Adæ & peccato originali.
2 Omnes homines præuaricatores sunt per Adam.
3 Quomodo liberamur à peccato, & de baptismo paruulorum.
4 De prædestinatione, Vocatione, Iustificatione, & Glorificatione.
5 De duplici lege, scilicet Naturali & Positiua.
6 De operibus legis.
7 De lege iudiciali, & gladio sæculari.
8 De gratia & merito. 9 De fide & operibus.
10 De mandatis & doctrinis hominum.
11 De utilitate uerbi Dei.
12 De pœnitentia & triplici confessione.
13 De correptione fraterna.
14 De abstinentia & ieiunio.

15 De

15 De oratione. 16 De labore manuum.
17 De indulgentijs.
18 De sacramento corporis & sanguinis Christi.
19 De ordine ecclesiasticæ constitutionis.
20 Quod omnes fideles sunt sacerdotes, reges & prophetæ, sed non omnes ministri ecclesiæ.
21 De honore erga sanctos & impensa funeris.
22 De Antichristo. 23 De fuga & persecutione Christianorum.
24 De essentia diuinitatis.

Ex Epistola authoris ad Lectorem in fine operis. Cum innumerabiles sint « uerbi Dei & canonicæ Scripturæ interpretes atq; prophetæ, quosdam è tam am. « pla sylua deligendos censui, qui tum doctrinæ syncéritate, tum morum integrita- « te, tum dicendi uehementia & ingenij expedito flumine delectent atq; afficiant, « nosq; instructos ac armatos reddant. Non quod doctores ipsi sibi fidem adhiberi « uelint, nisi in quantum canonicæ Scripturæ conformes sint, Augustino testante, « &c. Habetis hic Vnionem dissidentium, libellum auro longe præstantiorem. « Codex hic unus uobis præstabit, quod innumerabiles librorũ sarcinæ negabunt. « Ipso duce orthodoxæ scripturæ arcana ac mysteria intelligere, plæraq; alia scriptu « ræ dogmata cognoscere, & ignorantibus pandere poteritis, &c. Quoties optaui id « officij ab alio quopiam me doctiore attentari: sed quia nemo apposuit manum, pas « sus sum tandem me protrahi aliquot fratrum precibus. «

HERMANNVS Bonnus, uide supra præfationem Erasmi Sarcerij in Commentaria sua super Euangelio Matthæi, & infra in Iustino Goblero.

Farrago præcipuorũ exemplorum de apostolis, martyribus, episcopis, et sanctis patribus ueteris ecclesiæ, qui docentes uerbũ Dei, & ueritatẽ illius adherentes Christianæ religioni fideliter patrocinati sunt. Quorum tractatio in primis utilis & necessaria prædicatoribus uerbi Dei, collecta per Hermannũ Bonnum uirum pium & doctum. Liber hac inscriptione impressus est Halæ Sueuorum, anno 1539. in 8. char. 16, sine ulla præfatione authoris. Indices tantũ præmittunt, primũ de sanctis qui iuxta ordinẽ Alphabeti in hoc libro describunt: deinde alius exẽplorũ selectiorũ, quę ex uitis patrũ in cõmunes locos digesta sunt: postremo tertius alphabeticus.

Ioan. Carionis Chronicam historiam è Germanica Latinam fecit. Vide in Ioan. Carione.

HERMANNVS Buschius Pasiphilus Germanus, methodum Donati octo partium orationis Commentario luculentissimo illustrauit ex Prisciano, Diomede, Seruio, Capro, Agrætio, Phoca. His accedit index capitum & uerborum memorabilium. Liber impressus Basileæ per Thomam Platterum, 1540. in 8. chartis 12. sine præfatione.

Herm. Buschij, Decimationes Plautinæ, impressæ.
Epistola primam Persij Satyram explicans, impressa Parisijs apud Vuechelũ.
Ars memoratiua, nescio an publicata.
Vallum humanitatis, liber impressus.
In Silium Italicum Annotationes nuper excusæ, Basileæ opinor.
Commentarij in primum librum Martialis obscœnis carminibus reiectis, excusi Coloniæ in 4. Promittit & reliquos libros similiter expurgatos cum suis commentarijs: sed morte præuentus, opinor, non præstitit: & forte leuius ferendum est eius promissi desyderium, quando iam noster Martialis bene castratus exiuit, & insuper in ordines locorum digestus.

Hypanticon uersibus heroicis, antistiti Spirensi, Georgio Comiti Palatino Rheni, super solenni suo in Spiram urbem introitu, dicatum. Cratander impressit Basileæ, 1520. in 4. chartis 8.

De singulari auctoritate ueteris & noui Instrumẽti, sacrorũ ecclesiasticorumq; testimoniorum farrago, in libros 2. diuisa, & impressa Marpurgi, 1529. in 8. chartis quinq;. Ex præfatione authoris. Incidit mihi frequens disputatio, cum quibusdam sacræ scripturæ auctoritatem contumaciſſime eleuantibus, nec Conciliorum & Patrum Decreta solum ei exæquantibus, sed etiam multis (quod aiunt) passangis præponentibus: adeo, ut nisi accedente Patrum suorum & Conciliorum suffragatione, ne hilum quidem uelint tribui scripturæ, &c. Quæ de scriptura canonica eis opponere cõsueui, in farraginẽ congessi nuper uerius, quàm digessi: quibus constet unam illam aduersus omnium (uel angelorum) calculos debere audiri, in his saltẽ, quæ ad Deum, uel ad salutem à Deo pertinent expectandam. Et paulò post. His adieci ipsorum sanctorũ Patrum (quibus uel præcipue nituntur illi) suffragia non pauca (suis ipsorum uerbis) nobiscum facientia, appositis item locis, ubi in exemplaribus habentur, ne testimonij fides alicubi uacillet.

T. cl. 1440. HERMANNVS monachus in Campo, Cistertiensis ordinis in diœcesi Monasteriensi, natione Teuthonicus, patria Vuestphalus, scripsit nonnulla opuscula, quibus pro defensione Basiliensis concilij laborauit, è quibus reperi opusculum quod præ notauit, de uocibus diffinitiuis,

In concilio generali,	lib. 1.	Iam sæpius iteratis ui.	
De potestate papæ & concilij,	lib. 1.	Beatus Athanasius.	
De schismate quoq;,	lib. 1.	De neutralitate,	lib. 1.

De cæteris (& si multa ferantur, quæ composuit) nihil ad me peruenit.

HERMANNVS, uel Heremannus, comes à Nuenare, scripsit de origine & sedibus priscorum Francorum, liber impressus Basileæ, 1532. cum aliquot alijs historicis, apud Heruagium opinor.

Annotationes aliquot herbarum, cum primo tomo Herbarij Othonis Brunfelsij, impressæ 1530. in fol, chartis 3. adiecta eiusdem authoris formula quadam excudendi Herbarij, quo pacto in explicandis herbarum descriptionibus atq; uiribus procedi (suo iudicio) oporteat.

T. cl. 1040. HERMANNVS qui dicebatur Contractus, monachus cœnobij sancti Galli, ordinis diui patris Benedicti, natione Teuthonicus, filius comitis de Veringen in Sueuia, Græcæ, Latinæ, & Arabicæ peritissimus. Scripsit carmine & prosa multa præclara uolumina, de quibus ego tantum reperi subiecta, uidelicet,

De musica,	lib. 1.		
De monochordo,	lib. 1.	In considerandà mono.	
a De sex ætatibus mundi,	lib. 1.	Prima est mundi huius.	
De compositione astrolabij,	lib. 3.	In metienda igitur sub.	
De utilitate astrolabij,	lib. 1.	Quicunq; astronomicæ.	
De eclipsibus,	lib. 1.	De computo,	lib. 1.
De quadratura circuli,	lib. 1.		
De conflictu rythmimachiæ,	lib. 1.	Qui peritus arithmet.	
De physionomia,	lib. 1.	Clari uiri & prudentis.	
Vitas plurium sanctorũ,	lib. 1.		

Hymnos & prosas uarias. Composuit etiam dulci & regulari melodia, cantus & prosas pulcherrimas. E quibus est illa de beata uirgine Maria dulcissima, Saluete gina. Et, Alma redemptoris mater, & cæteræ quarũ copiosus est numerus. Transtulit etiam nonnulla Græcorum philosophorum & Arabum astrologorum uolumina in Latinum.

a * Hermanni Contracti, Chronicon chartis 20. impressum Basileæ apud Henricum Petrum, 1536. in fol. cum Eusebio & alijs aliquot Chronicorum scriptoribus. Primum ætates mundi, & præcipua regna paucis describit: inde Chronica sua per tabulas dispositа à natiuitate Domini usq; ad annum salutis 1066. perducit.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [670] - 315r
PUBLIC DOMAIN

HERMANNVS Cruserius Campensis, aliquot Cl. Galeni libros Latinitate donauit, nempe,

De differentijs pulsuum, lib. 4. De dignoscendis pulsibus, lib. 4.
De causis pulsuum, lib. 4. De præsagatione ex pulsibus, lib. 4.
In primum & tertium libros Hippocratis de morbis uulgaribus, Comment. 6.
In librum de salubri diæta, Commentarium. Impressi sunt omnes cum noua Galeni Latini æditione, Basileæ.

HERMANNVS Dalmata, uertit in Latinum sermonem ex Arabico, ni fallor,

De generatione Mahumet & nutritura eius, lib. 1. Item,
Chronica mendosa & ridiculosa Saracenorum, de uita Mahumetis & successorum eius. Ioan. Oporinus impressit Basileæ in fol. cum Alchorano, 1543. Vide Robertus Retenensis.

HERMANNVS magnus Legista, citatur in Summa Angelica.

HERMANNVS Nellingaunensis Mahometis theologiam dialogo explicatam uertit: chartæ sunt 3. uel paulò minus: impressæ Norimbergæ, 1543. in 4.

HERMANNVS Petra de Stutdorp, ordinis Carthusiensium, natione Teuthonicus, T.M.1418. scripsit quædam, de quibus subiecta feruntur. Opus insigne per circulum anni in sex uoluminibus diuisum, continens

Sermones de tempore, lib. 3. Sermones de sanctis, lib. 3.
Super oratione dominica sermones 50. lib. 1.
De regimine monialium, lib. 1. Et alia complura.

HERMANNVS de Schildis, ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini, ædidit T. cl. 1340. multa præclara uolumina, è quibus subiecta feruntur,

Super primo sententiarum, lib. 1. In Genesim lectura, lib. 1.
Hexameron duplex, lib. 2. In Cantica canticorum, lib. 1.
De materia Canticorum, lib. 1. Super oratione dñica dupliciter, li. 2.
Super Aue Maria, lib. 1. Breuiloquium, lib. 1.
De quatuor sensibus scripturę, lib. 1. Expositionis missæ, lib. 1.
Manuale sacerdotum, lib. 1. De uitijs capitalibus, lib. 1.
Clausirum animæ, lib. 1. De cõceptione S. Mariæ, lib. 1.
De modo studendi, lib. 1. Introductorium iuris, lib. 1.
De uera & falsa amicitia, lib. 1. De horis canonicis, lib. 1.
De quinq; sensibus, lib. 1. De 42. mansionibus, lib. 1.
Contra flagellatores, lib. 1. De comparatione missæ, lib. 1.
De diuisione philosophiæ metri, lib. 1. Super. c. Omnis utriusq;, lib. 1.
Sermones uarij, lib. 1. Collationes prædicabiles, lib. 1.
Quæstionum diuersarum, lib. 1. In rhetoricam Aristotelis, lib. 1.

Alia insuper multa ædidit, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

HERMANNVS Schottenius Hessus, scripsit tyronum literatorum confabulationes. Liber excusus Lugduni apud Frellæos.

Eiusdem Vita honesta siue uirtutis, quomodo quisq; uiuere debeat, omni ætate, omni tempore, & quolibet loco, erga Deum & homines. Liber ibidem excusus in 8. 1539. Suspicor me catalogo quodam deceptum eundem hunc librum superius Helio Eob. Hesso tribuisse.

HERMANNI Torrentini Germani inter grammaticos suæ tempestatis & nationis serè doctissimi, commentaria in primam partem Doctrinalis Alexandri, cum uocabulorum interpretatione, quibusdam mendosis, superuacaneis & obscuris uersibus uel reiectis, uel in ueriores & planiores mutatis: cum indice dictionum. Liber hac inscriptione excusus Argentinæ, 1516. in 4. chartis 37. & dimid.

Commentarij in Virgilij Bucolica & Georgica, impressi Coloniæ apud Quentell typographum in 4.

Elucidarius poëticus, primum ab hoc authore scriptus, & publicatus typis, Basileæ, 1535. apud Thomam Vuolfium, chartis 13. à multis deinde nostri sæculi grammaticis certatim locupletatus est: nos postremo eum longe auctissimum in Appendice Dictionarij Ambro. Calepini Basileæ nuper excusi, Onomastico nostro propriorum nominum adiunximus. Collegerat autem ista Torrentinus ex optimis authoribus, Salustio, Liuio, Strabone, Plinio, Iustino, Virgilio, Nasone, Perotto, Tortellio (à quo tamen interdum dissentit) uarijs poëtarum interpretibus, & Græco uocabulario Io. Castroni: idq; eo instituto, ne in exponendis poëtis eadem diuersis locis repetenda forent, sed Lector huc remitteretur.

HERMANOCTIVS prænomine ALEXANDER I. C. scripsit in aliquot locos primi libri ff. noui. De acquir. poss. paragr. adipiscimur. De operi. Noui. nunc. l. 1. De acquir. rer. do. l. ea quæ ciuiliter. paragr. post mortem.

HERMAS (cuius apostolus Paulus ad Romanos scribens meminit: Salutate Asyncritum, Phlegontem, Herman, Patrobam, Hermen, & qui cum eis fratres sunt) dicitur author esse libri, qui appellatur Pastor, & apud quasdam Græciæ ecclesias etiam publice legitur. Reuera utilis liber, multiq; de eo scriptorum ueterum usurpauerunt testimonia. Sed apud Latinos penè ignotus est. Hieronymus.

Origenes aliâs sæpe, tum etiam in commentarijs suis super Iesum Naue, libelli Pastoris testimonium citat. Eius meminit & Athanasius in libro de incarnatione Christi, his uerbis. Ille sanè Pastoris perquàm utilis liber. Raph. Volaterranus scribit Herman Philippoleos fuisse præsulem.

Pastoris nuntij pœnitentiæ Mandata ac Similitudines, in quibus apparuit & locutus est Hermæ, cui in principio apparuit ecclesia in figuris. Sunt autem uisiones Ecclesiæ numero quatuor. Pastoris nuntij pœnitentiæ uisionum una. Mandata eiusdem duodecim, similitudines decẽ. Liber impressus Argentorati apud Io. Schottum, 1522. in fol. chartis 16. Ex præfatione Nicolai Gerbellij. Libellum hunc Pastoris iam pluribus ignotum sæculis, hæc ætas nostra è tenebris reuocauit. In eo sanè quæ ad cognitionem Dei, ad synceritatem fidei, ad institutionẽ atq; puritatem uitæ pertinent, uisionibus ac similitudinibus adumbrantur, &c.

Ex initio libri apparet eum Romæ uixisse. Græce scripsit, cuius autem interpretis ea translatio sit quam habemus, ignoro.

HERMEAE uel Hermiæ cuiusdã librũ de Apolline Athenæus citat: & HERMEAE Curiensis Iambos, & HERMEAE Methymnæi Sicelica.

HERMEAE philosophi, discipuli Syriani, ingenium & industriam Suidas laudat, apud quem plura, si libet legito.

Hermeæ Platonici, hypomnema, id est, commentarius in Phædrum Platonis dialogum cum alibi in Italia etiamnum seruatur, tum apud Diegum Hurtadũ Cæsareum Venetijs legatum. HERMEAS etiam Ammonij philosophi cognomen est, uiri ab hoc diuersi: quanquam supra dubitauerimus, nam & Suidas diuersis in locis eorum meminit.

HERMEAE historia ecclesiastica, Græce extat Romæ in Vaticana bibliotheca.

HERMICVS Lusitanus in epigrammatibus felix: in oratione soluta facilis ac promptus. Erasmus in Ciceroniano.

HERMES, uide Bartolemæi Coclitis præfationem in quintum librũ suæ Anastasis.

Hermæ, aliâs Hermetis, Centiloquium, siue centum aphorismi. Eiusdẽ liber de stellis Beibenijs. Excusi Venetijs, 1493. in fol. charta 1. cum quadripartito Ptolemæi: & Basileæ apud Heruagium cum Iul. Firmico, &c.

Hermæ medici mathematica ad Ammonem Aegyptium Græce seruantur in Italia.

HERMES trismegistus, uide Mercurius.

HERMES philosophus Aegyptius auditor Syriani. Vide Suidã, aut Raph. Volater.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [672] - 316r
PUBLIC DOMAIN

HERMESIANAX Colophinus, scripsit libros elegiacos, amatorios, ex quibus plurimi uersus citantur ab Athenæo, lib. 13.

HERMINIVS librum Aristotelis de enunciatione ante Alexandrum interpretatus est: sed liber eius qui peruenit ad nos multis fragmentis est mutilatus. Augustinus Niphus in præfatione commentariorum suorum in Aristotelis librum eundem. Ego non Herminius, sed Hermeas, aut fortè Ammonius Hermeas legendũ puto.

HERMIPPI Comici Parodi, nouem fabulas Athenæus multis in locis passim allegat, earum nomina præmittuntur in authorũ quos Athenæus citat, indice. Vide Suidam, qui etiam HERMIPPVM Berytium sub Hadriano imperatore multa scripsisse tradit.

HERMIPPI Callimachij Smyrnæi opera aliquot ab Athenæo citata legimus:

De Aristotele. De Gorgia. De Hipponacte.
De legislatoribus. De septẽ sapientibus. De Isocratis discipulis.

Hermippus circa omnem historiam diligentissimus indagator, librum de Pythagora scripsit, ex quo nonnulla refert Iosephus libro 1. contra Appionem. Videtur idem esse Hermippo Callimachio.

HERMOCRATIS Phocensis sophistæ uitam Philostratus descripsit.

HERMOCREONTIS duo tetrastícha libro primo Florilegij Græci leguntur.

HERMODORI tetrastichon libro 4. Florilegij Græci: & hexastichon lib. 1. quanquã Hermodori aut Aristonis legitur.

HERMODORVS Siculus auditor Platonis: huic uitio datum est, quod quæstui philosophiam habuerit, dicta quæ sub præceptore audiuerit colligendo, ac dein in Sicilia uenditando. Hæc ex lib. Coloniarum nuper inuento. Raph. Volater.

HERMODOTI senarij duo apud Stobæum in sermone pro artibus.

HERMOGENIAVS, uetus I. C. scripsit Epitomatum libros 6. circa Alexandri principis tempora: quibus Hermogenes quoq; I. C. quidam claruit, de cuius scriptis nihil cognouimus.

HERMOGENIANI corporis lib 1. cum Theodosij codice, excusus Basileæ ab Hen. Petro, quadrante chartæ. Tituli sunt 2. De cauta & non numerata pecunia. Ex delictis defunctorum quemadmodum conueniantur hæredes.

HERMOGENES è Tarso, quindecim natus annos sophista adeo probatus, ut fama eius ad auditorium M. Antoninum principem exciuerit, ab eoq; munera egregia tulerit. Deinde tempore procedente eum facultatis habitum deperdidit, nulla morbi causa: ex quo inuidis cauilli materiam præbuit dicentibus proculdubio uerba esse alata, secundum Homerum, ἔπεα πτερόεντα: ea siquidem deposuisse Hermogenem pennarum modo. De hoc item Antiochus sophista dicebat: Hermogenes in pueritia senex, & in senectute puer. Quapropter cum ad ultimam senectutem uenisset pro contempto habebatur. Raph. Volaterranus ex Sophistis Philostrati. Vide plura si libet apud Suidam, apud quem & superiora ex Philostrato, & hæc leguntur. Hermogenes annos octodecim natus, artem rhetoricam scripsit, quam nunc omnes manibus uersant: De statibus lib. 1. De ideis lib. 2. De caua Syria, lib. 2.

Hermogenis ad oratoriam præexercitamenta, ductu & inuersione Prisciani, Simon Colinæus Parisijs impressit, anno 1526. Hæc opinor non amplius Græce scripta inueniuntur, certum est tamen quod progymnasmata scripserit, ut Græci eius interpretes testantur in præfatione libri ipsius de statibus. Sunt autem Græci interpretes quos habemus ab Aldo Venetijs excusos, 1509. in paruo folio, chartis 112. Syrianus, Sopater, ac Marcellinus, qui librum de statibus explicarunt, cum paucis circa finem demum anonymi cuiusdam commentarijs. In libros de inuentione, & de ideis, nullum interpretis nomen exprimitur. In cæteros, breues sunt commentarij: in libros autem de statibus, prolixi admodum et multa eruditio-

ne pleni. In locum progymnasmatũ Hermogenis: Græcorum, Aphthonij progymnasmata succesisse uidentur: nam & ea iam dicto cõmentariorum libro cum anonymo commentario, sed erudito, præponuntur.

Rhetorica perfectissima, excusa Parisijs apud Vuechelum, 1530. in 4. chartis 41. præter Aphthonij progymnasmata. Continet autem,

De statibus lib. 1. cuius capita sunt. Præfatio. Statuum diuisio. De coniecturali statu. De finitiuo. De absoluto. De assumptiuis, qui sunt, Comparatio, Relatio criminis, Remotio criminis, Concessio criminis. De negotiali. De translatione. De legitimo circa uerba & sensum. De antinomia. De syllogismo, qui rem non scriptam scriptæ componit. De ambiguitate.

De inuentione tomos 4. quorum primus procœmiorum locos docet, ἀφ' ὑποθέσεως, ἀφ' ὑποσυναιρέσεως, ἐκ πράξεως, ἀπὸ καιροῦ: deinde de procœmio in genere, ac partibus eius. Secundus capita habet, de narratione uel procatastasi, de colonijs ducendis loci, de legum latione, de bello & pace, de impietate aut cæde, de publicis criminibus, iterum de narratione. Tertius, de præparatione, de uiolenta solutione: de locis communibus: de epichirematis: de enstasi & antiparastasi: de constitutione epichirematum: de enthymemate: de locis quos uocant à principio ad finem: de ijsdem in statu negotiali: de ordine epichirematum: de finitione: de diasceue, uel euidenti descriptione rei gestæ. Quartus docet, de figuris orationis, de antitheto, de periodo, de pneumate, id est periodo longissima, quanta uno spiritu pronunciari potest: de extensione, quæ longior est quàm ut uno spiritu pronuncietur: de dilemmate: de parechesi, id est, diuersæ significationis & eiusdem soni uocabulis coniunctis: de circulo, qui eadem dictione sermonem incipit & claudit: de epiphonemate: de translatione uel metaphora: περὶ σεμνοῦ λόγου: de cacozelo: de problematis figuratis: de problematis comparatiuis.

De ideis, id est, formis & characteribus styli: quas ponit numero septem, nos hic tanquam in tabula proponemus. Prima idea, Καθαρότης, claritas, species habet καθαρότητα καὶ διακρίνειαν. 2 Μέγεθος ἢ ὄγκος ἢ ἀξίωμα, id est, magnitudo: cuius species, σεμνότης, τραχύτης, in maiores personas: σφοδρότης in minores: περιβολή, λαμπρότης, ἀκμή: quam ἀκμὴν efficiunt, τραχύτης, λαμπρότης, σεμνότης, καὶ τῆς σφοδρότητός τινα. 3 Κάλλος ἢ ἐπιμέλεια, id est, uenustas. 4 Γοργότης, id est, uelocitas uel argutia. 5 Ἦθος, id est, affectio, quam facit: ἐπιείκεια, ἀφέλεια, βαρύτης, τό, τε ἀληθὲς καὶ φιλιαθετον. Has omnes partim per se uidetur ideas statuere, partim τῷ ἤθει subijcere. Cæterũ τῆς ἀφελείας οἷον ἐπίτασίς ἐστιν ἡ γλυκύτης τε καὶ ὥρα. ἔτι δὲ ἡ σπριμότης καὶ ὀξύτης προσήκουσι τῷ ἀφελεῖ καὶ πιθανὴν ἔχοντι λόγον. 6 Ἀλήθεια, id est, ueritas. Hanc quoq; partim ideam per se facit, partim τῷ ἤθει subijcit. 7 Δεινότης, id est, grauitas.

Tractatui de ideis subnectitur satis longum caput de ciuili oratione, & de optimis apud ueteres oratoribus.

Et quoniam inter ideas ultimo loco posita fuit δεινότης, id est, grauitas, peculiaris libellus de methodo grauitatis siue uirtutis commode dicendi inscriptus, totam huius authoris rhetoricam concludit.

Ex præfatione Antonij Bonfinis in suam Hermoginis traductionem (ineptam
» sanè, & nimis ad uerbum expressam) de qua supra diximus. Hermogenẽ Græ-
» cum rhetorem, qui cuncta antiquorum huiusce artis monumenta collegit, ac miro
» ordine, & acuto mentis acumine tradidit: multaq; de formis orationis adiecit, à Ci-
» cerone, Quintiliano, cæterisq; Latinis rhetoribus omissa, nuperrime traduximus. Hermogenes & clarius & distinctius cæteris omnibus qui ante eum fuerunt, de dicendi formis disseruit, &c. G. Trapezuntius rhetoricæ suæ libro quinto. Vide fol. 272. a. & sequentibus, uersu 21.

Antonius Bonfinis hunc rhetorem iurisconsultum quoq; facit, deceptus Suidæ uerbis

uerbis, quę sunt, ἐπελθόντος δὲ ὀλίγας ἡμέρας εἰς τὸ πολλῶν νομιζομένου, id est, in extrema senectute obijt tanquam unus de plebe existimatus: ubi Antonius pudendo errore νομιζόμενον legislatorem transfert: atq; hinc æstimare est, qualis etiam relíqua eius interpretatio sit.

HERMOLAI (aliâs Hermolochi) uerba citantur â Ioan. Stobæo in sermone de breuitate uitæ.

HERMOLAVS Barbarus, natione Venetus, genere Patricius, archiepiscopus & patriarcha Aquilegiensis, & demum ecclesiæ Romanæ episcopus Cardinalis, Græci ac Latini sermonis peritissimus. Ab octauodecímo ætatis suæ anno scribere exorsus, multa elegantissima opuscula composuit, de quorum numero subiecta feruntur, opus perpulchrum T.M.1493. *anno ætatis 39.*

De cœlibatu,	lib. 2.		
Castigationes Plinianæ,	lib. 1.	Qui lucubrationes suas.	
Contra barbaros philosophos,	lib. 1.	De re uxoria metrice,	lib. 1.
Quæstiones geometriæ,	lib. 1.	Cõuenientia astronomiæ & medi. li. 1.	
Præcepta historiæ cõscribẽdę,	lib. 1.	Compendium philosophiæ,	lib. 1.
Compendium Galeni,	lib. 1.	Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.
Orationes multiplices,	lib. 1.	Carminum plusquàm 12000.	lib. 1.

Et alia cõplura, &c. Cum olim anno Domini octogesimosexto Moguntiam ascensurus Coloniam præteriret, rogatu Theoderici Flas Nusiensis medici, libellũ condidit quantum astronomia medicinæ conueniat. Ad Marcum Antonium Sabellicum historiographum librum ædidit de conscribendæ historiæ præceptis. Rhetoricam Aristotelis, & Dialecticam uniuersam. Dioscoridem quoq; interpretatus est, & elegias, epistolas & orationes metricas usq; ad carminum duodecim milia (sicut diximus) composuit. In Latinum uertit tractatũ patriarchæ Constantinopolitani responsalem de fide catholica ad quæstiones Mahumetis magni Turcæ. Plutarchum quoq; de Ísíde & Osiride. Et eundem quare oracula desecerunt. Ad Arnoldum Bostium carmelitam Gandensem quoddam Dionysij Ariopagitæ opusculum. Transtulit & alia complura. Opus suum de re uxoria continet circiter uersus sexcentos, in quo disputat elegantissime, utrum expediat uiro sapienti ducere uxorem, concludens quod non.

* Hermolai Barbari Zachariæ equitis filij, epistolæ aliquot leguntur inter Angeli Polit. epistolas lib. 1. & 9. & 12. in quo postremo præter familiares epistolas ad amicos, hæc insuper eius opuscula habentur:

a In paraphrasin physices Themistij præfatio ad Anto. Galateum.
b In eandem ad Sixtum quartum Pont. Max. alia præfatio.
c In castigationes Plinianas ad Alexandrum VI. Pont. Max. præfatio.
Præfatio, quum libros Aristotelis domi cœpit prælegere, quas lectiones ἐωθινὰς uocauit.
d Oratio H. Barbari, legati Veneti ad Federicum Imperatorẽ & Maximilianum regem Romanorum, principes inuictiss.
e Epistola ad Carondeletum, supremum regis Romani secretarium, scripta Brugis, 1486.
a b c Hæ præfationes cum ipsis etiam operibus integris impressis habentur.
d e Seorsim olim excusæ Basileæ, 1520. in 4. apud Io. Frobenium.

In Ca. Plinij naturalis historiæ libros castigationes primæ copiosæ: & paucæ quædam posteriores. Item Glossemata, id est, interpretationes doctissimæ uerborũ selectiorum in utraq; lingua, quæ in Plinij libris obscura sunt, ordine alphabeti. Index omnium quæ in hoc opere tractantur copiosus & accuratissimus, cui etiam nuda illa uocabula, quæ Hermolaus indicis uice Glossematis interseruerat, adiecta sunt. Præponitur & catalogus ab initio authorum qui in hoc opere citantur: de-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [675] - 317v

inde locorum elenchus per haſce caſtigationes in authoribus utriuſcp linguæ uel explicatorum, uel in melius reſtitutorum. Opus excuſum Baſileæ apud Vualderum, 1534. in 4. chartis ſeptuagintaſex, minutis characteribus.

» Ex prefatione ad Alexandrũ VI. pont. max. Quincp milia in eo ferè uulnera
» librariorum ſanauimus, aut certe quemadmodum ſanari poſſent oſtendimus: di-
» xi librariorum, ne quis aut me parum pudentem eſſe, aut Plinium erraſſe dubita-
Pomp. Melæ caſtigatio. » ret. Fuit & hæc utilitas, quod in Pomponio quocp Mela, quẽ nemo ignorat cor-
» ruptiſſimum haberi, trecenta ferè loca, totidemcp in aliis authoribus mendoſa, pro-
» pere in tranſitu atcp aliud agentes correximus, &c. Paſſim uero authores poſui-
» mus (id quidem uerboſum fuit, ſed occurrendum erat inuidiæ) pauciſſimis exce-
» ptis, in quibus tamẽ non aleam aut libidinem ſed rationem aliquam ſecuti ſumus.

In præfatione totius operis Lectorem admonet, quo ordine quacp diligentia hæc caſtigationes tum à ſe conſcriptæ tum impreſſæ ſint.

» Ex epilogo priorum caſtigationum. Pliniani codicis flagitia, nos Græcis &
» Latinis authoribus perlectis omnibus, lucubratione uiginti menſium reuellere ac
» publicare curauimus, &c. Minuta quandocp aliqua, ſed conſilio attigimus. Co-
» dices tantum Romanos & Venetos ſecundos, quia minus uitiati eſſe uidebantur,
» emendauimus. Illud uero ſimplicis ingenij fuit, quod errata quædam præfracta &
» inſignia, ſine ullo uerborum ſucco expunximus, procul omni pompa uendicatio-
» necp, diſſimulatocp etiam in plæriſcp rebus inueniendis labore, ne mirari noſtra ui-
» deremur.

In ſecundis caſtigationibus, quædam emendantur & exponuntur, quæ in primis ſubterfugerant.

Caſtigationes in Pomp. Melam (quæ prius in Italia cum Plinianis excuſæ erant) cum ipſo Melæ textu Ioan. Petri Oliuarij commentarijs illuſtrato, & Solini Polyhiſtore impreſſæ Baſileæ in 8. apud Robertum Vuinter. Conſtant autem Caſtiga-
» tiones ſeorſim chartis duabus. Ex præfatione ad Alexandrum VI. Trecenta
» in eo quæ manabant ulcera, uel cicatrice, uel ſplenio cõteximus, illud omnino pau-
» ciſſimis demptis aſſecuti, ut ſe maieſtati tuæ non barbara & Hiſpanienſi facie, ſed
» Latina & Hiſpana repræſentare poſſit. Hoc ipſum in Seneca & Quintiliano, &
» Columella præſtitimus quidem locis aliquot per tranſitum, & inter cæteros, &c.
» Sed uocant nos maiora quædam ſtudia, urgemuscp noſtrum illud uetus, omnes
» Ariſtotelis libros in Latinum uertendi exponendicp propoſitum. Quod ſi ad exi-
» tum perduxero (nam bona eius pars iam pridem peracta eſt) non dubito futurum,
» quin de reliquo in literis labore gratia mihi fiat. Nam Dioſcorides cum noſtro Co-
» rollario propediem exiturus eſt.

Dioſcoridis medicæ materiæ libri, Her. Barbaro interprete, excuſi in Italia, docte quidem & eleganter translati: ſed (ut nonnullis uidetur) nimis ad imitationem Plinij, quem dum ubicp ſequitur, à Dioſcoridis uerbis aliquando recedere uidetur. Marcellus Virgilius, qui poſt Hermolaum eoſdem libros tranſtulit, plærunce interpretationem eius carpit: Verum Io. Manardus & alij doctorum plæricp Hermolai translationi magis fauent.

Corollariorum in Dioſcoridem libri quincp, excuſi Coloniæ apud Io. Soterem, 1529. in fol. chartis 40. cum Dioſcoride Græco ac Verſione & commentarijs M. Vergilij. Ab initio operis poſt duos indices, tertius in Corollaria peculiaris ſequit.

» Ex præfatione authoris. Opus omnium maximum ac laborioſiſſimum ag-
» greſſus, Dioſcoridis ac Plinij, & (ut ingenue fatear) omnis rei literariæ illuſtrandæ
» noua commentatione, ſuſcepi: ut nihil uel apud Græcos uel apud Latinos ad hanc
» diem extet in hoc ſcribendi genere, quod non in hoſce commentarios regeſſerim.
» Auſus etiam non pauca ex recentioribus attingere, corrupta ſcilicet, & indocto-
» rum pertinacia non ſatis adhuc exploſa. Hoſce libros Corollarij nomine nun-

cupare

cupare uolui, quod hi uelut appendix additamẽtumq; essent legitimo iustoq; operi tralati Dioscoridis: neq; uero Dioscoridis solum, sed meorum planè studiorum, scriptorumq; omnium. Sic enim mihi persuadeo, me quantum ingenio perficere, quantum industria elaborare, quantum studio ac cura consequi potui, quantum denicq; iudicij in literis habui, in hosce libros contulisse. In ultimum librum Dioscoridis, qui de uenenis & animalibus uenenosis est, nihil annotauit.

Themistij peripatetici paraphrases in aliquot Aristotelis libros admodum adolescens Latinas effecit, uidelicet: In Posteriorum libros 2. In physicorũ lib. 8. In libros de anima, De memoria & reminiscentia, De somno & uigilia, De insomnijs, De diuinatione per somnũ. Opus excusum Basileæ apud Valderum, 1533. in 4. chartis 78. cum indice copioso.

Ex præfatione ad Sixtum 4. in libros Posteriorum. Igitur Themistium è familia Aristotelis elegantem philosophum, ad te in Latinum sermonem conuerti: ratus non ingratissimam tibi rem me facturum, si philosophia ea quæ de natura est, Latinis literis, quanta modo legitur in scholis contineretur. Videbam nihil inculatius, horridius, ineptius, quàm partem istam literaturæ haberi. Oppido quàm laboratum mihi in hac interpretatione est, non tam quod nihil iuuari ab ijs authoribus potui, qui Aristotelem commentati fœde ac barbare pridem sunt: quàm quod ne ab illis quoq; qui ætate nostra Latinam eloquentiam professi, Græca eius philosophi commentaria transtulerunt. Horum plærisq; dum alienam inscitiam insectantur, prodidere suam. Adeò omnia ab his peruerse deprauateq; sunt perscripta, &c. Et paulò post. Ne ille quoq; minimus labor noster fuit, quod in his libris uertendis, non modo non expressimus uerbum è uerbo, quod interpretes indisertos solere Cicero meminit: sed libere, & translationibus & figuris & tropis usi sumus ad morem Romanum sensibus stantibus. Lusimus arbitratu nostro, sed sententiam integram dedimus authori. Tantum uero abest ut aliquid prætermittamus dissimulauerimúsue, ut illud periculum sit, ne quod eruditioni impense studuimus, addidisse aliqua potius, quàm detraxisse inuisoribus uideri possimus. In plenum, non tam Latinum reddere Themistium, quàm certare cum eo uolui. Hæc præfatio communis est ad reliquas etiam ab ipso translatas Themistij paraphrases: quanquam enim in singulas præfetur, nihil tamen opinor ultra hęc de sua translatione disserit.

Latini interpretes cõmentatoriorum in Aristotelẽ.

Rhetoricorum Aristotelis libri tres Latinitate donati. Vide in Daniele Barbaro supra: qui Daniel optimus & doctissimus uir spem nobis fecit se curaturum ut breui Dialecticis etiam ab Hermolao interpretatis fruamur, & utriusq; philosophiæ compendiosis quibusdam.

HERMOLAVS Byzantius Athenæi Naucratitæ dipnosophistarum epitomen reliquit, quæ adhuc extat. Raph. Volaterranus. Vide supra fol. 99. a. uersu 8. & sequentibus. Extat autem epitomen illam Athenæi liquet etiam ex Aldi Man. in Athenæũ præfatione, siue ab Hermolao (nam fieri potest ut is utrumq; authorem redegerit in epitomen) siue ab alio quodam collectam.

HERMON, aliâs Hermonax, Athenæo citante, glossas Creticas scripsit.

HERODES prænomine Iulius, filius Attici, nepos Plutarchi, genere Aeacides, Athenensis, &c. Phauorinum & Polemonem præceptores habuit, & multa scripsit, quæ Suidas recenset, & Philostratus in sophistis, apud quos plura, si libet, legito.

Herodis orationes Græcas Aldus Venetijs excudit, cum Aeschinis & aliorum aliquot orationibus. Suidas in huius uiri scriptis magnificentiam quandam & animi celsitudinem elucere testatur. Huius mentionem facit Athenæus quoq; in Dipnosophistis lib. 3.

HERODIS hemiambia quædam leguntur apud Stobæum in sermone de pueris.

HERODIANVS Alexandrinus grammaticus filius Apollonij Grammatici cogno-

mento Dyscoli. Antonini Cæsaris tempore floruit, iunior Dionysio scriptore Musicæ historiæ & Philone Hebræo. Scripsit autem multa. Suidas. Raph. Volaterranus eum Apollonij & filium & discipulum facit: addens eum de arte Grammatica scripsisse, teste Suida, (nos nihil tale apud Suidam legimus) præterea imperatorum historiam, quæ ad nos haud integra peruenerit.

Herodianus author candidus ex se ac facilis est: sed ea gratia Politianus transtulit, ut non ab homine Græco uideatur genitus, sed à Latino. Vitas imperatorũ scripsit à Commodo ad Gordianum. Ioan. Ludo. Viues.

Herodiani historiam Aldus Venetijs impressit Græce & Latine: item Henricus Petrus Basileæ in 8. è regione, anno 1535. Græcã solum excudit Valderus Basileæ, 1530. minima forma in 16. & Theodoricus Martinus Louanij, 1525. in 4. chartis 24.

» Ex præfatione Angeli Politiani ad Innocentium VIII. Cum circũspicerem
» quem potissimum ex omni Græcorum copia, qui Romanorum principum res ge
» stas scripserunt, interpretandum susciperem, occurrit in primis Herodianus hic
» excellens rerum scriptor, & qui diu in Palatina uersatus aula, affectæq; iam ætatis,
» historiam de suis temporibus componere aggressus, neq; eloquentiæ caruerit lau-
» dibus, & fidem tamen in primis libertatemq; retinuerit. Et paulò inferius. Ma
» gnam in eo negociorum, personarumq; uarietatem, multam rerum nouitatem de-
» prehensurus, crebraq; in utramq; partem fortunæ ceu uacillantis exempla, consi-
» liaq; admirabilia, & cõsiliorum inopinatos euentus, grauesq; pro tempore senten-
» tias: & plenam ubiq; dignitatis, plenam suauitatis orationem: copiosam uidelicet
» quandam ad instruendos mores suppellectilem, & ceu speculum humanitatis, in
» quod inspicere omnis uita, unde ea capere atq; haurire documenta queat, per quæ
» uel publicis, uel priuatis rationibus consulatur.

» Ex præfatione Herodiani secundum Politiani uersionem. Ego uero contra,
» non quidem acceptam ab alijs, aut incognitam, aut testibus egentem historiam: sed
» eorum qui legent sensibus adhuc memoriæq; inhærentem, summa uel fide uel dili
» gentia collectam, conscribendam suscepi: sperans haud iniucundam fore posteri-
» tati, earum rerum notitiam, quæ multæ sanè atq; magnæ haud ita longo tempore
» acciderunt. Nam si quis ab Augusto usq; principe omnem ætatem complectatur
» animo, ne annis quidem illis circiter ducentis (tot enim fermè ad Marci tempora nu
» merantur) aut imperiorũ tam diuersas successiones reperiet: aut bellorum uel ciui
» lium uel externorum tam uarios casus atq; euentus, in tot excitas gentes, tot urbes
» nostras barbarasq; expugnatas: præterea terræmotus & pestilentias, uitas quoq;
» principum, & tyrannorũ adeò nouas, atq; inauditas, ut nulla ijs apud ueteres con
» similia exempla aut certe quàm paucissima inueniantur: quorum alij diuturnam,
» alij breuem potentiam obtinuerunt: nonnulli autem, uix dum inito honore, impe-
» ratores duntaxat appellati, eodem illo quo susceperant die, imperium amiserunt.
» Nam cum sexaginta annis plures quàm pro tempore principes urbs Roma pertu
» lerit, factum ex eo est, uti multæ sanè, uariæq; res atq; admiratione dignæ exoriren
» tur, &c. Hæc quemadmodum gesta sint temporum ipsorum atq; principum ser
» uato ordine perscribemus.

Eiũ de Notis Arithmeticis Herodiani grammatica opuscula, de magno uerbo, & alia quædam δυσυρίστα, in Italia apud doctos quosdam manuscripta uidimus. Et in catalogo quodam nescio cuius Italicæ Bibliothecæ manuscripto legimus Ἡρωδιανοῦ τὰ ἐυρισκόμενα: & in alio quodam libros impressos continente, Herodianus de antiqui.

Fab. vidcat in Lexico Gr. lat. Budæi ex App. p. 92.

HERODICI Babylonij uersus aliquot contra Grammaticos, leguntur apud Athenæum in fine libri quinti Dipnosophist.

HERODICI Cratetij opuscula aliquot allegantur ab Athenæo, nempe: Comœdumena, De parasitis, & Symmicta hypomnemata, id est, Miscellanea.

HERODORVM Heracleoten semel atq; iterum Athenæus citat.

HERODOTVS Lycius, de ficubus scripsit. Athenæus.

Eundem putauerim qui in re medica nonnihil scriptum reliquit, cuius fragmenta aliquot in Aëtij medicis collectaneis habentur, ut de sopore: exanthematum in febribus curatio, de tremoribus in febribus, de lumbricis, de uigilijs in febribus.

HERODOTVS Halicarnasseus genere clarus, scripsit historiam libris 9. quorũ quilibet Musæ nomine inscribitur. Cœpit à Cyro Persarum rege. Secessit in Samũ offensus Lygdami tyrannide, qui tunc in patria regnabat: eo expulso rediit. Postremo inuidiæ ciuiũ obnoxius sponte Thuriũ concessit Athenienſiũ coloniã, ubi extinctus est & sepultus, licet aliqui Pellæ dicant. Raph. Volater. ex Suida. Hic Ionice scripsit, laxior Thucydide. Quapropter hunc Liuio, illũ Sallustio ex nostris Quintilianus cõparat. Claruit anno ab urbe condita trecentesimo, ut scribit Plinius lib. 12. Idem tradit Thurijs historiarum libros condidisse, quas Musarũ nominibus inscripserit. Ipse alicubi scribit Homerum & Hesiodũ quadringentis nõ amplius annis ante se claruisse. Scripsit et Homeri uitã, ut testatur Suidas in uoce ὅμηρος.

Initium totius historiæ huiusmodi est. Herodoti Halicarnassei historiæ expli
catio hæc est, ut neq; ea quæ gesta sunt, ex rebus humanis obliterẽtur ex æuo, neq;
ingentia & admiranda opera, uel à Græcis edita uel à barbaris, gloria fraudentur,
cum alia, tum uero qua de re isti inter se belligerauerunt.

Historiarũ eius libri nouem Venetijs apud Aldum Græce impressi sunt, & Basileæ apud Heruagium nuper ex castigatione Ioachimi Camerarij, unà cum Gemisti Plethonis de gestis Græcorũ post pugnam ad Mantineam. Latine aũt Laur. Valla interprete, per Conradũ Heresbachium recogniti, exiuerũt Coloniæ, 1526. apud Euch. Ceruicornũ in fol. cum indice copioso, & Homeri uita ab Herodoto scripta, eodem Heresbachio interprete, chartis 76. Ex præfatione Heresbachij, qua partim laus, partim apologia huius historici cõtinetur. Vt alios prætermit-
tam, qui omnes Herodoti elogia plenis (ut aiunt) buccis canunt, duorum duntaxat grauissimorũ linguæ Latine procerũ censuras proferã, nempe Ciceronis & Quin- *Cicero.*
tiliani: Quorũ alter in illustriũ oratorũ catalogo, hoc est Bruto, & ea disputatione *Quintil.*
quã de Oratore inscripsit, utrobiq; Herodoti scripta magnis laudibus uehit: Alter uero Institutionũ oratoriarũ libro 10. de Herodoto eiusq; discipulo Thucydide sic scribit: Historiã multi scripsere præclare: sed nemo dubitat longe duos cæteris præferendos, quorum diuersa uirtus laudem penè est æqualem consecuta. Densus & breuis & semper instans sibi Thucydides: dulcis & candidus & effusus Herodotus. Ille cõcitatis, hic remissis affectibus melior: ille cõcionibus, hic sermonib. ille ui, hic uoluntate. In tantis laudibus mirũ est nõ defuisse qui uel æditis libris hunc scriptorem fugillarẽt. Sed tale est hominũ ingenium, ut nullus ferè quantumuis præclarus scriptor, omnẽ reprehensionis notã effugerit. Quod sicubi fortè parũ credibilia narrare Herodotus uideat ijs, qui externas easq; regiones nõ lustrauerint, de quib. ipse scribit, non ea mythistoria (ut quidã falsius cauillatur), ptinus existimanda est, sed gentiũ potius regionũq; peculiari naturæ donandã. Siquidẽ ipse cũ de Babylonis fertilitate scribens, milij & sesami instar arborũ proceritatẽ tradat: tamen (inquit) quanq; meis oculis uiderim, memorare supersedeo, quod plærisq; qui hæc nõ uiderint, fabulosa tradere uidebor. Quoties uero ea scribit, quæ aut ipse nõ uiderit, aut certo nõ constent, ueluti quę aliorũ cõmemoratione acceperit, subinde fidẽ suam liberat: idq; cum aliâs, tum hoc loco, μέχρι μὲν τοῦ ἐλεφαντίνης πόλιος οὐτόπτης ἐλήλυθα, τὰ δὲ ἀπὸ τῶνδε ἀκουὴ ἰσοφεύω. Et alibi, ταῦτα μὲν οὕτω ἔχειν ἀληθέως οὐκ ἔστι λόγος, τὰ δὲ λεγόμενα γράφω. Iisdem penè uerbis se excusat in narratione de Pacha, quanquam eam Plutarchus ad calumniam rapit, adeò ut mirer uirum alioqui grauissimum eò descendisse, ut περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας librum scriberet. Iosephus quoq; arbitratur non tam Herodoto imputandum, si quid fortè ab alijs aliter referatur, aut non

„ uoluntarium mendacium dicatur, quàm illorum errori qui illi narrauerint. Acce-
„ dit huc quod Cicero etiam cum Gorgiam, Thrasymachum, atq; Theodorum men-
„ daciorum ineptiarumq; arguat, solum Herodotũ etiamsi in eorum incideret æta-
„ tem, longissime tamen ab illorum abfuisse ineptijs scribit.

Qui Herodotum laudant historiarum, qui uituperant fabularũ patrem appellant. Notat eum Diodorus Siculus etiam, ut qui rebus ueris nonnihil admentitus sit. Plutarchi liber de malignitate Herodoti in fine moralium ipsius scriptorum extat.

Herodoti liber de uita Homeri, Græce cum operibus ipsius Homeri Argento-rati impressis in 8. habetur.

HERON Cotyis filius Atheniensis rhetor, iudicia Athenis acta scripsit, Interpretationem Dinarchi, Commentarios in Herodotum, Xenophontem, a & Thucydidẽ: Selectorum nominum libros tres, Epitomen Heraclidis historiarum, De priscis rhetoribus, & orationibus eorum, quibus uicerunt mutuo certantes. Suidas.

a Commentarij Græci, quos in Thucydidem hodie habemus, anonymi sunt.

HERON Alexandrinus uaria conscripsit Græco sermone.

Ioan. Alexander Brassicanus alicubi professus est se possidere huius authoris, περὶ βελοποιΐας, id est, telorum fabrica librum. Ego Bononiæ in bibliotheca S. Saluatoris librum eius de machinis bellicis uidi, cum figuris, eleganter descriptum.

D. Diegus Hurtadus Cæsaris apud Venetos legatus, Heronis Geometrica seruat, & pneumaticorum libros duos, & alium περὶ αὐτοματοποιητικῶν, quę inscriptio corrupta uidetur: item de re rustica librum.

Mechanica Romæ condita sunt in bibliotheca Vaticana. Idem opus mirum & iucundum, nescio quo interprete in Latinam linguam cõuersum extare certũ est.

Pneumatica siue spiritualia inuenta in bibliothecis Italiæ manuscripta habẽtur, cum figuris ducentis. Extant etiam Latine. Vide supra 253. b. uersu 2.

Ex HERONDE Synergazomenis fabula quadam, senarius citatur Athenæo lib. 3.

HEROPHILA, quæ & Sibylla Erythræa. Vide Ἡροφίλα in Suida: & infra in Sibyllis: & in Anthropologia Raph. Volaterrani in litera E Herophila.

HEROPHILI aut Thessali Galenus esse putat librum de diæta uel alimentis Hippocrati adscriptum.

HEROPYTHVS quidã de finib. Colophoniorũ scripsit, ut meminit Athenæus li. 7.

HERRANDVS Halberstatensis. Vide Stephanus.

HESIODVS Cumanus, puer adhuc à parentibus Dio & Pycimede in Ascram Bœotiæ perductus est. Genealogia eius fertur, ut sit filius Dij, nepos Ampelidæ, pronepos Melanopi: quem aliqui uolunt esse auum προπάτορος Homeri, ita ut Homerus Hesiodi patruelis (ἀνεψιάδους) sit, uterq; autem ab Atlante descendat. Suidas: quæ autem ibidem adduntur, inter Raph. Volaterrani uerba iam subijciemus.

προπάτορος.

Poëmata scripsit, Theogoniã, Aspida, Heroidũ mulierum catalogũ, Epicedium in quendã Batrachũ, quem dicunt dilexisse: item Opera & Dies. Decessit iugulatus noctu ab Antipho & Ctimeno fratribus, putantibus per errorẽ fororis uiolatorem aggredi. Fuisse dicunt nonnulli antiquiorẽ Homero: Porphyrius aũt pluresq; alij post eum annis centum, ante uidelicet primam olympiadẽ annis triginta duobus. Suidas. Ipse de se testatur uictorẽ fuisse ex uersibus in tripode scriptis apud Heliconẽ. Pausanias dicit eum in certamine Musicæ fuisse repulsum, q nõ didicerat unà cum cantu citharizare. Primus agriculturæ præcepta tradidit, ut Pli. lib. 14. scribit. Idem (teste Augustino lib. 1. de Concor.) primus fabulas scripsit. Adstipulatur & Quintil. lib. 5. Fabula etsi ab Aesopo nomẽ accepit, quia uidetur primus earum author Hesiodus, nomine tamẽ Aesopi maxime celebrantur. Idem lib. 8. Hesiodus raro adsurgit, magnaq; pars eius in nominibus occupata: est tamen utilis circa præcepta: daturq; ei palma in illo mediocri genere. Aspida Hesiodi Aristophanes grãmaticus esse non putat; sed alterius Homericũ aspida imitari uolentis.

Quintilianus.

Aspis.

Stesi-

Stesichorus tamen ipsius esse testatur. Argumentum Aspidis. Hercules cum Iolao auriga suo proficiscens cõtra Cygnum Martis filium, cum simul cum Ceyce eius socero propè iam uicerat, nisi Mars illi clypeum obtulisset, fabulis adnotatum. Theogonia deorum genealogiam & fabulas narrat. Eius epitomen ipse Raph. Volaterranus scripsit lib. 33.

Hesiodus pastor fuit, eiq; oues pascenti nouẽ uirgines apparuisse feruntur, quę lauri germina comedenda porrexerunt, unde statim poëtica sapientia repletus est. Hoc figmentum in commentarijs Io. Tzetzes exponit: ex quibus etiam sequentia transferimus. Opera & Dies Hesiodi poëma inscriptionem habet, ut distinguatur à † quindecim alijs ipsius libris, nimirum Aspide, Theogonia, Heroogonia, mulierum catalogo, & reliquis: item differentię causa ab opere magni Orphei similiter inscripto. Scripsit aũt eum librum ad Persem fratrẽ, quo uarię hortationes morales & œconomicæ cõtinentur, & instigatio ad operandũ, & agriculturę doctrina: nec non temporũ quibus exerceri debet: item de diebus felicibus & infelicibus secundum Lunæ motũ. Nam post mortẽ parentũ diuisis inter se bonis, Hesiodus sobriã et philosophicã uitã agebat: Perses aũt in Luxuria et ocio uiuens, bonis suis absumptis Hesiodũ insup fraudare, iudices corrũpere, & litibus fratrẽ obruere pergebat: Quare hunc librũ Hesiodus scripsit ab huiusmodi uita Persem dehortans, & inuitans ad laborẽ. Ab initio diuersas mũdi ætates describit, quem locum Ouidius in Metamorphosis suæ principio imitatur: Virgilius aũt in Georgicis agriculturę præcepta ab eo tradita sequitur. Diuidit in duos libros: quorũ prior totus ad mores pertinet: posterior agricolã instituit, & circa finẽ quoq; morales aliquot uersus: postremo dierũ mensis obseruationẽ in plærisq; superstitiosam subnectit. Certe quod M. Cic. de uersibus Euripidis dixit, singulos nempe singula sibi axiomata uideri, id mihi longe iustius Hesiodi carminibus tribuendũ uidetur, uti quæ salubribus, sanctisq; præceptis tum de diuinis tum humanis rebus scaturiant: adde quod antiquitatis ergò, quam elocutionis quoq; simplicitas ornat, plurima inter omnes ferè gentiũ scriptores ueneratio ei debeť. Quamobrẽ nõ imprudenter faciunt, qui hoc poëma in scholis puerorũ legunt, potius q; recentiores eo mere fabulosos, inutiles & lasciuos poëtas. Insunt & mystica aliquot dicta, qualibus Pythagoras ferè utitur, quorum nucleus sententias cognitu dignas & iucundas proponit.

† Aliàs 28.

Hesiodi poëmata, quæ quidem extant, omnia uersibus heroicis exarata, nempe Opera & Dies, Clypeum, & Theogonia, Ioan. Frobenius impressit Basileæ cum Græcis Aesopi fabulis, 1521. in 8. chartis 22. & dimid.

Eadem cum Græcis cõmentarijs impressa Venetijs, 1537. in 4. apud Trincauellũ, chartis 47. Sunt autem commentarij in Opera quidem & Dies Manuelis Moschopuli, Procli, & Ioan. Tzetzis: In Dies præterea solos Ioan P. rotospatarij peculiaris libellus paulò maior charta 1. In Theogonia, authoris innominati, quibus γλῶσσαι tantum inscribitur, & Ioan. Diaconi Galeni. In Aspidem, Ioan. Diaconi Pediasimi.

Opera & Dies poëma Græce solum Tiguri excusum cum Iacobi Ceporini Grammatica: & Basileæ apud Isingrinium cum Vlpij Franeckereñ. translatione ligata, sic ut uersus uersui respondeat.

HESSII cuiusdã colloquia moralia & philosophica, excusa Coloniæ apud Quentell.

HESYCHII (sic enim legere malo quàm Esytij) presbyteri & monachi, beati Gregorij Nazanzeni episcopi quondã auditoris legi tantum opus illud insigne & magnũ quod scripsit ad Euthychianum diaconum. T. cl. 490.

In Leuiticum, lib. 1. Venerabili diacono.

* Liber impressus Basileæ apud Cratandrum, corrupto nomine Isycij.

Esycij (malim Hesychij) epistola ad D. Augustinũ de fine sæculi & aduentu Domini, numero septuagesima nona inter D. Augustini epistolas.

Hesychij presbyteri sermones aliquot Græci extant, in Italiæ bibliothecis, nẽpe, De sobrietate & uirtute sermones breues. Ἀρχὴ φωτισμοῦ ψυχῆς, ἀληθὴς ὑποθῆκαι Capita ducenta quæ inscribuntur ἀντιῤῥητικὰ καὶ ὀνικά. De sobrietate hecatontas secunda.

HESYCHII Grãmatici Alexandrini Lexicon Græcum, impressum Venetijs apud Aldum, & Haganoæ apud Thomam Anshelmum, 1521. in fol. chartis 98. & Basileæ apud Cratandrum in fol. Ex præfatione Aldi. Omnes quæ in uarijs Dictionarijs habebantur dictiones, primum Diogenianus homo doctissimus: deinde Hesychius ipse, cuius Suidas in dictione Ἡσύχιος facit mentionem, in unum dili-
gentissime collegit. Sed illud admodũ dolendum est, quod nescio cuius iniuria pro uerbiorũ argumenta, quæ prætermissa à Diogeniano Hesychius adiunxerat, tum pluriũ dictionũ, & quæ rariores sunt, authoritates, quas is ipse Hesychius studiose addiderat, sublatæ sunt summo studiosorum incommodo & iactura.

In hac præfatiuncula Aldus huius Lexici authorem Hesychium Alexandrinum non recte mihi uidetur confundere cum Hesychio Milesio, cuius mentionem Suidas facit, non illius, & eum testatur non quidem Lexicon scripsisse, sed tabulam siue catalogũ uirorum qui in literis claruerũt, & dubitat an Christianus fuerit, cum in illo catalogo nullius ecclesiæ doctorum meminerit. Hesychius autem Alexandrinus omnino Christianus fuisse uidetur, cum passim obscuriora & Hebraica uteris Testamenti uocabula exponat. Adde quod Suidas Hesychij Milesij catalogum suo operi inseruit, in epitomen redactum: Alexandrini autem Lexicon suo se adiunxisse nusquã meminit, cum id saltem in operis titulo facere debuisset, ubi omnes ferè enumerat, à quibus sua collegit, licet Milesij etiã ibidem non faciat mentionem. Sed neq; potuit Hesychij Lexicon in epitomen redigere, cũ id alioqui ita breue & concisum sit, ut nihil auferri queat.

Præfatio Hesychij Alexandrini ad Eulogium socium. Multi quidẽ ueterum dictiones alphabeti ordine digesserunt: sed alij Homericas solas, ut Appion & Apollonius Archibij filius: alij Comicas & Tragicas dũtaxat, ut Theon, Didymus, & alij quidam. Nullus autem eorum omne genus dictionum annotauit. Cæterum Diogenianus quidã ætate illis posterior, uir studiosus & egregius, tum libros prædictos, tum omnes ubicunq; sparsim dictiones colligens, ordine literarum in unum uolumen redegit: Homericas simul inquã & Comicas et Tragicas, & quæ apud Lyricos atq; rhetores in usu sunt: præterea medicorum & historicorum. In summa nullum uerbum, quod ego sciam, uel sui sæculi scriptorum uel superiorũ omisit. Et ut facilius quæsita inuenirentur, initialiũ literarũ triũ uel quatuor in singulis dictionibus ordinem obseruauit. Sed neq; prouerbia, quotquot inuenire potuit, reliquit. Eos libros περιεργοπόνητας inscripsit, ex animi sui instituto. Putabat enim non modo ditioribus, sed etiam tenuioris fortunæ hominibus ipsos utiles fore, & magistrorum uicem præbituros, si tantum diligenter & curiose quæ uellent inuenta, perquirerent, & sententiæ compotes fierent. Huius igitur uiri tam egregium studium collaudo, qui rem utilissimam, & studiosis ad omnem disciplinam conducibile præsidium elaborare uoluerit. Vtinam uero neq; plærag; prouerbia nuda & sine interpretatione posuisset: nec inquisitarũ dictionũ authores librorũq; in quib. usurpantẽ, titulos omisisset: nec denicq; uariæ significatiõis uocabula inexplicata præterijsset, cũ in illis quoq; secundũ uarias significationes totidẽ exẽpla authorũ adscribi deceret: Quæ quidẽ oĩa per nos, p uirili nostra effecta iam sunt, omni inuidorũ hoĩm & aliena reprehendentium respectu posthabito. Dico autẽ libere, quod Aristarchi, Appionis, & Heliodori dictionib. & Diogeniani libris (quibus maximũ nostri laboris operæpretiũ sunt) coniunctis, hæc ipse mea manu scribens, idq; rectissime diligentissimeq; secundũ Herodiani grãmatici orthographiam, nõ solum nullam illorum dictionem omisi, sed insuper plurimas quæ deerant adieci.

Appion.
Apollonius.
Theon.
Didymus.
Diogenianus.

Scribendi

Scribendi genus obseruaui, quod & sensu perfecto constaret, & elocutione proba & clara parœmias exposui: ambiguis & rarís uocabulis suos authores, et librorum ubi inueniuntur nomina adscripsi ex ipsis exemplaribus, nulla remissione labori parcens, ne fortè non immerito reprehendendi mei occasionem alijs darem, eandem ob causam, qua ipse nunc Diogenianum incusaui. Sic igitur hoc opus mihi absolutum est, quoad eius unius ingenij humani facultate effici licuit: fieri tamē potest, ut aliqua fortè dictio manifesta aut non necessaria, præterita sit. Deinde monet, in dictionibus compositis sæpenumero simplices esse perquirendas. Cæterum inscriptio libri talis est: Dictionū omnium collectio ex Aristarchi, Appionis, & Heliodori libris. Multa sunt in hoc dictionario, quæ Suidas nō habet: pleraq; autem hinc in suum Varinus Camers transtulit, non omnia tamen ut conferenti patebit. Vtinam pro illis tribus Lexicis, unum haberemus, & congestum ex illis, et melius digestum: quo maior commodiorq; esset usus, & minor sumptus.

HESYCHIVS Milesius, Hesychij iuridici & Sophiæ filius, sub Anastasio rege scripsit onomatologon, id est, catalogum aut tabulam celebrium in literis uirorum, cuius epitome hic liber est: & chronicam historiam in sex diastemata seu partes diuisam, quibus Romanorum principum gesta temporis & annorum ordine describuntur, & principatus tyrannorum qui per singulas gentes regnarunt, & quæ circa Byzantium acta sunt usq; ad regnum Anastasij cognomento Dicori. Nullius autem ecclesiæ doctorum in catalogo uirorum disciplinis illustrium meminit, unde suspicari licet eum nō Christianum, sed Græca uanitate imbutū fuisse. Suidas.

HETRVSCI Messenij hexastichon in tertio libro Florilegij Græci.

HEYMERICVS de Campo, natione Teuthonicus, gymnasij Colonienſis uicecancellarius, scripsit multa præclara opuscula, de quibus tamen pauca in manus nostras hucusq; peruenerunt. In concilio Basilienſi præsens fuit, missus ab uniuersitate Colonienſi, ubi ad instantiā magistri Nicolai de Cusa, postea cardinalis, ædidit T.cl.1438.

Compendium quæstionum,	lib.1.	Post plærosq; occasio.	
Super sententias,	lib.4.	Vt dicit Augustinus in libro.	
De esse & essentia,	lib.1.	Esse & non esse repugnant.	
Compendium diuinorum,	lib.4.	In hoc opusculo sub cō.	
Quæstiones uarias,	lib.1.	Sermones multos,	lib.1.
De authoritate Concilij,	lib.1.	Et alia complura.	

HICESIVS de materia scripsit, medicaminum opinor aut alimentorum. Nam Athenæus non procul ab initio libri septimi sententiam eius citat, de amiarū piscium cibo.

HIERACIS cuiusdam fragmēta aliquot apud Stobæum seruantur: unum in sermone de imprudentia, ex libro eius de iustitia, & alia quædam alibi. Suidas etiam Hieracis cuiusdam meminit, qui fuerit unus ex legatis Amphipolitarum Athenas missorum ut urbem & regionem traderent.

HIEREMIAS, ut Græci & Latini scribere solent: secundum originem Hebræorum Irmeia scribitur, uel potius Irmeiahu.

HIEREMIAS propheta, filius Hilkijahu sacerdotis, qui sub Iosia rege Iehuda inuenit in domo Domini librum legis, decimooctauo anno regni eius. Irmeiahu uero cœpit prophetare decimotertio anno regni Iosiæ, quando rex, sacerdotes & populus perditissime uiuebant, donec inuentus fuit liber legis diuinæ, tunc rex pia induens uiscera, cultum Dei restaurauit, & idololatriam exterminauit, ut posterior liber regum cap. 22. testatur: prophetauit autem Irmeia à decimotertio anno Iosiæ usq; ad captiuitatem Babylonicam annis ferè quadraginta & uno. Sebastianus Munsterus in suis Bibliorum commentarijs. Vide supra in Esaia.

Prophetia eius in ueteri Testamento diuiditur in capita 42. Vitam ipsius & obitum Epiphanius describit inter cæteros prophetas.

Irmeiæ prophetæ threni, quatuor capita sunt in uetere Testamento: scripsit au-

tem has lamentationes ita ut primus uersus incipiat ab aleph, secundus à beth, & sic deinceps ordine alphabeti Hebraici per singula capita. Obseruatur enim id in quibusdam carminibus ut facilius ediscantur: etsi non constet quo genere carminis hi threni sint conscripti, quod Hebræi non ijs generibus canant carmina & numerent metra, quibus Græci & Latini. Est autem lugubre carmen, de lamentabili casu Iehudæorum & urbis Ierosolymitanæ. Hebræi ab initiali dictione hunc librũ uocant Echa, in cõmentarijs Kinoth, id est, lamentationes uocatur. Et putãt hunc fuisse librum, quem rex Iehuda ab initio legit, & mox in ignẽ abiecit, sicut Iirmeiæ cap. 36. scribitur. Seb. Munsterus.

HIEREMIAS Brachelius, ex inferiori Germania oriundus (oppidum uocant Brachen) medicinæ professor Louanij nostro tempore, scripsit commentarios in Hippocratis aphorismos, & De sectione uenæ in pleuritide, & alia quædam, impressa ut audio.

HIEROCLES philosophus Alexandrinus, cuius constantia, magnanimitas, & eloquentia miris laudibus apud Suidam commendantur. Hanc eius (inquit) animi magnitudinem animaduertere est ex commentarijs, quos in aurea Pythagoræ carmina scripsit: & de prouidentia † in multis alijs libris: in quibus excelsum uiri ingenium, eruditio autem non exquisita apparet. Vide plura apud Suidam.

† Et coniunctio uidetur inserenda.

Hieroclis philosophi cõmentarij in aurea Pythagoræ carmina Latine impressi sunt, interprete Auruspa, Basileæ apud Hen. Petrum, in 8. 1543. char. 14. & dimi. Græce quod sciam nondum impressi: seruantur tamen in Italia. Ex præfatione interpretis. In hoc libro (aut potius, in his Pythagoræ carminibus) omnis Pythagoreorum philosophia continetur, tantaq; in eis est doctrina, tanta legenti utilitas, ut octogenarius iam nihil ego aut Græce aut Latine legerim, quod magis mihi prosuisse intelligam. Parum enim aut nihil, ubi miracula non fuerunt, à fide Christiana differt. Translatio mihi obscura & inelegans uidetur, ideoq; tædiosa lectu. De Hieroclis libro, quo Apollonium Tyaneum Domino nostro cõparare nititur, supra dictum est in Eusebio.

Pythagoræ carmina.

Fragmenta quædam ex Hieroclis Oeconomico, ex Libro quomodo erga parentes agendum sit, ex Libro de amore fraterno, ex Libro quomodo utendũ sit cognatis, in Io. Stobæi collectaneis extant, quos locos ex indice authorum eisdem Collectaneis apud nos æditis subiecto, deprehendes.

HIEROCLEM quendã Athenæus allegat libro 14. ubi de panibus & placentis agit.

HIEROCLIS cuiusdam capita mulomedicinæ, cum Abyrto & alijs Græcis mulomedicis Basileæ impressa apud Valderum in 4.

HIERONYMVS proprium nomen originis Græcæ, sancti nominis uirũ significat.

HIERONYMVM quendam peripateticum Athenæus allegat: et HIERONYMVM alium de citharœdis, item HIERONYMI Rhodij historicos commentarios & librum de ebrietate.

HIERONYMVS Stridonensis, ipse sua scripta in fine libri de uitis ecclesiasticorum scriptorum enumerat: quæ ideo non adscribam, quoniam non pauca scripsit post illius libri æditionem, quæ simul omnia paulò inferius secundum tomos operum ipsius Basileæ impressos enumerabimus. Io. Trittemius quoq; scripta eius recenset cum initijs singulorum, quæ itidem omittemus, quoniam inferius commodiori ordine & cum Erasmi Rot. censuris eadem recensebuntur. Raph. Volaterranus libro 16. multa ex D. Hieronymi libris de se loquentis, præsertim ad eius literas pertinentia, in mediũ affert. Vitam enim (inquit) eius recensere, parergon fortasse fuerit, cum tot illustrium uirorum sit mandata monumentis. Ea qui uoluerit inde petat: quanquam mihi non dubium est, nihil ibi contineri, quod non apud D. Erasmum Rot. legatur, qui prolixe admodum & studiose huius authoris uitam perscripsit, quæ ab initio Hieronymi operum Basileæ impressorum habetur.

Hieronymi

Hieronymi lucubrationes omnes unà cum pseudepigraphis, & alienis admixtis, in nouem digestæ tomos, sed multo quàm ante uigilantius per Des. Erasmum Rot. emendatæ, locis non paucis feliciter correctis, quibusdam etiam locupletatis duntaxat in scholijs Erasmi. Adiectus & index sententiarum nouus & elaboratus, per Conradum Pellicanum: & alius scholiorū Erasmi, denique tertius omnium Hieronymi scriptorum secundū initia singulorū. Omnium tomi sunt nouem, quos per quatuor iustæ magnitudinis uolumina cōpingi licebit. Index seorsim excusus cuilibet ex minoribus tomis adijci potest: & similiter libelli de locis ac nominibus Hebraicis. Ioan. Frobenius excudit Basileæ, anno 1526. in magno folio.

Ab initio statim operis index omnium D. Hieronymi scriptorum (cum D. Erasmi censuris) in quinque digeritur ordines ab ipso Erasmo. Primus habet τὰ γνήσια, de quibus nulla dubitatio est, quin ab Hieronymo sint ædita. Secundus, τὰ ἀμφιβόλως νόθα, de quibus iure quis addubitet illius sint, nec ne. Tertius, τὰ ψευδεπίγραφα, quæ falso titulo Hieronymum authorem mentiuntur: atque huius ordinis tres sunt classes: Prima indicat erudita nec indigna lectu: Secunda impudentissime tributa Hieronymo, aut alijs authoribus: Tertia docta, sed suis titulis authorē testantia, quæ tamen Hieronymianis lucubrationibus fuerant admixta. Quartus ordo ostendet ex Hieronymianis & alienis commixta, seu ut uerius dicam confusa. Quintus indicabit ea, quæ aut culpa temporum interciderunt, aut certe nondum prodierunt in lucem, ut hinc ad uestigandum incitentur studiosi. Nos eundem hic ordinem utpote artificiosum sequemur, initia uero librorū, & eorum, ad quos scribit Hieronymus, nomina plærūque relinquemus breuitatis gratia: præterea numeros singulis præfigemus, quibus quæque tomis cōtineantur indicantes.

PRIMVS Ordo eorum, quæ uere sunt Hieronymi.

1 Laus uitæ solitariæ.
1 Vita uel institutio clerici.
1 Epitaphiū Nepotiani.
1 Institutio monachi.
1 Ad Florentium monachum epistolæ 2. familiares.
1 Filiolæ institutio ad Lætam.
1 De custodia uirginitatis ad Demetriadem.
1 De seruanda uiduitate ad Saluinam: & rursus de eadem ad Furiam.
1 De monogamia.
1 Infantulæ institutio.
1 Monachi institutio.
1 De laudibus Asellæ.
1 Marcellæ uiduæ epitaphium.
1 Inuitatio ad secessum Bethlehemiticum sub nomine Paulæ & Eustochij.
1 Rursus de eodem.
1 De xeniolis missis ad Eustochium.
1 De eisdē ad Marcellā.
1 Integræ senectutis laus.
1 De custodia uirginitatis ad Eustochium.
1 De cōuersione Blesillę.
1 De exitu Leæ.
1 Epitaphium Blesillæ filiæ ad Paulam.
1 Consolatio super obitu uxoris.
1 Epitaphium Paulæ ad Eustochium filiam.
1 Exhortatio ad perfectam uitam ad Lucinum Beticum.
1 Epitaphium Lucini Betici ad Theodoram uxorem.
1 Epitaphium Fabiolæ ad Oceanum.
1 Epistola familiaris ad Theophilum.
1 Cæcitatis consolatio ad Abigaum presbyterum.
1 Eadem de re ad Castrutium.
1 Consolatio in rebus aduersis.
1 De relinquendo sæculo ad Exuperantium.
1 Reconciliatio materteræ Castorinæ.
1 Epistola familiaris ad Iulianum diaconum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [685] - 322v

1 Epistola familiaris ad anachoritas Syriæ.
1 Familiaris ad uirgines Hermonenses.
1 Gratulatio de aduentu Ruffini, & laus Bonosi.
1 Familiaris ad Nitiam amicum. 1 Bonosi laus ad Chromatium.
1 Familiaris ad Chrysogonum. 1 De humilitate.
1 De non diuellendo matrimonio absq; mutuo consensu.
1 De uitando suspecto contubernio.
1 Contra Sabinum uirginis sacræ sollicitatorem.
1 De miraculo mulieris sæpius ictæ. 1 Vita Pauli eremitæ.
1 Vita Hilarionis monachi. 1 Vita Malchi captiui monachi.
1 Catalogus scriptorum illustrium. Permultas ecclesiasticorũ scriptorũ uitas & lucubrationes in Suidæ Lexico similiter ut in D. Hieronymi libro reperimus, paucis interdum mutatis, aliâs copiosius aliâs angustius scriptis. Hoc etiam non dissimulauerim, nihil esse in isto catalogo, quod non in nostrum hoc opus suo loco transtulerimus.
1 Idem opus Græce uersum à Sophronio.
2 De perpetua uirginitate Mariæ aduersus Heluidium.
2 Defensio uirginitatis contra Iouinianum, lib. 2.
2 Aduersus eundem apologia ad Pammachium.
2 Aduersus defensorem Iouiniani ad Domnionem.
2 Exhortatio ad studium diuinæ scripturæ ad Pammachium.
2 Velitatio in errores Vigilantij Galli.
2 Aduersus Vigilantium de uigilijs ad sepulchra martyrum.
2 Aduersus errores Montani.
2 Ad Riparium de hæresibus expugnandis.
2 Aduersus Arianorum hypostases ad Damasum.
2 Eadem de re ad eundem.
2 De pœnitentia lapsi episcopi & rebaptizandis dialogi.
2 De erroribus Origenis ad Auitum.
2 Aduersus Ioannem episcopum Hierosolymitanum ad Pammachium.
2 Aduersus eundem ad Theophilum.
2 Aduersus Origenistas ad Pammachium.
2 Expostulatio cum Ruffino de figuratis laudibus.
2 Aduersus Ruffinum apologia ad Pammachium & Marcellam.
2 Aduersus eundem liber secundus.
2 Responsio ad duas inuectiuas Ruffini.
2 Aduersus Pelagianos ad Ctesiphontem.
2 Aduersus eosdem dialogi tres. 2 Epistola familiaris ad Marcellam.
2 Aduersus Vigilantij conuitia.
2 Quatenus legendus Origenes ad Tranquillum.
2 Aduersus Arianos de sua fide ad Marcum.
2 De oppressione Origenistarum per Theophilum, ad Pammachium.
2 De Pelagianis oppressis ad Augustinum & Alypium.
2 Ad eundem de re simili. 2 Rursum ad eundem.
2 Qui scripserunt de origine animæ ad Marcellinum.
2 De matrimonio post baptismum imputato ad Oceanum.
2 Quatenus adhibendæ literæ gentilium, ad oratorem magnum.
2 De gradibus presbyteri & diaconi, ad Euagrium.
2 De dissidio Petri & Pauli, ac de mendacio ad Augustinum.
2 Inuitatio ad mutuum amorem, ad Augustinum.
2 Simili de re ad eundem. 2 Familiaris ad eundem.

2 De

2 De cucurbita in Iona, ad eundem. 2 Aduersus calumnias æmulorum.
2 Aduersus Onasum obtrectatorem librorum suorum.
2 De optimo genere interpretandi, ad Pammachium.
2 Aduersus calumniatores emendatæ scripturæ sacræ ad Marcellam.
3 De studio diuinæ scripturæ ad Paulinum.
3 In ueteris testamenti libros à se uersos præfationes, nempe In Pentateuchum, In Iosue, In libros Regum, In Paralipomena duæ præfationes, In Esdram & Neemiam, In Tobiam, In Iudith, In Hester, In Iob, In eundē è septuaginta uersum sed additis notulis, In Prouerbia Solomonis, In Ecclesiasten, In Esaiā, In Hieremiam, In Ezechielem, In Danielem, In duodecim prophetas, In Iohelem.
3 In quatuor euangelia castigata ad Damasum.
3 De tribus quæstionibus ad eundē. 3 De Melchisedek ad Euagrium.
3 De 42. mansionibus. 3 De uestibus sacerdotalibus.
3 De terra promissionis. 3 De Ephod bad ad Marcellam.
3 De iudicio pueri Solomonis ad Ruffinum.
3 De Solomone & Achaz ante tempus patribus, ad Vitalem.
3 De Tharsis in ueteri testamento. 3 De ordine ac titulis Psalmorum.
3 Emendatio Psalterij in certis locis. 3 De decem mysticis nominib. Dei.
3 Quid sint Alleluia, Amen, Maranatha.
3 Quid sit Sela, hoc est diapsalma.
3 Explanatio Psalmorum octogesimi noni, quadragesimi quarti, & centesimi uicesimi sexti.
3 Expositio primæ uisionis Esaiæ. 3 De seraphim & calculo ardenti.
3 Quid sonet Hebræis Osanna. 3 De prodigo filio apud Euangelistā.
3 De tribus quæstionibus ad Amandum.
3 De quatuor quæstionibus ad Marcellam.
3 De blasphemia in spiritum sanctū. 3 Ad duodecim quæstiões Hedibiæ.
3 Ad undecim quæstiones Algasiæ.
3 In Canticum canticorum homiliæ duæ ex Origene uersæ.
3 Expositio loci apud Paulū, Omnes quidem dormiemus, sed non omnes, &c.
3 De duabus quæstiunculis ad Paulinum.
3 Epistola familiaris ad Desyderiū. 3 Interpretatio alphabeti Hebraici.
3 Quæstiones seu traditiones Hebraicæ in Genesim.

Nonnihil suspicor (inquit Erasmus) hoc opus à studioso quopiā abbreuiatū fuisse. “ Nam id plærisq; studio est, omnia ad compendium redigere, propterea quod Hie- “ ronymus in locis Hebraicis subinde relegans nos huc, testatur se copiosius quæ- “ dam in hoc libro tractasse, cum ea aut prorsus non inueniantur, aut paucissimis “ attacta.

5 Esaias propheta iuxta translationem Septuaginta, & iuxta ueritatem Hebraicam, unà cum commentarijs Hieronymi in octodecim uolumina digestis.
5 In Hieremiam iuxta utramq; æditionem commentariorum libri sex.
5 In Ezechielem iuxta utrāq; æditionem, lib. 14.
5 In Danielem commentarij.
6 In Osee libri cōmentariorum tres. 6 In Iohel, liber 1.
6 In Amos, libri 3. 6 In Abdiam, liber 1.
6 In Ionam, lib. 1. 6 In Micheam, libri duo.
6 In Nahum, lib. 1. 6 In Habacuc, libri 2.
6 In Sophoniam, lib. 1. 6 In Aggeum, lib. 1.
6 In Zachariam, libri 3. 6 In Malachiam, lib. 1.
7 In Ecclesiasten commentariorum, lib. 1.
9 In Euangelium Matthæi. 9 In Epistolam Pauli ad Gal. lib. 3.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [687] - 323v PUBLIC DOMAIN

9 In epistolam ad Ephesios, lib. 3. 9 In epistolam ad Titum, lib. 1.
9 In epistolam ad Philemonem, lib. 1.
9 De spiritu sancto, lib. 1. Didymi, interprete Hieronymo.

Haec sunt inter indices.

Loca Hebraica uersa ex Eusebio.

» Nomina Hebraica secundum ordinem literarū ex Philone, sed omissis quibusdā,
» nonnullis immutatis, demum additis nonnullis à Hieronymo, ut ipse testatur in
» præfatione. Citatur ab eo locis aliquot liber Hebraicorum nominum, & quædam
» interpretationes reprehenduntur, quas tamen inuenimus in hoc opere.
Chronica Eusebij, Hieronymo interprete, unà cum his quæ ipse adiecit Hieronymus, & post hunc Prosper, & alij nōnulli, per quos mihi uidetur (Erasmus inquit)
» operis confusa ratio, nihilum obstante adiuratione quam operi præmiserat. Vide supra in Eusebio. In Hieremiam homiliæ quatuordecim. In Ezechielem tredecim, ab Hieronymo uersæ. Quanquam haud scio quo factum sit consilio ut homilijs in Hieremiam adēpta sit Hieronymi præfatio, cum alteris adsit sua.
» Certe stilus non reclamat esse Hieronymi: & ipse in Catalogo testatur se uertisse
» uigintiseptem homilias in Hieremiam & in Ezechielem: porrò quatuordecim & tredecim, uigintiseptem conficiunt: unde de his nihil addubitandum.
Homiliæ in Lucam triginta nouem ab Hieronymo translatæ: in præfatione Hieronymi numerus erat omissus. Sic autem refertur hic locus à Ruffino inuectiuæ suæ
» libro secundo. Saltem triginta nouem Adamantij nostri in Lucam homilias, sicut
» in Græco habentur, interpretor.
In epistolā Pauli ad Rom. commentariorū Origenis libri decem, Hieronymo interprete. Vetus Testamētum omne Hebraicæ reddidit ueritati. Tametsi ea qua
» nunc utimur æditio, non uidetur eruditis usquequaq; incorrupta, quod quædam
» illic deprehendantur addita, quæ Hieronymus negat apud Hebræos haberi: quædam secus uersa, quàm Hieronymus scripsit fuisse uertenda, ut semel atq; iterum
» subindicauimus in scholijs, quæ traditionibus Hebraicis addidimus. Quanquam
» ex libris Esdræ uidetur unum duntaxat uertisse, iuxta Hebræos, Neemiam & Es-
» dram unico uolumine complectens. Sic enim scribit in præfatione. Nec quenquā
» moueat quod unus à nobis liber est æditus, nec apocryphorum tertij & quarti li-
» bri somnijs delectetur. Tobiam, quem inter hagiographa recenset, ex Chaldæo
» uertisse uidetur, quemadmodum & Iudith.
» Psalterium bis correxit ex æditione Septuaginta, obelo signatis, quæ superessent; asteriſco, quæ ex Hebraicis uoluminibus addidisset. Testis est præfatio.
Prouerbia Solomonis & Ecclesiasten ex Hebraica ueritate transtulit.

SECVNDVS Ordo τὰ ἀμφιβόλως notha continet.

» Quæ posthac dicentur, eiusmodi sunt, ut ambigi possit, Hieronymi sint, nec ne.
1 Cum in urbe leges.) Stilus nullo modo resipit Hieronymum, similior Augustiniano, nec clausula quidem epistolæ concordat cum Hieronymi consuetudine;
» Ad quod nos perducat, qui uiuit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.
2 Anno præterito.) In hac Alipium cum papam appellet, eundem tamen fratrem nominat, quum Hieronymus presbyter dūtaxat fuerit, nō episcopus. Alio-
» qui stilus non admodum dissonat ab Hieronymiano.
2 Nescio qua tentatione.) Apparet ab aliquo familiariū Hieronymi scriptam
» fuisse, fortasse nomine Hieronymi. Nam character nonnihil dissidet. Hanc tamē
» suo reliquimus loco.
2 Meminit beatitudo tua.) In his aliquot epistolis Theophili ad Hieronymum,
» Hieronymi ad Theophilū, annotanda est æqualitas ac similitudo stili: Cum Theo-
» philus, ni fallor, Græce scripserit: apparet hæc ex actis synodicis, aut certe actorum
» uice fuisse descripta. Verum liberum esto suum cuiq; iudicium: nos nihil immu-
» tauimus.

Liber

Liber iſte.) Præfatiuncula in Baruch. Non opinor eſſe Hieronymi, nec eſt in to-
mis: ſed in Bibliſs' apponuntur ſingulis prophetis minoribus uariæ præfationes,
quæ partim ambiguæ ſunt, quod ad authorem attinet, partim ex prima illa præfa-
tione cuius initium, Frater Ambroſius, decerptæ: eo quod eſſent minutula, non cu
rauimus ſigillatim recenſere.
In Macchabæorum libros præfationes duæ, eodem initio. Macchabæorum libri
mihi non uidentur eſſe Hieronymi.
3 Traditiones Hebraicæ in libros Regum & Paralipomenon: quanquam Hie-
ronymus in præfatione quam præfixit traditionibus Hebraicis in Geneſim, polli-
ceri uidetur ſe ſimilia traditurum in omnes ſacræ ſcripturæ libros, tamen mihi nõ
uidetur hoc opus eſſe Hieronymi, quamuis eruditum et ad cognitionem ſacræ ſcri
pturæ uehementer conducibile. Primum nulla præfatio teſtatur authorem: de-
inde ſtilus dilutior eſt ac facilior Hieronymiano. Ad hæc, Hieronymus diligen-
tius docet, & plus inculcat Græcarum & Hebraicarũ uocum. Poſtremo hic quiſ-
quis fuit alicubi fatetur propemodum ſe neſciſſe ſermonem Hebraicum. Proinde
an hęc è Græco fortaſſis Euſebij, doctus aliquis uerterit, an ex Hieronymianis &
aliorum cõmentarijs collecta ſint, omiſſis his quæ Lectorem Latini tantum ſermo-
nis gnarum torquere poterant, alijs coniectandum relinquo.
Loca ex Actis apoſtolorum. (hoc opus Indici adiunctum eſt, ita tamen, ut cuiq; li-
berum ſit ponere ad quẽcunq; tomum libitum fuerit) Hoc opus ob eruditionem
mihi planè Hieronymi uideretur, niſi quodam in loco citaret Hieronymũ: uerum
hoc ipſum haud ſcio an è marginali ſpacio annotatum, in contextum traductũ ſit,
quemadmodum ſæpenumero factum deprehendimus.
4 Symbolum fidei ad Damaſum. 4 Symbolum fidei ad Cyrillum.
In Geneſim homiliæ ſeptemdecim ex Origene uerſæ, incertum per quem. Gen
nadius in Ruffino indicat tres fuiſſe operum Origenis interpretes, Ruffinum &
Hieronymũ, quorum uterq; præfatione addita, ſua ſibi uindicarit. Tertium ne-
ſcio quem, qui prologos addere noluerit. Quod ſi uerum eſt, nimirum liquet has
homilias non eſſe uerſas ab Hieronymo, cum careant præfatione, etiamſi Aldina *Aldina*
æditio teſtetur nonnihil prologorum in nonnullis repertũ exemplaribus, ſed adeo *æditio.*
elegantium ut puditum ſit apponere, &c.
In Exodum homiliæ tredecim, & hæ carentes præfatione, neq; ſtilo præ ſe ferentes
interpretem Hieronymum.
In Leuiticum homiliæ ſedecim, & hæ ſine prologo.
In Numeros homiliæ uigintiocto ſine prologo, quas omnes Merlinus interpreti
Hieronymo tribuit impudentius quàm eruditius.
In Ieſum Naue homiliæ uigintiſex. Addita eſt his præfatio, ſed quæ magis Ruffi-
num referat quàm Hieronymum. Et haud ſcio an in uetuſtis exemplaribus Ruffi-
ni nomen ſcriptum habeatur, quorum dum hæc nobis ſcriberentur non erat co-
pia. Certe Merlini iudicio non admodum fido hac ſanè in parte.
In libros Iudicum homiliæ nouem, ſine præfatione, nec uidentur eſſe Hieronymi
interpretis.
Commentariorum in Iob libri tres, nullo interpretis titulo. Cæterum præfatio ſa-
tis indicat non eſſe Hieronymi.
In Matthæum homiliæ trigintaſex Origenis, etiamſi in æditione Badiana ſint tri- *Aeditio*
gintaquinq;, poſtremis duabus, uti conſtio in unam confuſis, adeo prolixa eſt, *Badiana.*
Hieronymus in præfatione quam præfixit Origenicis homilijs in Lucam à ſe uer-
ſis, indicat ſe fuiſſe rogatum à Bleſilla ut eas Latinas faceret, tomos appellans non
homilias. Eſt enim plus eruditionis in tomis Origenis, quàm in homilijs. An poſtea
uerterit, incertum: nam in Catalogo non meminit, & quoniam hic nulla additur
præfatio, uero propius eſt, alium huius operis fuiſſe interpretem.

Duæ præfationes in Psalterium, quarum alterius initium, Dauid filius Iesse: alte-
» rius, Liber Psalmorum, mihi non uidentur esse Hieronymi.
Duæ præfationes in prouerbia Solomonis, alterius initium, Tribus nominibus: al
» terius, Tres libros: mihi non uidentur esse Hieronymi.

TERTIVS Ordo, continens pseudepigrapha, & primum docta.

» In hoc ordine quæ falsò fuerant inscripta Hieronymo, sic digessimus, ut erudita
» paulatim desinant in ea quæ magis ad proximum ordinem pertinebant: sed malui
» mus in hanc peccare partem. In secundo tomo Censuras nostras adiecimus sin
» gulis: quæ si cui non satisfaciant, suo quisq; iudicio fruatur.

1 Vetus Scripturæ celebrata.) Character palàm arguit non esse Hieronymi,
» quamuis authorem præ se fert eruditum & eloquentem. Dicerem esse Paulini, sed
» huius ad diuum Augustinum epistolæ non habent eundem sermonis nitorem.
In terra quidem habitasse Iob.) Præfatio in Iob, uerum falsò tributa Hieronymo,
» in Tomis non habetur: sed in uulgatis codicibus, quos uulgus Biblia uocat.
Marcus Euangelista.) Præfatio in Marcum, non est Hieronymi, licet sit erudita.
» Apparet è Græco uersam. Et in uetustissimis codicibus manuscriptis non erat as-
» scriptum Hieronymi nomen.
Lucas Syrus.) Præfatio in Lucæ Euangelium, ipsa satis arguit ab interprete non
» optimo uersam esse è Græco, sicuti docuimus plenius Tomo tertio.
Hic est Ioannes.) Præfatio in Ioannis Euangelium, falsò inscribitur Hieronymo:
» cuius nomen non erat asscriptum in uetustissimis codicibus. Additur & altera no
» mine Augustini, sed hoc quoq; falsò, ni fallor.

5 In lamentationes Hieremiæ libri tres, quos priore æditione recensueramus in-
» ter gnesia, credentes totum commentariorum opus unius esse authoris, quemad-
Beda. » modum & in cæteris prophetis. Doctus quidam admonuit sibi uideri Bedæ, cuius
» hoc præcipuum fuit studium, ut ex ueterum libris contexeret suorum commenta-
» riorum ueluti centones. Et in his quædam reperias ex Gregorij libris ad uerbum
» descripta.

7 In prouerbia Solomonis libri tres: quos uel hinc apparet non esse Hieronymi,
» quod in his citetur Gregorius: quanquam & alioqui omnia longe lateq; dissident
Veneta editio. » ab Hieronymianis. Is qui adornauit Venetam æditionem, graue putat argumen
» tum quod hinc quædam citantur in epistolis Decretalibus Hieronymi nomine.
Beda. » Suspicatur autem à Beda è diuersis collectum opus: cui coniecturæ non admodũ
» reclamo.

9 In euangelium Marci, commentarius: in quo nihil inuenies quod iure tribuas
» Hieronymo. Quod ni quædam admixta fuissent non indigna cognitu, in proxi-
» mum ordinem eram reiecturus.

4 De uirginitate ad Demetriadem, cui censuram nostram apposuimus.
4 Ad Geruntij filias de contemnenda hæreditate.
4 Consolatio in aduersis ad Marcellam.
4 Consolatio exilij.
4 Consolatio ægrotantis.
4 De uiro perfecto.
4 De cognitione diuinæ legis.
4 De tribus uirtutibus.
4 De assumptione Deiparæ uirginis.
4 Eadem de re, sermo.
4 De honorandis parentibus.
4 De septem gradibus ecclesiæ.
4 De laude uirginitatis.
4 De membris Dei.
4 De cereo paschali. Vide censuram nostram.
4 De uera circuncisione.
4 De celebratione paschæ, quæ eadem extat inter epistolas Augustini.
4 In Susannam lapsam.
4 Ad Euagrium obiurgatio.
4 Etsi ignotus tibi sim facie. De Christo militando.

De

4 De decẽ tentationibus Iſraelitarũ. 4 Expoſitio Pſalmi 41.
4 Expoſitio Pſalmi centeſimi decimiſeptimi.
4 De muſicis organis.
4 De reſurrectione Domini: cuius initium, Exulta cœlum.
4 De natiuitate Chriſti. 4 De epiphania Domini, ſermo.
4 De quadrageſima. 4 De eſu agni.
4 De reſurrectione Domini: cuius initium, Non queo.
4 De uinculis Petri. 4 De obſeruatione uigiliarũ. Ex hac homilia bonam partem tranſcripſit in Regulam monachorum Lupus quiſpiam, al ba (quod aiunt) amuſſi quiduis congerens, quo longius redderet uolumen. Lupus.
Qui Aethiopem. Exhortatio. De pœnitentia. Ad te ſurgo.
De generibus leprarum. De filio prodigo.
In Cantica canticorum homiliæ quatuor, abſq; præfatione, in nonnullis exemplaribus Hieronymũ authorẽ præferebãt, quemadmodũ teſtatur & Merlinus author ædition is apud Lutetiam Parrhiſiorũ, operum Origenis. Verum Hieronymi nõ eſſe, primũ ipſe ſtilus palàm arguit: deinde quod nulla ſit addita præfatio, quod modo in duas homilias non neglexit. Neq; uero Hieronymus in Catalogo teſtatur ſe ſcripſiſſe quatuor homilias in Cantica, ſed duas duntaxat: nimirũ ex Origene uerſas. Præterea an Origenis ſit hoc opus, addubitari poteſt, quod Hieronymus in præfatione quã prefixit duabus illis à ſe translatis teſtatur Origenẽ bis ſcripſiſſe in Canticũ canticorum, adoleſcentẽ homilias duas: deinde copioſiſſimũ cõmentariũ, decẽ explicitũ uoluminibus. Hoc aũt quatuor abſolutũ eſt homilijs, niſi fortè præfationi tribuuntur duo uolumina, & ſingulæ homiliæ bina uolumina cõplectunt.
9 Commentarij in epiſtolas Pauli, collecti à ſtudioſo quopiam non indocto, ſed admixtis quibuſdam alterius parum eruditi: ſed præfationẽ addiderat neſcio quis, ad Heliodorum Hieronymi nomine, uehementer inſulſam & infantem.
7 Commentarij in Iob itidem à ſtudioſo quopiam è uarijs collecti, fortaſſis à Beda: nam liber caret præfatione.
Reperiuntur & alij cõmentarij in Marcum Hieronymi titulo, ſed in his deprehenduntur quædam è Gregorio decerpta.

Pſeudepigrapha indocta.

In his quæ proximus habebat ordo, quædã inerant lectu digna, quædã utcunq; ferenda: nonnulla in hunc magis ordinem reijcienda. Cæterum in hoc catalogo nihil reperies, quod nõ ſit ex æquo indoctũ, infans, & impudens. Proinde mea quidem ſententia, nullũ omnino lectionis operæpretiũ. Sed inuicta eſt imperitorũ hominũ ptinacia, cui plus ſatis datũ eſt nobis, in huius opis æditione, magnoq; nobis cõſtat aliena ſtultitia. Adiecimus Cẽſuras, quę ſi cui nõ ꝓbabunt, nõ ſcripſimus ſi-li.
4 De morte filiæ conſolatio. 4 De ferendis opprobrijs.
De uita clericorum. 4 Damaſus Hieronymo, & Hieronymus Damaſo, falſiſſimo utrũq; titulo. 4 De ſcriptoribus aliq̃t eccleſiaſticis.
4 De uirtute Pſalmorum. 4 De oblatione altaris.
4 Regula monacharum. Impudentiſſimus impoſtor, quiſquis is fuit, fingit hanc Regulã ab Hieronymo centenario ſcriptã, cum Proſper tradat eum unum & nonaginta natum annos uita deceſſiſſe, niſi fortè reuixit, ut hanc etiam tam bellam ſcriberet regulam. Aetas Hieronymi.
4 De natiuitate uirginis Mariæ, cum duabus fictitijs epiſtolis.
4 De morte Hieronymi, nomine Euſebij.
4 De tranſitu & laudibus Hieronymi, nomine Auguſtini.
4 De miraculis Hieronymi, nomine Cyrilli.
4 Vita D. Hieronymi, incerto authore.
Reperimus & alia quædam inſcripta Hieronymo, prorſus indigna quouis Hiero-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [691] - 325v

» nymi discipulo. Quandoquidē apparet hoc solenne fuisse librarijs, ut huius unius
» titulo quemlibet librum emptori commendarent: uerum ea quoniam antehac nun
» quam fuerant excusa formulis, addenda non putauimus. Nihil à nobis prætermis-
» sum est eorum, quæ priores habebant ædītiones. Nimis multa sunt addita huius
» sanè generis. Inuiti dedimus hoc illorum iudicio, quí nullo sunt iudicio, &c.
Comperimus martyrologium præfixa Hieronymí præfatione, Longobardicis scri
» ptum literis: sed alia quadam lingua quàm Latina, Hispanica opinor, plærisq; uoci
» bus in aliam formam deflexis ac deprauatis.

Aliena.

» Post hoc succedunt quæ fuerant intermixta lucubrationibus Hieronymianis;
» sed suis tamen titulis, quæ nec à nobis sunt amputata, sed in suū semota locum.
2 Epistola Epiphanij, Salaminæ Cypri episcopi.
2 Præfatio Ruffini in libros Origenis περὶ ἀρχῶν, quam aditūximus quo facilius
» intelligerentur apologiæ S. Hieronymi.
2 Epistola Pammachij & Oceani ad Hieronymum.
2 Epistola Theophili Alexandrini episcopi ad Epiphanium.
2 Augustini ad Hieronymum epistolæ septem.
3 Damasi ad Hieronymum epistolæ duæ.
9 Euangelium Lucæ sine cōmentarijs, sed ex uetustis exemplaribus aliquanto
» emendatius, in hoc additum, ut respondeat Canoni quatuor Euangelijs cōmuni.
9 Euangelium Ioannis, eodem adiectum consilio, sine commentarijs.
4 Augustini epistola ad Iulianam Demetriadis matrem.
4 Damasi symbolum. 4 Ruffini symbolum.
4 Epistola Paulini ad Sebastianum eremitam.
4 Apologia Pamphili pro Origene.
4 Ruffinus de adulteratis Origenis libris.
4 Eadem de re, ex Origenis epistolis.
4 Libri περὶ ἀρχῶν Origenis, Ruffino interprete.
4 Ruffini epistola ad Anastasium pro fide sua.
4 Anastasij epistola de Ruffino.
4 Inuectiuarum Ruffini in Hieronymum libri duo.
4 Augustini quæstio ex epistola Iacobi.
4 Eiusdem de ratione animæ. 4 Eiusdem de origine animarum.
4 Eiusdem de pastoribus. 4 De ducenda uxore, titulo Valerij.
4 Catalogus scriptorum illustrium per Gennadium.
Lupus Olim. 4 Regula monachorum ex Hieronymi scriptis consarcinata, per Lupum quen
» dam Oliuetanum, cum approbatione Martini Pontificis.
4 Dialogus Hieronymi et Augustini per quendā ineptum, ex ipsorū scriptis col
4 Homilia de corpore & sanguine Christi, incerto authore. (lectus.
4 Homilia super Euangelium Matthæi, incerto authore.
4 Laudatio Hieronymi per Petrum Vergerium.

Mixta, quæ falso titulo non unius sunt authoris.

» Inter mixta recenseri poterat regula monachorum: non ex Hieronymianis tan
» tum collecta scriptis: uerum eam alio loco posuimus.
Cōmentarij quos habemus in omne Psalterīū Hieronymi titulo, palàm ipsi pręse
» runt quod nō sint unius authoris. Si quis aūt meum requirat iudiciū, nihil illic esse
» arbitror Hieronymi: uerū una pars est hominis, quisquis fuit, planè docti, & sermo
» nis expoliti, longe tamen discrepantis ab Hieronymiano. Nam hic minus habet ni
» toris ac lenitatis, plus neruorū, deinde ubiq; copiosior, ac diligētior, ac magis osten
» tans suas opes. Altera pars est locutulei cuiuspiam, ac penè dixerim rabulæ, & nisi
» me fallit nasus, eiusdem qui sermones suos Augustini nomine nobis dedit, præter
» alia multa bella, &c.

EORVM

EORVM quæ perierunt, uel temporum iniuria, uel incuria
inuidiaue hominum, index.

Libri Clementis apostolorum comitis in Latinum uersi sermonem.

Interpretatio in prophetam Abdiam prior, quam scripsit adolescens.

Libri quatuor περὶ ἀρχῶν Origenis, quos testatur à se uersos: deinde corruptos librariorum uitio, ad Pammachij preces denuo transtulit: quos opinor ob inuidiam Origeniani nominis suppressos: nã quos hodie legimus, Ruffini sunt interpretis.

Epistola quædam ad Paulam, cui annexuerat indicem siue elenchon omnium operum Origenis, conferens ea cum operibus M. Varronis πολυγραφωτάτου, cuius & alibi meminit: & Ruffinus ex eo hæc recenset secundo Inuectiuæ suæ libro: Quæritis uidelicet, ut ad Adamantium, nostrumq; Chalcenterum ueniamus: qui tanto in sanctarum scripturarum labore sudauit, ut iuste Adamantij nomen acceperit: Vultis nosse quanta ingenij sui reliquerit monumenta? sequens titulus indicat: Scripsit in Genesim libros, & cætera. Nam extat liber in Tomo huius operis secundo inter aliena. *Origenes cur Adamantius dictus.*

Euangelium Hebraicum, Nazarenorum, siue Ebionitarum, quod sibi exhibitum ex bibliotheca Cæsariensi, transtulit in linguam Græcam ac Latinam, & ex eo locis compluribus quædam adducit.

In libro Hester, quẽ uertit ex Hebræis, alphabetum addiderat ex minio usq; ad theta literã, diuersis in locis, ad eum modũ, ordinem Septuaginta notans studioso Lectori, cũ ipse Hebraicũ ordinẽ sequi mallet. Atq; hęc laboris pars nobis perierit.

Librũ Iob bis uertit: Primũ ex æditione Septuaginta, obelis iuglans, quæ apud Hebræos non haberentur, & asteriscis illustrans, quæ ex Hebræorũ uoluminibus essent addita. Atq; huius laboris, qui nobis perijt, extat tamen testis præfatio, cuius initium: Si aut fiscellam iunco texerem. Rursus ex ipsis fontibus, hoc est, Hebræo, Arabico, Syroq; sermone, quod is liber mixta quadam lingua cõscriptus sit. Huius laboris extat præfatio testis, cuius initium: Cogor per singulos. Hoc obiter admonere uisum est, quod in uulgatis codicibus inuerterint has præfationes. Cæterum hæc æditio qua nunc utimur, utra sit, mihi parum liquet.

Psalteriũ bis correxit, primũ Romæ agens: rursum in Bethlehemitico rure, obelis & asteriscis notans quæ superessent in æditione Septuaginta, aut quæ ipse ex Hebræorũ fontibus addidisset. Quanq; sunt qui dicant, hunc laborẽ extare.

Prouerbia Solomonis & Ecclesiasten, prius ex æditione Septuaginta castigarat per obelos & asteriscos, qui labor nobis perijt. Testatur in præfatione, cuius initiũ: Iungat epistola.

Danielem Hebraicis scriptum literis, sed sermone Chaldæo, ex ipso fonte transtulit: sed obelo iugulatis historia Susannæ, hymno trium puerorum, & fabula Draconis. Notas abiecimus.

Nouũ Testamentũ Græcæ fidei reddidit: qui labor si extaret, aut nõ fuisset nobis eadem in re laborandũ: aut certe illius studio plurimũ fuissemus adiuti. Cõdidit et Canonẽ 4. Euangeliorũ, quid inter illos cõueniret, aut dissonaret, qd cui deesset.

In catalogo scriptorum illustriũ testatur se scripsisse tractatus sex, à Psalmo decimo, usq; ad decimũ sextum, hoc est, in singulis illius ordinis tractatus singulos. Sic enim legitur in uetustissimis exemplaribus, assentiente & interprete Græco Sophronio. Id operis apparet interisse. Nec enim has breues quas habemus annotatiunculas in Psalmos, uero consentaneũ est ab eo tractatus uocari: maxime cũ habeamus aliquot eiusdem tractatus, uelut ad Cyprianum, &c.

Scripturam diuinam suæ linguæ hominibus tradidit, hoc est, Dalmatice uertit. At hodie piaculum existimatur sacras literas uulgata legi lingua.

Theophili† liber paschalis eruditus & eloquens ab Hieronymo uersus, ut indicat in epistola, cuius initium: Ex eo tempore. †*Vide infra in Theophilo.*

Canon Hebraicæ ueritatis, cuius meminit in epistola ad Lucinum.
Emendauit æditionem Septuaginta, ut testatur in eadem.
Bis scripsit in Matthæum, ut indicat in epistola, cuius initium: Satis miror.

Qui libri summatim per 9. tomos continentur.

Hactenus singulos D. Hieronymi libros, & quicquid eis admixtum est cum D. Erasmi censuris enumerauimus: iam porrò quid singulis tomis postremæ æditionis (cuius chartæ sunt 1046.) summatim contineatur, dicendum.

PRIMVS tomus epistolarum, cõtinet parænetica & paradigmatica, cum scholijs D. Erasmi.

SECVNDVS tomus epistolarum, ἐλεγκτικὰ & apologetica, nimirũ ea quæ pertinent ad refellendas diuersas hæreses, & maledicorum calumnias, unà cum argumentis & scholijs D. Erasmi.

TERTIVS tomus epistolarum, siue librorum epistolarium, cõplectitur τὰ ἑρμηνευτικὰ, nempe quæ ad expositionem diuinæ scripturæ faciunt, unà cum argumentis et scholijs D. Erasmi.

QVARTVS in tres classes diuiditur, in quarum prima continentur quædã nõ inerudita, nec indigna lectu, sed tamen falsò inscripta Hieronymo: in secunda aliena, sed quæ suis titulis authorem testentur: in tertia, ineptissimæ cuiusdam impostoris ineptiæ, de quo merito dubites, infantior ne sit, an indoctior, an impudentior.

QVINTVS, commentarios in prophetas, quos maiores uocant, continet.

SEXTVS tomus, commentarios in duodecim prophetas, quos minores uocant, iuxta utrãq; translationem continet.

SEPTIMO Tomo insunt, in Ecclesiasten D. Hieronymi commentarij, Homiliæ in Cantica canticorum quatuor Origenis nomine. Deniq; in Iob commentarij.

OCTAVVS commentarios in Psalterium habet. Accessit his Psalterium triplici lingua, Hebraica, Græca, & Latina.

NONVS tomus, complectitur commentarios in Matthæum & Marcum, & in D. Pauli epistolas: uidelicet ad Galatas, Ephesios, Titum, Philemonem: nec non commentarios in omnes Pauli epistolas, sed incerto authore: postremo Didymi de spiritu sancto librum à Hieronymo uersum.

De Basilienſi æditione.

Ex præfatione Brunonis & Basilij Amorbachiorum, quæ præfigitur quinto
» tomo. Ioan. Amorbachius pater noster ad Hieronymi castigationem, cum ex-
» emplaria ex innumeris bibliothecis comparauit, tum ex omni Germania uiros
» undecunq; doctissimos acciuit: Inter hos itaq; quos accersiuit, Ioan. Reuchlinus
» in Hebraicis nonnulla reposuit Conon Norimbergẽ. in Græcis & Latinis mul-
» ta castigauit. Sed longe plurimum momenti attulit Erasmus ille Roterodamus,
» qui si nobis in tempore contigisset, uel unus ad omnia fuerat suffecturus, &c. Is
» quatuor primos tomos in se recepit, in quos addidit & scholia, ne posthac facile
» deprauari possent. Nos in Hebraicis alicubi commodauimus operam.

De excellentia D. Hieronymi.

Ex præfatione D. Erasmi Rot. ad Gulielmũ Vuaramum archiepiscopum Can-
» tuariẽn. quæ primo tomo præponitur. Cæterorũ quidem alios alias cõmendant
» dotes: in hoc uno συλλήβδην, ut aiunt, coniunctũ fuit, eximiũ fuit, quicquid in alijs
» per partes miramur. Et cũ in singulis egregiũ esse, magnũ sit ac rarũ, hic sic excel-
» luit in oĩbus, ut longe præcurrat in singulis, si illum cum cæteris cõseras: sin ipsum
» secũ cõponas, in nullo præmineat. Tanta est rerũ omniũ summarũ temperatura.
» Etenim si naturæ felicitatẽ expẽdas, quid illius ingenio uel ardentius ad discendũ,
» uel acrius ad iudicandũ, uel fœcũdius ad inueniendũ? Deniq; quid dexterius aut
» festiuius, si fortè res delectationẽ desideret? Sin eloquentiæ laudẽ requiras, in hac
» certe Christianos scriptores uniuersos tanto post se reliquit interuallo, ut nec hi cũ
» Hieronymo conferri queant, qui uitam omnẽ in uno bene dicẽdi studio contriue-
» runt: ac prorsum tantũ abest, ut quisquam sit nostræ religionis scriptor, quẽ cum
» hoc possis componere: ut meo iudicio, Ciceronem etiam ipsum nonnullis dicendi

uirtutibus ſuperet: quod quidē in ipſius uita copioſius demonſtrabimus, &c. Sin doctrinam exigas, quæſo te, quem habet uel eruditiſſima Græcia ſic abſolutum in omni doctrinæ genere, ut cum Hieronymo ſit committendus? Quis unquam pari felicitate omnes totius eruditionis partes coniunxit & abſoluit? Quis unquam in tot linguis antecelluit unus? Cui tanta hiſtoriarum, tanta geographiæ, tanta antiquitatis notitia contigit unquam? Quis unquam ſacrarum ac prophanarum omnium literarum, & parem & abſolutam ſcientiam eſt aſſecutus? Sin memoriā examines, quis author ſeu uetus ſeu nouus, quem ille non in promptu habuerit? Quis angulus diuinæ ſcripturæ, quid tam abditum, quid tam uarium, quod ille non uelut in numerato habuerit? Sin induſtriam, quis unquam tantū aut euoluit, aut ſcripſit uoluminum? Quis ſic uniuerſam diuinam ſcripturam edidicit, imbibit, concoxit, uerſauit, meditatus eſt? Quis æque ſudauit in omni doctrinæ genere? Iam ſi morum ſanctimoniam ſpectes, quis Chriſtum ſpirat uiuidius? Quis decuit ardentius? Denique quis eum uita magis expreſſit? Poterat hic unus pro cunctis ſufficere Latinis, uel ad uitæ pietatem, uel ad theologicæ rei cognitionē, ſi modo integer & incolumis extaret, &c. Poſt hæc pluribus exponit quàm indigne tractata ſint Hieronymi opera, et multis modis deprauata: (atq; hęc omnia (inquit) ſic eſſe facta, docebimus mox in operum ipſius catalogo, tum ſecundi Tomi duabus præfationibus ac cenſuris) & quantum ipſe laboris in caſtigando primos quatuor tomos inſumpſerit. Nam cum emendatio ueterum ſcriptorū ubiq; plurimū habeat difficultatis, tum uero potiſſimum (inquit) in libris Hieronymianis. Idq; pluribus de cauſis accidit. Primum, quod ipſum dicendi genus, haudquaquam triuiale ſit, ſed ſententijs uariegatum, epiphonematis argutum, ſtrophis obliquum ac uafrum, argumentis denſum & inſtans, alluſionibus feſtiuum, nonnunquam uarijs rhetorum ſchematis ueluti laſciuiens, ubiq; doctum, & artificem præ ſe ferens. Vnde factum eſt, ut quò longius huius oratio abeſt à ſimplicium intelligentia, hoc pluribus mendis fuerit contaminata, &c. Accedit ad hæc uaria quædā & admirabilis omniū rerum mixtura, quam affectauit etiam Hieronymus: ſed omnino feliciſſime, pia nimirum ambitione, & ſancta quadam oſtentatione iactitans opes ſuas, quo magis ueternū nobis excutiat, & oſcitabundos ad arcanæ ſcripturę ſtudiū expergefaciat. Quid enim eſt uſquam in ullo uel authorū uel literarū genere quod ille paſſim non aſpergat, inculcet, infulciat? Hebraica, Græca, Latina, Chaldaica, ſacra, prophana, uetera, noua. Denique quid non? Sic ille uelut apicula per omnia circūuolitans, ex unoquoq; quod eſſet eximiū, ad operis ſui mellificiū congeſſit, ex uarijs floſculis hinc illinc decerptis, ſerta concinnans: aut uelut ex uerſicoloribus teſſellis, muſaicum opus contexens. Et in his quod maxime retruſum eſt, id libentiſſime conſuerit intertexere. Quid enim tam abditum in prophetarum inuolucris, in totius inſtrumenti ueteris myſterijs, quid in euangelicis aut apoſtolicis literis, quod ille non ceu notum adhibeat: nonnūquam ſic alludens, ut nec animaduertatur, niſi ab eruditis & attentis? Quid in Hebræorum aut Chaldæorum monumentis, quid in rhetorum, coſmographorum, poētarum, medicorum, philoſophorum, denique hæreticorum libris, unde non aliquid ſuo attexat uoluminī? Poſt hæc iterum quanto labore ſibi conſtiterit hos libros caſtigaſſe copioſius narrans, inter cętera ſic ſcribit. Sed ne moleſtus ſim, omnes huius negocij moleſtias perſequens, unum illud & uere dicam & audacter, minoris arbitror Hieronymo ſuos cōſtitiſſe libros conditos, quām nobis reſtitutos, &c. Et aliquanto poſt. Adiecimus ſingulis libellis aut epiſtolis argumēta, ueluti fores aperientes ingredi uolentibus. Deinde quando non omnibus contigit tot linguarum ac literarum cognitio, ſi quid remorari poterat Lectorem mediocriter eruditum, id ſcholijs additis illuſtrauimus, quæ geminā utilitatem adferant: alteram, quod tam inſignis author, qui antehac nec ab eruditiſſimis legi poterat, poſthac à ſemidoctis poterit intelligi: alteram, quod iam non

De caſtigatione.

Stilus & eruditio Hieronymi.

Rurſus de caſtigatiōe.

Scholia.

„ perinde proclíue fuerit cuiuis deprauare, quod ab alijs est restitutum.

D. Hieronymo alíqui non recte patris nomen addunt Eusebium Hieronymũ uocantes, & in quadam epistola pseudepigrapha adhuc ineptius Sophronius Eusebius Hieronymus uocatur: cum ipse nunquam se nisi simplici nomine notet, in catalogo propter historiæ fidem presbyteri tantum titulum addens, nonnunquam modestiæ causa peccatoris. D. Erasmus Rot.

Epistola Hieronymi una, cum recognitionibus Clementis legitur.

Hieronymi epistola ad Augustínum, numero trícesíma ínter D. Augustíni epistolas.

Hieronymi epistola ad D. Augustínum tríbus epistolís eius, de libro uidelicet uirorum illustrium, de expositione epistolæ ad Galatas, & de sua ex Hebræo scripturarum traductione, respondens: habetur cum D. Augustíni epistolís numero undecíma. Item aliæ ad eundem D. Augustinũ epistolæ, scílicet, XIII. XIIII. XVII. XVIII. & XXIIII. ad Alypium & Augustínum episcopos: XXV. & XXVI. ad Augustínum; XXVII. ad Marcellínum & Anapsychíam.

HIERONYMVS Accorombonus Eugubius professor medicínæ practicæ Patauij scripsit tractatum de catarrho, impressum Venetijs, 1536. in 8. Item,

Tractatum de usu & natura lactis, impressum Norimbergæ, 1538. in 4. chartis 9. In quo præcipue respondet quæstioni quorundam disceptantium de humano uel alterius animantis lacte putrida febre laborantibus exhibendo, & multa alia de lacte ac partibus eius scitu digna (ut scríbit in præfatione ædita ab ipso, anno 1536.) ex antiquorum scriptis recenset.

HIERONYMVS Auantius poëtas quosdam restituit, nempe Catullum, Tibullum, Propertium: qui Venetijs apud Trincauellum nuper impressi sunt.

HIERONYMVS Bagolinus Veronensis scripsit annotationes in Auerroys compendium super Aristotelis priora resolutoria.

Ioan. Grammatici Philoponi commentaria in Aristotelis libros de generatione & corruptione interpretatus est. Liber impressus Venetijs, 1540. in fol.

Alexandri Aphrodisiensis quæstiones naturales, morales, & de fato, Hieronymo Bagolíno patre, & Ioan. Baptista filio interpretibus. Codex impressus Venetijs apud Hieronymum Scotum, 1541. in fol. chartis 28.

T. cl 1494. Parisijs. HIERONYMVS Balbus, bonarum artium egregie doctus, &c. scripsit quædam præclara opuscula, quibus nomen suum posteritati commendauit, è quibus ego adhuc uidi tantum, uolumen magnis eloquentiæ salibus conditum, in quo calumnijs respondet cuiusdam Guilhelmi Tardiui rhetoris, per modum dialogi, sub suo Caroli Phernandi, Petri Cohardi, & ipsius infensoris nominibus, cui titulum imposuit Rhetoris glorioſi, lib. 1. Inter ea officia quibus.

De alijs nihil uidi. Viuit adhuc in Gallia scribens & uaria componens.

* Hieronymi Balbi episcopi Gurcensis liber ad Carolum quintum Imper. de Coronatione: impressus Lugduni apud Gryphium, 1530. in 8. chartis 3. & dimid.

Eiusdem epigrammata extant, impressa, ni fallor.

De rebus Turcicis ad Clementem VI.

De ciuili & bellica fortitudine, & alia quædam.

HIERONYMI Baldungij medici olim Tigurini scripta quędã impressa extare audio.

HIERONYMVS Butigella scripsit in loca quædam 2. ff. Veteris, Si certum petatur.

HIERONYMVS Cagnoli scripsit de origine iuris.

HIERONYMI Cantalupi Mantuani, super quibusdam naturalibus quæsitis Danielis Fini, Expositio, tum soluta oratione, tum etiam carminibus, ad Meteorologicos Aristotelis libros admodum utilis atq; accommodata, nuper & nata & impressa Ferrariæ in 4. apud Franciscum Rubeum, 1536.

HIERONYMI Cardani Castellionei Mediolanensis medici (quem anno superiore Venetijs

Venetijs agere, & noua quædã breui publicanda conscribere audiui) uiri non ineruditi, de consolatione libri 3. excusi Venetijs apud Hieronymum Scotum, 1542.

Eiusdem arithmetica absolutissima, typis excusa: &, nisi fallor, aliquid aliud Norimbergæ in 4. anno 1543.

HIERONYMI Cardiani, Græci rerum Romanarum scriptoris Dionysius Halicarnasseus in præfatione meminit.

HIERONYMVS Chuchalon scripsit Inuentarium in Iaſ. impressum cum nouo Repertorio Baptistæ Fereto.

HIERONYMI Cingularij, Synonymorum liber impressus.

HIERONYMVS Donatus Patricius Venetus, uir clarissimus, utriusq; linguæ celeberrimus interpres, multa indies scribens, è Græco multa transferens, è quibus extant, T. ch. 1494.

Oratio ad regem Lusitaniæ, lib. 1. Orationes quoq; uariæ, lib. 1. Epistolarum ad diuersos, lib. 1. Et alia complura. In Latinum uertit Ioannem Damascenum de immaculatis mysterijs. Dionysium quoq; de diuinis nominibus, & quasdam ipsius epistolas. a Volumen etiam de anima Alexandri Aphrodisei philosophi. Et alia multa. Viuit usq; hodie Venetijs annos natus septem & triginta, uaria scribens & uertens sub Maximiliano Romanorum rege.

* Epistolæ quædã huius authoris in secundo & quinto libris epistolarum Angeli Politiani habentur.

a Alexandri Aphrodisiei de anima librum Latinitate donauit, qui impressus est Basileæ apud Valderum, 1535. chartis 19. Ex præfatione. Ego cum enarrationem Alexandri de anima in manus desumpsissem, legendi potius quàm interpretandi gratia, ex nostro senatu apud Mediolanenses principes legatum agens: quantũ per occupationes publicas licuit, curaui, ut simul in ocio honestissimo uersarer, simul qua parte possem, liberalibus ingenijs subinde prodessem. Itaq; eam maiore interpretationis fide, quàm eloquentiæ ambitu, ut à nostris legi posset, Latinam feci. "

HIERONYMVS Esculanus. Vide Nicolaus quartus.

HIERONYMVS Fracastorius medicus (quem superiore anno Veronæ uidi) Syphilis, siue de morbo Gallico libri tres ad Petrum Bembum heroicis uersibus elegantissime conscripti, & impressi Basileæ apud Bebelium, 1536. in 8. chartis 3. & dimid. & Parisijs apud Foucherium, 1539. in 16. Sunt aũt hæc præcipua, hoc ordine explicata. De morbi Gallici origine. De accidentibus eius. Quod facilius curetur morbus qui causam in sanguine habet, difficillime qui in atra bile. Aër qui conueniat, quæ exercitia. De sudore. Somnus & otiũ noxia. Victus ratio. Venæ incisio. Humorum attenuatio. Purgatio. Medicamina mitiora. Aquæ destillatæ, ut uocant. Anodyna. Ad faucium exulcerationes. Papularum cura in genere. Suffitus acris. De argento uiuo plurima. Unguen dia hydrargyru. Ad oris ulcuscula. Corporis restituti lustratio. Guaiaci arboris descriptio. Guaiaci remedia.

Eiusdem homocentrica: Et de causis criticorum dierum per ea quæ in nobis sunt. Liber excusus Venetijs, 1538. in 4.

HIERONYMI Gæbuileri exhortatio ad sacram communionem, liber impressus in Germania in 8. sicut legimus in catalogo librorum Basilienſis officinæ Heruagij: quanquam illic scribitur Hieron. Gebyl.

Eiusdem Epitome regij ac uetustissimi ortus Caroli v. Imper. & Ferdinandi Vngariæ ac Bohemiæ regis, omniumq; archiducũ Austriæ, ac Habsburgensium comitum, ex antiquis receptisq; authoribus nunc recens ædita. Ioan. Secerius Haganoæ excudit, 1530. in 4. char. 31. Proponũtur etiã in tabulis genealogiæ principum.

HIERONYMVS Gemuſæus Heluetius, medicus & philoſophus eruditionis præclaræ, Taurini in Gallia Ciſalpina, et Baſileæ in Heluetia annos aliquot philoſophiam publice docuit, & ibidem anno 1543. defunctus eſt.

Epitome decem & ſeptem librorum Geographiæ Strabonis, incerto authore Græce ſcripta, & ab Hier. Gemuſæo in Latinum ſermonē uerſa: Baſileæ apud Valderum, 1539. in fol. chartis 19. cum ipſius Strabonis libris impreſſa eſt. Ex præfatione.

» ne interpretis. Hæc epitome, quam nos è lingua Græca in Latinam uertimus,
» conſcripta fuit ab homine ſanè, ut apparet, minime uulgari, poſtquam Græcia ca-
» lamitatem ſuam atq; nominum mutationē accepiſſet, uelut ex locis aliquot ipſius
» operis licet deprehendere.

Præfationes doctiſſimas & prolixas ſcripſit in Græca Cl. Galeni opera, & in Almageſtum Ptolemæi Latinum, & in alios quoſdam libros.

HIERONYMVS Guntzius Bibracenſis, uir mihi amiciſſimus, & utraq; lingua doctiſſimus, in Varini Phauorini magnum Lexicon Græcum indices copioſos & accuratos conſcripſit, eorum quæ præter Alphabeti ordinem in eo Lexico explicantur, ſeorſim quidem impreſſos Baſileæ apud Ioan. Oporinum in fol. ſed ita ut ſuo Lexico coniungi poſſint & debeant.

Cyri Theodori Prodromi epigrammata Græca (de quibus ſupra diximus) ſuæ integritati reſtituit.

HIERONYMVS Leurſius Veronenſis Magentini cōmentaria in Ariſtotelis librum de interpretatione ex Ammonio breuiter decerpta in Latinum ſermonem uertit. Liber impreſſus Venetijs, 1539. in fol.

HIERONYMVS Lopes. Vide in Franciſco Valleriola.

HIERONYMVS de Luca, ſcripſit de cambijs.

HIERONYMI Manfredi medici et aſtrologi, centiloquium de medicis & infirmis, impreſſum Bononiæ apud Bacielierium, 1488. in 4. chartis 2. & dimid.

HIERONYMI de Marliano, Inuentarium in Iaſ.

HIERONYMI Montui de humorum differentijs liber, impreſſus Lugduni, ſi bene memini inſcriptionis.

T. cl. 1454. HIERONYMVS de Padua, natione Italus, uir in diuinis ſcripturis ſtudioſus, &c. ſcripſit quædam non contemnendæ lectionis opuſcula, è quibus extat libellus pulcherrimus, Ieſuida prænotatus, ad Petrum donatum Paduanæ urbis epiſcopum metrice.

De paſſione domini, lib. 1. Maxime cœlicolum ſu.

Extant eius & alia. Viuere adhuc dicitur & uaria componere.

HIERONYMVS Præuidellus I. C. ſcripſit de conſanguinitate & affinitate.

HIERONYMI Rupei Metinenſis lucubrationes in Simonis Broſſerij naturalis philoſophiæ epitomen, quæ uice commentariorum in re alioquin uaria & difficili eſſe poterunt. Libellus excuſus Pariſijs apud Colinæum, anno 1536. quo etiam ab authore conſcriptus eſt, in 8. chartis 13. & dimid. cum indice: & Baſileæ apud Thomam Platterum.

HIERONYMI Sauonarolæ medici opuſculum de uermibus, impreſſum.

T. in appēdice. Damnatus ſub Alexandro ſexto, 1499. cum duobus ſocijs combuſtus eſt. HIERONYMVS Sauonarola Ferrarienſis, ordinis Prędicatorum declamator ardentiſſimus, & multarum literarum uir fuit appriſme eruditus, ſcripſit

Quadrageſimale unum, lib. 1. | In Cap. 6. Gen. de area Noe.

Super Pſalmos pœnitentiales commentum.

Super prophetas multos commentatus eſt.

Prophetiam quoq; emiſit, qua multa de hoc noſtro æuo, regnorumq; commotione prædixit. Alia quoq; multa ſcripſit.

* Opera eius Henricus Petrus Baſileæ excudit, quæ cum nobis ad manum non ſint, eorum catalogum adſcribere non licet.

H. Savanorola D. Dominici sacris initiatus, magnâ apud literatos auctoritate, christianæ disciplinæ concionator egregius, admirabilis doctrinæ. Vide commendationis eius cæsi stigant, vitæ literatior. Jo. Pier. Valerian. de infelicit. litterat. lib. 2. p. 152.

Com-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [698] - 329r

Cõmentatiuncula Mahumetanorum sectam omni ratione carere, lectu dignissima, cum Alcorano & eius refutatione, &c. impressa Basileæ apud Io. Oporinũ.

Tractatus in quo diuiduntur omnes scientiæ, excusus cũ Tho. Aquinatis commentarijs in Aristotelis libros de cœlo, Venetijs opinor.

Meditationes in Psalmum, Miserere mei Deus: & in Psalmũ, In te Domine speraui. Item Expositio Psalmi, Qui regis Israel intende. Gryphius excudit Lugduni cum Dominicæ precationis explanatione, 1536. in 16.

HIERONYMI Torti consilium pro Florentinis qui occiderunt Cardinalẽ, cum Consilijs Antonij de Butrio.

HIERONYMI cuiusdam Taiapetræ nescio quæ scripta Latine excusa in fol.

HIERONYMVS Tragus Germanus, Germanicum Herbarium ædidit, tam docte & diligenter, ut quod ad stirpium descriptiones attinet, nemo hac in parte diligentius in hunc diem scripserit. Eundem spero librum breui à nõnullis erroribus purgatum & auctum per ipsum authorem, uidebimus. Ego sanè non parum huius uiri diligentiæ & doctrinæ me debere libenter fateor, Inhumanum enim est errata solum taxare, ut plærique faciunt, pro bonis autem & utilibus dictis inuentisue (quæ certe plurima in Hier. Tragi scriptis sunt) nullum laudis aut gratitudinis testimonium ædere.

Eiusdem Dissertationis aliquot & censuræ super herbis nonnullis Latine scriptæ, & impressæ cum primo tomo Herbarij Othonis Brunfelsij, chartis 2. & dim. Fortassis (ut audio) Germanicum quoq; Herbarium suum aliquando expolitum Latio donabit, opus nec inutile nec ingratum studiosis per alias nationes futurũ, præsertim si farraginem illam de uarijs barbarorum nomenclaturis (quibus immorari solet) amputauerit, utpote doctis consentientibus sordidam & inutilem.

HIERONYMVS Vuildenbergius Aurimontanus scripsit naturalis philosophiæ in physicam Aristotelis epitomen, cuius hæc est facies.

Physicorum libri 8. De cœlo 4.
De generatione 2. Meteororum 4. De anima 3.

Excudit Basileæ Ioan. Oporinus, 1544. in 8. chartæ sunt 12. unà cum tabula generalem de anima typum complectente. Scripsit autem Turunij, 1542. in gratiam Academiæ recens illic à principibus institutæ.

HIERONYMVS Zanetinus scripsit Contrarietates iuris ciuilis & canonici, fori contentiosi, & fori conscientiæ: De glossis contrarijs & accordantijs earum: De mutatione ecclesiarum: Disputationem, quæ incipit: In sacro.

HIEROTHEI scripta, uide secundum, tertium & quartum caput ecclesiasticæ Hierarchiæ Dionysij.

HILARION monachus Veronensis scripsit Paraphrasim rhetoricæ Hermogenis.

HILARIVS Papa, natione Sardus, Romæ synodo quinquaginta episcoporum habita, nonnulla constituit pro ecclesiastica honestate. Scripsit quædam, de quibus ego tantum reperi: T.M.408.

Decretum synodale, lib. 1. Quoniam religiosus spiritus san.
Ad episcopos Terraconeñ. prouinciæ, epist. 1. Postquam literas uestræ.
Ad Ascanium Terraconeñ. episcopũ, epist. 1. Diuinæ circa nos gratiæ.
De Concilio Nicæno, epist. 1. De Concilio Ephesino, epist. 1.
De Concilio Chalcedonensi, epist. 1. Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

* Hilarij Papæ decreta, impressa Coloniæ cum reliquorum Pontificũ decretis.

HILARIVS episcopus Arelatensis, ad quem eremi deserta petentem Eucherius Lugdunensis antistes librum ædidit de laude eremi; scripsit inter alia, T.cl.440.

Vitam sancti Honorati episcopi, lib. 1.
Homilias penè infinitas. Et quædam alia.

* Vide plura de ipsius uita apud Gennadium.

T.M.374 HILARIVS Pictauiensis Aquitaniæ episcopus, multa composuit opuscula. De quorum numero feruntur subiecta.

Contra Dioscorum, lib.1. Contra Valentē & Vrsatiū, lib.1.
De sancta trinitate contra Arrianos, lib.12. Circumspicienti mihi.
Defensio catholicæ fidei, lib.1. Deus qui ubiq; est.
Contra Arianos, lib.1. Dilectissimis fratribus.
In Euangelium Matthæi, lib.1. Gradus quem Matthæus.
De synodis ad episcopos Galliarum, lib.1. Constitutum habebam.
In aliquos Psalmos, trac.42.
In Psalmū: Beati immaculati, trac.22.
Ad Constantium Imper. lib.3. Tempus loquendi iam.
In Constantium, lib.1. Hymnorum, lib.1.
Mysteriorum, lib.1. In librum Iob, lib.1.
Contra Auxentium, lib.1. Beatissimis & glorio.
De hæresibus, lib.1. In Cantica canticorum, lib.1.
Chronica, lib.1. Epistolarum ad diuersos, lib.1.
Et alia quæ non habeo cognita.

* De eius uita & scriptis Hieronymus etiam in catalogo suo meminit: nos in præsentia nihil inde recensebimus, quoniam partim in præcedentibus partim sequentibus, eadem omnia continentur.

Hilarij Pictauorum episcopi, lucubrationes, quotquot extant, olim per Des. Erasmum Rot. haud mediocribus sudoribus emēdatę, nunc denuo uigilantissima cura recognitæ, & impressæ Basileæ apud Frobenium, 1535. in fol. chartis 199. cum indice. Prius autem excusæ erant in eadem officina, anno 1523. in fol. char. 228.

Hæc habentur in hoc uolumine.

Præfatio Des. Erasmi Roterodami dedicatoria.

D. Hilarij de Trinitate libri 12. aduersus Arianos & alios hæreticos perperam sentientes de filio Dei.

Aduersus Constantium Augustum Arianæ sectæ fautorem, lib.1.
Ad eundem, lib.1. Aduersus Auxentium Mediolanensem, lib.1.
Auxentij epistola apologetica Arianæ factionis.
Eiusdem Hilarij de synodis diuersis, aduersus Arianos habitis.
Ad Apram filiam epistola, sed notha. Ad eandem hymnus, sed nothus.
Commentarius in Euangelium Matthæi. Commentarij in plærosq; Psalmos.
Index copiosus eruditi cuiusdam additus in omnes libros.

Additum erat nobis aliud agentibus, scriptum quoddam, hunc titulum præ se ferens, Hilarij de patris & filij unitate: mox comperimus id non esse nouum Hilarij opus, sed rhapsodiam studiosi cuiuspiam, partim quidem è secundo de Trinitate libro, sed maxima ex parte è nono consarcinatam, omissis & additis quæ libuit, ut satis appareat, eum, quisquis hoc ausus est, uoluisse Lectori facere fucū. Attexuit appendicem de uarijs Christi cognominibus, ex authore nescio quo. Nam phrasis plurimum dissonat ab Hilariana. Nos uel in hoc relinquendum duximus (uerba sunt typographorum) quo perspicuum fiat quid sit titulis credere, nec sine causa in præfatione destomachari Erasmum in eos qui sibi nihil non permittunt in celebriū uirorum monumentis.

* Idem liber de patris & filij unitate, & aliquot locorum sacræ scripturæ interpretatione, impressus est Basileæ apud Hen. Petrum, 1526. chartis 4. & quadrante, cum uarijs aliorum theologorum scriptis contra hæreticos.

De castigatione horū operum. » Ex præfatione Des. Erasmi Rot. Plurimum sudoris compererā in emendando Hieronymo, sed plus in Hilario: cuius talis est sermonis character, ut etiāsi res » per se dilucidas tractaret, tamen esset & intellectu difficilis & depravatu facilis.

Nunc

Nunc quid censes fuisse negocij, quum res non modo difficillimas, uerum etiam inexplicabiles, illa sua phrasi disserit uerius quàm explicat? Et tamen uix in alium authorem plus sibi permisit eruditulorum temeritas: idq; potissimũ in libris de Trinitate, & Synodis, &c. Deinde ubi multos locos mutatos & deprauatos in hoc scriptore ostendit: sed his interim (inquit) omissis, præstat ut de singulis Hilarij operibus, iudicium nostrum paucis aperiamus.

Censura de singulis operibus Hilarij.

Duodecim libros de Trinitate scripsit exul in Phrygia, quo relegatus erat factione Saturnini cuiusdam episcopi Arelatensis, imperatore circumuento. Siquidem Ariana factio sic inualuerat, ut mundus aliquandiu nutaret anceps, utram in partem sese inclinaret, præsertim quum per Constantium Augustum, exilijs, direptionibus, minis ac terroribus compellerentur accedere partibus Arianorũ. Qua de re uelut indigna queritur apud Cæsarem Hilarius, homines nouo exemplo cogi ad fidem, magis quàm persuaderi: largiens interim illud, quod Arianorum fides esset syncera, &c. Videtur autẽ tota ui adnisus, ut in hoc opere declararet atq; exereret, quicquid ingenio, quicquid eloquentia, quicquid sacrarum cognitione literarum posset. Et paulò post. Veteres parcissime de rebus diuinis pholosophabantur, neq; quicquam audebant de his pronunciare, quod non esset aperte proditum his literis, quarum authoritas nobis est sacrosancta. Sed huc primũ perpulit Ioãnem Euangelistam Cerinthianorum & Ebionitarum impia temeritas, ut arcana quædam de Christi diuina natura literis mandaret: post Arianorum curiosa subtilitas, ad maiorem necessitatem adegit orthodoxos, uidelicet ut de protensione naturæ diuinæ, de supercreatione filij, de adoptione in nomen Dei, tum autẽ de homusio & homœusio magnis cõtentionibus dissererent, ac denicp definirent. Subinde necessitatẽ hanc deplorat sanctissimus uir Hilarius, haudquaquam ignarus quàm periculi plenum sit, quàm parum religiosum, de rebus ineffabilibus eloqui, incõprehensibilia scrutari, de longe semotis à captu nostro pronunciare. Et aliquanto post. Erat quidem hoc argumentum splendidum in primis, ac tali tuba dignum: erat nouum, quod nisi fallor, Hilarius Latinorum primus, eloquentiæ suæ gladium strinxit in Arianos. Ea quoq; res illi plurimum famæ conciliauit, præcipue quod res esset cum hoste nobili. Nam non dubito, quin apud Græcos, præter Athanasium, plures idem fecerint. Sed hoc erat illius ætatis, præter sacras literas neminem nominatim citare, præsertim si quid hausissent è Græcorum fontibus. Id enim ueluti suo iure sibi uindicabant. Alioqui mihi candidi pectoris uidetur, nõ dissimulare, per quos profeceris. Sic autem moderatur orationem in toto hoc opere, quasi suapte industria singula eruerit è sacris uoluminibus. Quanquam autem optassem tali ingenio, tali facundiæ, tali pectori, feliciorem magisq; frugiferam materiam: tamen hinc quoq; non mediocris erit fructus Lectori, quod plæraq; loca, quæ multum habebant obscuritatis, apud Ioannem & Paulum explicet, mea sententia, non minus feliciter, quàm accurate. Porrò Hieronymus in epistola quadam ad Paulinum, de doctis censuram agens, Hilarium scribit Gallicano attolli cothurno, quũ alioqui Græcorum flosculis ornatus incedat, frustraq; legi ab imperitioribus, quod interdum longis periodis inuoluatur: quanquam ubiq; suum quod dam dicendi genus habet Hilarius, tamen in hoc opere præcipue uerum est: Rem enim ut est probabile mutuatus à Græcis, addidit Gallicam grandiloquentiã, quũ Græcis peculiaris sit erudita simplicitas, & oratio uenusta dilucidaq; magis arrideat, quàm grandis & operosa. Neq; raro desidet in locis communibus. Frequenter autem assurgit ad floridam quandam ac theatricam sublimitatem, præsertim quum incidunt loca, quę facile splendescũt tractata: ueluti de fabrica uniuersi, &c. neq; raro usq; ad tragica schemata attollitur prosopopœias & apostrophas, quibus uel hæreticos, uel Deum ipsum alloquitur. Hieronymus in epistola ad Romanum oratorem, scribit hunc in modum: Hilarius meorum confessor temporum

Hilarij stilus.

„ & episcopus, duodecim Quintiliani libros & stilo imitatus est & numero, &c.
„ Cæterum ut in copia dissimilis est Hilarius Quintiliano: nam rem eandem subin-
„ de alijs atq; alijs uerbis repetit & inculcat, ita in ordinis imitanda cura penè anxius
„ est, nec parum temporis consumens in pollicendo quid dicturus sit, & in repeten-
„ do quid dixerit (qua quidem in re similior est Aristoteli) multum in reperiendis
„ transitionibus, quibus inter se partes concinne contexat: multum in excusando, si
„ quando per occasionem incidens attactum est, quod iuxta promissum ordinē alio
„ loco tractari debuerat. Primus liber de Trinitate, quanquā postremo scriptus
„ authori, ueluti prologus est in totum opus: primum ostendens, quibus gradibus
„ mens humana perueniat ad cognitionem rerum diuinarum: mox explicat argu-
„ menta singulorum librorum.

Liber de Synodis.

„ Liber de synodis idem argumentum de Trinitate aliter tractat. Refert enim in qui
„ bus episcoporum conuentibus damnata sit hæresis Arianorum. Hunc scripsit ad
„ Galliarum episcopos, gratulans illis quod in tantis mundi tumultibus ab Ariana
„ factione temperassent. Hunc, ut ipse testatur, uertit è Græco, sed hac libertate ut
„ ubiq; neglectis uerbis sententiam modo reddat, & ubi locus inuitat, aliquid de suo
„ admisceat. Porrò cum hic recitet sententias synodicas, tamen defensionis pericu-
„ lum deprecatur: nō perinde opinor, quod illis quibus hæc scribebat, diffideret, aut
„ quod quædam non satis approbaret, sed religione quadam asseuerandi: quam nos
„ paulatim sic dedidicimus, ut nihil pudeat. Et paulò post. Meminit huius ope-
„ ris D. Hieronymus, in epistola ad Florentium, hisce uerbis: Et prolixum ualde li-
„ brum de Synodis S. Hilarij, quem ei apud Treuiros manu mea ipse descripseram,

Aduersus Constantiū Aug.

„ ut mihi transferas peto. Iungitur huic liber, quem scripsit aduersus Constantiū
„ Augustum, Arianæ factioni fauentem: Sed hic est ni fallor, quem scripsit in eum
„ iam uita defunctum. Fortiter enim conuiciatur, quum cæteri ad eundem duo, quo
„ rum alterum scripsit uiuo, alterū etiam Constantinopoli porrexisse creditur, blan-
„ dius loquantur. Meminit huius rei diuus Hieronymus in catalogo. Quod au-
„ tem durius scripsit in mortuum, pietati datum est: quod blandius egit cum uiuo,
„ Christianæ prudentiæ fuit: quæ mauult mederi malo, si liceat, quàm exacerbare.
„ Sed horum librorum mihi nullus uidetur haberi perfectus. Quum enim exactum
„ quiddā & operosum polliceantur, non præstant id quod pollicentur, sed ueluti subi
„ to obticescunt. Ob affinitatem materiæ iungitur his epistola, quam scripsit aduer-
„ sus Auxentium, quem Mediolani de Arianæ hæreseos consortio reum peregit:
„ Auxentij epistola subnectitur, qua se purgat Valentiniano & Valenti Augg.
Post hæc aliqua subiungit Erasmus de modis loquendi Hilarij de Trinitate, præci
„ pue quod ad spiritum sanctum, eumq; excusat. Et paulò post. Hilarij cum ui
„ ueret, homo erat: non carebat humanis affectibus, falli & corrumpi poterat: Eie-
„ ctus erat, damnatus erat per Saturninum: apud Phrygas barbarie nobiles exula-

Hilarij uehemētia in Arianos.

„ bat annos aliquot: urgebat modis omnibus Ariana factio. Hæc aliaq; permulta po
„ terant etiam boni uiri affectibus imponere sub specie pietatis, &c. Quanto ste-
„ macho sæuit in Arianos, identidem impios, diabolos, blasphemos, satanas, pestes,
„ antichristos eos appellans: iam enim leue est hæretici cognomen, &c. Monendum
„ ac docendum ego censuissem, si quis cum Ario sensisset, non autem protinus ap-

Loca in Hilario suspecta.

„ pellassem satanam aut Antichristum. Etenim si hæc torquenda sunt in eum, quis
„ quis errat alicubi, quid faciemus, præter tot egregios ecclesiæ doctores, ipsi huic
„ Hilario, qui tot locis sentire uidetur, Christo fuisse corpus, quod doloris capax non
„ esset: famem, sitim, lassitudinem, aliasq; hoc genus affectiones non fuisse naturales
„ in eo, sed assumptas? Nam hoc planè scripsit exponens Psalmum 68. qui in syno-
„ do pronunciat anathema in illum, qui negaret solum patrem innascibilem Deum
„ dici, quasi spiritus sanctus aut deus non sit, aut nascatur & ipse à patre? Ac ne
„ quis causetur in Synodis Hilarium recitatorē esse tantum sententiarum, nō etiam
authorem,

authorem, dicit eadem suo nomine libro de Trinitate 12. asseuerans solum patrem deum innascibilem esse, solum filium genitum, non creatum: spiritum sanctum sic profisci ab utroq; , ut nec natus dici possit , nec tamen admittendus sit in nominis consortium: quod quidam filio tribuebant, creaturam illum appellantes, quũ nos non minus execremur creaturæ nomẽ in spiritu sancto, quàm in patre aut in filio. Et quum aliâs, tum libro de Trinitate 8. magna contentione defendit, nos quoq; cum filio & patre unum esse natura, non adoptione, neq; consensu tantum. Rursus eius operis libro 3. sed magis libro 10. sic loquitur de corpore Christi, ut sentire uideatur Mariam uirginem præter concipiendi, gestandi, et pariendi ministerium, nihil addidisse de suo, quum orthodoxi credant Christum ex opificio quidem spiritus, sed ex substantia uirginei corporis conceptum. Quin & alia loca sunt, quæ ciuilem & commodum requirant interpretem. Quam autem legem in se statuit, qui sic sæuit in alios? Hæc nequaquam ideo nobis dicuntur, ut sanctissimi doctissimiq; uiri gloriam obscuremus, famamq; suggillemus, &c.

Proximus his locus habet cõmẽtarios in Matthæũ, sic enim appellat Hieronymus, alij canonẽ appellare maluerũt, ob id, opinor, quod carptim titulos aliq; exponat. Nec dubito quin hoc opus uerterit ex Origene, adeo per omnia sapit Origenis & ingenium & phrasim. Quum enim illic multa præclara doceat, quæ plane clamitant authorem ad unguem absolutum in diuinis literis, tamen aliquoties in allegoriis superstitiosior est, interim & uiolentior, nimiũ in hoc intentus, ut destruat historicum sensum, quasi locus non sit allegoriæ, illo incolumi. Nonnunquam in conne ctendo (nam & in hoc occupatus est) uideẽ aliquoties ingenio lusisse potius, q̃ rem seriam tractasse. Videmus aũt inter innumeras dotes, hoc uitij Origeni ferè in omnibus scriptis esse peculiare, qui uir utinã haberet multos cæterarũ uirtutũ suarum æmulos, ut hac in parte quosdã habuit etiã Latinos sectatores. Porrò cõmentarios, quos ædidit in Psalmos, Hieronymus admonet ex Origenis cõmentarijs imitatos esse uerius q̃ uersos: præsertim quũ ipse nonnulla de suo addiderit. Ea quæ sint, prudens Lector non difficile deprehendet. Sunt enim fermè ex his, quæ tot libris disseruerat aduersus Arianos. Quod aũt ipse nusq; indicat quem sit sequutus, non opinor ideo factũ, ut dissimularet per quem ꝓfecisset, sed ut Origenici nominis inuidiam uitaret. Quod idem ubiq; facit Ambrosius. Meminit huius operis Hieronymus in prefatione secundi libri in Micheam citans Hilariũ, qui quadraginta fermè uersuũ milia ex Origene uerterit in Psalmos ad sensum. Mirũ aũt quo cõsilio Psalmos aliquot sibi sumpserit interpretandos, prætermissis reliquis, nisi fortè quia nõ contigit plenũ opus Origenis nancisci. Scripsit aũt, quemadmodũ recenset Hieronymus, in Psalmũ primum & secundũ, dein à quinquagesimoprimo usq; ad sexagesimumsecundũ, & rursus à centesimo decimooctauo usq; ad extremum. Atqui nos plus habemus, q̃ recenset Hieronymus, uidelicet præter duos primos, à Psalmo quinquagesimoprimo usq; ad sexagesimumnonũ, rursus à centesimo decimo octauo usq; ad finẽ, nisi q̃ ultima pars abesse uidetur in exemplaribus: extrema (ut suspicor) pagina, in manu descriptis codicibus, uel reuulsa, uel detrita: quæ ferè petire solet, nõ aliter quàm (quod est in prouerbio) extrema faba. Ex quibus illud colligitur, quod in Psalmos scripserat Hilarius, nõ totũ peruenisse ad Hieronymum. Nam catalogũ de claris scriptoribus ædidit, Hilario mortuo, ne quis causari possit, Hilarium addidisse quædam operi, post ædituũ Hieronymo catalogum. Atq; in his testatur sese ex nonnullis accepisse, quod scripsisset cõmentaria in Canticũ canticorum: uerum negat hoc opus sibi conspectũ fuisse. Nobis plura etiam intercederunt, uidelicet epistolæ quas scripsit ad diuersos. Itẽ liber hymnorũ. Nam epistola quæ supereſt ad Aprã filiam, nihil habet Hilarij, hymnus multo minus, in quo ne carminis quidẽ ratio constat, quum Hieronymus alicubi testetur illũ carmen scripsisse. Nos tamen utrũq; addidimus, ne gustus deesset, si quis fortè uellet de his re-

Commentarij in Matthæum.

Commentarij in Psalmos.

Opera quæ intercederunt. Epistola ad Apram Hymnus.

„ bus iudicare. Declarat hoc phrasis & compositio sermonis Hilarij, in carmine non
„ infelicem fuisse. Et fortassis aliquot hymni, quos hodie canit ecclesia, nõ indoctos
„ sed incerti authoris, illius sunt: ueluti hymnus de ligno crucis, cuius initium, Crux
„ fidelis: de Ioanne Baptista, cuius initium, Vt queant laxis. Desideramus & com
„ mentarios in Iob, quos, ut indicat ibidem Hieronymus, ex Origene uertit ad sen
„ sum. Et extat quidem inter Origenis reliquias liber Iob enarrator, cuius phra
„ sis nihil habet affine cum Hilariano charactere. Quin & prefatio testatur, idẽ opus
„ ab alijs nonnullis fuisse uersum, sed neq; bona fide, neq; docte, dum ex bene Græ
„ cis reddunt male Latina, quum ipse qui hæc præfatur, re ipsa declaret se fuisse ho
„ minẽ, qui nec Latine sciret, nec ingenio aut eruditione ualeret: sed qui tanto plus
„ haberet arrogantiæ, quanto minus habebat peritiæ. Desideramus & eum librum,
„ quem scripsit aduersus Salustium præfectum, siue contra Dioscorum medicum,
„ in quo uidetur omnes ingenij facundiæq; uires exeruisse. Declarat id diuus Hie
„ ronymus in epistola ad Magnum oratorem: Breui, inquit, libello, quem scripsit
„ contra Dioscorum medicum, quid in literis posset, ostendit. Desideratur & li
„ ber aduersus Valentem & Vrsatium, historiam Ariminensis & Seleuciensis sy
„ nodi acta continens, nisi forte hic Synodorum libro admixtus est. Hactenus de
„ singulis eius uiri lucubrationibus.

Laudes Hilarij.

„ Nunc in genere de laudatissimi uiri dotibus pauca libabimus. Ac primum de uir
„ tæ sanctimonia, quid attinet dicere, quum authoritas ecclesiastica iam olim eum di
„ uorum catalogo asscripserit? Quanquam alioqui & omnes eius libri mirum quen
„ dam pietatis ardorẽ spirant. Quanta uero fuerit nominis illius authoritas, uel hinc
„ licet conijcere, quod diuus Hieronymus, qui penè contempsit Augustinũ, nec ita
„ multũ tribuit Ambrosio, toties tanta cum ueneratione citat Hilariũ, alibi uocans
„ eum orbis Deucalionẽ, alibi Latini sermonis tubam, alibi Latinæ eloquentiæ Rho
„ danum appellans: nec uno in loco aduersus calumniantes, quod ipse Origenicis
„ uteretur, huius exemplum ueluti clypeum obijcit, cui plenissimum testimoniũ red
„ dit in epistola quadam ad Marcellã: Tantũ, inquit, uirum, & temporibus suis diser
„ tissimũ, reprehendere non audeo: qui & cõfessionis suæ merito, & uitæ industria,
„ & eloquentiæ claritate, ubicũq; Romanum nomen est, prædicatur. Quid hoc elo
„ gio plenius? Nec minus honorifice meminit eius, in cõmentarijs, quibus enarrat
„ Esaiã, Sanctus, inquiens & eloquentissimus martyr Cyprianus, et nostri temporis
„ cõfessor Hilarius, nónne tibi uidenẽ excelsæ quondã in sæculo arbores ædificasse
„ ecclesiã Dei? Quin & diuus Aur. Augustinus nõ sine præfatione honoris authoritatẽ

Hilarius Hebraici sermonis rudis: et Græci parum callens.

„ Hilarij citat, in libris de Trinitate. Cæterum Hebræi sermonis prorsus rudis
„ fuit Hilarius, unde si quid ex his attigit, aut ex Origenis hausit fontibus, aut pa
„ rum feliciter attigit, &c. post hæc exempla quædã affert ex eius libris, quibus He
„ brææ linguæ eum imperitum fuisse conuincitur. Porrò Græcas literas tenui
„ ter attigerat, si quidem Hieronymo credimus, cuius uerba super hac re subscri
„ bam ex epistola quadam ad Marcellam, qua explanat Psalmum centesimum ui
„ gesimumsextum. Nisi, inquit, quod non eius culpæ asscribendum est, qui He
„ braei sermonis ignarus fuit, Græcarum quoq; literarum quandam aurulã ceperat
„ sed Heliodori presbyteri, quo ille familiariter usus est: ex quo ea, quæ intelligere
„ non poterat, quomodo essent ab Origene dicta quærebat. Qui quoniam in hoc
„ Psalmo commentarium Origenis inuenire non potuit, opinionem magis insinua
„ re suam, quàm inscitiam uoluit confiteri: quam ille sumptam claro sermone disse
„ ruit, & alienum errorem disertius executus est. Hactenus Hieronymi uerba,
„ in quibus dum sedulo patrocinatur Hilario, satis odiose tractat Heliodorum, præ
„ sertim quum id quod affert, nihil aliud sit quàm diuinatio. Sed ut obiter hic pa
„ trocinemur Hilario, mihi non sit uerisimile, uirum tantum usq; adeo fuisse credu
„ lum, ut in enarrandis diuinis literis totus penderit ex alieno iudicio: nec adeo

rudem

rudem Græcæ literaturæ, ut non potuerit ipse sensum deprehendere, præsertim in Origene, cuius sermo mire perspicuus est: id quod facile coniectari potest ex his quæ Latine uersa supersunt, &c. deinde ostendit Hieronymum in loco iam citato, dormitasse, siue lapsu memoriæ, siue quod Hilarij commentarium parum attente legerit. Et paulò post. Quanquam facile crediderim illum non ad plenum scisse Græcas literas. Etenim quod ad orationis concinnitatem, felicior est in his quæ ex sese, suoq; (quod aiunt) Marte scribit, quàm in his quæ uertit, quũ in his quę uertit, densior ac sanior sit in sententijs: idq; suspicor in causa fuisse, ne quid susciperet uertendum, nisi cum hac libertate, ut suo arbitratu redderet sensum, omissis etiam aut additis quæ uidentur. Nã id tutius semiperitis eius sermonis unde transferunt. Sumpsit idem iuris sibi Pogius in uertendo Diodoro Siculo: sumpsit sibi Ruffinus in uertendis penè singulis quæ transtulit, præsertim in libris Origenis, & Eusebij Cæsariensis historia. Verum hæc non est libertas interpretis, sed licentia potius contaminantis aliena scripta. Quanquã Hilarius nusquam interpretem profitetur, præterquam in Synodis, nihilo magis q̃ Ambrosius qui sua ferè hausit ex Origenis lucubrationibus. Et post pauca. Cæterũ utcunq; hoc habet, quũ diuus Hilarius non admodũ Græce calluerit, tamen operæpretiũ est uidere in Psalmis, q̃ anxie philosophetur in dictionibus Græcis, nunc proprietatẽ & emphasim diligenter indicans, nunc quiritans à Latino interprete nõ satis cõmode redditam Græci sermonis sententiam, nunc amphibologiam amouens ex uerbis Latinis, Græci sermonis præsidio. Post hæc uoces quasdam & locutiones parum Latinas Hilario peculiares recensет Erasmus, &c.

Vertendi libertia. *Pogius.* *Ruffinus.*

Hilarij ad D. Augustinum epistola, numero LXXXVIII. inter D. Augustini epistolas.

Hilarij epistola ad Augustinum de reliquijs Pelagianæ hæreseos, habetur Tomo 7. operum Augustini.

HILARII Cortesij cuiusdam epigrammata extant, impressa ni fallor.

HILDEBERTVS episcopus Cenomannensis, & Thuronensis postmodum archiepiscopus, scripsit metrico & prosaico stilo præclara opuscula, de quibus ad lectionis nostræ notitiam adhuc pauca peruenerunt. Scripsit eleganti metro ualde pulchram & utilem expositionem,

T. cl. 1090.

Super toto missæ officio,	lib. 1.	Scribere proposui quæ.	
De suo exilio,	lib. 1.	Nuper eram locuples in.	
De miseria huius uitæ,	lib. 1.		
De sacramento altaris,	lib. 1.	Tollimur è medio sa.	
Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.	Hymnorũ & orationũ diuerso metro,	lib. 1.

Epitaphium Berengarij sui quondam præceptoris in uersibus quinquaginta duobus comprehendit.

HILDEFONSVS Toletanæ sedis post sanctum Eugenium episcopus, scripsit multa præclara opuscula, de quibus feruntur subiecta.

T.

De sancta Trinitate,	lib. 1.	De cognitione baptismi,	lib. 1.
De imbecillitate propria,	lib. 1.	De ꝓgressu spiritalis deserti,	lib. 1.
De uirginitate S. Mariæ,	lib. 1.	Domina mea dominatrix mea.	
Hymnorum diuersi generis,	lib. 1.	Sermones uarij,	lib. 1.
Annotatiões actionis diurnæ,	lib. 1.	Epigrammata multa,	lib. 1.
Annotationum in sacris,	lib. 1.	De missa quoq;,	lib. 1.
Annotationũ in sacramentis,	lib. 1.	Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.

Et alia complura,

HILDEGARDIS abbatissa cœnobij sancti Ruperti confessoris in oppositio Bingensis oppidi ex altera parte Naij fluuij Moguntinæ diœcesis ordinis diui patris Benedicti, natione Teuthonica, ex comitatu Spanhemensi, omnia quæ scripsit, ex reue-

T. M. 1180.

latione diuina didicit, è quibus ista sunt.

In regulam sancti Benedicti, lib. 1.
Triginta quæstionum, lib. 1.
Vita S. Ruperti confessoris, lib. 1.
Vita S. Disibodi episcopi, lib. 1.
Homeliæ 58. in Euangelijs, lib. 1.
De sacramento altaris, lib. 1.
Sciuias grande uolumen, lib. 1.
Vitæ meritorum, lib. 3.
Compositæ medicinæ, lib. 1.
Diuinorum operum, lib. 1.
Ad Colonienses, lib. 1.
Ad Treuerenses, lib. 1.
Exhortatorium sæcularium, lib. 1.
Ad sorores suas, lib. 1.
Ad monachos griseos, lib. 1.
Carmina diuersa, lib. 1.
Et sancto Bernardo, epi. 1.
Epistolarũ ad diuersos, CXXXV. lib. 1.

Et ego paupercula fœ.
Charitas quæ cum abstinen.
Nam ut in uera uisione.
In mystica uisione, &c.
Homo quidam qui ho.
In uisione quæ animæ.
Et factum est in anno no.
Simplicis medicinæ, lib. 1.
Et factum est in VI. anno.
Qui erat, & qui est, &.
Ego paupercula forma.
O turbæ hominum nascen.
O filiæ quæ uestigia.
Ego paupercula in le.
Qui sunt hi qui ut nu.
In spiritu mysteriorum.
O mitis pater ego pau.

Scripsit & alia. In omnibus opusculis suis catholica doctrina relucet, quę uel fidem confirmet, uel instruat mores, nec quicquam dixit aut scripsit unquam quod in dubium possit uocari. Et cum Latini sermonis esset ignara, tamen reuelante spiritu dei omnia Latine & congrue dictauit, notarijs excipientibus. Vidimus multas epistolas Conradi tertij & Frederici primi Imperatorum, & episcoporum Moguntinensis, Treuerensis, Colonien sis, Bremensis, Hierosolymitani, & aliorum penè innumerabilium, qui ex diuersis mundi regionibus fama sanctitatis & reuelationum eius prouocati, se scriptis commendabant orationibus ipsius, & diuersarum quæstionum solutiones quærebant.

* S. Hildegardis de Pinguia, physicorũ libri 4. de elmentorũ, fluminũ aliquot Germaniæ, Metallorum, leguminum, fruticum, herbarũ, arborum, arbustorum, piscium, uolatilium, & animantiũ terræ naturis & operationibus. Ioan. Schottus Argentinæ, 1544. in fol. excudit, chartis 30. cum Trotulæ, Octauiani, & aliorũ libris. Vtitur autẽ phrasi barbara, & dictionibus rerũ quas describit Germanicis. Multa obscura, mulierc ularum scholis digna, quædam etiam superstitiosa & omni ratione carentia insunt: qui melioribus carent, ista legant.

T. cl. 920. HILDOVINVS ex abbate Lobiensis monasterij, ordinis sancti Benedicti, primũ episcopus Laudocien sis, &c. repetentibus fratribus, cum adhuc esset abbas, scripsit
Gesta abbatũ Lobiensium, lib. 1.
Et quædam alia.
Sermones ad fratres, lib. 1.

T. cl. 840. HILDVINVS abbas monasterij sancti Dionysij Parisiensis, ordinis diui patris Benedicti, sacri Palatij archicapellanus, ad quem Rabanus abbas Fuldensis in quatuor libros Regum commentarios ædidit, scripsit ad Ludouicum Imperatorem utroq; stilo.

† Liber impressus in 4. † Vitam sancti Dionysij, lib. 2.
Et quædam alia.

T. cl. 800. HINCMARVS archiepiscopus Remensis, ex monacho sancti Dionysij Parisiensis plura scripsit, de quibus ego tantum reperi subiecta. Sub persona Caroli magni Imperatoris scripsit ualde instructe,
Ad ecclesiã Rauennatensem, lib. 1.
Vitã sancti Remigij episcopi, lib. 2.
Ad Vualonẽ episcopũ Metensem, lib. 1.
Epistolarum multarum, lib. 1.

HIPPAGORAE liber de Carthaginensium republica citatur apud Athenæum.

HIPPARCHI poëtæ fabulas Athenæus allegat, Iliadem Aegyptiã, Anasozomenon & Thaidem.

& Thaidem. Stobæus in sermone pro artibus quatuor Hipparchi senarios ex Zographro fabula citat.

HIPPARCHVS comicus ueteris comœdiæ fabulas scripsit de nuptijs. Suidas.

HIPPARCHVS Stagirites philosophus, Aristoteli familiaris & cognatus, scripsit quid apud deos sit mas & fœmina, & quæ nuptiæ, & alia quædam. Suidas.

HIPPARCHVS Nicaensis philosophus, qui sub cõsulibus uixit, de Arati phænomenis scripsit, & de syntaxi stellarum fixarũ, καὶ περὶ τοῦ καταστερισμοῦ, & de menstruo lunæ motu secundum latitudinem, καὶ εἰς τοὺς ἀρίσους. Suidas.

Hipparchi (aliâs Eratosthenis) expositio in Arati & Eudoxi phænomena Græce extat Romæ in bibliotheca Vaticana: & in alio quodam catalogo manuscripto nescio cuius Italicæ bibliothecæ, reperi: Ἱππάρχου τὰ ἐυρισκόμενα, quasi plura etiã huius authoris scripta supersint.

HIPPARCHI Pythagorici fragmentum ex libro de tranquillitate Doricæ dialecti, legitur apud Ioan. Stobæum sermone quod euentus rerum fortiter sint ferendi.

HIPPARCHI Philocerdij ethica, Græce in Italia seruantur.

HIPPIAS Diopithis filius Eliensis sophista & philosophus, Hegesidami discipulus, qui autarcian, id est, uirtutẽ rebus suis contentam finem bonorum definiebat, multa scripsit. Suidas. Hippiæ sophistæ librum Synagoge inscriptum Athæneus citat lib. 13.

HIPPOCRATIS Coi medici uetustissimi, & omnium aliorum principis, libri ad uetustos codices summo studio collati & restaurati. Impressi Græce Basileæ in officina Frobeniana, 1538. in fol. chartis 144. & Latine apud Cratandrum, qui iam omnes distracti sunt. Sunt autem hi libri.

Hippocratis genus & uita, secundum Soranum, pagina 1.

Iusiurandum Hippocratis, uersus 23.

De arte, pagine 4. aut paulò plus. De prisca medicina, paginæ 8.

De medico medicíue officio, paginæ duæ, & dimid.

De probitate & honestate paulò minus tribus paginis.

De mente sensúue, tres uersus tantum.

De præceptis medico seruandis, tres paginæ minus quadrante.

De lege medici, uersus circiter 30. De natura hominis liber 1. in quem Galeni duos cõmentarios habemus: post quos etiam, in opusculo de libris suis meminit se tres alios scripsisse, asserentes librum de natura hominis non esse adulterinum, sed uerum Hippocratis, & his suis placitis Hippocratem ubiq; consentire, contra quorundam calumniam. Quanquam circa finem notha quædam addita sunt ut Galenus notauit.

De ratione uictus salubris Polybi Hippocratis discipuli liber, ut Galenus iudicat, Hippocratico de natura hominis libro adiunctus, cum Galeni cõmentarijs habet.

De semine uel genitura, Polybi liber, ut placet Galeno, paulò minor trib. paginis.

De natura fœtus, paginæ 9.

De carnibus membrorúmue creatione paginæ 5. Caluus hunc librũ, & duos sequentes de anatome & de corde, in unum coniungendos putat.

De septimestri partu, duæ paginæ cum trientẽ: ponitur autem duplex principium.

De octomestri partu, una pagina. De superfœtatione, paginæ 3.

De extractione fœtus in utero mortui, uersus 28.

De pueri dentitione, minus una pagina.

De anatome, uersus 24. De corde, paginæ ferè duæ.

De glandibus per omnia membra, paginæ 3. minus triente.

De natura ossium, paginæ quinq; & uersus 12.

De locis in homine, paginæ undecim.

De cœli qualitate, siue de aẽre, aquis & locis, paginæ sex.

De uictus ratione priuatorum libri 3. paginis 26. & dimid. in quos etiam Galeni commentarios habemus.

De languentiũ insomnijs, paginæ quatuor minus triente. Est & alius in translatione Calui, De præsagijs ex insomnijs, paginis tribus.

De alimento, quem librum Galenus Hippocratis esse negat, uiri tamen esse non imperiti, & fortè Thessali. Nõnullis ab Herophilo cõpositus uidet: paginæ sunt 2.

De usu humidorum, non sunt duo uersus qui extant.

De natura, tres uersus tantum.

De humoribus, paginæ quatuor cum dimid. Galenus genuinũ Hippocratis esse testatur: licet insint quædam breuissime dicta, alius uero prolixius.

De flatibus paginæ 4.

De sacro morbo liber, paulò angustior sex paginis: non germanus Hippocratis, docti tamen uiri, inquit Galenus, tum elocutione tum sensu: etsi neutrum eorum ad exquisitum Hippocratis morem accedat.

De morbis libri 4. paginis quadraginta.

De affectibus liber, quem Galenus Polybi esse dicit, paginis 8. & dimid. Alij inscribunt de passionibus internis.

De internarum partium affectibus, paginæ 18.

De uirginum natura libellus in Calui translatione, non implens integram paginã.

De morbis uirginum uersus 31. De natura muliebri, paginæ octodecim.

De morbis mulierum libri 2. paginis 62.

De sterilibus mulieribus, paginæ 7.

Suppositicia quædam calci primi libri de morbis mulierum adscripta.

De epidemijs, id est, passim grassantibus morbis libri septem paginis 66.

Epidemiorum primum & tertium uere Hippocratis habemus cum Galeni cõmentarijs sex, in utrumq; tribus.

In secundum quoq; epidemiorum sex commentarios scripsit Galenus.

Quartus & sextus, à Thessalo Hippocratis altero filio, ex relictis à patre per tabellas commentarijs, consarcinati sunt: quorum sextus in peregrinatione obseruatos passim morbos non epidemios continet, cum sex commentarijs Galeni.

Hippocrates iunior.

Epidemiorum quintus Hippocratis iunioris, qui filius fuit, alterius filij Heraclidæ & magni Hippocratis: quem quintum nonnulli etiam Thessalo tribuunt, ut & septimum, qui aperte Galeni sententia spurius est, ac incerti authoris. Hæc de epidemijs libris ex Iacobi Syluij catalogo.

De ratione uictus in morbis acutis & grauibus, ptisanæq; laudibus libri quatuor, paginis septendecim & dimid. Habemus autem Galeni commentarios tres, in partem eius libri, quæ uere est Hippocratis, & duos in reliqua Hippocrati eo libro attributa. De iudicijs morborum, paginæ 3. liber imperfectus.

De diebus decretorijs, paginæ ferè duæ.

De morborum septimanis diebus, in Calui translatione uersus sex.

De potionibus medicis, in eadem uersus sex.

De ueratro, in eadem uersus tres. De lauationibus, uersus 1. ibidem.

De re uenerea, uersus 2. in eadem translatione.

Aphorismi, id est, breues & distinctæ sententiæ sectionibus seu libellis septem conscriptæ: quanquam de septimo dubitatur, an sit Hippocratis. In hos omnes, habemus Galeni commentarios. Comprehenduntur eis plurima ad prænotionem prædictionemq; maxime idonea: quædam ad Therapeuticas partes, diæteticen, chirurgicen, pharmaceuticen: alia non pauca ad alias medicinæ partes pertinent. Iacobus Syluius.

Prognostica, id est, præsagia, uel prænotiones, tribus libris scripta, paginis 7. & dimidia, quibus totidem commentarios Galenus adiecit.

Prorrhe-

Prorrhetica, id est, prædictiones libris 3. paginis 15. quos item Galenus commentariis tribus illustrauit. Hæc, ut prognostica, in tres diuiserunt libros, fortasse ob tres Galeni commentarios. Caluus Prorrhetica tantum in duos libros diuisit. *Prognostica.*
Vtrũq; opus & Aphorismos ex Epidemijs uidetur Hippocrates collegisse, tanquã ex particularibus experimentis uniuersales sententias. *Aphorismi.* Galenus libro 1. de diebus criticis. Coacæ prænotiones lib. 1. paginis 8. & dimid.
De uulneribus capitis, paginæ nouem cum triente. Hunc etiã Galenus commentario expositit. De uulneribus letalibus, siue pernicijs & periculosis, uersus quinq; in Calui translatione.
De fracturis liber, paginis 14. & dimid. à Galeno expositus.
De articulis liber, à Galeno item expositus. Non habetur in translatione Calui: chartæ eius in Græco sunt 7. & dimid.
De luxatis paginę 7. & dimid. in uersione Calui: in Græco nullũ peculiarem huius inscriptionis reperio librum, cui uacat is conferat cum Mochlico & libro de articulis: multa enim confusa sunt.
De medici uulnerarij munere: charta una. Galenus & hunc expositit.
Mochlicon, id est, de curandis luxatis liber, siue de luxatorũ fractorúmue ossium repositione, chartis duabus, & uersibus 13. In hoc libro si multa prius dicta repetantur, nemo miretur, quia sic repertũ est in Græcis exemplaribus ferè cunctis.
De ulceribus, paginæ quinq;, minus tertia parte.
De fistulis paginæ duæ & uersus 8.
De telorum extractione uersus 5. in Calui uersione.
De hæmorrhoidibus, pagina 1. cum tertia parte.
De salubribus rebus, uersus sex in Calui translatione.
De furore seu insania liber, quem Galenus Hippocratis esse negat: charta dimidia in Calui translatione.
De lotij signis & differentijs paulò minus pagina una, ibidem.
De Melancholia uel atræ bilis agitatione liber, in Calui uersione: non est Hippocratis. Nam idem apud Aëtium libro sexto, cap. 9. integer habetur, cum inscriptione, quod ex Galeno, Rufo, & Posidonio collectus sit. Inter notha etiam Galeni scripta inuenitur.
De uisu oculiúe acie, pagina una & uersus 7. Est & alius in Calui uersione de specie uisuúe inscriptus, pagina 1.

Epistolæ Hippocratis & aliorum paginis 13. sunt autem istæ.

Artaxerxis regis magni epistola ad Pætum.
Pæti ad Artaxerxen. Artaxerxis ad Hystanem hyparchũ Hellesponti.
Hystanæ ad Hippocratem. Hippocratis ad Hystanen.
Ad Demetrium. Hystanæ ad Artaxerxen.
Artaxerxis ad Coos. Coorum responsum.
Senatus & populi Abderitarum ad Hippocratem pro curando Democrito, quem insanire putabant. Hippocratis ad Abderitas.
Ad Philopœmenem. Ad Dionysium. Ad Damagetum.
Ad Philopœmenem iterũ. Ad Crateuani herbarium, ut simplicia medicamina collecta mittat. Ad Damagetum alia prolixa.
Democriti ad Hippocratẽ. Huic epistolæ statim postponitur libellus de insania, uersuum 20. in quo citat & librum de sacro morbo à se scriptum, & quintum Epidemiorum. Hippocratis ad Democritum.
Ad eundẽ de helleborismo. Ad filium Thessalum.
Democriti ad Hippocratem de natura humana, quæ non est in Calui uersione, ut neq; proxima: Hippocratis ad Demetrium regem præceptum salubre.
Atheniensium decretum in Hippocratis honorem & immunitatem.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [709] - 334v

De ſimulachro genij Hippocratis ſuper tumulum apparentis, cum his uerbis: uerſus 20. Epibomios inſcripti.

Theſſali Hippocratis filij oratio, quæ legatio dicitur, habita in ſenatu Athenienſi, cum patriæ excidium deprecaretur.

De ſeptimeſtri partu, fragmentum nothum & imperfectū: quod in Caluí uerſione non habetur.

Hæc ſunt quæ in codicibus Græce apud Frobenium, & Latine ex Caluí uerſione impreſſis, ad nos peruenerunt Hippocratis opera: Quod ſi quæ in Caluí ſolum uerſione habẽtur, ut ſunt minima quædam opuſcula, uel eorum initia potius, id quoq; notauimus, quot uerſibus aut paginis ſingula contineantur adſcribentes, ne quis iuſtam tractationem perquirens paucos duntaxat uerſus reperiat.

De Frobeniana editione.

Ex præfatione Iani Cornarij in Frobenianam æditionem Græcam, anni 1538.

» Hieronymus Frobenius & Nicolaus Epiſcopius nulla impenſæ parſimonia curarunt ut Hippocrates ad tria uetuſtiſſima exemplaria (quorū unū inſignis medicus
» Adolphus Occo Auguſtanus, alterum Ioan. Dalburgij bibliotheca, poſtremum
» Hieronymus Gemuſæus, cuius etiã opera in eo conferendo Frobenij non parum
» fuerunt adiuti, Pariſijs cõmodato acceptum ab excellenti medico Nicolao Copo
» Gulielmi illius Baſilienſis pridem Galliarum regis archiatri filio, exhibuere) à nobis correctus, adhibito ad hoc etiam Galeno, ex ipſorum officina quàm caſtigatiſſimus prodiret, pluribus quater mille locis redintegratis, qui in priore Veneta æditione aut defuerunt ex toto, aut uitiati habebantur: atq; hoc ea tamen religione à me factum eſt, ut nihil temere ſit mutatum, niſi palàm mendoſum, ita ut in ambiguis quoq; lectionibus, eas potiſſimum ſequutus ſim, quas ipſum Galenum accepiſſe deprehendi.

Adiectæ ſunt eidem æditioni ad finem gloſſæ ſiue obſcuriores apud Hippocratem dictiones alphabeti ordine per Galenum expoſitæ.

Ex Hippocratis uita ſecundum Soranum. De ſcriptis Hippocratis magna eſt diſſenſio, quare non facile de eis pronunciari poteſt: multas enim ob cauſas iudicium impeditur: primum ob nominis ambiguitatem, deinde quia dictionis character non facile obſeruatur: tertio, quia unus & idem author diuerſa ætate ſtilum uel intendit uel remittit, &c. Apud Suidam quoq; uitam Hippocratis, qui uoluerit, legat: nos pauca inde huc transferemus. Scripti (inquit) ab Hippocrate libri omnibus medicinæ ſtudioſis noti ſunt: & ita eos exoſculantur, tanquam oracula diuina, non autem humanæ linguæ uerba: ſed nos etiam præcipuos commemoremus. Primus igitur liber, qui iuſiurandum complectitur: ſecundus, Prænotionum: tertius Aphoriſmorum, humanum excedens intellectum: quartum locũ habeat celebris illa & admirabilis hexecontabiblus, omnem medicam ſcientiam continens.

Hippocrates ſeptem.

Præter hos, etiam alios ſex huius nominis medicos Suidas refert, omnes Coos ex eadem familia & medicinæ ſcriptores: unum noſtri Hippocratis auum paternum, duos ex Theſſalo & Dracone filijs nepotes, duos Thymbræi filios, & ultimum Praxianactis filium.

Hexecontabiblus.

Cæterum hexecontabili nomine, omnes ſexaginta Hippocratis libros comprehendit Suidas: totidem enim aut circiter habemus, & ſi minima illa opuſculorum aliquot initia non adnumerentur.

» Ex Galeni libris teſtimonia de Hippocrate. Ex libro 2. de morbis curandis.
» Hippocrates primus omnium recta inſtitit uia. Quæ cum à poſteris abſoluenda
» fuerat, non modo nemo eorum abſoluit, ſed plærique etiam quæ probe fuerant inuenta, corruperunt. Proxime autem, ut uiam ab eo inchoatam perficerent, Ariſto
» teles & Theophraſtus acceſſerunt. In tertio de criſibus, cap. 11. Ab eo incipiemus, qui nobis omnium fuit dux atq; author diſciplinarum. Libro 4. in Aphoriſ. Hippocrates dignus admiratione, eorum inuentor quæ à pluribus medicis, ad
» hunc uſq; diem fuere ignota. De naturalibus facultatibus libro 1. Hippocrates

crates quidem omnium, quos nouimus, medicorum philosophorumq; primus: ut « qui primus naturæ opera norit, hanc semper tum admiratur, tum prædicat, quam « & iustam prædicat, &c. Cornelius Celsus lib. 1. & principio sexti. Democriti discipulus (ut quidā crediderunt) Hippocrates Cous, primus ex omnibus memoria dignis, ab studio sapientiæ Medicinam separauit, uir & arte, & facundia insignis. Plura si libet de Hippocrate testimonia Sorani, Plinij, Macrobij, & Eusebij, qui eum claruisse scribit, anno mundi 4760. Olympiade 86. lege in Othonis Brunfelsij catalogo medicorum.

Scripta eius tum breuitatis causa, tum uetustatis dictionū, plærisq; in locis perobscura sunt, ita ut ne à doctis quidē satis intelligantur: ut Aristotelis in philosophia.

De ordine & ordinis ratione legendi Hippocratis & Galeni libros Iacobus Syluius scripsit.

Hippocratis uerba de lumbricis Aëtius medicus recenset.

Hippocratis duæ epistolæ in principio Marcelli medici, à Froben. Basileæ excusi.

Hippocratis breuissima diæta per singulos anni menses. Schottus excudit Argentorati, 1544. cum Trotula, Hildegardi, &c.

Hippocratis Coi de medicamentis purgatorijs libellus, nuper inuentus & excusus Basileæ apud Rob. Vuinter.

Epistolæ eius Græcæ etiam in uolumine epistolarum quod Aldus olim excudit habentur.

HIPPOCRATIS cuiusdam scripta Græca in mulomedicina cum Absyrto & alijs Basileæ apud Valderum excusa.

HIPPOCRATIS sententia de mulieribus castigandis, apud Ioan. Stobæum de præceptis nuptialibus.

HIPPODAMI Pythagorei fragmēta aliquot in Ioan. Stobæi Collectaneis extant, tria quidem ex libro eius de republica, satis prolixa in sermone de republica: & aliud ex eodem libro in sermone de uita breui: & aliud prolixum ex libro de felicitate, in sermone eiusdem inscriptionis: sunt autem ea omnia Dorice conscripta.

HIPPOLYTVS scripsit commentarios in uisiones Danielis, & in prouerbia Solomonis. Suidas.

Ex Hieronymi uitis. Hippolytus cuiusdam ecclesiæ episcopus (nomen quippe urbis scire non potui) rationē paschæ, temporumq; canones scripsit, usq; ad primum annum Alexandri Imper. & sedecim annorum circulū, quem Græci hexkę decaeteridem uocant, reperit, & Eusebio qui super eodem pascha, canonem decē & nouem annorum circulum, id est, enneakædecaeteridem composuit, occasionē dedit. Scripsit nonnullos in Scripturam commentarios è quibus hos reperi. In Hexaëmeron & in Exodum, & in Canticum canticorum, in Genesim & in Zachariam, de Psalmis, in Esaiam, de Daniele, de Apocalypsi, de Prouerbijs, de Ecclesiaste, de Saul, de Phytonissa, de Antichristo, de resurrectione, contra Marcionem, de Pascha, aduersum omnes hæreses, Prosomilias, id est, colloquia: De laude Domini Saluatoris, in qua præsente Origine, se loqui in ecclesia significat, in huius æmulationem, &c. Vide Hippolyti Theb.

HIPPOLYTI Brylli de Lendenaria, artium ac medicinæ doctoris, opusculum de uermibus: impress. Venetijs in officina Erasmiana, 1540. in 8. char. 3. stilo tolerabili.

HIPPOLYTI de Marsilijs iurisperiti opera omnia impressa sunt in fol. et rursus in 8.

Nos ea hic enumerabimus, quæ seorsim citata reperimus.

In primum. ff. No. de re iudi. l. de unoquoq;.

In primum Cod. de prob.	In secundū Cod. de rapt. uirg. l. 1.
Consilia, impressa typis.	Consilia criminalia.
De fideiussoribus.	Practica iuris.
De quæstionibus, liber impressus in 8.	De sicarijs & de parricidis.

Et de fal. & l. unica. De republica.
In C. de proba. & tract. Noua singularia, & alia.

HIPPOLYTI Thebani de cognatione Christi, lucubratiuncula, ex opere eius Chronico decerpta, Græce extat Romæ in bibliotheca Vaticana. Fortassis idem hic episcopus est, de quo iam diximus ex D. Hieronymo.

HIPPONACTIS Ephesij poëtæ senarios aliquoties profert Ioan. Stobæus. Athenæus etiam eius Parodiam & Synonyma citat. Vide ἱππώνακτ in Suida.

HIPPOSTHENIS senarius apud Stobæum in sermone de Superbia: quanquam in alijs exemplaribus HIPPOTHOONTIS legitur.

HIPPOTHOONTIS senarij de inuidia, apud Stobæum in sermone eiusdem argumenti: item

HIPPOTHOI cuiusdam uersus aliquoties ab eodem citantur.

HIRNERIVS: uide Vuernherus.

HIRTII epistola ad Ciceronem legitur libro 15. epistolarum ad Atticum. Nimirum hic est Aulus Hirtius, de quo supra.

HISTRI (aliâs Istri sine aspiratione) insignem de tragœdia librum aliquoties in recentiorum scriptis citatum legimus, tanquam adhuc extet. Citatur & ab Higino: Vide Ambrosij Calepini Dictionarium in Calathis ciuitate.

HOMERI poëmata Græca, nempe Ilias, Odyssea, Hymni, & Batrachomyomachia Venetijs apud Aldum excusa sunt in 8. & Florentiæ, & Argentorati apud Cephalæum, anno 1534. & rursus 1525. in 8. unà cum uita Homeri per Herodotum, Plutarchum, & Dione: quorum omnium chartæ sunt 74. Ilias autem & Odyssea seorsim Louanij in 4. exiuere, maiusculis uersuum interuallis: Item Basileæ apud Heruagium in paruo folio, adiectis commentarijs Græcis ad suos ubique uersus. Batrachomyomachia etiam cum Aesopi fabulis à Frobenijs excusa est.

Homeri poëtæ antiquissimi, optimi, doctissimi, & iucundissimi lectu, si uelim enumerare laudes, quot quantæque ab omnium nationum clarissimis quibusque uiris per tot sæcula in hunc usque diem ei tribuuntur, opus Iliade simul & Odyssea longius mihi contexendum fuerit. Quamobrem laudum ipsius auidos remitto ad illos qui ex professo uitam Homeri uel encomia uel prolegomena poëmatum eius composuerunt, quorum nomina in secundo tomo reperies. In præsentia, quando alioqui præter opinionem opus excreuit, silentium maximæ laudationis instar sit. Quid enim quàm sileas, ubi meritam laudis copiam & altitudinem assequi non licet?

Iliadis & Odyssææ librorum argumẽta singulis libris præponuntur, tum soluto sermone breuiter conscripta, tum monostichis. Ausonius etiam periochas singillatim conscripsit in fine suorum poëmatum. Nos breuitatis auidi monosticha sola hic proponemus.

Argumenta monosticha in singulos 24. Iliadis libros,
Ioachimo Camerario interprete.

A Alpha preces Chrysæ, pestis mala, iurgia Regum.
B Somnia Beta refert, cœtum populique, ratesque.
Γ Gamma sua pugnat pro coniuge uterque maritus.
Δ Delta deûm fora. Læsa fides: primordia pugnæ.
E Ei Venerem & Martem Diomedis tela cruentant.
Z Colloquium Hectoreum narrat cum coniuge Zeta.
H Hta unus contra uim solus it Hectoris Aiax.
Θ Concio Theta deûm. Troum uis. Hectoris ausa.
I Frustra ad Peliden legatio uenit Iota.
K Kappa exploratum castra egrediuntur utrinque.
Λ Lãbda duces Danaûm profligat Troica pubes.

Ardua

Μ Ardua My Graiûm ſubuertunt mœnia Teucri.
Ν Clam Ioue Ny Danaos Neptunus uiribus auget.
Ξ Iuno ſoporifero Xî fratrem fallit amore.
Ο Sentit O Neptunus Iunoq; grauem Iouis iram.
Π Pî Marte inſignem necat Hectoris haſta Patroclum.
Ρ Rho Danai cumlant & Troës Marte cadauer.
Σ Sigma Thetis nato Vulcania detulit arma.
Τ Tau ruit in pugnas atq; iram fingit Achilles.
Υ Hy ſuperûm exoritur bellum: Vincuntq; Pelaſgi.
Φ Prælia Phî ripas ad fluminis urget Achilles.
Χ Chî fugiens muros ter circum cæditur Hector.
Ψ Pſi ludos Danais funebres præbet Achilles.
Ω O patri Aeacida placato redditur Hector.

Argumenta ſingulorum Odyſſeæ librorum monoſticha, è Græco olim nobis ex tempore uerſa.

Α Alpha deûm fora: Telemachum hortaturq; Minerua.
Β Concio, anusq; uiaticum, iter cum Pallade Beta.
Γ Gamma hoſpes Neſtor, gnatus comes eſt, Dea ceſſit.
Δ De patre Delta rogas fili inſidiatus Atridam.
Ε Epſilon in ponto fracta rate fertur Vlyſſes.
Ζ Nauſicaa in Scheriam per Zeta adducit Vlyſſem.
Η Excipitur Scheriæ bene Vlyſſes regibus Hta.
Θ Theta Laërtiadæ & Phæacum certamina ſcribit.
Ι Lotophagos, Cicones, Cyclopaq; tradit Iota.
Κ Hippotaden dat Kappa, & Læſtrygones Circenq;.
Λ Lambda refert quid agat regno in Plutonis Vlyſſes.
Μ My Sirênas habet, planctasq;, armentaq; ſolis.
Ν Ny redit in patriam ſomno detentus Vlyſſes.
Ξ Xy datur Eumæus hoſpes Vlyſſî rure ſubulcus.
Ο Venit O Telemachus patriam Lacedæmone ſoluens.
Π In Pî Telemachus cognoſcit ſigna parentis.
Ρ Rhô ferit Vpilio ſimul & procus â cane notum.
Σ Donat Irum qui uicit Vlyſſî præmia Sigma.
Τ In Tau prodit Vlyſſem anui pede nota cicatrix.
Υ Hy tonitru ſpes firmat Vlyſſis, ſiſtit Achiuos.
Φ Arcus Penelopêa in Phî certamina ponit.
Χ Eſt miſerûm Chî uictor Vliſſes cæde procorum.
Ψ Tandem Penelopæ coniunx agnoſcitur in Vî.
Ω O genitor natusq; neposq; fugatis Achiuos.

Homerici hymni, qui extant, hi ſunt.

In Apollinem. In Mercurium. In Venerem. In eandem.
Dionyſius, ſiue Latrones. In Martem. In Dianam.
In Mineruam. In Iunonem. In Cererem. In matrem deorũ.
In Herculem leontothymum. In Aeſculapiũ. In Dioſcuros.
In Mercurium. In Pana. In Vulcanum. In Apollinem.
In Neptunum. In Iouem. In Veſtam. In Muſas & Apollinem.
In Dionyſium. In Dianam. In Mineruam. In Veſtam. (nem.
In Matrẽ omniũ. In Solem. In Lunam. In Dioſcuros.

Verſus quinq; in hoſpites, qui etiam in uita ipſius per Herodotum conſcripta habentur. Plura autem carmina idem Herodotus & Plutarchus in uita Homeri recenſent, quæ illic requirat qui uolet.

Demetrius Chalcondylus in epistola Græca Florentini exemplaris frontiadnexa, conqueritur Batrachomyomachiam, Hymnos, & Dionis de Homero sermonem, ita corrupta esse, ut aliquando ne sensus quidem constet integer: & in prioribus duobus uersuum structura laboret.

OMAR (aliâs Homar, & aliâs Aomar) Tiberiadis astronomi liber de natiuitatibus & interrogationibus. Hoc opusculum Lucas Gauricus in præfatione illis necessarium esse ait, qui astronomica ratione diuinationis nomen consequi desiderarint. Hic author à summis uiris præsertim Hali solet sæpius adduci in testimonij fidem: Vt qui nihil fermè illarum rerum, quæ ad hanc rem pertinere uidebantur, præterm iserit: De natiuitatibus enim utpote de nati uita, de morte, de fortuna, de ægritudinibus, coniugijs, itineribus, magisterijs ac cæteris rebus copiose ac fideliter conscripsit. Nisi quod rudior stilus est interpretis uitio. Liber impressus Venetijs, 1503. in 4. chartas habet 8.

HONORATVS epistolæ 2. & 4. & 12. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coepiscopis, lib. 1.

HONORATI à Tucca uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporũ de hæreticis baptizandis.

HONORATVS Bonhor: scripsit de bello & duello.

HONORATVS Constantinæ Africæ ciuitatis episcopus, scripsit ad Archadiũ quendam, qui pro confessione fidei catholicæ, in partes Africæ exulabat epistolam adlabores pro Christo ferendos hortatoriam, & exemplis præsentibus, et scripturarum relationibus roboratam: & quod confessionis fidei perseuerantia, non solum præterita purget à crimine peccata, sed & meritum procuret martyrij. Gennadius.

HONORATVS Massilienſis ecclesiæ episcopus, uir eloquens, & absq; ullo linguæ impedimento, ex tempore in ecclesia declamator: & quia à pueritia in timore Dei crescens, etiam in negocijs ecclesiasticis exercitatus est, os suum quasi armarium scripturarum aperit, & in homiliarum modum ad utilitatem legentium multa componit, maximeq; ad colendam fidei rationem, & reuincendam hæreticorũ peruersitatem. In cuius libera prædicandi substantia, non solum uicinarum ciuitatum sacerdotes & populi delectantur, sed & longe positi cum ad eos necessario pergit, summam ei docendi in suis ecclesijs rogantes iniungunt. Sanctus quoq; Papa Zelasius Romanæ urbis pontifex per scripturam agnoscens eius fidei integritatem, rescripto suo probatam indicauit. Sanctorum patrum uitas ad ædificationem posterorum coaptat ipse legendas, præcipue nutritoris sui S. Hilarij Arelatensis episcopi, litanias ad supplicandum Dei clementiam cum plebe sibi credita pro uiribus agit. Gennadius.

T. cl. 1120. HONORIVS Augustudinẽsis ecclesiæ presbyter & scholasticus, scripsit multa præclara opuscula: de quibus ipse per se in libro illustrium uirorum quem prænotauit, de luminaribus ecclesiæ recensuit subiecta. Opus ualde necessarium de Christo, de ecclesia & de futura uita, quod prænotauit,

Elucidarium,	lib. 3.	De libero arbitrio,	lib. 1.
Sigillum sanctæ Mariæ,	lib. 1.	Dicitis uos mirari cur.	
Speculũ ecclesiæ siue sermonũ,	lib. 1.	Offendiculũ de sacerdotib.	lib. 1.
Summam historiarum,	lib. 1.		
Gemmã aiæ de officijs diuinis,	lib. 6.	Agmen in castris æterni.	
a De imagine mundi,	lib. 2.	Mundus itaq; dicitur.	
In Cantica canticorum,	lib. 1.	In principijs librorum.	
b De luminaribus ecclesiæ, siue scriptoribus ecclesiasticis,	lib. 1.	Gelasius urbis Romæ.	
De corpore domini,	lib. 1.		
In hexameron,	lib. 1.	De deo & uita æterna,	lib. 1.
De anima,	lib. 1.	Scalã cœli de gradib. uisionũ,	lib. 1.

Clauem

Clauem physicæ de naturis rerũ, lib. 1. In toto Psalterio, lib. 1.
In euangelia homiliarum, lib. 1. De Papa & Imperatore, lib. 1.
Dialogũ ex opusculis Augustini, lib. 1. Refectionẽ mensium de festis, lib. 1.
Pabulum uitæ de sanctis, lib. 1. Epistolarum ad diuersos, lib. 1.
Alia insuper multa ædidit, quorum titulos inuenire necdum potui.

* a b Opuscula: & præterea, De temporibus Matheseis, De philosophia mundi libri quatuor, De affectionibus solis, De ætatibus mundi Chronicon, De hæresibus, omnia hoc anno, 1544. in uno uolumine excusa sunt Basileæ in 8. Videtur autem Ioan. Trittemius ex libro Honorij de scriptoribus ecclesiasticis omnia in suum transtulisse, ita ut nihil hac parte in opere nostro desideres, ut quod Trittemij omnia complectatur.

Commentarij in libros Solomonis nunquam antea uisi, et nunc primum excusi Coloniæ apud Ceruicornum, anno 1540. in 8. chartis quinq; cum tribus libris Oppositorum in speciem utriusq; Testamenti locorum, authoris innominati.

a Honorio Incluso quidam adscribunt de imagine mundi libros duos, quos alij Anselmo Cantuariensi. Vide supra.

HONORII Cæsaris aliquid in Codice Theodosij habetur.

HORATIVS Romanus, uir suo tempore doctus fuit: de quo Aeneæ Syluij in descriptione Europæ capite 58. uerba hæc sunt. In Homeri poëmate, quod Heroico carmine Latinum fieri magnopere cupiebat (Nicolaus quintus Papa) cum plurimorem ei gerere conarentur, unus tantum inuentus est, qui acri eius iudicio satisfaceret Horatius Romanus, qui scribatũ apostolicũ ea de re consecutus, magnisq; pollicitationibus illectus, Iliadem aggressus, nonnullos ex ea libros Latinos fecit, dignos quos nostra miraretur, prisca non imporasset ætas. T. M. 512.

HORMISDA Papa, natione Campanus, scripsit inter cætera ingenij sui opuscula:
Decretum synodale, lib. 1.
Ad Iustinum Augustum, epi. 1. Interea quæ ad unitatem.
Ad clericos secundæ Syriæ, epi. 1. Lectis literis dilectionis.
Epistolas plures ad diuersos, lib. 1.

* Eius decreta cum reliquis Pontificijs excusa sunt.

Hormisdæ falsò inscripta epistola ad Possessorẽ episcopum, cum operibus Fulgentij & Maxentij impressa.

HORTENSIANVS epistolæ 2. & 12. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coëpiscopis lib. 1.

HORTENSIANI à Laribus uerba apud Cyprianũ in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

HORI Apollinis Niliaci Hieroglyphica Græce & Latine Bernardino Trebatio Vicentino (uide supra in Ber.) interprete. Petrus Vidouæus Parisijs excudit, anno 1521. in 8. Eadem Latine solum eodem interprete Heruagius excudit Basileę 1534. in 8. chartis 4. cum Augustini Niphi libris duobus de augurijs. Sunt autem libri Hieroglyphicorum duo, per plurima capitula distincti, quæ inscribuntur communibus rerum nominibus, quæ quidem ab Aegyptijs non uulgi uocabulis nominatæ scribuntur; sed imaginibus picturis ab ipsa ferè natura sumptis repræsentantur.

Huius authoris nomẽ in codicibus impressis sine aspiratione scribitur: ego imitatus Suidam aspirare malui: qui duobus in locis eius meminit, tum in uocabulo Ὡραπόλλων, tum in Ὧρος: & alia quædam ab eo scripta commemorat, quæ prolixitatis uitandæ causa hic omittam.

HOSEA propheta, uide OSEAS.

HVBERTINVS de Casali, ordinis fratrum minorum, scripsit insigne uolumẽ, quod prænotauit, T. cl. 1300.

Arborem uitæ crucifixæ, lib. 5. Vniuersis Christi uere.
Sermones & Epistolas. Et quædam alia.
Admonent nos quidam catholici doctores Hubertinum in præfato uolumine in certis locis, maxime ubi canticum Symeonis assumit, caute esse legendũ, eo quod de quibusdam articulis aliter sentiat quàm ecclesia.

T.cl.1480. HVBERTINVS clericus Crescentinas, utriusq; linguæ peritissimus, &c. scripsit tam metro quàm prosa multa præclara opuscula, de quibus extant subiecta:
In Epistolas Ciceronis familiares, lib.16. Huius uoluminis epistolas.
In officia eiusdem, lib.3. In Metamorphoseos Naso. lib.1.
Epistolarum quoq;, lib.1. Carmina multa, lib.1.
* a Hi commentarij Venetijs impressi sunt, 1491. in fol.
HVBERTINVS Florentinus præsul Pistoriensis, olim S. Dominici monachus, scripsit commentarios in Metaphysica. Raph. Volaterranus.
HVBERTVS, nomen proprium uiri apud Germanos (unde Hubertinus diminutiuum) ab alijs Humbertus uel Hymbertus uel Vbertus, ut etiam Vbertinus sine aspiratione, scribi solet.
HVBERTVS Barlandus Galeni librum de medicamẽtis paratu facilibus transtulit; quæ translatio inter cætera Latina Galeni opera habetur impressa.
Eiusdem Velitatio in medicina, liber impressus.

T. HVBERTVS de Bobio iuris utriusq; professor, nomen suum docendo & scribendo cum gloria transmisit ad notitiam posteritatis. Scripsit enim notabilem summam quam prænotauit,
De ordine iudiciorum, lib.1. Quia pietas paterna.
Quæstiones & determinationes.
Et alia non pauca, quæ tamen ad manus nostras minime uenerunt.

T. HVBERTVS de Bonacurso, natione Italus, uir in utroq; iure peritus, composuit in ea facultate quædam præclara opuscula, de quibus nullum ad manus nostras meminí peruenisse. Fertur autem eius,
De præludijs causarum, lib.1. Cum de mandato imperiali.
Et de iudicijs quædam.

T.cl.1490. HVBERTVS Leonardus, episcopus Darienſis, ordinis fratrũ beatæ Mariæ semper uirginis de mõte Carmeli, natione Germanus, scripsit multa cõmendatissima opuscula, de quibus subiecta feruntur.
De genealogia nobilium Francorum & gestis eorum.
Ad Ludouicũ episcopũ Leodieñ. lib.1. In euangelium Lucæ, lib.1.
De regimine principum, lib.3. De immunitate ecclesiastica, lib.3.
Cõtra hæreticos Niuelleñ. lib.1. qui octo et uiginti propositiones principales cõtinet,
Sermones uarij, lib.1. Quadragesimale notabile, lib.1.
Et alia complura.
HVBERTI Thomæ Leodij cõmentariolus de Germaniæ inferioris populis, ut Tungris, Eburonibus & alijs, utilis ad historiam Cæsaris de bello Gallico recte intelligendam Rihelius Argentorati excudit, 1541. in 8. chartis 7. & dimid.
» Ex præfatione authoris, quam scripsit anno, 1540. Innumeræ peregrina-
» tiones, quas per uniuersum penè orbem Christianum indesinenter in uicesimũ an-
» num cum summa corporis & animi molestia sustineo, adeo totum me sibi attribue
» runt, ut ne minimum quidem ocij, quod huiusmodi studijs impartirem, relique-
» rint. Nihilominus tandem supra uires animum sumpsi, uolens desiderio meo sa-
» tisfacere, atq; incipio relegere historias, digressus ab equis in diuersoria, dum cœ-
» na paratur, equi insternuntur, frenantur, famulus adcingitur, annoto quicquid ad
» Tungros & Eburones, facere deprehendo, conscribo in schedas. Et paulò post.
» Tungrorũ & Eburonũ historiã ex diuersis authoribus, præsertim ex disertissimis

C. Iulij

C.Iulij Cæſ.cõmentarijs de bello Gallico,congeſſi,ſubinde locorum & nominum « mutationes indicans,quæ hactenus Lectores remoratæ ſunt.Adieci etiam nonnul « los ſecundæ,ſiue inferioris eiuſdē Germaniæ populos,ut Hannones, Sycambros, « Samarobrinos,alioſq; non paucos, ut hij quoq; aliquid lucis reciperẽt,& pluribus « gratificarer. Authores ſecutus eſt ueteres & probatæ fidei permultos:quo= « rum nomina ſtatim poſt præfationem ponuntur: ex recentioribus autem Beatum Rhenanum,Abbatem Vrſpergenſem,Annales Leodiorum,Placentium.

HVGBALDVS nomen proprium apud Germanos, ab alijs Hugualdus ſcribitur, ut infra.

HVGBALDVS monachus Eluonenſis cœnobij, ordinis S.Benedicti, natione Gal= T.cl.1280. lus,uir doctiſſimus,quod multa utroq; ſtilo ab eo conſcripta teſtantur: de quibus ego tantum adhuc reperi ſubiecta,Ad Carolũ caluum imperatorem mirabile opus ſ.136.uerſuum in quo omnia uerba ab una litera,c,incipiunt:ut,Carmina clariſone caluis cantate camenæ,quod prænotatur:

De laude caluorum,	lib.1.	Carmina clariſone cal.	
De arte muſica,	lib.1.	Geſta ſancti Lebuini,	lib.1.
Epiſtolarum ad diuerſos,	lib.1.		

Vitas etiam multorum ſanctorũ ornato deſcripſit eloquio, & cantus in honorem ipſorum dulci & regulari melodia compoſuit.

* Hugbaldi poëtæ acerrimi ægloga de caluis, impreſſa Baſileæ apud Nicolaũ Lamparter,1519.in 4.ſeſquicharta. 1516. et 1546.

HVGO Barchinonenſis,ordinis Prædicatorum eccleſiæ Romanæ tituli ſanctæ Sabi= T.cl.1240. næ presbyter Cardinalis,ſcripſit plura egregia opuſcula,quibus nomen ſuum im= mortalitati conſecrauit:de cuius libris iſti feruntur.

In Geneſim,	lib.1.	In Exodum,	lib.1.
In Leuiticum,	lib.1.	In Numeros,	lib.1.
In Deuteronomium,	lib.1.	In Ioſue,	lib.1.
In Iudicum,	lib.1.	In librum Ruth,	lib.1.
In Regum,	lib.4.	In Paralipomenon,	lib.2.
In Eſdram & Neemiam,	lib.3.	In Tobiam,	lib.1.
In Iudith,	lib.1.	In Heſter,	lib.1.
In librum Iob,	lib.1.	In Pſalterium,	lib.1.
In Prouerbia,	lib.1.	In Eccleſiaſten,	lib.1.
In Cantica canticorum,	lib.1.	In librum Sapientiæ,	lib.1.
In Eccleſiaſticum,	lib.1.	In Eſaiam prophetam,	lib.1.
In Hieremiam,	lib.3.	In Ezechielem,	lib.1.
In Danielem,	lib.1.	In 12.prophetas minores,	lib.12.
In libros Machabæorum,	lib.2.	In euangelium Matthæi,	lib.1.
In Euangelium Marci,	lib.1.	In Euangelium Lucæ,	lib.1.
In Euangelium Ioannis,	lib.1.	In epiſtolas apoſtoli Pauli,	lib.14.
In Actus apoſtolorum,	lib.1.	In epiſtolas canonicas,	lib.7.
In Apocalypſin Ioannis,	lib.1.	Summa de caſibus,	lib.1.

Alia inſuper nonnulla compoſuit,quæ ad notitiam meam non uenerunt.

* Hugo de S.Caro prouinciæ Galliæ, Theologiæ profeſſor,monachus olim S. Dominici,ſepultus urbe uetere ſacros libros omnes utriuſq; legis enarrauit, ſepa= ratimq; Pſalmos. Raph.Volaterranus.

Hugonis Cardinalis expoſitionem in Pſalmos egregiam uidemus Alexandro « de Ales Venetijs nuper ſuppoſitam,uniuerſis ſcriptis libris per Germaniã & Gal « liam renitentibus:quod ideo potiſſimum falſarius iſte egit, ne uir ille nomine & fa= « ma celebris uel tali unico filio orbatus, totius Bibliæ poſtillator primus, deinceps « haberetur. Io. Cono in epiſtola quadam inter Gregorij Nyſſeni opera Colo= « niæ impreſſa.

Hugonis commentarij super Biblia, impressi: Et super Psalmos, seorsim: & super Euangelia, seorsim.

T. cl. 1120. HVGO monachus Corbiensis, ordinis S. Benedicti, dictus de Folieto, scripsit insigne uolumen, in quatuor distinctum libellis,

De claustro materiali,	lib. 1.	De ordinatione claustri.
De claustro spirituali,	lib. 1.	
a De claustro animæ,	lib. 1.	Animæ claustrum contẽ.
De claustro paradisi,	lib. 1.	In cœlesti Hierusalem clau.

Et quædam alia. * a Liber impressus.

T. cl. 1160. HVGO Eterianus, natione Tuscus, Græce & Latine doctus, scripsit multa præclara uolumina tam Græce quàm Latine, quibus nomen suum cum gloria ad posteros transmisit: E quibus ego reperi tantum opus quidem breue, sed non spernendum, de hæresibus, quas in Latinos Græci deuoluunt.

Ad Ardoinum Cardinalem,	lib. 1.	Diligens prudentia.
De immortali deo,	lib. 1.	

* Hugonis Eteriani scriptoris ex media antiquitate illa non aspernandi, de anima corpore iam exuta, siue de regressu animarum ab inferis, liber, ad Clerum Pisanum, nunc primum in lucem æditus Coloniæ apud Ioannem Gymnicum, anno 1540. in 8. chartis 8. Ex epistola Ioan. Alexandri Brassicani, cuius opera hic liber publicus factus est. D. Erasmus Roterodamus noster, cum scriptũ hoc ad se mea cura missum accurate perlegeret, omnibus modis probabat, & inæstimandis laudibus uehebat: adijciens omnibus tandem sæculis extitisse suos quosdam peculiari beneficio uiros eruditos.

Ex epistola Cleri Pisani ad clarissimum atq; prudentissimum Hugonem tam Græca quàm Latina lingua elimatè instructum: sic enim inscribitur. Commune uotum nostrum est, ut quædam pro tuo ingenio & multijuga eruditione conscribas, ex quibus iudicium tuum de iustis, quæ pro Christianorum defunctorum uita & animis absoluuntur, appareat. Ea nõ minori studio amplexaremur, quàm si B. Augustini essent. Sunt enim apud nos, qui, ceu desperantes, dicant mortuis fidelibus neq; orationes, neq; eleemosynas, neq; denicq; sacrificia conferre. Atq; ijdem cum & in hæsitationem de resurrectione prouoluantur, spes & desiderium est te eam non præteriturum in ijs quæ concinnabis.

Ex præfatione authoris, siue Capite primo. In multis nimirum, ad apum similitudinem, tam Græcorum quàm Latinorum codicibus quæsiui, & inueni fauum mellis confectum, qui per ora uestra distillari debeat. Adhuc incertus agor, præstolans ut iudicium uestri examinis me certificet, & quæ mitto legendo examinet, & examinando (si meruerint) approbet & confirmet. Quod quidem haud ambigo futurum esse, cum non mea, sed modo sensus, modo uoces sint sanctorum, scilicet Gregorij, Ioan. Chrysostomi, Ambrosij, Gregorij Naz. Nysseni, Hieronymi, Basilij, Augustini, Ioan. Damasceni, Hippolyti martyris, Nili martyris, Anastasij, Cyrilli, & aliorum quos sua nomina indicabunt, ut audituri estis iam nunc. Ponite igitur quæso in cordibus uestris, quid prædicta Deo amabilis societas de humana sentiat anima, quid de pœnitentia & confessione, quid de morte, quid de resurrectione atq; iudicio, pronunciet. Similiter autem quàm constanter asserat, quod ea quæ pie defunctis fiunt fidelibus (magis autẽ salutaris hostiæ immolatio) efficacissimam eisdem medelam præstent, peruigili mente animaduertite.

Quamuis hic liber aliter diuidi posset, tamen quia ipse author eum in capita discreuit, eorum summam sic habe.

Capitum argumenta.

1 Primo capite recenset ecclesiasticos doctores, quorum scriptis ad hoc negotium usus est.

2 Originem & naturam rationalis animæ, decp ea uarias philosophorum asser-
tiones.
3 Ex animæ potentijs & operationibus eius immortalitatem, & ad corpus con-
iunctionem intelligi.
4 Animam non fieri ex traduce, sed tamen eam ex corporis coniunctione con-
trahere originale peccatum.
5 Quomodo anima in corpore sit.
6 Diluitur obiectio, quæ contra superiora posset opponi, & infertur animæ im-
mortalitas.
7 Animæ immortalitas exemplis conuincitur.
8 Dignitatẽ hominis uel hinc declarari, quod creata oĩa eius dominio subsint.
9 Quod anima corpus egrediens à bonis malisq; angelis obseruetur.
10 Beatos & damnatos positis corporibus se agnoscere.
11 Quod sit magnum chaos inter saluatos & perditos.
12 Vnum gehennæ ignem non ex æquo omnes cruciare.
13 Animas in inferno suas pœnas deplorare.
14 Non omnia quæ credit & obseruat ecclesia Scripturam tradidisse.
15 Animis sacrificia aliaq; pia opera multum opis adferre.
16 Christianorum corpora honorifice tractanda & sepelienda.
17 Hoc ipsum Deo gratum, & hominibus salutare esse.
18 Animam in inferno summa desiderari fidelium uiuentium pietate.
19 Maximam esse miseriam mortalium.
20 Non esse expirantes immoderate lugendos.
21 Atq; hinc dehortatur mulierculas.
22 Eos quos indecentius amamus, citius permissu Dei à fatis nobis eripi.
23 De aduentu Antichristi, & eius tyrannide.
24 Heliam aduenturum ad confutandum strennue Antichristum.
25 De aduentu Domini ad generale iudicium.
26 De mortuorum resurrectione & conflagratione mundi.
27 Bonorum & malorum enarrationem continet.

De spiritus sancti processione libri 3. Ioãnis Herold Acropolitæ opera in lucem æditi, & impressi Basileæ, 1543. in 8. cum indice duplici: chartis 30. & dimid. Post indices Alexandri Papæ epistola ponitur, pro hoc libro ad se misso gratias agentis. Est autem & alia huius operis inscriptio: De hæresibus quas Græci in Latinos deuoluunt: siue, Quod Spiritus sanctus ex utroq; patre scilicet & filio ꝓcedat, contra Græcos. Ex præfatione authoris. De illa quæ supra omne creditur esse « philpsophia: sermonem coactus facere, Attici quædam modulaminis argumenta, « læsibile, immundum, alienumq; contagium resecans, ad præsentis seriem disputa- « tionis assumpsi, ut permultum necessaria. Nempe suspicor, quod huiusmodi exte- « ra ualde referent, & plana faciant quæ dicenda sunt, si facilia, si uulgaria, si pauca « quædam extiterint. Et paulò post. Constantinopoli cum essem, accersitus « sum consulendus à magno atq; augustissimo imperatore Emmanuele, utrũm ne « Latini aliquas sanctorum haberent authoritates, quæ Spiritũ sanctum ex filio esse « asseuerarent. Vt ueni coràm, multiuadis hinc inde nodis quæstionum dissolutis, « postremo Imper. magno illi dum reddo responsum, Imperatoriæ celsitudini conue « niens, auctoritate firmum, reuerendum grauitate, optimis propinquũ rationibus, « Basilium, Athanasium, & Cyrillum, magnam singulorũ fidei lucernam, processio- « nem ex Filio asserentes, in medium produxi. Et quoniam intuitus sum tunc Im « perij serenitatem intendere ad diuinæ disputationis religionem, inuolucrum uer- « borum rimari subtiliter, grauissimosq; disceptationum labyrinthos soluendo suffi- « cere, uoluntatis multum irrepsit de altissimo hoc negocio pertractare diligentius. «

» Huc quoq; accessit Hugbaldi Hostiæ: ac Bernardi Portus magnorũ Pontificum;
» Ioannis quoq; sanctorum Ioannis & Pauli reuerendi Cardinalis, iterata eadẽ pro
» re petitio multotiens. Nihilominus autem me de his ad scribẽdum illexit plurima,
» quæ inter Græcos Latinosq; contrarietas exæstuat: Græcus sanè quod ex Patre
» solo Spiritus procedat, uehemens apparet assertor: Latinus autem æqualiter ex
» Patre & Filio progressum eiusdem Spiritum profitetur. Igitur quanquam non sim
» sufficiens, omnino decorem ueritatis tanti negocij enodare, tamen in primis opitu
» lante Deo, Latinæ assertionis exponam consilium: Dein Græcorum intentiones,
» cum insimulatione aduersus Latinos iuxta uires meas, ratiõibus, exemplis, aucto-
» ritatibus depellere, ac diluere tentabo. Sed enim ex consequentibus negocium, ex
» communibus si quæ reperiri queant conceptionibus, & ex Scriptura quæ à Deo
» inspirata est, eidem causæ fides præstabitur. Ad ultimum uero sanctorum eccle-
» siæ pastorum testimonia, Constantinopoli multo tempore quæsita, mihi assensum
» & fauorem Latinorum dogmati maxime præstantia, & tenorem fidei eorundem
» confirmantia, ut demonstratiuos adijciam syllogismos. Nãq; horum inductione,
» ut arbitror, facilius & expeditius, cui ueritas parti faueat, considerari poterit.

Argumentum, & ordo.

Ex Leonis Thusci epistola ad Raymundum de monte Catano.

» Et quidem præ omnibus frater & præceptor meus Hugo Eterianus sua graui-
» tate grauior. Nam is Græcorum loquelæ perplexa internodia, olorum euincentia
» melos: uerborumq; murmura, quæ penè Maronis pectus fatigarent ac Ciceronis,
» intrepida excursione inspectis narrationum radicibus, mirifice discriminat.

HVGONIS Latimeri Anglicani Pontificis erudita & pia planè oratio, apud totum Ecclesiasticorum conuentũ, antequam consultatio publica iniretur, de Regni statu per Euangelium reformando, anno uicesimooctauo regni regis Henrici octaui habita. Rob. Vuinter excudit Basileæ, 1537. in 8. char. 3. & dimid. Expræ-
» fatione authoris. Decerpsi mihi tractandum ex Euangelio eulogium illud, in
» quo Dominus huius sæculi filios prudentiores filijs lucis esse in generatione sua
» non ueritus est pronunciare. Neq; ego, illius auspicijs fretus, eandem sententiam,
» tanquam basim & fundamentum eorum omnium, quæ dicturus sum, uerebor
» usurpare.

T.cl.1430.

HVGO Senensis, natione Italus, uir in sæcularibus literis eruditissimus & diuinarum scripturarum non ignarus, philosophus clarus, & medicus celeberrimus, scripsit in medicina non paruipendenda uolumina, quibus memoriam nominis sui posteris reliquit, è quibus feruntur:

Super primo Auicennæ, lib. 1. Super Aphoris. Hippocratis, lib. 1.
Super tegni Galeni, lib. 1. Et alia complura.

» * Ex Aeneæ Syluij descriptione Europæ, cap. 52. Eugenius Pontifex dum
» Ferrariæ cum Græcis cõsilium ageret; Hugo Senensis, qui per id tempus medico
» rum princeps habitus est, omnes qui ex Græcis studiosi philosophiæ eò conuenis-
» se crediti sunt, apud se inuitauit, quos cum opipare magnificeq; pauisset, finito
» prandio, epulis mensisq; remotis, eos in disputationem pedetentim placideq; pel-
» lexit. Cum iam Marchio Nicolaus adesset, & multi in synodo excellentes philoso-
» phi aduentassent, cunctos in medium philosophiæ locos adduxit, de quibus inter
» se Plato & Aristoteles in suis operibus dissentire uidentur, dicens eam se partem
» defensurum quam Græci oppugnandam ducerent. Cum Græci certamen mini-
» me recusassent, protracta est ad multas horas disputatio: positremo cum rex conui-
» ui Hugo Græcorum philosophos alterum post alterum argumentis & dicendi co
» pia uictos tacere compulisset, palàm factum est Latinos homines, qui iam pridem
» bellicis artibus & armorum gloria Græcos superauerant, ætate nostra etiam literis
» & omnium doctrinarum genere anteire.

Hugonis Seneñ. super quarta Fen primi canonis Auicennæ cõmentaria, usq;

ad

ad paragraphum in capite de enemate: Forma uero. Deinceps autem commentaria Marſilij uſq; ad finem. Opus excuſum Venetijs, anno 1485. in magno fol. chartis 29. Et Papiæ 1496. in magno fol. cum annotationibus Iacobi de Partibus & aliorum inſignium medicorum: additum eſt etiam capitulũ de phlebotomia ſecundum expoſitionem Hugonis nuper inuẽtum. In fine adduntur tituli Quæſtionum, capitulorum aliquot: eos ne longior ſim, præteribo.

Hugonis medici opera, impreſſa typis. Eiuſdem Conſilia ſeorſim excuſa, & liber de febribus ſeorſim. Stilus, ut eius ætatis, male Latinus eſt.

HVGO de Sletſtadt, natione Teuthonicus, ſcripſit quædam (ut ferunt) præclara uolumina, quibus nominis ſui memoriam poſteris reliquit, è quibus extat opus, Quæſtionum ſententiarum, lib. 4. Et quædam alia. T.

Fuit autem diui patris Bonauenturæ, ordinis minorum, in ſuis determinationibus ſectator & interpres luculentus, enucleans ea quæ in ſingulari philoſophia illius obſcura & rariora ſimplicibus uideri potuerunt.

HVGO Vercelleñ. citatur in Summa Angelica inter ſcriptores in iure canonico uel ciuili: & ibidem neſcio quis HVGO nominatur, qui multas gloſſas ſcripſerit in Decretum.

HVGO presbyter & monachus ſancti Victoris Pariſienſis, ordinis canonicorum regularium Auguſtini, & abbas ut ferunt ibidem, natione Saxo, ſcripſit multa & pene infinita opuſcula, de quibus ad manus noſtras pauca hucuſq; peruenerunt. T. cl. 1136.

Summa ſententiarũ ſuarũ,	lib. 1.	De anima Chriſti,	lib. 1.
De ſacramentis,	lib. 12.	Arduum profecto & la.	
Didaſcalicon,	lib. 6.	Omnium expetendorum pri.	
De arra animæ,	lib. 1.	Loquar ſecrete animæ.	
De modo orandi,	lib. 1.	Quo ſtudio & quo affe.	
De laude charitatis,	lib. 1.	Tam multos iam lauda.	
De inſtitutione nouitiorum,	lib. 1.	Quia fratres largiente do.	
In regulã ſancti Auguſtini,	lib. 1.	Hæc præcepta quæ.	
De myſtica arca Noë,	lib. 5.	Cum ſederem aliquando in con.	
In Eccleſiaſten, homẽ. 16.	lib. 1.	Quæ de libro Salomo.	
In Cantica canticorum,	lib. 1.	In principio laboris.	
In Threnos Hieremiæ,	lib. 1.	Quomodo ſedet, &c. quantum ad.	
In Hierarchias Dionyſij,	lib. 14.	Iudæi ſigna quærunt.	
De laude patrum,	lib. 1.		
De ꝑpetua uirginitate S. Mariæ,	lib. 1.		
Super Magnificat,	lib. 1.	Super Tota pulchra es,	lib. 1.
De amore ſponſi & ſponſæ,	lib. 1.		
De medicina animæ,	lib. 1.	Homo microcoſmos, id eſt.	
De meditatione,	lib. 1.	Meditatio eſt frequens.	
De incarnatione uerbi,	lib. 1.	Quidam fuerunt qui.	
De ſapientia Chriſti,	lib. 1.	Quæritis de anima.	
De uanitate mundi,	lib. 1.	O munde immunde, &c.	
De ſubſtantia dilectionis,	lib. 1.	De ſeptẽ donis ſpiritus ſancti,	lib. 1.
De diſciplina,	lib. 1.	In quinq; libros Moyſi,	lib. 1.
De myſterijs eccleſiæ,	lib. 1.		
a De ſpiritu & anima,	lib. 1.	Quia dictum eſt mihi.	
De oratione dominica,	lib. 2.	Septem ſunt petitiones.	
De confeſſione,	lib. 1.	Solus ſolitudinem, &c.	
In Ezechielem prophetam,	lib. 1.	Epitoma philoſophiæ,	lib. 1.
In quoſdam Pſalmos,	lib. 1.	De nuptijs & cõcupiſcentia,	lib. 1.
De natura dei ſimplici,	lib. 1.		

De triplici uolũtate in Christo, lib. 1. Quæris de uoluntate.
De poteſtate & uoluntate dei, lib. 1. Quæritis de poteſta.
De ſacra ſcriptura, lib. 2. Lectorem diuinarum ſcri.
De natura animalium, lib. 1. Leo fortiſſimus beſtia.
De contemplatione, lib. 1. Spiritalis domini, &c.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1.
Sermones etiam compoſuit plures & alios diuerſos uariosq; tractatus.

* a Super libro de ſpiritu & anima uide ſupra cenſuram Deſ. Eraſmi in tertio tomo operum Auguſtini: & ibidem in libris quarti tomi ſuper aliis quibuſdã opuſculis Auguſtino attributis, quæ Eraſmus Hugonis Victorini eſſe ſuſpicat: pag. 118. b. inter uerſum octauum & 20.

Omnia eius opera impreſſa eſſe in catalogo officinæ cuiuſdam libratiæ in Italia legi: Vidi autem nonnulla ſeorſim excuſa, quorum hi tituli ſunt: De Trinitate: Idiota. De ſtatu religioſorum. De clauſtro animæ. Allegoriæ in utrũq; teſtamentum.

Hugonis de S. Victore opuſcula quædam excuſa Pariſijs apud Henricum Stephanum, anno 1506. in 4. Sunt autem hæc,

De inſtitutione nouitiorum liber, cuius hæc ſunt capita, in chartis 5. Prologus tria complectens ad beatitudinem perducentia.
1 Quibus modis inuenitur ſcientia recte uiuendi.
2 Quid in omni actu agendum. 3 Quid in ſingulis locis agendum.
4 Quid ſingulis temporibus agendum.
5 Quid erga ſingulas perſonas agendum.
6 Quales ſe debeant exhibere qui per doctrinam proficere uolunt.
7 De exemplis ſanctorum. 8 De iis quæ in ſcripturis ſunt attendenda.
9 Quomodo in omnibus operibus debeat homo eſſe circũſpectus.
10 Quid ſit diſciplina & quantum ualeat.
11 De diſciplina ſeruanda in habitu. 12 De diſciplina in geſtu ſeruanda.
13 De diſciplina in locutione ſeruanda.
14 Quando & quomodo tacendum aut loquendum.
15 De diſciplina in menſa ſeruanda.

Argumenta capitum libri de operibus trium dierum, cuius chartæ ſunt 5.

1 De tribus inuiſibilibus Dei, potentia, ſapientia, & benignitate, à quibus procedunt omnia.
2 De immenſitate diuinæ potentiæ, & creaturarum multitudine.
3 De creaturarum magnitudine & pulchritudine.
4 De ſitu, compoſitione, diſpoſitioneq; rerum.
5 De diſpoſitione temporum & partium corporis.
6 De oĩario rerum motu. 7 De ſpecie figuriſq; rerum.
8 De rerum coloribus ſenſibilibusq; qualitatibus.
9 De creaturarum utilitate.
10 Quanta ſit diuini opificij ſupra humanum excellentia.
11 Quod inter tria Dei inuiſibilia, ſapientia primum inueſtiganda eſt.
12 Quomodo per rationalem creaturam oſtenditur rerum creator eſſe æternus.
13 Ex motu rerum quadrifario, creatoris quoq; æternitatem comprobari.
14 Quod rerum creator unus eſt & immutabilis.
15 Deum loco moueri non poſſe, ſed ubiq; eſſe.
16 Mutationem ſecundum quantitatem aut qualitatẽ Deo competere nõ poſſe.
17 Ex anima rationali Deum eſſe trinum oſtendi.
18 Quod in diuinis pater ſuam ſapientiam propter ſeipſam diligit.

19 In

19 In ſumma Trinitate mutuam eſſe dilectionem.
20 Summi patris ad homines, ut filium ſuum audiant, exhortatio.
21 Quod ordo conditionis & cognitionis rerum è diuerſo ſe habent.
22 De tribus diebus myſticis, ad tria Dei inuiſibilia, perſonasq; diuinas reſpon-
ſum habentibus.
23 Quomodo huiuſmodi dies myſtici in genere humano prius completi ſunt, &
in nobis compleri debent.

Soliloquium de arra animæ, cuius chartæ ſunt 3. & dimid. Introducuntur autẽ colloquentes, homo & anima eius: et paulò ante finẽ ponitur Confeſſio ad Deum. Ex præfatione authoris. Soliloquium dilectionis, quod de arra animæ intitula- « tum eſt, miſi charitati ueſtræ, ut diſcatis ubi uos oporteat uerum amorem quærere, « & quemadmodum debeatis corda ueſtra ſpiritalium ſtudio meditationum ad ſu- « perna gaudia excitare. «

De laude charitatis ſiue dilectionis, charta 1. cum octaua parte.

De modo orandi chartæ 2. Ex præfatione. Dictatum breuem de uirtute « orationis inelimato licet ſermone conſcriptum miſi charitati ueſtræ, in quo diſtin- « ctum habetis quibus modis orantis animus inter precum uerba per compunctio- « nem accenditur: demonſtratum etiam cur illæ à nobis ſcripturæ, quæ petitionis for « mam non habent, pro noſtra ſiue aliorum ſalute poſtulantibus inter orandũ profe- « runtur. « Capitum argumenta. «

1 Quod ex propriæ miſeriæ & diuinæ miſericordiæ conſideratione; ad orandũ incitari debemus.
2 De tribus ſpeciebus orationis & generibus ſupplicationis.
3 Quid poſtulatio & inſinuatio.
4 Cur interdũ ea orãtes legimus, in quibus nulla petitionis uerba exprimuntur.
5 Tribus potiſſimum modis orantium affectus in Deum excitari.
6 Quàm gratus ſit Deo feruens orantis affectus.
7 De diuerſis affectuum modis, & quibus Pſalmis quiſq; adaptatur.
8 Quod in eodem Pſalmo ſæpius de uno affectu in alium fiat tranſitus.

Prima expoſitio Dominicæ orationis, charta 1. & quadrante ferè. Explican- tur autem ſingulis capitibus ſingulæ petitiones.

Secunda expoſitio eiuſdem orationis, charta 1. & trib. quadr.

Argumenta capitum.

1 Septem peccatorum mortalium, quæ rationalis animæ corruptiones ſunt, deſcriptiones.
2 Quod tria prima peccata mortifera, ſuperbia, inuidia, ira, diuinæ bonitati po- tiſſimum repugnant.
3 Quod aliæ quatuor culpæ mortales, nempe akedia, auaritia, gula & luxuria; iniuriæ Deo à nobis illatæ ultrices ſunt & uindices.
4 Quomodo ſuperbia per luxuriam retunditur; & ſeptem uitijs mortalibus op- ponuntur ſeptem petitiones orationis Dominicæ. Quæ ſequuntur capita ſin- gulas orationis Dominicæ petitiones exponunt.

De quinq; ſeptenis in ſacra ſcriptura in charta 1. In capite primo enumerat quinq; ſeptena: primum ſeptem uitia: deinde ſeptem petitiones orationis Domini- cæ: tertio, ſeptem dona ſpiritus ſancti: quarto, ſeptem uirtutes: quinto, ſeptem bea- titudines. Secundo cap. Quantam perniciem homini inferunt ſeptem uitia mortalia: & quomodo ex ipſis ut radicibus uenenatis uniuerſa malorum germina exoriuntur. Tertio, Quibus ſancti ſpiritus donis tres primæ Dominicæ ora- tionis petitiones reſpondent, & quibus uitijs medentur. Quarto, Quibus item donis quatuor poſtremæ petitiones accommodantur, & quibus malis remedium præſtant.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [723] - 341v PUBLIC DOMAIN

De ſeptem donis Spiritus ſancti, libellus paulò maior charta dimidia. Hæc ſunt quæ Pariſijs olim Hen. Stephanus excudit.

Didaſcalicon Hugonis, impreſſum in fol. cũ Vocabulario Vuenceslai Brack, anno 1483. chartis 16. Sunt autem libri ſex, per capitula diſtincti, quæ prolixitatem fugiens non adſcribam: præſertim quum bona pars eorum in præfatione contineatur, quæ huiuſmodi eſt. Duæ præcipue res ſunt, quibus quiſq; ad ſcientiam inſtruitur, ſcilicet lectio & meditatio: è quibus lectio priorem in doctrina obtinet locum, & de hac tractat liber iſte, dando præcepta legendi. Tria autem ſunt præcepta lectioni magis neceſſaria. Primum, ut ſciat quis quid legere debeat: ſecundum, quo ordine legere debeat, & quid prius, & quid poſtea: tertium, quomodo legere debeat: de hijs per ſingula agitur in hoc libro. Inſtruit autem, tam ſæcularium, quàm diuinarum ſcripturarum Lectorem: Vnde & in duas partes diuiditur, quarum utraq; tres habet diſtinctiones. In prima parte docet Lectorem artium: in ſecunda docet diuinum Lectorem. Docet autem hoc modo: oſtendendo, primum quid legendum ſit: deinde quo ordine & quomodo legendum ſit. Vt autem ſcire poſſit quid legendum, aut quid præcipue legendum ſit, in prima parte primum enumerat originem omnium artium, deinde partitionem earum, uel quomodo unaquæq; contineat aliam, uel contineatur ab alia, ſecans philoſophiã à ſummo uſq; ad ultima membra. Deinde enumerat authores artium: & poſtea oſtendit quæ ex hijs artibus præcipue legendæ ſint: deinde etiam quo ordine & quomodo legendæ ſint, aperit. Poſtremo legentibus uitæ ſuæ diſciplinam præſcribit: & ſic finitur prior pars. In ſecunda parte determinat, quæ ſcripturæ diuinæ appellandæ ſint: deinde numerum & ordinem diuinorũ librorum, & authores eorum, & interpretationes nominum oſtendit. Poſtea agit de quibuſdam proprietatibus ſacræ ſcripturæ, quæ magis ſunt neceſſariæ. Deinde docet qualiter legere debeat diuinam ſcripturam is, qui in ea correctionem ſuorum morum & formam uiuendi quærit: ad ultimum docet illum qui propter amorem ſcientiæ eam legit.

Hugo S. Victoris Dionyſium Areopagitam expoſuit. Trittemius.

T.cl. 1250. HVGOLINVS patriarcha Cõſtantinopolitanus, ordinis fratrum eremitarum ſancti Auguſtini, inter eius opera, iſta feruntur inter alia potiora.

Super Sententias,	lib. 4.	Quodlibetorum,	lib. 1.
De differentia idiomatum,	lib. 1.	Sermones de tempore,	lib. 1.
Sermones de ſanctis,	lib. 1.		

HVGOLINVS de la Fontana gloſſator iuris ciuilis: ut reperio in Summa Angelica. Io. Fichardus Hugolinum quendam in uitis iureconſultorum commemorat cum Bulgaro, & alijs, quorum nulla omnino (inquit) monumenta extant.

HVGOLINVS quidam comœdias aliquas ſcripſit, ex quibus Albertus de Eyb in Margarita ſua aliquot ſententias affert.

HVGVTIONEM qui de animalibus aliquid ſcripſerit nominat Steuchus cap. 11. lib. per Leuiticum annotationũ, unà cum Alberto magno.

HVMBERTVS, uide Hubertus, & Hymbertus.

T.cl. 1150. HVMBERTVS monachus Tullenſis, ordinis S. Benedicti, quicquid Conſtantinopoli contra Nicetam monachum Græcorum errores defendentem coram imperatore Conſtantino & Michaële patriarcha diſputando dixit aut fecit, luculenter conſcripſit, ſub nomine Romani & Conſtantinopolitani.

Dialogorum more,	lib. 1.	Scripſit etiam quædam alia.	

T.cl. 1250. HVMBERTVS ordinis Prędicatorum quintus, magiſter generalis, patria Viennenſis, Hugonis Barchinonenſis theologi quondã auditor, ſcripſit quædam opuſcula, è quibus iſta feruntur,

Super regulam S. Auguſtini,	lib. 1.	Cogitanti mihi de ſer.	
Summa prædicantium,	lib. 3.	Omnis homo eſt exhortandus.	

Geſta

Gesta fratrum prædicatorum, lib. 5. De officijs sui ordinis, lib. 1.
De tribus substantialibus reli. lib. 1. Filijs gratiæ & cohære.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

HVLDRICHVS, nomen proprium Germanicæ ut uidetur originis, hominem gratiosum significat, cui omnes fauent: siue ad uerbum, gratiæ fauorisq; diuitem. Græce dixerim Erasmium, Eucharin, Pamphilum, Himerium. Erasmus Rot. in Collo- quijs pro Huldricho Glaucoplutum, id est, ululis diuitē dixit, quod sonat Germanicum uocabulum si non aspiratum sine delta scribatur Vlrich, Germanicā enim aspirationē aliæ nationes ferè omittunt: & u nostrum Gallica pronunciatione pro ypsilon Græco efferunt: sic enim demum Vlrich nomen sonat Glaucoplutū: quanquam finxisse uidetur Erasmus hanc nominis compositionem, ut facilius inde quispiam quid sibi uellet conijceret. Multi sine aspiratione scribunt, alij aspirant & delta omittunt, sunt quibus placet Vdalrichus, uel cum c tenui Vdalricus, alijs Huldericus: alij denicp pro iota longo in penultima ypsilon scribunt, idem nescio quàm recte facientes in quolibet i longo uocum Germanicarum. Nos omnes huius nominis, utcunq; scribas, in eum retulimus locum, quo Huldrichus ordine literarum colloco. *Etymologia & orthographia huius nominis.*

VDALRICVS de Argentina, natione Teuthonicus, ordinis fratrum Prædicatorū, Alberti magni quondam auditor, scripsit quædam opuscula, è quibus extant, T. cl. 1280.

Super sententias, lib. 4. Summa theologiæ, lib. 1.
De anima quoq;, lib. 1. Et alia multa.

HVLDRICHI Hugualdi Durgei adolescentis, studiorum suorum procœmium, excusum in 4. chartis 10.

Epistola ad omnes qui Christum ex animo quærunt, impressa anno 1522. in 4. charta 1.

H. MVTII de Germanorum prima origine, moribus, institutis, legibus, et memorabilibus pace & bello gestis omnibus omnium sæculorum usq; ad mensem Augustū anni trigesimi noni supra millesimum quingentesimum, libri Chronici XXXI. ex probatioribus Germanicis scriptoribus in Latinam linguam tralati. Multa hic inuenies Lector (sic habet inscriptio) quæ apud Latinos hactenus partim omnino non, partim obscuriora fuerunt. Opus excusum Basileæ apud Hen. Petrum, 1539. in folio, cum indice, chartis 99.

Ex præfatione authoris ad Eustathium Quercetanum philosophum & medicum.

Omnes libros historicos Germanice scriptos, quos habere potui, aut extare sciui, studiose excussi, & quæ uisa sunt insigniora, scituq; digna, uerti tibi in linguā Latinam. Nec hic mihi studio fuit, ullam uel ingenij uel artis laudem consequi, satis abunde existimans me præstitisse, si morem gererem tibi, cui pro nostra amicitia nihil meorum potest displicere. Qua autē festinatione occupatissimus scripserim, uides facile, ex tumultuariæ dispositionis modo, & ex elocutionis genere. Fidem certe, quæ sola historias commendat, non desiderabis. Porrò ne quid dissimulem, primo sequebar quosdā authores non certissimæ per omnia fidei, sed ubi primum animaduerti, meliores consului, neq; temere cuiuslibet uestigia secutus sum. Et paulò post. Spero enim ubi apparuerit qualis nam materies sit, aliquem peritum fabrum manus admoturum. Quam ob causam nullum aurium lenocinium adhibuimus: sed fidem sancte, quod est palmarium historiæ, obseruauimus, nisi à quopiam scriptore falsi simus, quod tamen in paucissimis fieri potuit.

HVLDRICHVS Huttenus eques Francus, natione Germanus, uir doctus utraq; lingua, cum religio syncerior in Germania primum emergeret, multa audacter & libere in Pontificios & Romanenses dixit & scripsit: multa etiam in principes & magistratus ciuitatum. Obijt in peregrinatione, anno 1523. morbo consumptus Gallico, & in lacus Tigurini insula, ubi nuper epitaphium, nobili quodam Franco

procurante, lapidi sepulchrali inciſum ab amicis noſtris ei poſitum eſt, his uerbis.

Hic eques auratus iacet, oratorq; diſertus
Huttenus uates, carmine & enſe potens.

Opera poëtica ex diuerſis eius monumentis in unũ collecta, & impreſſa anno 1538. in 8. chartis 18. & dimid. in Germania. Inſunt autem hæc opuſcula.
Epigrammata uaria. In tempora Iulij ſecundi, Satyra.
Ad Maximilianum Imper. Exhortatorium, ut bellum in Venetos proſequatur.
De piſcatura Venetorum, carmen heroicum. Marcus, heroicum.
De non degeneri ſtatu Germanorum. Epiſtola Italiæ ad Maximilianum Imp.
Reſponſoria Maximiliani Imp. ad Italiam, authore Helio Eobano Heſſo.
Ad Cardinalem Adrianũ pro Capnione interceſſio. Triumphus Capnionis.
Panegyricus in laudem Alberti archiepiſcopi Moguntini. *Vide Cytræi Saxon. p. 181.* Ao 1514.
In Pepericorni uitam & obitum. Vtis, id eſt, Nemo, carmen iucundum.
Vir bonus. De arte uerſificatoria.

In officinæ Heruagij Baſilienſis catalogo hos titulos reperio, Huttteni Nemo, Rudimenta poëtices: hæc ego non alia eſſe reor, quàm librum de arte uerſificatoria iam dictum.

De Guaiaci ligni medicina & morbo Gallico liber, impreſſus Moguntiæ apud Ioan. Schœffer, 1519. in 4.

Flores obſeruati ab H. Hutteno in libris Q. Curtij de rebus geſtis Alexandri, cum eiſdem impreſſi ſunt Coloniæ apud Ioan. Gymnicum, 1538. in 8.

Vlrichi Hutteni ſuper interfectione propinqui ſui Ioannis Hutteni equitis à Vuirtenbergenſi duce Vlricho, deploratio, heroicis uerſibus.
Ad Ludouichum Huttenum ſuper interemptione filij Conſolatoria oratio.
In Vlrichum Vuirtenpergenſem orationes quinq; inuectiuæ.
In eundem dialogus, cui titulus Phalariſmus.
Apologia pro Phalariſmo, & aliquot ad amicos epiſtolæ.
Ad Franciſcum Galliarum regem epiſtola, ne cauſam Vuirtenpergenſis tueatur exhortatoria. Inſeruntur etiam epiſtolæ aliquot ad amicos.
Volumen excuſum in arce Stekelberkan, 1519. in 4. chartis 26.
Expoſtulatio cum Deſ. Eraſmo, impreſſa.

Ej. epta ad Lutherum. Tom. I. opp. Luth. W. L. p. 49. und Frid. Myl. Sax. pp. p. 53. (152-153.) Ad Bilib. Pirckheim. 96. p. 182. Ad Carol. V. Imp. 96. p. 190. Ej. Spalatin. 96. p. 184 f. 191.

Audio & alias orationes ab eo æditas eſſe, quarum tituli ſint, Monitio prima, Monitio ſecunda, & aliæ quædam: nec dubitauerim Dialogum illum Philalethis ciuis Vtopienſis de facultatibus Rhomanenſibus nuper publicatis eodem authore conſcriptum eſſe: & Orationem ad Chriſtum pro Iulio ſecundo Ligure Pontifice, & Paſquillos nonnullos, & alia huiuſmodi opuſcula apud Germanos olim excuſa.

Inuenio & librum in Germania impreſſum in 8. chartis 7. dialogos 7. continentem, quorum inſcriptiones ſunt. Momus. Carolus. Pietatis & Superſtitionis pugna. Conciliabulum Theologiſtarum aduerſus bonarum literarum ſtudioſos. Apophthegmata Vadiſci & Paſquilli de deprauato eccleſiæ ſtatu. Huttenus captiuus. Huttenus illuſtris. Authore S. Abydeno Corallo Germano: quòd nomen fictum apparet.

Vadiſcus H. Hutteni dialogus in Germanicam linguam uerſus, Argentinæ impreſſus eſt in 4. 1544.

HVLDRYCHI Regij epitome utriuſq; arithmetices, impreſſa.

Ex Ioan. Fichardi uitis.

VDALRICVS Zaſius Germanus, natus Cõſtantiæ urbe celebri, &c. Prouecta iam erat ætate, trigeſimumq; annum exceſſerat, cum primum cœpit Ius ciuile addiſcere: præceptores audiuit Friburgi Ioan. Knapum Germanum, & Paulum de Cittadinis Patauinum. Breui tempore plurimum in iuris diſciplina profecit: erat enim natura laborum tolerantiſſima, memoria ſumma, iudicio propè tum perfecto præditus:

ditus: quibus accedebat illa forensium negotiorum cognitio, quibus Iuris ciuilis rationes usu prius quàm literis iam didicerat. Quapropter ut primũ Doctoratus insignia recepit, inter ordinarios professores relatus, ex eo tempore non scholastica professione tantum, uerũ etiam scriptis æditis deinceps magis & magis inclaruit: ac quasi secum sibi ipsi certamen esset, seipsum indies eruditione & fama superauit. Vxores habuit duas, ex quarum prima Ioachimum, qui postea ducis Sabaudiensis secretarius fuit, & filias duas, Clemẽtiam mercatori postea, & Catharinam Georgio Funck Constantiensi docto Iureconsulto nuptã, Latinis literis industria sua præter Germaniæ morem eruditam, sustulit. Senior iam secundam duxit, quæ illi filios tres, & filiam peperit. Ex illis natu maior Ioannes Vdalricus, iuuenis ingenij acrimonia, memoriæ præstantia, dicendiq; promptitudine à patre neutiquam degenerans, hoc anno ex Italia (quo post obitum patris sui ad audiendum Marianum Soccininum missus erat) solitis titulis insignitus rediit: ut magna spes sit, eum in paternas laudes esse successurum, modo indefessam patris diligentiam perinde sequi non grauetur. *Ioan. Vdalricus Zasius.*

Reliquit Zasius multa præclare scripta, quorum quædam ultimam manum accepere, & ab eo ædita sunt: puta Intellectus Singulares, Commentaria in legem secundam, Digest. De origine iuris. Tractatus Substitutionum. Tractatus de Iudæorum infantibus baptizandis. Apologia contra Eccium. Item contra Stellam Aurelianensem: & Epitome in usus Feudales. Reliqua uero post mortem illius ædita sunt à discipulis, confusa adhuc, incorrecta, & reliquis scriptis propter ultimæ manus defectum, propè dissimilia, quę sunt: Summa in Digestum uetus. Lecturæ in aliquot titulos primæ partis Digesti Veteris: Et in Titulum, Si certum petatur, in secunda parte. Item super Titulum de Actionibus in Institutis. Item Consiliorum libri 2. Et restant adhuc plura eius opera, quæ & ipsa fortasse in publicum prodibunt futuris temporibus. Illa autẽ omnia si ab eo fuissent ipso emẽdata, haud dubie longe aliam faciem fuerint habitura, quàm nunc habent. Cuius ego neutiquã leuem coniecturã ex Tractatu Substitutionum ab eo ipso postea euulgato, facere possum: qui tantopere distat ab illo quem in scholis nos auditores ex illius ore exceperamus, ut Lecturam præ illa æditione uix agnoscere possis Zasij fuisse: tam multa isthic immutata, tam multa etiam recisa, tam multa denicq; ex integro illustrata sunt, &c. Qua de causa Zasium sinceri Lectores excusatum habere, si cubi in posterioribus ædi-tionibus eum sibi ipsi dissimilem inuenient, & illius quod apud Nasonem est, humaniter meminisse debent: Emendaturus, si licuisset, eram. *H. Zasij scripta.*

Mortuus est optimus ille & doctissimus uir anno salutis, 1535. octauo Calend. Decemb. ætatis uero suæ anno septuagesimoquarto. Elatus est magno totius urbis luctu, & in summo templo honorifice sepultus, ubi illi ex decreto Senatus & Reipub. Friburgensis ad extremam gratitudinis significationem (municipales enim leges eius urbis Zasius omnes illis ædidit) elegans monumentum positum est cum hac inscriptione. Huldricho Zasio iureconsulto suorum temporum toto orbe celeberrimo, huius academiæ ornamento singulari, & reipublicæ Friburgensis in restaurando iure municipali iam olim strenuam operam nauanti, alijsq; multis nominibus de se bene merito, magistratus officij memor fieri iussit. Concessit naturæ, anno salutis, 1535. VIII. calend. Decembres. Hæc ex Ioan. Fichardi uitis Iureconsultorum, ubi etiam plura qui uolet de ipsius uita legat, & præterea Erasmi Rot. epitaphium Heroicum tumulo illius appositum. *Epitaphium.*

Intellectus Iuris ciuilis singulares tertio iam excusi, & authoris additionibus locupletati.

Eiusdem & reliqua omnia, ab ipsomet authore castigata & ædita, uidelicet: Substitutionum tractatus, ordine, compendio, & declaratione, quantum licuit, elimatus, ac iam rursus, elimatior etiam, in lucem æditus.

Defensio nouissima contra Petrum Stellam Aurelianensem.
De Iudæorum infantibus baptizandis, liber 1.
Apologia aduersus Ioan. Eckiũ de assertione illius dicti, Fidẽ hosti non seruandã.
De usibus feudorum, lib. 1.
Orationes eius aliquot disertæ tum in laudem legum, tum funebres. Ioan. Faber Emmeus excudit Friburgi Brisgoiæ, 1539. in fol. chartis 95. Quæ præter hæc sub ipsius nomine ædita circumferuntur, neq; sunt ab ipso recognita, neq; in lucem data, ut quæ in hoc collecta non erant: sed obiter ab ore prælegentis excepta, post mortem ipsius à quibusdam lucri gratia diuulgata sunt, &c.

Opera Huld. Zasij, quæ Basileæ in officina Isingrinij excusa sunt.

Intellectus singulares, multo quàm antea locupletiores.
Vsuum feudorum Epitome.
Paratitla in primam Pandectarum partem.
Consiliorum tomi duo. Eiusdem lecturæ in Titulos.
De instit. & iure, cum pluribus alijs.
De re iudicata. Si cert. pet. De uerb. oblig. De iure iurand. cum multis alijs sibi adiunctis. Instit. de actionibus. De exceptionibus, &c.
Scholia in Pomponij legem de origine iuris ab authore ædita: & impressa.
In Rhetoricam Ciceronis ad Herennium enarratio, impressa Basileæ, 1537. cum indice: in officina Rob. Vuinter.
Rhetoricæ ac Dialecticæ legalis tractatio per Zasiũ, Basileæ apud Rob. Vuinter excusa: ut in quodam officinæ ipsius catalogo legi, nec scio an alius liber sit à superiore.
Reprehenditur à Fr. Florido Sabino in libro de Iuris interpretibus, præsertim in ijs quæ contra Vallam scripsit.

HVLDRYCHVS Zuinglius Toggius, natione Heluetius, uir uere pius & solide doctus, cum in omni literarum genere, tum in sacra philosophia & tribus linguis eruditissimus, Latina inquam, Græca & Hebraica, atque in uernaculo, id est, Germanico sermone disertissimus, immortali laude apud omnem posteritatem dignus: quem adolescens olim uetus Testamentum Latine Tiguri enarrantem, & in ecclesijs Germanice uerbum Dei enunciantem, audiui: sed (proh dolor) nimium breui tempore. Paulò post enim infelici bello inter Heluetios exorto, Dei permissu pro patria fortiter in acie occubuit, anno Salutis 1531. mensis Octobris undecimo die. Primus in Heluetia circa annum, 1516. (qui mihi nata litius est) zelo Domini captus Euangelij fundamenta iacere cœpit, & paulatim enitens paucis annis diuina gratia tantum effecit, ut in hunc usq; diem syncera fidei prædicatio libere progrediatur: ac uitæ melioris institutio, ciuilisq; magistratuum ac populi morum ad Christianam regulam moderatio, denicq; saluberrimarum reipub. legum sanctio, ipso authore inchoata non infeliciter duret, non sine spe maioris in bonam partem incrementi indies magis magisq; futuri, adiuuante nos Domino Deo optimo maximo, qui nomen suum implorantibus, diuinæq; gloriæ ex animo studiosis, nunquam non propitius affulget. Cæterum de primis Euangelij crepundijs quomodo apud nos incœperint, Deo per Huld. Zuinglium operante, eiusq; progressu, & Zuinglij morte, successor ipsius & ecclesiæ nostræ optimus antistes, V. C. Heinrychus Bullingerus diserte nuper in prima ad Ioannis Cochlei libellum responsione per totum ferè caput uigesimumnonum (quod inscribitur, Quæ sit facies, quæ corruptio ecclesiæ Papisticæ, ac quo ordine, quo modo, quibusue ex causis reformatio Tigurinæ ecclesiæ cœpta sit atque perfecta) rem omnem literis mandauit: Et proxime tota Huld. Zuinglij

H. Bullingerus.

uita

uita eiuſdem operibus cõiuncta, nec non copioſius quàm antea per D. Oſualdum Myconium deſcripta, in lucem ædetur. Filium eiuſdẽ nominis reliquit, qui adoleſcens adhuc nobiſcum bonis literis pro ætate gnauiter incumbit. De genero eius D. Rodolpho Gualthero, qui omnia ſoceri opera ſimul iunxit, Germanice ſcripta Latine reddidit, præfationes ſingulis tomis præfixit, & inſuper Apologiam ſcripſit pro ſocero, ſuo loco dicemus. *Oſualdus Myconius.* *Rodolphus Gualtherus.*

Huldrychi Zuinglij opera omnia (exceptis epiſtolis) dum hæc ſcribimus excuduntur Tiguri apud Froſchouerum Typographum maiuſculis & elegantibus typis, in folio per quatuor Tomos digeſta, ad proximũ ueris initium anni 1545. Deo fauente abſoluenda. Sed quæ ſingulis Tomis ſcripta cõtineantur, enumeremus.

PRIMI Tomi chartæ ſunt 190. ſed præfatio & Index in omnes libros nondum excuſa erant. Inſunt autem hæc.

Opus Articulorum ſiue Concluſionum ab authore quidem uernacula lingua conſcriptum, nunc uero per Leonem Iudæ Latinitati donatum.

Elenchus Articulorum, qui paſſim hoc in opere continentur, numero 67.

1 Quicunq; Euangelion nihil eſſe dicunt, niſi eccleſiæ calculus & adprobatio accedat, errant, & Deum blaſphemant.

2 Summa Euangelij eſt, quod Chriſtus filius Dei uiui indicauerit nobis uoluntatem patris cœleſtis, & quod innocentia ſua nos de morte æterna redemerit, & Deo reconciliauerit.

3 Hinc ſequitur Chriſtum eſſe unicam uiam ad ſalutem omnium qui fuerunt, ſunt, & erunt.

4 Quicunq; aliud oſtium uel quærit uel oſtendit, errat, quin animarum latro eſt & fur.

5 Quicunq; ergo alias doctrinas Euangelio uel æquant uel præferunt, errant, nec intelligunt quid ſit Euangelium.

6 Nam Chriſtus Ieſus dux eſt & imperator à Deo toti generi humano & promiſſus & præſtitus.

7 Vt ſit ipſe ſalus & caput omnium credentiũ, qui corpus eius ſunt, quod quidem abſq; ipſo mortuum eſt, & nihil poteſt.

8 Ex his ſequitur, quod omnes qui in iſto capite uiuunt, ſunt membra & filij Dei. Et hæc eſt eccleſia ſeu cõmunio ſanctorũ, ſponſa Chriſti, eccleſia catholica.

9 Quemadmodũ membra corporis ſine adminiſtratione capitis nihil poſſunt, ſic in corpore Chriſti nemo quidquam poteſt ſine capite eius Chriſto.

10 Quum membra abſq; capite aliquid operantur, ut dum ſeſe lacerant aut perdunt, demens eſt homo: Sic dum membra Chriſti ſine capite Chriſto aliquid tentant, inſana ſunt, ſeſe grauant & perdunt imprudentibus legibus.

11 Colligimus hinc Eccleſiaſticorum (quos uocant) traditiones & leges, quibus faſtum, diuitias, honores, titulos, legesq; ſuas fulciunt & defendunt, cauſam eſſe omnis inſaniæ, nam capiti Chriſto non conſonant.

12 Adhuc ergo inſaniunt, non pro capite, quod per gratiam Dei pij omnes ſummo ſtudio conantur * erigere, ſed quod non permittuntur inſanire & furere. Volunt enim pij ſoli capiti Chriſto auſcultare. * *Vel, in lucem proferre.*

13 Verbo Dei cum auſcultant homines, pure & ſynceriter uoluntatem Dei diſcunt. Deinde per ſpiritum Dei in Deum trahuntur, & ueluti transformantur.

14 Summo igitur ſtudio hoc unum in primis curent omnes Chriſtiani ut Euangelium Chriſti, unice & ſynceriter ubiq; prædicetur.

15 Qui credit Euangelio ſaluus erit, qui non credit condemnabitur. Nã in Euangelio omnis ueritas clareſcit.

16 In euangelio diſcimus, hominum doctrinas & traditiones ad ſalutẽ nihil eſſe utiles.

17 Christus unicus, æternus, & summus est sacerdos. Qui ergo se pro summis sacerdotibus uendi tant, gloriæ & potentiæ Christi aduersantur, & Christū reijciunt.

18 Christus qui sese semel in cruce obtulit, hostia est & uictima satisfaciens in æternum pro peccatis omnium fidelium. Ex quo colligitur Missam non esse sacrificium, sed sacrificij in cruce semel oblati commemorationem, & quasi sigillum redemptionis per Christum exhibitæ.

19 Christus unicus est mediator inter Deum & nos.

20 Omnia nobis per Christum & in nomine Christi præstat Deus: hinc sequitur, nobis extra hanc uitam intercessore præter Christum nullo opus esse.

21 Quum mutuo pro nobis hic in terris oramus, in hoc facere debemus, quod per solum Christum omnia nobis dari confidamus.

22 Christus est nostra iustitia. Hinc consequitur opera nostra eatenus esse bona, quatenus sunt Christi: quatenus uero nostra non esse uere bona.

23 Quod Christus substantiam huius mundi & fastum contemnit, docet, quod hi, qui sub Christi titulo diuitias ad se rapiunt, ipsum magna infamia afficiūt, quum cupiditatis suæ & luxus eum patronum faciunt.

24 Christianorum nullus ad ea opera, quæ Christus non præcepit, adstringitur, quolibet tempore, quolibet cibo uesci potest. Consequitur ergo literas, quas pro caseo & butyro dant Pontificij, Romanas esse imposturas.

25 Tempus & locus in potestate sunt hominis, non homo in illorū potestate. Qui ergo tempus & locum alligant, Christiana libertate pios fraudant & spoliant.

26 Nihil magis displicet Deo quàm hypocrisis: hinc discimus hypocrisim esse grauem, & impudentem audaciam quicquid sanctum se simulat coram hominibus. Hic cadunt cuculli, signa, rasus uertex, &c.

27 Omnes Christiani fratres sunt Christi, & fratres inter sese, patrem ergo super terram uocare non debent. Hic cadunt factiones & sectæ.

28 Quicquid Deus non uetat & permittit, iuste fit. Ex quo discimus matrimonium omnibus ex æquo conuenire.

29 Qui ecclesiastici uulgo seu spirituales uocantur, peccant, dum posteaquā senserint castitatem sibi à Deo negatam, non uxores ducunt, aut nubunt.

30 Qui uouent castitatem stulta præsumptione & puerili arrogantia tenentur. Qui ergo ab eis uota huiusmodi uel exquirunt, uel oblata recipiunt, iniuriam eis faciunt, & tyrannidem in simplices exercent.

31 Excommunicationem nemo priuatus ferre potest, sed ecclesia in qua excommunicandus habitat unà cum episcopo.

32 Nemo potest, nec debet excommunicari, quàm is qui sceleribus suis publice offendit.

33 Ablata iniuste non templis, monasterijs, non monachis aut sacerdotibus, sed pauperibus danda sunt, si ijs quibus ablata sunt restitui cōmode non possunt.

34 Potestas quam sibi Papa & Episcopi, cæteriq; quos spirituales uocant, arrogant, & fastus quo turgent, ex sacris literis & doctrina Christi firmamentum non habet.

35 Magistratus publicus firmatur uerbo & facto Christi.

36 Iurisdictio aut iuris administratio, quā sibi dicti spirituales arrogant, tota magistratus sæcularis est, si modo uelit esse Christianus.

37 Magistratibus publicis omnes Christiani obedire debent nemine excepto:

38 Modo contra Deum nihil præcipiant.

39 Leges magistratuum ad regulam diuinæ uoluntatis sunt conformandæ, ut oppressos & uim passos defendant, & ab iniuria asserant, etiamsi nemo queratur.

40 Magistratus iure duntaxat occidere possunt, atq; eos tantum qui publice offendunt: idq; inoffenso Deo, nisi Deus aliud præcipiat.

41 Quum

41 Quum illis, pro quibus rationem reddere coguntur, consilia & auxilia legitime administrant, debent & illi ipsi magistratibus subsidia corporalia.

42 Quando uero perfide, et extra regulã Christi egerint, possunt cũ Deo deponi.

43 Huius regnum optimum est & firmissimum, qui ex Deo & cum Deo regnat. Huius uero pessimum & infirmissimum, qui sua libidine.

44 Veri adoratores inuocant Deum in spiritu & ueritate, corde orantes, non clamore coram hominibus.

45 Hypocritæ omnia opera sua faciunt ut uideantur ab hominibus, propterea mercedem suam hic recipiunt.

46 Cantiones ergo, seu uerius boatus, qui in templis sine deuotione pro mercede fiunt, aut laudem, aut quæstum ab hominibus quærunt.

47 Potius mortem eligere debet homo, quàm Christianum offendere aut pudefacere.

48 Qui ex infirmitate aut ignorantia absq; causa uult offendi, non patiamur ut is infirmus & ignorans maneat: sed demus operam ut rite edoctus, firmus tandem euadat, nec peccatum ducat quod peccatum non est.

49 Maius & grauius scandalum non puto, quàm quod sacerdotibus matrimonio legitimo interdicitur, concubinas & scorta habere accepta ab eis pecunia permittitur.

50 Solus Deus peccata remittit, idq; per solum Christum Iesum Dominũ nostrũ.

51 Qui remissionem peccatorum creaturæ tribuit, Deum gloria sua spoliat & idololatra est.

52 Confessio ergo quæ sacerdoti aut proximo fit, non pro remissione peccatorũ, sed pro consilij petitione haberi debet.

53 Opera satisfactionis à sacerdote imposita humanæ sunt traditionis (excepta excommunicatione) peccatum non tollunt, sed alijs in terrorem imponuntur.

54 Christus dolores nostros & omnes labores nostros tulit, qui uero operibus pœnitentialibus tribuit, quod Christi solius est, errat & Deum blasphemat.

55 Qui uel unicum peccatum pœnitenti remittere negat, is non Dei nec Petri, sed diaboli uicem tenet.

56 Qui quædam tantum peccata, idq; pro mercede aut pecunia remittunt, Simonis & Balaami socij sunt, & ueri satanæ legati.

57 Scriptura sacra purgatorium post hanc uitam nullum nouit.

58 Defunctorum iudicium soli Deo cognitum est.

59 Quo minus de hisce rebus nobis reuelat Deus, hoc minus nobis perueſtigandæ sunt.

60 Si quis pro mortuis solicitus, apud Deum gratiam eis implorat aut precatur, non damno: sed tempus de hoc definire, & propter quæstum mentiri, non humanum est, sed diabolicum.

61 De charactere, quem postremis hisce temporibus excogitarunt sacrifici, nihil nouit diuina scriptura.

62 Scriptura alios presbyteros aut sacerdotes non nouit, quàm eos qui uerbum Dei annunciant.

63 Illis uero presbyteris, de quibus diximus, qui uerbum Dei prædicant, scriptura diuina iubet, ut necessaria ministrentur.

64 Qui errorem agnoscunt, illis nihil damni inferendum, ferantur autem donec in pace decedant: deinde sacerdotiorum bona iuxta Christianam charitatem ordinentur.

65 Qui errorem non agnoscunt nec ponunt, Deo sunt relinquendi, nec uis corporibus illorum inferenda, nisi tam enormiter ac tumultuose se gerant, ut parcere illis magistratui salua publica tranquillitate non liceat.

66 Humilient se illico quicunq; in Ecclesia sunt præfecti, crucemq; Christi (non cistam) erigant, aut perditio eorum adest: nam securis radici arboris est admota.

67 Si cui libet disserere mecum de decimis, reditibus, de infantibus non baptizatis, de confirmatione, non detrectabo colloquium.

Paræneſis ad communem Heluetiorũ ciuitatem, ne Euangelicæ doctrinæ cursum impediant, nec licitis sacerdotum connubijs offendantur, Latinitate donata, Rodolpho Gualthero interprete.

Supplicatio quorundam apud Heluetios Euangelistarum ad R.D. Hugonem episcopum Constantiensem ne se induci patiatur, ut quicquam in præiudicium Euangelij promulget, néue scortationis scandalum ultra ferat, sed presbyteris uxores ducere permittat.

Apologeticus Archeteles appellatus (quoniam hunc librum & principium & finem esse cupiat simultatum cum quibusdam sui osoribus) quo respondetur paræneſi à Re. Do. Constantiensi ad Senatum præposituræ Tigurinæ missæ. Additur autem etiam ipsa paræneſis episcopi, cui respondetur. Chartæ sunt 10. & dimid.

Suggestio deliberandi super propositione Hadriani Pontificis Rom. Neroberg æ facta ad principes Germaniæ, breuior charta una. Hanc legat quicunq; defensam uelit & Christianam religionem, & Germaniæ libertatem uindicatam.

Apologia, qua in publicis Heluetiorũ comitijs Bernæ congregatis, ad quædam falsò sibi intentata crimina respondit: Rodolpho Gualthero interprete: charta 1.

Epistola ad Senatum & populum totamq; ecclesiam Toggiorum, Rod. Gualthero interprete: paulò maior charta 1.

Epistola ad communem Heluetiorum societatem, qua docet Compaternitatem matrimonij usum non impedire: simulq; monet ne sese exterorum insidijs turbari patiantur, interprete Rod. Gualthero, sesquicharta.

Paræneſis ad uetustissimam Suitensium rempub. ut principum amicitias & infidiosa alienigenarũ munera caueat, interprete Rod. Gualthero: chartis ferè trib.

De certitudine et claritate uerbi Dei liber unus (interprete Rod. Gualthero) per capita distinctus: chartis 7. & quadrante.

Cap. 1 De imagine Dei ad quam homo cõditus est, & quod homo iuxta hanc nulla re perinde ac uerbo Dei delectari possit.

Cap. 2 De certitudine & ueritate uerbi Dei.

3 De claritate uerbi Dei. 4 Canones quidã & certæ notæ, iuxta quas uerbum, quod per hominem prædicatur, probari potest.

De Canone Missæ Epichiresis, chartis 7. & quadrante. Ex præfatione authoris ad Theobaldum Geroldsegg Eremi diuæ Virginis apud Suitenses adminis-
» stratorem. Vrgente typographo intra quatriduum, quicquid est, absoluere coactus sum: quanquam annos iam aliquot meditor quod nunc primum ordior: sed
» cum nec mihi satisfaciam Epichiresin, id est, conatum appellauí. Et paulò post.
» Vt igitur oculis omnium pateat Canonem aliud nihil esse quàm uariarum uario-
» rum orationum cõmentarium, è spelunca primum ceu Cacum aliquem in lucem
» protraxi, &c. Tot enim impia habet quot orationes: uerbis ipsis sacris, & una
» precatione tantũ excepta. Et mox. Et Canon ipse scatet impietate, quã ubi digito locis suis monstrauimus, Canonem nouum orsi sumus, ut ijs qui omnibus ad
» hanc rem necessarijs melius structi sunt quàm nos, magis pia dandi ansam & occasionem offerremus.

De Canone Missæ libelli apologia, ad eundem Theobaldũ: angustior charta 1.

Aduersus Hieronymum Emserum Canonis Missæ assertorẽ, Antibolon, chartis ferè 10. Scripserat autem Emserus libellum contra H. Zuinglij Confutationem
» canonis Missæ: cui hic respondetur. Ex præfatione authoris. (Prodita in-
» doctissimi hominis Emseri imperitia, hæc subijcit.) Eos tractabimus locos, quos tu præ-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [732] - 346r

tu præteris, ut omnibus, qui paulummodo sacras literas degustarunt, manifestum fiat, de industria te illos transiliuisse, quod uel minus eos caperes, uel retrudere desperares: quales sunt, Ecclesia, Diuorum intercessio, Meritum, Eucharistia num sit oblatio, an sit purgatorium, nec ne, &c. Tractabimus autẽ dictos locos breuioribus uelut aphorismis. *Loci uel capita huius libri.*

Ad Fridolinum Lindouerum Bremgartensem concionatorem super publica de gratia per Christum hallucinatione Expostulatio: charta una & quadrante.

Christiana & orthodoxa prudentiss. Tigurinorũ Cos. totiusq; Senatus responsio ad Constantiensem episcopũ de Idolis & Missa, scripta per H. Zuinglium Germanice, & à Rod. Gualthero Latinitate donata: chartis 10. & dimid. Distinctus est autem liber in aliquot capita, quibus respondetur argumentis Doctorum Constantiensium, quæ singulis capitibus præponuntur.

Ad Valentinũ Comparem archigrammateũ Vraniensem responsio, de Euangelio, Doctoribus uel patrum authoritate, de Imaginibus, & Purgatorio, interprete Rod. Gualthero: chartis 18. & dimid.

Isagoge in Euangelicam doctrinam per Huld. Zuinglium scripta, & à prudentissimo Tigurinorum Senatu cunctis ecclesiarum tam in urbe quàm in agro ministris exhibita, ut ea instructi Euangelium pure prædicent. Rod. Gualtero interprete: chartis 7. Insunt autem hæc capita. De peccato. De lege. De euangelio. De abrogatione legis. De idolis uel imaginibus. De Missa.

Quo pacto ingenui adolescentes formandi sint, præceptiones pauculæ: (chartis 2.) quas aliqui seorsim excusas ad inuidiam nominis declinandã Christiani Theodidacti inscripsere. Est autem hic ordo Præceptionum, ut primẽ tenerum animum instituant in his quæ ad Deum attinent; Secundæ, in his quæ ad se; Tertiæ in his quæ ad alios spectant.

Pastor, quo docetur quibus notis ueri pastores à falsis discerni possint, & quid de utriusq; sit statuendum: interprete Rod. Gualthero: chartis 11.

De duplici iustitia, diuina & humana, liber unus; interprete Rod. Gualthero: chartis 9. & dimid.

De delectu & libero ciborum esu, de offendiculo item & scandalo liber, eodem interprete: chartis 8. In fine adduntur propositiones 16. quibus disputatur, an quisquam hominum ciborum quorundam esum interdicere possit.

De casta, intemerata, semperq; uirgine Maria Sermo, interprete Rod. Gualthero: chartis sex.

Anamnema de prouidentia Dei ad illustrissimum Cattorum principem: chartis ferè 14. cuius capita hæc sunt.

1 Prouidentiam necessario esse, ex eo quod summum bonum necessario uniuersa curat ac disponit.

2 Quid sit Prouidentia, & quid à sapientia distet.

3 Causas secundas iniuria causas uocari: quod methodus est ad prouidentiæ cognitionem.

4 De homine, & cur illi lex data sit cum diuina prouidentia cuncta gerantur.

5 Non esse hallucinatam diuinam sapientiam siue creando, siue per legem docendo hominem quem lapsurum esse sciebat.

6 De electione, quam Theologi prædestinationem uocant. Quod firma sit & immutabilis, quodq; fons eius sit bonitas & sapientia.

6 De fide. 7 Exemplorum uim superiora omnia confirmare.

TOMVS Secundus continet τὰ πολεμικὰ, id est, pugnas, quæ ipsi cum Pontificijs, Anabaptistis, & alijs aduersarijs suis intercesserunt. Nondum totus exiuerat dum hæc scriberem: chartas tamen fore suspicor circiter 300.

Præfatio Rodolphi Gualtheri, in qua multa de H. Zuinglij doctrina differit.

In Catabaptistarum strophas elenchus: chartis 17. Argumentum, quod præ
» fationem statim sequitur. Primo loco ad eas respondebimus calumnias, quibus
» confutata esse iactant nostra fundamenta. Secundo, superstitionis ipsorum fun-
» damenta subruam. Postremo, de fœdere iungam, deq; eo, quod firma manet ele-
» ctio Dei, & supra baptismum est atq; circumcisionem, imò supra fidem atq; prædi
» cationem. Auctarium deinde adijciam, in quo errores quosdam recens ab eis ex-
» quisitos, cum Deo refellam. Omnia uero leui manu. In duabus primis partibus,
» priore semper loco ipsorum uerba ponam, fideliter ex Germanica in Latinam lin-
» guam traducta: posteriore adnectam responsionem.

Ecclesiastes, id est, de ratione & officio concionandi liber, contra Catabaptista-
rum seditiosas conciones conscriptus: interprete Rod. Gualthero. Ex præfatio-
» ne post epistolã nuncupatoriã. Illos (scilicet Catabaptistas) nec diuinitus missos,
» nec in aliqua piorũ ecclesia ferri debere demonstrabo, nisi cõmuni aliquo & una-
» nimi totius ecclesiæ cõsensu hoc illis permittatur. Quamuis uero ipse libelli huius
» titulus, quem Ecclesiastem, ceu de concionandi munere disputaturi, inscripsimus,
» hoc unum tantummodo promittere uideatur: interim tamen uniuersam docendi
» rationẽ, & qualisnam hæc apostolorum tempore fuerit, paucis exponam.

De baptismo & eius prima institutione, anabaptismo, & pædobaptismo, id est,
paruulorum uel infantium baptismo liber, diuisus in tres tractatus, chartis 18. in-
terprete Rod. Gualthero.

Perioche singulorum tractatuum ex fine libri.

» Cæterum ne quis operis nostri prolixam & molestam tractationem merito repre-
» hendere possit (uarijs enim & absurdis aduersariorum obiectionibus non semel
» compulsus sum ea quoq; tractare, quibus aliàs non usq; adeo opus erat, modo il-
» lorum calumnias effugere uellemus) uniuersam omnium eorum, quæ hactenus di
» cta sunt, summam in breues hasce propositiones redigere libuit.

De baptismo.

» Animam hominis nullum huius mundi elementum, nulla denicq; res externa mun
» dare potest. Huius enim purificatio solius gratiæ diuinæ opus est.
» Baptismus ergo peccatorum sordes abluere nequit.
» Quoniam uero hic à Deo quidem institutus est, peccata tamen non abluit, constat
» omnino hunc non aliud quàm signũ esse Sacramentale, quo Dei populus in unam
» fidem & religionem obstringitur simul & colligatur.

De baptismo paruulorum.

» Quemadmodum in ueteri Testamento fidelium liberi, inter Dei populum censẽ-
» bantur: ita nunc quoq; Christianorum liberi, non minus quàm ipsi parentes, Dei
» sunt. Quis ergo prohibebit, quo minus aqua baptizentur, quos iam ante Dei esse
» constat?
» Circuncisio, si externi signi rationem & usum consideres, idem omnino ueteribus
» fuit olim, quod nobis baptismus est. Vt ergo infantes olim iussu diuino circunciti
» sunt, ita baptismus hodie quoq; paruulis & infantibus conferri debet.

De Anabaptismo.

» Anabaptismus nusquã in scripturis præcepto & iussu diuino traditur, exemplum
» quo niti possit nullũ extat, nec ullis diuini uerbi testimonijs probari potest. Quot
» quot ergo rebaptizantur, Christum denuo crucifigunt, uel contumaci & peruersa
» animorum pertinacia uel rerum nouandarum studio commoti. Post hæc for-
mula administrationis baptismi in Ecclesia Tigurina adscribitur.

Ad Balthazaris Huebmer Pacimontani libellum de baptismo æditum respon-
sio: interprete Rod. Gualthero. Distinguitur autem in partes duas: & seorsim,
ut in superioribus quoq; agit, de Anabaptistis, de baptismo, de puerorũ baptismo,

deniq;

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [734] - 347r

denique de anabaptismo.

Ad Petrum Gynoræum epistola, in qua de Fabro, Eccio, & Balthazare Catabaptista quædam comperies.

De peccato originali declaratio ad Vrbanum Rhegium, chartis 4. Ex præfatione. Efficiam ope Christi, ut omnes liquido uideant, quod quæ nos de hac re breuiter quidem, sed clare diximus, non temere, neque citra sacrarum literarum auctoritatem dixerimus: E diuerso autem multis multa in hac re dicta esse, quæ parũ firmitudinis in scriptura uere sacra habeant. Quid enim breuius aut clarius dici potuit, quàm Originale peccatum, non esse peccatum, sed morbum, & Christianorum liberos propter morbum istum non addici æterno supplicio? Contra uero, quid imbecillius dici potuit, & à canonica scriptura alienius, quàm baptismi lauacro hanc calamitatem leuari, penuria uero illius intentari: & non tantum esse morbum, sed etiam reatum? *Peccatum originale quid.*

De tumultuum & seditionum authoribus, & quinam seditiosi merito dicendi sint, qua denique uia ad Christianam pacem commode peruenìri possit, liber, Rod. Gualthero interprete: eo ordine distinctus per tres partes, quo in ipsa inscriptione habentur: chartis 14. & quadr.

Ad Matthæum Alberum Rutlingensiũ Ecclesiasten de cœna Dominica, chartis 2. & dimidia ferè.

De uera & falsa religione Commentarius, ad Franciscum Galliarum regem: chartis 44. scriptus anno Domini 1525. Ex præfatione ad Lectorem, post epistolam nuncupatoriam. Promiseram ante annum fermè multis trans alpes doctis pijsque hominibus, meam de religione Christiana sententiam Latine scripturũ. Coëgit me data fides, ut noctes & dies per menses tres & dimidiũ sudauerim, &c. Cum ergo liberet de religione Christiana eum doctissimis Galliarum uiris cõmentari, nec tamen daretur, Cõmentarium mittere statutum est: sic ubique festinatum, ut sæpe relegendi uix fuerit data facultas, tam abest, ut ulla castigandi aut ornandi adfuerit.

Index locorum, qui hoc opere tractantur.

De uocabulo Religionis.
Inter quos cõstet religio.
De Deo.
De homine.
De religione.
De religione Christiana.
De Euangelio.
De pœnitentia.
De lege.
De peccato.
De peccato in spiritũ san.
De clauibus.
De ecclesia.
De ecclesia contra Emser.
De sacramentis.
De matrimonio.
De baptismo.
De eucharistia.
De confessione.
De reliquis sacramentis.
De matrimonio.
De uotis.
De diuorũ inuocatione.
De merito.
De oratione.
De purgatorio.
De magistratu.
De scandalo.
De statuis et imaginibus.

Subsidium siue Coronis de Eucharistia, chartis 6. & quadr. Ex præfatione, quæ sequitur dedicationem. Haud parum multi sunt, qui priore de Eucharistia commentario sic moti sunt, ut rem planissimam in considerationẽ admiserint, cui prídem aures obstinatius quàm incantationi obserabant. Iis hoc subsidiũ mittitur, ut quod superioribus propter operis celerem ac tumultuariam promulgationem deest, hic ex parte sarciatur, partem enim alij præstabunt. Sumus enim ad ædendos libros omnium infelicissimi, temporum autem id ipsum iniquitate fit. Ea enim quotidie silentium ac latebras meditantem protrahunt, & ad scribendũ compellunt: sed interim ocium, interim annos ad maturandum pertinaciter denegant: quo fit, ut omnia nostra impetus iustius adpelles quàm libros. Sed Deo gratia qui nos hoc uelut auspicio docet à gloriæ studio desperandum esse, ac omnia simplici fide proferenda, ut quanto sint à cultu fastuque artificij alieniora, tanto sint ad illius *Inscriptionis ratio. De omnibus scriptis suis.*

De præsenti libro.

» gloriam amplificandam potentiora, quo manifestiũ fiat omnibus, arma nostra non
» carne, sed Deo esse potentia. Cum ergo pridem admodum inter alios locos eum
» quoq; qui de Eucharistia est in Commentario nostro tractauissemus, ædito iam li-
» bro, quædam in memoriam redeunt, quæ inter prima statueramus ponere, nisi ex-
» cidissent: quædam autem de nouo succurrerunt, quæ si tempus maturitatem con-
» cessisset, latere non potuissent, ut non tempestiue satis ante operis absolutionem ue
» nirent. Interea uero alius alia obijcit, è quibus illa responsione dignabimur, quæ
» aut propter obscuritatem suam, aut aduersariorum ueneficium in contrariũ quid-
» dam posse uisa sunt.

Ad Io. Bugenhagij Pomerani epistolam contra nouum errorem, ut ille inscri-
pserat, responsio: qua Eucharistię negotiũ & Christi uerba, Hoc est corpus meum, declarantur: chartis 2.

Ad Theobaldi Billicani epistolam responsio, chartis 5. eiusdem argumenti.

Ad Vrbanum Rhegium epistola, super eadem re: charta 1. & quadrante.

De cœna Domini plana breuisq; institutio, in simplicium quorundã usum Germanice conscripta, ne argutis aliorum fallacijs decipiantur: per Rod. Gualtherum
» Latine uersa: chartis 10. & trib. quadr. Ex præfatione authoris. Operæpretiũ
» fore putaui, ut cõmodissimos quosq;, imò summè necessarios diuinæ scripturæ lo-
» cos, qui simplicem, ueram, ac solidam Sacramenti huius sententiam nobis expo-
» nunt, unà cum ueterum Doctorũ sententijs ac Pontificij iuris Canonibus, qui ad

Libri diuisio.

» hanc rem faciunt, in unum collectos ac dispositos in uulgus ederẽ. Deinde cir-
ca finem præfationis, huius libri in quatuor tractatus diuisionem & ordinem his
» uerbis præscribit. Quoniam uero potissimum contentionis huius causam Chri
» sti uerba, quibus in Cœna usus, dixit: Hoc est corpus meum, minus propríe intelle
» cta præbuerunt: primo loco de falsis & erroneis horum expositionibus dicentes,
» quantum hinc errorum exortum sit demonstrabimus. Secundo autem, claris et
» perspicuis diuinæ scripturæ testimonijs, & fidei nostræ Christianæ axiomatis indu
» bitatis eadem illa Christi uerba sensum illũ qui hactenus ipsis uiolenter obtrusus
» est, nequaquam admittere posse ostendemus. Tertio genuinũ & proprium eo-
» rundem sensum proferemus, & eundem euidentissimis Scripturæ locis comproba
» bimus. Quartus locus uero obiectiones aliquot solidiores in speciem cõfutabit.

Epistola ad celeberrimam quandam Germaniæ ciuitatẽ, quæ tam ipsius quàm Oecolampadij scriptis aditum ad se præcluserat, à Rod. Gualtheri Latina facta:
» charta 1. & quadr. Ex præfatione R. Gualtheri. Monet & obsecrat ciuitatem
» (cuius nomen sciens uolens q; prætereo) ne Christianæ doctrinæ libertatẽ ullis hu-
» manæ rationis consilijs aut limitibus includi, nec ullorum insidiosis conatibus im-
» pediri patiatur: Quod ut facilius impetret, sententiæ suæ de Cœna Domini ratio-
» nem breuiter quidem, sed euidentissime reddit, &c.

Ad libellum doctoris Iacobi Struthionis de Cœna Domini contra se scriptum responsio, Rod. Gualthero interprete: chartis 10. & dimid. Respondetur autẽ ad uerba & sententias libelli à Struthione scripti singillatim, & ueluti per capita.
» Verba authoris ex fine libri. Porrò ne simpliciores quidam sublimium istorum
» minus periti, huiusmodi hominum illorum clamoribus seducantur, tres articulos
» hic subiungere libuit, in quibus Struthio cũ omnibus suis turpissime fallitur, cum
» hi nullis diuini uerbi testimonijs probari possint.
» Primo, Christi corpus in cœna corporaliter quidem, sed tamen inuisibiliter man-
» ducari: & Christum hic corporaliter, sed inuisibiliter simul præsentẽ esse: non mo-
» do citra diuini uerbi authoritatem, uerum etiam contra huius simul & fidei Chri-
» stianæ certitudinem asserunt.
» Deinde Christi corpus corporaliter manducatum fidem confirmare, ipsam uerbi
» prædicati & per fidem susceptí substantiam nobis conferre, contra omnes scriptu-
» ræ locos improbe affirmant.

Tertio,

Tertio, Iacobus Apostolus infirmos & morbo laborantes oleo inungere, et pro eis dem orare iubet. Quod si uero apostoli essentialem Christi carnem manducatā ad fidei confirmationem aliquid facere credidissent, haud dubie Sacramenti panem ægrotis afferri, & ab illis manducari uoluissent, cū fidei cōfirmatione non usquam magis, quàm in uitæ periculo mortisq; hora opus sit.

Responsio breuis ad epistolam satis longam amici cuiusdam haud uulgaris in qua de Eucharistia quæstio tractatur: chartis duabus, & tribus octauis partibus.

Amica Exegesis, id est, Expositio Eucharistiæ negocij ad Mar. Lutherum, chartis 21. & dimid. Ex præfatione ad Lectorem, qua monet ne fideles & simplices istis contentionibus moueantur. Tu interim Domino fidito, quod ad hanc col- « lationem pertinet, securus: Nam si Christi carnem nunquam, quatenus caro est, « edas, nihil de beatitudine cadet. Inter superos est Noa, Hanoch, Abraham, Mo- « ses, Baptista, & dij boni, quot myriades patrum, qui tamen Christi carnem corpo- « raliter nunquam degustarunt? Teneræ fidei est, ne dicam languidæ, quiritari: Quò « me uertant, dum isti inter se dissentiunt? Nos enim qui sumus, ut à nobis nemo dis- « sentiat? num iam non est uerum; Omnis homo mendax? Domino igitur adhære, « ac illius opus impigre facito: & noli quantumuis doctos aut etiam sanctos assuefa- « cere, ut nefas audeant esse putare si quis ab eis dissentiat. «

Ex initio libri. Volumus Exegesim sic ordinare, ut quibus niteris, ô Luthere, « *Ordo libri.*
ante omnia respondeamus: Mox fundamenta nostra subijciamus, ac uerborum « Domini intellectum: quanquam interim fiet, ut inter ea quæ respondemus, magna « pars fundamentorum nostrorum spargatur. Tertio loco post epilogum diserte ex- « primemus, quæ uos citra scripturæ authoritatem in hac causa adfirmatis. Postre « mo de Confessione ac Imaginibus, pauca pro auctario adijciemus, &c. Ex fine « libri, antequam de Imaginibus & Cōfessione loquatur, adscribemus quatuor pro- positiones, quas H. Zuinglius tum hoc in libro tum alibi impugnat.

Sequuntur nunc ista quæ & Lutherus & sui, citra Scripturæ authoritatem adserunt.

Corpus Christi naturaliter cōmanducatum in hoc Sacramento, fidem confirmat. «
Planus error est, & si perstes impietas. «
Corpus Christi naturaliter commanducatum, peccata remittit. Error est, & si per- « stes, impietas. «
Corpus Christi naturaliter adfertur uehiculo uerborū prolatorū. Error est ex ady- « tis Romani pontificatus, & si perstes impietas, & errorum omnium postliminio « reductio. «
Corpus Christi cum ad manducandum naturaliter præbeo, Euangelium familia- « re facio ei, cui præbeo: & corpus sanguinemq; dono. Error est & summa incogi- « tantia, ac si perstes, impietas. «

Ad D. Martini Lutheri sermonem in Vitenbergensi ecclesia pro substantialis corporis & sanguinis Christi in sacramento assertione contra Suermeros aut fa- naticos publice habitum, pia & amica apologia seu responsio, à Rod. Gualthero Latine reddita: chartis 3. & tribus quadrantibus.

Orthodoxa responsio, qua Christi uerba, Hoc est corpus meum quod pro uo- bis traditur, ueterem ac unicum sensum perpetuò retinere, & M. Lutherū ultimo suo scripto de Sacramento, nec suum nec Pontificis sensum docuisse aut confir- masse, docetur: Latinitate donata per Rod. Gualtherū: illustrissimo principi Ioan- ni duci Saxoniæ dedicata: chartis ferè 21. Verba authoris. Paulatim uniuersa « *Ordo libri.*
& singula libri tui capita percurremus, sic ut singula horum uel breuius uel copio- « sius, prout rei necessitas postulare uidebitur, dissoluamus simul & confutemus. « Vbi uero ad duo illa principaliora peruentum erit (quæ sunt, Sedet ad dexteram « Dei patris: &, Caro non prodest quicquam, &c. ad quæ sola omissis omnibus tibi «

» resp̃onderi postulas) claris simul ac firmis rationibus ea exponemus & confirma-
» bimus. Ex fine libri.

Errores autem qui in hoc libro tuo per te docentur hi sunt.

I. » Corpus Christi, quemadmodum & diuinitas ipsius, ubiq; locorum præsens est.
II. » Christus idcirco se nobis in sacramento hoc commonstrat & exhibet, ut ubinam
» quærendus sit, non ignoremus.
III. » Corpus Christi corporaliter manducatum tollit peccata.
IIII. » Caro Christi tota spiritualis caro est.
V. » Corpus Christi corporaliter manducatum corpora nostra ad resurrectionem pa-
» scit & conseruat.
VI. » Corpus Christi corporaliter manducatum fidem largitur uel auget. Quæ om-
nia abs te contra omnem diuini uerbi authoritatem docentur.

Hæc adscribere uisum est, ut intelligeretur quid potissimum hoc in libro H. Zuin-glius impugnet.

Ad Mar. Lutheri librum, quem is Confessionem dixit, responsio, Rod. Gualthe-ro interprete: chartis 31. Ex præfatione authoris ad Christianos principes Ioan-
» nem ducem Saxoniæ, & Philippũ Hessorum Landtgrauium. Primo omnium
» ad librum Lutheri (quantuscunq; tandem sit, & utcunq; confusus ac inordinatus)
» summa qua fieri potest breuitate respondebimus. Deinde, si quid in confutatione
» errorum suorum minus explicatum est, illud ipsum in secunda parte dilucide ma-
» gis exponemus simul & confirmabimus. Postremo, quicquid ab illo in hac sua
» fidei Confessione perperam effusum & traditum est, euidentissime demonstrare
» est animus. Hæc autem omnia non aliunde, quàm ex Dei uerbo, desumentur, &c.
» Cæterum epilogus huiusmodi est. Et hæc quidem de prima operis parte dixisse
» sufficiat, in qua multa absurda & inepta dogmata, multos sermones ineptos & fri-
» uolos surdis auribus præterire libuit, dum in hoc tantummodo incubuimus, ut po
» tissima disputationis huius capita firmis ratiõibus undiquaq; uallari possent, qua-
» lia sunt: Corporis Christi absentia: Quod Christi corpus circũscriptum sit: Quod
» ad Dextram Dei sit, interim tamen homo uerus permaneat: Quod Deo contra
» uerbum ipsius proprium quicquam facere, sit impossibile: Quomodo Christi cor-
» pus in Cœna sit: Quod scripturæ loci, quibus nos ceu firmo & solido scuto inniti-
» mur, à Luthero nec cõuicti, nec loco moti sint. Cum uero tandem eò peruentum
» sit, ut erronea Lutheri sententia conuinci iam & confutari debeat, priusquam illud
» facere aggrediamur Oecolampadij breuem quidem sed modestissimam et prorsus
» Christianam responsionẽ interserere est animus. Huic postea altera quoq; operis
» pars subiungetur, in qua nostram de uerbis istis sententiam proferemus, simulq;
» Lutheri sensum confutabimus.

Ioan. Oecolampadij ad Confessionẽ Lutheri de Cœna Christi æditam, respon-sio: cum doctissima præliminari epistola ad H. Zuinglium, qua mutuum inter se consensum testatur, & communem pro utrisq; apologiam scribit. Vide infra in Ioan. Oecolamp.

Ad Confessionem M. Lutheri responsionis H. Zuinglij Pars secunda: chartis
» 7. & dimid. Ex præfatione. Quandoquidem in prima operis nostri parte Lu
» theri tergiuersationibus potius quàm argumentis, ex affectuum priuatorum fon-
» te natis, responsum est, idq; copiosius quàm nostro quoq; iudicio iucundum gra-
» tumq; uideri possit, &c. eò loci nunc deuentũ est, ut eam quoq;, quam nos de Cœ-
» næ Dominicæ uerbis docemus sententiam, in medium proferamus.

Sermo primus Bernæ habitus, fidei suæ confessionẽ, & eiusdem expositionem continens, Rod. Gualthero interprete è Germanico in Latinum uersus: chartis 7. Tractat autem expositionem totius symboli apostolici, & multa obiter de corporis Dominici natura deq; Eucharistia disserit.

Sermo

Sermo ultimus, quem apud Bernenſes de conſtantia habuit: eodem interprete: paulò maior charta una: nam ſumma capita tantũ perſtringuntur, quæ coram Eccleſia copioſius expoſita ſunt.

Ratio fidei ad Carolum v. Rom. Imperatorem: eodem interprete.

Epiſtola ad illuſtriſſimos Germaniæ principes Auguſtæ congregatos, de Eccij conuitijs: eodem interprete.

Chriſtianæ fidei breuis & clara expoſitio ad Franciſcum Galliarum regem ſcripta paulò ante mortem eius: chartis 5. & dimid.

Ex præfatione ad Regem. Metus me inceſſit ne clementia tua perfidorum quorundã ſuggeſtionibus plus quàm uanis ac mendacibus, tentetur: irritari enim ſcio non poſſe. Qui quò ſunt perfidioſiores, eò apud plures ueritatem, non iam deferunt, ſed proſcindunt. Deferunt autem nos infinitis nominibus, ut religionẽ conculcemus, & ſanctam ſiue Regum ſiue Magiſtratuum functionem ac maieſtatem contemnamus. Quæ omnia quàm uere faciant, tua quæſo æquitas pronũciet, cum fidei noſtræ fontes, eccleſiarum noſtrarum leges ac mores, principum autem reuerentiam, nobis pro uirili exponentibus, audierit.

Ex præfatione D. Hen. Bullingeri. H. Zuinglius hoc libello ſeſe ueluti ſuperãs de uera fide neſcio quid cygneũ uicina morte cantauit. Exponit perſpicue & breuiter quæ ſit uera fides, quæue pia religio. Reſpondet item calumniatoribus fidem & prædicationem euangelicam infamantibus: adeoq; apologeticum quendã abſolutũ pro fide & religione uera omnibus cum regibus tum principibus Chriſtianis offert. Capita libri hæc ſunt.

De Deo & cultu eius. De Chriſto Domino.
Purgatorium. Præſentia corporis Chriſti in Cœna.
Quæ Sacramentorũ uirtus. Eccleſia. Magiſtratus.
Remiſſio peccatorum. Fides & opera.
Vita æterna. De Catabaptiſtis. Appendix de Euchariſtia & Miſſa.
Adminiſtratio cœnæ, qualis Tiguri & in alijs aliquot ciuitatibus uſurpatur.

Ad Ioannis Eccij Heluetiorum Legatis Badenæ agentibus tranſmiſſam epiſtolam Chriſtiana reſponſio, qua Zuinglio intentatæ calumniæ diluuntur. R. Gualthero interprete.

Ad eiuſdẽ epiſtolã & nouẽ pagorũ Heluetiæ conſiliũ Frouuenfeldæ initũ breuis & extemporanea reſponſio Tigurino Senatui exhibita. R. Gualth. interprete.

S. P. Q. Tigurini ad Io. Eccium epiſtola ſaluum conductum ipſi promittens, adiuncto ſimul Huld. Zuinglij epiſtolio: eodem interpre.

Ad duodecim Heluetiorum pagos, omneſq; fœderis eiuſdem ſocios de Badenſi Diſputatione epiſtola: eodem interprete.

Ad Ioannis Eccij propoſitiones ſeptem reſponſio prima: eodem interprete.

Ad Ioannis Eccij falſas & impias reſponſiones in Badenſi diſputatione prodítas reſponſio ſecunda. Rod. Gualth. interprete.

Ad Ioannis Fabri μὴ ἐπιστεταλμένην ἐπιστολὴν, id eſt, nunquam tranſmiſſam epiſtolam Reſponſio. R. Gualthero interprete.

Altera ad Ioan. Fabrum epiſtola, qua ad Fabri ſcriptum quo Zuinglij ad duodecim Heluetiorum pagos epiſtolam inſectatus eſt, reſpondetur. R. Gualth. inter.

Tertia ad Ioan. Fabrum reſponſio libellum ipſius mendaciorum pleniſſimum, quem NOVITATES dixit, confutans. R. Gualthero interprete.

Ad uniuerſos Chriſti fideles epiſtola, ut impium Fabri conatum, quo nõ nuper modo conſcriptis libris uerumetiam noui Teſtamenti codicibus incendium molitur, caueant. R. Gualth. interprete.

Quo pacto mendaciorum doli, quibus hoc ſæculum noſtrum ſcatet, caueri poſſint, breuis ſed exacta inſtitutio. R. Gualth. interprete.

Acta disputationis primæ, quæ R. D. Constantiensis episcopi Legatis cũ Huld. Zuinglio & inter alios complures Tigurinæ ditionis ministros extitit. Anno 1523. mense Ianuario, Rod. Gualthero interprete.

Acta disputationis secundæ, quæ coram uniuerso Tigurinorum senatu & uerbi ministris circiter quingentis transacta est, anno eodem, mense Octobri, Rod. Gualthero interprete.

TOMVS Tertius ea, quæ in Genesim, Exodum, Esaiam & Ieremiam prophetas, partim ex ore illius excepta, partim ab illo conscripta sunt, una cum Psalterio Latinitate donato, continet: chartis 221.

De farragine annotationũ in Gen. & Exodũ supra diximus in Gas. Megandro.

Psalterium ab H. Zuinglio ex Ebraica ueritate mira claritate, breuitateq; graui & puro sermone Latino donatum, et post mortem eius per Leonem Iudæ æditum, qui præfatiunculam quoq; de morte ipsius addidit.

Cõplanationis Isaiæ prophetæ fœtura prima, cum apologia cur quidq; sic uersum sit. Apposita est autem D. Hieronymi traductio è regione D. Huld. Zuinglij: sic ut columnæ (ut uocant) columnis respondeant. In epistola nuncupatoria ad Christianam ciuitatem Tiguri, Bernæ, Constantiæ, Basileæ, Sanctogalli, Mulhusij, & Bielæ urbiũ, quæ omnes liberæ sunt, & aristocratia reguntur, nihil aliud docet, quàm aristocratiam inter omnes imperij formas præferri deberi ipsi etiam Monarchiæ, quam ueteres omnes prætulerunt: quod ideo facit ut eis hortator sit libertatis diuini muneris fouendæ, foueri autem & custodiri docet non alio quàm ueræ religionis uinculo.

» Ex præfatione quæ Apologiæ Complanationis Isaiæ præmittitur. Isaiam ergo
» prophetarum omnium principem, ab annis aliquot, uel ob hoc ipsum, quod Paulũ
» apostolum olfecisset nullo magistro magis profecisse, quum pro uirili tracto, in-
Septuaginta. » uenio Septuaginta pluribus fermè locis à Hieronymo dissentire quàm conuenire.
» Dum tamen interim deprehendo istos, interim hunc ad lucem penetrauisse: Quid
Hieronymus. » porrò hic facerem? An Hieronymũ contemnerẽ, sine quo ad ꝓphetæ sensum multis locis nunq; peruenissem? An Septuaginta spernerẽ, citra quorũ iudicium non-
» nunq; cũ Hieronymo hallucinatus essem? Sed deo gloria, q me adduxit, ut utriusq;
» gratiã ita habuerim: ut si qui alteris propter ignorata quædam impensius maledice-
Io. Oecolamp. » rent, ingratus audirẽ. Dedit nobis post istos Isaiam & Oecolampadius, uir undiq;
» absolutior q̃ ꝓ multitudinis opinione, adeo Cõmentarijs illustratũ, ut quod ad sen-
» sum attinet, et sacrarũ literarũ collationẽ, nullũ unquam opus exierit à quoq;, quod
» æquius possit cornucopiæ appellari. Ipsum aũt prophetæ sermonem, & Hebraicæ
» linguæ dictionẽ, alijs in lingua Latina cõplanandam reliquit, &c. Post illos igit̃ ma-
» gistros, nos quoq; aliquid molimur: nõ hercle tam grande q̃ illi, &c. quorũ labore
» & excitati & adiuti sumus: ut quæ isti religione ꝓhibiti noluerũt planius dicere, fa-
» miliarius ac uulgarius interpretati simus, publico omniũ bono. Nõ ut ab illis dissen-
» tiremus, sed popularius loqueremur. Admodũ eñ pauca sunt à nobis ꝓdita, quæ
» ipsi aut nõ uiderint, aut dissimulauerint. At indubie nõnulla sunt, quę & nos alijs,
» ceu lãpada (q̃d dicit̃) præbẽtes, explicanda relinquimus. Quinetiã quædã adnota-
† Hæc enim ratione titulo fœtura prima inscribitur. » mus, quę in † secũda (si Dñs uitã supstitẽ fecerit) æditione aliter sumus daturi. Et
» paulò post. Facturũ me putaui operæpretiũ, si eum quẽ certũ & indubitatũ, Isaiæ
» prophetiarũ, sensum esse autumo, planum & obuiũ, diuinarũ literarũ candidatis
» redderẽ. Rationẽ aũt seorsim adsignauimus cuiusq; cõplanationis, in hunc præci-
» pue usum, ut si pij homines nostrũ instítutum probauerint, iam quasi adfuescant
» ad troporum, figurarum, & locutionum leges ac lora. Vt posimodum dilucidiora
» & planiora nostris istis in lucem ipsi ædant, donec ad eam doctrinæ mẽsuram per-
» ueniamus, ut ipsa eloquentia diuina possimus citra hominũ cõmentationes perua-

dere.

dere. Hæc, inquam, causa est, cur maturauerimus stromata nostra, ut si quibus fastidiosi incipiant esse commentarij, mox uelut index adsit labor noster, qui manuducat ad ea instrumenta, quibus cõmode tractari diuina eloquia existimamus. Non, Deum testor, ut quæ optime sunt dicta per istos qui diuersos in diuersa scripserunt commentarios, sugillem, sed ut leuiore opera & iucundiore, quemadmodum in mechanicis artibus quotidie faciliora & expeditiora prodire uidemus, tantundem perficiamus ac longis & anxijs commentationibus. Et aliquanto post. Et postremo, quod admonitum omnino oportet: Vaticinia quæ de Christo in hoc propheta habentur nonnunquam ita uersa sunt, ut genuinus sensus prorsus alius sit, quàm in Euangelicis commentarijs continetur. Sunt enim uaticinia in triplici differentia: Quædam sunt mera uaticinia: Quædam autem prophetarũ sermones ita sunt, ut ad sui temporis homines sint tamen dicti, & nihilo secius tempore Christi resumpta, sed in alium usum, ac uelut propria facta sint: Postremi generis uaticinia sunt res gestæ, &c. Post hæc iudicium suum profert de prima interpretatione, quæ Septuaginta dicitur: & de modo studendi in Hebraicis literis disserit.

Cõplanationis Ieremiæ prophetæ, fœtura prima, adiecta Apologia cur quidq; sic uersum sit, cum epistola nuncupatoria ad S. P. Q. Argentoratensem, scripta anno 1531. Ex epilogo Annotationum.

Hæc sunt quorum causa complanationem istam ante biennium absolutam texuimus. Cum autem post principium huius tricesimi primi anni Chalcographus exemplar ambiret, & fratres ac symmystæ instarent, inuitus parui: factumq; est ut textum non usq; ad finem recognitum hianti prælo dare coactus sim, ne cursum sistere cogeretur. Adnotationum autem cum ne apicem quidem ullum unquam reponam, subito fuerunt, ex his quæ Leo inter enarrandum è transcursu excipit, fingendæ, & antequam coctæ essent, extrudendæ. Ogganniebat hinc præli os implacabile, uorans quicquid è manu exijsset, hinc tantumnon ad supplicium postulabant occupationes, &c. Quibus factum est, primum ut in complanatione, quantumuis pauca, mutata uoluissem, quæ mutare non licuit: excusa enim erant antequã recognoscere daretur: Deinde ut annotationes rusticiores & incultiores prodeant, quàm si ante tempus potuissem perscribere ac retractare.

QVARTVS Tomus complectitur, (chartis 163.)

Annotationes in quatuor Euangelistas, Passionis Dominicæ historiam, in Pauli ad Romanos, Corinthios, Philippenses, Colossenses, Thessalonicenses, Hebræos, Iacobi item & primam Ioannis epistolas, ex Huld. Zuinglij ore exceptas. Ex præfatione Leonis Iudæ. Morem gerens amicis, quæ diuersis temporibus, sparsim et ordine confusaneo collegeram, succisiuis hoc anno horis, quantum quidem per negotia licuit, recognoui & in unum corpus redegi. Fuerunt autem plærag; Germanica, quæ uidelicet è sacra cathedra ab eo dicta sunt, quæ ego, quantum ualui, utcunq; Latine reddidi, non tam eleganter, quàm apte & dilucide, ut nec mediocriter docti difficultate orationis, nec sermonis cultioris studiosi dictionis barbarie absterreantur. Adiutarunt mihi onus hoc charissimi amici mei & fratres Gaspar Megander, & Vernerus Steynerus, &c. *Gaspar Megander. Vernerus Steynerus.*

Breuis Commemoratio mortis Christi ex quatuor Euangelistis per Huldrychũ Zuinglium in unam seriem concinnata.

De Annotationibus in epistolam ad Hebræos, & priorem Ioannis canonicam supra diximus in Gaspare Megandro.

Hactenus enumerata sunt omnia D. Huldrychi Zuinglij opera, præter EPISTOLAS, multas sanè & uariæ eruditionis in rebus sacris, de quibus in Io. Oecolampadio dicetur. Vtriusq; enim epistolæ uno uolumine permixtæ, Basileæ excusæ sunt.

HVMAIN (aliâs Humay) author Arabs Andromachi expositor: sic enim citatur à Fran. Caballo, in libro de Theriaca. Vide supra in Gerardo Cremonensi, qui testatur hunc authorem aliquot opera Hippocratis & Galeni commentarijs suis explicasse.

Cl. Galeni librum de 46. plantis habemus cum commento Humain. Gentilis. Hunc eundem esse aliqui suspicantur, qui alio nomine Ioannicius dicitur: uide infra.

HVNIBALDVS sermone barbaro Francorum historias conscribens multa habet fabulosa & commentitia. Henricus Cor. Agrippa.

HYGINI epistolae duae leguntur cum recognitionibus Clementis: alij Higinium scribunt. De C. Iul. Higino iam diximus.

HYPATII cuiusdam uerba citantur in Epiphanij episcopi scriptis Latine impressis Basileae: pagina 532.

HYPERIDES Atheniensis rhetor, unus ex decem praecipuis, Glaucippi rhetoris, uel secundum alios, Pythoclis filius: Lycurgi, & Platonis philosophi, & Isocratis rhetoris discipulus. Omnes eius orationes numero sunt, 56. Egregius rhetor euasit, sed mulierarius fuit. Suidas, qui etiam ab Antipatro rege ipsum occisum testatur.

Quarta ex orationibus Aeschinis, quae Deliaca dicitur, eius linguam & stilum mentiri uidetur, & à plerisq; Hyperidi tribuitur.

Inter orationes Demosthenis, quae de conuentis cum Alexandro inscribitur, Libanio uidetur Hyperidē authorem sapere.

Athenaeus Hyperidis orationes tres allegat, Deliacam, Contra Demadem, Contra Demosthenem. Apud Io. Stobaeum etiam aliquot eius uerba & fragmenta referuntur.

HYPEROCHI cuiusdā poētae Κυμαϊκὰ, id est, historia Cumana citatur ab Athenaeo lib. 12.

HYPSAEI cuiusdam scripta semel & iterum Athenaeus citat in suis Collectaneis.

HYPSICLIS anaphorica Graece extant Romae, eadem Latine excusa sunt cum elementis Euclidis Latinis aeditione Campani.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [742] - 351r

NOMINA ET LVCVBRATIONES AVTHORVM AB I litera incipientium.



ABES author Arabs, ut uidetur, in Tacuinis Elluchasem medici citatur.

IACOBINVS à S. Georgio iurisperitus, scripsit super 1. & 2. ff. Veteris. In primum & 2. Codicis. Super Feudis. De legatis officialibus, castris, castellanis, & confœderatis. De Inuestitura & eius clausulis.

IACOBVS apostolus, qui appellatur frater Domini, cognomento Iustus, ut nonnulli existimant, Ioseph ex alia uxore, ut autem mihi uidetur, Mariæ sororis matris Domini, cuius Ioannes in libro suo meminit filius, post passionem Domini, statim ab apostolis Hierosolymorum episcopus ordinatus, unam tantum scripsit epistolam, quæ de septem catholicis est, quæ & ipsa ab alio quodam sub nomine eius ædita asseritur. Licet paulatim tempore procedente obtinuerit authoritatem, &c. D. Hieronymus, apud quem & alia plura de sanctitate huius uiri testimonia habẽtur.

IACOBVS I.C. Vide in Triboniano.

Rabbi IACOB scripsit libros quatuor Thurim, quorum primus inscribitur Sebah, secundus Daa uel Dia, tertius Eben haezer, & quartus Hoschen hanniſpat.

IACOBI monachi sermones quidam Græci in Italiæ bibliothecis seruantur, nempe: In conceptionem diuæ Mariæ. De 12. tribubus Israel. Iterũ in conceptionẽ & generationẽ. In sancta sanctorum. Εἰς τὴν ἔξοδον τοῦ ναοῦ, καὶ εἰς τὰ ἐξῆς. Εἰς τὸν χαιρετισμὸν, &c.

IACOBI Alaxini medicæ aliquot disceptationes, excusæ Parisijs apud Vuechelum.

IACOBI Alkindi philosophi liber de gradibus medicaminum compositorum, impressus Argentorati, 1531. chartis 6. cum Tacuinis sanitatis Elluchasem, &c. quis ex Arabico in Latinum uerterit, non inuenio. Hunc librum refutat Auerrois in quinto sui Colliget, circa finem.

Alkindi, eiusdem opinor, licet prænomen non addatur, de radijs stellicis opus in magia extat.

IACOBI Alegreti Forliuiensis bucolicum carmen non indoctum extat. Blondus.

IACOBVS de Altauilla, natione Teuthonicus, patria Rinaugiensis, diœcesis Mo- T. cl. 1560.
guntinæ, scripsit nonnulla, è quibus ego uidi uolumen insigne,
Super Sententias, lib. 4. Quæstiones quoq; uarias, lib. 1.

IACOBVS Aluarotus ex familia Aluarotorum Patauij natus, præceptore in iure ciuili primum usus est Bartolemæo Saliceto: in iure uero Canonico, Francisco Zabarellæ, celebri iuris professore, qui tandem Cardinalis fuit: eum cõpatrem quoq; suum appellat. Fuit 30. annis in iureconsultorum collegio Patauij: sed 16. tantum annorum meminit, quibus continue prælegerit, incertũ Patauij ne, an alibi. Tum enim cum commentarios Feudales cum repertorio à se formatos Vniuersitati dedicaret, in professorum numero se non fuisse, in ipso operis limine significat. Mortuus est anno salutis, 1453. ætatis suæ (ut Bergo. tradit) anno 68. Sepultus est in templo S. Antonij Patauij, ubi iuxta sacellum S. Ioannis epitaphium eius in tabula legitur. Hæc ex uitis Ioan. Fichardi, qui epitaphij quoq; uerba adscripsit.

Commentarij eius super Feudis impressi habentur. Inuenio etiam citari scriptum Aluaroti (sine prænomine) in 1. ff. Vet. de pactis. l. rescriptum, paragr. si quis pacto: item Consilia eiusdem.

IACOBVS Angelus Florentinus male & indocte olim Cl. Ptolemæi libros Latine reddidit, nempe Cosmographiam, Quadripartitum, & 100. fructus.

IACOBVS Angelus de Scarparia uitam C. Cæsaris à Plutarcho scriptam ad Latinos deduxit: habetur inter cæteras uitas Plutarchi Latine impressas.

IACOBI Antiquarij epistolæ aliquot iunguntur Angeli Politiani epistolis, libro 4. 6. 9. & undecimo.

IACOBI Antonij Marcelli epistolæ quædam impressæ Basileæ apud Rob. Vuinter, cum Gilberti Cognati epistolis.

IACOBVS de Ardizono scripsit Summam de Feudis.

T. cl. 1300. IACOBVS de Arena natione Parmensis, utriusq; iuris consultus celeberrimus, ædidit in Iure ciuili multa præclara opuscula, nempe:

Super Codice,	lib. 9.	Super ff. nouo.	lib. 24.
Super ff. ueteri,	lib. 12.	Super ff. infortiati.	lib. 14.
De excusationibus,	lib. 1.	Disputationes uarias.	lib. 1.

Sed & alia nonnulla ædidit, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

* Inuenio præterea huius scriptoris lucubrationes citari: De dilationibus in l. 1. ff. Si quis cautio. De exceptionibus. De expendio. De positionibus. De positionibus & interrogationibus.

Iacobi de Are. commentarij super 1. & 2. ff. Veteris, non impressi, habentur Brixiæ in domo Gabiani.

Scripsit super Digestis & Codice, breuiter quidem, sed utiliter & docte. Illius opiniones, ut meminit Bartholus in Disp. 1. ut plurimum iuri consonæ fuerunt, & genuinum iuris intellectum consecutæ sunt. Ioan. Fichardus.

T. cl. 1240. IACOBVS Baldeuini iuris ciuilis professor, scripsit in ea facultate quædam præclara opuscula, è quibus ista feruntur.

Super Codice,	lib. 12.	Super ff. ueteri,	lib. 24.
Super ff. nouo,	lib. 12.	Super ff. inforciati,	lib. 14.

* Ioan. de Blanasco, non longo interuallo Accursium insecutus, æqualis fuit Iacobi Balduini, qui & ipse tum magni nominis erat inter Iuris professores: quanquam nullum post se scriptum reliquerit, sed per Odofredi discipuli sui scripta potissimum in memoria remanserit. Ioannes tamen de Blanasco in Commentarijs suis sup. Tit. de Actionibus in Institut. aliquoties ipsius Balduini opiniones affert, ut nescias utrum id tanquam Lector, uel tanquam auditor fecerit. Ioan. Fichardus in uitis iureconsultorum.

IACOBVS Bedrotus Pludentinus, natione Germanus, uir Græcæ & Latinæ linguæ doctissimus, quem Argentorati ante 12. annos, Græca interpretantem audiui, magno eruditorum luctu ante paucos annos è uita decessit. Præfatus est in historiam Flori, & in Athenæi Symposiaca, quæ cum Christiano Herlino castigauit, ut supra dixi.

T. cl. 1270. IACOBVS de Beluisio, utriusq; iuris clarissimus doctor, fertur in iure quædam præclara scripsisse opuscula, è quibus nullum adhuc uidere potui. Fertur autem eius:

In authenticis,	lib. 1.	De usu feudorum,	lib. 1.
Additiones in nouellis,	lib. 1.	Et disputationes uariæ. Et alia multa.	

* Iacobus de Bellouiso, septies libros Feudorum publice prælegit, & in illos demum Commentarios conscripsit; præterea practicam iudiciariã in Criminalibus, & librum Quæstionum ædidit. Ioan. Fichardus.

Inuenio præterea huius authoris allegari scripta, De excommunicatione. Practicam Iuris. In 6. Decret. de foro compet. c. Romana. paragr. contrahentes.

IACOBVS Bergomãs. Vide Iacobus Philippus Berg.

IACOBVS Bonus Epidaurius scripsit de raptu Proserpinæ libros 3. Rob. Vuinter excudit Basileæ in 8. 1544. cum Bartolemæi Bolognini Epitome in Ouidium, &c.

IACOBI Bracelli Genuensis historici eruditissimi, libri quinq; de bello Hispano: impressi Haganoæ apud Ioan. Secerium, 1530. in 4. chartis 11. & dimid. cum Io. Iouiani Pontani

Pontani de bello Neapolitano libris sex. Ex præfatione Nicolai Gerbelij.

In his authoribus uicissitudines rerum, consiliorum, reipub. bene administrandæ, prudentiæ militaris, exempla admiratione digna reperies: & uerũ esse quod Thebanus Cebes uerissime pinxit, super lapide rotundo stare Fortunam, super lapide quadrato Virtutem. Ex authoris præfatione. Habent, fateor, externorum quoq; regum ac populorum egregia facinora, & sua ad Virtutem incitamenta, nosq; (haud negauerim) potest Assyrius, Persa, Græcus, ad honesti amorem allicere. At dum nostrorum prudentiam, fortitudinem, iustitiam, moderationem, animi magnitudinem mandata literis admiramur, subit animum æmulatio, & quædam ueluti necessitas, ne degeneres, néue illorum absimiles uideamur. Hæc me itaq; ratio commouit, ut id bellum, quod cum Alfonso Maximo citerioris Hispaniæ rege, multos per annos gestum est, posteris proderem. Non quod inter plurima bella quæ Genuensis populus aduersus Pisanos, Venetos, reges Cyprios, aliasq; gentes suscepit: hoc unum uel maius fuerit uel memoria dignius: sed illa suorum temporum scriptores nacta sunt, qui qualicunq; oratione rerum exitus simplici ac nuda ueritate tradiderunt. Hoc uero quod sæculo nostro gestum est, nemo hactenus tractasse dicitur. Res sanè indigna, & merito ætati nostræ obiectanda, si memorabilis sanè belli cognitione, uel nostrorum temporum negligentia, uel scriptoris inopia posteritatem defraudaret. Argumentum.

IACOBVS Bugelius scripsit in aliquot M. Tullij orationes commentarios, nempe: In orationem De lege agraria contra Rullũ, primam. Post reditum in senatu. Pro domo sua. Pro Sestio. De prouincijs cõsularibus. Pro rege Deiotaro. Impressi sunt superioribus annis Basileæ apud Rob. Vuinter cum cõmentarijs in omnes M. Tullij orationes.

IACOBVS de Butrigarijs, Bartholi Saxoferrarij præceptor, complures libros post se reliquit. Scripsit enim super Digesto ueteri: super Codicem quoq; Lecturas duas, ueterem & nouam. Item commentatus est super Tit. de Actionibus, in Institutionibus. Aedidit etiam quàm plurimas disputationes, ut refert Baptista Caccialupus. Floruit anno, 1320. Ioan. Fichardus.

Lecturæ eius super Codicem impressę uæneunt. Inuenio autem peculiariter ab eo scripta citari. Super 1. & 2. Codicis. In primum ff. uet. Si quis cautio l. 1. De oppositione compromissi. De renuntiationibus iuris ciuilis.

IACOBVS de Canibus, scripsit de modo studendi in Iure.

IACOBVS Candidus, scripsit Commentariorum Aquileiensium libros 8. quos Alexander de Lindonis impressit Venetijs.

IACOBI Cardinalis Papien. epistolæ in 8. lib. epistolarum Angeli Politiani.

IACOBVS Carpus, Chirurgiæ professor olim Bononiæ, scripsit Isagogen in humani corporis anatomen, quæ impressa est (Argentinæ, ni fallor, per Henricum Sybold) in 8. chartis 17. cum figuris. Sed post accuratissimam illam D. Andreæ Vesalij anatomen, quæcunq; ferè ab alijs præsertim barbaris in hoc argumento scripta sunt, inutilia posthac iudicari debent, quod quidem eorum lectionem attinet: laude enim et gloria, uel propter animum egregium, uel quod suo tempore studiosos proiuuerint, nequaquam fraudandi sunt.

IACOBVS Ceporinus Tigurinus, uir tribus linguis doctissimus, primus in urbe nostra, me adhuc puero, Græcam & Hebraicam linguam publice docuit, sed breui tempore immatura morte nobis præreptus est. Ei successit in Hebraicis docendis D. Conradus Pellicanus, de quo supra diximus: in Græcis autem D. Rodolphus Colinus eruditissimus præceptor noster.

Compendium Grammaticæ Græcæ Iacobi Ceporini, postremò castigatum & auctum. Item Hesiodi Georgicon ab eodem breui scholio adornatum, ubi dictiones & sententiæ quædam obscuriores, atq; obiter Græcorum carminum ratio de-

clarantur. Ad hæc epigrammata quædam lepidiora Græca. Froschouerus excudit Tiguri, 1539. in 8. & Ceruicornus Coloniæ, 1533. in 8. Hæc grãmatica hactenus apud nos in scholis obtinuit, non sine fructu discipulorum: nec enim ullam (quod meminerim) aliam uidi, quæ tanta breuitate, cum alia linguæ Græcæ rudimenta, tum dialectos omnes comprehendat.

Scholia in Dionysij descriptionem orbis: & in Arati astronomicon, cum eisdem authoribus impressa Basileæ apud Thomã Vuolfium, 1534. & apud Bebeliũ, 1523.

IACOBVS Ceratinus Lexicon Græcum auxit, excusum Basileæ, 1524. cui æditioni etiam Erasmus quædam adiecit uocabula, & præfationem, quæ habetur ultimo libro epistolarum eius: ibidem reprehendit illum qui propria adiecit.

IACOBVS Cremonensis, Archimedis lucubrationes mathematicas cum Eutocij Ascalonitæ commentarijs Latinitate donauit, ut iam dixi in Archimede.

IACOBI à Cruce Bononiensis annotata in uarios, uidelicet in Ouidium, Virgilium, Persium, Lucanum, Papinij syluas, Senecæ tragœdias, Horatium, Martialem, Silium Italicum, Ciceronis epistolas familiares, Rhetoricos Ciceronis, Sallustij Catilinam & Iugurtham, T. Liuium, Valer. Maximum, Suetonium, Epistolas Plinij, Tusculanas quæstiones, Gellium & Donatum.

Eiusdem Iacobi prælectio in Liuium & Silium Italicum.

Prælectio in Boëtium Seuerinum.

Prælectio in Iuuenalem & Valerium Maximum.

Ascensius Parisijs cum quibusdam alijs excudit olim in fol.

IACOBVS Curtius Brugensis I. C. Institutionum iuris ciuilis libros 4. ex Theophili Antecessoris paraphrasi Græca Latinos fecit. Excusi sunt Pictauij in 8. anno, 1539.

IACOBVS Curulus. Vide supra in Bartolemæo Facio.

IACOBI de Dondis, qui & Aggregator Patauinus cognominatur, liber aggregationis in medicina, impressus in fol. magno, char. 142. alicubi in Italia, ut uidet. Ex
» præfatione authoris. Fuit principalis intentio medicinarũ simplicium, & quàm
» plurium cõpositarum uirtutes à diuersis scriptas authoribus, conuerso ab eis mo-
» do in tabulis sub debitis aggregare rubricis, relinquendo quæ in practicis libris or
» dinate scribuntur non egentes aggregatione. Authores enim proposita aliqua sim
» plici uel composita medicina, eius uirtutes subiungunt: ego uirtute præmissa, ag-
» gregabo remedia, authores subscribens & locum, &c.

Argumenta tractatuum & tabularum.

» Primus tractatus erit de primis uniuersalibus uirtutibus simplicium medicinarũ.
» 2 De secundis & uniuersalibus uirtutibus.
» 3 De tertijs, & particularibus ægritudinibus à capite usq; ad pedes.
» 4 De præparantibus ad sanatiuam & curatiuam partem.
» 5 De uniuersalibus ægritudinibus, & febribus.
» 6 De decoratione. 7 De pertinentibus ad chirurgiam.
» 8 De uenenis, & pertinentibus ad ea.
» 9 Circa inhumana, & primo circa animata, secundo circa inanimata.
» Decimus erit tabula nominum medicinarum supradictarum, deseruiens omni-
» bus authoribus nominatis. Et prima tabula continet nomina medicinarum sim-
» plicium: Secunda compositarum, ut possit quisq; ad prędictos authores habere re-
» cursum. Sunt autem authores Aggregationis huius: Serapion principaliter, eò
» quod plures adducit authores, maxime tamen Dioscoridem & Galenum: quare
» non posui simpliciter Dioscoridem, & raro Galenum. Plinius, qui post Dioscoridem fuit, antiquior Galeno. Rasis in Almansore & diuisionibus. Isaac in Diætis. Haliabbas. Macer. Auicenna. Colliget. Mesue de appropriatis. Præparator.
» Albucasis. Kiramides. Sextus Placitus Papiensis. Antonius Musa. Thessalus in

secretis

secretis de 12. herbis per signa cœli: & de 7. secundum Planetas. Apuleius. Plato. « Ignotus quidam, quem Serapion de simplicibus pluries allegat. Ianuensis Simon « in synonymis. Lapidarius. Albertus de mineralibus. Circa instans, &c. Opus « quidem hoc longis retro temporibus inchoatum completum est per me artium & « medicinæ doctorem magistrum Iacobum Paduanum, anno Domini, 1385. «

IACOBVS Faber Stapulen. celeberrimus nostri sæculi philosophus, Belgicæ, quin- T. in appẽdice.
imò totius Galliæ unicum decus. Denique ut exiguo concludas omnia uersu:

Ditauit Sophia sæcula nostra Faber. Sequuntur autem quæ in artibus liberalibus à se contexta sunt. Primum est:

Paraphrasis in logicam Aristotelis miro artificio elaborata.
In physicen Aristotelis introductio. Et paraphrasis stilo non inerudito contexta.
In Ethicen eiusdem paraphrasis & introductio.
In Economica commentarius.
In Politica commentarius & introductio.
In Arithmeticam Iordani commentarius & demonstrationes.
In Seuerini Boetij libros arithmeticos epitome.
In Musicam elementa quædam.
In astronomicum introductorium Ioannis de sacro Bosco commentarius.
Astronomici theorici corporum cœlestium, lib. 2.
Introductio in sex lib. Metaphysicos Aristo. & in eandem commentarius.
Cætera quidem maiora in liberalium artium facultate expectantur. Sed neque his contentus rebus diuinis animum intendit, magnum theologis nostris & diuini uerbi scrutatoribus ornamentum & adiumentum allaturus. Quod ex his quæ in hac sacratissima diuinæ sapientiæ disciplina, aut traduxit, aut scripsit, aut correctius emendatiusque imprimi curauit, facile deprehendi potest. Sunt autem subscripta.

Io. Damasceni translatio. Commentaria in Ricardum.
De Trinitate. Commentaria in Ecclesiasten.
Cõmentaria in epist. Pauli. Scholia in Dionysij Areopag. opera.
De ornatu spiritaliũ nuptiarũ. Commentaria in Hugonem de S. Victore.

Viuit Parisijs quotidie noua quædam fabrili sua incude cudens.

* Iacobi Fabri Grammatica, typis excusa.
Eiusdem Grammatographia: & ea, ni fallor, excusa.

Arithmetica Seuerini Boëtij in compendium redacta, siue Introductio in Arithmeticam speculatiuam Boëtij, cum Iudoci Clichtouei commentario: & Astronomico libro Fabri, & quibusdam Caroli Bouilli lucubrationibus. Hen. Stephanus excudit Parisijs, 1503. in folio.

Eadem introductio in Arithmeticam Boëtij simul & Iordani, alicubi in Germania olim excusa est in 4. sine commentarijs. Item Basileæ apud Hen. Petrum, 1536. in 8. cum Christierni Morsiani arithmetica practica: & rursus apud eundẽ in Appendice Margaritæ philosophicæ. Ex præfatione authoris in Arithme. Ex li « bris diui Seuerini hanc epitomen sum aggressus, cuius multiplex commoditas fu- « tura est. Ea enim assecuta ad numerorum demonstrationes, ut quibusdam Pytha- « goræ ritibus initiati præparatique accedent, atque illorum librorum prisca sapientia « refertorum institutionis arithmetices, perfacilem capessent intelligentiam: imò ex « ultima comparationis diui Seuerini & Iordani formula uniuersam elegantissimæ « & nunquam satis laudatæ numerorum institutionis commentationem cõsequen- « tur facillime, & ad quæcunque, quæ numerorum desiderant operam, uiam perfaci- « lem atque aditum. «

Ex præfatione in astronomicum theoricum corporum cœlestium: (sunt autem libri 2. chartis 7. & dimid. utrique summa capita ab initio præponuntur.) Lustraui « eam præsertim Astrologiæ partem, quæ prorsus synceram & liberalem in se con- «

„ tinet contemplationem, quam theoricen appellant, & lustrando quasi capita quæ-
„ dam, summasq; rerum per artificium collegi, ut ijs saltem prosim, qui minus in ea
„ disciplina fuerint instructi. Et proderit tum maxime, si diagrammata linearumq;
„ & superficierum descriptiones, subiectæ erunt oculis: aut eorum quæ dicuntur so
„ lidæ quædam repræsentationes: quod instructorum rudioribus munus erit proui-
„ dere: non enim commode excudi potuerunt, &c. Et quibus hæc nõ satis erunt,
„ magnam Ptolemæi adeant compositionem, ad quam hæc speculationum compen
„ dia non parum præparant.

Commentarij in libros de sphæra Io. de Sacrobusto, excusi Venetijs, 1495. char tis 8. in folio, cum aliorum commentarijs in eosdem.

Omnes libri Logicorum Aristotelis cum introductione Porphyrij, ad archety- pos recogniti, cum nouis ad literam commentarijs. Impressi Parisijs apud Petrũ Vidouæum, 1540. in fol. chartis 136. Ex præfatione ad Germanum Ganaieñ.
„ consiliarium regium. Logicorum libros aggressus, ut illos recognoscerem pro
„ tenuitate nostra primum tentaui. Paraphrases instituí, & quæ commentarios ma-
„ gna pro parte supplerent, annotatiunculas adieci. Et paulò inferius. Pro-
„ pter intelligentiarum lapsus, interdum maiusculas adieci notas: Literam per sola
„ capita distinxi, & per numeros conciliaui, ut confusio deuitetur omnis, ut certum
„ quippiam habeant quod interrogetur aut respondeatur & qui interrogant, & qui
„ ad interrogata respondent: quod maxime usum habet cum de profectu studioq;
„ auditorum periculum sumitur. Stilum ita temperaui, ut nullus de intelligentia
„ (si non me mea fallit opinio) aut queri, aut diffidere debeat: nisi fortè quis in barba-
„ riem delectus, adhuc misera sub captiuitate languet infirmus.

Philosophiæ naturalis totius ferè paraphrasis, cum introductionibus in physi- cam & metaphysicã. Iacobus Giuncti impressit Lugduni, 1536. in 8. chartis 45. paruis characteribus: & Petrus Vidouæus Parisijs in fol. cũ scholijs Iudoci Clich- thouei, chartis 137. utercq; ex Francisci Vatabli recognitione.

Sunt autem hi libri.

Introductio in libros Physicorum. Paraphrasis 8. librorum physicorum.
De cœlo & mundo librorum 4. paraphrasis.
De generatione & corruptione librorum 2. paraphrasis.
De meteoris librorum 4. paraphrasis.
Introductio in libros de anima. De anima librorum 3. paraphrasis.
Libri de sensu & sensato paraphrasis.
Libri de memoria & reminiscentia paraphrasis.
Libri de somno & uigilia paraphrasis.
Libri de insomnijs paraphrasis. Libri de diuinatiõe p somnũ paraphrasis.
Libri de longitudine & breuitate uitæ paraphrasis.
Dialogi ad Physicorum tum facilium tum difficiliũ intelligentiã introductorij duo.
Introductio metaphysica.
Dialogi quatuor ad metaphysicorum intelligentiam introductorij.

„ Ex authoris præfatione. Id te latere non debet, per totã Aristotelis philosophiã
„ abditam esse quandam secretam analogiam: perinde atq; per totum corpus spar-
„ sus fususq; tactus est: sine qua (ut sine tactu corpus) nostra philosophia inanima
„ est, uitæq; expers. Quam (si Deus hanc mihi largiatur gratiam) in commentarijs
„ aliquantulum detegam, &c. Cæterum hoc firma mente teneto, annotatiuncu-
„ las capitum quibus præponuntur, prænotioni quid est subseruire, interiectasq; in-
„ terim (sed raro) dignitates atq; positiones: hæ siquidem ut plurimum proprium in
„ litera locum obtinent. Et quando ad physicum intellectum procedimus, si paten
„ tissimum de se non fuerit principium, exemplo imperfectaq; inductione ut pluri-
„ mum utimur, aut aliqua Topica persuasione. Cum uero physica scientia traditur,

propo-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [748] - 354r

propositionis & assumptionis (quas maiorem & minorem dicimus) si per seipsas manifestæ non fuerint, suas approbationes subnectimus. Et ubi ultimo decumbitur, principium est, aut principij loco positum, ex principioue cognitum.

Ex præfatione in dialogos Physices introductorios. Qui suorum laborum fructum desyderarint, primum dialogũ prælegere atq; prægustare debent: & id præstare, Oneropolum, præsertim in secundo dialogo, in analogia docere, & eas aliquatenus denudare: & Enantium aliarum sectarum peritum (qui & sibi & sæpe alijs obuersus, contrarius extiterat) analogijs manus uictas dare.

Ex præfatione in Introductionem ad metaphysicos libros Aristotelis (quæ & si ad sex duntaxat libros Aristotelicos se extendat, ad omnes tamen utilis est. Sunt autem dialogi quatuor, in quibus multæ & uariæ quæstiones breuiter & clare disputantur, numero centum & una: quæ à fronte statim quasi in tabula ob oculos ponuntur, quas huc adscriberem nisi fugerem operis prolixitatem.) Verba authoris. Memoriæ proditum est Aegyptios sacerdotes & Chaldæos magos olim diuina mysteria tractauisse, & ab ipsis ad philosophos usq; manasse: quorũ hi per ideas, hi uero per diuinas rationes philosophati diuinam philosophiam (quam metaphysicen theologiamq; nuncupant) nobis reliquerunt. Qui ideas prædicant, Platonici sunt: Qui diuinas æternasq; rationes sequuntur, Aristotelici: quorum theologia Christianæ sapientiæ magna concordia affinitateq; consentit, atq; coniuncta est. Libuit ergo periclitari in libris Aristotelicis, & introductorios commentariolos in sex primos metaphysices libros parare ut cæteris detur occasio metaphysica diuine intelligendi, & de pijs philosophis mitius cogitandi, quos suo tẽpore fecit Deus suos sacerdotes, suos uates, & faces quæ ad tempora nostra lucent. Et licet Dominus, qui omnem hominem illuminat, nondum in mundo uisibilis apparuisset, ipsis tamẽ de suo cœlo lucebat, qui est lux immensa atq; infinita, omnib. sæculis lucens.

Decem librorum Moraliũ Aristotelis tres cõuersiones: Prima Argyropyli Byzantij, secunda Leonardi Aretini, tertia uero antiqua, per capita & numeros conciliatæ: communi familiariq; commentario ad Argyropylum adiecto. Iacobi Fabri introductio in Ethicen. Magna moralia Aristotelis Georgio Valla interprete. Leonardi Aretini dialogus de moribus. Index in Ethicen. Item in magna Moralia. Volumen impressum Parisijs apud Simonem Colinæum, 1535. in fol. chartis 112.

Ex præfatione Iacobi Fabri ad Ioan. Rellicum episcopum Andegauensem. Paratos tuo nomini de moribus commentarios serena fronte suscipias. In hac literaria expositione, quantæ potui breuitati studui. Quæstionum & argumẽtationum (nisi doctrinalium quæ in litera continentur) uiam non tenui: quod mores non longa uerborum disceptatione, sed sana intelligentia & recta educatione (ut uult Plato pariter & Aristoteles) parentur, &c. In unaquaq; uirtute adhortationes adiunxi, quod ad beate uiuendum animos flectendi pondus aliquod habeant. Ad quod faciendum exempla ex Plutarcho, Plinio, Herodoto, Halicarnasseo, Q. Curtio, Cor. Tacito, Iustino, Laërtioq; deprompta sunt. Frequenter carmina ex Virgilio, Ouidio, Horatio, Iuuenale, Hesiodo, alijsq; poëtis, interserui. Obscœnitatem uerborũ etiam in fulminandis uitijs deuitaui: quod huic disciplinæ maxime accommoda sit uerborum sententiarumq; honestas. Tres literas, Argyropyli, Leonardi, & antiquam conciliaui, & capitibus & numeris: ut semper ad consimiles numeros, consimilis litera respondeat: & commentarium familiarem ad Argyropylum adiunxi, quod in uertendo Aristotele magnæ diligentiæ fuisse commendetur: in paucis tamen & raro dissensionis phantasia apparet, quę facile legentibus se ingerit. Et commentarium conclusionibus, diuisionibus, diffinitionibus, corollarijs, & consimilibus distinxi: quo Parisienses suum philosophandi modum recognoscant: ad quorum utilitatem hæc euigilata, non qualia dignum esset, sed qualia potui, transmissa sunt ad studiosos.

Politicorum libri octo: & Oeconomicorum libri duo, Leonardo Aretino interprete cum Commentarijs Iacobi Fabri, & Annotationibus ad singula capita. Hecatonomiarũ libri septẽ, eiusdẽ. Oeconomicorum publicorum liber unus, eodem interprete, sine cõmentarijs. Leonardi Aretini explanationis in Oeconomica libri duo. Volumen impressum Parisijs apud Hen. Stephanum, 1506. in fol. chartis 89. Ab initio ponuntur argumenta in 8. libros Politicos: deinde index propriorum nominum & locorum eosdem.

» Ex præfatione Iaco. Fabri. Quantum hos libros recognoscendo laboris assumerim, quot mendas eluerim, non est quod ipse recenseam.

Ex præfatione eiusdem in Hecatonomias suas, (quarum seorsim chartæ sunt 16.) ad Ioanem Ganaium Parlamenti curiæ Franciæ Senatus primarium præsidem.

» Cogitaui quàm primum ex decem de republica & duodecim de legibus Platonicis libris, leges colligere, septem autem libellis digestas munusculum susceptí nuper abs te regij muneris gratulatorium offerre. Hosce autem libellos iccirco Hecatonomias inscripsi, quod quisq; centum leges complectitur. Fuerunt etiam (fateor) & aliæ causæ, quæ me ad hunc suscipiendum laborẽ impulere: nam cum suscepissem Politicorum Aristotelis recognitionem & cõmentarios meditatus fuissem: occurrebant Socrates & Plato, frequenter in ius ab Aristotele uocati, quos si adducerẽ, & ad Politicẽ facere uisi sunt, & ne falsò uideretur Aristoteles illos pro ueritatis defensione insimulauisse: adducere autem dispersim, & in singulo quoq; loco, & longum & onerosum usum est: at legentibus multò conducibilius, si sua serie, pro rei magnitudine in uno uolumine collecti pariter æderentur: sicq; magis insuper posse prodesse, præsertim ijs qui prima legum tyrocinia aggrediuntur, si post lectam Ethicen & Politicen (quas omnino ante uoluminum iuris aggressio-nem prælibare eos oportet, qui legitime instituuntur) ex philosophicis legibus, ut ex quibusdam præludijs, ad illas sacrosanctas, augustas, & imperatorias leges surgerent.

Index Hecatonomiæ Socraticæ.

De legislatore.	De nuptijs.	De educatione.
De disciplina.	De moribus.	De artificibus.
De regione.	De uictu & necessarijs.	De militia.
De re sacra.	De magistratu.	Iterum de legislatore.

» Hic index Socraticæ Hecatonomiæ appositus est, quod illa ordinata est: cæteræ autem consimiles ferè materias continent, sed inordinate relictæ sunt, quemadmodũ à Platone sunt discussæ. Qui uolent, poterunt & indices ordinare.

Commentarij initiatorij in quatuor Euangelia, excusi Basileæ apud Cratandrũ, anno 1523. in fol. chartis 208. & Coloniæ apud Ceruicornum, 1541. in magno folio: chartis 182.

» Ex præfatione authoris. Vt nouum sydus exortum nihil officit, sed noctem reddit illustriorem, & si solis iubar nondum explicetur: sic nec nouos, si qui parentur, in euangelia commentarios, qui etiam mentem nostram illustrarent, quicquam obesse duximus. De quorum tamen genere hosce commentarios, quos primum ad Dei gloriam, deinde ad Euangelicæ ueritatis cognitionem, postremo ad omnium utilitatem, in euangelia conscripsimus, nequaquam esse dicimus: sed de eorum qui mentis tenebras discutiant, & eam luci peruiam quoquo modo efficiant, &c. Idcirco operam nauauimus parandis nouis in Euangelia commentarijs, qui tenebras mentis discuterent, & in eadem quandam ueluti purgationem efficerent, solum eam quam à Deo expectauimus secuti gratiam, nisi sicubi nos nobis ipsis relicti, nonnihil nostri admiscuimus: quod, nostrum fatemur, & nequaquã magnifaciendum: quod autem tale non est, Deo acceptum referimus. Neq; alio-rum laboribus incubuimus, ut inopes magis à Deo penderemus. Etenim me non latebat,

latebat, diligentiam quæ studio & euoluendis libris præstatur horum sacrorum af-
ferre non posse intelligentiam, sed eam dono & gratia esse expectandam: quæ non
pro cuiusquam meritis, sed pro mera largientis liberalitate concedi solet. Proinde
hos commentarios, ne stellæ quidem lucenti per noctem assimilari uolumus: sed
aëriæ potius purgationi. Tria nanq; sunt quæ maiores nostri posuere, purgatio,
illuminatio, & perfectio, quibus hæc inferiora superiorum redduntur æmula. In-
ter quæ perfectio locum tenet summum, illuminatio medium, purgatio infimum.
Quo in genere commentarios nostros, qualescunq; sunt, collocamus: & proinde
purgatorios, id est, initiatorios nuncupamus. Det Deus, sint qui & illuminatorios, Titulus.
& (ut uolet) perfectorios adijciant. Et paulò post. At ne uos lateat quo pacto
hi commentarij sint purgatorij, paucis tandem uos ordinis admonebo. Primo lo- Ordo.
co uetus occurrit æditio: deinde annotationes breues, quæ partim quod in uetere
æditione obscurum est, illustrant: partim quod uitiatum est, emendant: partim
quod apud Græcos plusculum est, adijciunt præposito asteriſco: partim quod non
habetur apud illos, confodiunt obeliſco: partim alia subindicant, quæ ab ijs, qui
quantulacunq; luce donati sunt, facile intelligentur. Quæ omnia tum mentium,
tum ueteris literæ purgationem efficiunt. Tertio loco sequitur commentarius,
exactius consimilia efficiens. Sed & ueteris æditionis literam duplices numeri cir-
cumstant: quorum exteriores, numeris commentarij respondent: interiores, nume
ris breuium annotationum. At antequam opus ipsum aggrediamur, concordiam
quandam quatuor euangelistarum præfigemus, in qua duo puncta, designant illic
minus haberi: tria instar trigoni, plus: quatuor instar tetragoni, simile: duo puncta
præposita trigono, primum minus, deinde plus: & contra, ediuerso.

In omnes Pauli epistolas Commentarij, impressi Coloniæ in 4.

Commentarij in epistolas catholicas, Iacobi 1. Petri 2. Ioannis 3. Iudæ 1. Im-
pressi Basileæ apud Cratandrum, 1527. in fol. chartis 43. cum indice. Ex præfa-
tione authoris, quam scripsit ad D. Antonium à Prato, anno 1525. Quum in has
epistolas, Iacobi, Petri, Ioannis, & Iudæ, rari admodum reperiantur Commentarij,
& maxime qui antiquorum sint (neq; enim memini me in eas quicquã ex antiquis
legisse, nisi quasdam adumbrationes, quæ Clementi cuidam Alexandrino adscri-
bi solent, & Collectanea Bedæ) ita studui, Christi adiutrice gratia, & utinam per to-
tum directrice, in ipsas Commentarios concinnare, ut omnibus prodesse, & nemi
nem (nisi quem pia Christi doctrina lædit) possint offendere.

Ex præfatiuncula ad Lectorem, quæ epistolæ nuncupatoriæ statim subnectitur.
Adieci annotationes ex Græco, in fronte marginis cuiusq; capitis æditionis Lati-
næ, ut nostræ tralationis à Græca litera, quę nunc habetur, dignoscatur diuersitas,
& etiam ut aliquot in locis planior reddatur intelligentia. Post hæc admonet
de signis quibus utitur, ut commodius & distinctius hoc institutum suum Lectori-
bus repræsentaret. Et paulò post. Et id insuper notatu non uideatur indi-
gnum, in euangelijs & epistolis Pauli æditionem Græcam, nostra tralatione fideli-
orem atq; integriorem: In his autem catholicis epistolis, nostram translationem illa
quibusdam in locis nunc habet (ut nonnulli putant) integriorem, & eo ordine quo
sacer Hieronymus indicauit, ac partim restituit, ipso dicente in prologo super has
ad uirginem Eustochium, &c.

Quincuplex psalterium, Gallicum, Rhomanum, Hebraicum, Vetus, Concilia-
tum. Volumen excusum Parisijs apud Hen. Stephanum, anno 1513. in folio: char
tis 147. Ab initio operis habentur Epistola, Epilogus disputationis Psalmi
tricesimi. Appendix in Psalmum tricesimum. Prologi Hieronymi tres. Par-
titio Psalmorum triplex. Indices Psalmorum duo. Ex epistola nuncupatoria
ad D. Guillelmum Briconnetum Cardinalem, episcopum Tusculanum, archiepi-
scopum Narboneñ. Absit nobis credere hunc literalẽ sensum, quem literæ sen-

„ ſum appellant, & Dauid hiſtoricum potius facere quàm prophetam: ſed eum ſen
„ ſum literæ uocemus, qui cum ſpiritu concordat, & quē ſpiritus ſanctus monſtrat:
„ ſcimus (inquit diuiniloquus Paulus) quia lex ſpiritualis eſt: & ſi ſpiritualis, quomo
„ do ſenſus literalis, ſi ſenſus legis eſt, ſpiritualis non erit? ſenſus igitur literalis & ſpi-
„ ritualis coincidunt, non quē allegoricū aut tropologicū uocāt: ſed quem ſpiritus
Scopus. „ ſanctus in propheta loquens intēdit. Et huic eliciendo ſenſui (quantū ſpiritus Dei
Antipopho- „ dedit) inuigilauimus. Quod ſi quiſpiam contenderit me id pro dignitate non effe-
rā. „ciſſe: ultro illi cedens nequaq̄ negauerim. Quis enim prophetæ pro dignitate men
„ tem aperuerit, qui idem propheta nō ſit, ſpiritúmue prophetæ aſſecutus? quod de
„ me dicere non poſſum, neq̄ quod eſt apud Homerum: Nulloq̄ uirorum
„ Ducimur auſpicio: manifeſta in luce monentem
„ Ipſe Deum uidi, uocemq̄ his auribus hauſi.
„ Ii tamen, quorum auſpicijs ducor, ij quos imitor: id ipſum dicere potuerunt: & con
Alia obiectio. „ cordia ſcripturarum maxima ex parte nos ad hoc peruexit. Sed erunt fortè alij,
„ qui caſſum hunc noſtrum cauſabuntur laborem: ut qui poſt Didymum, Origenē,
„ Arnobium, Euſebium, & ex noſtris Hilarium, Hieronymum, Ambroſium, Au-
„ guſtinum & Caſſiodorum in Pſalmos ſcripſerim. Quibus reſpondebimus, apud
„ illos præclare omnia, & illos diffuſe tractaſſe, nos ſuccincte: illos non unum ſen-
Auguſtinus. „ ſum, nos unū præcipue, & eum qui ſpiritus ſancti, & mentis eſſet prophetæ, quæ-
„ ſiſſe: illos cum commentati ſunt, unicam ſibi Pſalmorū literam ſubiecíſſe, ut Au-
Caſſiodorus. „ guſtinus Pſalterium uetus, quod minus cæteris caſtigatum eſt, unde ſæpe relicta
„ Pſalmi intelligentia, euagari coactus eſt. Caſſiodorus Romanam ſecutus eſt pſal
„ modiam, & reliqui eam literam quam præſentem in manibus habuere. Nos ua-
„ rias literas conſuluimus, ut primarium inde ſenſum fideliter erueremus. Cæte-
„ rum in unum corpus quinq̄ pſalteria redegimus, Gallicum, Romanum, Hebraï-
„ cum, Vetus, & Conciliatum: ut ex eorum mutua inuicem collatione iuuentur ij,
„ quos ſimilis indaginis cura mordebit, & ob id præterea ut multi cantus eccleſiaſti-
„ ci, unde ſumpti ſint, agnoſcantur. At rurſus quæret aliquis cur ita uocentur,
Romanum. „ cum ſingulum quodq̄ Latino ſermone conſcriptum ſit? Hac crediderim ratio-
„ ne Romanum dici (ut ab eo primum incipiamus, quod in hac æditione ſecun-
„ dum locum obtinet) quod Romæ emendatum à Hieronymo (ceu ex eius prolo-
Gallicum. „ go dilucet) in eccleſia caneretur Romana, id eſt, Gallia tranſalpina. Et Gallicum,
„ quod eo eccleſia Gallica, id eſt, ciſalpina uteretur: & illud eſſe arbitror, quod ad
„ preces Paulæ & Euſtochij ſecundo correxit Hieronymus: hoc ductus argumen-
„ to quod in uetuſtis codicibus illud obelis & aſteriſcis reperimus annotatum,
Hebraicum. „ quemadmodum ſcribit idem Hieronymus ſe annotaſſe. Hebraicum uero,
„ quod nulla media intercedente lingua ex Hebræo ad Sophronij preces Latina il-
„ lud donarit colonia. Quæ tria Pſalteria tribus columnis altrinſecus è regione
„ poſitis deſcripta, maiores noſtri magna diligentia deſcribi curarunt & deſcripta
„ cuſtodiri, ut in uetuſtioribus bibliothecis licet adhuc intueri. Et ad hoc emittendū
„ opus pij & religioſi uiri Cartuſij & Cœleſtini hunc in modum deſcriptis exem-
„ plaribus, humaniſſime nos iuuarunt, atq̄ ad emiſſionem prouocarunt, deflentes
„ tam dignum & inſignem patrum noſtrorum laborem inter tineas & blattas longo
Vetus. „ ſitu deperire. Porrò pſalterium Vetus dicitur, quod eo uel maxime ante ædi-
Conciliatum. „ tiones à Hieronymo emendatas uterentur eccleſiæ. Conciliatum, quod pauca
„ addat aut mutet ad Gallicum, quo magis ueritati et Hebraico concordet Pſalterio:
„ & quandoq̄ ut aptior & accommodatior habeatur ſermo. Et ne hoc nimis no-
„ uum aut inſolitum uideatur, ante nos Græcam pſalmorū pentaplā Alexandrinis
„ fecit Origenes, cui adiunxit Epitomen: ex quo quidē opere tantum abfuit ut quis
„ eum reprehenderit, ut etiam pro ea re laudes eius ad tempora noſtra perdurent.

Et nos

Et nos identidem huic æditioni breuissimam adiecimus expositionem, & pauca alia, ut concordias, annotationes, argumenta, conciliationes, & id genus.

Ex præfatione in Conciliatum & Vetus psalteria, quæ reliquis tribus è regione positis subnectuntur seorsim & ipsa è regione, cum argumentis copiosioribus, nam in præcedentibus Tituli breues argumentorum uicem implent. Ad Conciliatum nomina Dei, quibus propheta per spiritum sanctum in hac tota psalmodia laudat Deum, annexui: tum quod frequenter aliquorum in annotationibus meminimus: tum quod non parua mysteria, & tam nostræ religioni utilia, quàm scitu digna, continere uiderentur. Et nomina Dei ad Marcellam scribens sacer Hieronymus decem enumerat, primum El: secundum Elohim, &c.

Contemplationes idiotæ. Liber impressus Lugduni apud Paganum.

Argumenta scripsit in epistolas undecim Ignatij Antiocheni antistitis, & unam beati Polycarpi. Qui liber impressus est Basileæ in 4. 1520. apud Adamum Petri.

Iacobi Fabri de tribus Magdalenis, & de unica Magdalena liber impressus.

Ioannis Damasceni de orthodoxa fide libri 4. Ia. Fabro interprete, impressi sunt Parisijs apud Hen. Stephanum in 4. anno 1507.

Scholia scripsit in Dionysij Areopagitæ opera, de quibus supra dixi, & uerba ex Iaco. Fabri præfatione adscripsi, folio 210. a.

IACOBI fratris præpositi Augustiniani, Historia utriusq; captiuitatis, impressa.

IACOBI Fontani iudicis appellationum populi Rhodiensis, de expugnatione Rhodi epistola ad Adrianum VI. Pont. max. charta 1. impressa Basileæ, 1538. in 8. cum Iacobi Sadoleti oratione de bello Turcis inferendo, & alijs quibusdam, apud Thomam Platterum.

Belli Rhodij historia tribus libris conscripta. Impressa Lutetiæ apud Vuechelum.

IACOBVS Forliuiensis philosophus & medicus celeberrimæ opinionis, scripsit in T. cl. 1430.
sua facultate perutilia opuscula, è quibus præcipua feruntur,

De extensione graduum forma, lib. 1.
In primum canonem Auicennæ, lib. 1.
In Aphoris. Hippocratis, lib. 1. In tegni quoq;, lib. 1.
Et quædam alia.

* Commentarij huius authoris super aphorismos Hippocratis, In primi Canonis Auicennæ Fen duas. In librum Techne Galeni. Impressi sunt Venetijs apud Octauianum Scotum. Stilus est barbarus, ut eius sæculi, sed rerum cognitione fœcundus.

Commentarij in tres libros Artis paruæ Galeni, cum quæstionibus in eosdem numero 91. (quas breuitatis causa hic non recensebo, additur autem in fine libri earum catalogus.) In Italia, Papiæ ni fallor, olim seorsim impressi sunt in magno folio, & uolumine satis crasso.

Expositio super primo Canonis Auicennæ cum quæstionibus 60. enumeratis in fine libri: & Iacobi de Partibus expositio super aliquot capitibus Fen secundæ à Iacobo Forliuiensi non expositis. Item, Hugonis Seneñ. de mala complexione diuersa. Quæstiones Iacobi Forliu. Quæstiones tres extrauagantes. Volumen impressum Papiæ in magno folio. *Iac. de Partib.* *Hugo Senensis.*

Commentarij in aphorismos Hipp. cum Quæstionibus quinquagintanouem, impressi Venetijs 1490. in magno folio: chartis 67.

IACOBI Gengeri, artium & medicinæ doctoris, consilium de pestis regimine, præseruatione, & cura, Eychstadij ab eo conscriptum anno Domini 1534. Stilus est Latinus quidem nec inelegans, sed affectatus. Philippus Vlhardus excudit Augustæ in Germania, 1535. in 8. chartis 5. Sunt autem capita 27.

T.cl.1290. IACOBVS episcopus Genuensis, ordinis fratrum Prædicatorum, scripsit non pauca opuscula, è quibus pauca ad notitiam meam peruenerunt, quæ & subiecí. Volumen magnæ quantitatis de uita & gestis multorũ sanctorum, quod prænotauit: Legendã auream siue speculum sanctorũ, sed iam cõmuniter appellat legenda seu

Historia Lombardica, lib.1.
Mariale de sancta Maria, lib.1.
Chronicam Genuensium, lib.1.
De opusculis S.Augustini, lib.1.
Sermones de tempore, lib.1.
Sermones de sanctis, lib.1.
Sermones quadragesimales, lib.1.
Vniuersum tempus præsen.
Cogitanti mihi dies an.
Sacra scriptura diuini.
Vestigia eius secutus est.
Sermones de sancta Maria, lib.1.

Alia insuper nonnulla ædidit, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

IACOBVS de S.Georgio, scripsit super Pandectas & Codicem.

IACOBVS Gislenus Thalassius, breuissimum Dialecticæ compendium ædidit, excusum Augustæ Vindelicorum apud Hen.Steiner, anno 1532. in 8. chartis 4.

» Ex præfatione authoris quam scripsit Ingolstadij eodem anno. Quum in alma Ingolstadiensi academia, nobilissimis aliquot adolescentibus Dialectica prælegenda suscepissem, ea mihi tantummodo cura fuit, ne aut ego laboris frustra suscepti, aut illi pecuniarum suarum iacturam paterentur, &c. Quapropter relictis sordidis quorundam copulatis, ex tanto scriptorum aceruo, quæ optima uiderentur, in Compendium redigere elaborauí, adiectis nonnullis, quæ ab alijs, aut studio neglecta, aut tradita fuissent obscurius, quàm ut inde aliqua utilitas nasci posset.

T.M.1472. IACOBVS de Gruytrode, natione Teuthonicus, ordinis Carthusiensium, Prior domus omnium Apostolorum iuxta Leodium, scripsit præclara quædam, & deuota opuscula, de quibus subiecta feruntur.

De ueris uirtutibus, lib.3.
De quatuor nouissimis, lib.1.
De uita domini Iesu, lib.1.
De præparatiõe ante missam, lib.1.
Meditationes passionis dñi, lib.1.
Lectionarius mensæ, lib.1.
Speculum prælatorum, lib.1.
Speculum sacerdotum, lib.1.
Speculum senectutis, lib.1.
Colloquiũ Iesu & prælati, lib.1.
Colloquium Iesu & senis, lib.1.
Colloquium Iesu & eremitæ, lib.1.
Contemplatio sanctæ Mariæ, lib.1.
Coronula sanctæ Mariæ, lib.1.
Dialogus crucifixi & peccatoris, lib.1.
Dialogus Marię et peccatoris, lib.1.
Dial. alius Marię et peccatoris, lib.1.
De nomine Iesu & Mariæ, lib.1.
Sermones de sanctis, lib.1.
De septẽ peccatis mortalib. lib.1.
Fascículus myrrhæ dil.
De diffinitione noĩs monachi, lib.1.
Comedite amici & bi.
Speculum subditorum, lib.1.
Speculũ sæcularíũ hominũ, lib.1.
Colloquiũ Iesu & monachi, lib.1.
Fac mecum Iesu dulcissi.
Ne indigneris quæso.
Colloquiũ Iesu & discipuli, lib.1.
Vulnerasti cor meum.
Ignosce quæso benigniss.
Verbum mihi est ad te.
Meditatiões cõpassiõis Mar. lib.1.
Sermones de tempore, lib.1.
Epistolarum ad diuersos, lib.1.

Et alia multa.

IACOBVS Hæconius Vitodurensis Ael. Donati methodum recognouit. Liber excusus Basileæ apud Hen.Petrum, 1533. in 4. chartis 18.

IACOBI Henrichmanni Sindelfingensis grammaticæ institutiones, scriptæ ab eo Tubingæ, anno Domini 1506. impressæ Tubingæ, anno 1515. in 4. cum exhortatione eiusdẽ ad Iuuenes ut barbariem eliminẽt, & eloquentiæ studeant: chartis 19. Ex præfatione ad Henricum Bebelium Iustingeñ. præceptorem suum.

Me

Me discipulum tuum sæpe es adhortatus, ut pro reipub. literariæ utilitate ea præ- "
cepta, quæ iam fermè quatuor annos scholasticis & discipulis nostris tradidi in li- "
bellum colligerem & ederem. Ea collegi profecto magna uigilantia. "

IACOBVS Hollerius Stempanus, scripsit de materia chirurgica librum impressum Parisijs apud Vuechelum, anno 1543.

IACCOBVS Iunterbuck, natione Teuthonicus, ordinis Carthusiensiũ, uicarius do- T.M.1468.
mus montis sancti saluatoris prope Erfordiam, scripsit multa & uaria opuscula, de quibus subiecta feruntur:

De anno Iubileo,	lib.1.	De causis multarũ passionũ,	lib.1.
De moribus Christianorũ,	lib.1.	De triplici statu hominum,	lib.1.
Consolatio malorum huius sæculi,	lib.1.		
De modo seruandi interdictũ,	lib.1.	Ad amputandum errores.	
Apologeticus religiosorum,	lib.1.	De cautelis diuersorũ statuũ,	lib.1.
De cognitione secretorũ,	lib.1.	De ueritate dicẽda uel tacẽda,	lib.1.
De cogitationibus,	lib.1.	De contractibus,	lib.1.
De malis huius sæculi,	lib.1.	De obedientia monachorũ,	lib.1.
De arte moriendi,	lib.1.	De stabilitate monachorum,	lib.1.
De refrænatione cogitationũ,	lib.1.	Soliloquium hoīs ad animã,	lib.1.
De arte curandi uitia,	lib.1.	De septẽ peccatis mortalib.	lib.1.
De eisdem mentalibus,	lib.1.	De potestate dæmonũ,	lib.1.
De dignitate prælatorum,	lib.1.	De dignitate sacerdotij,	lib.1.
De obseruantia mandatorũ,	lib.3.	De sabbato,	lib.1.
De statu securioris uitæ,	lib.1.	De intentionis directione,	lib.1.
De profectu uitæ spiritalis,	lib.1.	De indulgentijs,	lib.1.
Sermones uarij,	lib.1.	Ambulans Iesus iuxta.	

Et alia complura.

IACOBI Kœbelij Germani declaratio astrolabij, Germanice, & impressa Franckfordiæ apud Egenolfum, 1536. in 4. &, ni fallor, in Latinum translata, ibidem impressa est. Scripsit & arithmeticam Germanice, & de uirga uisoria, ut uocant, si bene memini, & alia quædam.

IACOBI Latomi theologiæ professoris de trium linguarum et studij theologici ratione dialogi duo, impressi in Germania in 4. chartis 5. Primo dialogo astruitur trium linguarum peritiam theologo necessariam esse.

De confessione secreta liber, excusus Basileæ, 1525. cum alijs quibusdam.

IACOBVS Lebetius Ferrariensis, canonicus regularis D. Augustini, ordinis S. Saluatoris Bononiæ: ubi anno superiore humanissime ab eo acceptus, & in bibliothecam eius cœnobij instructissimam admissus sum. Vir est bonarum literarum & utriusq; linguæ peritissimus: scripsit poëmatia quædam & epigrammata, quę nondum opinor in publicum exiuisse.

IACOBI Lernsuheri liber de dignitate iuris ciuilis, impressus Lutetiæ (ni fallor) 1542. in 8.

IACOBVS de Laude, ordinis minorũ, in Sũma Angelica numerat inter Summistas.

IACOBVS Locher Philomusus, natione Germanus, uaria conscripsit, ex quib. quæ nos in lucem ædita uidimus, hæc sunt.

Compendium rhetorices ex Tulliano thesauro deductum.

Syntaxis de componenda oratione funebri. Renatus Beck excudit Argentinæ, anno 1518. in 4. chartis 4. & dimid.

Epiodion de morte Plutonis & reliquorum dæmonum.

Carmen de nocte, uino, & muliere.

Dialogus super eminentia quatuor doctorum ecclesiæ, Gregorij, Hieronymi, Augustini, Ambrosij, uersibus sexcentis. Liber impressus in 4.

IACOBVS Lodoicus Strebæus Rhemensis, natione Gallus, scripsit nuper de uerborum electione & collocatione oratoria libros duos. Rob. Vuinter excudit Basileæ, anno 1539. in 8. chartis 21.

» Ex præfatione nuncupatoria ad Ioannem Venatorem Cardinalem. Erant in
» manibus nostris, sanctissime Cardinalis, commentaria quædam in rhetorica Cice-
» ronis ad Qu. Fratrem, quum tuo imperio Lutetiam Parisiorum relinquere, Con-
» detum domum tuam petere iussi sumus. Quum procul ab urbe propinquos tuos
» oratorias artes philosophiamq; doceremus, nec satis multa librorum copia ad ope
» ris incepti confectionem suppeteret, commentarijs intermissis, ne nihil ageremus
» interea, hunc libellum de delectu & oratoria collocatione uerborum, succisiuis ho
» ris effecimus. Hanc autem materiam potissimum legimus è multis, quod in arte di
» cendi iam proposita nobis ad illustrandum, nihil esse uidebamus utilius homini-
» bus nostris, quàm rationes & uirtutes eloquendi: Illud unum pulcherrimum &
» summopere petendum, studiosis artium bonarum deesse maxime, & iam multis
» ætatibus defuisse. Quid enim aliud non in orandi facultate modo, sed etiam in alijs
» artibus desideratur? Floret Gallia scientia rerum maximarum, &c. qui uero pu-
» re, usitate, proprie, ornate eloquantur, inuenias admodum paucos. Sic in omnes
» disciplinas inuasit fœda ac spurca barbaries, sic egit in præceps linguæ Romanæ
» puritatem & ordinem, ut uix millesimus quisq; eorum qui inter doctos haberi uo-
» lunt, recte, dilucide, composite dicat. Nam et ex ijs paucis qui emẽdate loquuntur,
» altera pars adeò affectat insolens & obscurum genus, adeò impropria & inusitata
» uerba permiscet, ut quid agat uerbis, quid sibi uelit, non intelligant eruditi, &c.
» Vt renascentibus literis bonis: iuuentus, etiam nobis monentibus, assuescat opti-
» mo sermoni, cuiusmodi uerba legat, qua ratione stylum formet, qua arte materiam
» uestiat oratione, quos ex omnibus imitetur, perspicue (ni fallor) ac breuiter osten-
» di. Verborum differentias omneis, quas neq; Cicero, neq; Quintilianus, neq; po-
» steriorum quisquam aperte distinxerat, in ordines suos digessi: quodq; ad docen-
» dum plurimum confert, usus sum frequentibus exemplis. De natura & coagmen
» tatione syllabarum disputaui copiose, & (uere dicam) multo copiosius, quàm eo-
» rum qui uulgo leguntur rhetorum quisquam. De numerosa concinnitate, de pedi
» bus rhythmicis, de modis aptæ dictionis, de generibus eloquendi, egi equidem, si
» non grauius aut uerius (nec enim mihi quicquam arrogo) explicatius tamen & a-
» perte magis: id quod facile iudicabunt ij, qui nostra etiam legere ipsi, uel suis præle
» gere uolent.

Capita primi libri 23.

1 Cur pauci uerba deligere, & contexere sciant.
2 Quanti sit oratio lectis uerbis & ordine digestis constituta.
3 Qui fugiendi magistri. 4 Qui fugiendi scriptores elegantiarum.
5 Qui magistri, quiq; scriptores deligendi.
6 Vtri priores legendi, poëtæ, an oratores.
7 Sæpe diligenterq; scribendum.
8 Rudimenta cõponendi. 9 Quæ pars rhetoricæ prima discenda, quæ partitio uerborum, quæq; ex illis aut legenda, aut repudianda.
10 De uerbis sordidis. 11 De uerbis inusitatis. 12 De barbaris.
13 De uerbis agrestibus. 14 De humilibus.
15 De uerbis sublimibus. 16 De grauibus uerbis & leuibus.
17 De propriis & assumptis, & quæ aliena dicuntur.
18 De uerbis ueteribus & nouis.
19 De uerbis sonantibus & exilibus.
20 De uerbis grandibus & paruis. 21 De uerbis uolubilibus & tardis.
22 De uerbis lenibus & asperis. 23 De uerbis integris & corruptis.

Capita

Capita libri secundi 22. Præfatio.

1 Oratio alia soluta, alia uincta. 2 De oratione uincta, et ordine uerborũ.
3 De uocalium concursione in coagmentatione.
4 De coagmentatione consonantium literarum.
5 De coagmentatione uocalium & consonantium.
6 Quæ figuræ coagmentationi subseruiant.
7 De concinnitate numerosa, & similiter desinentibus.
8 Vt sit oratio numerosa ex similiter cadentibus.
9 De paribus membris, & eorum numero.
10 Quæ sint contraria numerosa.
11 Quid numerus à concinnitate numerosa, & à metro differat.
12 Qui pedes orationis, & quid à numero differant.
13 Qui sit ordo pedum in extruendo numero.
14 Quæ uitiosa numeri textura. 15 Quæ de numero quæri expediat.
16 De ambitu. 17 Tria genera eloquendi, qui characteres dicuntur.
18 De humili stylo. 19 De elocutione tenui.
20 De media figura. 21 De summo genere dicendi.
22 Quæ genera locis, temporibus, artibus, ingenijs, conditionibus mutata sint.

M. T. Ciceronis de partitione oratoria dialogus, Iacobi Lod. Strebæi & Georgij Vallæ commentarijs illustratus. Gryphius excudit Lugduni, 1536. in 4. chartis 29. & Gymnicus Coloniæ, 1539. in 8. chartis 21. Ex præfatione Ia. Lod. Strebæi ad Iacobum Villonouanum. Duæ sunt causſæ cur hæc interpretemur, dif- “ *Partitiones*
ficultas & utilitas. Totidẽ cur ediscamus, breuitas & fructus. Nam partitur hanc “ *Ciceronis*
artem subtiliter: membra circumscripte breuiterq; definit: uim & usum rerum no- “ *quales.*
tat. A summis generibus ad partes imas rectum perducito ordinem, omniaq; pro- “
pè rhetoricæ præcepta angustissimo constipat libello, quem quum perutilem filio “
suo, non uulgariter erudito, iudicat, eadem sententia pronunciat quanti facienda “
sit hæc præceptionum descriptio. Fatebor autem nihil opus fuisse commentarijs “
nostris, si Georgius Valla homo non indoctus propius inspexisset, rem cognouis- “ *De cõmen-*
set, ueramq; sententiam seruata ratione interpretis protulisset, &c. Verum testes “ *tarijs Geor-*
erunt huiusce rei permulti, Georgium plura scripsisse in Partitiones oratorias, quę “ *gij Vallæ.*
nihil faciunt ad rem: exemplis alieno tempore citatis totos cõfudisse locos: bonam “
partem reliquisse perobscuram: præcepta Ciceronis trecenta & amplius in sen- “
sum prauum detorsisse: pro argumentis figuras, pro figuris argumenta censuisse: “
medio itinere, ac si longis erroribus & onere defessus esset, abiecisse rerum grauiũ “
pondus, tantũ pauca leuiora tenuisse. Sed quia inuitus feci ut hæc dicerem, taceo “
reliqua, & aliorum iudicio relinquo. Quid ab eo dissentiam, planum facient hæc “
nostra commentaria. Ego quidem ducem meum ponè sequutus sum, nusquam ab “ *De suis cõ-*
itinere proposito digressus. Vsus sum ferè semper expositione rerum perpetua: “ *mentarijs.*
quoniam lacerat animum, memoriamq; perturbat illa minuta rerum uerborumq; “
concisio. Si quod occurrit uerbum ignotius, alterũ uelut aliud agens attexui prio- “
ris interpretamentum. Atq; etiam quæcunq; uidebantur obscura, diligenter illu- “
strauí, non modo paraphrasi alioq; sermone, sed etiam conquisitis ab optimis au- “
thoribus exemplis: quibus ad hæc præcepta cognoscenda nihil utilius afferri po- “
test. Eorum multitudine si nimium fusa uidetur oratio, id factum scias ab innume- “
rabili rerum frequentia: quæ si uel angustis segregantur interuallis, uniuersum ob “
tinent campum, & tantũ non extra spacia proferuntur. Quid tum? In explicandis “
eloquentiæ præceptis non expauenda est ulla copia, nisi quæ inani uerborũ fluxu “
redundat. Si quando opus est, excutio causas, definio quàm pluríma. Vtor & de- “
monstratione rerum, quæ in abstruso positæ sunt. Si quædam faciliora interpono, “
id non tam docendi causſa facio, quàm membra coniungendi. In quo etiã habenda “

„ ratio est imperitorum, quibus omnis ferè destinatur interpretatio. Stylum pressi,
„ ne longe dissiliret à genere commentandi.

Commentarij in Oratorem Ciceronis, impressi Lutetiæ.

IACOBVS Lopis Stunica Hispanus. Vide Des. Erasmi epistolam ad Io. Botzhemium, operibus ipsius Erasmi præfixam.

IACOBVS Lotharius in Summa Angelica citatur inter scriptores iuris canonici uel ciuilis.

T. IACOBVS de Lusanna ordinis fratrum Prædicatorum S. Dominici, & cuiusdam urbis (ut ferunt) episcopus, scripsit non contemnendæ utilitatis opuscula, è quibus seruntur:

In Genesim,	lib. 1.	In principio creauit deus.
In Exodum,	lib. 1.	Veniam ad te, &c.
In Leuiticum,	lib. 1.	In librum Numeri, lib. 1.
In Deuteronomium,	lib. 1.	
Sermones de tempore,	lib. 1.	Sicut in die honestate.
Sermones de sanctis,	lib. 1.	Christo confixus sum.
Sermones quadragesimales,	lib. 1.	

Alia insuper multa ædidit, lecturas in sacris codicibus, collationes, determinationes, uariosq; tractatus, qui ad manus nostras non uenerunt.

T. cl. 1400. IACOBVS, qui dicitur magnus, patria Tholetanus, ordinis fratrum eremitarum S. Augustini, fertur in diuinis libris uarios tractatus & cõmentarios ædidisse, qui ad manus nostras necdum uenerunt. Reperi uolumen eius unũ egregium & insigne de sermone & inquisitione sapientiæ, prænotatum.

Sophologium, lib. 3. Illustriss. principis. De alijs nihil uidi.

IACOBVS Mantinus medicus Iudæus ex Auicenna quædam transtulit in linguam Latinam, quæ (ni fallor) Venetijs impressa sunt, anno 1543. Vidi hominem Venetijs superiore anno. Esset autem eruditione sua tum ipse felicior, tum apud alios clarior futurus, nisi adhuc auitæ superstitioni miserè nimis inhæreret.

Auicennæ quarta Fen primi, ex Arabico in Latinum sermonem mediocrem à Iacobo Mantino conuersa, & impressa Haganoæ, 1532. in 8. Ex præfatione ad
„ Andream Gritum Venetiarum principem. Ego qui nihil magis proprium hominis esse semper existimauerim, quàm quoquo modo uniuersis utilitatem conferre mortalibus: quemadmodum plærasq; in uarijs facultatibus ex Hebraico in Latinum sermonem conuerti, ita nunc aliquos Auicennæ commentarios aggressus, eos maculis omnibus emendatos, ac quoad fieri possit, absolutissimos Latinitate donatos, tanquam euidens animi mei indicium legentibus offerre decreui.

IACOBI Marthani Pictauiensis de Gulielmo Budæo commentatiuncula, impressa Parisijs, anno 1540. in 4.

IACOBVS Marchepallu quidam, scripsit de animabus incolentibus purgatoriũ an possint per Papam dispensari. Libellus est impressus.

IACOBVS Meyerus Ballíolanus, scripsit Chronica Flandriæ. Ioan. Petreius excudit Norimbergæ, 1538. in 4.

IACOBVS Micyllus Argentoratensis, uir in bonis literis & utraq; lingua nõ mediocriter doctus, quem ante biennium Francofurti uidi in nundinis, (nam in ea ciuitate publico stipendio conductus hoc tempore docet) scripsit epigrammata uaria, Græca & Latina, & alia quædam, ex quibus impressa inueni:

Epicedia quædam, excusa Vitenbergæ in 8. 1542.

Epigrammata in Icones Imperatorum, impressas Argentorati in 8.

Epigrammata quædam Græca, impressa Basileæ cum alijs quibusdam Græcis carminibus, 1538. in 8. apud Heruagium opinor.

Annotationes ædidit in Io. Boccatij Genealogiã deorum: apud eundẽ excusas.

Ad

Ad P. V. Martialis obſcuriores aliquot locos ſcholia per margines adiecit: ex-
cuſus eſt liber ab eodem Heruagio. Nos ea in unũ collecta noſtro Martiali, quem
Froſchouerus nuper Tiguri publicauit, circa finem addidimus.

Luciani opera aliquot Iacobo Micyllo interprete, cum omnib. Luciani ſcriptis
per uarios interpretes traductis, Francoforti apud Egenolphum impreſſa ſunt.

Ex præfatione Iacobi Micylli. Collectis omnibus aliorum uerſionibus, quas
quidem reperire licebat, & iiſdem argumentis & annotatiunculis quibuſdam adie
ctis, ſicubi res poſtulabat, proximo hoc anno, dum in ſchola Heidelbergenſi eaſdẽ
literas Græcas publice doceo, quantum à reliquis laboribus oĉij mihi ſuppetebat,
id omne in hanc operam impendi, & quæ reliqua reſtabant, quæ quidem obſcuriſ-
ſima ac difficillima nonnulla erant, Latino ſermone, quoad fieri potuit, expoſui.

Ratio examinandorum uerſuum, ad uſum & exercitationem puerorum com-
poſita. Egenolphus excudit Francoforti in 8. chartis 5.

De re metrica libri tres, æditi ab authore anno 1539. & eodẽ excuſi Francoforti
apud Egenolphum in 8. chartis 75. & dimid.

Ex præfatione authoris, ſiue initio libri. Qui de ratione metrorum hactenus
ſcripſere, plæriq; uel circa ſyllabas, & earum quantitates tantum uerſati ſunt: uel
ſi qui amplius aliquid addidere, id quod à paucis ſanè factum uidemus, ipſorum
metrorum exempla magis, quàm origines, uerasq; deſcriptiones nobis propoſue-
runt. Itaq; & uerſuum ſpecies, dum ab aliis aliter digeruntur, nec ad propriũ una-
quæq; genus & caput ſuum referuntur: promiſcuas atq; incertas plæraſq; habe-
mus: & tota hæc metrorũ ſcientia multa difficultate pariter & obſcuritate longo
iam tempore implicata fuit, &c. Ego uero quia in hoc cõmuni omnium propè ſtu-
diorum, ut ita dicam, reformatione, unam hanc partem præteriri, eandemq; quaſi
neglectam atq; contemptam iacere, indignum exiſtimarem, uideremq; non modo
ſyllabarum, ſed & metrorum cognitionem, iis qui in his noſtris literis bene atq;
utiliter uerſari uellent, tenendam eſſe, perquiſitis tum antiquioribus, & Græcis ſcri
ptoribus, quorum ingenia ad hanc Muſicæ partem, neſcio quo pacto magis, quàm
Latinorum appoſita ſemper fuere: tum etiam noſtrorum hominum commentariis
& obſeruationibus quibuſdã adhibitis, utriuſq; rei rationem ac partes collegi. Non
quidem ut plenam & abſolutam totius poëticæ ſcientiam, atq; artem aliquam com
plecterer: nam id propè impoſſibile factu uidebatur: ſed tamen ut ſi quis principia,
& quaſi quendam ingreſſum artis deſideraret, eadem hæc illi, ex his noſtris com-
mentationibus planius & copioſius, quàm antea cognoſcere liceret. Atq; hoc di-
uerſo quodam modo fecimus, atq; uulgo ſolent. Nam ut cæteri à ſyllabarum præ-
ceptis ac traditione plærunq; incipiunt, poſteriore autem loco ad metrorũ ſpecies
& compoſitionem deſcendunt: ita nos contra, priore quidem operis inſtituti parte,
ea quæ ad uerſuum cuiuſcunq; generis naturam & cõſtitutionem pertinent, pro-
ſequenda: ſyllabarum autem quantitates & earum regulas in poſteriorem partem
differendas cenſuimus. Cum enim diſcentibus conueniat principio ſcanſionem
metrorum tradi, lectionisq; differentiam qua hoc genus orationis ab aliis diſtat,
oſtendi: neq; id abſq; cognitione cuiuſq; generis ac formæ fieri facile ita poſſit: di-
ſcendi in hoc conſuetudinem atq; ordinem ſeruare uoluimus, ut uidelicet ea, quæ
præcipi prius & percipi citius conſueuerunt, ſtatim ab initio tractanda quoq; ſu-
meremus. Sed quid quoq; loco petendum aut expectandum ſit, iam inde à prin
cipio proponemus. Nam cum alia quidem noſtra opera, noſtroq; ſtudio collecta,
alia autem ab aliis tranſumpta, & quaſi mutuo accepta, in unum corpus redegeri-
mus, tribus ex omnibus his libris confectis: prioribus duobus, ea quæ noſtra ſunt,
comprehendere: in tertium autem, quæ aliunde accepta, à nobis uel emendata ſo-
lum, uel etiam aucta fuerunt, referre ſtatuimus. Ac primo quidem libro, quan-
tum ad pedes, & qui ex pedibus cõponuntur, uerſus, attinet, ſiue iidem ſimplices,

De his qui ante Mycil lum ſcripſe runt de me tris.

De ſuo inſtituto.

Argumẽta librorum.

Hephæstion. Seruius.

„ siue compositi ac multiformes fuerint, exponemus. Authores in hoc, ex Græcis,
„ Hephæstionem potissimum, ex Latinis autem & Seruium interdum secuti. Se-
„ cundo autem, syllabarum analogias, & descriptiones, quas uocant, generales, per-
„ sequemur: non illas modicas quidem, & Latinis tantum uocibus accommodatas,
„ sed ex quibus & Græcarum quantitates bona ex parte deprehendi ac dijudicari
„ queant. Tertius, idemq; postremus liber, Regulas de syllabis, speciales quas di-
„ cere solemus, continebit: quæ quanquam & ipsæ cum generalibus eodē libro re-

Io. Despauterius.

„ censeri poterant, quia tamen ex Despauterij Commentarijs plærasq; acceptas in
„ hæc nostra transtulimus, neq; quicquā ferè aliud ad illas, quod nostrum esset, præ-
„ ter castigandi laborem (qui tamen etiam ipse haudquaquam contemnendus, aut
„ paruus fuit) impendimus: separandas easdem à superioribus putauimus, ne fortè
„ cuipiam quod alienum esset, per iniuriam nobis uendicasse uideremur.
„ Eulogium Philippi Melanchthonis de Iacobo Micyllo. Extant plæraq; scri-
„ pta, quæ testantur Micyllum singulari ingenij uenustate, solida eruditione, & pru
„ dentia in iudicando egregia, præditum esse. Et circa finem præfatiunculæ.
„ Proinde adhortor adolescentes ut hoc studium ament, ut se ad uersiculos facien-
„ dos assuefaciant. Ad hanc exercitationem plurimum proderit hic Micylli labor.
„ Nemo enim Latine scripsit Prosodiam eruditius aut diligentius. Vide in Ro-
dolpho Gualthero.

IACOBVS Milichius, natione Germanus, mathematum professor in schola Vite-
bergensi, scripsit commentarios in secundum librum Plinij de historia mundi, qui
ab ipso recogniti Halæ Sueuorum apud Petrum Brubachium impressi sunt, anno
1538. in 4. chartis 54. & dimid. Adiecta est in fine oratio de dignitate astrologiæ
ab ipso dicta in promotione magistrorum. Ex præfatione authoris ad D. Geor
gium principem in Anhalt, Comitem Ascaniæ, &c. præpositum Ecclesiæ Made-
„ burgen. qua philosophiæ naturalis et astronomiæ laus continetur. Vtilis autem

Plinij liber 2.

„ cum primis est adolescentiæ Plinij secundus liber: quia elemēta atq; initia utriusq;
„ partis physices tradit. Nam & Astronomica multa complectitur, & ea quæ uocan
„ tur meteora aptissime collegit, & in his hoc præstat cæteris authoribus, quod ex hi-
„ storijs multos recenset euentus, quod ipsum inuitat adolescentes ad admirationem
„ harum rerum atq; artium. Quare cum studia physices commouere & pro utili
„ iuuare cuperem, & adolescentiæ opus sit initio quibusdam talibus compendijs, du
„ xi hunc Plinij librum enarrandum esse, ut in scholis & in manibus adolescentium
„ frequentius uersaretur, idq; feci multis bonis uiris hanc meam operam flagitanti-
„ bus. Et paulò post. Meum autem hoc consilium fuit, & ut Plinium facerem
„ magis familiarem studiosis, & ut hæc initia physices inuitarent eos qui perfectam
„ doctrinam expetunt, & ab his elementis ad alios authores gradum facturi sunt.
„ Itaq; enarrationem meam ad communem scholarum consuetudinem accommo-

Lac. Ciglerus.

„ dauí, quod in docendo mihi quidem uidetur esse utilissimum. Extant in hunc li-
„ brum Cigleri, hominis docti commentarij erudite & subtiliter scripti: sed neq; in-
„ tegrum librum interpretantur, & à scholarum consuetudine nonnihil recedunt.
„ Quare spero eum boni consulturum esse, quod amicis morem gessi, qui mihi au-
„ thores fuerunt ut hæc ad utilitatem iuuentutis collecta ederem. Adeo enim nihil
„ de ipsius existimatione detraho, ut libenter profitear me ab ipso sæpe adiutū esse.

IACOBI minoris Hebræi prologus in Mosen, extat impressus.

IACOBVS Montanus scripsit de passione Christi, liber impressus in 4. ut legimus in
catalogo librorum officinæ Basilienſis Heruagij.

Ex præfatione Ioannis Præl typographi Colonien. in Ambrosij Calepini Lexi
„ con à se excusum, anno 1534. in 4. Iacobus Montanus uir de literis Latinis non
„ male meritus, quæcunq; loca Calepinus à se nō satis animaduersa uel excusa per-
„ peram citauerat, in ordinem redegit; uoces barbaras & fictas, quæ non raro occur-
rebant,

rebant, notauit: germanam lectionem asseruit: orthographiam passim, quæ plus quàm mille & sexcentis locis fuit deprauata, emendauit.

IACOBI Mutij Attondulæ nescio quæ scripta Basileæ impressa sunt.

IACOBVS de Nigris scripsit super 1. ff. ueteris: peculiariter autem scripta eius citari inuenio super eundem librum, de officio eius l. mandata: & l. & si prætor. & l. cognitio. Item, de offic. assess. l. consiliarijs. Et rursus in eundem locum, l. omne officium. Item, l. liberti. & l. si eadem. l. diem functo. Et in 2. ff. uet. Si certum petatur: l. 1. Et in 2. Inforciati, de legatis l. 1.

IACOBVS Omphalius Antoniacensis, natione Germanus, scripsit commentarios in M. T. Ciceronis orationes tres, Pro A. Cecinna. Pro lege Manilia. In L. Pisonem. Impressi sunt Basileæ apud Rob. Vuinter in uolumine commentariorum super omnes Ciceronis orationes. Inuenio etiam in catalogis quibusdam nominata Iacobi Omphalij prolegomena in orationem pro Cecinna: quæ an à superioribus differant, non inquisiui.

Iacobi Omphalij I. C. Nomologia: liber impressus.

De elocutionis imitatione ac apparatu liber 1. recognitus ab authore & impressus Basileæ in officina Frobeniana, anno 1537. in 8. chartis 16. cum indice. Ex epistola nuncupatoria ad Ioan. Bellaium Cardinalem & episcopum Parisiensem, eodem anno 1537. scripta. Hoc enim unum in toto libro egimus, in hanc rem, quantum in nobis uirium fuit, contulimus, ut cum ipsi propter ingenij egestatem, longissime ab illa ueræ eloquentiæ adumbratione adhuc abessemus, consilio tamē prodesse possemus iuuentuti. Ex epilogo libri. Hæc nobis de imitationis partibus, de consilio, de materia, de assumptis, de affectionibus, de uijs dicendi, de locis aliquot exordiendi, de orationis uinculis atq; iunctione, de cōpositione eiusq; formis, ut temporis ratio postulabat, in communem studiorum utilitatem excidērūt: in quibus colligendis, ut propter grauem communium temporum cōuersionem, cuius acerbitate studia nostra uehementer impediebantur, non multum operæ posuimus, &c. Sed quoniam liber per capitula quædam distinctus est, singulorum titulos huc adscribam, ut inde magis conijci possit qualisnam sit.

De utilitate imitationis. Imitatio qualis esse debeat. In disciplinis perdiscendis adsit oportet spes, æmulatio, & studium uehemens. Quibus liniamentis dictio nostra sit tingenda. Non orationem modo ad optimorum authorum imitationem, sed mentem quoq; ad uirtutum omnium exemplum esse componendam. In suscipiendo negotio pro sua cuiq; animi corporisq; temperatione iudicium esse faciendum. Non debet naturæ nostræ mediocritas imitationis spem uoluntatemq; auferre. Ad quorum similitudinem mens nostra atq; oratio sit comparanda, cum Angeli Politiani contra Ciceronianos epistola, & eiusdem refutatione. Quid sit imitatio, & eam esse duplicem. Quæ in orationis imitatione sint effugienda. In orationis imitatione opus esse optimarū elocutionū apparatu. De genere demonstratiuo. Vir existimatione, authoritate, & nobilitate facile princeps. Iudex æquus. Eruditus. Humanus, moderatus, clemens. Ingenuus & liberalis adolescens. Frugi paterfamiliâs. Fœmina. Locus. Formulæ uituperationis. Homo audax, nefarius, atq; flagitiosus. Perfidiosus, præuaricator. Luxuriosus, ganeo, omni libidine affluens. Impurus leno. Omni turpitudinis infamia fractus. Ignobilis, ineptus, ac perditus. Maledicus, laudis alienæ obtrectator. Arrogans & superbus. Agendi gratias. De elocutionis cū amplificatione, tum exornatione. Auxesis. Epitheta. Adnerbia. Insignes aliquot metaphoræ. Incrementum. Synonymia. Gradatio. Congeries. Antithesis. De affectionibus. De genere deliberatiuo. Suadendi & monendi. Dissuadendi. Hortandi. Seruire laudi atq; gloriæ. Immortalitatē nominis adipisci. Laboris molestiam concoquere. Rebus suis

Exempla cuiuspiæ, in genere demonstratiuo.

In genere deliberatiuo.

prospicere. Rem familiarem prodigere. Infamiam contrahere. Falsam laudem quærere. Conciliandi & studij deferendi. Deferendi studij clausulæ aliquot post petitionem. Abalienandi. Petendi & rogandi. Commendandi. Alterius commendatio. De consolatione. Malis affligi. Prospera fortuna uti. Animo perturbari. Consolandi. Colligere animum. De genere iudiciali. Accusandi. In fraudem adducendi. Inuehendi & calumniandi. Exprobrandi & exaggerandi. Comminandi. Bellum inferendi. Defendendi. Expurgandi cum honesta officij commendatione. Loci aliquot communes exordiendi per prolepsim in genere demonstratiuo. Exordium epistolæ ad amicum. Exordium declamationis. Loci aliquot communes exordiendi in genere demonstratiuo rerũ & factorum. Ratio agendi gratias. Exordium generis deliberatiui. Expurgandi officij ratio in exordio generis iudicialis. Deprecandi. Gratulandi. Vitã agere. Mortẽ obire. De quarundã dictionũ structura atq; iunctura. De orationis compositione, iunctura, sonis, & numeris.

In genere iudiciali.

Exordiorũ formulæ, per singula genera.

De suscipienda Christianæ reipub. propugnatione, et eorum qui urbium gubernacula tenent, officijs, liber unus, authore Iac. Omphalio Imperialis iudicij Assessore. Ceruicornus excudit Coloniæ 1538. in 8. chartis 12. cum indice.

IACOBVS Ottherus Nemetensis, claruit Argentorati anno 1509. collegit Ioannis Geiler Keiserspergij concionatoris Argentinensis Nauiculam siue Speculum fatuorum. Adiecta est eiusdem Geileri uitæ descriptio per Beat. Rhenanum. Liber impressus Argentorati, anno 1513. in 4. chartis 59.

Sermones Ioan. Keiserspergij de oratione Dominica, ab eodem collecti, impressi sunt Argentorati in 4. anno 1510. chartis 22.

IACOBI de Partibus opera quædam in re medica, impressa sunt in Italia: & Lugduni 1496. apud Io. Treschel.

Commentarij in quartam Fen primi Auicennæ, excusi.

Ex Ioan. Mesuæi operibus tabulam congessit (ipse Summulam inscribit) medicaminum compositorum, secundum ordinem alphabeti affectuum singulorũ quibus illa medentur. Habetur excusa in appendice operum Mesuæi.

In Alexandri iatri Tralliani Sophistæ libros glossam reliquit interlinearem.

T. cl. 1494. IACOBVS Philippus Bergomensis, ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini, scripsit quædam luculentissima opuscula, è quibus extat opus historiarum ab initio mundi, usq; ad annos domini, mille quadringentos octogintasex, uolumen grande & insigne, quod multo & diuturno labore ex diuersis comportans, prænotauit: Supplementum chronicarũ, lib. 15. Pro Ciceronis uestri.

De alijs nihil uidi. Viuit adhuc apud Bergomenses suos.

* Liber est impressus, ni fallor. Vide in Adamo Vuernero.

De hoc vide Corn. Tolli. Epp. ad Jo. Pier. Valerian. & Literat. Infelic. p. 7. IACOBI Picolomini Cardinalis Papien. epistolæ elegantissimæ rerumq; recondita-rum refertissimæ, & uariarum historiarum, unà cum luculentissimis commentarijs res gestas sui temporis continentibus, cum alijs quibusdam prius non impressis. Liber excusus Mediolani, 1521. in fol.

IACOBVS Poggius. Vide in Poggio: rarissime enim prænomẽ additum inuenias. Ego eundem esse conijcio, quoniam Venetijs uidi libros octo Iacobi Poggij de historia Florentinorum: quæ aliàs Poggio simpliciter dicto adscribitur. De Francisco Poggio iam dixi.

IACOBVS Comes Purliliarum, uir doctissimus, claruit circa annum Domini 1480. & scripsit de generosa liberorum educatione opusculum, non minus iucundissimum quàm utilissimum: chartæ sunt duæ, impressæ Basileæ in 8. apud Robertum Vuinter, 1541. cum alijs diuersorum eiusdem argumenti libellis. Ex præfatione » Iac. Comitis ad conregulos suos. Maiores nostros uirtutis fama clarissimos hoc » in opusculo breuiter referrem; nisi libellum de eorum uita ac gestis propediem

ædere

ædere decreuiſſem. Capita huius libelli.
De obſtetrice. De nutrice. De ancillis. De famulis.
De præceptore. De puerorum luſibus. De cultu puerorum.
De ludis adoleſcentiæ. De ſacerdotibus futuris.
De militib. futuris. De officio ducis. Qualis pontifex eſſe debeat.
Quales præſulum uicarij & ſcribæ eſſe debent. De militū ducibus.
De ſenum uita. De morte.

Ioan. Baptiſtæ Vranij carmen huic libello præfixum.

Qui cupit inſignes chariſſima lumina natos
Reddere: facundum, nobile diſcat opus.
Quod Comes haud multa uigilauit nocte Iacobus,
Qui Iulij exiſtit lilia pura fori.
Ille uiris certare poteſt ſermone uetuſtis,
Teſtantur multi pagina culta libri.
Ille docet Veneti clauum regimenq; ſenatus,
Ille docet cœlo quæ uia tuta ferat.
Ille docet caſtam mortales degere uitam,
Ille docet quo ſint regna tuenda modo.
Nec te piſcator, nec te uenator & auceps
Præterijt: ſed quid ſingula commemoro?
Huic multum debes Romanæ gloria linguæ,
Nanq; tuas ſcriptis perpluribus auxit opes.

De ſcriptis huius uiri.

De re militari libri duo ad Ferdinandum magnum Hiſpaniarū principem, archiducem Auſtriæ, ad ætatis noſtræ bellandi rationem appriſme utiles ac neceſſarij: impreſſi Baſileæ apud Robertum Vuinter, anno 1537. in 8. chartis 7. & dimid. cum Iani Laſcaris libro de caſtrorum metatione ex Polybio. Diuiduntur autem per multa parua capita, & uaria argumenta.

Ex procœmio authoris. Plærique & eruditiſſimi quidem, ac clariſſimi uiri, de re militari non ineleganter, neq; inutiliter ſcripſere: quippe qui cum ſumma diligentia ac ſtudio Imperatoris, militumq; officia proſequuti ſunt. Sed ipſa ſtrategemata, quibus Imperatores & milites in bello, uel ipſo in prælio uti conſueuere, & ad ſui tutelam, & ad hoſtium perniciem, parum in operibus ſuis attigiſſe uidentur: præter unum Frontinum, uirum conſularem, qui ſatis commode ſatisq; abunde ipſa deſcripſit ſtrategemata. Verum non inutile uiſum eſt mihi, aliquid in hac re antiquis addere ſcriptoribus, & in hoc ſcribendi genere aliquantulum & me quoq; laborare, quantumq; ingenioli noſtri uires patiantur, nouas bellandi referre artes, &c. Igitur ſi optimi imperatores, ſeu alij militiam exercentes, has, quæ inferius notabuntur, egregias bellandi artes, memoriæ mandabunt, & frequenter animo uoluent, profecto in omni & belli & prælij euentu maxime tuti erunt. Et paulo poſt. Non militares ſolum calliditates referre hic in animo eſt, uerum quicquid ad bellum quocunq; modo pertinere cognouerimus: & quæ inferius notabuntur, multa ex antiquorum librorum lectione, nec non & à peritis artis bellicæ accepimus, nonnulla etiam ex nobis referemus. Sed priuſquam ad ea, quæ in bello neceſſaria eſſe uidentur, ueniamus: pauca de belli ſuſcipiendi ratione præmittemus. *Frontinus.*

IACOBVS de Puteo, ſcripſit Diſputationem in materia mutationis monetarum, incipit. Mutuo factum habetur in tractatu Bruni Aſteñ. de augmento.

IACOBVS de Rauenna prouincia Lotharingiæ oriundus, ſcripſit in utroq; iure multa opuſcula, è quibus feruntur, *T. cl. 1300.*

Super Codice, lib. 9.

Super ff. ueteri, lib. 24. Super ff. nouo, lib. 12.
Super digestis inforciati, lib. 14. Disputationes uariæ, lib. 1.

* Citatur in Summa Angelica.

Iacobus de Ramgnei prouinciæ Lothoringiæ, legum professor, in theologia magister, ac Verdinensis ciuitatis in dicta puincia episcopus, scripsit super ff. & C. & multa simpliciter tradita à maioribus, reduxit ad dialecticum arguendi modum: ut per Cynum in l. quicunq; C. de seruis fug. 4. 6. Hæc Ioan. Baptista de Gazalupis.

IACOBVS Rebuffus scripsit super tribus libris Codicis.

IACOBVS Rueff, urbis Tigurinę chirurgus, uir in arte sua peritissimus, & mihi amicus, catalogum scripsit, quo continentur medicorum ferè omnium & astrologorũ nomina cum figuris, Is breui apud nos excudetur in tabula trium fortè chartarum: ita ut affigi liceat in parietem. Aedidit & Germanice duobus iam annis ephemerides siue Kalendaria, ut uocant: & his diebus comœdiam de Vuilhelmo Thello fœderis Heluetici authore, auctam per se & recognitam, magno cum applausu publice spectandam exhibuit: quæ iam excusa est. Quatuor item alias fabulas Germanicis metris composuit nondum excusas, quæ inscribuntur: De felice & infelice statu fœderis Heluetici. De uinea Domini: quæ acta est in urbe nostra, anno 1539. postridie Pentecostes. De stupro Paulinæ nobili ac pudicissimæ matronæ Romanæ dolo sacerdotum in æde Isidis illato: cuius meminit Iosephus libro 18. Antiquitatum, & Hegesippus lib. 2. de excidio Hierosolymorum cap. 14. De passione Domini comœdia ex quatuor Euangelistis, perpaucis præter historiam expressam adiectis. Scripsit & interpretationes ostentorum aliquot, apud nos in tabulis excusas: De duplici infante, utroq; fœminei sexus, Scaphusiæ ædito, anno 1543. sexto die Februarij, capitibus duobus, brachijs quatuor, totidemq; pedibus disiunctis: uno uero solido corpore à collo ad umbilicum usq;, umbilici subtus uinculo propendente. De circulo quodam, cuius pars una medium Solem distinguere uisa est: per centrum uero & medium circuli transire iris. Apparuit Claronæ in Heluetia, 1544. die 19. Aprilis. De cruce alba quæ plenam lunam obtegere uisa est, Villæ (quod oppidũ est Heluetiorum) 1544. die 7. Aprilis.

IACOBVS Sadoletus episcopus Carpentoracensis, uir doctissimus, & Ciceroniani styli non uulgaris imitator, scripsit De pueris recte ac liberaliter instituendis. Chartæ sunt fermè undecim, impressæ Basileæ apud Robertum Vuinter, 1538. cum Erasmi Roterodami opusculo de ciuilitate morum. Item Argentinæ apud Io. Albertum, 1535. chartis octo. Est autem dialogus inter ipsum authorem, & Paulum eius ex fratre nepotem.

Iacobi Sadoleti de laudibus philosophiæ liber, impressus nuper Basileæ apud Brylingerum in 8.

De regno Hungariæ ab hostibus Turcis oppresso & capto, Homilia, impressa Basileæ cum Alcorano apud Ioan. Oporinum.

Oratio adhortatoria de bello Turcis inferendo ad Ludouicum Galliarum regem, impressa Basileæ apud Thomam Platterum, 1538. in 8. chartis ferè 8.

Commentariorum in epistolam ad Romanos libri 3. recogniti & aucti, impressi Lugduni apud Gryphium (qui et alia omnia aut plæraq; eius opera excudit) anno 1536. in fol.

Interpretatio in Psalmum, Miserere mei Deus.

In Psalmum 93. Deus ultionum, &c.

Homiliæ 2. altera de morte Frederici Fregosij Cardinalis, altera de Vngaria à Turcis capta. Ibidem impressa sunt. In catalogo librorum Basilicnsis officinæ Heruagij legitur. Sadoletus in nonagesimum quintum Psalm. nescio an recte

recte: nam in officina Frobeniana impressa est Interpretatio in 93. Psalm.

Epistolæ quædam eius, impressæ. Epistola ad Ioan. Sturmium, impressa Argentorati apud Rihelium, cum Sturmij epistolis de emendatione ecclesiæ.

Iac. Sadoleti Romani Cardinalis epistola ad S. P. Q. Geneuensem, qua in obedientiam Romani Pontificis eos reducere conatur: impressa Argẽtorati apud Rihelium, 1539. in 8. cum Io. Caluini Responsione, chartis 6.

Sadoletus, in catalogis scriptorum in Iure, citatur super tt. de Confessis, nescio an idem superiori sit.

IACOBI Sannazarij opera omnia, excusa Lugduni apud Gryphium, 1537.

IACOBVS presbyter cognomento Sapiens, Nesibenæ nobilis Persarum modo ciuitatis episcopus, unus ex numero sub Maximiano persecutore confessorũ, & eorum qui in Nicena synodo Arianam peruersitatem homousion oppositione damnarunt. Hunc uirum beatus Hieronymus in libro Chronicôn, uelut magnarum uirtutum hominem nominans, in Catalogo scribarum cur non posuerit, facile excusabitur: si consideremus ipsos tres uel quatuor Syros quos posuit, interpretatos in Græcum se legisse testatum. Vnde constat eum ignorasse illo tempore Syram linguam uel literas: & ideo hunc qui necdum in aliam uersus est linguam, ne scisse scriptorem. Comprehendit autem omne opus suum in uiginti * sex libris: id est, De fide † aduersum omnes hæreses. De charitate generali. De ieiunio. De oratione. De dilectione erga proximum speciali. De resurrectione. De uita post mortem. De humilitate. De pœnitentia. De satisfactione. De uirginitate. De ascensu animæ. De circũcisione. De azymi benedictione: * pro qua in Esaia legitur: Non exterminabitur botrus. De Christo, quod filius Dei sit, & consubstantialis patri. De castitate aduersus gentes. De constructione tabernaculi. De gentium † conuersatione. De regno Persarum. De persecutione Christianorum. Composuit & Chronicon minoris quidem Græcorum curiositatis, sed maioris fiduciæ: quia diuinarum scripturarum authoritate constructum, comprimit ora eorum qui præsumptuosa suspicione de aduentu Antichristi uel Domini nostri inaniter philosophantur. Moritur hic uir Constantij temporibus, & iuxta præceptũ patris eius Constantini intra muros Nesibenses sepelitur, ob custodiam uidelicet ciuitatis, quod secundum fidem Constantini euenit. Nam post multos annos ingressus Iulianus Nesiben, & uel gloriæ sepulti inuidens, uel fidei Constantini cuius ob id domum persequebatur. Iussit efferri de ciuitate sancti corporis reliquias: & post paucos menses consulendæ licet reipublicæ Iouinianus Imperator qui Iuliano successerat, tradidit barbaris ciuitatem, quæ usq; hodie Persarum ditioni cum finibus suis subiecta seruit.

Ex Gennadio. Trittemius eũ claruisse scribit, anno 330.

* Aliàs 25. in sequentibus 20. tantum enumerantur.

† Trittemius hunc distinguit à præcedenti.

* Trittemius hunc facit libriũ peculiarem.

† Aliàs conuersione.

IACOBVS Schegkius Schorndorfensis, natione Germanus, publicus hodie in Academia Tubingensi philosophiæ professor, uir utraq; lingua doctissimus, & ut paucis dicam (ut mihi quidem ex scriptis eius uidetur) uere philosophus, scripsit.

Philosophiæ naturalis, siue Acroamatum Aristotelis omnes disputationes, ac uniuersam tractationem, libris duobus: Quibus & scholia siue Annotationes in locos obscuros adiecit: & Erotemata huius scientiæ propria, quæ uelut epitome sunt præcedentium librorum: in eorum gratiam qui primum Physicis operam dare incipiunt. Opus impressum Tubingæ apud Vlricum Morhardum, 1538. in 8. chartis 14. & dimid. Hos libros ego in Gymnasio nostro Tigurino adolescentibus propono, cum nullius in hunc diem scripta uiderim hoc in genere, quorum uel eruditio, uel methodus, & breuitas, & sermonis honestas, istis anteferri debeant.

Ex epistola nũcupatoria ad Huldrichũ Fabritiũ præpositum in Denckendorff, qua de philosophiæ contemptu queritur, deq; dignitate ac præstantia eius multa disserit. Non inepte neq; inutiliter me feciſſe puto, cum non, ut alij, generatim "

Schegkii Commentarii in Organon Aristotelis libb. 2. Posteriorum. de Demonstr. P. p 2
edit. Tubingæ fol. Tom. I. An 1564. T. II. 1570. Tubingæ edity continet Comm. in
libb. priores Organi scripti
Eiusd. Comment. in Aristot. libb. Ethic. ad Nicomach.
Ei. Libri 3 de Plastica seminis facultate. Ei. de Calido et humido nativo lib. Ei. de primo sanguificato instrumento libr. Argentor. 8. 1580.
Ei. de una persona et duab. Naturis Christi sententia. Francof. 8. 1565.
Contra eundem scripsit Simonius Lieaus, Med. et Phil. Professor Lipsi. quem librum quem inscripsit: Antischegkianorum libr. duo. Basil. 80 1571.

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26
GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [765] - 362v
PUBLIC DOMAIN

„ tantum principiorum & cauſarum naturalium explicationem perſtrinxi: cum qui
„ iſtud agant, nudis ac ſolis diuiſionibus definitionibuſq; res iſtas proponũt, demon
„ ſtrationibus, quas Græci apodixes uocant, relictis, quæ niſi præſto ſint, ſcientia nul-
„ la perfecta dici poſſit, quas ego dedita opera, paſſim ex uariis Ariſtotelis libris de-
„ ſumptas, in explicandis acroamatis his uſus ſum: puerorum uero gratia, & eorum
„ qui iam primũ in phyſicis inſtituuntur, Erotemata, id eſt, interrogatiunculas quaſ-
„ dam breues huius generis acroamatum in calce adiungendas curaui: nam diffici-
„ liores huius tractationis locos haud facile pueri aſſequentur. Quę ſi Lectoribus ar
„ ridebunt, eodem modo, aut melius, nonnulla alia Ariſtotelis ſcripta, ſi mihi uaca-
„ bit, atq; neceſſariis ſtudijs impeditus non fuero, pertractare in animum induxi.

„ Ex Græca præfatione, quæ Erotematis præponitur. Ὥστε μὲν οὖν ἡ σύνταξις
„ εὐγνωμοσύνης ἕνεκα ἀναγνωσομένων, τῆς ἐκείνης χάριν ἐμῆς φιλοπονίας, οὐδὲ ἕνεκα τῆς ἐμαυτοῦ
„ καὶ θαυμαστῆς φιλοσοφίας ἐρώντων φιλίας τε καὶ ἀγάπης ἠξίουν, ἅτε μηδενὶ πάσῃ σπουδαίᾳ περὶ
„ Ἀριστοτέλους βιβλίων ἡγουμένος, τοῖς δύπου νεωσὶ φυσικοῖς ἀκροάμασι ἐπικεκυφόσι, τὰ
„ ἐμὰ παρασκευασμένα. καὶ ὃν τῷ τέλει. Ὅπως ἂν ἐμμελέστερον, ἅπερ τοὺς πολλοὺς ἐξε-
„ γῆσαι ἔλαθεν, πολλὰ ἕνεκα ἀκροαμάτων ἀποδείξαι μοι δοκῶ.

Libri primi capita 8.

Præfatio in phyſicen, in qua ſcientiarum genera, ipſiuſq; phyſicæ materia & ſcopus explicatur.

1 Rerum naturalium eſſe prima quædam elementa, ex quibus conſtituantur & fiant: quorum inquiſitio inchoat à contrarijs primis.

2 Quomodo ex ente fiat aliquid, & item ex non ente. Veterũ reprehenſio, qui generari nihil poſſe falsò opinati ſunt. Materiæ qualis cognitio exiſtat.

3 Quæ priuationis in materia ſit, & quàm neceſſaria adiunctio: de forma: item materiam neq; generari, neq; corrumpi per ſe.

4 Quod principium motus ſit in rebus naturalibus, quid natura: item quomodo à Mathematicis differant phyſicæ demonſtrationes.

5 Phyſicæ eſſe officium ut omne genus cauſæ excutiat. De cauſis per ſe, et per accidens. Quæ neceſſitatis appellatio naturæ attribui debeat.

6 Motus quod: cuius proprie ſit, agentisne, an eius quod patitur. De infinito an ſit, & quod non ſit in rebus naturalibus.

7 Quid locus: uacuum natura nullum eſſe, demonſtratur.

8 De tempore quid ſit, & quæ rationes ipſius rebus naturalibus quadrent.

Libri ſecundi de mobilium rerum natura ac motu, capita 8.

1 Quas partes ſecundum motum quemlibet conſtare infra ipſum neceſſe ſit, quibus motus quilibet abſoluatur: Item quid motus unus numero, & motui uel quieti quomodo opponatur.

2 Continuum nullum componi ex inſecabilibus: Deq; motu, quatenus continuum quiddam eſt.

3 Quomodo ſit primum in motu, definito & infinito in motu. Rationum, Zenonis quarundam ſolutio.

4 Omne quod mouetur, ab alio moueri. Eſſe primum mouens motumq; quoddam, nec horum infinitam ſeriem exiſtere: item mouens continuum eſſe uel contiguum mobili.

5 Qui motus cui æqualis motui dici queat: Item, quo pacto motus inter ſe comparentur.

Illotum

6 Illotum, pro eo ut philosophi quidã præsertim Aristotelis sectatores sentiunt, esse sempiternum, semper fuisse, semperq; fore: Quibus probatis mundi etiam demonstrari æternitas existimatur.

7 Primum mobile, primumq; motorem existere, qui neq; secundum se, neq; ad motum corporis per accidens moueri possit.

8 Argumenta quibus Peripatetici mundi æternitatem tuentur, non esse neq; uideri debere ἀνωφελέξους.

Aristotelis de anima libri tres Græci, & è prolixis ac copiosis quidem illis Simplicij commentationibus breues excerptæ interpretationes Græcæ eorundem, Iacobo Schegkio collectore. Liber impressus Basileæ apud Heruagiũ in 8. 1544. chartis 9. & dimid.

Ex epistola nuncupatoria. Cum tota Aristotelis philosophia, tum in primis tres de anima obscurissime scripti libri, quid habent, quod non diligentissime explicatum, recte queat intelligi, aut quod sine interprete possit cognosci? Atqui Græcorum opera & studio factum est, ut ualde eruditam & abstrusam Aristotelis philosophiam, non solum apertiorem illustrioremq; haberemus, sed etiam minus controuersam litigiosamq;: quam ipsa pacem & concordiã amisit, nõ tam transfusa quàm confusa in alienas linguas, præsertim Arabicam illam: ex qua deinde uitiosior Latina emersit philosophia. Iam ut alius alij sit præponendus, certe recentiss. quisq; à memoria nostra reliquis ad intelligendum Aristotelem aptior erit: sed omnium nouissimus est Simplicius: ætate enim inferiores illo fuerunt, qui certe non paruo in pretio habentur, Alexander scilicet, Themistius, Ammonius, Philoponus & reliqui. Prolixa sunt hoc in genere & bene longa Simplicij commentaria, quæ ob id ipsum carius uenduntur, & minus emuntur etiam à tenuioribus, ob pretij, quo addici solent, magnitudinem. Putaui ergo minus quoq; opulentis consulendum, ita ut fides interpretationis non minor quidem esset contractioribus his cõmentarijs, minori tamen pecunia & à quibuslibet cõparari posset. Difficillimum autem illud esse, non difficile est probare ijs, qui istud facere cum iudicio in authoribus aliquando sunt conati. Nam qui erudite scribunt, licet multa & copiose quidem de rebus disputent, superuacaneum tamẽ nihil esse uidetur: ut qui decerpere ex his optima quidem, multa tamen interim bona relinquere uidentur uelle. Ergo in pauca quidem conferenda illi sunt omnia, ita ut si aliquid adijciatur, quasi superuacaneum esse existimetur: quod cum uellem præstare circũspecte, sollicite, optima coniectura in hoc delectu commentarioli elaborandum fuit. Sed de eo aliorum esto iudiciũ.

Græci interpretes.

Simplicius

Operis ratio.

Alexandri Aphrodisiei liber de mixtione, Iacobo Schegkio interprete, impressus Tubingæ in 8.

De causa continente liber, ibidem impressus in 8. 1540.

De animæ principatu dialogus, Aristotelis & Galeni rationes proferens, quibus ille cordi, hic cerebro principatum attribuit: chartæ sunt 4. & dimidia. Impressæ Tubingæ apud Morhardũ, 1542. (quo & scriptus est liber ab authore) cum Ioan. Velcurionis commentarijs in uniuersam physicam.

Ex præfatione post epistolam nuncupatoriam. Sed quoniam quæ huius generis controuersa, ancipitem, propter authoritatem certorum hominum, hactenus dimicationem habuerunt, cum à Galeno satis disputata atq; probata fuerunt: tum secundum illius sententiam, multorum suffragatione, in quibusdã Aristotelis error uere reprehenditur: uisum sanè mihi fuit, non quo Aristotelem, quem in plærisq; sequor defenderem, aut si qua iuste reprehensus sit, patrocinandi quodam studio elatus, omnia ipsius propugnarem: sed eò, ut quid senserit, aut quibus argumentis in hunc errorem deflexerit, ostendens, nonnulla ipsius paulò obscuriora explicarem nullo contradicendi studio uerioribus, quæ copiosissime atq; pereleganter & scite perscripta, ac memoriæ mandata à grauissimis authorib. in manibus studio-

„ sorum habentur. Et paulò post. Præsens disputatio talis erit, ut de his non
„ meæ opinionis arbitrio pronunciare in animum induxerim, sed authorum inter se
„ collatis rationibus & argumentis, secundum potiores partes litem dare decreue-
„ rim, quo hac in contentione facilis accessus itemq; recessus ex uno in aliud daret.

Aristotelis librum de lineis insecabilibus Latinum fecit: quę translatio in ultima æditione omnium Aristotelis librorum Basileæ publicata habetur.

IACOBI Schenck Doctoris, enarratio in epistolam diui Pauli ad Titum in Academia Lipsensi publice prælecta, & ibidem impressa à Nic. Vuolrab, anno 1542. in 8. chartis 13.

IACOBVS Scholl Argentinus, uulgarem medicinæ Fasciculum, ut uocant, theses aliquot rei medicæ simplicioris breuissime complectentem, integritati astronomicæ restituit, ut præ se fert titulus. Liber impressus est Argentorati apud Iacobū Cammerlander, 1537. in 4. cum Astrologiæ ad medicinā applicatione breui, deq; conuenientia earundē Canonibus aliquot, ex probis authoribus collectis. Omnium chartæ sunt 25.

IACOBVS Schonheintz mathematicus & physicus Herbipoli in Germania scripsit apologiam Astrologiæ contra Ioan. Picum, satis elegante stilo. Liber impressus Norimbergæ in 4. anno 1502. chartis sex.

IACOBI Sentini Ricinensis, Appendix de quibusdam lyricis uersibus: impressa Norimbergæ, 1520. in 4. cum nescio quo poëmate, ni fallor.

IACOBVS Spiegel Selestadiensis, natione Germanus, scripsit explanationem in Io. Reuchlini progymnasmata. Liber impressus in Germania.

Io. Francisci Pici carmen de mysteriis Dominicæ crucis nuper in Germaniam delapsis, enarrauit. Liber impressus Tubingæ, 1512. in 4.

Richardi Bartholini Austriados libros duodecim, & Guntheri poëtæ opus de rebus gestis Cæsaris Friderici, scholijs illustrauit. Volumen publicatum Argentinæ, 1531. in fol.

Antonij Panormitæ de dictis & factis Alphonsi regis Aragonū libris quatuor scholia adiecit. Liber excusus Basileæ, 1538. in 4.

Iuris ciuilis Lexicon ex uarijs probatorum authorum commentarijs cōgessit. Liber impressus Argentorati, 1538. in fol. chartis 114. apud Io. Schottum: & rursus ibidem anno 1539. auctum & recognitum: unà cum scholijs in Leges 12. tab. & Epitome de his, quæ in primis Iuri ciuili operam daturis, cognitu necessaria uidentur: Postremo Lugduni apud Gryphium, 1541.

T.cl.1494. IACOBVS Sprenger, natione Teuthonicus, ordinis fratrum Prædicatorum prouincialis Colonienſis, cum pridem esset ab Innocentio Papa octauo inquisitor hæreticæ prauitatis constitutus unà cum Henrico institoris eiusdē ordinis theologo, comportauit, & scripsit eodem collega suo iuuante uolumen contra maleficas mulierculas diaboli instrumenta pro cautela simplicium quod prænotauit.

a Malleum maleficarum, lib. 3. Vtrum asserere malefi.

Si quid amplius scripserit nescio. Viuit usq; hodie in conuentu suo Colonien. sub Maximil. rege Romanorum. * a Liber impressus in 4.

T.cl.1490. IACOBVS de Stralen, natione Teuthonicus, scripsit multa præclara opuscula, lectu ras & uarias quæstiones, de quibus duntaxat uidi.

In Apocalypsin Ioannis, lib. 1. Vidit Iacob in somno.

IACOBVS Syluius Ambianus, natione Gallus, medicinam Parisijs secundum Galeni methodum dexteritate mira profitetur, cuius doctissimis lectionibus aliquot etiam ipse interfui, ante annos ferè duodecim. Iam enim longo tempore nihil quàm medicinam docet, frequentissimo auditorum undiq; gentium cōcursu. Nam paucis annis (duobus, ni fallor, aut tribus ad summum) non magna auditorum mercede contentus, totum medicinæ negocium à capite ad calcem feliciter deducit, declaratis

claratis Galeni libris illis, quorum ad artem methodo perficiendam præcipua uis est. Eos iam supra numerauí, circa finem de Cl. Galeno dictorum, folio 174. Sed ea nunc enumerabo, quæcunq; per ipsum scripta & euulgata rescire licuit.

Ordo & ordinis ratio in legendis Hippocratis & Galeni libris. Opusculum impressum Parisijs apud Vuechelum, 1539. in fol. chartis 5. & Basileæ nuper in 8. Nos in enumerandis Galeni & Hippocratis libris, quicquid ad nostrum institutū facere uidebatur, ex hoc libello mutuati sumus, tum quod ad ordinem, tum quod ad argumenta.

Ex epistola nuncupatoria ad Petrum Lysetum senatus Parisiensis præsidē, in qua ordinis laudes recenset. In medicina discenda rerum ordinem compositorium alicubi attigerat Galenus, ac opinor perfecerat libello in id instituto, sed eo media plus parte mutilo, desierat ordo uideri, & à medicis inter legendum seruari. Quæres nobis stimulos dedit, ut quod in eo Galeni libello desiderari poterat sufficeremus, & ordinis præterea nostri rationem redderemus. Cuius laboris quanta sit futura utilitas medicorum libros lecturis, etiam ante experientiā cunctis perspicuum est. Fuerit autem noster hic commentarius non modo dux quidam certissimus & tutissimus uiæ in legendis medicorum libris seruandæ: sed etiam uelut index ac co ticula, qua possit quis medicum explorare, an sit legitimus & medici nomine dignus, aut titulo tenus medicus, &c. fueritq; ad istos sycophantas & logiatros deprehendendos huius indicis maior in repub. non dico utilitas, sed necessitas: quàm indicis aurum & argentum explorantis.

Galeni libros aliquot Scholijs adiectis in margines illustrauit, nonnullis & tabulas quasdam isagogicas præfixit. Impressi sunt Parisijs apud Vuechelum, singuli seorsim, ut hic subijciuntur,

Cl. Galeni commentarius in Hippocratis librum de natura humana cum scholijs Iacobi Syluij.

De temperamentis libri tres cum libello de inæquali intemperie, cum scholijs.

De naturalibus facultatibus libri tres, cum scholijs, & epitome in eosdem.

Introductio in pulsus ad Theutram.

De pulsuum usu. De motu musculorum libri 2.

De usu partium libri 17. cum scholijs in aliquot libros, indice, & Isagoge: impressi ibidem, 1538. Vide præfationem eius in Isagogen linguæ Gallicæ, quam ultimo loco librorum eius recensui.

De alimentorum facultatibus libri 3. cum libello de attenuante uictus ratione.

Methodus sex librorum Galeni in differentijs & causis morborum & symptomatum, in tabellas sex ordine suo cōiecta paulò fusius, ne breuitas obscura Lectorem remoretur & fallat.

De signis omnibus medicis, hoc est, salubribus, insalubribus, & neutris, Commentarius omnino necessarius medico futuro. Volumen impressum Parisijs apud Vuechelum, 1539. in fol. Tabularum quidem sex, chartæ sunt totidem. Libri autem de signis, uigintiseptem.

In epistola nuncupatoria ad Gulielmum Poyetum Cancellariū, laudes ipsius perscribit, & hortatur ut imperiti medici eius opera coērceantur: deinde in præfatione ad Lectorem postquam copiosè aduersus eosdem medicos imperitos ac impostores, uere, & grauiter inuectus est, tandē de libro suo De signis ita scribit. Velim te, amice Lector, in omni Medicinæ parte multum diuq; exerceri, ac in primis in hac ista Semeiotice, quæ per omnes Medicinæ partes scientia certissima cōprobatas diffusa, artem reddit maxime difficilem, & propè sola coniecturalem. Quapropter Semeioticen hanc in Hippocratis & Galeni libris passim ita dispersam, ut paucis hactenus usui magno fuerit, ea methodo in tabellas cōiecimus, ut iam possit etiā mediocriter doctis, cum opus erit, in usum uenire. Nos alia quàm plurima

„ inter occupationes noſtras & plurimas & maximas ſenſim formamus & expoſi-
„ mus, quæ re tibi commonſtrare, quàm uerbis polliceri malumus.
„ Ex epilogo operis. Poteram hæc multo fuſius, & quędam ordine etiam meliori,
„ tradere: ſed mihi ipſe ſatisfeciſſe tibi abunde uideor, tradita ſignorum in quouis af-
„ fectu inueniendorum methodo ampliſſima. Quæ tu ſparſim apud Galenũ & alios
„ ſcriptores non omnino malos inuenies, ſigna alia affectuum, cauſarum, aut qua-
„ rundam etiam partium affectarum: tibi non fuerit difficile illa in locum idoneum
„ congerere. Et nos ipſi quæ hoc commentario deſiderari poſſunt, fortaſſe aliâs feli-
„ cius ſuggeremus.

Methodus medicamenta componendi, ex ſimplicibus iudicio ſummo delectis, & arte certa paratis: quatuor libris diſtributa: cum indice copioſo. Opus impreſ ſum Pariſijs apud Vuechelum, 1541. in fol. chartis 51.

Ex epiſtola nuncupatoria ad Petrum Caſtellanum Tutelenſium epiſcopum, qua laudes eius complectitur, & Franciſci regis ſtudium circa bibliothecas cõmendat.

Alia quędam Syluij ſcripta.

„ Rara & maxima regis Franciſci ornamenta quoniam plenius attigi, tum poëma-
„ tio de memorabili ipſius & Henrici Anglorum regis ad Ardeam conuentu, tum
„ libello alio à me ſuperioribus proximis menſibus cõſcripto de ſalubri ipſius uiuen-
„ di ratione: plura nunc dicere ſuperſedebo. Singulis quatuor libris ſua proœ-
mia præponuntur: nos breuitatis cauſa titulos duntaxat ſingulorum adſcribemus.

1 De natura & prędpuis facultatibus medicamentorum ſimplicium (quibus ad componenda libro quarto medicamẽta eſt opus) ex Dioſcoride, & Galeno, & alijs, liber primus: ordine alphabeti ſingula medicaminum genera, undecunq; ſumantur, explicans. De radicibus, de herbis, de floribus, de ſeminibus, de fructibus, de lignis, de corticibus, de ſuccis, de liquoribus, de lachrymis, de gummi, de metallis, de lapidibus & terris, de animalibus & eorum partibus.

2 Methodus medicamenta componendi, & ab alijs compoſita expendendi ac iudicandi, quibus affectibus medeantur, & an quod titulis pollicentur, præſtare poſſint, liber 2.

Propoſitio.

„ Verba authoris aliquanto poſt initium huius libri. Dicamus iam quæ maioríb.
„ noſtris fuit medicamenta componendi non dico utilitas, ſed neceſſitas. Deinde
„ quæ medicamenta, tam ſumenda, quàm admouenda, methodo certa compoſituro
„ ſint neceſſaria. Poſt hæc, in quibus medicamenta componendi ratio conſiſtat.
„ Præterea exemplis aliquot celebribus uniuerſalem hanc methodũ exercebimus.
„ Poſtremo, qua ratione quis recte compoſitis uti queat, perſtringemus. Sunt &
peculiares tituli: De medicamentis ſimplicibus calidis & frigidis, item compoſitis ad præcipuas corporis partes. De purgantibus, & reliquis proprietate quadam agentibus. De rerum miſcendarũ delectu. Quomodo baſis mixturæ deligatur. De ijs ſine quibus affectum baſis ipſa profligare non poteſt. De ijs quæ ipſius baſis, & aliorum ſine quibus baſis non agat, actionem reddant meliorem. Color. Odor. Sapor. Conſiſtentia. Conſeruantia. Quantitas. Forma compoſiti. Tempus ſumendi uel admouendi medicamenti. Tempus purgationis. De modo utendi medicamentis. De limitationibus differentiarum, ut quantitatis aut qualitatis affectuum, ad rectam medicamentorũ & aliarum cauſarum ſalubrium uſum neceſſarijs.

3 De ſimplicium medicamentorum ad cõpoſitionem prędparatione liber tertius. De dolis ſeu adulterijs medicamentorum. Quidnã accipiendũ ſit cum unum nomen multis ſimplicibus eſt commune uel quæ pars unius accipienda. Antiballomena, id eſt, quid pro quo, ut loquuntur. Præparatio in genere. Liquatio. Diſſolutio. Infuſio. Mucilago. Clarificatio. Coctio. Aſſatio. Vſtio. Lauatio. Deſtillatio. Qualis ignis prędparationi cõueniat. De tritura. Purgatio medicaminum. Inſtrumenta pharmacopolarum præcipua.

ciputa. De ponderibus & mensuris, quæ Galeno præcipue, & ætatis nostræ medicis in usu sunt frequentiore. De ijsdem secundum Romanos, & Athenienses.
4 Exercitatio prædictæ methodi in aliquot ueterum compositis celebribus, liber quartus. De Mithridatio. De theriaca antidoto copiosissime. De succis melle aut saccharo conditis, ut cydoniorum, morí aut rubi fructuum, nucum, mustí, & granatorum succi.

De medicamentorũ simplicium delectu, præparatiõibus, mistionis modo, lib. 3. impressi Parisijs apud Iac. Gasellum, 1542. in fol. chartis triginta duabus. In præfatione ad Lectorem, primum medicos imperitos reprehendit, deinde huius argumenti doctrinam, non solum pharmacopœis, sed ipsis etiam medicis utilem ac necessariam esse pronunciat. Post præfationem seorsim de Pharmacopœi officio disserit. Ex initio libri. Quos tres libros his mensibus proximis sum pollicitus ad modum recte medicamenta componendi pertinentes, præstare aggredior. Primum scilicet de accurato medicamentorum simplicium delectu: Alterum de legitima ipsorũ præparatione: Postremum, de modo miscendi medicamenta componi idonea. Quod uero ad primum laborem mihi propositum attinet, quanquam recte à Mesue tradita est methodus medicamenta purgantia deligendi, & quam facile ad alia quoq; medicamenta deligenda transferre possit Lector non indoctus: tamen paucis usum est mihi eam methodum illustrare, & planiorem reddere locis aliquot communibus, à Mesue post Dioscoridem & Galenum obseruatis, nostro autem commentario latius effusis: quanquam & à me nõ pauca in hanc rem sunt dicta initio methodi medicamenta componendi: sed tamen quæ nunc trademus, neq; bis dicta, neq; ociosa facile intelliges, si ea legeris attentius. Circa finem huius libri iterum de antiballomenis docet, ut etiam in tertio methodi componendi. *Io. Mesue.*

2 Ex præfatione in librum 2. de præparatione simplicium. Nullus hodie extat, quem sciam, qui hac de re aliquid memoria dignum absoluerit: præterquam quod pauca quædam, sed tamen legi dignissima, de quatuor præparandi generibus, tritura, coctione, ustione, infusione, Mesues in sua methodo deligendi medicamenta purgatoria & castigandi perstrinxit. Nam quæ Seruitor nescio quis partim ex Dioscoride deprauauit, partim ex indoctis collegit, quis ferat? His uos rationibus commoti ex Hippocrate, Dioscoride, Galeno, alijsq; permultis, quorundam simplicium præparationes passim dispersas, in ordinem congessimus, multas ipsi & inuenimus & experti sumus, & à doctissimis hac ætate pharmacopœis didicimus, &c. *Mesues. Seruitor.*

3 Ex præfatione in librum tertium de modo miscendi medicamenta ad compositionem. De modo igitur seu industria & arte medicamenta componendi & miscendi sumus dicturi, non tamẽ omnia, sed ea præcipue, quæ Parrhisijs aut usu aut paratu sunt frequentiora. Quæ uero urbes aliæ alia in usu composita habent medicamenta, ex horum imitatione paruo negocio substituent. Porrò in his omnibus Mesuæ ordinem sumus sequuturi, ut scilicet doceamus: Primum, quo modo Condita sint componenda, deinde Sapæ, Iulepi, Syrupi: tertio loco Eclegmata: quarto Decocta, et Infusa si qua hodie usurpantur quinto Antidota, sexto Pilulæ, septimo Trochisci, octauo Pulueres: nono olea, decimo unguenta, undecimo cerata, duodecimo emplastra. His tamen passim, sed locis suis ex Nicolao & alijs similia, sed usitatiora nobis adscribemus. *Mesues.*

In linguam Gallicam Isagoge: Item Grammatica Latinogallica. Opus excusum Parisijs apud Rob. Stephanum, 1531. in 4. chartis 22. Ex præfatione ad Lectorem. Libros Galeni de usu partium corporis humani quum ad Græcũ exemplar magna cura præcipuoq; studio non modo recognouissem, sed propemodum nouos reddidissem, uigilijs, curis, labore fractus, materiam disquisiui, in qua *Galen de usu partiũ.*

,, ingenij uires longiore studio & grauiore sessas recrearem, atq; reficerem: Cui otio
,, nulla mihi aptior seges uisa est hac ipsa sermonis Gallici inuentione simul ac tradi-
Argumentum. ,, tione, &c. His libris docet multarum Gallicæ linguæ uocum etymologiam, &
,, orthographiam nouam literis quibusdam & signis ad id confictis: & grammaticos
,, canones præscribit.

T. cl. 1590. IACOBVS de Theramo canonicus Aprucinus, & archidiaconus Auersanus iure consultus celeberrimus, scripsit quædam egregia uolumina, è quibus ego reperi tantum dialogum de redemptione generis humani. Belial uulgariter nuncupatū, quem author prænotauit:

Consolationem peccatorū, lib. 1. Postquam per scientiæ lignum.
In Clementinis dicit scripsisse, lib. 1. Et quædam alia.

T. IACOBVS de Thessalonia, ordinis fratrum Prædicatorum, ædidit quædam præclara uolumina, è quibus extat opus insigne, de moribus hominum, & officijs nobilium, ac popularium prænotatum, materiam præferens,

De ludo schacorum, lib. 4. Inter omnia genera signo.
Sermones uarij, lib. 1.

Alia uero quæ scripsisse dicitur, ad notitiam meam minime uenerunt.

IACOBVS Toletanus monachus eremita, fertur plurima scripsisse.

IACOBVS Tusanus, natione Gallus, publicus Græcæ linguæ professor Parisijs, quē ante duodecim annos illic docentem aliquoties audiui, transtulit quædā ex Theodori Gazæ Grammatica in Latinum sermonem: Græca item quæ in Angeli Politiani libris reperiuntur. Guil. Budæi epistolas Græcas quoq; uertit, & scholia adiecit ex ipsius Budæi responsis. Cratander impressit Basileæ in 4.

In epilogo expositionis psalmorum mentionem facit impressorum: unde liquet eum non ita dudum uixisse.

IACOBI Perez de Valentia Christopolitani episcopi, & ordinis Eremitarū diui Augustini obseruantissimi, Expositio in omnes psalmos Dauidis: Item in Cantica officialia, seu ut ipse scribit, ferialia simul & euangelica, & reliqua ecclesiastica, Benedictus, Magnificat, Nunc dimittis, Gloria in excelsis: & SS. Augustini & Ambrosij canticum, Te Deum laudamus. Accessit ad hæc Tractatus contra Iudæos. Volumen excusum Parisijs apud Ascensium: & Lugduni apud Steph. Gueynard cū indice, in paruo folio, anno 1512. chartis 238. In psalmos seorsum chartæ sunt 185. In cantica ecclesiastica 32. Contra Iudæos 16. Ex epilogo procemij prolixissimi. Primum protestatur se ab Ecclesia Romana nusquam uelle discedere:

,, deinde subijcit. Cum ego non susceperim hoc opus aggrediendum ad ostentationem mei, sed ad satisfaciendum deuotioni & petitioni simplicium sacerdotum
,, & Christianorum: Ideo in hoc opere non intendo disputare materias, cum iam sint
,, satis digestæ et examinatæ per catholicos doctores tam modernos quàm antiquos.
,, Et sic non intendo adducere diuersitatem opinionum doctorum scholasticorum,
,, ne uidear alicui eorum contradicere uel derogare. Sed solum intendo ex doctrina
,, sacrorum doctorum antiquorum secundum gratiam mihi desuper datam ueritatem & thesaurum euangelicum in hoc sacro agro libri Psalmorum absconsum &
,, latentem in lucem fidelibus detegere & referare: & tandem cæcitati & obstinationi modernorum Iudæorum obstare, & eorum maledictis & uanis argumentis re-
,, spondere & satisfacere.
,, Ex epilogo. In hac expositione magis studui simplicium uotis satisfacere, quàm
,, subtilibus disputationibus insudare. Rursus malui uerum sensum & sanū intellectum propheticum iuxta mentem prophetæ literaliter referare, quàm falsas &
,, ineptas glossas modernorum Iudæorum imitari. Qua in re non modo inutile et inane, uerum sacrilegum & impium existimaui propheticam dignitatem auferre
,, quam spiritum sanctum ipsi Dauid (prout in Regum libris legimus) nouimus contuliſſe.
,, Ex præfatione in Tractatum contra Iudæos. Postquam expleueram commentarios

tarios in libros Psalmorum, relatum est mihi quosdam Iudæos ægre tulisse, & mur « muratse propter ea quæ dicta sunt in expositione psal. 39. & 49. & 50. et in plærisq; « locis, &c. Et ideo in præsenti tractatu mouebuntur quinq; Quæstiones cum ar « gumentis Iudæorum, quibus absolutis uidebitur manifesta deceptio & cæcitas eo- « rum, & soluentur omnes obiectiones & rationes eorum adductæ cõtra ueritatem « nostram. Quæstio 1. Vtrum omnia legalia debuerunt cessare tanquam mor- « tua per aduentum Christi. 2 Vtrum Sabbatum legale debuerit cessare, & ce- « lebrari dies Dominica. 3 Vtrum terra Chanaan materialis cum suis fructi- « bus fuit præcise promissa filijs Israël in præmium præcisum propter obseruantiam « legis. 4 Vtrum Iesus Christus, quem nos recepimus, fuerit uerus Messias in « lege & prophetis promissus & expectatus. 5 Vtrum cessante lege Moysi de « buerit succedere lex Euangelica, quam Christus tulit & prædicauit. In quibus « quidem quæstionibus primo adducentur rationes & authoritates, quas Iudæi ad- « ducunt in contrarium. Secundo in decisione quæstionis declarabitur ueritas & « uerus sensus authoritatum iudiciorum, confirmando fidem & ueritatem nostram, « & ea quæ dicta sunt in expositione Psalmorum. Tertio autem respondebitur « ad argumenta eorum. «

Quæstiones 5.

Expositio in Cantica canticorum Salomonis: & Quæstionis finalis discussio, utrum solus Christus sit metrum & mensura & largitor omnium bonorum & re- parator humanæ naturæ: ita quod à nullo alio ruina humanæ naturæ potuerit re- parari: sed quod oporteat omnes currere in odorẽ unguentorum eius ad quodlibet bonũ consequendum. Liber impressus Parisijs apud Ascensium, & Lugduni, 1512. in paruo fol. cum indice: chartis 33.

Ex præfatione Ascensij. Hic liber summa eruditione, non extorte, nec uiolen- « ter, sed sponte ac natiue omnia canticorum mysteria epithalamio dicto uendicat, « tanta perspicuitate, tantaq; animorum inuitatione, ut ego alioqui (fateor) frigidiu- « sculus, & à calore talis lectionis per lodicis parandæ sollicitudinem plusculum ab- « ductus, ut primum opus perlegi, ita inflammatus sum ac in amorem eius raptus, « ut uix meditanti, aliudq; ferè agenti, exciderit mihi nuptiale carmen, quod indici « sequenti apposuimus. Hæc ille. Mihi quoq; obiter inspicienti, non indocta, « nec indigna lectu huius uiri scripta uidentur.

IACOBVS de Viterbio, archiepiscopus Neapolitanus, ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini, scripsit non contemnenda opuscula, è quibus ego adhuc nullum uidere potui. Fertur autem eius ad Clementem Papam quintum: T. cl. 1310.

De regimine Christianorum, lib. 1. Super sententias, lib. 4.
Quodlibeta quoq;, lib. 1. Et nonnulla alia.

IACOBVS de Vitriaco, episcopus Achonensis, & postea sacrosanctæ ecclesiæ Ro- manę Cardinalis, episcopus Tusculanus, scripsit nõ spernendę lectionis opuscula, T. cl. 1220.

Historiam orientalem, lib. 1. Vitam Mariæ de Oegines, lib. 3.
Contra Sarracenos, lib. 1. De sanctis mulierib. Leodien. lib. 1.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1. Et alia quædam mihi ignota.

IACOBVS de Voragine Guilliermi Peralt Galli commentarios maximos de uitijs & uirtutibus in epitomen redegit. Raph. Volaterranus.

Sermones eius typis excusi sunt. Index in ecclesiasticos scriptores Ioannis Trittemij habet, Iacobus Vorago, locus autem qui indicatur, nil aliud habet, nisi Iacobus episcopus Genuensis: de quo iam dictum est superius.

IACOBVS Vuimphelingus Sletstetensis, natione Teuthonicus, presbyter ecclesiæ Spirensis, uir doctissimus, qui & metro excellit & psa: scripsit utroq; genere quæ- dam præclara opuscula, è quibus extant subiecta. T. cl. 1494.

Ad Bertholdum archiepiscopum Moguntinum opus celeberrimũ hexametro & pentam. uersu elegantissime composuit, quod prænotauit de triplici candore.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [773] - 366v

In laudem diuæ Mariæ,	lib. 1.	Maxima noſtrarum ſpes.
Præcepta rhetoricæ,	lib. 1.	Neſcio ſi tuum Theoderi.
Laudes Spirenſis eccleſiæ,	lib. 1.	
De ſpiritu ſancto oratio,	lib. 1.	Quemadmodum expect.
Ad regem Franciæ oratio,	lib. 1.	Luſtra iam octo fruendæ.
De arte poëtica,	lib. 1.	Carmina uarij generis multa.

Epiſtolas tam ad me quàm ad alios multas, elegantesq; cõpoſuit, quarum incertus eſt numerus.

Ad inſtantiam Ludouici Spirenſis epiſcopi officiũ de cõpaſſione beatę Mariæ ſem per uirginis cõpoſuit, quod per eandem dioeceſim annuatim ſolenniter peragitur.

Ad hunc Iacobum librum de luminaribus ſiue illuſtribus uiris Germaniæ iam pri dem dedimus. Viuit ætate uirili annos habens fermè tres et quadraginta, in inclyta ciuitate Spirenſi, & uaria conſcribit, ſub Maximiliano Romanorum rege.

* Iacobi Vuimphelingij Soliloquium pro pace Chriſtianorum: liber impreſſus.

De nuntio Angelico carmẽ heroicum. Ad Philippum comitem Palatinum, heroicum. Ad Ludouicum eius primogenitum, Elegia. Libellus impreſſus in 4. anno 1494. chartis duabus.

Stylpho: ſunt autem dialogi quinq; cõpoſiti ab authore, anno 1470. & impreſſi in 4. chartis duabus & dimidia. Argumentum.

Duo quondam cõterranei ex ſcholis particularibus, Vincentius ad uniuerſitatem, Stylpho ad Romanam ſeſe curiam, receperunt. Vincentius iurium literis inuigi lans, Palatini principis primum cancellarius, deinde præſul & antiſtes euaſit. Styl pho ex urbe profectus, ſaccum bullis apoſtolicis & proceſſibus plenũ aſportabat. Et eadem fortè tempeſtate uterq; communi fuit in patria: Vincentius illuditur, ma gnificatur Stylpho, cuius tamen gratiæ nihil roboris ſortiebantur, qui per ignoran tiam coactus renunciare bullis, demum paſcendorum ſuum prouinciam ſuſcepit.

Sermo ad iuuenes qui ſacris initiantur: impreſſus, ut habet index officinæ Her uagij Baſileæ.

Elegantiæ maiores. Rhetorica pro pueris, plæriſq; in ordinem facíliorem re dactis & auctis. Matthias Hupfuf excudit Argentinæ, anno 1515. in 4. chartis 7.

Adoleſcentia, opus egregium continens præcepta ad mores ingenue forman dos, partim ab ipſo authore ſcripta, partim ex uarijs & optimis ſcriptoribus quin quaginta numero collecta, et in locos digeſta: Excuſum Argentinæ apud Matthiã Hupfuf, 1514. in 4. cũ additionibus Gallinarij, chartis 19. Capita ſiue locos com munes ne ſim prolixior, omittam. Gallinarij autem additiones, hæ ſunt.

Epiſtola Aeneæ Syluij de literarum ſtudijs. Ex Lactantio quædam.

Epiſtola Iacobi Vuimphel. Reſponſio Vuolfij. Carmen Philomuſi de no cte, uino, & muliere. Iacobi Vuimphelingij morales ſententiæ pro pueris. Aliæ ex Fr. Petrarcha ordine alphabeti. Epitaphia quædam in Ioannẽ Dalburgium epiſcopum Vuormacieñ. Et alia quædam. Præcipuum totius libri inſtitu tum eſt docere de educatione, diſciplina, moribus, uirtutibus ac uitijs, & huiuſmo di in adoleſcentia capeſſendis aut fugiendis.

Epitome rerum Germanicarum opera Iacobi Vuimpfelingij & familiarium eius contexta, ac nuper ab erudito quodam recognita. Opus impreſſum Baſi leæ apud Heruagium, 1532. in fol. chartis 16. & dimid. cum Vuitichindi Saxonis hi ſtoria, & alijs pluribus.

Sebaſtianus Murrho.

Ex præfatione authoris quam ſcripſit anno 1502. ad Thomã Vuolfium iuniorem pontificij iuris interpretem. Excitaueram nuper Sebaſtianum Murrhonem, ut ex priſcis hiſtoriographis, epitomen ſaltem rerum à Germanis magnifice geſta rum comportaret. Ille quod cœperat immatura morte interueniente, neq; perfice re potuit, neq; reuidere. Ego itaq; quicquid ille poſt ſe reliquit, cogitabã in ſeriem diſtribuere,

distribuere, augere, & utcunq; absoluere, ut omnes Germani in hac epitome anti- "
quitates Germaniæ uideant, uitam nostratium Imperatorum legant, Germano- "
rumq; laudes, ingenium, bella, triumphos, artium inuentionē, nobilitatem, fidem, "
constantiam, & ueracitatem ediscant, &c. deinde probat Argentinam, Sletstadiū, "
& alias urbes in citeriore ripa Rheni sitas, ab Octauiani ætate semper ad Germa- "
niam pertinuisse, non Galliā. Totus liber per capita cum argumentis distribuitur. "

IACOBVS Zenus, patricius Venetus, episcopus ecclesiæ Patauinæ, scripsit quædā T.M.1477.
præclara uolumina, è quibus extat opus elegantissimum.
De gestis summorum pontificum, lib. 1. Et quædam alia.

IACOBVS Zieglerus Landauus Bauarus, natione Germanus, librum scripsit de constructione solidæ sphæræ, cum scholijs in opusculū Procli de sphæra: & de ca- nonica per sphæram operatione, & de hemicyclio Berosij. Impressus est Basi- leæ apud Valderum in 4. 1536. chartis undecim: adiunctis Arati phænomenis Græcis cum commentarijs Theonis.

Ex præfatione eius ad Paulum Bombasium Bononieñ. Quom in Sapheam " Sapheas.
commentarer, pollicitus sum, me etiam scripturū in sphæram Archimedis: quam " Archimea
ego ei authori tribuo, quoniam habeo persuasum mihi, Archimedem primum uel " des.
constituisse hanc, quam solidam dicimus, uel collocasse in eam stellas secundum "
canonicas radices. Eius ergo constructionem daturus præsenti opera, fueram ad- "
diturus etiam isagogas cœlitus apparentium rerum circum terrenam habitatio- "
nem: uerum quia ueteres cum alijs, tum Proclus, quorum studijs conferre me non "
audeo, uersati in eodem proposito sunt, ad ueteres eam ego partem remisi, desum- "
psiq; Proclum qui hanc absoluat. Addidi tamen locis opportunis scholia, adduxiq; "
sensa authoris ad designatorum in sphæra circulorum exemplum manifestum. "
Qua demum indicatione absoluta, subiunxi quasi coronidem paucis capitibus, "
quemadmodū canonica ratio cœlestium motuū repræsentetur in proposita sphæ- "
ra, in qua etiam ipsi operemur eosdem effectus concordi symbolo, & quo eos ope- "
ratur in cœlo potestas naturæ. "

Ex præfatione in Hemicyclium Berosi. Hemicyclij meminit Vitruuius libro " Berosus.
nono. Hemicyclium (inquit) excauatum ex quadrato, ad enclimaq; succisum Be "
rosus Chaldæus dicitur inuenisse. Istud ego cum propter Berosi nobilitatem, "
tum hunc Vitruuij locum illustrandum tradere instituī. "

In C. Plinij de naturali historia librum secundum Cōmentarius, quo difficulta- tes Plinianæ, præsertim astronomicæ, omnes tolluntur. Item, Organum quo ca tholica syderum, ut apud Plinium est, mira arte docetur. Item, Georgij Collimi- tij, & Ioachimi Vadiani in eundē librū Plinij scholia quædam. Opus excusum Basileæ apud Hen. Petrum, 1531. in paruo folio, chartis 122. sed præter quindecim ultimas, cæteræ Ziegleri sunt.

Ex epistola nuncupatoria ad D. Alfonsum Sigismundi filium à Trottis, equi- tem Ierosolymitanum. C. Plinij Sec. librum naturalis historiæ, quo Catholicam " Plinij lib. 2.
syderum septem, aliaq; astronomica & geographica toto sparsa opere tractauit, si "
quis uel ætate nostra, uel superiori enarrarit ignoro, &c. Post hæc de antiqua "
astronomia Plinij disserit, & de uitiatis codicibus: & paulò post, de astronomiæ
nostri & patrum nostrorum sæculi scriptoribus grauissime suam fert sententiam.
Vulgati authores (inquit) sphæralem rationem exiliter, Catholica uero septem ua- " De uulgatis
garum stellarum etiam impedite tractarunt: organum sphæræ mundanæ, minus " astronomiæ
dimidia sui parte proferunt, pro eo quod motum uniformem cœli pro sua uniuer- " scriptorib.
sitate repræsentare queat: Theoricam uero quam dicūt, & quæ diuersum motum "
tractat uagarum septem, alijs non necessarijs orbibus extenderunt, tractationem "
ipsam amplius dimidio pro natura motuum & conditione auditoris auxerūt, hoc "
est, memoriam ingesserunt, medij cuiusdā motus, uericq; motus, medij argumenti, "

„ ueri argumenti, æquationis, & iſta non unius orbis, ſed centri corporis ſtellæ, cen-
„ triq; epicycli, rerum, non quales liberum motum ſtellarum & obſeruatũ in diem:
„ ſed diuerſam rationem, eam, quemadmodũ Catholica ſyderum ad calculũ Ephe-
„ meridum adduceretur, ſpectabant. His inquam rebus auditorem onerarunt, atq;
„ iſtud parum commoda expoſitione, &c. Tales in difficili materia uerſatos, quis
„ ſperabit facultatem habuiſſe ſingula ordine & luce tradendi? Vt uero ſperet, certe
„ altero deliquerunt, quia non fecerunt diſcrimen quem auditorem ſuſciperent,
„ eúmne manſurum in profeſſione, & ipſum olim ephemerides tanquam annales
„ conditurum: an potius quem hactenus inſtitutum remiſſuri fuerant ad diuerſa
De organo à ſe conſtructo: & commentarijs ſuis. „ quælibet ſtudia. Et poſt pauca. Fuit propterea ſtudium noſtrũ, ut ante alia
„ organum conſtrueremus imaginis cœleſtis ſphæræ, quod legitimis partibus atq;
„ his integris conſtaret: Ex huiuſq; poteſtate oſtenderemus, in qua parte ſphæræ Pli
„ nius præcipue uerſaretur, ſtatueremus quoq; ab eodẽ ingreſſu (quoniã & hoc ad
„ intellectum rerum ſpectabat) quid de orbibus ſtellarũ uulgo receptis, deq; motu,
„ quo is eſſet maxime expeditus, ſentiendum foret. Hæc pars quía aliqua detrahit
„ uulgatæ traditioni, &c. Id certe ſpectaui toto opere ut facilis & apertus eſſem:
„ ſi minus alicuius ſententia idem præſtiti, forſan materia eiuſmodi eſt, quæ clare tra
„ ctari ægre poſſit: proq; huius natura fuerim forſan etiam egregie apertus, &c. Sed
„ extra tergiuerſationem ingenue fatebor, poterant hæc eſſe explicatiora, ſi ſtudium
„ hoc nobis interim unum fuiſſet. Quod ad lectionem Plinianam attinet, parum
„ inſpexi quid alius legeret, &c. ſed unius eſſe iudicaui utrũq; cum deprehendere
„ ubi lectio deprauata ſit, tum ubi diuerſa traduntur, non conſentientia fidei rerum.
„ Hoc commentarium, amicorum occaſione ſuſceptũ tibi dedico magnifice eques,
„ quod ſuſcipias interim, quoad ego nactus liberius tempus, aliam etiam operam
„ meam expectatam à te, & à me inchoatam, effectam reddam. Poſt epiſtolã nun-
„ cupatoriam ſubijcitur Index de præcipuis rebus, ſiue multis & clariſſimis aſtrono
„ miæ locis, quæ his commentarijs continentur, quæ licet adſcribi digniſſima, ne ui-
„ dear affectaſſe prolixitatem operis, relinquo. Vide in Iacobo Milichio ſuperius.

Terræ ſanctæ, quam Palæſtinam nominant, Syriæ, Arabiæ, Aegypti, & Schon die doctiſſima deſcriptio, unà cum ſingulis tabulis earundem regionum topographicis. Item, Holmiæ planè regiæ urbis calamitoſiſſima clades ab eodem deſcripta: cuius libri & hic titulus eſt: Chriſtierni ſecundi regis Danmarchiæ crudelitas perpetrata in proceres Sueciæ & populum Holmenſem. Volumen impreſſum Argentorati apud Vuend. Rihelium, 1536. in fol. cum alia deſcriptione Terræ ſanctæ iuxta ordinem alphabeti, ad ſcripturam proxime directa, authore Vuolffgango Vueiſſenburgio. Acceſſerunt, Index copioſus: & Elenchus, quo libro & capite Bibliorum, & quoties, ſinguli Palæſtinæ loci continentur. Chartæ totius operis ſunt, 142. Iaco. Ziegleri autem ſcriptorum ſeorſim, chartæ 55. & tabularum topographicarum, chartæ 8.

Euſebius Cæſ. D Hieronym. „ In præfatione in Palæſtinam ſic ſcribit. Euſebius Cæſarieñ. Hebraicorum loco
„ rum deſcriptionem et tabulam ædidit, quod opus Hieronymus in Latinã linguam
„ tranſtulit & commentarium, quamuis inueriſſimum, ad noſtram ætatem manſit,
Scriptores terræ ſanctæ noſtri ſeculi. „ tabula uero intercidit iniuria temporis, &c. Fuerunt quidem, ut ætate noſtra,
„ Bratebachius eccleſiæ Moguntinæ presbyter, & eo uetuſtiores Bacho Anglus,
„ & Burghardus quidam Dominicalis: qui Palæſtinæ ſitum ſcripſerunt. Vulga-
„ ta eſt etiam tabula apud Cl. Ptolemæi geographicum opus, qua ueteris iactu-
„ ram picturæ ſarctam quiſpiam arbitrari poſſit. Sed mihi quare ijſdem non
„ permittam titulum Euſebianæ tabulæ, uel conſeruatæ, uel inſtauratæ, cauſæ
„ manifeſtæ ſunt. Diuiſionem tribuum duodecim ſecundum Iehoſuah fidem tenui-
„ ter aſſequuntur. Coordinationem aũt locorum fecerunt, ut leuis coniectura, & im-

peritiſſi-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [776] - 368r

peritiſſimorum hominum, qui ſe iſtic ductores locorũ faciunt, indicatio inuitauit, « nulla teſtata hiſtoria, nullo auctore idoneo, quid conſequentia loca, & itinera facta « ſuſtinerent, conſultis, &c. Et aliquanto poſt. Pro eiuſmodi cauſis, ego illis au- « ctoribus ſuam ipſorum operam remiſi, & ſumpſi mihi negotium Palæſtinæ ex ue- « teris hiſtoriæ fide inſtituendæ. Eundem fructũ ſpectans, quem primi eius aucto- « res, dico Euſebium & Hieronymum, ſpectarunt. Ex altera præfatione, de au- « ctoribus quos ſecutus eſt. Cõmonere uoluimus Lectorem, nos Cõmentario hoc « ſcribendo ſequutos eſſe ſitum locorum, qualis fuit florentibus rebus Hebræorum. « Nam quæ hodie de Palæſtina referuntur, nulla nõ fabuloſiſſima habentur: & quæ « parte aliqua ſuſtineri poſſint, recentiora quidẽ nihil adiuuãt ueterũ cõmentariorũ, « maxime hiſtoriæ ſacræ lectionẽ, cui uni noſtrã hanc operã dedicauimus. Quod « ergo ſuper antiquitate tantum nitimur, ne quis in dubium uocet noſtri cõmentarij « fidem, adiungere uoluimus auctores noſtræ deſcriptionis, Qui ſunt: Sacra omnis « hiſtoria à Moſe in Machabæos, D. Hieronymus tum aliis, tum eo libro de locis He « braicis, Strabo, Ioſephus, Plinius, Ptolemæus, Antoninus Cæſar. In radicibus au- « tem ſuſcipiendis, non unis diſtantijs, quia uitio exemplarium plærũq; fallunt: ſed « hiſtoriæ ſacræ lectione uſi ſumus, &c. In tabulis præter ſupradicta, addidit « Romam, Venetias, & Reginoſpurgum Baioariæ metropolim.

Ex præfationæ in deſcriptionem Schondiæ, quam aliqui Scandiam uel Scandina- uiam uocãt. Ego qui de locis Septentrionalibus, ueteri hiſtoriæ incognitis, com « mentarium æditurus ſum, atq; ita ut illa loca rebus his, unde regiones beatæ dicun « tur, affluentia ſim oſtenſurus, ut hæc plena fide apud auditorem reponam, neceſſa « rio quoq; præfabor quibus auctoribus conſtet ſuſceptũ opus. Romæ dum eſſem, « fuerunt in urbe continuo tempore, duo archiepiſcopi Nidroſienſes regni Nord- « uegiæ, prior quidem gente Danus, &c. Poſt huius mortẽ ſubſtitutus ei Olauus « Olauus. Romam uenit, quem frequenter conueni, & didici reliqua Norduegiæ, quanta « tradi ab uno potuerunt. Gothiam uero, Sueciamq;, & Finlandiam, ſupraq; « has ad Boream Laponiam extenſam, ſed etiam Gronlandiæ Cherſoneſum & in- « ſulam Tylen accepi à reuerendis epiſcopis, Ioanne Magno Vpſalienſi, & Petro « Io. Magnus. Aroſienſi Gothis, tunc in urbe priuatis amicis, & mecum coniunctiſſime conuer « ſatis. Et quidem Vpſalienſis in commentario Schondiæ ſcribendæ antea fuerat, « permiſeratq; id cenſuræ noſtræ, &c. «

Tabulæ Palæſtinæ ſeorſim etiam excuſæ uæneunt Argentorati apud Riheliũ.

In epiſtola aut prefatione quadam teſtatur ſe inſtituere librum de rebus Indicis, quem an abſoluerit neſcio.

IACOBVS Zochi, ſcripſit in quartum Decretalium, Qui ſilij ſint legitimi. c. per ue- nerabilem: Et in quintum de pœnit. & remiſſ. c. omnis.

IACOBI Zouitij Brædani (aliâs Drieſchari uel à Triturbis) natione Zelandi, ludi Hoochſtratani hypodidaſcali, comœdia Ruth ex uetere teſtamento, excuſa Ant- uerpiæ apud Mich. Hillenium, 1533. in 8. chartis 4. & dimid. Vide eius uerba in comœdia ſequente. Adnectitur autem circa finem eiuſdem Iacobi expoſtula- tio cum Neptuno, complexa Pentemimeri dactylica, & iambico dimetro: cuius acroſticha hos uerſiculos includunt:

Ennoſigæus aquis Zelandiam bis obruit.
Quæ regio cupiet Neptune te dic præſidem?

Ouis perdita, comœdia ſacra ex nouo teſtamento. Ioannes Gymnicus excu- dit Coloniæ, 1539. quo etiam ab authore ſcripta eſt, in 8. chartis ferè 4.

Ex epiſtola nuncupatoria. Superioribus annis emiſerat tenuis admodum no- « ſtra Thaliola fabulam, cui titulus Ruth erat, &c. Illud aperte profitear, uel ipſa res « Ruth. me cogit, luxuriem plus ſatis iuuenilẽ fuiſſe in illa nimiam: cudebatur enim mihi, « annos dum uix habebã 21. Neq; modo adultior, deierarẽ hanc omnibus arriſurã. «

Didascalus comœdia, impressa Antuerpiæ in 8. anno 1540.

IADERIS à Midila confessoris & martyris uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptisandis.

IAFREDI Cherienſis cuiusdam liber extat in Iuris scientia cui titulus: Semita recta, id est Conclusio.

IAMBLICHVS libertinus (ἀπὸ λούλωψ) scripsit Babylonica, siue de amore Rhodini & Sinonidis libris 39. Et de Zobara eunucho amatore, pulcherrimæ Mesoptæ.

IAMBLICHVS alius ex Chalcide Syriæ philosophus, Porphyrij discipulus, imperatoris Constantini tempore uixit, & uarios in philosophia libros reliquit. Suidas.

Iamblichi ex Cœlesyria, liber de mysterijs Aegyptiorum, Chaldæorum, & Assyriorum, Græce seruatur in multis Italiæ bibliothecis. Nos uidimus Bononiæ in cœnobio S. Saluatoris: & Venetijs habetur apud Diegum à Mendozza legatum Cæsareum. Idem Latine, Marsilio Ficino paraphraste, excusus est Venetijs apud Aldum, & Basileæ apud Bebelium. 1532. in 8. chartis 12. & dimid. cum Mercurij trismegisti & Procli libris quibusdam. Marsilius in præfatione testatur eum inter academicos diuinum cognominari & magnum sacerdotem.

Præfatio Marsilij, & argumentum.

Porphyrius. Anebo. Abammon. De translatiõe.

» Porphyrius, qui inter Platonicos propter excellentiam philosophus appellatur,
» longam in Aegyptum misit epistolam ad Anebonem sacerdotem, uariarum & gra
» uium quæstionum plenam, ad omnes philosophiæ partes spectantium, præsertim
» ad Deum atque angelos, dæmonesq; & animas, ad prouidentiam, ad fatum, ua-
» ticinia, magicen, miracula, sacrificia, uota. Porphyrij quæstionibus respondit
» Iamblichus eius auditor. Introducit uero Porphyrio respondentẽ Abammonem
» Aegyptium sacerdotem, pro Anebone discipulo suo, ad quem Porphirius misit epi-
» stolam. Huius ergo quæstionis totius, atq; responsionis profecto diuinæ, tanquam
» in Plotino nimium occupatus, singula fermè non uerba, sed sensa traduxi, ut non
» mirum putari debeat, si cubi diuulsa uideatur oratio: præsertim inter ipsa disputan
» di principia, ubi leuior iactura uerborum. Iam deinceps uerborum etiam conte-
» xtus magis perpetuus apparebit. Coactus uero sum interdum meum aliquod uer-
» bum uel continuationis, uel intelligentiæ gratia interserere.

Capita libri.

1 De cognitione diuinorum. 2 De proprietatibus uniuscuiusq; superiorũ.
3 De ordine superiorum.
4 Quomodo superiorum actiones inter se distinguantur.
5 De intellectu & anima.
6 Omne diuinum & incorporeum ubiq;.
7 De prouidentia, & quomodo dij sint ubiq;.
8 Quod omne diuinum sit à passionibus alienum.
9 De anima separata à corpore.
10 De ira deorum. 11 De necessitate & libertate deorum.
12 De differentia deorum ad dæmones, apud Græcos atq; deuotissimos.
13 Iterum de supplicationibus.
14 De differentia inter deos & dæmones, atq; de cœlestibus.
15 De uicinitate cœlestium corporum ad species incorporeas.
16 Confirmatio superiorum.
17 De prouidentia, & de dijs, atq; dæmonibus.
18 Quo differant dæmones, heroës, animæ.
19 Quando alia numina aliter appareant atq; agant.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [778] - 369r
PUBLIC DOMAIN

20 De uirtute ſacramentorum. 21 Vaticinium quid & unde.
22 De ſomnijs. 23 De inſpiratione diuina quæ ſit in uigilia.
24 Miracula multa fiunt à prophetis.
25 Inſpiratus uacat ab actione ppria, ac deũ habet pro anima: caput prolixum.
26 Non fit in ſacris opus alicuius efficaciæ niſi per potentiam, imò & preſentiam numinis alicuius.
27 Numina inuocata nobis adſunt, non coacta, ſed uolentia.
28 Opera miraculorum & prophetiæ, non fiunt aliqua uirtute ſtellarum, corporis, animæ, ſed mera & libera poteſtate Dei.
29 De ſomnijs diuinis & humanis.
30 Chaldæorum myſteria de ſacerdotio, Deo, dæmonibus bonis & malis.
31 Inuocationes & imperia hominum aduerſum ſpiritus.
32 De ſacrificijs, unde uim habeant, & quid conferant.
33 Quæ ratio ſacrificiorum, quæ utilitas: prolixum caput.
34 De ſacrificijs animalium. 35 De uaticinijs per animalia.
36 Quomodo obſecratores dæmonibus minabantur.
37 Expoſitio ſymbolorum Aegyptiæ theologiæ.
38 De nominibus diuinis. 39 Opinio Aegyptiorũ de Deo atq; dijs.
40 De libero arbitrio, & quomodo ſoluamur à fato.
41 De ſuo cuiq; dæmone. 42 De iudicijs aſtrologorũ & dæmone.
43 Vnde proprius dæmon ueniat, quidũe agat, & utrum ſit unicus.
44 Inuocatio dæmonis. 45 De felicitate.
46 Religionem eſſe ueram.
47 De præſagio naturali, artificioſo, atq; diuino.
48 Via ad felicitatem.
49 Concluſio religionis felicitatisq; apud Aegyptios.

Iamblichi de Pythagorica ſecta libri 3. cum Simplicij commentarijs in bibliotheca Vaticana conſpiciuntur. Raph. Volaterranus.

Eoſdem libros, & protrepticas eius orationes, Io. Alexander Braſſicanus in poſſeſſione ſua eſſe, alicubi ſcripſit.

In epiſtolã Porphyrij liber, Romæ in Vaticana: fortaſſis idem ſuperiori de myſterijs Aegyptiorum, &c.

Multa Iamblichi fragmenta, præcipue ex epiſtolis ad Sopatrum & Dexippum, paſſim in Ioan. Stobæi Collectaneis citantur, ut apparet ex indice noſtrę æditionis.

IAMBVS epiſtolæ 2. & 4. apud Cyprianũ author cum aliquot alijs coëpiſcopis, lib. 1.

IAMBI à Germaniciana confeſſoris uerba apud Cyprianum in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptiſandis.

IAMMETRIVS Textor. Vide ſupra F. Iammetrius, pagina 249. b.

IANOTIVS, uidetur fictum eſſe diminutiuum à Iano.

IANOTIVS quidam ſcripſit de dignitate uel excellentia hominis librũ, qui Baſileæ impreſſus eſt in 8.

IANVARIVS epiſtolæ 4. & 12. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coëpiſcopis, lib. 1.

IANVARIVS alius, epiſtolæ 4. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coëpiſcopis, lib. 1.

IANVARII à Lambeſe uerba apud Cyprianum in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptiſandis.

IANVARII Muzulenſis uerba apud Cyprianum in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

IANVARII à Vico Cæſaris uerba apud Cyprianum in ſententijs epiſcoporũ de hæreticis baptiſandis.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [779] - 369v

IA N V S nomen proprium, uſurpari aut affectari potius nuper incœpit à ſcriptoribus quibuſdam loco Ioannis, quem & Galli ſua lingua Ian uocant.

IA N I Anyſij Sententiæ morales ſingulæ ſingulis ſenarijs abſolutæ, ad Inachū Mendoſſam Cardinalem. Eſt autem ſeſquicharta, impreſſa Baſileæ, 1539. in 8. apud Robertum Vuinter, cum L. Vitruuij Roſcij libro de docendi ſtudendiq; modo.

» Ex præfatione. Vt præclara mihi incidere uerba Subſcripſi negligentius li-
» bello. Nam duxi nihil ordine indigere. Quæ facere meliora nequij, utor pro
» meis. Nam dicta uetera inuertere, impietas mera eſt.

IA N V S Antoniacus, uide Ioan. Guinterius Andernacus. Eundem enim authorem eſſe conijcio.

IA N V S Cornarius Zuiccauienſis, natione Germanus, quem anno ſuperiore Francofortí uidimus in nundinis uernis, ubi ille unus ex medicis ſtipendio publico conductis aliquandiu fuit, hoc tempore Marpurgi in Heſſia profitetur. Vir doctiſſimus eſt, ac de utraq; lingua, Græca inquam & Latina, & uniuerſa re medica optime meritus. Ex Græcis ſcriptis Latina fecit multo plura, quod ſciã, quàm quiſquam alius noſtro ſæculo.

Vniuerſæ rei medicæ epigraphe, enumeratio, et breuis Iſagoge per Ia. Cornarium, recognita & aucta ab authore: impreſſa Baſileæ apud Frobenium, anno 1534. in 4. chartis 13. & dimid.

Marcellus. Marcelli authoris antiquí de uarijs medicamentis opus, plæriſq; locis integritati ſuæ reſtituit. Vide infra in Marcello.

Macer. Macri poëma de plantis: & incerti cuiuſdam authoris itidem de plantis, animalium partibus ac terræ ſpeciebus: & Merboldi de lapidibus ac gemmis carmina emendauit: & annotationes adiecit. Vide ſupra in Aemilio Macro.

Hippocrates. Hippocratis in medicina Græcos libros omnes uetuſtis exemplaribus collatos emendauit, ut ſupra diximus in Hippocrate.

Eiuſdem aliquot libelli recens ab ipſo conuerſi ſunt, & impreſſi Baſileæ apud Ioannem Oporinum, 1543. in 4. nempe, Iuſiurandum, Lex, De arte, De ueteri medicina, De medico, De ornatu decenti, Præceptiones.

His adiecit orationes duas à ſe conſcriptas, quarum una inſcribitur, Hippocrates ſiue Doctor uerus: altera, De rectis medicinæ ſtudijs amplectendis.

Hippocratis epiſtolæ ab ipſo translatæ, excuſæ ſunt Coloniæ apud Gymnicum in 8. 1542. Expectamus & reliquos omnes ex eius interpretatione Hippocratis libros, quos iam olim promiſit.

Galenus. Ex Cl. Galeno uertit libros 9. uidelicet,

De reſpirationis cauſis,	lib. 1.	De reſpirationis utilitate,	lib. 1.
De reſpiratiõis difficultate libros tres.			
De uteri diſſectione,	lib. 1.	De fœtus formatione,	lib. 1.
De ſemine,	lib. 2.		

Quæ translationes cum Marcelli opere de medicamentis Baſileæ apud Frobenium publicatæ ſunt, 1536. in fol.

Ex eodem uertit de compoſitione pharmacorum ſecundum locos libros 10. ac totidem in eos commentariorum libros adiecit: In quibus omnes corrupti illorum librorum loci reſtituuntur, & omnes difficiles exponuntur, ampliuſq; aliquot milia rerum ac locorum in Græcis & Latinis medicis obiter explicantur, emendantur ac reſtituuntur. Opus excuſum Baſileæ in officina Frobeniana, 1537. in fol. Cæterum interpretatio ſeorſim enchiridij forma, ſiue in 16. (ut loquuntur) aut Lugduni aut Pariſijs impreſſa eſt. Nuper ſanè Venetijs omnia Cl. Galeni opera Latine impreſſa ſunt, & mox eadem Baſileæ, ubi à doctis uiris, libri antea uerſi tum à Cornario, tum ab alijs omnibus, ni fallor, aut plæriſq; interpretibus, ad incudem reuocati ſunt. Commentarij per ſe conſtant chartis 69.

» Ex præfatione. Hos libros ea potiſſimum gratia commentarijs enarrare ac di-
» lucidare operæpretiũ duxi, ut interpretationi noſtræ maior fides habeatur. De-

inde

inde affirmat in libris medicorum ex Græco sermone ad id tempus usq; cõuersis, tribus aut quatuor ad summum libellis exceptis, omnes pessime habere: miníme uero eam laudem merentur (inquit) quam plæriq; magni nominis uiri (quæ fucatissima omnium est impostura) epistolis præfixis sunt testati, &c. Quare ex re & necessarium omnino fore mihi uisum est, ut commentarijs adiectis translationem nostram declararemus: atq; id ita faciemus, ut & uerba & sententiæ, atq; ipsa etiam cõstructio, non nostra solum, sed & Græca ipsius authoris ἀυτοῖς ὀνόμασιν ubi opus fuerit adducta, dilucida fiant: hęc enim tria Hermogenes in bono expositore requirit. Neq; uero prætermittemus, si quando res ita tulerit, etiam alios quosdam alio rum Græcorum ac Latinorum medicorum locos obiter explanare, atq; id uestri commodi gratia, quicunq; ueterem ac synceram medicinam, Græcã puto, amatis.

Aëtij medici libros sex, ab octauo ad decimumtertium, olim uerterat, quos excuderunt Frobenij additis reliquis ex Ioan. Baptistæ Montani translatione: sed nuper tum superiores ab ipso recogniti tum cæteri omnes de integro uersi, ex eadem officina studiosis prodiuerunt, opus ut longe utilissimũ, sic perpetua laude dignũ. *Aëtius.*

Constantino Cæsari inscriptos libros 20. de agricultura ex Ia. Cornarij traductione, eadẽ officina publicauit, ut supra in Constantino dixi. Vide in Andrea à Lacuna. *Constantinus.*

Adamantij sophistæ physiognomica, eodem interprete ibidem impressa sunt: & nuper, ni fallor, Coloniæ apud Gymnicum, Græco exemplari castigato. *Adamantius.*

Parthenij liber de amatorijs affectionibus Græcus, & Latinus, Ia. Cornario interprete, excusus Basileæ apud Frobenium: cui subnectitur oratio Cornarij in laudem peregrinationis. *Parthenius.* *Laus peregrinationis.*

Basilij magni opera Latina fecit, item Basilij & Gregorij Nazianzeni epistolarum uolumen. Vide supra pag. 137. a. & 138. b.

Epiphanij episcopi Constantiæ Cypri Panariũ contra octoginta hæreses: Ancoram fidei. Libellum de mensuris ac ponderibus, &c. Latinitate donauit: ut dictum est in Epiphanio, pagina 221. a. Rob. Vuinter excudit Basileæ.

Io. Chrysostomi dissertatio cum Basilio Magno de episcopalis ac sacerdotalis muneris præstantia, Ia. Cornario interprete: impressa est Basileæ apud Ioan. Oporinum in 8. 1544.

IANVS Damascenus: uide in Ioanne Damasceno. Nam uidetur de industria aliquis mutasse nomen, ut nouus titulus appareret, in opere illo medico sex librorũ, quod Henricus Petrus Basileæ nuper excudit.

IANI Damiani Senensis Elegia ad Leonem X. pontificem de expeditione in Turcas suscipienda, charta 1. impressa Basileæ in 4. apud Ioan. Frobenium, cum aliquot alijs opusculis.

IANI Dubrauij Silesij, hominis eruditi, & qui monumenta aliqua ingenij in publicũ dederit, Ioachimus Vadianus meminit in commentarijs suis super Pomponij Melæ Sarmatia.

IANVS Lascaris. Vide Andreas Ianus.

IANI Pagnini scholia in libros Tusculanarum quæstionum Ciceronis, anno 1544. Basileæ apud Ioan. Oporinum, impressa.

IANI Pannonij Quinecclesiensis episcopi, Sylua panegyrica, & epigrammata quædam, excusa Basileæ apud Ioan. Frobenium, 1518. in 4. chartis 14.

IANVS Parrhasius † Consentinus, natione Italus, claruit & docuit Mediolani circa annum Domini milleſimum quingentesimum: scripsit compendium rhetoricæ ex optimis utriusq; linguæ authoribus excerptum: quod Rob. Vuinter primum impressit Basileæ, 1539. in 8. chartis 8. † Aliás Neapolitanus.

Ian. Parrhasij Commentarij doctissimi in opus Claudiani de raptu Proserpinæ, excusi Parisijs, 1517. in 4. & nuper Basileæ apud Rob. Vuinter.

Annotationes quædam in Metamorphosin Ouidij, excusæ typis.

IANVS Vitalis Panormitanus scripsit hymnos in diuinam Trinitatem, quos Ioan. Oporinus excudit Basileæ cum alijs quibusdam.

Triumphus Ferdinandi Francisci Dauani Aquinatis, magni Piscariæ marchionis, patris patriæ, fundatoris quietis, regum domitoris, Iano Vitali authore. Eiusdem Lachrymæ in eundē ducem. Libellus excusus in Italia, Romæ, opinor.

Archangeli, poëma excusum nuper Basileæ apud Rob. Vuinter, cum diuersis aliorum poëmatijs. Extant & epigrammata quædam eius impressa.

IASON Argiuus historicus. Vide Suidam bis de eo scribentem.

†περὶ ὧν. Eiusdē librum de †sacrificijs Alexandri in Alexandria Athenæus citat lib. 14.

IASONIS Claud. cuiusdam præludia Feudalia extant.

T. cl 1498. IASON de Mayno, patria Mediolanensis, ducalis senator, fertur quædam præclara in iure cudisse opuscula: Sed præter orationem quam Romæ coram Alexandro Papa sexto (quæ & impressa circūfertur) habuisse dicitur, nihil eorum ad manus nostras memini peruenisse. Verum sicut certo didici, eleganter scripsit:

Super tit. de acti. in Institutis, lib. 1. Super Codice quoq;, lib. 9.
Super ff. uaria scripsit, lib. 50. Orationes & epistolas.
Et quædam alia.

* Iason Maynus siue de Maino, patricius Mediolanensis, Catonis Sacci Papiensis discipulus, cōpluribus annis Patauij publice professus est: postea Papiam quasi in patriam à Ludouico Sfortia Mediolani duce reuocatus, & ab eo inter Ducales senatores relatus, ad finem usq; suæ uitæ uiginti amplius annis istic prælegit. Erat uir magni ingenij, cæterarum quoq; artium, rhetoricæ puto & philosophiæ non ignarus. In iure uero ciuili in Italia cum Carolo Ruino, & Decio, facile princeps suo tempore fuit. Commentaria eius nota sunt. Mortuus est anno 1519. mense Aprili: Papiæ extra urbem in cœnobio S. Pauli. Hæc Ioan. Fichardus, qui & elegantissimum epitaphion doctrinæ eius testimonium addit.

Scripsit super totum Ius ciuile Commentarios, qui omnes simul impressi reperiuntur: Consilia tantum seorsim exiuerunt.

Expositio tituli de Actionibus excusa habetur in fol. & in 8. Lugduni, 1536.

Commentarij super Codice, Digesto ueteri, & Infortiato, circa annum 1500. partim Venetijs, partim Papiæ excusi sunt.

Iasonis Mayni I. C. equitis Romani, Cæsarei & Ducalis senatoris, ac Ducalem legatum in Germania gerentis ad serenissimum Maximilianum Rom. regem in ipsius & Augustæ Blanchæmariæ nuptijs Epithalamion, prosa oratione: charta 1. & quadrans, cuius fini adscribitur: Actum Ispurch die 16. Martij, anno 1494. Impressa Parisijs apud Ascensium in 4. cum orationibus Philippi Beroaldi, &c.

IASONIS Pratensis Zyricei natione Germani, Selandi opinor, doctoris medici, liber de sterilitate arcenda & progignendis liberis, scriptus ab eo, anno Salutis 1531. & eodem impressus Antuerpiæ apud Mich. Hillenium in 4. chartis 12. Verbis utitur priscis & affectatis, & sæpe digreditur ut solent qui ostentationis tantum gratia declamant. Ex præfatione. Tantum equidem efflabo, conatum me sedulo, ut castigatis auribus dignum aliquid afferrem, & pararem delicatioribus palatis ad stomachum faciens.

IATROCLIS liber de placentis citatur apud Athenæum libro 14.

IBYCI poëtæ carmina semel & iterum citantur apud Athenæum. Vide Suidam.

T cl. 400. IDACIVS Lemicæ Hispaniarum urbis episcopus, scripsit non contemnenda opuscula, de quibus ista feruntur:

Aduersus Priscillianum, lib. 1. Chronicorū à tēpore Theodosij, lib. 1.
Et quædam alia.

IDACII Clari Hispani aduersus Varimadum Arianum liber, & difficillimorū quorumq;

rumq; locorum de Trinitate declaratio. Hen. Petrus excudit Basileæ, 1528. in fol. chartis 12. & dimid. cum uarijs aliorum contra hæreses opusculis. Redolent autem eius scripta, ut inquit Ioan. Sichardus, Hispanitatem quandam.

Elenchus capitum.

De Trinitate. De patris & filij unitate.
Exponuntur loci scripturæ 3. Non à meipso ueni, sed ille me misit: Dominus creauit me: Pater maior me est.
Aduersus dicentes filium neq; patri æqualem, neq; patris uoluntatem esse.
Exponitur hoc: Non ueni facere uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui me misit.
Quando dicunt, dominum & Christum fecisse deum.
Quæ ego loquor, sicut dicit mihi pater sic loquor.
Iussione patris quomodo filius fecerit quæ facta sunt.
Filium esse principium. Patrem filio dedisse iudicium.
Quando dicunt, filium non habuisse potestatem dare ad dexteram uel ad sinistram sessionem duobus discipulis.
De eo quod dicitur: Non potest filius à se facere quicquam.
Vbi dicunt, patrem & filium non esse unum Deum.
Declaratur dictum: Pater clarifica filium tuum.
Vbi dicunt, proprie filium non uidisse patrem.
Patrem filio testimonium perhibere quid sit.
Patrem inuisibilem, filium uero uisibilem quid sit.
Declaratur hoc: Ego quæ sunt ei placita facio semper.
Solum patrem ab Apostolo affirmari immortalem.
Psalmistæ locus declaratur: Dominus regit me, & nihil mihi deerit.
Quomodo Ariani dicant minorem patrem filio, ex eo quod Christus tantum sit à diabolo in deserto tentatus.
Ariani negant filium se proprie Deum nominasse.
Vbi dicunt, patrem filium reuelasse.
Patrem filium tradidisse, quemadmodum intelligatur.
De eo quod dicit filius patri: Transeat à me calix iste, sed non sicut ego uolo, sed sicut tu uis.
Vbi filius patrem rogasse dicitur.
Pater filium exaltasse dicitur, & nomen illi super omne nomen dedisse.
Qando dicunt filium à patre à mortuis suscitatum.
Vbi dicunt, quod non de Deo, sed ex Deo exierit filius.
Non esse bonum nisi solum Deum.
Declaratur hoc Apostoli: Vt cognoscant te solum uerũ Deum, & quẽ misisti, &c.
Declarantur 3. loci scripturæ: Pete à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: Patrem sanctificasse filium: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis.
Refutantur Arianorum opiniones 8. ubi dicunt: Filium à Iudæis irrisum, & in cruce suspensum: Patrem in carnem conuersum, & de uirgine cum filio natum: Filium non habere præscientiam futurorum: Filium patri subiectum: Diem iudicij filium scire non potuisse: Filium uerbum breuiatum nuncupatum uel factum: Filium non patris substantia natum: Minorem esse filium, quia per eum patri gratiæ referuntur.
Exponitur dictum filij: Pater mihi constituit regnum.
Contra id quod dicunt: Filium, non patrem apparuisse prophetis.
Vbi de, et, syllaba causantur, quia dictum est discipulis: Ite baptizate gentes, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.
Vbi dicunt, pater prius & postea filius nominatur.
Vbi dicitur: Nemo uenit ad patrem, nisi per me.

Refutantur quatuor opiniones, dicentium: Quia ſoli patri ſacrificium immolatur: Filium nullam cum patre cõmunem operam habuiſſe: Solum patrem altiſſimum nuncupatum: Filium ſeipſum initium appellaſſe.

Declaratur hoc: Deus, Deus meus, quare me dereliquiſti?

Refelluntur duodecim opiniones, dicentium: Apoſtolum Chriſtum ſe ſecundum carnem neſciſſe: Filium in iuſſu & uoce Archangeli, & in tuba Dei de cœlo deſcendere: Solum patrem à fidelibus adorari: Filium patri gratias retuliſſe: Filium in Sion monte à patre regem conſtitutum: Filium inferiorem patre eſſe & potentia & natura: Iubentis & facientis poteſtas una non poteſt eſſe: Filium patri non eſſe coæternum: Patrem filium feciſſe, filium uero omnia: Sicut pater habet uitam in ſemetipſo, ita & filio dedit uitam habere in ſemetipſo: Solum patrem lucem habere inacceſſibilem: Filium ut patrem non eſſe perfectum.

Declaratur hoc: Sicut me miſit uiuus pater, & ego uiuo propter patrem.

Refelluntur iterum ſex opiniones, dicentium: In filio patrem fuiſſe compoſitum: Patrem ex quo omnia, & filium per quem omnia: Si pater & filius unus Deus, ergo prius uerbum, & poſtea Deus: Si pater & filius unus Deus, prius ergo Deus, et poſtea pater eſt dictus: Filius & pater unus non dicitur Deus, quia ante tempora ex patre poſtea natus eſt: Patrem & filium & ſpiritũ ſanctũ non eſſe unum Deum, quia propriis nominibus diſtinguuntur.

Exponuntur hæc: Cum abiero, mittã uobis paracletum: &, Ego dominus firmans tonitruum & creans ſpiritum.

Refutantur opiniones duæ, ubi dicunt: Spiritum ſanctum prophetis fuiſſe ſubiectum, & eundem in perſcrutando neſcire quæ Dei ſint.

Explicatur hoc: Ille me glorificauit, quia de meo accipiet.

Reiiciuntur dicentes: Spiritum ſanctum ante tempora à ſe non eſſe loquutũ: eundem non à ſe, ſed ex inſufflatione filij in diſcipulos adueniſſe.

Explicatur locus, in quo ſpiritus ſanctus flatui comparatur.

Confutantur decem opiniones, aſſerentium: Filium Dei & dominum ſancto ſpiritui comparatum: Tertio loco ſpiritum ſanctum à patre & filio nominatũ: Spiritum ſanctum non eſſe genitum, neq; ingenitum: Spiritum ſanctum uitam à patre non accepiſſe ut filium: Non poſſe oſtendi quod de patre ſpiritus ſanctus procedat: Spiritum ſanctum ubiq; non eſſe diffuſum: Eundem proprie Lucifero comparatum: Deteſtandos eſſe catholicos, quod à ſpiritu ſancto peccatorum ueniam poſtulare dicuntur: Spiritum ſanctum nõ noſſe patrem ſicut unigenitus filius: non baptizaſſe in nomine ſpiritus ſancti, ſicut in nomine filij.

De communi deitatis uocabulo.

Cõmunia eſſe trinitati, appellationem domini, omnipotentiam, potentiam, paternitatis & ſancti uocabulum, cõmunem principatũ, nomẽ regis & iudicis cõmune: Communis perfectio, ueritas, comparatio iuſti, fortitudo, iudicium, opus trinitatis, nomen excelſi, appellatio ignis & lucis, bonitas, magnitudo, uirtus, uocabulum fontis & fluuij.

Vbi uerbum ſpiritus ſanctus dicatur, ſicut filius.

Quod charitas omnis trinitas appelletur: & uitam æternam largiatur.

Quod patrem trinitas tribuat.

Communia trinitati, conſolatio, iuuamen, gloria deitatis, doctrina, ſanctificatio, reuelatio, benedictio, gaudium, regeneratio, requies, ſaluatio, dilectio, rectitudo.

Vbi benedictio trinitas appelletur.

De communibus trinitati confortatione & reſurrectione.

De inuiſibilitate. De communi uiuificatione.

Vbi gratia Dei trinitas appelletur.

Communia trinitati, renouatio, ſignaculum, unctio, redargutio, congregatio, ubiq;

ubiq; consistere, liberatio, increpatio.
Vbi aduocati nomen filius & spiritus sanctus sortiti sint.
Vbi filius & spiritus sanctus pro fidelibus pariter interpellet.
De communi ædificatione. Vbi trinitas castitatem tribuat.
Communia trinitati, habitatio, cognitio, dilectio, regnum, perscrutatio, probatio, testificatio, creatio, ducatus, uocatio, misericordia, habitatio templi, constitutio, manifestatio, ostensio, mensura, modestia, missio, protectio, digitus, fides, prædicatio, documentum, imperium, disciplina, insufflatio, repletio, donum, locutio, retributio, respectio, placitum, intellectus, mundatio, inluminatio, apparitio, ueritas, mandatum, inspiratio, significatio, euangelizatio, inluminatio.

IDAEVS Rhodius filius Lissi, epopœus, Homeri poësin duplicauit, alternis carminibus insertis: scripsit & alia, Rhodia uersibus ter mille. Suidas.

IDOMENEVS scriptor citatur ab Athenæo lib. 14.

IEHEVS citatur in Tacuinis Elluchasem medici.

IESV citatur in Tacuinis Elluchasem medici.

IESV filij Hali epistola, siue tractatus tres de oculis, chartæ sunt 7. & dimid. impressæ Venetijs per Andream Asulanũ, in fol. anno 1499. cum Chirurgia Guidonis, &c.
Traductio est barbarissima nescio cuius interpretis.
Præfatio. Ego affirmo in eum omne quod necessarium est in infirmitatibus ocu « lorum: & sic excusat te liber iste respicere in alijs libris, si sollicite legatur, &c. Di- « cam igitur in primo tractatu diffinitionem oculi & anatomiam eius, naturam tuni- « carum, & humores eius, membranas eius, & musculos eius, unde pullulat ordo, « & principium, & ubi est locus eius, et ubi est terminus eius, & quæ est eius utilitas, « & unde uenit eius nutrimentum, & ad quid est præparatus. In secundo tracta- « tu numerum infirmitatum oculi, & causas, & curas eius, ut leuius sit tibi. In ter « tio tractatu dicam numerum ægritudinum occultarum oculi à sensu, & causas ea- « rum, & significationes earum, & receptas utiles cum medicina. Et hoc faciam « congregando ex libris antiquorum, & non narro aliquid ex me, nisi aliqua inuidia « à medicis nostri temporis, & præmia in operationibus istius artis: & hoc est postq; « inspexi in multis libris publicis, & proprie de libris G. honorati & cognominati « Ioannicij similiter: quia ipse carpsit flores librorum, quos composuerant illi, qui « erant in tempore G. &c. « Ioannicius.

IGNATIVS Antiochenæ ecclesiæ tertius post Petrum apostolum episcopus, commouente persecutionem Traiano damnatus ad bestias, Romam uinctus mittitur: cumq; nauigans Smyrnã uenisset, ubi Polycarpus auditor Ioannis episcopus erat, scripsit unam epistolam ad Ephesios, alteram ad Magnesianos, tertiam ad Trallenses, quartam ad Romanos: & inde egrediens scripsit ad Philadelpheos, & ad Smyrnæos, & proprie ad Polycarpum, cõmendans illi Antiochensem ecclesiam, in qua & de euangelio quod nuper à me translatũ est super persona Christi ponit testimonium, dicens: Ego uero & post resurrectionẽ in carne eum uidi, & credo quia sit. Et quando uenit ad Petrum, & ad eos qui cum Petro erant, dixit eis: Ecce palpate me, & uidete me, quia non sum dæmonium corporale. Et statim tetigerunt eum, & crediderunt. Dignum autem uidetur, quia tanti uiri fecimus mentionem, & de epistola eius, quam ad Romanos scribit pauca ponere: De Syria usq; ad Romam pugno ad bestias, & reliqua apud Hieronymum. Passus est anno undecimo Traiani: uel, secundum Trittemium, anno salutis 121. Ex D. Hierony. T.

D. Ignatij martyris epistolæ undecim, impressæ cum operibus Dionysij Areopagitæ Parisijs olim, & Basileæ apud Adamum Petrum, 1520. & Coloniæ apud Quentel, 1536. in fol. cum Antonij magni Eremitæ epistolis: & Dionysij Carthusiani commentarijs in Dion. Areopagitam: chartæ sunt circiter sex.
Inscribuntur autem, Epistola prima ad Trallianos ex Smyrna.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [785] - 372v

2 Ad Magnesianos ex Smyrna. 3 Ad Tarsenses ex Philippis.
4 Ad Philippenses ex Emporio. 5 Ad Philadelphienses ex Troia.
6 Ad Smyrneos ex Troia. 7 Ad Polycarpum episcopum.
8 Ad Antiochenses ex Philippis.
9 Ad Heronem diaconum Antiochenum ex Philippis.
10 Ad Ephesios ex Smyrna. 11 Ad Romanos ex Smyrna.

Iacobus Faber. Ex præfatione Iacobi Fabri. Has epistolas, cum ut ex more solitum erat, in ecclesijs sancto cœtu conuocato ad omnes legerentur, dubium non est fidelium corda sic tunc aperuisse, ut planè miserum se putaret, qui à passione fuisset exclusus. Et paulò post. His epistolis testes accedunt, Polycarpus, Irenæus, Eusebius Pamphili, & Hieronymus, quas ideo libentius diui Dionysij operibus coniunximus, quia hinc desumptum testimonium citauit, cum de amore spiritaliter & supermundane dissereret: tum quod in adiectis ad Dionysium scholijs non semel

Argumentum epistolarum. meminerimus sententiarum his epistolis contentarum. Neq; opus esse mihi uisum est, singulatim ad unamquanq; epistolam argumenta adducere ob literæ paruitatem, & quod omnes fermè eandem contineant sententiam, uincula scilicet, & ad mortalis claustri dissolutionem pro nomine Iesu feruentissimum desiderium, & satis insuper esse uisum est ad latus paucis annotatiunculis adiectis nonnullorũ amonuisse, &c. Ioan. Trittemius præter epistolas iam enumeratas 11. (quam uis ipse non omnes recenset, & pro Trallensibus Troienses scribit) alias tres addit, duas ad S. Ioannem, cum inscriptione, Ioanni sancto seniori: & unam ad beatam Virginem, cum inscriptione, Christiferæ Mariæ, suus.

T

Ignatius ὁ θεοφόρος sub Traiano Cæsare patitur, quo tẽpore etiã Dionysius Areop. Suidas in Dionysio.

IGNATIVS diaconus & scenophylax magnæ Ecclesiæ Constantinopolis, qui & Niceæ Metropolita fuit, grammaticus, scripsit uitas Tarasij & Nicephori sanctorum & beatorum patriarcharum, epitymbios elegos, epistolas, iambos in Thomam Antarten, quæ uocant τὰ κατὰ θωμᾶν, & alia multa. Suidas.

IGNATII Chortasmeni commentarius Græcus super logicam, Romæ extat in Bibliotheca Vaticana.

INNOCENTII (quem Ammianus Agri mensorem sub Constantino fuisse commemorat) librum de notis iuris, apud se extare Ioan. Sichardus testatur in præfatione super codice Theodosij.

INNOCENTIVS urbis Romæ episcopus, scripsit decretum occidentalium & orientalium ecclesiarum, aduersum Pelagianos datum, quod postea successor eius Zosimus latius promulgauit. Gennadius.

T.M.417. INNOCENTIVS papa primus, scripsit aliqua, de quibus ego hæc reperi:

Decretũ contra Pelagianos, lib. 1.
Contra Bonosiacos, lib. 1. Diu mirati sumus.
Epistolarũ multarũ ad diuersos, lib. 1. In requirendis de his.

* Innocentij papæ epistola ad patres Carthaginenses nonagesima prima inter D. Augustini epistolas, & XCIII. & XCVI. & XCVII.

Habentur & cum Clementis Recognitionibus tres eius epistolæ impressæ: & eædem, ni fallor cum pontificum decretis Coloniæ impressis in magno uolumine.

T.cl.1200. INNOCENTIVS papa tertius, natione Campanus: Lotharius ante uocatus, reliquit ingenij sui non pauca opuscula, de quibus sub nomine Lotharij Leuitæ siue etiam Innocentij papæ feruntur ista.

†Lego uilitate, aliás miseria. De † utilitate humanæ conditionis, lib. 2. Quare de uulua matris.
In septem psalmos pœnitentiales, lib. 1.
De officio missæ, lib. 2. Tria sunt præcipue in quibus
De sacramento baptismi, lib. 1. De claustro animæ, lib. 1.

Decretales

Decretales antiquæ, lib.1. Sermones plures, lib.1.
Epistolarum ad diuersos, lib.1.

* Innocentij Papæ III, libri sex, de sacro altaris mysterio, ex uetusto Codice nu per exscripti, & excusi Lipsiæ in Germania, anno 1534. in 4. chartis 48. cũ índice. Ex epistola Io. Cochlei nuncupatoria ad Ferdinandum regem Romanorum, in qua contra Lutherum acriter inuehitur, laudat Ferdinandum, & Innocentij huius uitam ac gesta breuiter recenset. Quisquis Iuris Canonici quinq; libros Decretalium uel semel perlegerit, facile comperiet plura ibi esse rescripta unius huius Innocentij, quàm omnium aliorum pontificum simul in unum: Et ea quidem tam caute, docte, ac luculenter posita, ut omnium Iurisconsultorum iudicio nihil possit decerni uel iuri & æquitati conformius, uel rectæ rationi & honestati magis consentaneum. Et paulò post. Eius auspicijs damnati sunt nominatim errores, tum Almerici episcopi Parisijs, tum Ioachim abbatis in Calabria: & generaliter contra omnes hæreses maximum indixit & Romæ celebrauit concilium Lateranense, &c. Singuli libri per aliquot capitula diuiduntur, quorum etiam elenchus singulis præfixus est.

INNOCENTIVS Papa quartus, Symbaldus ante uocatus, natione Italus, ciuitate Genuensi oriundus, scripsit quædam præclara opuscula, nempe: Contra Petrum de Vineis, T.cl.1250.
De potestate ecclesiastica, lib.1.
Apparatum super decretalib. lib.5. Legitur in Ezechiele.
Regulam Clarissarum, lib.1. Forma uitæ ordinis.
Autenticas quoq;, lib.1. Epistolarum ad diuersos, lib.1.
Et quædam alia.

* Sinibaldus (qui postea pontifex max. factus, Innocentius quartus dictus est) Ianuensis ex nobili Fliscorum familia fuit. Audiuit Bononiæ Azonem iam senem, Accursium, & Iacobũ Balduinum. Eruditione atq; prudentia omnibus ætate sua longe præstitit: quapropter & inter Cardinales cooptatus, & demum pontifex max. creatus est. Tradunt eum post Synodum Lugduni habitam (in qua Fridericum II. imperio abdicauit) cum ibidem longius moraretur Commentarios suos in Decretales conscripsisse: qui quidem Commentarij in tanta apud Posteros Iureconsultos authoritate dignationeq; fuerunt, ut plæriq; patrem ueritatis Innocentium appellauerint. In eo tamen à quibusdam reprehensus est, quod dum breuis esse laborauit, obscurus fuerit. Hoc memorabile est, quod quanquam Pontifex iam Commentarios illos ædiderit, non tamen maiorem illos authoritatem aliorum scriptis habere ipse quoq; uoluerit, ingenueq; professus sæpe fuerit, non hoc se cogitasse cum commentaretur, ut Glossæ suæ ius facerent: quasi diceret, Veritatem nullius præiudicio grauari, sed libera tam scriptorum quàm lectorum iudicia esse debere. Quæ in administratione Reipub. Christianæ ante Pontificatum & postea gessit, nihil ad hanc historiam attinent: sed peti possunt ex illis scriptoribus, qui uitas Pontificum Romanorum memoriæ prodiderunt. Scripsit hic Innocentius præterea de iurisdictione imperij, & authoritate Pontificis Romani, contra Petrum Vineam, Apologeticũ librum 1. Tandẽ duodecimo Pontificatus sui anno Neapolim à proceribus regni Siciliæ euocatus, ibidem moritur, sepultusq; ad S. Laurentium est, anno 1254. Hæc Io. Fichardus. Ex uitis Ioan. Fichardi.

Innocentij (quem Splendorem canonistarum uocant) glossæ super Decretal. cum Margarita Baldi, impressæ Lugduni, 1525. Citatur & Lectura eius super Decretal. Item super sexto Decretal. & super unoquoq; titulo. Host. in c. solet. de seten. excõ. lib.6.

INNOCENTIVS quintus. Vide Petrus de Tharantasia.

INNOCENTII octaui Pont. max. epistolia duo leguntur in 8. libro Angeli Politiani, alterum quo gratias agit Politiano & ducentos aureos mittit pro Herodiani con-

uersi dedicatione: alterum, ad Laurentium Medicen in cõmendationem Politiani.

IOACHIM proprium nomen est apud Hebræos: & à Christianis usurpatum.

T.d, 1100. IOACHIM abbas Florensis cœnobij, ordinis sancti Benedicti, ex Calabria oriundus, scripsit autem aperto sermone nonnulla opuscula: In quibus penè omnibus ueluti futurorũ præscius consueuit miscere pronostica.

In Hieremiam prophetam,	lib. 1.	In Danielem prophetam,	lib. 1.
In euangelium Ioannis,	lib. 1.	In Apocalypsin Ioannis,	lib. 8.
Ad Henricum sextum,	lib. 1.	Pie petis aliquid ex.	
De septem sigillis,	lib. 1.	Primum tempus synago.	
Psalterium decem chordarũ,	lib. 3.	Concordiæ,	lib. 5.
De 15. pontificibus,	lib. 1.	Ascende calue ut am.	
De futuris temporibus,	lib. 1.	Quia generale mundi.	
Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.		

Alia quoq; multa ædidit, maxime contra Iudæos & alios fidei catholicæ aduersarios, quæ ad manus nostras non uenerunt. Tractatus autem quem scripsit contra Petrum Lombardum episcopum Parisien. in concilio generali damnatus est, ut patet in principio decretalium, Damnamus.

* Ioachim abbas in Calabria excelluit in theologia interpretatiua. Hen. Cor. Agrippa. Huius errores ab Innocentio III. damnatos proxime dictum est. Vidi librum quendam sermone Italico impressum huius authoris, qui mirabiles quasdam uisiones cum figuris depictis continet, quales in Apocalypsi diui Ioannis habemus: Qui præfatur in eum librum alia quoque, præsertim explicationes in aliquot libros sacros, ab hoc Ioachimo scripta asserit, quorum non amplius memini.

IOACHIMVS Camerarius Pabergensis, natione Germanus, uir solide doctus Græce & Latine, literis humanioribus, & tota propè philosophia: eximium Germaniæ nostræ decus, de quo illa inter paucissimos quod ad eruditionis rem & famam attinet, uere gloriari possit. Docuit olim Norimbergæ & Tubingæ, hodie ni fallor Lipsiæ magna cum laude profitetur. Ab eo scripta & publicata, quæ mihi uidere contigit, hæc sunt.

Præcepta uitæ puerilis, chartis 2. sermone soluto.

Eadem præcepta decoris puerilis, carmine elegiaco, ut facilius memoria retineantur, sesquicharta ferè.

De gymnasijs siue exercitijs & ludis puerorum dialogus, charta dimid. & octaua parte. Libelli impressi Basileæ apud Rob. Vuinter in 8. 1541. cum L. Vitruuij Roscij libro, de docendi studendiq; modo, &c.

» Ex præfatione Christophori Coleri ad Ioannem fratrem. Visum est ad te mit-
» tere quædam nostri magistri dictata, quæ mihi, siue quod ætati huic maxime con-
» ueniunt, seu quia sunt paulò diligentius elaborata quàm ulla quæ in hoc genere
» cognoui, permagni facio.

Ioach. Camerarij Quæstoris libelli quinq;, impressi Basileæ apud Rob. Vuinter in 8. 1536. chartis sex, partim nunc primum excusi, partim multo quàm ante accuratius. Sunt autem hi: Erratum, siue apologia ad amicũ, ubi se excusat quod in Iambico scazonte penultimo loco tribrachyn posuerit, & affert exempla sponde ibidem positi: & quod cornigerum Iouis simulachrũ apud Garamantes fuisse scripserit. Recenset autem multos ex ueterum libris tum memoriæ, tum alios lapsus.

Aeolia siue de uentis opusculum Elegiacum ad C. V. Mauriciũ Huttenum, cum tribus figuris de ordine, situ, & nominibus uentorum.

Phænomena, id est, siderum & stellarum descriptio, uersibus elegis.

Prognostica tempestatum, elegis. Videtur autẽ in Phænomenis simul & Prognosticis Aratum exprimere.

Planetæ

Planetæ ac menſes duplices: uel, Nomina, res, effectiones Solis ac Lunæ, et quinq; errantium, Epigramma traductum è Græco.
Epigrammata aliquot de ratione uictus per 4. anni partes, ſingulos menſes, & poſt inciſam uenam. De operibus quæ fieri ſolent per duodecim menſes.
Diſticha uaria & facetiſſima ex Græcis uerſa.

Ioach. Camerarij Elegiæ hodœporicæ quinq;. Metallaria. Dyringiaca & Encomium uitæ ruſticæ. Nemetum. Saxonica. Plumbaria. Elegia Vangionica de morte H. Eobani Heſſi. Paraphraſis Elegiaca loci, Iudæa & Hieruſalem nolite timere, &c. Libellus impreſſus Argentorati apud Cratonem Mylium, anno 1541. in 8. chartis 3. unâ cum carmine Hodœporico Pannonico Io. Lud. Braſſicani.

Oratio funebris dicta de Eberhardo primo duce Vuirtembergenſi, cum aliquot epitaphijs in eundem. Libellus impreſſus Tubingæ, anno 1537. in 4. chartis 3. & dimid.

Oratio de bello Turcico, & Tyrtæi carmina Græca parænetica ad pugnam Latinis uerſibus reddita. Item oratio de ſtudio bonarum literarum. Libellus excuſus in Germania in 8. Francoforti opinor apud Egenolphum.

Norica ſiue de oſtentis libri 2. impreſſi Vitebergæ apud Georgiũ Rhau, 1532. in 8. chartis 8.

Ex præfatione authoris. Nuper cum in hortis apud Mylium eſſem uirũ optimum ac doctiſſimum, unaq; Heſſus noſter & Micaëlus, ac alij ſodalitij noſtri, his de rebus inter nos, ita ut fit, uarios ſermones habuimus, quos ego poſtea memoria collectos mandaui literis, &c. Nam cum de conſpecta ſtella & terribili longitudine ac palliditate ſua capillo mentio habita eſſet, tum hoſpes: Quando igitur nunc ocioſi ſumus & confabulandi gratia conuenimus, quid prohibet, inquit, uerboſius, non quidẽ de uno hoc genere, ſed aliis quoq; oſtentis quærere. Et paulò poſt. Iubeatis igitur ut Micaëlus nobis incipiat exponere cauſſas, naturas, effectus talium ſignorum: Sic quidem ut in primis de †hoc genere, quo de propoſitum eſt, diſſerat. Et paulò inferius. Audietis ergo me (inquit Micaëlus) tanquam recenter aliquem è Mathematicorum ſchola progreſſum diſſerentem tenuiter & minute de re propoſita: non quidem expedientem ſe ex infinitis difficultatibus, ſectatione ullorum philoſophorum aliqua certa, tanquam filo, ſed per omnium placita & diſputata errantem, atq; ita tendentem ad exitum non aſſeuerationis ulla de re, ſed expoſitionis, unde quiſq; aſſumat quod maxime arrideat uel ueriſimile ſit.

Mylius. Heſſus.

Argumentum primi libri.

† *Id eſt de cometis.*

Ex præfatione in ſecundum librum. Quæ Micaëlus de natura & ſignificatione Cometarum & reliquorum quoq; oſtentorum doctiſſime percenſuit ex intimo ſcilicet penu Aſtronomiæ deprompta, relinquens omnia, ſicut qua prætergredimur: illud unum apprehendam, Ea quæ contra conſuetum curſum naturæ in cœlo teraũe fiant, magnopere rebus humanis non quidem afferre & immittere, ſed prædicere ac portendere bona malaũe; Quamuis bonorum pauciſſima ſigna ſint.

Multa etiam in hoc ſecundo libro de prouidentia diuina diſſeruntur.

Ex præfatione Philippi Melanchthonis ad Lucam Gauricum philoſophum. Arbitrabar tibi ſ homini philoſopho uoluptati fore, ſi quos & in hac natione non diſco eruditos in philoſophia, ſed ſtudioſos philoſophiæ exiſtere audieris, quiq; ad uerum ac ueram philoſophiam colendam totos ſe conferunt, qui plurimum profecturi uidentur, ſi ſtudijs eorum cõtinget otium ac publica tranquillitas. Author huius ſcripti, ueteri & academico more diſputat: & dum aſſeuerandi arrogantiam uitat, καὶ ἐπέχει, colligit undiq;, quid aut ſenſerint alij, aut ipſi probabile uideatur, mira copia & uarietate inſtitutam cauſam ornans. Nam ut guſtũ operis præbeam, Plinij locum, ubi dicitur in occaſura parte cœli non exiſtere cometas, ex Ariſtotele non recte uerſum docet, &c. Sed plæraq; alia inuenies, ex quibus diligentiam au-

„ thoris & doctrinæ copiam existimare poteris.

Elementa rhetoricæ, siue capita exercitiorum studij puerilis & stili, ad cõparandam utriusq; linguæ facultatem, collecta à Ioachimo Camerario, & proposita in Schola Tubingensi. Impressa Basileæ apud Ioan. Oporinum, anno 1544. in 8. cum indice, chartis 28. Ex præfatione authoris ad magistros bonarum ar-
„ tium, & doctores philosophiæ in Tubingensi Academia. Habetis nunc à nobis
„ rationem quandam nostram introducendæ adolescentiæ in uiam magis popula-
„ ris, minusq; ueluti latebrosæ cuiusdã eruditionis, in usu & exercitatione cum in-
„ telligentiæ, tum etiam eloquentiæ, quæ tamen (ut in procœmiolo huius libelli cum
„ hoc, tum alia quædam de nostro scripto disputamus) separari nequeunt, &c.

Exercitiorũ studij puerilis & stili, quę hoc in libello tractantur, Capita.

Procœmium, ubi & de Narratione. De fabulis Aesopicis.
De Vario usu tractandæ fabulæ. De emendando.
De Narrationib. uerisimilibus. Fabulæ poëticæ.
De Historia. De Oratorum narrationibus.
De Expositionibus & descriptionib. De Chrijs.
De Sententia, quæ γνώμη dicitur. De Ethologia.
De Epistolis. De Comparationibus. De Paraphrasi.
Imitationis exercitium. De Subiectione rationum, sine ἀπιστολίᾳ.
De Aenigmatis. De Locis communibus.
De Probationibus & reprehensionibus, deq; laude & uituperatione.
De carminibus componendis.
De proposito, quam uocant thesin, & declamationibus.
De declamationibus & fictis materijs.

M. Fabij Quintiliani Institutionum oratoriarum libri 12. restituti penè in uniuersum sibi, opera Ioachimi Camerarij, Ioan. Sichardi, aliorumq; doctorum. Item præcipuorum locorum libri † primi & secundi expositio per eundem Ioach. Camerarium. Nec in reliquorũ librorũ locis difficilioribus, quæ à doctis annotata sunt aut declarata, præterijmus (inquit typographus.) Gymnicus excudit Coloniæ, 1534. in 8. chartis 31.

† Hi duo libri per Ioach. Camerarium restituti, & expositi, seorsim quoq; per Secerium Haganoæ impressi sunt, 1531. in 8 chartis 19.

Macrobij libros in somnium Scipionis, & Saturnaliorum, recognouit, & auxit ex manuscriptis codicibus, ut in Macrobio dicetur.

In orationem Ciceronis pro Muræna cõmentarios scripsit, quos typographus Vuolrab impressit Lipsiæ, anno 1542.

De imitatione Ciceroniana.

Commentariorum in Ciceronis Tusculanã primam, siue de morte libri 2. Ioac. Camerario authore. In hoc scripto copiosa est inserta Disputatio, de imitatione Ciceroniana, defensaq; utilitas atq; bonitas, & ratio quædam quasiq; uia demonstrata illius. Eiusdem Camerarij super Apollonij Tyanei de imitatione ad Scopelianum epistola, responsum ad Io. Oporinum. Opus excusum cum indicibus Basileæ apud Rob. Vuinter, 1538. in 4. chartis 15.

Annotatiões in Syntaxin linguæ Græcæ Io. Varennij. Vide in Io. Varennio.

Præfatio in Græca Theophrasti opera Basileę excusa, in qua cum de præstita in hisce omnib. per chalcographũ opa, tũ de Simonis Grynæi obitu, disserit: & Epicedion Elegiacũ Latinũ, & alterũ Græcũ in eundẽ Simonem Grynæum subiungit.

Thucydidis historiã Græcam, & Cõmentarios in eandẽ castigauit ac annotationes adiecit: qui liber Basileæ apud Heruagium excusus est. Vide in Thucydide.

Epigrammata aliquot Græca scripsit, si bene memini, apud eundẽ excusa, cum uarijs aliquot aliorum epigram. Et Idyllion quoddam Theocriti uersibus Græcis ab eo perfectum in æditione Haganoæ publicata legitur.

Prima

Prima Demosthenis Olynthiaca hoc interprete, Haganoæ anno 1524. in 8. impressa est.

Aristidis προσφωνητικὸς, & ἀντιῤῥητικὸς Libanij: Hoc est quid dici amplius ab Vlysse legato ad Achillem, & responderi ab hoc potuerit, Ioach. Camerario interprete, adiecta ab eodem utriusq; Homerici loci Græca paraphrasi. Liber impressus Haganoæ 1535. in 8.

Commentariolus de Theriacis & Mithridateis remedijs, Ioach. Camerario authore. Galeni de theriaca ad Pamphylianum liber: item antidota, Galene Andromachi, theriaca Antiochi, & alia quædã, eodem interprete. Libellus impressus Norimbergæ apud Ioan. Petreium, 1534. in 8.

Dionis Prusaënsis sophistæ librum de non temere credendo, transtulit, annotationibus declarauit. Ioan. Petreius ibidem excudit, cum Græco textu, anno 1531. in 8. chartis 4.

Iliadis Homericæ primum librum Latinis uersibus reddidit, & commentarios doctissimos adiecit. Liber cum Græco textu excusus Argentinæ, 1538. in 4. chartis 20.

Commentarij interpretationum argumenti Thebaidos fabularum Sophoclis, excusi Haganoæ in officina Seceriana, anno 1534. in 8. chartis 12.

Ex epistola authoris. Excerpsimus autem Thebaida, historiam notam tritamq; innumerabilibus scriptoribus, quod & uetus esset & copiosa. In hac sumus alicubi adiuti Græcis interpretatiunculis, mendosissimis quidem illis, sed non tamen nusquam fructuosis. Vbi uero ea nos defecere: neq; enim Phœnissas, neq; Supplices, neq; max. Antigones partem cõplectebantur: inq; Oedipis multis in locis parum proderant, mutilæ, & ut diximus mendosiss. ibi nos igitur non paruo, sed grato labore secuti animi nostri rationem & iudicium, in hac inopia & eruditionis & exemplarium, exponentes ea quæ in codicibus uulgatis extarent: sic nos, ut confido, gessimus, ne opera nostra bonis contemnenda aut improbanda uideri possit. De Græcis in Sophoclem schoolijs.

Cl. Ptolemæi duos priores libros de iudicijs astrologicis, seu ut uulgo uocant Quadripartiti, transtulit, & annotationes adiecit. Liber impressus Basileæ 1541. cum alijs.

Astrologica quædam opuscula ab ipso conuersa, Græce & Latine excusa sunt Norimbergæ apud Ioan. Petreium, 1532. in 4. chartis 15. & dimid. Sunt autem hæc: Ratio orbis Solaris, qui circulus est ductus per 12. simulachra cœli: Quẽq; uictum usurpare singulis mensibus conueniat.

Excerpta ex Hephæstionis Thebani iudicijs, eq; alijs ueteribus scriptoribus: de 12. cœli locorum appellationibus & effectionibus.

Decreta planetarum, seu quinq; errantium stellarum per signa Zodiaci.

Quid Luna significet in unoquoq; signo. Hæc quidem Græce & Latine dicto uolumini insunt: Cæterum Latine tantum, Libellus Vestij Valentis Antiochei ex primo libro Floridorum: Græce autem tantum, Mercurij Trismegisti Iatromathematica, id est, medicationes accommodatæ ad astrologicam rationẽ ad Ammonem Aegyptium, libellus paulò maior charta una. His & præfationes addidit Ioach. Camerarius, alteram Græcam ab initio libri, alteram Latinam post Græcos libellos.

Hæc sunt, quæ ab hoc uiro publicata memini: expectatur autem breui ædendum insigne opus ad Græcæ linguæ illustrationem, ut audio.

IOACHIMI Fortij Ringelbergij Andouerpiani Lucubrationes uariæ, impressæ Lugduni apud Gryphium, 1538. in 8. & Basileæ apud Bartholemæum Vuesthem. in 8. chartis 46. Omnia aut plæraq; scripsit circa annum, 1529. & omnia breuissime perstrinxit, non iustis tractatibus nec methodo docuit. Plæriq; libri per capita diuiduntur, quorum argumenta breuitatis ergo relinquimus. Sunt aũt hæc:

Liber de ratione ſtudij, cum annotationibus ſuis in eundem.
Elegantiæ, de proprio uſu & differentijs quarundam uocum apud Latinos, &c.
Libellus de uſu uocum quæ non flectuntur.
De conſcribendis uerſibus. Elementa Grammaticæ Græcæ.
Dialectica. Tabulæ dialecticæ. Rhetorica, & quæ ad eam ſpectant.

» Ex præfatione. Dialecticæ præceptiones in particulas quatuor diſtribuemus:
» In quarum prima tradentur quæ ad uoces pertinent: in ſecunda axiomata: in ter-
» tia ſyllogiſmi, enthymemata, inductiones, exempla: in quarta locorum ordo. Hic
» nihil prætermittemus quod Dialectico neceſſarium ſit, tametſi fortaſſe breues ni-
» mium uideamur. Idem quoq; in oratorijs præceptis conabimur.
De figuris ac uitijs orationis. Sententiæ pauculæ per paucos cõmunes locos.
De formis dicendi, Attica, Aſiana, Rhodia, &c. pauca quædam. De periodis.
» Synonyma. Sphæra. Conſcripſimus (inquit) breuiter aliquot de ſphæra præ-
» ceptiones, quo facilius Inſtitutiones noſtras aſtronomicas animi adhuc rudes ca-
» piant. Hic nihil omnino poſuimus, quod uideri difficile queat primum auſpicanti
» bus. Siquidem plærique aiebant libros tres quos de mundo ædidimus, ab adoleſcen-
» tibus non percipi, niſi artis elementa aliunde didiciſſent. Inſtitutionum aſtrono
micarum libri 3. in quorum primo de toto mundo, in ſecundo de partibus, in ter-
» tio de circulis loquitur. Coſmographia. Circa initium (inquit) nonnulla ex-
» ponemus quæ ad terræ diſtinctionem ac menſuram pertinent: ea erunt huiuſmo-
» di. Quid ſint zonæ, quid climata, longitudo, latitudo. Qui dicantur amphiſcij, pe-
» riſcij, heteroſcij. Quid antœci, periœci, antichthones. Mox ſequetur terrarum, ma
» rium, fluminum atq; uentorum deſcriptio. Liber de tempore. Tabula de
tempore. Optice. Chaos mathematicum. Arithmetica. Horoſcopus.
Aſtrologia cum Geomantia. Vrina non uiſa, & interpretatio ſomniorum.
Chaos, liber per aliquot capita uarij prorſus argumenti diſtinctus.
» Experimenta. Liber de homine. Libri iſtius principium (inquit) conceptiones
» uitæq; humanæ coniecturas, atq; alia nonnulla, quæ ad hominẽ totum pertinent,
» demonſtrabit. Inde ipſo in partes duas diuiſo, ea explicabuntur, quæ ad animum
» ſpectant: quæ animi ſedes ſit: quid inter animam, animum, ac mentem interſit.
» Senſuum quinq; internorum, externorumq; totidem natura. Colorum, ſaporum,
» uirtutum, ac uitiorum genera. Poſtremo corporis & membra & morbi aliquot,
» atq; his affinia deſcribentur. Quatuor alimenti concoctiones, ac excrementa toti-
» dem. Humorum quatuor indicia. Quomodo ex ſanguine ſpiritus fiat. Quæ uri-
» næ obſeruatio. In morborum mentione quid peſtis, phthiſis, lethargia: quo diffe-
» rant apoplexia, epilepſia, paralyſis, ſtupor, ſpaſmus.

Andreas Gerardus.

Poſtremo adiecta eſt Andreæ Gerardi Hyperij in laudem huius ſcriptoris oratio ad Senatum Pariſienſem.

IOACHIMVS Martinus Gandauus Galeni libros tres de alimentorum facultatibus Latinos fecit. Impreſſi ſunt Baſileæ cum cæteris Galeni Latinis operibus.

IOACHIMVS Mynſingerus Dentatus à Frundeck I.C. natione Germanus, ex nobili familia, (quem ſuperiori æſtate in urbe noſtra uidimus adhuc iuuenem) Patauij iuris ſcientiam didicit, quam hodie Friburgi Briſgoiæ profitetur: poëmata aliquot ædidit facili planè & elegante uena, quæ Baſileæ anno 1540. apud Iſingrinium excuſa ſunt in 4. nempe,

Auſtriados libri duo, uerſibus heroicis, chartis undecim.

» Ex præfatione ad Ferdinandũ regem Germaniæ, Hungariæ, &c. Ac iam qui-
» dem biennium ferè tranſactum eſt, quando ego in ſignum gratitudinis perantiquã
» illam, ac multo nobiliſſimam Auſtriacæ familiæ originem, à Troiano excidio ad
» tua uſq; tempora deductam, rudi quidem certe ac iuuenili, ſed uero tamen carmi-
» ne conſcribere: ac deinde præſtantiſſima illa tua, inuictiſſimiq; Caroli Imp. Aug.

fratris

fratris tui immortalitate digna rerum gesta, ad instar uaticinij cuiusdam duobus li- «
bris strictim perstringere, in animo habui, &c. In priore libro tuæ domus or- « *Liber 1.*
tum, succincte quidem certe, ac strictim complexus eram, propterea quod libri ip- «
sius magnitudo in causa fuit, ne omnium tuæ familiæ principum nomina, & res «
præclare gestas insererem, quæ ea ratione æquo plus excreuissent. In altero libro « *Secundus.*
(quem tamen prius exorsus fueram) te & Carolum V. fratrem tuum, ac utriusq; «
præclara facinora sub uaticinij forma comprehendi. Marginibus passim scholia «
adscribuntur, & carminum periochæ.

Neccharides in laudem Philippi comitis Palatini Rheni, ducis Bauariæ, &c. uersibus heroicis. Hymni in aliquot festa.
Exhortatio ad bellum contra Turcas suscipiendum.
Murium & ranarum pugna ex Homero translata.
Naufragium Venetum. Elegiarum liber unus.
Epigrammatum liber 1. Omnium chartæ sunt 22.

IOACHIMVS Perionius Cormœriacenus, natione Gallus, professione monachus, aliquot ueterum Græcorum præsertim Aristotelis libros, in linguam Latinam eo nitore & elegantia styli Ciceronis æmuli conuertit, ut nemo ei hanc laudem hactenus præripuisse uideatur. Expectamus indies plura tanti ingenij monumenta, quæ autem hucusq; uidimus, omnia Lutetiæ primum, deinde Basileæ apud Ioan. Oporinum nostrum excusa, hæc sunt.

Aristotelis de moribus, quæ Ethica nominantur, ad Nicomachum filium, libri 10. ita nunc demum Latinitate donati, ut superior omnis horum cõuersio præ hac in plærisq; ridicula ac barbara uideatur.
Commentarij in eosdem libros, in quibus & de optima imitandi ratione, & de conuertendis coniungendisq; Græcis cum Latinis præcepta traduntur, ad utriusq; linguæ proprietatem & copiam parandam mire accommodata.
Accessit liber Ciceronis de Vniuersitate cõiunctus cum ea parte Timæi Platonis, cui respondet: Itemq; Arati Phænomena, quæcunq; extant à Cicerone conuersa, ut in utroq; genere omnes optimum auctorem habeant, quem imitentur, &c. Horum omnium cum tribus indicibus, chartæ sunt 73.

Ex epistola nuncupatoria ad Franciscum Boherum episcopum Maclouien.

Quicquid feci quod aliqua laude sit dignum, si modo est, id uelim Ciceroni tribui, « non mihi. Id autem quale sit ut intelligatur, tibi rationem studiorum meorum bre- « uiter aperiendam putaui. Ego, cum ineunte adolescentia me ad Ciceronis imitatio « nem contulissem, eumq; semper cum Græcis Latina coniunxisse animaduerterẽ, « ex quo tantum se fructum studiorum cepisse sentiret, ut idem filio faciundum cen « seret: quod ille filio consilium dedisset, mihi quoq; ac omnibus qui studiosis discen- « di adiumentum aliquod ad dicendum afferre uellent, datum censui. Itaq; quum « paucis annis post studio Græcarum literarum me penitus dedidissem, illud eius « consilium sequutus sum: idq; non in philosophia solum, sed in cæteris etiam disci- « plinis feci. Hinc mirificos fructus studiorum consequebar. Coniungendis enim « his studijs, non modo id assequebar ut Græca melius intelligerem, sed ut quæ La- « tina Græcis responderent, notarem, ac distertius de Græcis Latina conuerterem. « Iam uero & innumerabiles locos Græcorum, ut Platonis, ut Aristotelis, Demo- « sthenis, Aeschinis, aliorumq; nonnullorum & in Philosophia, & in Arte dicendi « non tractatos solum, sed etiam conuersos de Græcis à Cicerone obseruaui, & librũ « totum de Vniuersitate ex Timæo Platonis translatum, cum Græco, nostris com- « mentarijs eò adiecimus, ut studiosi Græcarum literarum eum sibi tanquam exem- « plar conuertendis è Græco libris proponant ad imitandum, &c. Sed cum mul- « tos multorum libros ab initio studiorum conuertissem, ab eo potissimum initium «.

» ædendi sumpsi, qui ei studiorum generi quod delegi, uisus est aptissimus. Libri de-
» cem sunt Aristotelis ad filium scripti de moribus, qui grauissimis ad bene beateq;
» uiuendum sententijs referti, eò gratiores ad omnes uenient, quod lumina illa quæ
» in ijs quos cæteri transtulerunt, minus apparebant, in his nostris se omni ex parte
» ostendunt. In quibus conuertendis non semper (id quod & fieri non potest, & Ci-
» cero ait facere indisertos interpretes) uerbum ex uerbo exprimendũ putaui. Nec
» uero in eo solũ laborauí ut Latina, uerũ ut apta etiã & numerosa esset oratio, &c.

Tituli ratio. » Ex præfatione super commentarijs in 10. libros Ethicorum. Vt Cicero librum
» unum de optimo genere aliâs Oratorum, aliâs dicendi inscripsit, quod cum Demo
» sthenem & Aeschinẽ optimos & præstantissimos oratores probauisset, eorũ duas
» orationes aduersarias à se conuersas, ex quibus optimũ dicendi genus parari pos-
» set, proferret in lucem: sic ego cum Ciceronem in optimo genere interpretandi ex-
» celluisse intelligam, propter eius interpretationem, quam ut optimam omnibus
» propono ad imitandum, hunc librum qui eius exemplorum & præceptorũ huius
» artis plenus est, de Optimo interpretandi genere inscribo, &c. Non inuitus feci,
» ut quæ apud Ciceronem de hoc genere reperissem, traderem omnibus. Vtrum au
» tem eum imitati simus, quoniam & id permagnum est, & turpe de se dicere, alijs
» existimare licebit, qui nostra legerint. Nam de optimo genere transferendi non
» dubitabo profiteri me præcepta multa huius artis apud eum late dispersa & dissi-
» pata unum in hunc librum contulisse, quibus legendis & tenendis orationem, ut
» ille ait, Latinam interpretantes efficiemus pleniorem.

In obseruationibus super libro Ciceronis de uniuersitate, & Arati phænomenis, multos locos corruptos restituit, et mutilos explet: In his etiã ubi uersus à Cicerone translati deerant, è Virgilio sicunde nanciscí licebat suppositit: ubi uero utriusq; translatio deficeret, Germanici Audenicq; uersus Latinos adiunxit, atq; omnes è regione Græcorum.

Aristotelis de republica, qui Politicorum dicuntur, libri 8. Latinitate donati, ad Franciscum Valesium Galliæ regem. Accesserunt in eosdem libros Obseruationes: & argumentum, quo ordo & sententia eorum librorum breuiter exponitur: Itemq; index amplus rerũ memorabilitũ. Oporinus impressit Basileæ in 8.

Porphyrij institutiones quinq; uocum. Aristotelis categoriæ. Eiusdem de Interpretatione liber 1. Ioach. Perionio interprete, cum eiusdem quoq; Annotationibus: chartæ sunt 12. impressæ Basileæ apud Ioan. Oporinum unà cum Pselli, Blemmidæ, & Georgij Pachymerij in eosdem libros paraphrasi, innominato interprete: & compendio de Syllogismis incerti authoris, quod nos transtulimus. Accedit & Index omnium.

» Ex epistola nuncupatoria Perionij. Si libro de Optimo interpretandi genere
» iam ædito, alium de Optimo genere interpretandi oratores librum adiunxero:
» quem unà cum orationibus inter se contrarijs Aeschinis & Demosthenis, quæ an-
» te annos sex iacent in aduersarijs, sum æditurus, non solum erit abunde satisfactũ
» ijs, qui hoc requirunt, sed hæc etiam ratio plene erit cumulateq; perfecta.

Aristotelis Topicorum libri octo Latinitate donati. Commentationes in eosdem libros, in quibus Topica Ciceronis cum his Aristotelis coniungit. Aristotelis de Reprehensionibus fallacibus & captiosis liber, & Axiochus Platonis Latini facti, & annotationibus illustrati. Opus ibidem impressum, cum indicibus, chartis 45. Ex epistola nuncupatoria ad Ioan. Bellaium episcopum Parisien-
» sem, & abbatem beati Pauli apud Cormœriacum. Cum Aristotelis Topica de
Boëthius. » Græcis conuersa essent à nemine nisi ab uno Boëthio, qui uerbum è uerbo expri-
» mens, neq; rem explicasset, neq; Latino sermone tractauisset: ita me de studiosis
» Dialecticæ bene meriturum speraui, si ijs libris potissimum aliquid lucis ac splen-
» doris attulissem. Sed illa me causa præter cæteras impulit, ut à Topicis ordirer,

quod

quod Ciceronis legens Topica, cum hisq; coniungens, locos quos ille de his sum-
psisset diuturna animaduersione obseruaueram ac notaram: quos si non solum in
conuertendo Aristotele adhiberem, sed seperatim cõiunctos inter se æderem, mul-
ti ad legenda Aristotelis Topica excitarentur: nec philosophi solum, sed ij etiã qui
humanitatis studijs eruditi, quæ Cic. ab Aristotele in Topica sua transtulisset, cu-
perent cognoscere. Octauo quidem libro, qui utilitatem æquat cæterorum, aut
superat potius, quantæ tenebræ offusæ sunt interpretatione ea qua adhuc usi su-
mus, ut taceam de cæteris, & ij sciunt qui aliquid temporis & operæ in eo consum-
pserunt, & ij facile intelligent, quibus studio erit eum cum nostro coniungere. De-
dimus enim operam, quoad potuimus, ut cum reliqui omnes, tum hic qui omniũ
est obscurissimus, planissimus fieret, eiq; etiam maior quidam nitor orationis ad-
hiberetur.

Ex præfatione in Axiochum conuersum, ad Franciscum
Boherum episcopum Maclouien̄.

Hunc autem ad te librum mitto hoc tempore, quem tibi eò iucundiorem, cæterisq;
omnibus fore spero, quod locos permultos, quos Cicero inde sumptos commode
& eleganter conuertit in lib. 1. Tusculanarum quæstionum, cum Græcis notaui.
Quæ me sanè spes ut ab hoc Platonis libro potissimum inciperẽ, impulit, cum præ
sertim locos illos nec Ioachimus Camerarius, qui unde Cicero multa exempla &
dicta mutuatus sit, magna cum diligentia inuenit, nec quisquam alius quod sciam
animaduerterit.

Vidi & orationem quandam huius authoris seorsim, ni fallor, excusam: argu-
mentum non memini.

IOACHIMI Schilleri Herderensis, natione Germani, medici physici, de peste Britan
nica liber, excusus Basileæ apud Henricum Petrum in 8. chartis 3. cum libro Ale-
xandri Benedicti medici de peste, anno 1531.

Ex præfatione, quam author scripsit Basileæ, eodem anno. Quamuis de eodem
morbo (qui recens non est, sed ut uiua mihi uoce indicauit D. Erasmus Rot. ante
annos plus minus 30 in Anglia increbruit, unde & nomen hausit) plures alij scri-
pserint, opinione tamen potius à plærisq; qui Germanice rem tradiderunt, nego-
cium hoc tractatum uideo, inter reliquos uero iudicio meo, & quos ego uidi, nemo
eadem præstitit pulchrius, nemo felicius, præceptore meo Antonio Klumpio phy- *Antonius Klumpius.*
sico Vberlingensi in Rhodnici lacus, quem Acronium Pomponius uocat, littore
oppidulo: Cumq; & ille pro uirili non linguæ, sed rei potius studeret utilitati, uix
maleuolorum cachinnos morsusq; præterijt. Diuisus est liber in duas par-
tes capitulis interpunctas, prior præseruationem morbi, altera curationẽ instituit.

IOACHIMVS Vadianus, natione Heluetius, medicinæ doctor, poëta & orator à Cæ
sare laureatus, rector olim Academiæ Viennensis in Austria: uir cum in cæteris li
beralibus disciplinis ac omni humanitate ut multæ lectionis & memoriæ mirabilis,
sic absolutissime doctus: tum in cosmographia & theologia, nempe diuinis & hu-
manis rebus, quod ueri philosophi est, eximie uersatus: Hoc tempore consul pa-
triæ ciuitatis, cui à S. Gallo nomen inditum, ciuibus se suis uiuũ ingenuæ & Chri-
stianæ uitæ exemplar exhibet. Eius eruditione & uirtute nobis ut diu frui liceat
faxit Deus opt. max. In lucem ædidit lucubrationes, quæ sequuntur.

Carmen de laudibus Cæsarum Friderici III. patris, & filij Maximiliani.

Epitaphium Rudolphi episcopi Herbipolensis, & alia quædam. Liber excu-
sus Argentinæ apud Io. Prüsz, anno 1514. in 4.

Aegloga, cui titulus Faustus, contra inuidos quosdam.

Elegia de Vadianorum familiæ insignibus à Sigismundo I. Rom. rege donatis ad
Melchiorem fratrem. Chartæ sunt 4. excusæ Viennæ, 1517. in 4.

Elegia qua certamen suum cum morte describit: & Ode in laudem Dominicæ re-

surrectionis, Viennæ publice dicata, anno 1510. ibidem impressa cum Arbogasti Strub Glaronesij Heluetij orationibus & uersibus quibusdam.

Syluæ de laudibus patriæ, ni fallor, inscriptæ: nondum excusæ sunt: legi tantum aliquot uersus inde citatos ab eo in Appendice Commentariorum super Mela.

De poëtica & carminis ratione liber, ad Melchiorem Vadianum fratrem, excusus Viennæ Austriæ, 1518. in 4. chartis 24.

Ex epistola ad Io. de Hinuuil Heluetium, nobilem adolescentem, scripta eodem anno.

De poëtica.

» Scholijs nostris Pomponianis tota hyeme exacta subcisiuas horas sibi uendicanti-
» bus factum est, ut tardius quàm sperabam hæ quantulæcũq; nugæ meæ in lucem
» prodierint, in quibus aliam quandam scribendi rationem sum secutus ac illi hacte-
» nus consueuerunt, qui de Poëtica tradidere, nimirum tantæ professionis dignita-
» te motus, quam solius grammaticæ comitem esse putare posset Lector quispiam,
» ea unica causa quod omnes illi quos hactenus legerim, & recentiores maxime om-
» nem scribendi carminis & poëticæ rationem syllabarum & schematum obserua-
» tione, pedumq; & generũ carminis enumeratione atq; expositione terminarunt,
» quibus meo iudicio locus utiq; insignis uerum à primo alius debetur. Igitur ut fra-
» tri adolescenti, paucis explicarem quas res ambiret poëtica, quarumq; artium ad-
» miniculo niteretur, sine magno delectu, pro uirili tamen habita iuuentutis ratio-
» ne, attuli in medium quæcunq; scribenti mihi eò tendere uidebantur, ut ad serias
» artes & quæ uere eruditi nomine dignum efficiunt philosophiæ studia, animum li-
» terarum illecebris sese oblectantem prouocarem. Et quoniam intelligebam in do-
» ctissimorum quorundam sententiam prope receptum, existimantium nihil à uitæ
» cultu, à sapientia, ab eruditione & artium captu magis Poëtica alienum esse: con-
» trarium, ut locus tempusq; permittebant, docere sum conatus: ideo de industria
» humi serpens, & farragine quandam magis quàm opiparum esculentum con-
» diens, raptim & quadam etiam animi uehementia decerpsi undiq;, quæ illorum
» imperitiam uel puerilia iudice retunderent: tantumq; abest, ut prodesse magis uer-
» borum luce styliq; nitore uoluerim, ut more etiam recentissimo & plane barba-
» ro in citandis locis, & argumentis texendis, fuerim usus. Sunt uero cognita plæ-
» raq; omnia quæ scripsi, nonnulla autem protrita adeò ut sine tædio à paulò doctio-
» ribus uix legi possint, sed ea tamen quæ pro magnis docilis iuuentus habitura sit.
» Et qui alios docet, non quid se oblectet, sed quid horum qui discunt ingenia adpa-
» ret rapiatq; sequi debet. Quod si cui battologia quadam molestus uidebor, nil mi-
» rum: sed defendi me posse mihi persuadeo, cum rerum multitudine & præstantia,
» tum maxima docendi fidelitate quadam, quæ ut in multis longior forem effecit.
» Et paulò post. Multa hactenus ædidi, quæ seueriori adhibita lima castigari me-
» lioraq; fieri poterant, diutius retenta: sed uicit amor, rapuit desiderium, monuit of-
» ficium. Titulorum operis enumeratio, numero 32.

1 Quid sit poëtica, & quæ eius præstantia.
2 De origine poëtices.
3 De excellentia numeri, & causa nominis metri, & carminis.
4 Qui uetustissimi apud Græcos poëtæ: & de Homero.
5 Qui uetustissimi apud Latinos poëtæ: deq; Ennij & Maronis laudibus.
6 De poëtarum Latinorum successione in uniuersum, & temporum *uarietate* & iactura.
7 Quantum honoris Græcis & Latinis poëtis impensum fuerit.
8 De multiplici genere poëtarum & uarijs poëmatum *speciebus*.
9 Natura ne an ars poetam faciat.
10 Quanta naturæ in omnium artium consummatione *maiestas* sit & potentia.
11 Quanta sit artis præstantia & firmitas, quamq; facile sit labi naturæ confiden-

tibus,

tibus, arte neglecta. 12 Quanta sit exercitij uis in omni re.
13 De extemporalitate, quam parit usus.
14 De furore poëtico, & quid per eum intelligendum.
15 Quod solitudo poëtarum studijs maxime opportuna sit.
16 De generibus fabularum & origine, & quantum fabulæ prosint.
17 Primos poetas theologos fuisse, rerumq; ad naturam pertinentium studiosos.
18 Poeticam sacrarum literarum seueritati non obesse, & inibi quàm temere isti agere uideantur, qui eam ut cassam & religioni dissonam contemnunt.
19 De dijs gentilium nonnihil: & quid de dijs poetæ uetusti iudicasse uideantur.
20 An ideo Hieronymus ab angelo percussus sit, quod Ciceronem legit.
21 Illustrium rerũ scriptores testimonijs sententijsq; poetarum frequenter usos
22 De Musis, & earum nominibus quid intellectum. (esse.
23 De Apolline & Baccho: & cur in eorum tutela poetæ esse credantur.
24 De grammaticæ præstantia, & eius discendæ ratione.
25 Rhetoricam prope magis poetæ quàm oratori necessariã esse: & inibi de eiusdem cum dialectica commercio.
26 Quid inter oratorem & poetam intersit: De orationis pedestris & carminis discrimine. 27 De iudicio.
28 De imitatione quantum prosit, & quatenus ea utendum.
29 Iudicium in Latinis poetis, & qui primum legendi.
30 Quàm ampla sit poetices professio: & in detractores nonnulla.
31 Artium orbem, quam encyclopædiam nominant, poetis apprime necessariũ
32 De carminis ratione. (esse.

Commentarij in libros tres Pomponij Melæ de orbis situ, impressi primum Viennæ Austriæ in fol. anno 1518. deinde Parisijs, 1530. in fol. Adiectis præterea locis aliquot ex Commentarijs summatim repetitis, & obiter explicatis: in quibus Io. Camers in Enarrationibus suis in Solinum ab eo dissenserat: Item Epistola ad Rodolphum Agricolam Rhetum iuniorem scripta, ubi explicatur locus apud Plinium de Dodrante & Pygmæis, de longitudine Gabbaris, & quid sit uncia apud eundẽ. Locus Persij ex Sat. 1. Si costam longo, &c. De Antipodibus multa, de lacu Acronio & Veneto. Locus Lucani ex libro 6. de Dorio. Locus Virgilij ex primo Georgicorum, de uertice Austrino. Omnium chartæ sunt 71. computato etiam indice copioso. Expectamus autem breui nouam æditionem, mutatis quibusdam à superiori, in urbe nostra Deo fauente publicandam. Io. Camers.

Ex præfatione authoris. Equidem ut consilij nostri rationem studiosis expediam, & quid Hermolao uel Pomponij nomine debeamus ostendam, præclarum illum de orbis situ scriptorem Commentationibus nostris onustum, in lucem & studiosæ iuuentutis Germanicæ manus exire hac tantum causa uolebam, ut studio bonarum literarum locorum terræ notitiam, cœli ratione adhibita, quam Cosmographiam appellant, potissime coniungeret, &c. Qua itidem causa adducti sumus, ut locis Melæ non paucis (omnibus non potuimus) ex illustrium scriptorum consensu indicato lucem daremus: & fatemur difficultate, ut id ageremus rarius, coactos fuisse: hoc magis spectabat animus, ut celebrium authorum testimonijs, haud quidem omnibus, sed præcipuis tantum (famam ex lectione non libebat aucupari) adductis, ipso uelut in limine ostenderemus, quid de alijs auida literarum iuuentus sperare posset, si his deuoratis satiari uellet. Qua occasione & Melæ fidẽ, opinor, non segniter adiuuimus, & obiter in transcursu, quantum equidem obseruare potuerim, quæ consona Melæ sententiæ, rursum quæ dissona forent, prodidimus, modumq; dedimus illò contendendi, quò equidem nondum perueni. Quibus & id accessit, quod subobscuri passim loci poetarum explicati sunt, & interim Pliniana quædam in quæstionem uocata, minime dissimulato iudicio nostro. Et

» paulò post. Comperta autem uel coràm, uel aliorũ relatione diligentissime per-
» quisita, redditaq́, quæ priores me non attigerunt, sicubi bona fide nostris indulsi-
» mus, æquo uelim animo studiosi accipiant, interminam esse naturæ opulentiam
» cogitando. Etenim parerga ad pietatẽ & religionem attinentia, quibus testari obi-
» ter quàm ab Ethnicorum uanis persuasionibus abessemus, uoluimus, credo iuuen
» tuti non tam frugifera, quàm amœna futura, &c. Antequam textum Melæ aggrediatur hæc præmittit: Quid Geographia, Cosmographia, Topographia, Topothesia, Chorographia. Quantam utilitatem in se Geographiæ studium habeat. Quomodo pro situ terræ, maris, insularum apprehendendo, picturæ ratione obseruata bene ordiamur. De sæculo & patria Melæ, & quem in his libris ordinem secutus sit.

Scholia quædam in secundum C. Plinij librum naturalis historiæ, impressa Basileæ apud Hen. Petrum, cum Iaco. Ziegleri commentarijs in eundem librum, in fronte Georgium Collimitium & Ioach. Vadianum authores præ se ferunt; in fine autem additur à Collimitio dictata, Vadiano excepta esse.

Epitome trium terræ partium, Asiæ, Africæ, & Europæ compendiariam locorum descriptionem continens: præcipue quidem quorum in Actis Lucas, passim autem Euangelistæ & apostoli meminere. Adiectus est in fronte libri Elenchus regionum, urbium, amnium, insularum, quorum in Nouo Testamẽto fit mentio. Opus impressum Tiguri in fol. 1534. chartis 79.

Ex præfatione ad D. Heinrychum Bullingerum, in qua philosophiam & bonas li-
» teras etiam theologis non reijciendas probat. Mihi certe cum isthæc dictarem
» (fratribus meis ministris uerbi pro Lucæ historia illustranda, cũ eam unà reuolue-
» remus, adiuncta generalium tabularum orbis demonstratione) duæ res maxime
» spectabantur. Prior quidem, ut quoniam Lucam tam multum esse in locorũ men
» tione uiderem, ex hac nostra ceu rudimentaria institutione intelligerent, ne illos
» quidem certo ordine aut magno cum fructu teneri memoria posse, nisi prius terræ
» totius forma, ut in partes distributa est, utq́ extra intraq́ littora mari alluitur, per-
» disceretur. Deinde, ut ad gentium ac populorũ res gestas, adeoq́ ad omnimodam
» historiam noscendam cohortarer, quòd huius lectione non res modo quæ referun
» tur dignæ sint cognitu, uerumetiam ipsa locorum tam crebra mentio subinde me-
» moriam exerceat, & ad Tabularum fidem, ut quæq́ suis partibus inserta adnota-
» taq́ sunt, reuocet. Ante omnia autem admonebam, nihil esse in hoc doctrinæ ge-
» nere, quod in tam perplexa nominum locorumq́ uarietate & multitudine memo-
» riam fidelius iuuaret, quàm usum tabularum ueterum, maxime autem generaliũ,
» quæ sic nobis urbes, amnes, montes, regiones ob oculos ponunt, ut coram intueri
» & contemplari res ipsas uideamur.

Aphorismorum libri sex de consideratione Eucharistiæ, de sententijs uidelicet super hac re contrauersis, de Sacramentis antiquis & nouis, deq́ uerbo, symbolis & rebus, item de uero ueri corporis Domini esu, de Transubstantiationis dogmate, & ueritate corporis Christi humani, præterea qualis fuerit ritus cœnæ ueteribus, rursus per quos, quomodo & quibus temporibus is ceremoniarũ accessione auctus atq́ immutatus sit: Saluo semper & incolumi orthodoxæ Ecclesiæ iudicio. Anacephalæosis siue Recapitulatio eorum quæ in toto opere sunt tractata: metæ instar appositæ, quæ Lectoris memoriam, tot librorum decursu fatigatam, breui demum & summatim cõplexa institutione exciperet, chartis ferè tribus: totius autem operis in urbe nostra excusi, anno 1536. cum indice, in fol. chartæ sunt 72.

In præfatione ad colendissimum patrem D. Chuonradum Pellicanum, postquam occasionem scribendi huius operis copiose recensuit, argumẽtum his uerbis, sub-
» ijcit. Libuit autem mihi non perpetuo, sed interciso & Aphorismis distincto ser
» mone uti, quo clarius accipi singula & intelligi possent, neq́ id noue, sed doctissi-

morum

morum exemplo fecimus, &c. In primo libro dogmata & sententias de Eucha- " Liber 1.
ristia tum ueteres tum nouas, quas quidem legendo inuestigare potui, expono. "
In secundo Sacramenta ueteris & noui Testamenti potissima, præterea quibus de " 2
rebus constent, quibusq; in rebus conueniant, aut differant, breuibus indico, cum "
obseruatione locutionum, ut illis scriptura utitur, ex ueterum traditione & autho- "
ritate deprompta. In tertio Nouum dogma de esu corporis et sanguinis Christi, " 3
scripturis Euangelicis & antiquorum interpretum fide oppugno & refuto, cum "
ueteris doctrinæ ecclesiarum laude & uindicatione. In quarto Transubstantia- " 4
tionem attingo, obiter conuulsis argumentis quibus uulgo hactenus de carnali "
esu potissimum est persuasum: quo loco & de Possibilitate frequenter nostris ob- "
iecta, præterea de Verborum cœnæ claritate & uirtute, sed & de Ministerij fun- "
ctione, & Consecratione, quædam, nisi fallor, necessaria cognitu, explico. In "
quinto perspectam & usitatam ueterum loquendi rationem, qua symbolis mysti- " 5
cis nomina rerum, quarum symbola sunt, tribuuntur, explano: inibi aliquot Ire- "
næi locis in transcursu enucleatis, quibus alia quoque ueterum authorum loca "
sunt addita, duntaxat quæ ad clarum modo & germanum uerborum Christi sen- "
sum facere uidebantur. Retunditur & calumnia quorundam dicentium, No- "
stræ ætatis homines primum omnium, authoribus Germanis, sanctæ Romanæ "
sedi obstrepere ausos, quam nemo ante non obseruarit & coluerit: quibus osten- "
dimus, à septingentis proximis annis in hunc usque diem passim doctos homines "
atque etiam sanctos extitisse, qui scripto sint testati, cum dogmata recepta à Ponti- "
ficibus, tum Iura etiam & Cerimonias admissas, quæ ueteri cum doctrinæ tum di- "
sciplinæ & sobrietati parum responderent: Neque id fecimus uelut detrectantes "
ecclesiæ illi, quam sæpe uereri me ut Apostolicam, & ut uetustam honorare sum "
professus: sed ut ægre ferentes illorum insciti am, qui nihil non audent contra ue- "
ritatem, quo suam impietatem propugnent. Quo loco & de Miraculis quibus- "
dam, & locabili Christi præsentia differo. In sexto & ultimo summatim repe- " 6
to Scripturas quæ carnalem & corporalem Christi in pane præsentiam nec ferunt "
nec admittunt: Insuper absurda quædam taxans quorundam male feriatorum, "
qui in natura corporis Christi, suis disputationibus distrahenda mire ultra septa, "
quod dicitur, transilierunt. Postremo ueterem usum Eucharistiæ, & quid cir- "
ca eam à morte Christi usque ad nostra tempora receptum, quid mutatum fue- "
rit, quibusue temporibus id factum uideatur, breuissime, cum adiecta quadam "
rerum ecclesiasticarum indicatione, expono, &c. Et paucis interpositis: Obi- "
ter autem (inquit) & in aliena quædam sed non longe dissita parerga incidimus, "
alicubi de merito nostro, de purgatorio, de condonationibus, quas indulgentias "
uocant, de hominum decretis & sanctionibus loquuti, quæ libare leui gustu quàm "
explicare maluimus: haud pauca silentio præterituri, nisi ad memorandum co- "
hærentia quadam argumenti essemus inuitati. Adiecimus & de moribus quæ- "
dam & mutata ueteri ecclesiastica disciplina, &c. Et paulò post. Ac ne aduer- "
sariorum quidem admonitionem sum reiecturus, modo ea moderatione quæ bo- "
nos uiros decet, mea carpant & meliorum admoneant. Quanquam quid mea uo- "
cem, quæ tam diligenter & accurate sunt multis iam annis à doctissimis uiris tra- "
ctata & exposita? Vere enim non scripsi, sed conscripsi potius, neque aliquid est "
in illo opere meum, nisi quis ordinem & argumentorum digestiorem explicatio- "
nem tribuere industriæ nostræ uelit, &c. "

Vide supra de Ioach. Vadiano, in Hein. Bullingero, fol. 305. b.

Orthodoxa & erudita epistola, qua hanc explicat quæstionem: An corpus Chri sti propter coniunctionem cum uerbo inseparabilem, alienas à corpore conditio nes sibi sumat. Impressa apud nos, anno 1539. in 8. chartis 4.

Ex præfatione Hein. Bullingeri ad Io. Trauersum. Vt causæ dissidiorum er- " Hein. Bul-
lingerus.

„ rorumq; uel hac in re nonnihil tollantur, reddanturq; qui sibi consuli uolunt cau-
„ tiores porrò, & rectius iudicent de huiusmodi Sibyllæ foliis quæ non intelligen-
„ tes stolide admirantur, ædidi orthodoxam illam D. Ioachimi Vadiani epistolam,
„ qua hanc explicat quæstionem, An corpus Christi propter coniunctionem cum
„ uerbo inseparabilem, alienas à corpore conditiones sibi sumat? In hac enim
„ breuiter tractat, quicquid de incarnationis Dominicæ mysterio scire refert: Ac
„ primum de coniunctione illa disserit, quæ ex duarum naturarum ueritate perso-
„ nam Christi constituit. Deinde de conditionibus disputat, quas sustinuit assum-
„ ptio illa in Christo ante resurrectionem. Postremo de conditionibus scribit,
„ quas sibi sumpsit corpus Christi post resurrectionē. Intertexuit his præterea, quæ
„ de hisce capitibus prodiderūt tam orthodoxi ueteres, quàm hæretici male senten-
D. Vigilius. „ tes. Adiunxi huic epistolæ quinq; libros D. Vigilij martyris & episcopi Tri-
„ dentini, quos contra Eutychen in primis, deinde aduersus alios quoque hæreti-
„ cos, impie de Christo Domino sentientes conscripsit, & mirifice superiori argu-
„ mento consonant.

Ad D. Ioannem Zuiccium Constantiensis Ecclesiæ Pastorem Epistola: in qua post explicatas in Christo naturas diuersas, & personam ex diuersis naturis unam, Iesum seruatorem nostrum, uel in gloria ueram esse creaturam, tum oraculis scripturarum sacrosanctis, tum interpretum orthodoxorum authoritate docetur & demonstratur.

Accessit huic eodem authore Antilogia, ad D. Gasparis Schuenckfeldij argumenta, in Libellum quē ab eo Summarium inscriptus est, collecta: quibus Christum Dominum in gloria receptum, amplius Creaturam nullo modo esse, contendit.

Opusculum anno 1540. in urbe nostra excusum in 8. chartis 17.

Pro ueritate carnis, triumphantis Christi, quod ea ipsa quia facta est, & manet in gloria, Creatura, hoc est nostra caro esse non desierit, Anacephalæosis siue recapitulatio, ubi quædam amplius explicantur: & quæ multis antea exposita fuerant, breuissime repetuntur: Ad clarissimum uirum D. D. Ioan. Zuiccium urbis Constantiensis Ecclesiast. Chartæ sunt septem nuper apud nos excusæ. Rectius autem intelliget Lector hunc libellum, & uberiore cum fructu leget, si duos proxime iam enumeratos eiusdem argumenti prius cognouerit: omnes enim cohærent.

Tredecim insignes Gasparis Schuenckfeldij errores, extracti de libris ab eo æditis de confessione & gloria Christi: quos partim primus introducit, partim ueteres renouare conatur. Libellus apud nos æditus Germanico sermone, sesquicharta.

Exiuit & aliud opusculum hic, Germanice scriptum, cōtra eundem Schuenckfeldium, Christum in gloria creaturam amplius negantem, per eruditos quosdam fratres ex superioribus Latinis Ioachimi Vadiani libris congestum, &c. chartis 6.

IOANNES nomen proprium originis Hebraicæ, iuxta quam aliqui aspirationem interponunt: doctiores autem plærique Græcos imitati non aspirant: sunt qui Ianino-
men, ut ipsis uidetur Latinius, usurpare malint.

Ex Sophronio de uita Euangelistæ. IOANNES apostolus, quem Iesus amauit plurimum, filius Zebedæi, frater Iacobi apostoli, quem Herodes post passionem Domini decollauerat, nouissimus omniū scripsit euangelium, rogatus ab Asiæ episcopis aduersus Cerinthum, aliosq; hæreticos, & maxime tunc Ebionitarū dogma consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse: Vnde & compulsus est diuinam eius natiuitatem edicere, &c. Scripsit autem & unam epistolā, cuius exordiū est: Quod fuit ab initio, quod audiuimus, & uidimus oculis nostris: & perspeximus & manus nostrę cōtrectauerunt de uerbo uitæ, quæ ab uniuersis ecclesiasticis & eruditis uiris, pbat. Reliquæ aūt duæ quarū principiū est: Senior electæ dnæ & natis eius: & sequentis: Senior Caio charissimo,

chariſſimo, quem ego diligo in ueritate: Ioannis presbyteri aſſeruntur, cuius & hodie alterum ſepulchrum apud Epheſum oſtenditur. Et nonnulli putant duas memorias eiuſdem Ioannis Euangeliſtæ eſſe, ſuper qua re quum per ordinem ad Papiam auditorem eius uentum fuerit, diſſeremus. Quartodecimo igitur anno, ſecundam poſt Neronem perſecutionem mouente Domitiano, in Patmon inſulam relegatus, ſcripſit Apocalypſim, &c. Vide Suidam.

IOANNES Antiochenę eccleſię presbyter, Euſebij Emiſeni, Diodoriq; ſectator, multa componere dicitur, de quibus περὶ ἱερωσύνης tantum legi. Hieronymus.

IOANNES Antiochenæ parrochiæ ex grammatico presbyter, ſcripſit aduerſum eos, qui in una tantum ſubſtantia adorandum aſſerunt Chriſtū, nec acquieſcunt duas in Chriſto confitendas naturas: docens ſecundum relationem ſcripturarum unam in illo Dei & hominis eſſe perſonam, non unam carnis & uerbi naturam. Simul & impugnat aliquas Cyrilli Alexandrini epiſcopi ſententias, docens incaute ab illo aduerſum Neſtorem prolatas, quæ nunc fomentum ſunt, & robur addunt Timotheanis, quod ualde inaniter dicit. Viuere adhuc dicitur & ex tempore declamare. Gennadius. T. cl. 480. temporibus Zenonis Aug.

Ioan. Antiocheni homilia in Chalcedone dicta. Rob. Vuinter impreſſit Baſileæ, 1542. cum ſynodicis conſtitutionibus.

IOANNES Hieroſolymorum epiſcopus, ſcripſit in obtrectatores ſtudij ſui librum, in quo oſtendit ſe Origenis ingenium non fidem ſecutum. Gennadius.

Cum Origenis dogmatibus nimium intentus uideretur, patrum in ſe ſcripta concitauit, Hieronymi uidelicet & Epiphanij epiſcopi, ſicut in eorum ad ipſum miſſis inuenitur epiſtolis. Scripſit & epiſtolas quaſdam ad diuerſos, & quædam alia. T. cl. 408.

IOANNIS nomen aliquot habuere pontifices, quorum decreta Coloniæ excuſa ſunt cum cæteris Pontificijs.

IOANNIS uiceſimi ſecundi conſtitutiones & extrauagantes quædam cum Decretalibus impreſſæ.

IOANNIS cuiuſdam ſermo Græcus Ψυχωφελὴς καὶ θαυμάσιος, Sermones duo ad Chriſtum, Epiſtola didaſcalica de patientia & longanimitate ad omnes Chriſtianos quibus ipſe præerat paſtor. Inueniuntur Græce in Italiæ bibliothecis.

IOANNIS ſapientiſſimi, Synopſis philoſophiæ: Item Compendia quædā de theologia, & de meteoris. Græce extant Romæ in Pontificia bibliotheca.

IOANNES filius Serapionis medicus celeberrimus, floruit tempore Iſaac Beimiran, de ſimplicibus medicinis mira conſcripſit, & totam practicam medicinæ complexuit. Antidotarium etiam celeberrimum compilauit. Symph. Champerius.

IOANNES citatur in Tacuinis Elluchaſem medici.

IOANNIS Itali philoſophi uaria ad Logicen pertinentia, Græce ſuperſunt apud D. Diegum à Mendozza Cæſaris legatum Venetijs.

IOANNES papa uiceſimus, uide in Petro Hiſpano.

IOANNIS Monachi ſcriptoris Græci quædam extant, nempe: Iambica, Hiſtoriæ, ex quibus uitam Alexandri Bartolemæus Coſpus Latinam fecit, ut ſupra dictum eſt. Vide Io. Zonaras, non dubito enim quin unus author ſit.

IOANNIS monachi liber de Exceptionibus, in Iuris ſcientia.

IOANNIS Abioſi Neapolitani ex Balneolo Doctoris medicinæ & profeſſoris mathematum dialogus in aſtrologiæ defenſionem, cum Vaticinio à diluuio uſq; ad Chriſti annos 1702. ad Alfonſum Siciliæ regem. Liber impreſſus Venetijs, 1494. in 4. apud Franciſcū Lapicidam, chartis 9. & dimid. & ſcriptus ab authore, anno 1492. Totum opus per capita ſiue Demonſtrationes, ut ipſe uocat, triginta diuiditur, in quibus præter alia, multa de futuris Eccleſiæ mutationibus, ſchiſmatibus, prophetа quodam & antichriſto præſagit. Demonſtratio 29. prædicat præliorum initia

& ſchiſmatum inter cleros emerſiones, inobedientias, ipſorumq; à propria ſecta expulſiones, prophetarumq; miracula & mutationem, et omnia commutanda uaticinatur, terram nouam atq; cœlum nouum, per coniunctionem anno Chriſti, 1544. & per coniunctionem & mutationem triplicitatis in principio ſigni ſagittarij, quod eſt gaudium Iouis, & alias per coniunctiones futuras, anno 1702.

» Ex præfatione ad Alfonſum. Decreueram cœleſte & philoſophicum opus » ædere, ubi elementorum agitationes deſcripſimus, cometarũ ſcilicet eminentiam, » uentorumq; flatus, nubium fracturas, tonitrua, fulgura, & eorum bipartitas » cauſas, & nouorum luminum emerſiones, putridosq; uapores, & multa alia » elementorum portenta, & auium præſagas uoces, & multorum animalium al» terationes ſpeculati ſumus, quibus futuros euentus uerorum philoſophorum au» ctoritatibus præfari confitemur, ac etiam eorundem cœleſtes cauſas, ubi tracta» tum quendam de pluuijs & reliquis elementorum agitationibus, iuxta ſuperio» res tripartitas actiones ut uera futura dignoſcantur, compoſuimus. Præterea » conati ſumus magnos effectus annotatione dignos à Diluuij exordio cauſis cœ» leſtibus proportionari, & ab eiſdem dependentiam nactos eſſe, iuxta uerarum » hiſtoriarum ſententias tempora cœleſtibus cauſis coæquando, ubi patefecimus » multas magnas coniunctiones & præteritas & futuras à mundi exordio uſque ad » ſextum millenarium, quo cuncta uidentur terminari propter octauæ ſphæræ ſta» tionem, & ſidereos præfixos influxus, &c. Sed quoniam hæc non mundo eua» ganda ſunt, uſquequo maxima ingenij perſpicuitate reuiſa & repenſa relibra» taq; fuerint: Ac etiam opuſculum de regimine ſanitatis, ipſiusq; adeptione huic » cœleſti & phyſico operi annectendum. Sed quoniam profiteri cogimur omnia » ex cœleſti harmonia elementa coæquante conſtare, uolui cœleſtes doctrinas » cum phyſicis coniungere, ut uerum perficiatur opus, in quos communes Aui» cennæ & Galeni doctrinas proſequemur, & quorundam ſapientiſſimorum phi» loſophorum, ex quibus uirtutem ſeminariam agentem in gremio elementorum » quaſi ſopitam & immerſam nitentem ab elementorum carceribus incorruptam » elegimus, propter quam morbos uulgo aut communibus medentibus incurabi» les, ſicut hecticam, lepram, & maniæ ſpecies, epilepſiam, apoplexiam, & paralyſim » curare profitemur, & eminentiori modo aliæ infirmiores ægritudines delentur, » quæ omnia reuidenda cenſemus priuſquam emittantur.

IOANNES Adelphus phyſicus Argentinenſis, anno 1512. ſcripſit interpretationem Sequentiarum, nedum ſcholaſticis, ſed & eccleſiaſticis cognitu neceſſariam, ut habet inſcriptio. Liber impreſſus (Argentinæ ni fallor) 1513. in 4. chartis 34. Adiunguntur & hymni de tempore & de ſanctis cum interpretatione cuiuſdam anonymi.

» Ex præfatione. His interpretandis ſummo ſtudio ſummaq; diligentia fui u» ſus: nihilq; penè deeſt quod expoſtulat neceſſitas ad rerum aut ſenſuum cognitio» nem: ſed affatim omnia complexus ſum. Verum quod humili ſtilo loquor, id ea ra» tione factum eſt, ut in promptu ſit ſtudioſis omnibus quod habere concupiſcunt, » nec alieno egeant conſilio auxilióue, quibus hæc ſatisfaciunt.

IOANNES Aegidius Nucerienſis, Ioannis à Vepria antiſtitis Claræuallis prouerbia Gallicana ſecundũ ordinẽ alphabeti diſpoſita Latinis uerſibus (plærisq; leoninis) tranſtulit. Liber impreſſus Pariſijs apud Aſcenſium in 8. 1519. chartis 5. alternis » Gallicis & Latinis. Ex præfatione Aſcenſij. Cupit enim (ut eſt homo opti» mus) ſicut declamando & prædicando uerbum Dei, prodeſt quàm plurimis præ» ſertim ſenioribus: ita lepide ſcribendo, pdeſſe iuuenibus. Relegi itaq; totũ opuſcu» lum, nihilq; in eo offendi, quod non ſit lepidum, emunctum, caſtum, & quod maxi» mi facio, totum agnoui ad bonos mores conducens. Vixit eodem anno, quo hic » liber exiuit in publicum.

IOAN.

IOANNES Aepinus, natione Germanus, ecclesiæ Hamburgensis hoc tempore pastor, ut audio, scripsit in Psalmum quendam Dauidis Cõmentarium, in quo de iustificatione, de uita Christiani hominis, de uotis & iuramentis, de consuetudine impiorum uitanda, de usuris, de contractibus, de reddítibus, de corruptelis in iudicio syncere agitur: aliíq; nonnulli loci diligenter per scripturam explicantur. Liber impressus Argentorati, 1543.

IOANNES Albertus Burerius scripsit castigationes quasdam in P. Vellei Paterculi historiæ Romanæ duo uolumina. Frobenius excudit Basileæ 1520.

IOANNES Albertus Vuidmestadius I.C. Theologiam Mahometis & epitomen Alcorani ab alijs translatas typis imprimi curauit, & annotationes adiecit. Idem in præfatiuncula pollicetur se propediem æditurum Alcorani libros 4. bene longos à se conuersos. Roberti Ketenensis enim translationem epitomen solum esse. Liber impressus Norimbergæ, 1543. in 4.

IOANNES de Alerio, natione Tholosanus, ordinis beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, tertiusdecimus Prior generalis, ædidit nonnulla præclara uolumina, è quibus extant. T. cl. 1321.

Super Sententias, lib. 4. Lectura in ecclesiasticum, lib. 1.

Et alia plura.

IOANNES Alexander Brassicanus, natione Germanus, artium & Legum Doctor, uir de bonis literis optime meritus: nam ex bibliotheca sua optimis utriusq; linguæ authoribus instructissima, multos ante id tempus nusquam excusos typographis publicandos exhibuit, quorum plærisq; præfationes suas adiunxit, ut opera Eucherij, uide supra in Eucherio, fol. 225. a. & b. Græca Geoponica Constantini: & Saluiani episcopi librum de uero iudicio & prouidentia Dei, cui etiam scholia adiecit, & in præfatione aliquot bibliothecæ suæ scriptores Græcos nõdum excusos, recensuit. Composuit & ipse nonnulla, ex quibus hæc sunt:

Idyllion in Carolum electum Romanorum regem, Elegiæ, Dialogi, Xenia, Epigrammata: Omnia, ni fallor, simul excusa in 8.

Centuria quædam: licet Brassicani nomen solum in catalogo quodam adscriptum inuenerim. Est autem & alius quidam Ioan. Lud. Brassicanus, & ipse I.C.

Symmicta prouerbiorum, excusa Lutetiæ apud Vuechelum.

Vidi etiam epigrammata multa commendatoria uarijs libris ab eo præfixa. Obijt ante paucos annos: primum, ut audio, Tubingæ docuit, inde Viennam Austriæ accersitus est.

Ioan. Brassicani Tubingensis pædotribæ mentio fit in Ioanne Altenstaig, uide paulò inferius.

IOANNIS Alexandrini medici & sophistæ Commentarij super Epidemiorum Hippocratis libros, impressi cum Ioannicio, siue eo libro quem Articellam uocant. Hunc & Alexandrum iatron appellari puto apud uulgares medicos: & eundem esse suspicor de quo supra diximus Alexandri Tralliani iatrosophistæ nomine. Discernant doctiores, & quibus ocij plus abundat.

IOANNES de Abbatis uilla, archiepiscopus Biiuntinus, & ecclesiæ Romanæ Cardinalis, natione Gallus, scripsit ualde utiles & insignes T.

Sermones de tempore, lib. 2. Sermones de sanctis, lib. 2.

Alia quoq; multa ædidit, quæ ad notitiam meam non uenerunt. Scripsit autem dictos sermones per circulum anni: Primo quidem breues lectiones euangelicas & apostolicas breuiter exponendo: Postea uero alios sermones tam de dominicis q̃ de festiuitatibus adeo prolixos ædidit, tot scripturarũ inducens testimonia, ut uix possint memoriæ commendari, qui tamen iam nouis superuenientibus ex parte uiluerunt.

* Ioan. Algrini ab Abbatisuilla Cardinalis Cõmentarij in Cantica canticorũ,

impressi Parisijs apud Ascensium, anno 1521.

IOANNES Almenar Hispanus scripsit librum de morbo Gallico, stilo quidem barbaro, sed tolerabili: chartæ sunt tres, impressæ Basileæ apud Io. Bebelium, 1536. in 4. cum alijs eiusdem argumenti libellis: & Lugduni 1539. in 8.

Capitum inscriptiones hæ sunt.

1 De morbi origine & diffinitione. 2 De causis morbi.
3 De signis & prognosticis. 4 De cura eius.
5 De cautela in euitando hunc morbum.
6 De solutione difficultatum quæ moueri possunt circa hunc morbum.
7 De explanatione arboris signorum.

IOANNIS Altenstaig Mindelhaimensis, natione Germani, sacrarum literarum baccalaurei, Vocabularius uocum quæ in operibus Grammaticis plurimorum continentur, quem scripsit anno 1508. & sæpe Germanicas interpretationes addidit. Distinguuntur autem & disponuntur uocabula per ordines terminationum & significationum, ut in ipsis grammaticorum libris: Præfigitur etiam index singularum uocum quæ hic exponuntur, alphabetico ordine. Opus impressum Argentinæ apud Ioannem Prusz, 1515. & Basileæ apud Adamū Petrum, anno 1514. in 4. chartis 39. Ex præfatione authoris ad Hen. Bebeliū præceptorē suum.

» Collegi uocabula quædam quæ ab adolescentia legi in quibusdam grammaticis, et
» modo meis discipulis interpretatus sum: & præsertim ex Prisciano, Donato, Ser.
» gio, Seruio, Phoca, Capro, Pomp. Læto, Aldo Manutio, Fr. Nigro, Curio Lanci.
» loto, Mancinello, Pylade, Omnibono, Perotto, Venturino, Trapezontio, Guari.
» no, Agretio, & Diomede grammaticis non pœnitendis. Et præterea legi Iacobi
Io. Braßicanus. » Henrichmanni, & Ioannis Brassicani Tubingensis pædotribæ grammaticas insti.
» tutiones, quantū mihi per ocium licuit: qui duo ferè ea quæ alij in suis præceptio.
» nibus grammaticis uocabula posuerunt in unum collegerunt. Ego igitur ea uo
» cabula quæ inueni in ipsis grammaticis & alijs quibusdam quæ mihi occurrerūt,
Grammatici barbari. » ferè pro uirili parte sum interpretatus, & quàm breuissime potui. Et ut ea eruditi
» & docti, non ut Catholicon, Hugutio, Mammatrectus, Papias, Græcista, Synthis,
» Io. de Vuerdea, Brito, cæterumq; imperitum uulgus: sed ut Aul. Gellius, Nonius
Latini. » Marcellus, Festus Pompeius, Pomponius Lætus, Nicolaus Perottus, Petrus Mar.
» sus, Varro, Vbertinus, Martinus Phileticus, Bartolemæus Merula, Raph. Re.
» gius, Nestor, Calepinus, & Curius Lancilotus interpretati sunt, exposui, ut Lecto
» ri pateſcit: nihil noui scribens, sed solum ex his ipsis quantum potui & mihi uisum
» fuit, quibusdam additis, interdum quibusdam reiectis & mutatis, ne uerborū mul
» titudo fastidium Lectori pareret, nisi quod quandoq; poëtam uel oratorem sub.
» iunxerim.

IOANNES de S. Amando, natione Gallus, Tornacensis ecclesiæ canonicus, uir in medicinis ualde expertus, scripsit super Antidotarium Nicolai (quæ expositio siue additio cum operibus Io. Mesuæi in magno uolumine excusa est) & de simplicibus lib. 1. De alijs nihil uidi. Symph. Champerius.

De usu idoneo auxiliorū ex Ioanne Amando, chartæ 5. et dimid. impressæ Monguntiæ cum Artificiali medicatione Christophori Heyll, 1534. in 4.

IOANNIS Agricolæ Hammonij, natione Germani, medicinę & Græcæ linguæ professoris Ingelstadij, scholia copiosa in Therapeuticam methodum Cl. Galeni, quæ scripsit anno 1533. impressa Augustæ Vindelicorū in 8. 1534. cum indice, chartis 38.

» Ex epistola nuncupatoria. Cum hic liber medicorū filios multis salebris, lamis,
» atq; alluuionibus à sui perueſtigatione & crebra lectione hactenus plærūq; submo
» uerit, existimaui tum me maximum precium operæ facturum, si libro huic omni.
» no gemmeo explicando meam impartirem industriam, &c. Si non confecimus
» arduum negocium, at certe studiosos innumera loca conquirendi inuiso labore le
uauimus.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [804] - 382r

uauimus. Non inutilis erit hæc Galeni methodus, etiam ijs qui Arabicis medicis « sunt affecti, præsertim nodis iam plus quàm Gordijs à nobis discussis. Præfatio « nis ad Lectorem, ne quis accuset prolixitatem, nihil exscribam.

In Galeni libros sex de locis affectis Commentarij, impressi Norimbergæ, anno 1537. quo & ab authore scripti sunt, in 4. cum indice: chartis 33.

Ex epistola nuncupatoria. Accommodauimus huic instituto illustrium medico « rum scripta, ubi plærūq; usi sunt non modo eadem uerba sonare, quæ Gal. protu « lit prior, uerumetiam ubi explanatiora, enucleatiora, & copiosiora. «

Commentarij in librum G. de inæquali intemperie.

Index copiosissimus simplicium pharmacorū omnium à Dioscoride proditorum, secundum capita & libros, ordine alphabeti.

Concordantiæ in authores præcipuos Simplicium medicamentorum: in quibus primo statim aspectu deprehenditur, num aliquo, & in quo loco Simplex quodq; descripserit Dioscorides, Galenus, & Serapio: iuxta ordinem literarum.

Ad scholiomagistra quendam (uidetur innuere Ianum Cornarium) magni nominis uirum Enumeratio causarum, cur in Therapeuticā methodū G. scholia scripserit.

Epistola ad Iacobum Gengerum Halensem medicum, de uua theriaca, de parabolanis hominibus, deq; moderatione studiorum, & alijs quibusdam. Liber impressus Basileæ apud Vuesthemerum in 8. 1539. cum indice: chartis 20. cōputato etiam Georgij Leonbergeri Epicedio in Ioachimum Imperij Rom. Marschalchum in Bappenheim.

Libri septem Aphorismorum Hippocratis iuxta literarum ordinē recitati, quo argumentum quoduis medicum statim & primo obtuitu possit ad oculos reuocari: Quibus apposita est perbreuis ubiq; enarratio Galleni, aut Oribasij Sardi, aut ubi ita usum erat, utriusq; mixta.

Liber sextus Epidemiorum Hippocratis ex translatione Leon. Fuchsij, eodem ordine atq; etiam difficiliorum scruporum breuibus expositiunculis atq; annotatiunculis enarratus.

Idem liber iuxta supradictum literarum ordinē & filum ueteris translationis congestus, nonnullius fortassis usus, eò quod hæc ferè Laconicum authorem ita referat, ut uerbum uerbo reddi & transferri Latine curauerit. Omnia ductu & auspicijs Io. Agricolæ Am.

His accedit Circknizæ regionis descriptio per Georgium Leonbergerum. Liber impressus (Norimbergæ, ut suspicor) in 4. 1537. cum indice: chartis 26.

Liber de herbis ueterum & recentiorum ordine alphabeti, impressus Basileæ ante aliquot annos in 8. apud Vuesthemerum, & breui (ut à typographo audiui) auctior ædendus: ab Agricola quodam scriptus est, eodem ni fallor cuius hic mentionem facimus.

Nicolai Alexandrini de compositione medicamentorum secundum locos liber impressus primum in Germania, deinde Venetijs castigatius, ut promittit inscriptio, apud Andream Arriuabenum in 8. uterq; cum scholijs Agricolæ Ammonij.

IOANNES de Anania Bononiensis, ibidem in patria Archidiaconus & Canonici iuris professor publicus annis complurib⁹ fuit. Scripsit in Decretales: reliquit item Consiliorum uolumen 1. Hunc Andreas Siculus in Tracta. de Testibus, uocat sanctæ uitæ dominum suum, semper merito honore obseruandum. Moratuus est, anno 1455. Ioan. Fichardus. Inuenio seorsim citatas eius Glossas super quinto Decretal. Hunc puto simpliciter etiam Archidiaconi nomine citari: allegatur in Summa Angelica. Extat Archidiaconi Lectura super Decreto.

IOANNES de Ancona, citatur inter Summistas in Summa Angel.

IOANNES Andreas episcopus Alerien sis, apostolicæ bibliothecæ secretarius, Nico- T. M. 1498.
lai Cusæ Cardinalis quondam contubernalis, sermonis tam Græci quàm Latini pe

ritus, scripsit quædam non mediocris authoritatis opuscula, de quorum numero subiecta feruntur.

In quartum decretalium,	lib. 1.	De usu feudorum,	lib. 1.
De appellationibus,	lib. 1.	Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.

* Ioan. And. præsul Alerienſis in librorum locis emendandis iure laudatur, Raph. Volater.

T.M.12.40. IOANNES Andreas, natione Italus, patria Bononiensis, iureconsultus, scripsit præclara uolumina, de quibus ego pauca uidi.

Super decretales,	lib. 5.	
Super 6. decretalium,	lib. 1.	Quia præposterus est.
Super nouellis dupliciter,	lib. 2.	
In speculum additiones,	lib. 1.	Ego Ioannes An.
Mercuriale prænotatum,	lib. 1.	
Summa de spon. & matrimo.	lib. 1.	Quoniam frequenter in foro.
Super Clementinis,	lib. 1.	Ioannes: Gratiosum.
De laudibus S. Hieronymi,	lib. 4.	Hieronymum iugiter al.
De arbore consanguinitatis,	lib. 1.	De cæteris nihil uidi.

Ex Ioanne Fichardo.

* Ioannes Andreæ Bononiæ natus est, &c. In Iuris ciuilis scientia Martinum de Sulmannis audiuit, Canonici tamen longe studiosior fuit, quapropter in eo solo suis scriptis illustrando postea elaborauit. Itaq; Glossas continuas ad librum 6. Bonifacij VIII. & Nouellas Clementis V. conscripsit: præterea Commentariorum uolumina duo, quæ Nouellas & Mercuriales inscripsit. Postremo autem opus additionum ad Speculum Guilielmi Durandi, quod ædidit anno 1547. Fuit uir eleganter doctus, nec in Iureconsultorum tantum, uerumetiam bonorum authorum omnium scriptis diligenter uersatus: id quod multis in locis Commentariorum & Glossarum eius apparet. Hic à doctis omnibus ad cœlum usq; laudibus uectus est. Ludouicus Romanus omnium hominum præstantissimum appellauit. Hoc uitij tamen in tanto uiro notatum reprehensumq; à quibusdã est, quod multa ex Consilijs Oldradi Laudensis sibi, uero authore dissimulato, ascripserit, & id quidem frequentissime. Quapropter eum Baldus insignem furem alienorum laborum alicubi exclamat, & aliquot eius furta prodit. Porrò Ioan. Calderinum optimæ indolis hominem, in filium adoptauit: quanquam & sibi natum filium haberet Bonicontum nomine (cuius de Appellationibus tractatus quidam extat) & filiam Bitinam dictam, quam collocauit Ioanni de S. Georgio Bononiensi celebri Iuris Canonici Doctori. Hæc sepulta est Patauij ad S. Antonium in circuitu, cum Epitaphio quod Ioan. Fichardus recitat. Tandem tempore pestilentissimo ingruente mortuus est, anno 1348. Extat honorificum eius monumentum Bononiæ in templo S. Dominici cum Epitaphio, quod item apud Fichardum extat.

Io. Calderinus.

Bonicontus.

Iuuenis admodum glossemata in sextum decretalium librum composuit, quapropter illa postea retractauit, interpollauitq; : Deinde in Clementinas, postremo in Decretales, quod opus Nouella inscribitur, in quo ueterum scripta collegit, ordineq; digessit. Raph. Volaterranus.

Summa Io. Andreæ super secundo Decretalium: item super quarto. *Ad hæc*, Arbor consanguinitatis, Affinitatis, & Cognationis tum Legalis tum *Spiritualis*. Liber impressus Basileæ apud Adam Petrum, 1517. in 8.

De spõsalibus & matrimonijs, chartæ ferè duæ, impressæ alicubi *in Italia* in 4.

Citantur eius, Lectura super Decretal. Disputationes *Mercuriales* super tt. de reg. Iur. lib. 6. super singulis una. Disput. de clerico relinquente habitum, an gaudeat priuilegio. Incip. Quia sæpe quærimus.

IOANNES Angelus Bauarus ex Aichen, artium & medicinæ doctor, scripsit libellũ de correctione calendarij.

Supputauit

Supputauit Ephemerides plures, & uaria prognostica.

Tabulam æquationum motuum planetarum Georgij Peurbachij dum absoluere conabatur, obijt Viennæ, 1512.

Io. Angeli Astrolabium planum in tabulis, continens qualibet hora atq; minuto æquationes domorum cœli, moram nati in utero matris, cum tractatu natiuitatum, & de horis inæqualibus pro quolibet climate mundi. Io. Emericus excudit Venetijs, 1494. in 4. chartis 41.

Præfatio authoris. Etsi plurima astrologiæ diuini numinis conscia accommoda, astrolabij officio demonstrentur, quædam tamen sine laboris difficultate ex eo discerni non possunt, cum horarum lineæ quarum indicio dignosci habent ad uniuus duntaxat climatis limitem formatæ reperiantur. Quam quidem difficultatem quisquis uoluerit declinare, quæcunq; ex astrolabio sciri solent, huius libelli admiculo facili modo uiaq; planissima inuestigare potest, prout canones particulares in processu libri commonstrabunt: Vnde & astrolabij plani in tabulis nomen sibi liber iste iure uendicauit, qui quatuor partibus absolutus existit. Prima nanq; tabulas signi & gradus ascendentis qualibet hora atq; minuto, tabulas quoq; æquationis domorum cœli ad medium cuiuslibet climatis complectitur. Secunda imagines facierum & graduum 12. signorum cum earundem proprietatibus: figuras insuper cœli cuiuuis gradus ipsorum 12. signorum ad sexti climatis medium erectas metitur. Tertia tabulā moræ infantis in utero matris, per quam & tempora conceptionis simul & natiuitatis conijciuntur, explanat. Annectit præterea natiuitatum tractatulum ex acutissimi astrologi Iulij Firmici traditione excerptū. Quarta & ultima tabulas horarum inæqualium dierum & noctium artificialium pro quolibet climate elaboratas designat. Et ne aliquis locorum præsentis libelli usu fraudetur, tabulæ ascendentis æquationisq; domorum cœli, nec non & horarum inæqualium, ultra septimi climatis terminum perfectæ sunt.

Titulus.

Iul. Firmicus.

IOANNES Angelus Odonus, natione Italus, uir non indoctus, quo ante annos decem Argentorati familiariter usus sum, scripsit epistolas aliquas ad Gilbertū Cognatum, quæ impressæ sunt Basileæ apud Rob. Vuinter.

IOANNES natione Anglicus, uir in medicinis multum empiricus, in philosophia & sæcularibus doctrinis non ignarus, scripsit in medicinis quædā opuscula, quorum lectio non omnino uenit contemnenda, è quibus ego adhuc uidi de morbis particularibus lib. 1. & dictus est ille liber Rosa Anglicana, de alijs nihil uidi. Symph. Champerius.

Rosa Anglica, practica medicinæ à capite ad pedes, ab uniuersalibus morbis ad particulares procedens. Liber impressus Venetijs apud Scotum, 1516. in fol. chartis 68. Inseruntur alicubi quædam Anglico sermone.

Ex præfatione authoris. Quicquid hic dicetur, erit uel auctenticum, uel longa experientia approbatum, quia hæc omnia ego Ioannes de Gadesden septimo anno Lecturæ meæ compilaui. Circa quem librum talem uolo obseruare processum: quia primo uolo nomen inuestigare cuiuslibet morbi, secundo diffinitionem, tertio occasionem eius & causam, quarto dicam signa generalia & specialia: & ibi sequendo Mesue dicam quæ sunt facienda in cura cuiuscunq; morbi periculosi & curabilis. Ante tamen quàm ista fiant, uolo nomen isti libro imponere uocando ipsum Rosam medicinæ, &c. cuius quinq; libri erunt, primi tres de morbis cōmunibus, & quot modis dicatur morbus communis uel uniuersalis, uide in procemio secundi: duo sequentes erunt de morbis particularibus cum declaratione aliquorū omissorum in præcedentibus. Et sicut rosa excellit omnes flores, ita iste liber excellit omnes practicas medicinæ: quia erit pro pauperibus, diuitibus, chirurgicis & medicis, de quo non oportet multum recurrere ad alios libros: quia hic uidelicet satis de morbis curabilibus in speciali uidebitur & in generali.

IOANNES Annius Viterbiensis quidam nõ ita dudum scripsit Antiquitates, Italiæ, ni fallor.

IOANNES Antonius Campanus è Campania Italiæ oriundus, episcopus Aretinus, Laur. Vallæ auditor, scripsit uitã Pij II. Pont. max. quę cũ diuersis doctorũ aliquot uitis impressa est Francoforti apud Egenol. in 4. ubi inter cæteras huius etiã scriptoris uita per Mich. Fernũ Mediolanẽ. descripta legitur, unde libuit ea quæ hic subiiciam excerpere. Io. Ant. Campanus de ingratitudine fugienda opus conscripsit, in quo ingratorum genera complexus, post longam dissertationẽ ingrati perfidiam omne superare criminum genus, quinetiam fomentũ præstare, malorumq; caput & fontem omnium esse, tribus libris demonstrauit. Postea ad historiam Barchi conscribendam multorum rogatibus, etiam stupore rerum à Brachio gestarum, Perusiniq; splendoris & gloriæ cupiditate excitatus, eam tanta cum dignitate & laude perfecit, quanta collata acie cũ ueteribus decertare possit. Ad Thrasimenum aliquando segressus, ita eam lacus oram perscripsit, ut lustrare lacum, piscari, aucupari, ipseq; adesse ad cuncta legendo uideare. Fuit illi in oratione soluta facultas & gratia, sicut adhuc nemo demirari desinit, summa: In carmine tantum excelluit, ut ætatum nostrarum conferantur illi adhuc nulli. Nec principum ullus fuit, qui non ad summam gloriam sibi deputarit, si huius amores carminibus celebrarentur. Extant eius de Diana elegiæ, quibus si authoris nomen abstuleris, solius Nasonis esse decertes: Syluiam item & Surianam carminibus celebrauit. In funere Calixti pontificis orationem elegantissimam habuit ex tempore. Apud Saxoferrateñ. Cardinalem in summo honore habitus de regendo magistratu opus diuinum, de dignitate matrimonij, & alia complura perscripsit. Episcopus denicq; Crotoniatum est creatus, &c. Eodem Cardinale defuncto funebrem orationem dixit. Coram Paulo Pont. orationes duas habuit, alteram in festo S. Steph. in celebritate pentecostes, alteram de Spiritu sancto: & coram patribus cõmendationem diui Thomæ. Mortuus est Senæ anno Salutis 1477. cum iam supremam manum Vrbinati historiæ imposuisset. Extant puto & epistolæ quædam eius.

De uarijs eius scriptis.

IOANNES Antonius de S. Georgio, episcopus Alexandrinus, Mediolanẽ. citatur in Summa Angelica (nam eius authoris ætate uixit) inter scriptores Iuris Canonici, aut Ciuilis: fortè idem supra nominatur Antonius de S. Georgio, qui de Appellationibus scripsit.

IOANNIS Antonij Piperonis Contursini Lucani I. C. de omni uero officio libri 7. excusi Neapoli, anno 1534. in 4. Librorum capita, quoniã ad manum non sunt, omitto.

IOANNES Antonius Rosellus scripsit super primum Codicis. Idem opinor est, de quo supra diximus in Antonio Rosello.

IOANNES Antonius de Rubeis Alexan. scripsit in 1. Infor. R. Soluto matri. l. 1. & 2.

IOANNES Apellus scripsit Isagogen per dialogum in Iustiniani Institutiones.

IOANNES Arboreus Laudunensis, natione Gallus, theologus Parisiensis, & haud scio an adhuc superstit: omnia opinor eius scripta, Parisijs apud Colinæũ impressa sunt stilo satis splendido: Videlicet,

Commentarij in quinq; uoces Porphyrij, In Aristotelis Categorias, & librũ de interpretatione in 8. In præfatione, si bene memini, Græcos interpretes imitare se testatur.

Theosophiæ tomi duo, qui complectuntur utriusq; Testamenti difficiliorum locorum expositionem libris 19. in quibus sanctorum doctorum sententiæ discutiuntur, & multorũ hæreses reuelluntẽ, ut habet inscriptio. Volumen excusum in fol.

Commentarij in Cantica canticorum, & in Ecclesiasten, impressi Parisijs apud Colinæum in fol. chartis 47. anno 1537.

IOANNES Arculanus Veronensis scripsit Expositionem noni libri Rhazæ ad Almansorem,

manſorem, paucis exceptis capitulis ab eo morte præueniente non explanatis. Liber impreſſus Venetijs, anno 1493. in fol. chartis 109.

Ex præfatione. Intentio mea in expoſitione præſentis libri eſt, primo compendioſe ponere anatomiam membri, de cuius diſpoſitionibus agendum eſt: Deinde circa unumquodq; capitulum inueſtigare, primo quid nominis, & quid rei diſpoſitionis de qua agitur, quod faciam circa rubricam: ſecundo ſpecies, tertio cauſas, quarto ſigna tam generalia quàm particularia: quinto prognoſtica: quæ quatuor faciam circa eam partem, in qua Raſis agit theorice de his diſpoſitionibus. Sexto ponam curam memorando intentiones curatiuas, nec non medicinas tam ſimplices quàm compoſitas illas intentiones perficientes: quod ultimũ faciam circa eam partem in qua Raſis ponit harum diſpoſitionum curam. In quibus omnibus me conformabo Raſi, A. G. Meſue, cæteriſq; auctoribus & doctoribus illuſtribus. Et ſi qua ſigna propria aut medicinæ expertæ apud me fuerint, quibus confidam, has ſubiungam ſecundum opportunitatem.

Ioan. Arculani (aliâs Herculani) commentarius ſuper quartam Fen Auicennæ, impreſſus.

Dum in Ferrarienſi gymnaſio publice medicinam legeret, ac indies opus in nonum ad Almanſorem ſtuderet abſoluere, acerba morte interceptus eſt, cum iamprídem de mola matricis ac hernia, deq; iuncturarum doloribus materiam plene abſoluiſſet: Cuius quidem admirandi uiri ſepulchro huiuſcemodi inſcriptum eſt epigramma.

Qui iuſtæ uitæ meritis & philoſophiæ,
Summa arte ac ſtudio gloria ſumma fuit;
Ipſam qui uere medicinam nouit, & ægris
Si qua fuit, ſolus ſpesq; ſalusq; fuit:
Reges & populos deflenda morte Ioannes
Orbatos linquens, conditur hoc titulo. Hæc ex Symph. Cham.

IOANNIS Arelatani liber de ſecundis nuptijs, impreſſus Lugduni in 8.

IOANNES Aretinus Romanæ eccleſiæ ſubdiaconus Athanaſij Alexandrini uitæ ẽ pluribus locis collectæ librum dicauit. Raph. Volaterranus. Opinor etiam ali quid Athanaſij ab eo conuerſum extare.

IOANNES Argyropylus patria Conſtantinopolitanus aliquot Ariſtotelis libros conuertit magis eleganter quàm fideliter, cum in hoc philoſopho haud aliter quàm in ſacris libris uerbum uerbo reddere oporteat. Raph. Volater.

Libri quos ex Ariſtotele tranſtulit, qui cum Latinis operibus Ariſtotelicis Baſileæ æditis habentur, hi ſunt:

Prædicamenta.
Poſteriorum analyticorum libri 2.
De naturali auſcultatione libri 8.
De cœlo lib. 4. qui & ſeorſim Venetijs impreſſi ſunt, 1516.
Ethicorum ad Nicomachũ libri 10. quos à ſe uerſos publice deinde Florentiæ enarrauit, Donato Acciæolo excipiente, ut ſupra diximus, qui & laudes Argyropyli in præfatione ſuper illis commentarijs prædicat in hæc uerba. Florentiam uenit Argyropylus Byzantius, uir ingenio præſtans, ſummusq; philoſophus, ut iuuentutem literis Græcis ac bonis artibus erudiret: iamq; plures annos doctrinam tradidit nobis tanta copia, tam multiplicibus uarijsq; ſermonibus, ut uiſus ſit temporibus noſtris ueterum philoſophorum memoriam renouare.

IOANNES Argyropylus iunior Græcus, Ariſtotelis librũ de Interpretatione uertit.

IOANNES Arnoldus Bergellanus ſcripſit de Chalcographiæ inuentione encomion carmine elegiaco, impreſſum in 4.

IOANNIS Arnolleti poëmatia quædam, Fides, ſpes, charitas, threnodia, &c. Rob. Vuinter nuper excudit Baſileæ in 8. in libello uariorum poëmatum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [809] - 384v

IOANNES de Arnono I. C. scripsit, Practicam, Cautelas, Soliloquia, Dialogos, Commentarios, Singularia ad statuta regni Neapolitani.

T.cl.1490. IOANNES de Arundine, natione Teuthonicus, episcopus Vsbiten. ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, scripsit multa præclara uolumina, de quibus feruntur subiecta. Lectura notabilis

In librum sapientiæ,	lib. 1.	In epistolam Pauli ad Rom.	lib. 1.
In, beati immaculati, sermões,	lib. 1.	Sermones de tempore,	lib. 1.
Sermones de sanctis,	lib. 1.	Et quædam alia.	

IOANNES Atrocianus, natione Germanus nostri temporis, ædidit Commentarios quosdam grammaticos in uulgarẽ librum Macri de uiribus herbarum. Impressi sunt Friburgi Brisgoiæ apud Emmeum, 1530. in 8.

Eiusdẽ Elegia de bello rustico, anno redempti orbis, 1525. in Germania exorto. Epigrammata aliquot selectiora, cum epistola ad bonas literas exhortatoria: charactæ sunt 3. ibidem excusæ in 8. 1528.

Nemo Euangelicus, carmine descriptus.

IOANNES Auentinus scripsit Rudimenta Grammaticæ, de octo partibus orationis & constructione: de Græcorum declinatione: de figuris, quantitate, accentu, distinctionibus, pedibus, carminibus, ex optimis quibusq; authoribus collecta. Erhardus Sampachius excudit Augustæ Vindelicorum, 1519. in 4. chartis 23.

Numerandi per digitos manusq; (quinetiam loquendi) ueterum consuetudinis
Beda. abacus siue explicatio ex Beda cum picturis & imaginibus, unà cum capitibus rerum, quibus illustrabitur Germania ab Auentino, modo contingat benignus Mecœnas. Liber impressus Ratisponæ, 1532. in 4. chartis 3.

Indicem capitum illustrandæ Germaniæ, & aliorũ operum breui, Deo fauente, per Io. Auentinum ædendorum, quem superiori anno clarissimus & doctissimus uir Gilbertus Cognatus Nozerenus ex Burgundia mihi transmisit, huc adijcere libuit.

Indiculus eorum quæ continentur in Germania inlustrata, decem libris absoluta, quæ breui, superis fauentibus, eruditissimis quibusq;, atq; nonnullis principibus cohortantibus, ob commune reipub. cõmodum, bonis auib. publicabitur, ab Io. Auentino.

In primo libro hæc dicuntur. De carminibus antiquis (quod unum apud maiores nostros, memoriæ & annalium genus est) quibus Cornelius Tacitus usus, & quæ Carolus magnus auxit, quidam recentiores corrupere.
Germaniæ ueteris descriptio, ac chorographia, cum uetustis ac recentioribus locorum uocabulis. Quinq; toparchiæ iuxta quinq; maxima flumina atq; sinus, prima ac uetera nomina ex clariss. rerum scriptoribus, Græcis, Latinis, Diuo Iulio, Strabone, Pomponio Mela, Plinio, Solino, Plutarcho, Ptolemæo, Cornelio Tacito, item antiquis Druidibus nostris admodum eruditis, Istæuonum, Heluetiorum, Boiorum, Bathauorum, Mattiacorum, Chattorum, Vsipiorum, Tencterorum, Bructerorum, Chamanorum, Angriuariorum, Tubantum, Busanctorũ, Sycambrorum, Suleborum, Longobardorum, Ingrionum, Vargionum, Carinthnorum, Cimbrorum mediterraneorum, Neruiorum, Eburonum, Treuirorum, Mediomatricum, Vbiorum, Vangionum, Nemetum, Tribochorum sedes atq; origo.
Belgas à Germanis ortos esse, eam linguam quam ueteres Gallicã uocant eandem esse, quam nunc Teutonicam appelant, Gallosq; Teutonas fuisse atq; Celtas.
Nigram syluam, non esse Bacenim, sed Heluetiorũ, ex Cæsare, Tacito, Ptolemæo.
De Boiemia quoties mutarit cultores.
Itidem Ingæuonum, Cauchorum, Cimbrorum (quorum pars quondam Saxones fuerunt) Teutonum, Vandalorum quoq; Burgundionum, Burgionum, Varinorum,

rum, Charinorum, Gutonum, simul & Hermionum, Hermundorũ, Nariscorum, Chattorum, Cheruscorum, Suenorum, item Peucinorum, Bastarnarum situs.
Antiquæ Mesiæ, Istriæ, Sueuiæ, eiusq; populorum, Rugionum, Angliorum, Anglorum, Senonum, Lancobardorum, Marcomannorũ, Quadorum, Autionum, Abiorum, Varinorum, Leuoniorum, Suionum, Osorum, Gotinorũ, Legiorum, Aestiorum, Sitonum, Fennorum, sedes & regiones, quomodo nunc hæc loca, sed partim mutatis cultoribus uocitentur.
De Venedis (qui sua lingua sunt Sclaui) ueteres & natiuæ eorum sedes.
De uarijs & ueteribus Germaniæ uocabulis.
Religio, leges, Philosophia, astrologia, menses, annus, festa, literæ, ueteres sapientes, Vates, Druides, Alirunæ ac Sibyllæ Germanorum.
XX. primi heroes dijq; atq; reges maiorum nostrorum, quorum mẽtionem faciunt, Appianus Alexandrinus, Cornelius Tacitus, Berosus & Metasthenes, quomodo à proauis nostris uocentur, De Osiri, Iside, Lybio, Hercule Hispanico, dijs & heroibus Aegypti, ut in Germaniam uenerint. Primæ expeditiones maiorum nostrorum in alienas exterasq; nationes: eorum res militaris.
De Alope urbe, cuius mentionem Homerus facit, & eius commentarij, atq; inde Amazonas deducunt.
Vera historia & origo Amazonum ex Horatio & nostris authoribus: irruptio earum, pariter cum Cimbris (quorum pars Saxones) in Asiam Scytharumq; regna.

Secundi libri capita.

Ab excidio Troiano usq; ad urbem Romanam conditam.
Bellum Troianum.
De Teuthrante rege & heroe Germaniæ amico Herculis, eius filijs ac nepotibus, eius uxore Troiana, res gestæ eius, quomodo à maioribus nostris nuncupentur.
De Penthesilea, Hippolyte, Melanippe Amazonum reginis, quid ueteres Germani in suis carminibus de his scribant, ibidem nomina eorum uera Germanica.
Euersio Nini urbis Assiriorum, caussæ uicissitudinis rerum, quomodo Germani sub imperio Assiriorum uocati sunt, eorum irruptio in Asiam.

Tertij libri, summa rerum.

Babyloniorum captiuitas, Vetera nomina Francorum & Gothorum irruptiones Germanorum in Asiam, migrationesq; in alienum solum, bella eorum aduersus magnos Persarum reges, qui tum maiores nostri, atq; Cyrus ab ipsis uocetur.
De Rhætis, quæ sit Rhætia Vindelicia, Noricum, Pannonia superior.
De Rhætobonna, Terrapoli siue urbe quadrata Danubiana, quam ueteres Germaniæ Druides atq; uates Græca nominis interpretatione τετράπολιν nominant, uulgus indoctum corrupto licentia uetustatis nonnihil sono Ratisponam uocare solet. Credit Latinum esse uocabulum, cum sit barbarum ac semigermanũ, quemadmodum Bendobonna atq; Bonna urbes Galliæ ac Noricorum.
Bella proauorum nostrorum aduersus Macedonum reges Philippum, Alexandrum Magnum, eorum successores, quomodo Germani à Macedonibus uocentur.
Irruptio Germanorum in Asiam, item bella aduersus Romanos liberos, migratio in Gallias, Hispaniasq;, origo Brabantinorum & Flandrorum.
Quomodo recens, Germaniæ uocabulum inuentum, Reges Germaniæ à condita urbe, resq; gestæ usq; ad diuum Iulium.
Quartus habet magnitudinem Romani imperij, prouincias cum urbibus insignioribus, Rem militarem, Regesq; Germaniæ ac genteis, resq; gestas cum Romanis Imperatoribus usq; ad obitum Theodosij Magni.

Quæ ſit ſplendidiſſima Colonia Rhætiæ, item ciuitas Hermundorum fida Romanis. Quis nam Albis fluuius, quem Tacitus olim inclytum & notum, nunc tantum audiri dicit.

Quinto libro narrantur iſthæc.

Franciæ antiquæ reges, qui ſimul in Gallia & Germania imperarunt, Gallias in Germaniam tranſtulerunt, uſq; ad Pippinum patrem Caroli Magni, quorũ mentionem faciunt Claudianus & Sidonius.

Maxima rerum mutatio quæ ubiq; gentium perculit Chriſtianos. Irruptiones Germanorum in ſacroſanctum Romanorum imperium, Sueuorum, Rugionum, Lancobardorum, Turogorum, Boiorum, Vandalorum, Saxonum, Scotorum, Angliorum, Oſtrogetarum, atque Veſſogetarum, Burgundionum, Alanorum, Hunnorum. Burgundionum ueteres ſedes, quomodo ex Germania interiore atq; Viſtula amne ad Rhenum & Gallias migrarint.

Veſſogetarum migratio (ex regno ut nunc nominant) Vnguarræ per Italiam, Gallias in Hiſpaniam, item Sueuorum atq; Vandalorum, Nauarrorũ et Varinorum.

Migratio Oſtrogetarum ex Norico & Auſtria, item Rugiorum in Italiam. Venedorum (qui ſua lingua Sclaui ſunt: quos Iordanus noſter, Ptolemæus, Græcus, Tacitus Romanus deſcribunt) irruptio in Germaniam interiorem & poſtea tranſito Danubio in Pannonias Noricum, Liburniam, Dalmatiam, à ſinu Venedico extremiſq; Germaniæ finibus egreſſi, Illyricos uſq; penetrarũt ſinus, longe lateq; omnia occuparunt, potentiſſima condiderunt regna.

Lancobardorum uera origo & ſitus, item Angliorum ſiue Angilorum, quas nationes Sueuiæ Tacitus & Ptolemæus tribuunt, recentiores Saxonibus, qui Italiam, Britanias adhuc tenent, utraq; natio, teſte Ptolemæo, quondam Longobardi ſiue Lancobardi dicti.

Brabantiæ uetuſti reges ac duces.

Omnis nobilitas, reges, principes, Italiæ, Galliarum, Hiſpaniarum, ex Germania originem ducunt.

Quomodo Germania uetus uocabulum mutauit, Franciaq; poſthac dicta fuit, teſte etiam diuo Hieronymo.

Sextus liber continet reges ac Cæſares Germaniæ ac Galliarum ex antiquis Francoñibus prognatos uſq; ad Honoricum primum.

Auſtriæ uaria nomina, Excidium Hunnorum, aduentum Vngarorum in regionem, quam nunc poſſident, bella eorum aduerſus noſtros imperatores, quos & tributarios fecerunt.

Septimo dicuntur Imperatores noſtri, ex Saxonia oriundi. Vetus rurſum Germaniæ uocabulum exibilatum, nouumq; receptum ab imperatoribus Saxonicis.

Res geſtæ eorum, quomodo rurſus Italiam Galliasq; recuperarint, Germanias ab Vngaris aſſeruerint, Danorum regna domuerint cum Venedis.

Tumultus pontificum Romanorum, motusq; primi aduerſus Imperatores.

Octauus liber habet Francorum Imperatores, atq; eorum auguſtam ſobolem Sueuos. Ibi quoq; referuntur bella pluſquam ciuilia Romanorum Pontificum, uariæ ſeditiones, diuerſi motus contra Cęſares. Nam ope Gallorum, reges noſtri Sueuiæ ac Auſtriæ, Badorumq; principes, capti, ſecuribusq; percuſſi, diſcordia ſeminata inter Gallos Germanosq;, atq; rurſus inter Hiſpanos & Gallos, item Vngaros, ob regnum Neapolitanum Siciliamq;.

Bella ſacra Germanorum expeditionesq; Aſiaticæ Imperatorum & principũ noſtrorum, Tartarorum irruptio in Poloniæ, Boiemiæ, Vngariæ regna.

In nono referuntur, Imperatores noſtri in Hollandia, Hiſpania, Anglia, Auſtria, Boiaria, Hapſiburgij, Luciloburgij, Naſſouiæ orti. Rurſus ſeditio ac motus P. M.

contra

contra Imp. ac discordia seminata inter Christianos principes. Polonia quomodo aduersus Imp. à P. M. regnum factum.

Decimo usq; ad nostram memoriam cõmemorantur, Imperatores nostri in Austria, Boiemia, Vngaria orti, Irruptio Turcarum in Europam, uictiq; Imp. reges & principes nostri.

Quinq; bella infausta aduersus Boiemos, auspicijs pontificis Romani, ab imperatoribus & principibus gesta.

Complura alia uulgo non protrita cognitu utilissima atq; iucundissima referuntur in hisce commentarijs, quæ hic indicare nihil operæprecium est.

Præterea subsequentia breui ædentur ab Auentino, ob cõmunem studiosorum utilitatem, nimirum: Chronicon emendatum de quatuor Monarchijs orbis terrarum, ad æmulationem Eusebij atq; diui Hieronymi.

Ecclesiastica historia, ab orbe condito, usq; ad nostra tempora.

Diomedes integer (cum alijs quibusdam inuentis Reginoburgij in templo augustissimo diui Hæmerani) teste Erasmo Roterodamo, inter tot grammaticorum tribus, solus à studiosiss. quoq;, ob breuitatem simul & reconditam eruditionem, legi dignus: multa Græca atq; Latina, ob penuriam uetusti exemplaris, desunt etiam in ultima æditione, quæ à uiro perquàm erudito Ioanne Cæsario correcta est.

Item utraq; ars Donati, quæ admodum deprauata est, licet in plærisq; à superiore Cæsario atq; Henrico Glareano uiris doctissimis restituta est. Seruius de quantitate syllabarum, Centrimetron eius, quod & apud Perottum, uirum alioqui doctissimum Henricum quoque Bebelium: quod etiam ex officina Aldi prodijt, deprauatissimum est. Quod si quis has æditiones cum prioribus compararit, perspiciet quantum illis barbaris licuerit in bonas literas, quamq; difficile sit absq; ope uetustissimi exemplaris huiuscemodi libros emittere, ita fœda barbaries, in felicissimis superioribus sæculis omnia corrupit, ut ne Donati quidem ars ab huiuscemodi labe immunis sit.

Pondera, mensuræ, moneta, pedes, passus, perticæ, stadia ad nostram formam redacta. Abacus ac collocutio quæ fit per digitos ac manus cum pictura, quibus clarissimi scriptores, Græci, Romani, sacri, prophani utuntur.

Dialectica elegantissima ac admodum breuis L. Apulei. Item Aurelij Symmachi, uirorum doctissimorum.

Manlius Theodorus, qui scitissime ac iudicio acerrimo de metris scripsit, ambitiosas grammaticorum ambages rescidit.

Hymnus de cœlesti sphæra correctus cum Græcis, quæ ante deerant, atq; ueris imaginibus.

Imagines cœli, admodum breuiter & eleganter descriptæ, quo natura duce facillime à quolibet etiam maxime rudi agnosci queant.

Claudianus poëta correctus, qui ferè suorum temporum historiam complexus est, & ad diuum Hieronymum recte intelligendum plurimum conducit, complura q; digna scitu de Germanis scripsit, cum adnotationibus eruditis, simul cum Germania Cornelij Taciti.

Errores recentiorum in Cosmographia & Astronomia.

Item Imperatorum ueterum monetæ cum imaginibus & inscriptionibus.

Dictionarium Græcum simul atq; Latinũ uetustissimũ tres libros cõplectens. In primo iuxta ordinem literarum, dictiones Græcæ, Romane exponuntur.
Secundus continet uocabula rerum Græca atq; eregione Latina.
Tertius est de quotidianis collocutionibus, Græca ac Romana lingua.

Eurycius discipulus Prisciani maximus assertor analogiæ, qui scitissime omniũ de coniugationibus scripsit. Item alia plæraq;.

Turcarum origo & cauſæ cur ita inualeſcant, ut pelli poſſint.

IOANNIS Augerij cuiuſdam grammatica, impreſſa.

T.el. Bãberge. IOANNES de Aurbach, natione Teuthonicus, presbyter eccleſiæ Bambergenſis, ſcripſit quædam, è quibus ego uidi tantum opus præclarum,

De ſacramentis eccleſiæ, lib. 1. Ad laudem dei animarum.

De cæteris nihil uidi.

IOANNIS Aureliani commentarij in Pſalmum 71. & 138. impreſſi Pariſijs in 8.

IOANNIS Aurelij Augurelli P. Ariminenſis Chryſopœiæ libri tres, carmine heroico, ad Leonem X. Pont. max. & Geronticôn lib. 1. Ioan. Frobenius excudit Baſileæ, 1518. in 4. chartis 14. & 1519. chartis 10.

Chryſopœiæ propoſitio.

Humana experiens naturæq; æmula uirtus
Aurum num uere faceret, qua fideret arte,
Quisue modus foret, eſt animus quærentibus ultro
Dicere, quaq; palàm ueſtigia nulla priorum
Apparent, proferre pedem.

Gerontica inſcripſit, quod ea iam ſenex compoſuerit: ſunt autẽ poëmatia pulcherrima pietatis & doctrinæ plena, ac omnino in puerorum ſcholas recipi digna. Idyllia hæc ſunt: Aſcenſus ad Deum, ſiue hymnus per anagogen à naturæ opificio ad Deum opificem. Quadrageſima. Paſcha. Epiſtolæ aliquot ad amicos, de reſurrectione Chriſti, & de Iona propheta & Chriſto. Ad Petrum Lipomanum in obitu Claræ ſororis, Ad Hieronymum Vidam.

IOANNES Auriſpa Siculus, fertur traducere Archimedis opera. Angelus Docembrius in Politia literaria. Domus Eſtenſis in eloquentiæ ſtudijs Ioan. Auriſpã Græcis ac Latinis literis edoctum, & qui uerſu proſaq; claruit, inter familiares habitum, ditem beatumq; facit. Pius II. in deſcriptione Europæ. Vide ſupra in Hierocle, quem tranſtulit in Carmino Pythagoræ.

T.el. 1350. IOANNES de Bachone, Anglicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper uirginis de monte Carmeli, ſcripſit multa & inſignia uolumina, è quibus iſta feruntur.

In euangelium Matthæi,	lib. 1.	In euangelium Marci,	lib. 1.
In euangelium Lucæ,	lib. 1.	In euangelium Ioannis,	lib. 1.
In epiſtolas Pauli,	lib. 14.	In Actus apoſtolorum,	lib. 1.
In epiſtolas canonicas,	lib. 7.	In Apocalypſin,	lib. 1.
Super ſententias,	lib. 4.	Quodlibeta uaria,	lib. 1.
Speculum ordinis ſui,	lib. 1.	Filij ſanctorum eſtis hu.	
Defenſorium ordinis ſui,	lib. 1.	Beatus Bernhardus in quo.	
Contra Iudæos,	lib. 1.	De paupertate Chriſti,	lib. 1.
In regulam ſui ordinis,	lib. 1.	Et alia multa.	

Explanationes inſuper ædidit ſuper libros beati Auguſtini de ſancta Trinitate, & de ciuitate dei, & Anſelmi, Cur deus homo, & de incarnatione uerbi.

IOANNES Baguionus ſcripſit de poteſtate dominorum, & libertate ſubditorum.

IOANNIS Balbi epiſtolæ impreſſæ.

T.M. 1374. IOANNES Baliſtarij, patria Cathalanus, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper uirginis de monte Carmeli, decimus & ſeptimus Prior generalis, ingenij ſui præclara monimenta compoſuit, è quibus feruntur:

Super ſententias,	lib. 4.	De bello militantis eccleſiæ,	lib. 1.
Sermones uarij,	lib. 1.	Et quædam alia.	

Opus inſigne præfatũ de bello forti militantis eccleſiæ & Antichriſti ipſam impugnantis, Gregorio papæ XI. dicatum tranſmiſit.

IOANNIS Baptiſtę Almadiani Viterbienſ. carmina multa in mortem Platinæ, in fine operum ipſius Platinæ.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [814] - 387r
PUBLIC DOMAIN

IOANNES Baptíſta Bagolinus filius, & Hieronymus Bagol. pater, tranſtulerunt Alexandri Aphrodiſiei quæſtiones naturales, morales, & librum de fato: ut in patris nomine diximus.

IOANNES Baptiſta I.C. gener Bartholi ſcripſit de arbitris: liber impreſſus eſt. Fortaſſis idē hic eſt, qui aliàs Io. Bapt. Caccialupus dicitur (uide ſupra in Baptiſta Caccialupus) & ferè Caccialupi tantum cognomine citari ſolet, alicubi Io. Bapt. ſolum, alicubi etiam Peruſinus nomine gentili adiecto. Siue igitur unus eſt author, ut conijcio, ſiue duo, aut plures, non multum refert opera quæcunq; ſub iam dictis nominibus citantur, ſimul hic enumerari, quando & prænominibus & profeſſione & natione conueniunt. In 1. ff. ueteris de iuſt. & iure. l. omnes populi. & de offic. aſſeſſ. l. diem functo. De iuriſd. om. iud. l. Imperium. & l. Iubere cauere. & l. 1. quod quiſq; iuris. & l. de ætate: de mino. & l. more. Item in 2. ff. uet. de condi. tritic. l. in hac. & l. quod certo loco. & Commodati. l. ſi ut certo. paragr. ſi duobus uehiculum: & de iureiurando l. admonendi: & de condit. indeb. l. frater à fratre. Item in 1. Cod. de ſumma trinit. l. 1. In 2. Cod. de impu. & al. ſub l. precibus: & ad Orficianum l. ſi qua illuſtris. Præterea ſcripſit, De debitore ſuſpecto fugitiuo. De ludo. De pactis: & conſtituto. De tranſactionib. Repert. in c. 1. de feud. cogn. De modo ſtudendi. De unionibus eccleſiarum & beneficiorum. Defenſorium iuris. Allegationes. Conſilium in materia poſſeſſoria, & in materia ſimulationis contractus.

IOANNES Baptiſta Confalonerius Veroneñ. philoſophus & medicus conſummatiſſimus ſcripſit de uini natura, eiuſq; alendi ac medendi facultate libros 2. Bebelius impreſſit Baſileæ, 1535. in 8. chartis 7. & dimid. Primi libri capita ſunt 15. ſecundi 19. quibus non ſolum de uino docetur: ſed multa uniuerſalia theoremata ad recte iudicandū de facultatibus omnium quæ intra corpus ſumuntur, neceſſaria, explicantur. Procœmiū authoris. Cum duobus è noſtris medicis fortè de uini natura contentio incidiſſet, hoc quidem calefacere & ſiccare, altero uero potius humectare aſſerente, &c. adeo ſum excitatus ut mihi tacere turpe exiſtimem.

Ex præfatione in ſecundum librum. Quæ quidem igitur, res uini naturæ conſtitutioni conueniant, tot dicta ſint. Reliquum uero eſt, quod homini, qualeq; alimentum ac medicamentum ſit, inueſtigemus, & an corporibus noſtris humiditatem, uel ſiccitatem adducat. Non parua enim circa hæc eſt difficultas.

IOANNES Baptiſta Egnatius, Venetus (quem anno 1543. Venetijs uidi) ſacerdos, & bonarum literarum in patria profeſſor publicus, ſcripſit de Romanis principibus uel Cæſaribus libros tres: à Dictatore Cæſare ad Conſtantinum Palæologum, hinc à Carolo Magno ad Maximilianum Cæſarem. Item Annotationes in uitas Cæſarum apud Suetonium, nempe Aeliani, Spartiani, Iulij Capitolini, Lampridij, Flauij Vopiſci, Trebellij Pollionis, Vulcatij Gallicani. Frobenius excudit Baſileæ in fol. cum alijs hiſtoricis: & Gymnicus Coloniæ, 1519. in 8. & Aldus Venetijs, primus omnium.

Ex epiſtola nuncupatoria ad Iacobum Minutium, in libros 3. de Cæſaribus, quorū chartæ ſunt 13. Quid quod Cæſarum, hæc à nobis inſtituta, tribusq; libris connata ſeries, multa interim habeat, quæ delicatum etiam Lectorem & capere & detinere ualeant? Nam Byzantinæ urbis originem, Turcas ad hæc uſq; tempora principes, res ab his belli geſtas, Maometis ortum, Romanæ urbis captiuitatem, & Aſiæ imperia ſupra quingenteſimum ac milleſimum annum repetita cōtinet: quæ omnia primus ego (quod ſine aliorum iniuria dictum uelim) præſtiti: ac ut una uelut tabella depicta ſpectari commode poſſent, curaui.

Ex præfatione ad Lectorem. Imperatorum uitas à dictatore Cæſare, qui primus patriæ libertatem oppreſſit, ad Conſtantinum Palæologum, ſub quo Turcarum ſeruitio Conſtantinopolis ceſſit: hinc à Carolo Francorum rege ad Maximilianum

» Cæsarem breui alioqui stylo perscripsimus: rem ut perdifficilem mihi atq; arduam,
» sic iucundam, qui legent omnibus, & (ut opinor) haud inutilē. Nam præterquam
» quod multa hinc haurias, unde tibi patriæq; tuæ plurimū prosis, &c. Ad rei nouitatem accedit quod cōsultò non pauca sunt à nobis addita, quæ rerum seriem non
» modo non interrumpant, uerumetiam exornent. Quod si quis erit, qui pleniorem
» uberioremq; historiam à me exigat, ille saltem hoc mihi non neget, multa esse, quæ
» breuitate commendatiora sint sua. Nec tamen desunt interim principes, quos copiosius attigi: quorum scilicet & imperij diuturnitas, & rerum magnitudo id expo
» scere uidebatur. Illud uero testatum apud omnes esse uelim, nihil à me gratiæ, ni-
» hil odio datum: ipsa ueritas nec interim nuda, ut multis hactenus, tantum à me spe
» cta ta. Anni præsertim imperij, ortus eorum & patria, illustriaq; eorum gesta domi
» foriscq; non omissa: series uero principum tanta fide à me deducta, ut nihil desideBlondus. » rare amplius quis habeat. Nam & Fl. Blondus hisce libris, quos ab inclinatione Ro
» mani imperij cōscripsit, multos uno uelut agmine ut sibi incognitos, omisit: & qui
» post illum historiam totius orbis amplexi sunt, nihil omnino ad uiri illius diligen-
» tiam addidere. Ego uero præter Zonaræ Græcam historiam, et Nicetæ Choniatæ,
Gemistus. » Christodulique commentarios, Gemistiq; libros, etiam schedia quædam non indi-
» gnum quæ excuterem, duxi: uti rem semel cœptam diis bene fauentibus absolue-
» rem, quo certa omnia exploratag; posteris traderem.

Ex præfatione in annotationes super Cæsaribus Suetonij, quarum chartæ sunt 8.

» Dabitur & hoc ipsum publicæ à nobis utilitati, uti mea opera & hi castigatissimi
» pariter exeant, & quæ apud hosce authores obscuriora erant, percipi facilius per
» me queant.

De origine Turcarum liber, impressus Basileæ apud Hen. Petrum.

Obseruationes in Ouidium, impressæ.

Interpretamenta in familiares epistolas Ciceronis, excusa Mediolani, 1519. & nuper etiam Basileæ apud Rob. Vuinter opinor, cum plurium aliorum annotationibus in easdem.

Panegyricus in Francorum regem, typis excusus.

Racemationes, quæ obscuriores aliquot authorum locos interpretantur. Sunt autem capita 21. Ascensius excudit Parisijs in fol. chartis 4. & trib. quadr.

IOANNES Baptista Folengus, natione Italus opinor, scripsit Cōmentarium in Psalmos. Isingrinius excudit Basileæ.

IOANNES Baptista Gabia Veronensis, septem tragœdias Sophoclis nuper Latinas fecit ad uerbū, & scholijs illustrauit. Liber impressus Venetijs in 8. anno 1543.

IOANNIS Baptistæ Goynei opera impressa in 8.

IOANNES Baptista Memmius Apollonij Conica transtulit, sed indocte, ut supra dictum est folio 252. a. & b.

IOANNES Baptista Montanus medicus Veronensis Aëtij medici libros 10. transtulit: nempe septem priores, & tres postremos. Qui tamen post nouam omnium Aëtij librorum translationem per Ianum Cornarium Basileæ nuper æditam in officina Frobeniana, à studiosis opinor non desiderantur: nisi etiam ipse uelit eosdem de integro uertere: quod quidem pro singulari eruditione sua egregie præstare posset.

Ioannem Baptistam Montanum egregiam nauare operam in medicamentis metallicis, etiam arte Chymistica parandis, Simon Thomas medicus longe doctissimus Georgij de Selue Vaurensis episcopi undequaq; absolutissimi, affirmauit. Iacobus Syluius.

IOANNES Baptista Pius Bononiensis, uir suo tempore doctus, sed prisci & affectati sermonis scriptor, in multos ueterum commentaria reliquit: quæ nos resciuimus hæc sunt:

Annotationes priores & posteriores, per capita diuisæ, quibus uarij authorum

loci

loci explicantur. Castigationes Ciceronis ad Hortensium. Liber impressus Parisijs apud Ascensium in fol. chartis 32. & dimid. 1511. cum alijs uarijs.

Annotationes in Metamorphosin Ouidij, cum Raph. Regij commentarijs in eandem, impressæ.

Commentarij in Plautum, Bononiæ impressi: & Mediolani 1500.

Obseruationes in difficiliora loca comœdiarum Plauti cum Bernardi Saracenj, & Io. Petri Vallæ commentarijs impressæ Venetijs, 1511.

Commentarij in C. Sollij Sidonij Apollinaris poëmata, excusi Basileæ.

In epistolas Ciceronis ad Atticum, ibid. excusi apud Rob. Vuinter cum alijs quibusdam.

Ex quarto Argonauticorum Apollonij libro, C. Valerij Flacci Argonautica supleuit Latinis hexametris, quartum eius librum perficiens, & insuper duos addens. Aldus excudit: uide in C. Valerio.

Retractationes scripsit æditionū suarum, uidelicet cōmentariorum in Plautū: Elegidion libros V. & Censoriarum annotationum.

Verba authoris. Scio uersus Plautinos innumeros superare, qui aut trutinatiorem enucleationem exposcunt, aut limam seueriorem: quod me facturum in secunda in Plautum, qui sub incude literaria procuditur, æditione polliceor. Fulgentij nouos à me perfectos commentarios in manibus habes prioribus longe dissimiles, quos non partus Pij, sed molas & rudes offas esse fatebuntur, qui secundos legerint. Primi in Fulgentium commentarioli, ut ansa libitinis maleuolisq; subducatur, etiam Sidoniani, inter nostra nolo recenseantur. Sapiunt enim nescio quid ἀμουσότερον & affectatum. Elegias & flebiles iuuenilis ætatis ignes placuit nimium famæ nominisq; mei studiosis bibliopolis efflagitantibus dare, ut quæ mihi obfuerunt incendia saltem sub exemplo posteræ iuuentuti prodessent. In Hortensio Ciceronis annotari non pauca loca, pro ingenij, coniecturæ, & exemplarium captu. Si quis melius inuenerit, promat. Video non omnia, quæ illic dixi, asteriscо esse signanda. Retractationes istæ adiectæ sunt ad commentarios Io. Baptistæ Pij in Lucretium, excusos Lutetiæ apud Ascensium in fol. 1514. prius aūt Bononiæ impressi fuerant.

Commentarij in mythologias Fulgentij, quos Iacobus Locher Philomusus in suis super eadem commentarijs secutum se fatetur.

IOANNES Baptista de S. Seuerino I. C. scripsit super 2. Cod. &c. Vide Baptista de S. Seuerino. Idem est opinor Io. Baptista Caccialupus, de quo superius.

IOANNIS Baptistæ de Gazalupis de S. Seuerino, olim cathedrā iuris ciuilis in uniuersitate Senensi regentis, deinde aduocati consistorialis Rotæ & Palatij apostolici: tractatus de modo studendi in utroq; iure per decem documenta, cum nominibus præstantiorum scribentium & operum ipsorum tam canonistarum quàm legistarum usq; ad sua tempora. Chartæ sunt tres, impressæ in 4. cum Sebastiani Brant expositionibus omnium titulorum utriusq; iuris.

IOANNIS poëtæ Barbucali epigramma de conflagratione Beryti, & alia multa habentur in florilegio Græco, libro 1. 3. 4. & sexto.

IOANNES Bartolemæus Marlianus patricius Mediolanensis, scripsit Epitomen de topographia antiquæ Romæ libris septem: chartis 13. per capita diuisis: stilo satis splendido: qui non parum conferunt intelligendis historijs Romanis, eiusq; urbis locorum descriptionibus: ostendit enim ueterum locorum recentiora nomina, & ubi quæq; memoratu digna fuerint. Thom. Platterus impressit Basileæ, 1538. cū Pomponio Læto de antiquitatibus Romæ: & libello P. Victoris de locis Romę.

Gryphius etiam excudit Lugduni in 8. Et Romæ impressus est, 1534. in 8. & nuper iterum ibidem, auctus & recognitus, cum imaginibus.

IOANNES Bartholus Parisiensis, doctor medicus, in appendice ad scriptores Ioan. Trittemij, miris laudibus celebratur: sed nihil ab eo scriptum commemoratur.

IOANNES Basolus quidam scripsit super 4. sen. Liber impressus, ut legi in catalogo bibliopolij cuiusdam in Italia.

T. IOANNES abbas monasterij S. Bauonis, ordinis diui patris Benedicti, natione Germanus, scripsit quædam opuscula, de quibus extant subiecta. Opus quod prænotauit,

De esu carnium, lib. 1. Declarationes in regulam, lib. 1.
Quæstiones sententiarum, lib. 1.

Varios præterea, multiplicesq; fertur scripsisse tractatus, sed nihil eorũ ad manus nostras memini peruenisse, præter eum quem de esu carnium scripsit libellum, in quo concludit quod monacho sano, secundum regulam S. Benedicti professo, carnium esus illicitus sit, & ideo omnino interdictus.

IOANNIS Beccí collectio locorum Scripturæ, quibus Italorum dogmata comprobat: Et alia quædam capita diuersorum sanctorum. Liber est Græcus, manuscriptus, in bibliotheca quadam Italiæ.

T.M.14-σ. IOANNES Beetz, natione Teuthonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de mõte Carmeli, scripsit quædã præclara opuscula, de quibus ferunt subiecta.

In Epistolam Pauli ad Rom. lib. 1.
Præceptorium diuinæ legis, lib. 10. Sacra scriptura diuini.
De sacramento altaris, lib. 1. Sermones de tempore, lib. 1.
Sermones de sanctis, lib. 1. Quæstiones uariæ dispu. lib. 1.

Alia insuper nonnulla ædidit, quæ ad notitiam nostræ lectionis non uenerunt.

T.cl.1350. IOANNES de Beka, natione Teuthonicus, clericus ecclesiæ Traiectensis, ædidit quædam non cõtemnenda opuscula, de quibus ego uidi tantum opus simplici & aperto sermone conscriptum ad dominum Ioannem episcopum Traiectensis ecclesiæ, & Guilhelmum ducem Hollandiæ, de gestis pontificum Traiectensium, & comitum Hollandinorum, quod à tempore sancti Vuillebrordi primi episcopi usq; ad annum domini, M. CCCXLVI. deducens prænotari uoluit.

Chronicã Traiecten. ecclesiæ, lib. 1. Igitur ab anno plasma.

T. IOANNES Beleth, gymnasij Parisiensis olim insignis theologus, scribendo & disputando nomen suum ad posteritatis notitiam cum gloria deduxit. Scripsit enim non inutilem

Summam de diuinis officijs. lib. 1. In primitiua ecclesia.
Sermones quoq; uarios, lib. 1.

Alia insuper non pauca scripsisse dicitur, sed ad notitiam meam non uenerunt.

IOANNIS Berberij ex oppido Yssingachij patriæ Vallauiensis oriundi, iurium professoris, Viatorium utriusq; iuris. Liber impressus olim alicubi in Germania in
» 8. chartis 31. Ex præfatione authoris. Causa efficiens huius operis fuit, re-
» digere aliqua practicabilia iuris hinc & inde dispersa in unum paruum & porta-
» bile uolumen: quod uiatores & signanter aduocati & consiliarij curiarum, qui sæ-
» pe discurrere habent prouincias, in eo aliquid practice rememorari ualeant. Et li-
» cet gratia breuitatis in hoc opusculo allegem duntaxat tex. glo. & rationes casus
» decidentes. In omnibus tamen semper tam ueterum quàm modernorum ample-
» xus sum doctorum iuris utriusq; sententias, sine quorum doctrina nil me quisquã
» egisse coniectet & arbitretur. Sed quia si ipsorum recitassem opiniones, & iurium
» adduxissem cõcordantias, multasq; subtilitates, quas doctores tangunt, parum ta-
» men in practica occurrentes, deduxissem, nomen operis defecisset: cum non uiæ,
» sed studio uel cameræ magis conuenisset; ob id perfunctorie practicabilia indu-
» cendo transiui.

Diuiditur hic liber in quatuor partes, quarum prima tractat de criminibus, secunda de

da dé contractibus, tertia de testamentis, quarta de iudicijs. Singularum autem partium Rubricas, ne sim prolixior, prætereo.

IOANNIS Berceuali compendium diuini amoris.

IOANNES Bernardus Felicianus Venetus, uir Græce & Latine eruditus, multa transtulit ex Græcis medicis, philosophis, & theologis: & adhuc in transferendo pergit. Audiui enim (iam annus est forte) eum ferè absoluisse Cathenam illam auream (ut uocant) siue Oecumenij interpretationem Græcam in Acta Apostolorum, Pauli, & aliorum epistolas.

Ex Cl. Galeno uertit libros de Hippocratis & Platonis decretis.

De anatome matricis, lib. 1. De fœtuum formatione, lib. 1.

Impressi sunt Basileæ apud Cratandrum seorsim: deinde cum omnibus Galeni Latinis operibus, ni fallor, ibidem apud Frobenium, & Venetijs.

Pauli Aeginetæ librum sextum de chirurgia transtulit: quoniam is in prima Basilienſi uersione omissus erat: ubi deinde seorsim excusus apud Bebelium, 1533. reliquo operi additus est.

Alexandri Aphrodisiensis explanationem in primum librum priorum Resolutoriorum Aristotelis Latinâ fecit: quæ translatio Venetijs impressa est, anno 1543. apud Hier. Scotum, in fol. Videtur autem hic interpres, meo quidem iudicio, cæteris omnibus qui hactenus Græcos Aristotelis commentarios Latine reddiderunt, anteponendus: ut qui Latinius & elegantius conuerterit.

Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum libri 10. cum Eustratij, Aspasij, Michaëlis Ephesij, nonnullorumq; aliorum Græcorum explanationibus nuper Latinitate donati à Io. Ber. Fel. adiecta eiusdem præfatione doctissima, in qua compendio quasi quodam, partim quid proponat his in libris Aristoteles, & quo ordine progrediatur: partim eius doctrinam non modo à Christiana pietate non discrepare, sed admodum utilem quoq; esse, declaratur. Opus impressum Venetijs primũ, 1541. in fol. apud hæredes Lucæ Ant. Iuntæ Florentini; deinde Basileæ apud Ioan. Oporinum, adiecto indice.

Ex epistola nuncupatoria ad Alexandrum Farnesium Cardinalem. Huius operis præstantiam summopere admiratus dedi operam, ut quæ explanationes Græcorum auctorum in hos decem libros reperirentur, diligenter perquirerem: atq; ita in commentaria Eustratij incidi, quæ in primum huius operis & sextũ librum conscripsit: qui cum Christianus homo erat & pius, tum ita erudite Græcum Aristotelis opus explanabat, ut si qua ab imperitis à Christianorum opinione, id est à ueritate discrepare existimantur, ea omnia consentire maxime ostenderet: & quæ aduersus Platonem institutis suis consentanee magis, quàm uere uidetur disputare Aristoteles, partim excusaret: partim etiam seruata semper tanti auctoris reuerentia, conaretur refellere, ipsius si documentũ secutus, qui maiorem ueritatis, quàm amicorum habendam rationẽ monet, qui sanè propterea adeò placuit, ut demum animum ad id adiecerim, ut non solum eius hæc commentaria in hos duos libros, sed in reliquos etiam quorũcunq; aliorum extarent, pro uiribus Latinitate donarem. Eustratium.

Et paulò post. Sed hac in re non pauca mihi difficultatem attulerunt. Primum, quod uerba ipsa Aristotelis noua interpretatione mihi erant Latina facienda, quo exprimerentur nonnulla, quæ Græcam explanationẽ alioqui non potuissent admittere: Deinde quod cum duplicia quædam commentaria quæ partim eadem, partim diuersa esse uidebantur, in secundum, tertium, quartũ huius operis libros, mutila illa quidem ac diuulsa reperissem: mihi opus fuit, non tam eorum uertendo rum, quàm componendorũ laborem suscipere. Nam cum utraq; exemplaria manca esse uiderentur, dubiumq; haberent auctorem: nulli crimini mihi esse dandum existimaui, imò operæpretium me esse facturum duxi, si non modo ea mutuo inter se connecterem, locisq; suis accommodarem; uerum etiam quæ his obscurius fue-

„ rant ſignificata, paulò clarius explicarem: Tum, id quod in alijs quoq; libris à me
„ fuit ſeruatum, uerſuum Homericorum, cæterorumq; poëtarum exempla multis
„ locis adderem: diuerſasq; lectiones, quæ aliquando innuebantur, aliquando præ-
„ termittebãtur, ſubiungerem. Quæ ſanè ſicut faciebant, ut melius ac facilius (quod
„ tamen ſine arrogantia dictum ſit) ex Latino quàm ex Græco exemplari intelligi
„ omnia poſſent: ſic Græcorum auctorum ſententiam nulla ex parte immutabant.
„ Poſtremo illud acceſſit, quod in utriſq; his interpretãdis, hoc eſt Ariſtotele & com-
„ mentarijs, ita mihi eſſe attendendum ſententijs exiſtimaui, ut à uerbis tamen non
„ recederem: & ita uerba ſectanda, ut à ſententijs mea non aberraret oratio: ſi modo
„ Græcus ſcriptor, Græcusq; explanator ex interpretatione hac mea eſſet agno-
„ ſcendus.

T. IOANNES Berthachinus de Firmo iureconſultus celeberrimus, ſcripſit in iure quæ-
dam præclara opuſcula, è quibus extat præclariſſimum opus, tribus magnis uolu-
minibus diuiſum, quod multo labore diligentiſſime & pulchro ordine comportans
prænotauit,

Repertorium utriuſq; iuris, lib. 3. Solent principes immort.
Quæſtiones uariæ.
Alia inſuper complura ædidit, quæ ad notitiam noſtræ lectionis non uenerunt.

T. cl. 1494. IOANNES Bertram Nuenburgenſis, natione Teuthonicus, &c. ſcripſit quædã præ-
clara opuſcula, è quibus extat opus grande,

In prologum Bibliæ, lib. 1. Cogitanti mihi in priſt.
Collationes multæ ad clerum, lib. 1.
De ualore miſſarum, lib. 1. Reuerendiſſ. in Chriſto.
Quæſtiones uariæ. Et quædam alia. Claret ætate uirili in gymnaſio Moguntino,
theologiam ordinarie docens, ac uaria componens, ſub Maximiliano Romano-
rum rege.

T. IOANNES de Blanaſco, natione Burgundus, uir in utroq; iure doctiſſimus, ſcripſit
opuſcula quædam, è quibus extat uolumen magnæ utilitatis, quod prænotauit,

De actionibus aduocatorum, lib. 1. Ego Ioannes de Blan.
Et uariæ quæſtiones. Cætera autem quæ compoſuit, ad notitiam meam minime
uenerunt.

Ex Ioan Fichardo. Vide de his Commentarijs Ioannem Au. in add. ad Spec. in præfa.

* Ioan. de Blanaſco non longo interuallo Accurſium inſecutus, Bononiæ iura
profeſſus eſt. Anno 1256. Bononiæ ædidit Commentaria ſuper Tit. de Actionibus
in Inſtitut. in quibus ueteres, Martinum, Placentinum, Azonem, Roffredum, Ac-
curſium identidem, & Iacobum Balduinum nonnunquam allegat. Multa in for-
mulis libellorum Roffredi negligenter tradita uel omiſſa, notauit potius quàm re-
prehendit. Iſta cõmentaria iam propemodum ignorata, aut ſaltem apud perpau
cos ſepulta, hac ætate in lucem reſtitui per doctiſſimũ uirum Iuſtinum Goblerum
I.C. & Erici ducis Brunſuicenſis conſiliariũ, amicum noſtrũ, curauimus. Scri-
pſit Blanaſcus & ordinem iudiciarium, ſatis docta tractatione, qui publice extat:
& (ut quidam tradunt) Variarum quæſtionum librum 1. Amplius de ipſo nihil
habeo compertum.

Commentarij eius in tt. de Actionibus in Inſt. impreſſi ſunt Moguntiæ in fol.
& Lugduni apud Gryphium, 1542. in fol.

IOANNES Blanchinus Bononienſis factor generalis D. Leonelli Marchionis Eſten-
ſis, ſcripſit tabulas aſtronomicas & canones in eas. Liber impreſſus Venetijs,
1526. in 4. apud Luc. Ant. Iuntam, caſtigatus per L. Gauricum, cum eiuſdem addi
tionibus ac nouis tabellis: chartis quinq; & centum.

„ Ex præfatione authoris ad Federicũ tertium Imper. In hoc opuſculo continen-
„ tur planetarum tabulæ, & aliquæ additiones, quas nuper adiunxi. Item planeta-
„ rum motus, & omnia illorum accidentia ad iudicandum neceſſaria, facillime hic
cognoſces.

cognoſces. Comprehendes etiam tempora earum rerum quæ pertineant conſilijs pacis & belli. Expectabis præterea aliud de primo mobili opus, quod ut abſolue- rem iniunxiſti mihi: per quod errores multorum emendari poterunt, quos eius rei imperiti in calculando perpetrant: resq; plurimas à ſuperioribus magna confuſio- ne deſcriptas politiſſimis rationibus aperiam: omniumq; tabulas usq; ad operatio- nes componam: Vbi multi ſic difficiles & obſcuras ad operandum doctrinas ædi- dere, ut ab multis imperitis omiſſæ ſint. Qua in re & doctorum hominum corre- ctioni, & præcipue Ioannis Pragenſis uiri acutiſſimi atq; doctoris peritiſſimi iudi- cio meipſum ſubijcio. Ioannis Pragenſis.

IOANNIS Blanchi Summa ſuper Feudis, ſiue ſuper uſu feud. Liber impreſſus.

IOANNES de Blomendal, natione Teuthonicus, ordinis fratrum minorum, ſcripſit quædam, de quibus ego tantum adhuc reperi, T. Cl. 1330.

Sermones de tempore,	lib. 1.	Sume arma tua phare.	
Sermones de ſanctis,	lib. 1.	Sermones per quadrageſimã,	lib. 1.

IOANNES Bocatius de Certaldo, natione Italus, patria Florentinus, ædidit multa præclara uolumina, de quibus ſubiecta feruntur. Ad Ropertum regem Siciliæ. T. M. 1375.

De genealogia deorum,	lib. 14.	Si ſatis ex relatis domini.	
De illuſtribus uiris,	lib. 1.	Exquirenti mihi quem.	
De claris mulieribus,	lib. 1.	Pridie mulierum egre.	
De hæreſibus Bohœmorum,	lib. 1.	De Victorijs Sigiſmundi,	lib. 1.
De bellis imperatorum,	lib. 1.		
De montibus,	lib. 1.	Surrexeram quidem feſſus.	
De fontibus,	lib. 1.	Poſtquam de montibus &.	
De fluminibus,	lib. 1.	Figmento poëtico tra.	
De bellis Florentinorum,	lib. 1.	De rebellione terrarũ eccleſiæ,	lib. 1.
De uictoria Tartarorum,	lib. 1.		
De ſtagnis & paludibus,	lib. 1.	Ei ſi nonnunquam è ſtagnis.	
De nominibus maris,	lib. 1.	Modica laboris aſſum.	
Bucolicorum,	lib. 1.	Tyndare non ſatius fue.	
De Conſtantinopoli capta,	lib. 1.	Epiſtolarum ad diuerſos,	lib. 1.

Et alia multa. Vernacula autem lingua multi eius extant libri, iocis & uanitatibus pleni, ſicut liber Centum nouorum, Corbatius & Philoſtratus.

* Compendium in Romanam hiſtoriam breuiſſimum, nunc primum æditum Argentinæ, 1535. in 8. & Coloniæ apud Gymnicum.

Hiſtoriæ de claris mulieribus, recentioribus quidem paucis, plurimis autem il- lis, quæ apud ueteres gentiles aut uirtutibus aut uitijs excelluerunt: in quo & poë- ticæ quædam de mulieribus fabulæ explicantur. Sunt autẽ capita 81. quibus toti- dem mulieres deſcribuntur: & ſingulis pauci uerſus argumenti loco per Ioannem Telorum Abuſiacum ludimagiſtrum Bernæ, adiecti ſunt. Liber impreſſus Ber næ Heluetiorum, 1539. in fol. chartis 41.

De genealogia deorum, libri 15. De montium, ſyluarum, fontium, lacuum, fluuiorum, ſtagnorum, & marium nominibus liber unus (cuius ſeorſim chartæ ſunt 26.) ad poëtas intelligendos ab authore ſcriptus, uocabulis ordine literarum explicatis. Opus caſtigatum & annotationibus illuſtratum per Iacobum Micyl lum, cum indice rerum & fabularum, impreſſum Baſileæ apud Heruagium in fol. 1532. chartis 143. Iaco. Micyllus.

Ex præfatione authoris ad Hugonem Cypri & Hieruſalem regem, cuius iuſſu hos libros abſoluit. Sparſas per infinita penè uolumina deorum gentilium reliquias colligam, quas comperiam, & collectas æuo diminutas atq; ſemeſas, & ferè attri- tas in unum Genealogiæ corpus, quo potero ordine, ut tuo fruaris uoto, redigam. Non expectes tamen poſt multum temporis diſpendium, & longis uigilijs elucu-

„ bratum opus, corpus huiusmodi habere perfectum. Mutilum quippe & utinam
„ non membrorum plurium, & fortasse distortum seu contractum, gibbosumq; ha-
„ bendum est, iam rationibus præmonstratis. Sensus absconditos sub dura cortice
„ enucleando procedam: & primo quæ ab antiquis audisse potero, scribã, inde ubi
„ defecerint, seu minus iudicio meo plenè dixerint, meam apponam sententiam.
„ Potrò uniuscuiusq; libri principio arborem apponendam censeo, cuius in radice
„ pater adsit propaginis, in ramis uero iuxta degradationis seriem apponere omnem
„ dilatatam propaginem, ut per hanc uideas, de quibus, & quo ordine in sequenti li
„ bro perquiras. Quos libros etiam debitis comperies rubricis distinctos, ampliori
„ sermone pandentibus, quod unico tantũ nomine per frondes arboris primo perle-
„ geris. Demum duos superaddam libellos, & in primo quibusdam obiectionibus
„ in poëtim & poëtas factis respondebo. In secundo, & ultimo, quędam quæ in me
„ forsan obijcientur, amouere conabor, &c.

Boccatij laus. „ Ex epistola Iacobi Micylli. Cum ueterum ferè scripta, præcipue autem poëta-
„ rum, absq; fabularũ cognitione, intelligi recte nequeant, apud Latinos, quod ego
„ sciam, nemo præter Boccatium, de ijs plene quicquam tradidit. Qui quidẽ, etiam-
„ si temporum suorum infelicitate alicubi barbaris, quàm Latinis similior uideatur,
„ tamen eam, quod potuit, operam ubiq; præstitit, ne quid eorum, quæ ad ueram ac
„ solidam bonarum literarum cognitionem pertinebant, prætermitteret. Id quod
„ cum in recensu Genealogiarum, ubi diligentissime, omne authorum, quos & qua
„ les habere tum potuit, genus excussit, tum in posterioribus duobus libris, in qui-
„ bus poëticen ab improborum atq; indoctorum hominum calumnijs defendit, ui-
„ dere est: ut mihi sanè difficile ac tantum non mirum uideatur, si quisquam nostro-
„ rum hominum potuit hactenus, poëtarum scripta planè atq; perfectè intelligere,

Micylli castiga tio & annotat. „ qui non idem Boccatium hunc, qualemcunq; tandem antea cognorit. Deinde
„ autem quod ad nostram operam attinet, plæraq; in hoc, ita nunc emendauimus
„ atq; restituimus, ut, si nostrum hunc Boccatium, cum eo qui ab alijs ante excusus
„ habetur comparaueris, ab innumeris, adeoq; incredibilibus mendis ac uitijs repur
„ gatum deprehendes. Non enim modo uoces hic atq; illic quasdam expleuimus,
„ aut immutauimus: sed totas alicubi fabulas retexuimus, suisq; ueris, & à doctis ac
„ ueteribus traditis, capitibus ac locis restitutas rescripsimus. Præterea, sicubi uel
„ deerat ijs, quæ à Boccatio dicebantur, uel diuersum ab alijs traditum fuerat, uel
„ (quod ipsum quoq; non raro excidit) à tota rei serie, ipse author aberrauerat, An-
„ notationes nostras adiecimus: nimirum ut uel hinc studiosi haberent, quibus ad co
„ gnoscendũ authorem hunc adducerentur, etiam si qui illum antea, eò quod men-
„ dosus ac deprauatus passim habebatur, auersati fuissent. Atq; ad hanc quidẽ rem,
„ non Latinis modo authoribus, uerum Græcorum quoq; poëtarum commentarijs
„ bona ex parte usi sumus, neq; usquam quicquam addidimus, cuius certũ atq; ido-
„ neum authorem aliquem non habuissemus, &c. Tametsi fateor, ne sic quidem om
„ nes ubiq; mẽdas omniaq; uitia sublata aut restituta esse, etiãq; multa restare, quæ
„ ne ipsi quidem mihi probentur, &c. præcipue uero in eo libello, qui de fluminũ ac
„ montium, aliorumq; id genus, nominibus inscribitur, plurima à nobis relicta sunt,
„ quæ accurata censoris manu, uirgulaq; etiam opus habent. In eo enim cum omnia
„ ultra modum deprauata, atq; distorta haberentur, uix illa restituere nobis licuit,
„ quæ obiter ex Mela, Plinio, alijsq; paucis animaduersa succurrebãt. Quibus haud
„ dubito, quin plura denuo uel ex ijs ipsis authorib. uel aliunde superaddi queant.

Varij authores. Ioan. Bocatius, Dantes, Petrarcha, Pontanus, Baptista de Campifragoso, & al-
ter Baptista de Albertis Florentinus: item Petrus Hœdus, & Petrus Bembus, & Ia
cobus Calandrus Mantuanus, & multi alij amatoria scripserunt: inter quos tamen
Ioan. Bocatius superatis omnibus celebratur, in ijs maxime libris quos 100. nouel-
larum intitulauit; cuius exempla & traditiones nihil aliud sunt quàm callidissima

lenocinio-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [822] - 391r

lenociniorum ſtrategemata. Henr. Cor. Agrippa de Vanitate ſcientiarum.

IOANNES Boëmus Aubanus, natione Teuthonicus, ſcripſit ante aliquot annos omnium gentium mores, leges, & ritus. Opus abſolutum tribus libris, Aphricam, Aſiam, & Europam cõplectentibus, & cum indice impreſſum Friburgi Briſgoiæ, 1540. in 8. apud Emmeum, chartis 21. & alibi in fol. & Lugduni apud Gryphium, 1541. in 8.

Ex epiſtola authoris nuncupatoria ad Sigiſmundum Grim̃ medicum & typographum Auguſtæ Vindelicorum. Lucubrationes haſce meas de Gentium moribus ac earundem uiuendi ratione, nominatim tibi dedico: quod te materia ea haud mediocriter delectari notanter cognoui, cum anno ſuperiore ſimiles libellos duos, unum de Septentrionalibus gentibus, cuius author Matthias de Michau, alium de Meridionalibus cuiuſdam Ludouici de Bononia, impreſſeris: meq; librum præſentem in Germanicam linguam noſtram transferre interpretariq; adhortatus ſis. Quapropter ſcripta hæc noſtra, quæ iam triennio fermè non ſine maximis laboribus in librum iſtum collegi, congeſſi, & quantum ingenio atq; induſtria potui, augmentaui, ſuſcipe.

Ex præfatione ad Lectorem. Memorabiliores gentium mores, ritus, leges, locorumq; ubi degunt ſitus: quos hiſtoriæ pater Herodotus, Diodorus Siculus, Beroſus, Strabo, Solinus, Trogus, Pompeius, Ptolemæus, Plinius, Cornelius Tacitus, Dionyſius Afer, Pomponius Mela, Cæſar, Ioſephus: & ex recentioribus nonnulli, Vincentius, Aeneas Syluius, qui poſtea Pij II. pont. max. nomen tulit: Ant. Sabellicus, Ioannes Nauclerus, Ambr. Calepinus, Nicolaus Perottus in Cornucopijs, aliiq; permulti clariſſimi rerum ſcriptores, in commentarijs ſuis diffuſe & ceu per partes celebrauere, ut in uno libro conſcriptos haberes, facileq;, quando uſus deposceret, inuenires, per otium ſucciſiuis horis undiq; conquæſiui, collegi, et in diarium hunc conſcripſi, digeſſi, non ſpe lucri ullius, non popularis auræ ambitione, uerumenimuero tam libero & planè ocioſo ſtudio, quàm rei ipſius mira dulcedine atq; utilitate. Congeſſi inquam tum ueteres tum recentes, bonos item & malos, indifferenter, ut ipſis tanquam preſentiſſimis atq; optimis exemplis perſpectis uitam inſtituendo, laudabiles ſanctosq; æmulabundus ſecteris, culpabiles & obſcœnos uitabundus prætereas. Et circa finem præfationis. Non moueri, non auerti uelis, quod à rigidiori cenſore mihi obijci, exprobrariq; poſſit, rem me peruetuſtiſſimam, & plus quàm à mille authoribus antea pertractatã, etiam non alijs quàm eorum uerbis, nunc pro meo, proq; nouo aliquo attuliſſe: uerum inſtitutum meum diligentius introſpiciens cognoſcas, me tam ex ingenij mei, quàm librorum meorum theſauro haud uulgari, tibi dilecto hoſpiti non aliena modo & uetera, ſed mea etiam & plurima noua exhibere.

IOANNES Bœſenſtein, qui etiam Tigurum me adhuc puero, Hebraice docendi gratia uenit, libellum grammaticũ eius linguæ ſcripſit, qui & impreſſus habetur: aliâs cognomen eius ſcriptum inuenio, Beſchenſtein.

IOANNES Boſcus Codega, ſcripſit ſuper 2. Decretalium.

IOANNES Boſianus patria Cremonenſis, legum explanator famoſiſſ. præceptor Azonis Bononieñ. iuriſconſulti clariſſ. fertur in ea facultate præclara quædã ſcripſiſſe opuſcula, è quibus extat ſumma breuis ſuper pandectis quæ prænotatur: T.cl. 1206.

Ventoſa, lib. 1. Super. C. lectura. lib. 9.

Et quædam alia.

* Ioan. Boſianus, ſimiliter & ipſe (ut Placentinus) Summam conſcripſit ſuper Pandectas, ſed breuiorem. Hanc Odofredus uentoſam Summulam uocat, & ſcribit ſolummodo ad Placentinum exagitandum æditam, præterea autem nihil boni continere. Fuit præceptor Azonis & Accurſij, quare crebra ipſius per illos fit mentio. Floruerunt iſti circiter annum, 1190. Ioan. Fichardus.

T. IOANNES Brāmart Aquensis, natione Teuthonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, Prior prouincialis inferioris Almaniæ, scripsit non spernenda opuscula, de quibus extat:

Super Sententias, lib. 4. Sermones uarij, lib. 1.

Multa etiam alia scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

IOANNES Brentius, natione Germanus, uir eloquens & doctus, multos utriusq; Testamenti libros enarrauit: & magnam apud plærosq; theologiæ studiosos scripta eius gratiam habent. Quæcunq; ab eo in hunc diem ædita cognoui, hæc sunt.

Caspar Grete-rus.

Libellus casuum quorundam matrimonialium, quem Ioan. Brentius Germanice scripsit, & Caspar Gretterus Gundelfemius Latinitate donauit, anno 1531. impressus Basileæ apud Vuesthemerum, 1536. in 8. chartis 6. cum præfatione D. Martini Lutheri in eundem libellum, in qua aduersus matrimonij hostes inuehitur.

Ioan. Brentij commentarius in Exodum Mosi, impressus Halæ Sueuorũ apud Petrum Brubachium, 1539. in 8. cum indice: chartis 45. & ibidem scriptus ab authore, 1538.

Commentarius in Leuiticum, impressus Francofordi, 1542. in fol. chartis 172. cum indice. Ex epistola nuncupatoria eodem anno scripta ad Conradũ Heelum I. C. Etsi probe scio meis illis siue Cõmentarijs siue Homilijs, plurima deesse, ut publicum eruditorum fauorem mereantur, haud tamen difficulter patior ea uulgari, in quibus, ut maxime quis desideret uel sermonis elegantiam, uel rerum copiam, uoluntatem tamen meam nemo bonus reprehendet. Sed reuertor ad

Origenes. Cyrillus.

librum Leuiticum. Extant in hunc librum aliquot homiliæ Origenis, quæ ab alijs adscribuntur Cyrillo, sed ipse sermonis & interpretationis character perspicue prodit authorem Origenem. Dixit & alicubi Hieronymus, singulas penè syllabas Leuitici libri spirare cœlestia sacramenta, qua uoce, quasi bellicum inter eos, qui sibi aliquam sacrarum literarum eruditionem uendicabant, cecinisset, ita multos

Censura de alijs Leuitici interpretibus.

excitauit, qui arcana huius libri scrutarentur, & scriptis mandarent. Tametsi autem uoluntas, pietas, & diligentia eorundem commendatione digna sunt, tamen, ut ingenue dicam, quod sentio, quotquot ego inspexi (inspexi autem non eos tantum, qui publice extant, sed etiam scriptum Rathulffi cuiusdam exemplar bene longum) uidentur mihi magis suas cogitationes in Leuiticũ librum afferre, quàm eò tendere, quo Leuitica sacra præcipue spectant, & ut uno uerbo dicam, Origenica scribunt. De mea autem explicatione, aliorum sit iudicium, ego certe in eo operam meam posui, ut Ecclesia ex hoc libro suum, eumq; uerum ac legitimum usum caperet. Ac recte quidem dicere solent, literam huius libri esse inutilem, aut etiam noxiam, si spolietur spirituali intelligentia: hanc autem spiritualem intelligentiam, ad uirtutes tantum, quas morales uocant, & ad externa uitæ genera accommodare, id demum est, nec literam nec spiritũ recte perspicere. Spiritus enim sanctus non in hoc præcipue instituit Leuitica sacra, ut essent allegoriæ ciuilium uirtutum, & ænigmata politicæ uitæ, qualia sunt symbola Pythagoræ, aut Hieroglyphica Aegyptiorũ. Non damno aptas, & in loco adhibitas allegorias, & iucundum est ac utile, aliquoties allegorias ad exhortationem usurpare. In Leuiticis autem sacris spiritus sanctus ad altiora, & ad ciuiles mores spectauit. Voluit enim his in repub. Israelitica conseruare promissiones de Christo, &c.

Rathulffus.

Cõmentarius in librum Iudicũ & Ruth, impressus Haganoæ 1536. in 8. char. 19. Ex epistola nuncupatoria. Scripsi cõmentarios, breues quidẽ illos & rudes, sed quod maxime in ecclesiastico interprete requiritur, pios, in librum Iudicum & Ruth. Quamuis enim narratio rerum gestarum in his libellis, intellectu haud difficilis sit, nisi si quam interdũ difficultatẽ peregrini sermonis phrasis afferat. Utilitatem tamẽ huius narrationis perspicere, fortassis ut sunt in Ecclesia, quemadmodũ

Paulus

Paulus ait, diuisiones donorũ, non est cuiusuis. Alij in sacris historijs legendis aut explicandis, ad ciuiles tantũ mores formandos spectant, alij solas allegorias inquirunt. Sed sacra scriptura, ac potissimum historiæ, in hoc traditæ sunt, ut ex ipsis, nunc potentia, nunc seueritas, nunc clementia Domini Dei nostri palàm reuelatur, quo alij ad timorem Dei, & fidem ducantur, alij in side cõfirmentur & conseruentur. Hæc igitur in historijs ostendere & explicare, profecto, si nõ est singularis industriæ, alicuius tamen laboris & diligentiæ est. Accedit huc, quod quædam res gestæ in sacris historijs ita cõmemorentur, ut interim Scriptura in eo loco nõ iudicet, recte ne iuxta uerbũ Domini, an secus gestæ sint, sed relinquat Lectori iudicium ex alijs locis inquirendum. Itaq; demonstrare quid de his uere iudicandũ & sentiendum, quid item imitandum, quid fugiendum sit, ut Lectori iucundum, ita scriptori, nisi diuinarum rerum expertissimo, difficillimum est. Iam, si nihil aliud, certe meo fungar officio, quod cum omnium piorum hominũ interfit nomen Domini ad testificandam animi sui gratitudinem, quoquo modo cõmendare, ego qualicunq; maximorũ miraculorum, quæ in libro Iudicũ describuntur, explicatione, maiestatem nominis Dei, pro mea mediocritate utcunq; illustrem, & hanc meam operam, ceu sacrificium eucharisticum in ecclesia Domini offeram.

Adijcitur etiam index, quo ostenditur de quibus locis cõmunibus ubi & quoties author agat in hoc Commentario, nempe:

De Deo. De Filio. De Peccato.
De Lege & ueteri Testamento. De Euangelio & nouo Testamento.
De iustificatione & remissione peccatorum.
De pœnitẽtia & modo iustificatiõis. De charitate proximi.
De cruce. De oratione. De magistratibus.
De coniugio. De uocatione.

Hiob cum pijs & eruditis Io. Brentij cõmentarijs, ad Hebraicam ueritatem ita translatus, ut nulla porrò obscuritas Lectorẽ possit offendere: ut habet inscriptio. Liber impressus Haganoæ, 1527. apud Secerium in 8. chartis 42. & dimid. cum indice, & rursus 1529. chartis 37. & dimid. ijdem commentarij recogniti.

In Amos prophetam, commentarius impressus in 8. chartis 2. & dimid.

Audio etiam aliquid in Ecclesiasten ab eo scriptum Germanice, quod deinde ab alio quodam Latinitate donatum sit.

In epistolam Pauli ad Philemonem, & in historiam Esther cõmentarioli, excusi Halæ Sueuorum, 1543. in 8. chartis 16.

In Euangelij secundum Lucam XII. posteriora capita, homiliæ 80. excusæ Halæ Sueuorum apud Pet. Brubachium, 1540. in fol. chartis 185.

In eiusdem Euangelij 12. priora capita, homiliæ 110. excusæ Francofurti per eundẽ typographum, 1541. in fol. chartis 159.

Eædem homiliæ omnes simul impressæ sunt Basileæ apud Rober. Vuinter in 4. 1544. adiecto indice locupletiss. in utrũq; tomum, cuius chartæ sunt 7. Homiliarũ autem chartæ sunt, ducentæ & quatuor.

Ex præfatione ad D. Georgium Voglerum senatorem Brandeburgẽ. Nõ est aũt nec illustrior nec cõmodior lux, qua dispellantur nebulę istæ, quas Satan humanæ menti uarijs modis offundere solet, cq; sacra Scriptura, præsertim ea, quæ reuelatum Euangelion de Christo continet. Quum igitur interpres primum quidẽ singula nebularum genera expositione sua ob oculos ponit, deinde ad singula suam Euangelij lucẽ accõmodat, nihil certe mirũ, si paulò prolixior fiat oratio: quæ tamẽ prolixitas tanto tolerabilior est, quanto maiori utilitate legendi fastidiũ (si modo homini pietatis studioso sacræ Literæ quamuis ruditer expositæ, fastidio esse possint) compensat. Huc accedit, quod in publica Scripturæ explicatione coram Ecclesia, necesse est alicubi, non solum in communes exhortationum locos digredi, uerum

„ etiam aduersarijs resistere: & quum unaquæq; hæresis Scripturam impiæ suæ in-
„ telligentiæ asserat, hoc opus, hic labor est, ueram Scripturæ sententiam ita confir-
„ mare, ut diuersum sentientes perspicue conuincantur, & imbecilles hominũ con-
„ scientiæ in officio contineantur. Quid, quod hac tempestate, qua uarijs doctrinis
„ de religione omnia sursum deorsum feruntur, nisi quæ doces, diligẽter & circũspe
„ cte munias, maximo Ecclesiæ periculo doceas. Si de fide dicendum, & fidei iusti-
„ tia pro dignitate explicanda est, nisi addas etiam suam operum rationem, pericu-
„ lum erit, ne auditorum uulgus fidem ita prædicari intelligat, ut nihil bonorũ ope-
„ rum faciendum sit. Si contra de operibus sermo est, nisi fidẽ adiungas, existimant
„ imperiti, ueram iustitiam meritis operum tribui. Gratiam Dei commendas, exhor-
„ tatio ad capessendam obedientiam addenda est, ne impiæ magis ignauiæ occasio-
„ nem præbeas, quàm pietatem doceas. Exhortaris, sed nisi diuinæ gratiæ authori-
„ tatem probe illustraueris, humana ratio nescio quas sibi naturales uires uendicet.
„ De spiritus sancti in nobis operatione loqueris, externo uerbi Dei ministerio suus
„ etiã honos tribuendus est, ne in conclaue te intrudas, et neglecto uerbo Dei iã ante
„ pbe confirmato, nouas de cœlo reuelationes expectes. De maiestate externi mini
„ sterij concionaris, nisi Spiritui sancto suam authoritatem diserte asseras, humanũ
„ intelligunt opus, non diuinam clementiam nos seruare: adeoq; dum diligenter stu
„ deas, iuxta Pauli præceptum, sermonem ueritatis ὀρθοτομεῖν, fieri non potest, quin
„ præter tuam ipsius expectationem crescat oratio. Iam & hoc non breuem sibi ora-
„ tionis partem uendicat, quod in sacris literis interpretandis, scriptura inter se con-
„ ferenda est, ut non humana opinione, sed sua ipsius collatione, hoc est Spiritus san
„ cti sententia explicetur, quod num in hoc opere præstiterim, aliorũ esto iudicium,
„ certe conatus sum. Quare futurũ spero, ut cum ea tractem, quæ mentis caliginem
„ dissipent, conscientiam de uera religione erudiant, ac ueram salutis rationẽ ostẽ-
„ dant, boni uiri hanc expositionis prolixitatem non solum æqui consulant, sed mul
„ to magis ad lectionem inuitentur: tantum abesse puto, ut deterreantur. Vt autem
„ excusem impolitum genus dicendi, non multum mihi desudandum existimo, &c.
„ Qui hæc fastidit, quod sint inerudita, amplectatur ipsa, quod sint sacra: præsertim
„ cum sint multæ aliæ, ni fallor, utilitates, quæ orationis ruditatem non compensant
„ tantum, sed & superant.
„ Ex præfatione ad eundem, in secundum Tomum. Quæ igitur cogitationes, suo
„ priuatim mihi & auditoribus meis usui fuerunt, eas passus sum publice uulgari, ut
„ si nihil aliud, certe hoc scripto testimonium ferrem, qualis sit doctrina eorum, qui
„ hoc tempore Euangelion Christi synceriter prædicant, & quos ego in hac Euange
„ lij explicatione magno studio secutus sum. Sunt enim sycophantæ quidam, insi-
„ gnes nebulones, qui nostros, per quos Dominus restituit nobis ueram religionis
„ doctrinam, impudentissime calumniantur quod Scripturã deprauent, sacra pro-
„ phanent, adeoq; Ecclesiam ipsam funditus euertant.
„ Præfatio in obseruatiunculas super Homilijs suis fini operis adiectas. Quũ typo
„ graphus in animo statuisset meas Homilias in Lucã iterum uulgare, usum est mi-
„ hi eas relectione percurrere, & sicubi res postulare uidebatur, Lectorẽ admonere,
„ ne quis existimet me aut temere, aut pertinaciter quicq; affirmasse. Quod enim ad
„ dogmata Christianæ religionis attinet, etsi scripta piorũ & doctorũ uirorũ magna
„ uoluntate in consiliũ adhibeo, et cõsensum eorũ ambabus (quod aiunt) ulnis ample
„ ctor, tamẽ sententiã eorũ idcirco sector, nõ quod ipsi asseuerẽt, sed quod indicatio-
„ ne & explicatione eorũ uideã sacram Scripturã, hoc est, Spiritũ sanctũ, sic sentire:
„ discessurus uidelicet ab ipsorũ opinione, si perspicua sacræ Scripturæ testimonia
„ aliò uocauerint. Quod aũt attinet ad Historica, ea præsertim, quæ ad dogmata uel
„ nihil, uel parum faciunt, soleo aliquoties ueterũ authorũ sententiam citra etiam iu
„ dicium sequi, sola eorũ authoritate cõtentus. Vt enim laudo illorũ industriã, qui in

explicandis

explicandis Historicis probabiliora afferunt: ita sicubi sine dogmatum, quæ non humana, sed diuina authoritate nituntur, iniuria fieri potest, caniciem maiorum nostrorum libenter, ut debeo, ueneror.

In D. Ioannis Euangelion exegesis, per authorem iam nouissime correcta: & impressa, Francoforti opinor apud Brubachiũ, in 8. chartis 47. cũ indice, anno 1542. Ex præfatione ad fratres suos in Creichgoia, Christum synceriter prædicantes. Potuissem hoc quicquid est officij, honestis rationibus excusare, quando omnium manibus eruditæ Philippi Melanchthonis adnotationes in eundem Euangelistam circumferantur, quas uir ille priuatæ quidem scholæ dictauit, sed postea felici auspicio in lucem æditas, ambabus (quod aiunt) ulnis, quotquot pij sunt exceperunt. Nam quanquam uideantur indicis tantum uice auditorio dictatæ, adeo tamen omnium iudicio probantur, ut alijs clariora & sanctiora in Ioannem scribere uolentibus facultatem præripuerint, non præbuerint. Proinde non erat cur uano me labori committerem, ne uiderer φρονεῖν οὐκ εἰς τὸ σωφρονεῖν. Nam quod ego scribo, hoc alij aut præstare possunt commodius, aut iam antea præstiterunt eruditius. Passus tamen sum me assidua uestra interpellatione exorari. *Philip. Melanchthon in Ioan.*

In Acta apostolica Homiliæ 122. excusæ Haganoæ apud Brubachium, anno 1536. in fol. cum indice: chartis 120. Ex epistola nuncup. ad D. Io. Schopperũ abbatem in Heilsbrunnen. Homilias, quibus maiori profecto fide ac diligentia, quàm eruditione & eloquentia hunc librum explicatui, tuo nomini cõsecro. Reliqua ferè omnia authoris uerba in hac præfatione, hoc unum agunt, ut quot quantaq; commoda ex libro Actorum Lectori & toti Ecclesiæ comparentur, appareat.

IOANNIS Briesmanni, ad Casparis Schatzgeyri Minoritæ plicas responsio, pro Lutherano libello de uotis monasticis. Item M. Lutheri ad Briesmannum epistola de eodem. Hic clare ostenditur quantum errent, qui uotis monasticis plus nimio tribuunt, citra omne sacræ scripturæ testimonium. Libellus impressus in Germania, 1523. in 8. chartis 5. & dimid.

IOANNES Britannicus ex Palatiolo agri Brixiani oppido ortus, multa ac uaria scripsit, de quibus subiecta feruntur. Commentariorum opus celeberrimum, *T. cl. 1493.*

In Persium,	lib. 1.	In Statium quoq;,	lib. 1.
In Metamorph. Ouidij,	lib. 1.	Epistolæ quoq; uariæ.	

Et alia complura. Claret in ciuitate Brixiana, & uaria componit opuscula.

* Cõmentarij in Persium, impressi Venetijs, 1492. in fol. & Lutetiæ in 4. chartis 20. 1505. unà cum Iodoci Badij Ascensij cõmentarijs. Ex præfatione Ascensij. Adiecimus exactissimos Ioan. Britannici commentarios, eo quidem animo, ut quibus nostra sordesceret humilis familiaritas, illius sublimes delectent argutiæ.

Io. Brixiensis (eiusdem puto) annotationes in Terentiũ excusæ Lugduni, 1522.

IOANNES de Bromyard, ordinis fratrum Prædicatorum sancti Dominici, scripsit quædam præclara uolumina, è quorum numero subiecta feruntur. Opus magnũ & luculentissimum, quod prænotauit: *T.*

Summam prædicantium,	lib. 1.	Prædicantium uita, &c.	
Summam iuris moralis,	lib. 1.	Quod in sequenti opusc.	
Sermones de tempore,	lib. 1.	Sermones de sanctis,	lib. 1.

Alia insuper multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

IOANNIS Brucherij Treceñ. in carmen Baptistæ Mantuani de fortuna Francisci Gonzagæ commentarius impressus, cum reliquis in Baptistæ opera cõmentarijs.

IOANNES Brunellus, scripsit de sponsalibus. In 1. Decretal. de electione. c. licet deuitanda. In 5. Decretal. de homicidio c. 1. De potestate legati, & in eodem tractatu de Cardinalibus.

IOANNES Bruyerinus Campegius: uide supra in Auerroi Collectaneis.

IOANNES Bucius Aenicola, Europæ totius luculentam descriptionem effinxit ad formam uirginis. Vuechelus excudit Parisijs in tabula duarum chartarum, altera tantum facie impressa, ut liceat affigi ad parietem.

IOANNIS Bugenhagij Pomerani in librum Psalmorum interpretatio, Vuittembergæ publice lecta, & impressa Basileæ apud Adamum Petrum, 1524. in 4. mense Martio. chartis 97. & eodem, ni fallor, anno, rursus ibidem impressa est, ab authore recognita.

» Ex epistola nuncupatoria ad Friderichum Saxoniæ ducem, &c. Ad lucernam
» sæpe scribebam, quando in die propter publicas quas legebam lectiones non lice-
» bat. Ad plures cogebar dies quandoq; à scribendo cessare, & per partes Basileam
» auferebatur quod scripserā, ut etiam in posterioribus Psalmis uidere non liceret,
» quid in prioribus tractassem, nisi ea quæ pauca mihi annotaueram. (Hinc etiam in
» Psal. 109. quædam non suo loco posita sunt, de quibus in fine libri.) Quàm uero
» nihil aliud quæsierim, quàm simplicissime interpretari, quod ego ex Psalmis &
» scripturis sacris per Christum intelligo, testabitur uel totus liber, in quo si quis eru-
» dite scripta requirat, fallitur. Eruditio enim illa, quam uocant, à me nunquam est
» expectata, &c. Nos uel occasionem ad meliora dando consuluimus illis, quo ge-
» nuinam requirunt Psalmorum interpretationem, secundum interpretationē pro-
» phetarum, Christi, & apostolorum, quemadmodum suis locis indicabimus. Posse-
» mus excusare, quod ferè interpretationem, quam ante conceptam animo habeba-
» mus effuderimus in hisce commentarijs, ut in buccam ueniebat, dum non aliter li-
» cebat, id quod ubiq; ferè liber meus testatur, uel me tacente, sed quid attinet? Quod
» uolui præstiti, nempe, ut dixi, nihil aliud quàm sententiam meam indicare in Psal-
» mis, & obiter quandoq; ostendere, quid quædam in scripturis sibi uelint, atq; hoc
» non meo, sed Scripturarum sensu. Hoc ipsum enim quis non uidet, modo mea le-
» gat, uel ex summis illis siue argumentis psalmorum, ubi dum summā Psalmi pro-
» mitto, incido sæpe in totius ferè psalmi interpretationem: Quod animaduerti qui-
» dem (quid enim istud non uiderem?) sed placuit sic istam temeritatē semel cœptā,
» ad finem usq; persequi, nihil referre putans, modo Lector inueniret quid sentirem
» de psalmo siue ante psalmum, siue post psalmum. Et post aliquot paginas, non
» multo ante finem epistolæ. Porrò sententiam psalmorum ex Hebr. diximus, se-
Felix Hebr. » cundum Felicis Hebræi translationem, qua hodie nulla est melior, &c. Licet &
» multa sint, quæ ego non sum assecutus. Cæterum ueterem uulgaremq; apud La-
» tinos, translationem posuimus, & cum Hebræo cōciliauimus, in gratiam illorum,
» qui uetera magis amant, id est, illa quibus assueti sunt: sed eam ipsam translationē
» ad Græcam, unde desumpta est, exegimus, ne sequeremur librariorū uel istorum
» Choralium corruptiones & mendas, quas emendationes uideri uolunt, aut etiam
» nonnunquam interpretis Latini oscitantiam.

M. Lutheri iudicium. » Ex præfatiuncula Mart. Lutheri. Ioan. Pomerani episcopi ecclesiæ Vuittem-
» bergensis Psalterium ut multis uerbis ornem, non est operæpretium. Quod abun-
» de satis tibi (scio) commendatum erit, non meo testimonio, sed suoipsius argumen-
» to, quo te coget (si legeris) testificari, spiritum esse, qui loquitur mysteria hæc à tot
» sæculis abscondita. Nam ut conferri possit tam priscorum quàm recentiorū com-
» mentarijs, etsi odiosum est statuere, audeo tamen dicere: à nemine, cuius extent li-
» bri, esse Psalterium Dauid explicatum: esseq; hunc Pomeranum primum in orbe,
» qui Psalterij interpres dici mereatur. Adeò cæteri ferè omnes tantum opinionem
» quisq; suam, eamq; incertam, in hunc pulcherrimum librum congessit. Hic uero
» iudicium spiritus certum te docebit mirabilia. Deinde suum Psalterion, quod
» instituerat, non amplius expectandum scribit. Audio repetitam esse huius libri
» æditionem ex authoris recognitione.

Psalterium Dauidis, & integri loci sacræ doctrinæ, ex omnibus prophetis cum quibusdam

quibuſdam alijs piijs Canticis. Hæc Latine transferebat Ioan. Bugenhagius Pomeranus Doctor, in Academia Hafnienſi Danorum, anno Chriſti 1539. Nunc autem excuſa ſunt Vuittembergæ, 1544. in 8. chartis 45. & dimid.

Ex epiſtola ad Vniuerſitatẽ Hafnienſẽ. Summas gratias agere debemus Deo patri, & Domino noſtro Ieſu Chriſto æterno Dei filio, quod ſuo ſpiritu dedit in cor optimi regis Chriſtiani tertij, ut non ſolũ curauerit in regnis, ſicut & in ducatibus apud Holtſatios & Sleſuigios, pro Chriſti Eccleſijs & puerorum ſcholis, per uiſitationes Eccleſiarum, per conſtitutiones ſalariorum, per ordinationes miniſtrorum, lectionum & ſacrarum prædicationum, perq; horum omnium approbationem, & confirmationem: ſed etiam Academiam Hafnienſem, olim erectam per regem Fridrichum, huius Chriſtiani tertij auum paternum, quæ ita nunc perierat, ut uix ullæ eius reliquiæ ſupereſſent, ita inſtaurauerit, ut adderet certos redditus, profeſſores, non contemnenda ſalaria, honores, priuilegia, &c. Inter illos uero Scholaſticos labores apud uos incidi etiam in hunc laborem transferendi Pſalterij, &c. Conſulere cupiens omnibus, neglecta mea priore Pſalterij translatione, quam uocaueram Auctarium, propterea quod eam primis meis in Pſalterium cõmentarijs adieciſſem, cœpi magno ſtudio apud uos iterũ ab integro Pſalterium uertere: & perfecto, ut mihi tum uidebar, Pſalterio, uerti etiam Latine inſigniores locos ex omnibus prophetis, & addidi Pſalterio. Erat conſtitutum ut apud uos excuderetur: ſed quid obſtiterit, ipſi noſtis. Et hoc ipſum optime cecidit. Nam poſtea domi meæ per hoſce quinq; annos, ferè octies recognoui, emendaui, puriorem uerbis Latinis & clariorem ſententijs feci hanc meam translationẽ. Adhibui quoq; ſubinde & conſului Hebraice peritos, ne quid deſit meo operi, &c. Obſcuritas translationum in prophetis deterruit multos ab eorum lectione: id quod S. Auguſtinus dicit ſibi accidiſſe. Et hodie quidam Hebraice docti uertunt prophetas in linguã Latinam, in multis locis obſcuriſſime, quædam etiam corrumpunt, per Rabinorum expoſitiones, punctationes, diſtinctiones, deprauationes ſeducti, ut ſacra Biblia maneant in obſcuro incognita Latinis, etiam in hac clariſſima luce reuelatæ ueritatis.

De rege Dania.

Auctariũ.

Annotationes in epiſtolas Pauli ad Galatas, Epheſios, Philippenſ. Coloſſenſ. utramq; ad Theſſalonicenſ. ad Timotheum utramq;, ad Titum, Philemonẽ, & Hebræos: Excuſæ Baſileæ apud Adamum Petrum, 1525. in 8. chartis 22. cum indice: Præponuntur autem ſingulis epiſtolis loci in eis tractati. Ex præfatione authoris. Boni conſulas uelim optime Lector, quod breuiuſculas annotationes accipis in ſacras quaſdam epiſtolas. Sæculum enim hoc expectare non potuit, ut apertius rem & cõmodius tractaremus: quando et Deus ita agit, ut quod hic in aurem audimus, prædicetur ubiq; ſuper tecta. Non habes itaq; hic alia, quàm quæ publice in ſchola Vuittembergenſi perlegimus: & epiſtolam ad Galatas non addidiſſemus, quam poſt reliquas nunc tandem interpretati ſumus: quid enim opus erat poſt commentariolum D. Martini Lutheri in eandem epiſtolam? niſi timuiſſem librarios per hanc epiſtolã aucturos quamprimum illam æditionẽ quæ nuper prodijt nobis & ignorantibus & inuitis.

Publica confeſſio ex Chriſti inſtitutione de Sacramento corporis & ſanguinis Chriſti, qua ſuæ fidei de cœna Domini reddit rationem, & dicit uale ijs, qui audire nolunt. Alexander Vueyſſenhorn impreſſit Auguſtæ Vindelicorum, 1529. in 8. chartis 14.

Contra nouum errorẽ de ſacramento corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti epiſtola, charta dimid. impreſſa. Eadem Germanice impreſſa eſt Vuitembergæ, 1525. in 4.

Epiſtola ad fideles in Anglia: charta dimid. impreſſa in 8.

Io. Bugenhagij Pomerani, Annotationes ab ipſo iam emiſſę in Deuteronomiũ. In Samuelem prophetam, id eſt, duos libros Regum. † Hiſtoria paſſi Chriſti &

† *Hæc & Germanice (anno 1545 opinor) Vitembergæ exiuit.*

glorificati ex Euangelistis conciliata, cum annotationibus. Adamus Petri excudit Basileæ, 1524. cum indice, chartis 30. & dimid.

Ex epistola nuncupatoria quam author eodē anno scripsit Vuittembergæ ad Benedictum Pauli I.C. » Quæ hic publice prælegimus, & iam, uolente huius scholæ rectore, & ijs quorum interest, emittimus, tibi frater Benedicte duximus dedicanda. Primum, Deuteronomium, in quo uidere licet, quid lex exigat. Deinde Samuelem, id est, duos libros Regū, ubi apparet quàm seruata sit lex & quàm non seruata, & exemplis declaratur legem nostris uiribus præstari non posse. Tertio, conciliatam per nos ex Euangelistis historiam Christi passi & mox glorificati: hic uides Christum Dei iustitiam, quæ per fidem nostra est, quam iustitiam lex exigere potuit, præstare nō potuit. Postremo, decem epistolas Pauli, cum ea quæ ad Hebræos scripta est, in quibus declarat ut ista Dei iustitia, quæ Christus est, toti mundo prædicatione Euangelij innotuerit.

IOANNIS Buridani Logica impressa: ut legi in catalogo bibliopolij cuiusdam Italici.

IOANNIS Busmanni poēmata quædam impressa Vuittembergæ in 8. 1537.

IOANNES à sacro Busto, uide infra, in IOAN. S.

IOANNIS Butini de quantitate syllabarum, liber impressus.

IOANNES Cæsarius Iuliacensis, natione Germanus, rem literariam suis lucubrationibus non mediocriter adiuuit, & magnam apud omnes studiosos gratiam merito suo iniuit. Viuit adhuc, ni fallor, admodum senex in Colonia Agrippina.

Ioan. Cæsarij dialectica recognita & locupletata, in decem tractatus digesta, omnia ferè eius artis præcepta tam breuiter quàm luculenter complectens. Opus impressum Coloniæ apud Eucharium Ceruicornum, 1532. in 8. chartis 17. & apud Gymnicum ibidem. Adiecta est ad calcem Ioan. Murmellij in 10. Prædicamenta Aristotelis Isagoge: cuius seorsim chartæ sunt 2. & dimid. ferè.

Dialecticæ aliorum.

» Ex præfatione authoris eodem anno scripta. De hac arte quanquam complures ante me, ut etiam post me quidam, tam ex Græcis quàm ex Latinis hominibus, non sine laude scripserunt: ex his tamen alij quidem adeo operose atq; prolixe, ut discentibus illam, aut etiam legentibus fastidium propemodum pariant: alij tanta usi breuitate, ut eius rei institutioni neutiquam satisfacere probentur, partim ob artis subtilitatem, partim ob quorundam ingenia non ita prompta atq; capacia: quidam uero tam confuse atq; (ut ita dixerim) argute, ut quantū quidem ad ipsam institutionem attinet, maiorem in modum profuerit eam artem non ex illis addiscere conari. Omitto nunc eos, qui de eadem arte scripserunt & ipsi quidem, uerū adeo barbare, adeoq; inerudite, ne dicam insulse, ut si quis paulò liberalius institutus in eorum libros incideret, uidelicet ut dialecticam inde discere uellet, aut saltem pro explorato habere posset, qualisnam ars ea sit, is haud dubie non tam authores, tales, quàm artem ipsam contemneret protinus, reijceretq;.

De sua dialect.

Hoc ipsum cum ego tandem animaduertissem, expertus nimirum iam multo ante ea omnia, cœpi mecum cogitare, quonam pacto huic tantæ molestiæ remedium qualecunq; uel per me tandem afferretur, si modo iam scopū ipsum attigi, simulq; aggressus sum colligere in unum, hinc inde ex non contemnendis authoribus, atq; de his componere tractatus aliquot, uidelicet numero decem, quos & ita digessi atq; disposui (si tamen iudicio meo non fallor) ut totius ferè artis uim in his comprehendisse uideri possim, adeo ut nihil, quod ad artem ipsam pertinet, desiderari queat, nisi ab eo forsitan, cui non satis fuerit capita siue genera rerum iuxta Ciceronis consilium perspicere atq; tenere, per quæ reliqua ipse persequatur. Verū non minus usus sum & ipse breuitate, iuxta Horatij in arte doctrinam, sed temperata, ut citra fastidium atq; magnum laborem studiosus Lector dialecticam ex hac nostra institutione facile assequi possit, modo idem non sit auribus usq; adeo delicatis, ut elegantiam dictionis magis spectet & obseruet, quàm rem ipsam quæ docetur ac traditur.

Commen-

Commentarij in Iodoci Clichthouei Introductionem terminorum cognitionis, impressi Parisijs apud Vuechelum.

Rhetorica ex optimis authoribus collecta, ibidē impressa: & Friburgi Brisgoiæ, 1541. in 8. apud Emmeum: chartis ferè 8. cum compendio Rhetorices Hermogenis per Hilarionem monachū uersо, & Epicedio in Hermannū comitem Nuenarium. Titulus huiusmodi est. Rhetorica in septem libros siue tractatus digesta, uniuersam ferè eius artis uim compendio cōplectens, tertio iam per authorem diligenter recognita, & castigata locupletataq́, anno 1534.

Ex sex libris Caroli Bouilli Geometrici introductorij epitomen quandam collegit, quæ impressa est cū appendice Margaritæ philosophicæ, Basileæ apud Henricum Petrum.

Diomedis Grāmatici opus emendauit, scholijsq́ illustrauit. Vide in Diomede.

Castigauit & scholijs explanauit C. Plinij libros duos de medicina piscitū: Pauli Iouij de piscibus Romanis librum: Oppiani halieutica à Laurentio Lippio conuersa. Omnes simul impressi sunt Argentorati, 1534. in 4.

C. Plinij Secundi naturalis historię opus uniuersum ab innumeris mendis uindicauit: & in septē quinarios diuisum adiectis in singulos argumentis, et breuiusculis in margine scholijs, typis excudi curauit Coloniæ apud Ceruicornū, 1524. in 8. chartis 156. cum indice. Vide in C. Plinio.

Seuerini Boētij de consolatione philosophiæ libri 5. cum Io. Murmellij & Rodolphi Agricolæ commentarijs. Opus à Io. Cæsario recognitum, impressum est Coloniæ apud Euch. Ceruicornum, 1535. in 8. chartis 28.

IOANNIS Calceati de passione Christi liber, impressus Lugduni apud Parmentarium, 1538. in 8.

IOANNES Calderini, natione Italus, patria Bononiensis, Ioannis Andreę quondam auditor, canonici iuris professor, scripsit in sua facultate nō pauca uolumina, è quibus reperi opus magnum & insigne tribus uoluminibus non paruis distinctum, quod prænotauit: T. d. 1340.

Repertorium iuris,	lib. 1.	A. Hæc dictio à interdum.
Super decretalibus,	lib. 1.	
De interdicto ecclesiastico,	lib. 1.	Quamuis dubia plura circa.
Consilia multa,	lib. 1.	De alijs nihil uidi.

* Io. Calderinus Bononiensis, non eruditione tantum, uerum etiam uitæ integritate suo tempore celebris fuit. Itaq́ à multis scriptoribus prædicatur, & Doctor magnæ scientiæ sanctæq́ uitæ appellatur: quæ causa etiam fuit, quod illum Ioan. Andreæ in filium adoptiuum sibi ex omnibus unum elegerit. Scripsit post ipsum Io. Andream Commentaria in Decretal. item Consiliorum opus insigne. Hæc Ioan. Fichardus. Allegatur hic scriptor simpliciter Calderinus.

Consilia eius impressa sunt. Item Repertorium iuris, anno 1474.

Inuenio præterea hæc eius scripta citari. Disputatio, incipit, Queritur, quam allegat Feli. in c. graue. in 2. de offi. ord. De censura ecclesiastica. De interdicto ecclesiastico. In procœmium Decretal. In 1. Decretal. de rescriptis. c. in nostra. & c. mandatum. & c. ab excommunicato. In eundem, de electio. c. super eodem. & c. cum in iure. Et in 2. Decretal. de appellatio. c. ex parte tua. Item de ord. cog. c. 1. intelleximus, & c. super spoliatione. Item de causa possef. & proprij. c. cum dilectus. Item de probatio. c. post cessationem. Item de testi. cog. c. dilectorum. Et in 3. Decretal. de coha. cle. & mul. c. uestra. & de concessione. præbend. c. cum in uestris, & c. postulastis. & de rebus ecc. c. si quis presbyterorum. Item de donationibus. c. propter eius. Et in 5. Decretal. de raptoribus. c. de illis. & de usuris. c. nauiganti.

IOANNES Calphurnius Brixieñ. uir doctus, scripsit interpretationem in He auton-

timorumenon Terentij: quæ impressa est Basileæ apud Frobenium, cum Donati commentarijs & Terentij textu.

IOANNES Caluinus Nouiodunensis, natione Gallus, Geneuensis ecclesiæ fidelissimus antistes, homo ueræ pietatis, & raræ doctrinæ, quibus nominibus omnes boni & eruditi plurimum ei debent: Deus opt. max. illum ecclesiæ suæ diu conseruet, quam subinde exemplo uitæ, sermonibus, & scriptis promouere pergit. Intra paucos annos multa in lucem ædidit, quæ magno passim studiosorum pietatis applausu excepta sunt: partim Latine scripta, quæ primum enumerabo, partim Gallice, quæ posterius: licet uulgarium linguarum libros hoc in opere recensere non proposuerim. Latina hæc sunt.

Institutio Christianę religionis: liber excusus primum Basileæ in 8. deinde cum doctis summopere placuisset, ac ubiq; desideraretur, iterum excusus est multo locupletior, Argentinæ apud Rihelium, 1539. in fol. cum indice: chartis 116. & rursus 1543. & nisi fallor hoc ipso tempore, dum hæc scribimus, ibidem tertio locupletata excuditur.

Ioan. Sturmij uerba.

» Ioannis Sturmij uerba operis titulo subiecta. Ioan. Caluinus homo acutissimo iudicio, summaq; doctrina & egregia memoria præditus est: & scriptor est uarius, copiosus, purus: cuius rei testimonium est Institutio Christianæ religionis, quam primo inchoatam, deinde locupletatam, hoc uero anno absolutam ædidit: neq; scio an quicquam huius generis extet perfectius ad docendam religionem: ad corrigendos mores & tollendos errores: & se optime institutum existimet, qui, quæ in eo uolumine traduntur, est assecutus.

» Ex præfatione authoris ad Lectorē. Porrò hoc mihi in isto labore propositum fuit: sacræ theologiæ candidatos ad diuini uerbi lectionē ita præparare & instruere, ut & facilem ad eam aditum habere, & inoffenso in ea gradu pergere queant: siquidem religionis summam omnibus partibus sic mihi complexus esse uideor, et eo quoq; ordine digessisse: ut si quis eam recte tenuerit, ei non sit difficile, statuere, & quid potissimum quærere in scriptura, & quem in scopum, quicquid in ea continetur, referre debeat. Itaq; hac ueluti strata uia, si quas posthac scripturæ enarrationes ædidero: quia non necesse habebo de dogmatibus longas disputationes instituere, & in locos communes euagari, eas compendio semper adstringam. Ea ratione, magna molestia & fastidio pius Lector subleuabitur: modo præsentis operis cognitione, quasi necessario instrumento, præmunitus accedat: sed quia huius instituti specimen præbebunt commentarij in epistolam ad Romanos: re ipsa malo declarare quale sit, quàm uerbis prædicare.

Summa eorum quæ in hoc opere continentur, adiecta capitum notatione.

Cap. 1. De cognitione Dei. De authoritate sacræ scripturæ.
Cap. 2. De cognitione hominis. De imagine Dei. De peccato originali.
De naturali hominis corruptione. De libero arbitrio & eius impotentia.
De gratia regenerationis & auxilio spiritus sancti.
Cap. 3. De lege, ipsius officio & usu.
De decalogi explicatione. De uero cultu Dei.
De imaginibus. De iuramento. De feriis.
De coniugio & cœlibatu sacerdotum; & de eodem quædam in 4. capite.
Cap. 4. Rursus de eodem. De uotis. De monachatu.
Cap. 5. De fide. Cap. 6. De explicatione symboli apostolici.
De trinitate. De diuinitate Christi.
De creatione cœli & terræ. De angelis. De diabolis.
Cap. 7. De nomine Iesu & Christi. De incarnatione & humanitate Christi.
De mysterio toto redemptionis. De descensu Christi ad inferos.
De communicatione idiomatum. De spiritu sancto & illius officijs.

Cap. 8.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [832] - 396r

Cap. 8. De ecclesia et illius symbolis. De communione ecclesiæ non uitanda.
De hæreticis & schismaticis. De gubernatione & ordine ecclesiæ.
De primatu papæ. De potestate & iurisdictione ecclesiæ.
De disciplina, claubus, correctione, ac excommunicatione ecclesiæ: de quibus in 9. capite quædam.
De ieiunio.
De remissione peccatorum: de qua iterum in 9. capite.
De peccato in spiritum sanctum. De resurrectione ultima.
Cap. 9. De pœnitentia, & eius partibus ac fructibus.
De confessione triplici. De indulgentijs. De satisfactione.
De flagellis Dei piorũ & impiorũ. De purgatorio.
Cap. 10. De iustificatione fidei. De quatuor hominum gradibus.
De operibus supererogationis. De gloriatione sanctorum in sua iustitia.
De meritis operum. De mercede operum.
Cap. 11. De similitudine ac differentia ueteris & noui Testamenti.
Cap. 12. De libertate Christiana & eius usu ac abusu. De scandalo.
Cap. 13. De traditionib. humanis. Cap. 14. De prædestinatione & prouidentia Dei.
Cap. 15. De oratione. De sanctorum intercessione.
De cantu ecclesiastico. De expositione orationis Dominicæ.
Cap. 16. De sacramentis. Cap. 17. De baptismo.
De pædobaptismo. Cap. 18. De cœna Domini.
De missa Papistica. De sacerdotio & sacrificijs Christianorum.
Cap. 19. De confirmatione. De impositione manuum.
De pœnitentia. De ultima unctione.
De ordine ecclesiastico. De matrimonio.
Cap. 20. De politica administratione, seu magistratu ciuili.
De bellis. De legibus. De iudicijs forensibus.
De obedientia plebis erga magistratus quoslibet.
Cap. 21. De uita hois Christiani. De amore iustitiæ discendo.
De charitate proximi. De abnegatione nostri.
De patientia. De cruce & afflictionibus.
De contemptu præsentis uitæ. De desiderio uitæ futuræ.
De usu legitimo bonorũ terrestriũ. De uocatiõe sua diligẽter cuiq; inspiciẽda.

Hæc omnia perspicue ac solide in hisce institutionibus tractantur, & quicquid aduersarij cõtra obijciunt, ita confutatur, ut cuiuis pio lectori ita satisfiat, ut posthac nihil huiusmodi sophistarum fucos sit curaturus.

Commentarius in epistolam Pauli ad Romanos, impressus Argentorati apud Rihelium, 1540. in 8. chartis 29.

Supplicatio ad Carolum Cæsarem & principes Germaniæ, Spiræ nunc maximum conuentum agentes, uel de necessitate reformandæ ecclesiæ, opusculũ Geneuæ impressum ab Ioan. Girardo in 4.

Responsio ad Pighium de libero arbitrio, ibidem impressa.

Catechismus, id est, Christianæ religionis institutio: excusus Basileæ apud Rob. Vuinter in 8. chartis 3. & hac ipsa hyeme, ni fallor, iterũ imprimitur Argentorati.

Responsio ad epistolã Iacobi Sadoleti Cardinalis, quã ille scripserat ad S. P. Q. Geneuensem, ut in obedientiam Romani Pontif. eos reduceret. Impressa Argentorati in 8. 1539. & 1541. & Geneuæ apud Michaëlem Syluium.

De statu animarum post mortem liber, quo asseritur Viuere apud Christũ non dormire animis sanctos, qui in fide Christi decedunt. Excusus ibidem, 1542. in 8.

Epistolæ duæ, quarum prior est, de fugiendis impiorum illicitis sacris, & puritate Christianæ religionis obseruanda: altera, de Christiani hominis officio in sacerdotijs papalis ecclesiæ uel administrandis, uel abijciendis. Excusæ sunt Basileæ

apud Rob. Vuinter, 1537. in 4. chartis 9. & dimid.

Epinicion Elegiacum Christo cantatum, 1541. calendis Ianuarij: impressum Geneuæ, 1544. charta semis.

Articuli à Facultate sacræ theologiæ Parisien. determinati super materijs fidei nostræ hodie controuersis: cum Antidoto. Libellus impressus Geneuæ, 1544. in 8. chartis 5. quo ludit author aduersus Sorbonistas: & quanquã nomen suum non adscripserit, utpote ludo potius suo quàm serio operi: uolui tamẽ inter eius scripta uel nolente ipso adnumerare.

Commentarius in librum Senecæ de clementia ad Neronem, Parisijs ante aliquot annos excusus.

Libri à Io. Caluino Gallice scripti.

Institutio religionis, in Gallicam linguam ab ipso traducta, ex Latina.

De necessitate reformandæ ecclesiæ. De cœna Domini.

Catechismus, excusus Geneuæ, anno 1541.

Precationum publicarum formula cum ratione administrandi sacramenta.

Consilium, qualiter uiuendum sit inter Papistas: impressum Geneuæ, 1543.

Admonitio quantum utilitatis rediret ad Christianismum, si inuentarium reliquiarum conficeretur.

Contra communem sectam anabaptistarum.

Contra Libertinos, nouum genus anabaptistarũ liber Gallicus & Latinus hoc tempore, ut audio, Geneuæ excuditur.

T. IOANNES Camerarius de Dalburg, episcopus Vuormaciensis, natione Teuthonicus, iureconsultus celeberrimus, Rudolphi agricolæ uiri doctissimi quondam auditor, in utraq; lingua peritus, scripsit tam metro quàm prosa quædam excellentis ingenij opuscula, quæ necdum in lucem uenire passus est, è quibus tamen aliqua nobis innotuerunt. Carmen sapphi.

De morte Rudolphi Agricolæ, lib. 1. De moneta quoq; lib. 1.

Oratio corã Innocen. papa VIII. lib. 1. Carmina & orationes uariæ.

Et plures elegantissimæ epistolæ.

IOANNES Camers, monachus, professione, minorita si bene memini Viennę Austriç, ubi claruit ante annos circiter uiginti, scripsit annotationes in L. Florum, quibus commentarij uice in uniuersam Romanæ historiæ syluam uti licebit. Chartæ sunt septem & dimid. Impressæ Argentorati apud Heruagium, 1528. in 8. cum ipso Floro: & Coloniæ, 1537.

Scripsit item annotationes in Solinum, quæ etiam impressæ sunt olim in Germania, (Viennæ opinor) in 4. Vide supra in Ioach. Vadiano, fol. 378. a.

In C. Plinij naturalis historiæ libros primus conscripsit indicem, qui quidẽ mutatis per alias æditiones foliis, inutilis esse cœpit. Laudandus est autem Camers, qui primus tantum laboris maxima studiosorum utilitate suscepit, & occasionem alijs idem in æditionibus sequentibus faciendi monstrauit, imò necessitatem ne id omitterent typographis iniecit.

T. d. 1534. IOANNES Campeius Bononien. iureconsultus, scripsit in sua facultate multos egregios (ut ferunt) cõmentarios et tractatus, qui ad posteritatem transmissi sunt, à me hactenus non uisi. Fertur autem insignis

De dote tractatus, lib. 1. Et consilia perpulchra, cum alijs multis. * Vide an idem sit Ioan. Campezius, de quo mox.

IOANNES Campensis scripsit Grammaticam Hebraicam, quæ impressa est Parisijs apud Vuechelum.

Eiusdem Paraphrasis in Psalmos, & in Concionem Salomonis Ecclesiastæ, ex Hebraica ueritate, impressa est Lugduni apud Gryphium in 16. anno 1534. & Argentinæ, ni fallor, in 8. & Coloniæ apud Gymnicum.

Ex

Ex præfatione authoris quam scripsit Norimbergæ, anno 1532. ad Ioan. Dantiscũ Culmensem episcopum. Habes tandem succinctã in Psalmos omnes paraphra-
sim iuxta Hebraicam ueritatem, in qua cum uerbũ uerbo respondere non potue-
rit, uersus tamen uersibus secundũ Hebræorum exactissimam distinctionẽ, exacte
respondent, qui in uulgata æditione plurimis in locis cõfusi, rem per se alioqui ob-
scuram plus satis, obscuriorẽ reddiderũt. Post hæc de LXXII. interpretibus &
Hieronymi uersione locutus, subijcit: Verum hæc ad me non multũ pertinent, qui
nõ interpretẽ ago, sed paraphrasten, quiq; authoritatẽ in Ecclesia nullã ambio, nec
cuiq; iniuriam facio: nisi fortè obscuros locos, eosq; nõ paucos, ob nimis scrupulo-
sam in reddendo uerbũ uerbo fidẽ, explicuisse alijs uerbis apertioribus, sit iniuriã
facere. Ego tantũ natiuũ quendã gustũ horũ psalmorũ dare uolui. Et paulò post.
Hanc paraphrasim, quã tantopere in publicũ ꝓdire cupis, maxima ex parte, ante
aliq; annos Louanij cũ linguã Hebraicã in Buslidiano collegio ꝓfiterer, auditorib.
meis nõ in hoc dictauerã, ut unq; euulgaret, sed ut aliqs ad studiũ Hebraicarũ lite-
rarum inuitarẽ, re ipsa ostendere conatus sum, non utilẽ solũ, sed necessariã fore ad
sacros authores intelligẽdos eius linguę nõnullã cognitionẽ, quod cq; uideat ueris-
mile alijs nescio, de me hoc dicere possum, q nullis cõmentarijs in hũc psalmorũ li-
brũ puto enĩ me oẽs ꝓpemodũ legisse, q aliquo modo in pretio fuerint) tantũ adiu-
tus fuerim, quantũ exigua, imò propemodũ nulla sacrosanctę huius linguę notitia.

Hebraicæ linguæ laus.

IOANNES Campezius, scripsit super 2. ff. ueteris. Item, de statutis excludenti-
bus fœminas. Vide Ioan. Campeius.

IOANNES Campsceñ. ordinis fratrũ beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carme
li, natione Anglicus, fertur quædam præclara cudisse opuscula, è quorum numero
extare perhibentur ualde notabiles T.
Sermones de tempore, lib. 1. Sermones de sanctis, lib. 1. Alia non uidi.

IOANNES canonicus, ordinis (ut dicunt) fratrũ minorum, Ioannis Scoti quondam
auditor, iuris quoq; tam Pontificij quàm Cæsarij nõ ignarus; fertur quædam præ-
clara composuisse opuscula. Sed ego nihil eorum uidi: Feruntur autem *T. cl. 1320.*
Super sententias, lib. 4. Quæstiones disputatæ, lib. 1.
Et quædam alia.
* Liber super Physica, impressus: ut legi in catalogo Italicæ cuiusdã officinæ.

IOANNIS Cantacuzeni Imperatoris Constantinopolitani, qui assumpto monachi
habitu IOASAPH monachus est cognominatus, contra Saracenorum hæresim, *Claruit circa annũ Domini* 1360.
pro Christiana religione Apologiæ quatuor. Eiusdem contra Mahometẽ ora-
tiones quatuor: nunc primum in lucẽ æditæ. Liber impressus Græce & Latine
Rod. Gualthero Tigurino interprete, Basileæ apud Oporinum, 1543. in fol. cum
Alcorano, &c. Sunt autem Græci exemplaris huius authoris seorsim, chartæ 27.
Ex argumento in Apologias. Oratio contra Saracenorum hæresim progredi-
tur, defendens quidem Christianorũ dogmata: obiter uero singulas Saracenæ hæ-
resis partes percurrens: tum quatuor sermonibus ostendit, hanc nec ueritati, nec
sibi ipsi esse consentaneam, utpote quæ ipsa sibi multis in locis non satis conueniat.
Quod autem Mosis simul, prophetarum, & Euangelij testimonijs Christianæ reli-
gionis mysteriũ demonstrat, nemini mirũ uideatur, cũ & ipsis Saracenis pro sacro-
sanctis habeant, quæ à Mose, prophetis, & Euangelij scriptorib. dicta sunt. Verum
tamẽ eadẽ hæc cõtra Iudæos induci possunt, idq; non sine ratione. Saracenis enim *Saracenis & Iudæis communia quæ.*
nõ pauca sunt cũ Iudæis cõmunia. Eadẽ enim apud utroq; monarchiæ politia, idẽ
polygamiæ studiũ, eadem suillæ carnis abstinentia, idemq; circũcisionis signũ. Eo-
dem etiam iure apud utroq; repudij libellũ proprijs licet dare uxoribus: & aliquo
uel horum uel illorum defuncto, coniugem illius frater ducere solet, &c.
Musulmani Sampsatis Isphachanis Persæ, epistola ad monachum Meletium (qui
antea uocabatur Achæmenides) qua conatur ei persuadere ut reiecto Christia-

niſmo Mahometis legem recipiat: paulò maior eſt quadrante chartæ. Huíc epiſtolæ Ioan. Cantacuzenus Meletij nomine quatuor Apologijs reſpondit, quarũ periochæ hæ ſunt.

Apologia 1. Quod Chriſtus filius Dei ſit, & Deus uerus & perfectus: quodq; Deus exiſtens homo factus ſit, iuxta theologorum & prophetarum teſtimonia.

2 Filius & uerbum Dei cum Deus eſſet, extremis temporibus propter hominũ ſalutem homo factus eſt, crucifixus mortem ſubijt, ſepultus reſurrexit, & in cœlos eſt aſſumptus: Non tamen diuinitas, ſed homo paſſus eſt, qui idem iudicaturus eſt orbem uniuerſum.

3 Quod poſt Domini aſſumptionẽ duodecim diſcipuli illius totum orbem docuerint, miraculis ſimul fidem ſuam confirmantes: Tum de Deipara uirgine, de quæſtione Chriſti, cruce, & imaginibus.

4 Quod doloſe & pernicioſe docuerit Machomet, & quod lex & Teſtamentũ uetus non ſint ſublata per Chriſtum, ſed magis illuſtrata. Inſuper, quod in lege infirmum erat & impoſſibile, hoc Euangelium compleuit.

Poſt Apologias ſequuntur quatuor ſermones contra Mahomet, præfixis ab initio capitib. aliquot Alcorani, quę in ſingulis ſermonibus refutantẽ: quos breuitatis cauſa, exſcribere nolui. Ex epiſtola nuncupatoria Rod. Gualtheri ad Io. Draconi.

» tem. Subij pondus hoc ſatis graue, exemplaria utraq; manuſcripta (quorum al-
» terum Conſtantinopoli erat conſcriptũ) contuli, in quibus tamẽ non multũ diſcre
» pantiæ inuenire licebat, & tandẽ oĩa collata Latino ſermone loqui docui. Neq; hic
» mouebant me ſcrupuli aliquot, quos in nõnullis locis, in tertia Apologia in primis,
» animaduertebã. Illic enim ,put temporũ ſuorũ ratio poſtulauit, ſanctorũ imagines,
» interceſſionẽ diuorũ, crucis religioſum cultũ, et neſcio quæ alia, ſatis cõſtanter qui-
» dem, ſed minus firmis argumentis defendit. Hæc tamen tempori (ut dictũ eſt) cõdo
» nanda eſſe putabã: Et iniquũ mihi uidebaẽ, tantũ theſaurũ ,ppter carbones aliquot
» iniectos abijcere, &c. Poſt hæc quid ſuper imaginibus, crucis cultu, & interceſ-
ſione diuorum, pie ſentiendum ſit, ex ſacris literis oſtendit.

Τοῦ φιλοχρίσου Βασιλέως ἡμῶν κυροῦ ἰωάννου τοῦ καντακουζηνοῦ ὑπὲρ μωάμεθ: λόγοι δ'. de quibus iam diximus. ἕτερον πόνημα τοῦ αὐτοῦ. Extant in bibliotheca quadã Italiæ.

Contradictiones aduerſus Prochorum Cydonem. Alia capita contradictoria in eundem. Rurſus liber alius. Græce extãt Romæ in Palatina bibliotheca.

Paraphraſis in quinq; libros Ethicorum Ariſtotelis, ſeruatur Græce Venetijs in bibliotheca SS. Ioannis & Pauli.

IOANNIS Cantuarienſis epiſcopi Perſpectiua communis cum figuris, per L. Gauricum emendata & diſtincta. Liber impreſſus Venetijs, 1504. in fol. chartis 10. apud Io. Baptiſtam Seſſam.

» Præfatio authoris. Inter philoſophicæ conſiderationis ſtudia, lux iocundius affi
» cit meditantes: inter magnalia mathematicarũ, certitudo demonſtrationis extollit
» præclarius ueſtigantes. Perſpectiua igitur humanis traditionib. recte præfertur:
» in qua tam mathematicæ q̃ philoſophicæ gloria reperitur: Cuius ſententias ma-
» gnis diſperſas ambagibus in concluſiua cõpendia coartabo, mixtis iuxta modum
» materiæ naturalibus & mathematicis demonſtrationibus nunc effectus ex cau-
» ſis, nunc ex effectibus cauſas concluſurus: addendo etiam nonnullas cõcluſiones,
» quæ ibi non habentur, ex eiſdem tamen eliciuntur.

T. cl. 1494. IOANNES Capnion, aliâs Reuchlin, natione Teuthonicus, ex Phorcẽ oppido Sueuiæ, legum imperialium doctor eximius, trium principaliũ linguarum, Hebraicæ ſcilicet, ſimul et Chaldaicę, Græcę pariter & Latinę interpres: ſcripſit nõnulla opa: Ad epiſcopũ Vangionũ Camerariũ Dalburgi, Dialogũ in quo oĩa ſecreta philoſophiæ Græcæ, Hebraicæ, & Chriſtianorũ portẽtifica ῥ̃ba explicat, quẽ præſcripſit, Capnion, uel de uerbo mirifico, lib. 3. Rerum arcanarum.

De

De præexercitamentis rhethoris, lib. 1. Est à ueteribus.
De diuersitate quatuor idiomatum Græcæ linguæ, lib. 1.
Orationem funebrem in mortem Rudolphi agricolæ.
Epigrammaton & elegiarum, lib. 1.
Epistolas quoq; & orationes scholasticas sine numero plures.
Multa præterea utilitati nostræ communi è Græco in Latinum uertit opuscula,
Xenophontis apologiam pro Socrate.
Nestorium hæreticum. Confessionem Cypriani.
Proclum de beata uirgine. Luciani aliquos mortuorum dialogos.
Eiusdem dialogũ de concilio deorũ. Monomachiam Iliados Homeri de Paridis & Menelai duello in lingua Germanica metrice.
Epiphanium de uita & morte prophetarum.
Maximum Tyrium Platonicum philosophum in oratione: Si deus fecit bona, unde ueniant mala.

* Defensio contra Calumniatores suos Colonienses: liber impressus in 4.

Epistolæ, impressæ opinor. Meminit enim earũ Ludouicus Viues in libro suo de scribendis epistolis.

Ex Athanasio uertit librum de uarijs quæstionibus, & annotationes adiecit: ut supra dixi: Item opusculum in Psalmos eiusdem.

Progymnasmata iambis trimetris scripta. Est autem fabula, cuius argumentum author in prologo sic exprimit. Vxoris æs reconditum uir inuenit,
Ac subtrahit, seruo remãdat improbo. Idem furatur, atq; iuri sistitur.
Astu aduocati ipsum aduocatũ decipit. Impressa est aliquoties & seorsim, & cum sequenti fabula, quæ inscribitur:
Sergius, siue Capitis caput. Ex prologo. Nam Guttubatta reperisse creditur Caluariam cuiusdã anilis Sergij: Qui erat Mahometi magister primitus. Ambæ aliquoties in Germania impressæ sunt: secunda etiam seorsim cum commentario Georgij Sim̃ler Phorcæ, 1508. apud Thomam Anshelmum.

Breuiloquus, id est, Dictionarium singulas uoces Latinas breuiter explicans per ordinem alphabeti: impressus Basileæ apud Amorbachiũ, 1480. in fol. bene crasso uolumine: & seorsim quidem nomina explicantur, deinde uerba, postremo reliquæ partes indeclinabiles. Sed nunc desijt hic liber in manibus studiosorum uersari, cum longe meliores alios plures eiusdem argumenti habeant: etsi quędam explicata sint in hoc libro, quæ in alijs non reperiuntur, præsertim peregrina uocabula, & alia nonnulla: non debet tamen sua laude fraudari, ut qui Germanis inter initia politioris literaturæ scriptus sit: unde factum esse reor ut nonnunquã etiam barbara quędã uocabula admisceantur. Adiecta sunt & alia opuscula operis initio, nempe: Guarini Veronensis de diphthongis scribendis per ordinẽ syllabarum. Dialogus de arte punctandi. De accentu. Ex præfatione typographi in Breuiloquum, nam ipse author nomen suum non adscripsit. Hoc in opere tam "
Theologiæ uniuersæ, quàm Iuris utriusq;, cæterarumq; facultatum uocabula non "
sine lucidis interpretationibus reperies, obseruata eorum orthographia, & diph- "
thongorum ratione, & accentuum pronunciatione in penultimis syllabis. "

Canticũ Iosephi Esopei dictũ catinus Argenteus continens sententias morales, Latinitate donauit: qui liber excusus est apud Thomã Anshelmum in Germania. Prius autem Hebraice tantum exiuerat Constantinopoli in 16. charta 1. in officina Gersonis filij Moseh: sub imperio Salymon Cæsaris, anno undecimo regni eius.

In septem Psalmos pœnitentiales Hebraicos interpretatio de uerbo ad uerbum, & super eisdem commentarioli. Liber impressus Tubingæ apud Thomã Anshelmum, 1512. in 8. chartis 11. Ex præfatione authoris eodem anno scripta Stutgardiæ. Pio amore ductus cum antea docuissem multos in Græcis literis, & per "

Micropædia. „ Grammaticam artem, cui titulum inſcripſi Micropædia, dolauiſſem quicquid po-
„ tui: nouiſſime totam linguam Hebraicam primus omniũ in literis, in dictionibus,
„ & regulis collectiue, legibus mancipaui Latinis.

Ioan. Reuchlini, comitis Palatini Lateran, Sicambrorum Legiſtæ, & Sueuiæ triumuiri, Rudimenta Hebraica, impreſſa Phorcæ, apud Thomam Anshelmum, 1506. in fol. chartis 156. Ex præfatione ad Dionyſium fratrem germanũ ſacerdo-
„ tem, in qua permulta de ſeipſo ſcribit. Poſteaquã anno ætatis meæ duodeuige-
„ ſimo Priſciani Cæſarieñ. literaria ſtudia in ſchola Pariſiorum aggreſſus ſum, bien-
Breuiloquum. „ nio poſt apud Rauracos Dictionarium collegi, quem appellaui Breuiloquum. Eo
„ tempore atq; eodem Baſileæ cis Rhenum in loco ſub Andronico Contoblaca na-
„ tione Græco linguam Græcã didici: quam elapſis inde quatuor annis inter Gallos
„ primo apud Genabũ, quas nunc Aurelianas uocãt, ſeminaui: ubi tẽpore ꝓtracto
„ & iuri ciuili operã dedi, & fui à doctoribus honore Papianiſtarũ decoratus, anno
„ Dñi, 1479. &c. Scripſi & Micropædiã, tunc Grãmaticam Græcã, eam anno poſt
„ Pictonibus Galliæ Aquitanis publice legi, atq; illic in Iure ciuili cathedrã merui.
„ Regreſſus inde in Sueuiã, uxore mihi ducta, ſumpſi Doctoris inſignia, populares
„ cauſas apud tribunalia & iudices exercens. Poſt hæc legationes ſuas narrat, unã
ad Maximil. Cæſarẽ, alterã ad Alexandrũ VI. pont. max. in quibus doctos Iudæos
„ Hebraicæ linguæ præceptores nactus eſt. Dictionariũ, inquit, Hebraicũ multo
„ & acri ſtudio ſolus & primus confeci, &c. Tribus itaq; uoluminibus totũ nego-
„ tium adiuuante Deo conficiã. Primũ erit de literis, ſyllabis, & dictionibus uſq; ad
„ ea uocabula quæ à K incipiunt: Secundum de dictionibus inchoantibus ab L, uſq;
„ ad finem uocabularij: Tertium de arte grammatica & eius exercitatione.

De accentibus & orthographia linguæ Hebraicæ libri 3. Cardinali Adriano dicati. Impreſſi Haganoæ apud Thomã Anshelmum in paruo fol. anno 1518. char-
„ tis 44. Ex præfatione. Librum de accentibus & orthographia Iudæorũ pri-
„ mus ego ſermone Latino ſcribo, & negotium ijs etiam operoſum, qui toti in artem
„ ac regulas conuenere legibus aſtringo, certisq; pronunciandi modis complector.
„ Recte autem diuidetur liber in tria uolumina ſecundũ accentus tria genera. Cum
„ enim quædam ſimplici enuncientur grammaticorũ uoce, quędam ornata rhetorũ
„ pronũciatione, quædã añ Muſicæ harmoniæ ſono: cõueniet in primo grãmaticũ,
„ in ſecundo rhetoricum, in tertio uolumine Muſicum accentũ ſtudioſis Hebraico-
„ rum diſcipulis exponere. Cæterũ in primo uolumine, primum de nominis, ſecun-
„ do de conſignificatiuæ partis, & tertio de uerbi accentibus tractabimus.

De uerbo mirifico libri tres, impreſſi olim in Germania, in fol. chartis 25. & Co-
„ loniæ in 8. Ex præfatione. Tantorum igitur uirorum motus ingenti amicitiæ
„ uinculo, tantas auſus ſum tenebras, & tam obfuſcata ſacratorũ, imò ſecretorum,
„ uerborũ latibula ingredi, & quaſi de adytis oraculorũ & uetuſtiſſimæ philoſophiæ
„ penetralibus, exponere noſtro ſæculo quantũ nobis memoria ſuppetit, uniuerſa
„ fermè nomina, quibus ſuperiori ætate ſapientes hoïes & miraculoſis operationib.
„ prædíti utebanť in ſacris, ſiue Pythagorica fuerint, & uetuſtiorũ philoſophorũ ſa-
„ cramenta: ſiue Hebræorũ Chaldæorũq; barbara memoracula, ſeu Chriſtianorum
„ deuota ſupplicia, quæ de illorũ libris atq; linguis in hoc opę prompte cernere licet.
„ Et paulò poſt. Triũ igiť philoſophorũ de Verbo mirifico diſputationẽ accipe, quos
„ inter ſe (ut ſectarũ cõtrouerſia cogere debuit) altercantes finxi, quo magis eluceſcat
„ occulta ſacrorũ nominũ ꝓprietas: de quibus & de tot numero atq; tantis, unũ tan-
„ dem, ſupreme quidẽ mirificũ beatificũq; nobis eligendi facilior præſteť occaſio. Et
„ ut breui argumento rem omnẽ cognoſcas: Sidonius de ſchola Epicuri primũ puta-
„ tus, deinde inuẽtus in nullius uerba iuraſſe oĩfariã philoſophus, cupiditate diſcẽdi
„ pegre ꝓficiſciť, poſt multa ingreſſus Sueuiã, philoſophos duos in oppido Phorcen
„ cõuenit, Baruchiã Hebrẽũ et Capnionẽ Chriſtianũ, cũ quibus de uarijs diſciplinis,

atq;

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [838] - 399r

atq; mox de ipsa diuinarum & humanarũ rerum scientia disserit, de opinione, de fide, de miraculis, de uirtutibus uerborum & figurarum, de arcanis operationibus & mysterijs signaculorum. Hoc modo uniuersarum gentium, quæ aliqua excellenti polleant philosophia, aut non illiberalibus cerimonijs, & sacrata nomina & consecrati characteres in quæstionem incidunt, fit enumeratio symbolorum à singulis pro suæ sectæ ritu diligenter, usq; dum Capnion in libro tertio, uix tandẽ ex omnibus sacris unum Iesuh nomen colligit, in quod omnium sacrorũ uirtus siue potestas refertur, quod est semper & super omnia benedictum.

Ex epistola Conradi Leontorij ab initio eiusdem libri. Condidit Capnion carmina multa & iucunda: cõscripsit plærasq; epistolares disputationes, quas sententijs Græcorum, etiam Hebræorum referit: & nuper de Verbo mirifico dialogũ, quo nihil unquam uidi nec facundius nec mirabilius: in treis autem libros diuidi-tur. Primus omnia secreta philosophiæ sub nomine Sidonij explicat. Secundus Baruchiam Iudæum omnia illa secreta nomina & portentifica & alia multa Hebræorum enodantem confingit. Tertius Capnionem fidem Christianam ex præscriptis duobus approbantem & demonstrantem inducit, ubi omnia uerba mirifica ad nomen Iesus ita applicat, ut illud ineffabile tetragrammaton, iam effabile factum esse demonstret.

De arte Cabalistica libri tres, impressi Haganoæ apud Thomam Anshelmum, 1517. in fol. chartis 42. præponunt ab initio totius operis capita per integrã chartã. Ex præfatione ad Leonem X. pont. max. Quare cogitans sola studiosis Pythagorica defuisse, quæ tamen sparsim in Academia Laurentiana delitescunt, credidi haud ingratum tibi futurum, si & ea foro afferrem, quæ Pythagoras nobilesq; Pythagorei sensisse dicuntur, ut tuo felici numine legerentur Latinis hactenus ignota. Id tamen absq; Hebræorum Cabala fieri non potuit, eò quod Pythagoræ philosophia de Cabalæorum præceptis initia duxit, quæ patrum memoria discedens è magna Græcia rursus in Cabalistarũ uolumina incubuit. Eruenda igitur inde fuerant ferè omnia. Quare de arte Cabalistica, quæ symbolica philosophia est, scripsi, ut Pythagoreorum dogmata studiosis fierent notiora. In quibus omnibus nihil affirmo, tantum utut opinantur infideles recito: qui Simonem Iudæum Cabalæ peritum audituri Francofordiæ in unam cauponã è diuerso itinere conueniunt, Philolaus iunior Pythagoreus & Marranus Mahometista.

IOANNES de Capistrano Aprucij oppido non longe ab Aquila urbe, ordinis fratrũ minorum sancti Bernardini Senensis olim discipulus, scripsit quædam non paruæ utilitatis opuscula, de quibus ad me pauca peruenerunt. T. cl. 1450.

De cupiditate,	lib. 3.	Nolite uobis thesauri.	
Contra Hussitas,	lib. 1.	Sermones uarios,	lib. 1.
De passione domini,	lib. 1.	Epistolas nonnullas.	

Et quædam alia.

IOANNES Capreolus, ordinis fratrum Prædicatorum, patria Tholosanus, scripsit ingenij sui monimenta clarissima, è quibus extant multa uolumina. T. cl. 1419.

Super sententias,	lib. 4.	Et sermones uarij,	lib. 1.

Ac quædam alia.

IOANNES Carion mathematicus, Buetickheimensis, natione Germanus, scripsit libros Chronicorum secundum quatuor monarchias mundi, lingua Germanica: qui Vuittembergæ impressus est, 1538. in 8. Obijt author ante paucos annos. Idem opus Latine redditum ab Hermanno Bonno, excusum Halæ Sueuorũ per Petrũ Brubachiũ, 1539. in 8. chartis 35. & Lugduni apud Frellæos, 1543. hac inscriptione: Chronicorum libellus, maximas quasq; res gestas ab initio mundi, apto ordine complectens, ita ut annorum ratio, ac præcipue uicissitudines, quæ in regna, in religionem, & in alias res magnas incidunt, quàm rectissime cognosci queant.

Ex præfatione authoris ſcripta anno 1531. ad Ioachimum Marchionem Brandenburgenſem. Hæc Chronica conſcribenda mihi ſumpſi, in quibus pro uiribus, ordine quàm potuit fieri accuratiſſimo, monarchias, & alias inſignes res geſtas mutationesq́, quæ ſubinde in imperijs acciderunt, breuiter comprehendere & commemorare ſum conatus. Qui inter Heluetios noſtros hiſtoriarum patriæ non imperiti ſunt, plæraq́ falſa eum de rebus noſtris ſcripſiſſe affirmant. D. Heinrychus Bullingerus in Reſponſione ad Ioan. Cochlei libellum de Scripturæ & Eccleſiæ authoritate, circa finem capitis 29. redarguit ea quæ falſò tradidit, de clade Tigurina, accepta anno 1531. à confœderatis Heluetijs. Vidimus & Ephemerides aliquot annorum, & practicas (ut uocant) aſtrologicas, ab hoc authore Germanice ſcriptas: quarum una continet iudicia & præſagia ab anno, 1536. uſq́ ad 14. proxime ſequentes.

T. cl. 1140. IOANNES Carnotenſis epiſcopus, patria Salesberienſis, beati Thomę Canthuarienſis archiepiſcopi quondam diſcipulus, ſcripſit multa præclara uolumina, ſed pauca eorum ad manus noſtras peruenerunt. Legi opus inſigne de nugis curialiũ & philoſophorum, quod prænotare uoluit.

Polycraticon,	lib. 8.	Iocundiſſimus tum in mul.
Pœnitentiale,	lib. 1.	Cum miſerationes domini.
Vitã S. Thomæ archiepiſcopi,	lib. 1.	Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1.

* Polycraticus de nugis curialium & ueſtigijs philoſophorum, libris 8. Opus impreſſum, 1513. chartis 47. in 8. apud Conſtantinum Fradin, loci nomen non additur. Policratici titulum inditum reor, propter argumenti uarietatẽ, quod multa uariaq́ contineat.

Ex præfatione authoris ad Cancellarium Henrici ſecundi regis Angliæ, ubi conqueritur ſe circiter duodecim annos curiam ſectatum eſſe, & uitam inter nugas duxiſſe. Hoc opus (inquit) nugas pro parte continet curiales, & his magis inſiſtit, quibus urgetur magis: pro parte autem uerſatur in ueſtigijs philoſophorum, quid in ſingulis fugiendum ſit, aut ſequendum, relinquens arbitrio ſapientis. Et paulò poſt. Quæ uero ad rem pertinentia à diuerſis authoribus ſe animo ingerebãt, dum conferrent aut iuuarent, curaui inſerere, tacitis interdum nominibus authorum: in quibus ſi quid à fide ueri longius abeſt, mihi ueniam deberi confido, qui non omnia quæ hic ſcribuntur, uera eſſe promitto: ſed ſiue uera, ſeu falſa ſunt, legentium uſibus inſeruire: neq́ enim adeo excors ſum, ut pro uero aſtruam, quia pennatis auibus quondam teſtudo locuta eſt, &c. Et paulò poſt. Si tamen & alicubi authorum aliter quàm ſcripſerim inueniatur: non ideo conſtabit me eſſe mentitum, cum in ſtrategematicis hiſtoricos, qui frequenter abinuicem diſſident, ſim ſecutus: & in philoſophicis academice diſputans, pro rationis modulo, quæ occurrebant probabilia ſectatus ſum. Nec academicorum erubeſcò profeſſionem: qui in his quæ ſunt dubitabilia ſapienti, ab eorum ueſtigijs non recedo. Licet enim ſecta hæc tenebras rebus omnibus uideatur inducere: nulla ueritati examinandæ fidelior, & authore Cicerone, qui ad eam in ſenectute diuertit, nulla profectui familiarior eſt. In his ergo quæ incidenter de prouidentia & fato & libertate arbitrij & ſimilibus dicta ſunt, me academicum potius eſſe noueris, quàm eorum quæ dubia ſunt, temerarium aſſertorem. Scripturarum quoq́ teſtimonijs ad commodum explanandæ ſententiæ quandoq́ uſus ſum. Inæqualitas autem uoluminum, uarijs eſt occupationibus aſcribẽda, quibus in curia ſic detractus ſum, ut uix aliquid ſcribere quandoq́ licuerit. Singuli libri in aliquot capita cum ſuis inſcriptionibus diuiduntur: quorum tabula ponitur ab initio operis: nos præcipua tantum huc annotabimus.

Capita librorum 8.

1 Fortunatis quid obſit. Quid in ſtudijs alienum.

Officio-

Officiorum distributio ex Politica. De uenatica, & exercitio, & alea.
De musica & instrumentis. De dissimilitudine Augusti & Neronis.
De histrionibus & mimis. De præstigijs.
De magia & uarijs diuinationibus ac omnibus. (ticularibus.
2 Quod omina uana sint. De signis & prodigijs uniuersalib. ac par-
De signis & calamitatibus, alijsq; gestis circa Excidium gentis Iudaicæ.
Rursus de signis & an contra naturam fiant.
De somnijs, & eorum speciebus, &c. De mathematica duplici.
De prouidentia & præscientia Dei. Iterum reprehendit mathematicam.
Quod quę significant mutari possunt. Sententia & consilium Dei an mutentur.
Rursus de uarijs diuinationibuus: ac de malignis spiritibus.
3 Salus uniuersalis & publica. Prima contemplatio hominis sapientiã af-
De superbia & concupiscentia. (fectantis.
De adulatione & adulatoribus per totum hunc librum.
De mundana comœdia & fabula: & mundi elysijs, &c.
De munuscularijs, promissarijs, rationalibus & secretarijs diuitum.
De amicitia diuitum.
4 Differẽtia principis & tyranni. Lex.
Institutio, officia et uirtutes principis. Ex quib. causis transferantur principatus
5 Ex Plutarcho quædam de principe & republica. (& regna.
De reuerentia personarum & rerum.
De pœna eorum qui ministris ecclesiæ & locorum uenerabiliũ iniurias inferunt.
De absolutione. De principis, & illorum officijs qui circa
principem sunt, ut consiliarij, præsides, proconsules, iudices, causidici.
De iudicijs. De ratione instrumentorum.
De crimine repetundarum. Pecuniã contemnendã esse præ sapientia.
6 De militia, re militari, & militibus, multa uariaq;.
De republica & magistratu. Leuitas loquẽdi simul & audiẽdi uitanda.
Vitia potestatum ferenda sunt. De cohærentia capitis & membrorum rei-
publicæ: & quod princeps quædam imago deitatis est: de crimine maiestatis.
Vitia ferenda aut tollenda esse, & à flagitijs distare.
De officio principum epilogus, & quanta eis reuerentia debeatur.
Contra Gnathonicos, & rursus in fine libri contra eosdem.
Contra calumniatores pauperum. De laudatione merita & aliena.
De populo & principe.
7 De academicis, & multis alijs philosophis.
Modus discendi, legendi, & uere philosophandi.
De fine Epicuri. De amore diuitiarum.
De ambitione. De hypocrisi.
De inuidis & detractoribus. De libertatis amore.
8 De septem principalibus uitijs & sequela eorum secundum S. Gregorium.
De gloria, laude, & moderatione largitionum.
De gnathonibus & thrasonibus. De auaritia & liberalitate.
De amore iusti, commodi, libertatis, & dominandi.
De luxuria & libidine. De cibarijs & sumptuarijs legibus ueterũ.
De conuiuio philosophico & ciuili, ac eiusdem legibus sumptuarijs.
De ciuilitate, conuiuandi regula, cauenda ebrietate & obseruantia cõuiuantium.
De molestijs coniugiorum. De pernitie libidinis.
De humanitate in seruos: & de trium reliquorum sensuum uoluptate.
De frugalitatis commendatione. Quod nihil ad gloriam fructuosius est lau-
de & fauore bonorum, & maxime scriptorum.

De honestate & gloria, liberalitate & auaritia.
De quatuor fluminibus, quæ de fonte libidinis oriuntur, &c.
De tyrannis multa & uaria. Epicureos nunquam assequi finẽ suum.
Quæ uia fidelissima sit ad assequendum, quod Epicurei appetunt uel pollicentur.
Ab initio libri post indicem capitum habetur satis prolixa authoris Elegia, qua suũ opus alloquitur.

IOANNES episcopus Carpathius scripsit, πρὸς τοὺς ἀπὸ ινδίας προτρεψαντας μοναχους παρακλητικὰ κεφάλαια. Item capita practica, numero 117. περὶ ἀσκήσεως.
Extant Græce in quadam bibliotheca Italiæ, Florentiæ opinor aut Romæ.

IOANNES Carrassa scripsit de Simonia.

T.M. 431. IOANNES Cassianus, natione Scytha, beati Ioannis Chrysostomi Constantinopolitani episcopi quondam auditor, scripsit plura opuscula, in quibus etiam apud interpretem uenustas eloquij conspicitur, è quorum numero feruntur:

De incarnatione domini, lib. 7.
De institutis monachorum, lib. 4. De institutis ac re.
De octo uitijs capitalibus, lib. 8. Quintus nobis iuuante.
Collationes sanctorũ patrũ, lib. 24. Cum in eremo Scythi.

In his collationibus sanctorum utilis & necessaria monachorum institutio est, sed quia per beatum Prosperum de arbitrij libertate in certis reprehenditur, opuscula eius inter apocrypha computantur.

Ex Gennadio. * Cassianus natione Scytha, Constantinopoli à Ioanne magno episcopo diaconus ordinatus, apud Massiliam presbyter condidit duo, id est uirorum & mulierũ monasteria, quæ usq; hodie extant. Scripsit experientia magistrante plano & libato sermone, & (ut apertius dicam) sensu uerba inueniens, & actione linguam mouens, res omnium monachorum professione necessarias, id est, De habitu monachi, De canonico orationum atq; psalmorum modo (qui in monasterijs Aegypti die noctuq; tenentur) libros tres: Institutionum librum unum: De origine & qualitate ac remedijs octo principalium uitiorum libros octo, singulos scilicet de singulis uitijs libros expediens. Digessit etiam collationes cum patribus Aegypti habitas (quarum singulas inscriptiones paulò post referemus.) Et ad extremum rogatus à Leone archidiacono, postea urbis Romæ episcopo, scripsit aduersus Nestorem de incarnatione Domini libros septem. Et in his scribendi apud Massiliam, & uiuendi finem fecit, Theodosio & Valentiniano regnantibus.

Cassianus de Institutis cœnobiorum ad Castorem episcopum, lib. 4. Collucutio, siue De origine & causis curationibusq; octo principaliũ uitiorum, lib. 8. nempe, de spiritu gastrimargiæ, fornicationis, philargyriæ, iræ, tristitiæ, accidiæ, cenodoxiæ, superbiæ. Collationes patrum. Opus recens in capitula distinctum, & impressum Basileæ, anno 1485. in fol. cum indice: chartis 109. nullo interpretis nomine adscripto.

Index Collationum, quæ sunt responsiones patrum ad ipsius interrogata.

Ad Leontium episcopum & fratrem Helladium Collationes decem in Scythica eremo commorantium patrum, uidelicet: Moysi duæ, De destinatione monachi ac fine, De discretione. Pafnucij una, De triplici ad seruiendum Deo uocatione & renunciatione. Danielis una, De pugna carnis aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Serapionis una, De impugnatione omnium uitiorum. Theodori una, De prosperis & aduersis huius sæculi, & causis flagellorum Dei. Sereni duæ, De spiritalibus nequitijs: & De principatibus ac potestatibus. Isaac duæ, De qualitate orationis: & De eiusdem iugitate.

Ad Honoratum episcopum & Eucherium septem aliæ Anachoretarum in Thebaide Aegypti eremo consistentium, hoc est: Cheremonis tres, De perfectione, De

De castitate, & De protectione Dei. Nesterotis duæ, De scientia spirituali, & De charismatibus diuinis. Ioseph duæ, De amicitia uera, & De diffiniendo, id est, promittendo, uel non diffiniendo.

Ad Iouinianum, Mineruium, Leontium, & Theodorum septem aliæ, quæ sunt quinq; abbatum in ulteriores Aegypti partibus habitantium, id est: Pyamonis una, De tribus antiquis monachorum generibus & quarto nuper exorto. Ioannis una, De uita cœnobitica & eremitica. Pynufij una, De satisfactione pœnitentiæ. Theonæ tres, De remissione Quinquagesimæ, De nocturnis illusionibus: & De eo quod dicit apostolus, Non enim quod uolo bonũ facio, sed quod odi malum hoc ago. Abraham una, De mortificatione. Ad huius scriptoris libros legendos Cassiodorus monasterij sui fratres hortatur.

De incarnatione Domini libri 7. iam recens impressi Basileæ, 1534. in 8. apud Andream Cratandrum, chartis 18. & dimid. cum indiculo: & Cyrilli sermone, de eo quod uerbum Dei factum sit homo. Quis autem Latine reddiderit hos Cassiani libros, reticetur. Cæterum Cassianus in primo libro refutat eos, qui perperã sentiebant de natura Christi, ut qui non ab æterno Deus fuisset, sed merus homo natus, uirtutibus suis & uitæ passionisq; merito diuinitatem ceu præmium assumpserit: & Leporij monachi, qui prius in ea hæresi fuerat, resipiscentis palinodiã et Christianam confessionem recitat. Quid autem in cæteris libris singillatim agat, perotium inspicere non licuit. *Cyrilli sermo.* *Leporius.*

Cassiani scripta extant etiamnum Græce in bibliothecis Italiæ: ex quibus nominatim expressa legi, librum de octo uitijs, & Collationes octo: item unam ad Leontium De discretione.

Cassiani libros Dionysius ad faciliorem stylum propter simpliciores monachos redegit: ut supra diximus ex Trittemio.

IOANNES monachus Castelleñ. cœnobij, in diœcesi Eystetensi, ordinis S. Benedicti, natione Teuthonicus, scripsit multa & præclara uolumina, è quib. ego reperi duntaxat, opus magnum & clarissimum in duobus uoluminibus partitum: T.

Super regulam S. Benedicti,	lib. 2.	Breuiarium Bibliæ,	lib. 1.
Sermones de tempore,	lib. 2.	Sermones de sanctis,	lib. 1.
De passione Domini sermones 42.	lib. 1.	Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.

Alia insuper multa ædidit, quæ ad notitiam meam adhuc non uenerunt.

IOANNES Charax Grammaticus, allegatur in Græco libro Varini Camertis, quem Cornucopiæ inscripsit: & puto aliquid eius adhuc extare.

IOANNIS Chartophylacis τῆς πρώτης ἰουστινιανῆς & totius Bulgariæ, cognomẽto Pediasimi, liber Græcus de nuptijs, extat Romæ in Vaticana bibliotheca.

Synopsis de mensione & partitione terræ: seruatur alicubi in Italia.

Priuatæ quædam enarrationes in Cleomedis locos aliquot obscuriores. Has uidi Bononiæ in bibliotheca S. Saluatoris. Vide Io. Diac.

IOANNIS Cheradami cuiusdam præfationes Græcæ in nouẽ Aristophanis comœdias, singulæ in singulas: excusæ Parisijs apud Gormontium cum ipsis comœdijs.

IOANNES Christophori, ordinis fratrum Prædicatorum, de cuius cõmentarijs subiecta uolumina feruntur, uidelicet: T. cl. 1260.

In Euangelium Matthæi,	lib. 1.	In Marcum,	lib. 1.
In Lucam,	lib. 1.	In Ioannem,	lib. 1.
In omnes epistolas Pauli,	lib. 14.	Et alia multa.	

IOANNES monachus & presbyter, cognomento Chrysoras, natione Damascenus ex Syria, scripsit Græco sermone, T. cl. 730.

Contra Leonem imperatorem imagines sanctorum spernentem, lib. 2.

Et quædam alia.

* Est & alius Ioan. Damascenus, de quo inferius.

Oratoriã puer sub Libanio rhetore, philosophiam didicit sub Andragathio.

IOANNIS Chrysostomi archiepiscopi Constantinopolitani (qui mortuus est, ut scribit Trittemius, anno 411.) opera, quæ hactenus uersa sunt omnia, ad Græcorũ codicem collationem multis in locis emendata. Accessere non pauca hactenus nõ uulgata, uelut Commentarij in utramq; ad Corinthios epistolam, & aliquot Homiliæ in Acta apostolorum. Sunt autem Tomi quinq;, impressi Basileæ in officina Frobeniana, 1530. in magno fol. cũ indice copioso: chartis 941. Sunt & alia quædam apud Heruagium deinde impressa, & quædam Græce in Italiæ bibliothecis adhuc latent, de quibus dicam posteaquam enumerauero Frobenianã æditionem. Ex præfatione D. Erasmi Rot. ad Christophorum à Stadio episcopum Augusteñ.

» Nunc prodit diuus Ioannes Chrysostomus, mellitissimus ille cõcionator, Christiq; præco indefatigabilis, cui iure optimo ob sapientissimam eloquentiam, & eloquentissimam sapientiam, oris aurei cognomen tributum est: sunt qui Maximum appellent, &c. Non commemorabo quantum maiestatis accesserit uoluminibus, ex amplitudine chartarum, ex elegantia dignitateq; formularum: Illa dicã quæ propius ad rem pertinent. In antehac excusis diui Chrysostomi lucubrationibus, qui suppersunt interpretes sua quisq; diligenter recognorũt, quod & à me factum est non oscitanter. Inter ueteres interpretes multi sunt, qui neq; Græce neq; Latine satis calluerunt. Horum interpretatio per doctos uiros ex collatione Græcorum codicum plurimis in locis emendata est. Quod genus est illud Aniani, qui uertens commentarios in Matthæum, in ipso statim limine impegit, πλείστου πλοῦν transferens secundas diuitias: Item illud Franc. Aretini in ipso statim frontispicio commentariorum in priorem ad Corinth. epistolam, ubi ὕπνωμ transtulerat opinionem pro fastu. Sufficiat hoc gustus dedisse gratia: neq; enim hic consilij est omnes interpretũ lapsus prodere, quorum infinitus est numerus. Pro sex libris de dignitate sacerdotali parum feliciter uersis suppositimus interpretationẽ elaboratam Germani Brixij, cuius & Babylam adiunximus. Postremo præter omnia, quæ hactenus excusa fuerant, adiecimus non mediocrem accessionem: ueluti Cõmentarios in priorem ad Corinthios epistolam, quos Franc. Aretinus absoluerat usq; ad Homiliam 20. quod deerat suppleuit uir utriusq; linguæ peritissimus Simon Grynæus. Itẽ Commentarios in secundam ad Corinthios epistolã, quos ego uerti usq; ad Homiliã 8. libenter progressurus, nisi phrasis mihi suspicionem mouisset, opus hoc non esse Chrysostomi γνήσιον: Quod supererat alius transtulit non indoctus. Cõmentarijs in Acta, adiecimus homilias duas, præter eas quas prius dederamus: Verũ & hic eadem causa quam modo retuli, persuasit institutum relinquere. Sunt amici, qui nobis ex Italia promittunt & alias quasdam Chrysostomi lucubrationes, quas si nanciscí continget, certa autem spes est fore ut contingat, idq; breui, non grauabimur eas Christianæ philosophiæ studiosis communicare. Ex Vita diui Chrysostomi, quam D. Erasmus, ex Historiæ quam Tripartitam uocant libro decimo magna ex parte concinnauit. In alijs Ecclesiæ doctoribus alias diuini spiritus dotes admiramur, hic sic miscuit utile dulci, ut nemo felicius. Sed inter uaria spiritus dona, præcipue in illo eminet τὸ διδασκτικὸν, quod potissimũ in episcopo requirit beatus Paulus apostolus. Quis enim docet euidentius? Quis hæreticos refellit acrius? Quis in mores declamat uel frequentius, uel liberius? At contra quis id facit popularius? Tanta charitatis suauitate condulcat etiam illa, quæ natura sunt amara. Quosdam uix ferimus adulantes, hunc & obiurgantem possis amare. Iam quanta ubiq; cura prouidentiaq; pauperum, quàm sollicita ad humanitatis officia cohortatio, quàm diligens monachorum commendatio, quos tum mundus, opinor, habebat optimos. Omitto quod uix alius plura scripsit, nec in his ullum est argumentum quod non tractet ea quæ sunt Christianæ pietatis, &c. Cumq; tantus esset tum eruditione, tum eloquentia, tamen incredibili quodam iuuandi studio, quicquid ferè scripsit, accommodauit auribus populi, eoq; ad huius captum demisit

Quid accesserit in hac æditione.

Anianus.

Fr. Aretinus.

Germ. Brixius.

Fr. Aretinus.

orationis

orationis habitum, quasi præceptor cum puero discipulo balbutiat, &c. Iam nihil
est tam reconditum in diuinis literis, quod ille tractando nõ reddiderit theatricum,
ut ita loquar, ac populare. Sic eruit quę sunt abstrusa, sic ostentat, sic ingerit oculis,
&c. Metaphoris & collationibus, quoniam plurimum conducunt, & ad lucem, &
ad iucunditatem orationis, frequenter utitur, in quibus inueniendis quidē mirus
est, sed multo mirabilior artifex in tractandis. Addit subinde stimulos, nunc collau
dans illorum docilitatem, nunc obiurgans segnitiem, nunc pollicens se digna co-
gnitu prolaturum, si conspiciat attentos & auidos: nunc aliis atq; aliis nominibus
commendans argumentum quod tractaturus est: nonnunquam repetens quæ pri
die dixerat, nec raro faciens idem in eadem concione, &c. Nec sententias argutas,
nec epiphonemata captat usquā, quibus solet excitari concionis acclamatio, quod
dictionis genus placuit Hieronymo & Ambrosio: nec iocos admiscet, in quibus
frequens est, interim & immodicus Tertullianus, frequentior Hieronymus: sed
perpetua quadam orationis iucunditate facilitateq; detinet auditorem, pietate dele
ctans uerius quàm facetia. Et aliquanto post. Operum illius certum indicem
non habemus. Apud Suidam, haud scio quis non indoctus, primam laudē tribuit *Suidas.*
operi de sacerdotio, quod non alibi stylo sit usus grandiore, nec magis elaborato:
proximam commentariis in Ioannem, Matthæum, Marcum, & Lucā, quos libros
utinam haberemus omneis. In catalogo scriptorum Ecclesiasticorum hæc tan-
tum de illo Hieronymus. Ioannes Antiochenæ ecclesię presbyter, Eusebij Emi- *Hieronym.*
seni, Diodoriq; sectator, multa componere dicitur, de quibus περὶ ἱερωσύνης tantum
legi. Diuus Augustinus sex librorū contra Iulianum primo respondet loco cui-
dam per Iulianum citato ex homilia de baptizatis, cuius initium est: Benedictus
Deus, qui fecit mirabilia solus: & ipse citat ibidem testimonium eius ex Commen- *Cõmentarij*
tarijs illius in epistolam ad Romanos. De opere in Matthæum imperfecto, suo lo- *in Matth.*
co ponemus nostrum iudicium, quod extra controuersiam est, Ariani cuiuspiam
esse, licet eruditi. Commentarium in epistolam ad Hebræos, tametsi lectu non in- *In Epistolã*
dignum, titulus ipse uerecunde significabat non esse Chrysostomi, indicans post *ad Hebr.*
mortem illius ædítum. De Commentarijs in Acta apostolorum, deq; Commen *In Acta*
tarijs in secundam ad Corinthios epistolam iudicent me doctiores, ego prorsus in *apostolorũ.*
eis Chrysostomi phrasin pectusq; desiderio. Nec enim ut Chrysostomus uidearis, *In 2. ad*
satis est, subinde repetere, ὁρᾷς πῶς, τί δέ τοῦτο; ὁ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν, σκόπει δὲ ὅτως: *Corinth.*
quibus tropis ille interdum uel excitat oscitantem auditorem, uel adiuuat tardum.
Etiam in illis maxime popularibus uis quędam est & spiritus Chrysostomi: ea simij
non possunt exprimere. Nec satis est post enarratam scripturæ partē in locos com
munes excurrere. Hoc pari facilitate facere difficillimum est. Loca quæ citan-
tur è sacris uoluminibus, in his dūtaxat quæ nos uertimus, reddidimus iuxta Græ-
cam lectionem, quam in codice comperi. Græcorū autem lectio, non uidetur esse
tantum Septuaginta, sed ex Aquilæ quoq; Symmachi ac Theodotionis æditione
temperata. Cæterum quo minus Latinam æditionem suppoſuerim, illud obstitit,
quod aliquoties sententiæ tenor non quadrat ad nostram lectionem: Id frequenter
accidit in Nouo Testamento: sed in uetere multo crebrior & insignior est lectionis
uarietas. Et consentiunt in citando Græci authores, Gregorius Nazianzenus,
Basilius, Chrysostomus, Athanasius, Theophylactus, Cyrillus, alijq; quorum eru-
ditissimis lucubrationibus uehementer illustratur Christiana philosophia: ut uel ob
hanc tantam utilitatem operæpretium fuerit, nouí Testamenti libros iuxta Græco
rum lectionem tradi Latinis auribus, quod à me pridem, magno reclamantiū stre-
pitu, sed ingenti studiosorum fructu factum est. Idem ut ab alijs curaretur in uete-
ris Testamenti uoluminibus, maior etiam inuitauit necessitas. His uero qui nobis
Cyrillum, Chrysostomum, ac Theophylactum uerterunt Latine, quoniam uulga-
tam Latinorum uersionem supponere maluerunt, sæpe ridiculum quiddam acci-

» dit, aliud sonet uox contextus, aliud cithara commentarij.

Ioan. Chrysostomus Basilij quemadmodũ in literis, sic etiam in professione syncerioris uitæ socius, atq; (ut ita loquar) Achates, quicquid ferè scripsit, ad popularẽ captum accommodauit, eoq; fusior est ac simplicior: & in locis communibus spatiari maluit, quàm in difficillimis uersari quæstionibus. Et paulò post. Chrysostomus non dissimilis est Augustino, Gregorius Ambrosio. D. Erasmus in præfatione super 38. orationes Greg. Nazianzeni à Bilibaldo Birck, conuersas.

Catalogus operum D. Ioan. Chrysostomi, quæ anno 1530. ex officina Frobeniana prodiuerunt Basileæ.

TOMO primo continentur, Des. Erasmo Roterod. interprete,
Aduersus Iudæos orationes quinq;.

De Lazaro, homiliæ quatuor, quarum Prima inscribitur, Homilia post Calendas, de ijs qui eius diei postridie inebriantur, deq; ijs qui cõmeant ad cauponas, ac popinas, quiq; choreas ducunt per ciuitatem: præterea quod non oporteat præcepto rem desperare de discipulis, etiamsi non protinus obtemperent: postremo de Lazaro mendico ac diuite. Secunda concio de Lazaro: & quod animæ morte uiolenta decedentium non fiunt dæmones, deq; iudicio & eleemosyna. Concio tertia, & quare non dixerit cepisti, sed recepisti, & quamobrem iusti incidunt in pericula, quum peccatores effugiant. Quarta de Lazaro, quodq; conscientia solet nos commonefacere ueterum delictorum. Item de Ioseph.

De uisione Esaiæ, & Osia rege lepra percusso, homiliæ quinq;: quarum prima inscribitur: Homilia in laudem eorum qui cõparuerunt in ecclesia, quæq; moderatio sit seruanda in laudando. Item de hoc quod scripsit Esaias: Vidi Dominum sedentem in throno excelso, &c. Secunda: De eodem. Tertia: in primum librum Paralipomenon, ubi dicitur: Elatum est cor Oziæ: deq; modestia, tum quod hominem uirtute præditum non oporteat esse confidentem, deniq; quantum malum sit arrogantia. Quarta super eisdem uerbis Esaiæ, deq; ciuitate Antiochiæ, & aduersus eos, qui prohibent nuptias. Quinta super eisdem, & quod Ozias iure sit affectus lepra.

De beato Philogonio, deq; digne sumenda eucharistia. Aliàs, De Philogonio, qui fuit ex patrono causarũ factus episcopus, & quod nihil æque reddit nos Deo probatos, atq; si studiosi simus earum rerum quæ publicæ cõducunt utilitati, & quod negligenter adeuntes mysteria grauissime puniuntur, etiamsi semel tantum in anno scelus hoc commiserint. Dicta est autem quinq; diebus ante natalem Christi.

In epistolam Pauli ad Philippẽs. Homiliæ 2.

» De orando Deum libri 2. Censura Erasmi Rot. Posterior hæc oratio uideri poterat non esse Chrysostomi, sed eruditi cuiuspiam, qui sese exercuerit ad æmulationem prioris: nisi malumus Chrysostomum eadem de re diuersis temporibus dixisse.

» In Acta apostolorum homiliæ 4. Censura Erasmi Rot. Quum aggressus » essem uertere Commentarios in Acta apostolorũ, cœpi de titulo subdubitare, non » quod displiceret opus, sed quod stilus haberet concisum quiddam & abruptum, » id quod à phrasi Chrysostomi uidebatur alienum. Quanquam alioqui multa con» gruebant, crebræ percontatiunculæ ac dialogismi, & illud ὄρα & ὁρᾷς, quibus sub» inde Lectori renouat attentionem: Ad hæc digressiones locorum cõmunium, præ» sertim sub finem homiliarum, ut si non sit Chrysostomus, simium quempiam hu» ius fuisse oporteat. Verum hic iudicio meo nolui fidere, proinde paucas homilias » in gustum dedimus, daturi reliquas uolente Domino, si docti censebunt opus esse » Chrysostomo dignum.

Francisco

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [846] - 403r
PUBLIC DOMAIN

Francisco Aretino interprete,
In epistolam Pauli ad Corinthios primam, Homiliæ usq; ad 20.
Simone Grynæo interprete,
In eandem Homiliæ, usq; ad 44.
D. Erasmo Rot. interprete,
In secundã ad Corinthios epistolam, Homiliæ 29. Vide supra in præfatione Erasmi, ante librorum enumerationem, ubi dubitat an hoc opus Chrysostomi sit.
In epistolã ad Galatas enarratio, à nemine antea conuersa: cum præfatione Erasmi ad Ioannem Card. Lotharingiæ.
Germano Brixio Altissiodorensi interprete,
Liber contra gentiles, Babylæ episcopi ac martyris uitam continens.
Innominato interprete,
De libello repudij, in dictum Pauli, Mulier alligata est legi, quanto tempore uixerit uir suus, &c.

TOMO secundo continentur, Innominato interprete,
Homiliæ 45.

1 & 2 In Psalmum 50. Miserere mei Deus.
3 In Psalmum 122.
4 In Psal. 150. Laudate Dñm in sanctis eius.
5 De beato Iob.
6 De ascensione Heliæ.
7 De natiuitate septẽ Machabęorũ,
8 De tribus pueris.
9 De sancta Susanna.
10 De fide in Christo.
11 De Lazaro resuscitato.
12 De muliere Cananæa.
13 De scandalis huius mundi, in Euangel. Matthæi, Væ mundo.
14 De principijs Euangelij secundum Marcum.
15 In Euangelium secundum Lucam de diuite.
16 In Euang. secundũ Ioannem.
17 De recipiendo Seueriano. Seuerianus.
18 Ipsius Seueriani sermo de pace, cũ suspectus esset à b. episcopo Cõstantinop.
19 Ad Eutropium.
20 Cum de expulsione ipsius ageretur.
21 Ad Theodorum monachũ.
22 De militia spirituali.
23 De militia Christiana.
24 De patre & duob. filijs in Euangelio.
25 Ad neophytos.
26 De turture, cui ecclesiam comparat.
27 Dicta cũ redijsset ex Asia Constantinopolin.
28 Post reditũ prioris exilij.
29 Quod nemo lædatur nisi à seipso, prolixa homilia.
30 De proditione Iudæ.
31 32 De cruce & latrone.
33 De cruce Dominica.
34 De natiuitate Domini.
35 Dominica prima Aduentus Domini, incerto interprete.
36 Dñicæ 18. & 22. post Pentecostes.
37 Dominicæ 18. post Pentecostes.
38 De inuentione sanctæ crucis.
39 In commemoratione S. Pauli.
40 Ex capite Matthæi secundo, in festo innocentium.
41 Ex eodem in uigilia Epiphaniæ.
42 Ex eodem in Epiphania Domini.
43 Ex capite Matthæi quarto, Dominica prima in quadragesima.
44 Ex capite Matthæi quinto, in festo sanctorum Innocentum, aliâs Io. & Pauli.
45 Ex capite Matthæi sexto, feria quarta Cinerum.

Germano Brixio Altissiodorensi interprete,
De sacerdotio libri sex.
Incerto interprete,
De compunctione cordis libri duo ad beatum Demetrium.
De prouidentia Dei ad Stargirium monachum Arreptitium libri 3. Secundus de angore animi inscribitur. Sermones 36.
1 De malis à nobis euertendis.
2 De nequitia depulsa, & uirtute inducta.
3 Contra gulam & cæteras corporis uoluptates.
4 De misericordia Dei.

5 De nulla regni ſpe uel honoris, ſed amore & charitate ingenti.
6 De inanis gloriæ cupiditate.
7 De gratijs reddendis Deo, non ſolum uerbis, ſed etiam operibus.
8 Virtutibus progenitorum ne confidamus, neq; uitijs eorum trepidemus.
9 Contra deſperationem & ſuperbiam.
10 Ne pauperes & ſtipem petentes curioſe ſcrutemur.
11 Vt benedicamus maledicentibus, Chriſti & ſanctorum exemplo.
12 Carnis concupiſcentias ne ſectemur, quæ generant mortem.
13 Ne ſcandalum cuiquam fratrum ponamus.
14 Diligamus omnes, etiam perſequentes.
15 Dauidica cantica diuerſis ſubſeruiunt noſtris conſolationibus, & meditationibus. 16 De eleemoſyna.
17 Deum laudemus fide formata exemplo ſanctorũ: dignus eſt enim omni laude.
18 De amore Dei, & tolerantia in aduerſis.
19 De præmijs ſanctorũ, diuerſisq; honoribus apoſtolorũ: & de geenna, ſi ſit, &
20 Quod diſpenſatio rerum tuarum per teipſum exequenda eſt. (ubi ſit.
21 Ne deſperemus ſi in bene operando tardi fuimus.
22 De uanitate & breuitate præſentis uitæ.
23 De charitate quæ cuncta dirigit & perficit.
24 Quod nulla reſideat apud nos, uel, de excludenda uitiorum memoria.
25 De aſcenſione Domini. 26 De Pentecoſte.
27 De natiuitate ſancti Ioannis Baptiſtæ.
28 De decollatione eiuſdem, ubi tractatur de muliere mala.
29 De pœnitentia. 30. De ieiunijs & Geneſeos lectione.
31 De natali innocentũ. 32 Quomodo primus homo oĩ prælatus ſit creaturę.
33 De lapſu primi hominis. 34 De fide Abrahã et immolatione Iſaac.
35 De commemoratione S. Pauli. 36 De uirtutibus & uitijs, cum epiſtola nuncupatoria innominati interpretis nequaq; indocti ad generoſas quaſdã uirgines.

Theodoro Gaza Theſſaloniceñ. interprete,

De incõprehenſibili Dei natura, contra Anomœos, abſente epiſcopo, Homiliæ 5.

Ex præfatione Theod. Gazæ ad Alphonſum regẽ Neapoli: Poſtquam oſtendit q̃ multa regi & ſacerdoti cõmunia ſint, & ipſius Alphonſi in rebus ſacris doctrinam

Mauritius. laudauit, hæc uerba ſubdit. Poſt Mauritij illos de re militari libros, quos anno ſuperiori obtuli tibi, ut iudici peritiſſimo eorum, quæ imperator ille & geſſit & ſcripſit: has de incomprehenſibili Dei natura orationes quinq; Io. Antiocheñ. cognomine Chryſoſtomi, conuerti. Fuit is certe facundior cæteris Chriſtianæ religionis doctoribus, & copioſior (& quanquam more eccleſiæ, uel in grauitate ſermonis, uel in exquiſito Atticæ linguæ uſu negligenter) aut Gregorio, aut Baſilio eiuſdem profeſſoribus & prædicatoribus Chriſtianæ religionis, tum in exponendis ſacris codicibus, tum magna utilitate populi, ad dilatandum argumentum, ad amplificandam ſententiam, ad exemplorum copiam: ad facilem & omnino accommodatam, tum ad populi aures, tum ad religionis præcepta elocutionẽ, ad memoriam omnium, quæ officium doctoris Chriſtiani requirit: Hic meo iudicio anteponendus eſt cæteris: nec eſſe arbitror quempiã, qui, ſi modo quæ is Græce diſſeruit, aſſequatur, aliter ſentiat. Vnde hic iure optimo cognomen id Chryſoſtomi meruit, ab oris aureo flumine, quod idem datũ eſt Pruſienſi Dioni: ſed eò dignius Ioanni noſtro, quo longe hic plura, & ad hominum uitam moresq; utiliora, quàm Pruſienſis ille, ſcripſit, prædicauit, & docuit, &c. Vixit tanta probitate morũ, & ſanctimonia illuſtris, ut nomen ſancti acceperit.

Laus diui Chryſoſtomi.

Guolphango Fabritio Capitone interprete,

Paræneſis prior ad Theodorum lapſum, uel de reparatione lapſi.

In dictum

In dictum Apostoli, Vtinam tolerassetis paululum quiddam insipientiæ meæ.

Lælio Tifernate interprete,

De patientia Iob, Homiliæ quinq. Ex præfatione interpretis ad Pont. max.

Ioannis igitur Chrysostomi Græci sermones, quorũ aliquot quidẽ in Iob de patien « tia, aliquot uero de pœnitentia conscripti sunt: cũ in meas nuper uenissent manus, « & debito meo conuenire uisi sunt, atq; ipsi etiam tempori congruere, quo lubileo « appropinquante & pati primũ uelle, & ipsas per passiones pœnitentiã agere: sicq; « remissionis indulgentiæq; tempus subire monemur, &c. Quo quidẽ in opere, sicut « ille inquit: Et uerbum de uerbo & sensum quoq; de sensu, aut ex utroq; cõmixtum « & medie temperatum genus translationis expressi: quædamq; de sacris mutuata « scripturis iuxta Græcam ædition ẽ traduxi, quæ tametsi nouissima nostra discre- « pent: consilium tamen non fuit eadem à Græca dimouere sententia, quo à Chryso- « stomo quæ disputantur, clarius conuenientiusq; consentiant. «

De pœnitentia Homiliæ decem: ex quibus ea quæ antea numero secunda erat, nunc habetur inter Homilias in Genesim prima.

Incerto interprete, Homiliæ 29.

1 De Adam & Heua. 2 De lapsu primi hominis.

3 De eo quod scriptum est in capite Iudicum 11. Iephthe perrexit ad pugnam, & uotum uouit Domino, dicens: Si reuersus fuero in pace, &c.

4 De eo quod Dauid dixit: Quis sum ego quod talem gratiam inuenerim ante faciem tuam? &c.

5 De eo quod in Psalmo 9. scriptum est, Narrabo omnia mirabilia tua Domine.

6 De eo quod ibidem scriptum est, Patientia pauperum nõ peribit in æternum.

7 Expositio Psalmi 22. & 116.

8 De loco Psalmi 24. Dirige me in ueritate tua, & doce me.

9 De loco Psalmi 25. Redime me, & miserere mei.

10 De loco ab initio Psalmi 26. Dñs illuminatio mea, & salus mea, quem timebo.

11 De loco Psalmi 29. Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.

12 De loco Psalmi 33. Quis est homo qui uult uitam, & cupit uidere dies bonos?

13 De loco Psalmi sexagesimi octaui, Exaudi me Domine, quoniam suauis est misericordia tua.

14 De eo quod scriptum est in Psalmo 71. Descendet sicut pluuia in uellus, & si- cut guttæ distillantes super terram. Orietur in diebus eius iustitia, &c.

15 De loco Psalmi 84. Non in æternum irascaris nobis, &c.

16 Expositio Psalmi nonagesimi: Qui habitat in adiutorio altissimi.

17 De loco Psalmi 93. Quis exurget mihi aduersus malignantes? &c.

18 De loco Psalmi 118. Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine secundum uer- bum tuum.

19 De loco Psalmi 118. In proximo es Domine, & omnes uiæ tuæ ueritas. Ab ini- tio. Cognoui de testimoniis tuis, quia in æternum fundasti ea.

20 De loco Psalmi 121. Fiat pax Domine in uirtute tua, & abundantia in turri- bus tuis.

21 De loco Psalmi 142. Non intres in iudiciũ cum seruo tuo Domine, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.

22 De loco Esaiæ cap. 9. Potestatis & pacis eius non erit finis.

23 De loco Esaiæ cap. 42. Cantate Domino canticum nouum, laus eius in extre- mis terræ.

24 Super loco eiusdem capitis (de aduentu Domini) Gaude Sion, ecce rex tuus uenit.

25 De loco Zachariæ cap. 6. (de preparatione aduentus Domini) Ecce uir oriens nomen eius, sub umbra eius orietur sol: ipse ueniet ad saluandũ populum suum,

26 De loco Matthæi cap. 18. Domine si peccauerit in me frater meus, quoties dimittam ei? &c. 27 De oratione Dominica.
28 In symbolum apostolorũ expositio. 29 In idem expositio alia.

Ambrosio monacho Camaldulense interprete,

Aduersus uituperatores uitæ monasticæ libri 3. Ex præfatione interpretis.

» Cum aliquid transferre cuperem, quod proposito nostro, & uitæ instituto maxi-
» me conduceret, opus egregium offendi Ioan. Chrysostomi, in quo summus ille uir
» philosophiam nostram contra uituperatores & derogatores omnes, ita magnifice,
» tantaq; uel orationis dignitate, uel argumentorum ui, uel sententiarum ubertate
» tuetur, ut omnibus posthac maledicis ora perpetuo silentio obstruxisse uideatur.

Liber secundus peculiari titulo inscribitur, Ad gentilem atq; infidelem patrem. Tertius ad patrem fidelem.

TOMO tertio continentur, Aniano (qui non admodum Græce doctus fuisse uidetur) & Georgio Trapezuntio (qui & ipse præfatiunculam præmittit) interpretibus.

Commentariorum in Euangelium Matthæi, Homiliæ 89. Ex prologo interpre-
Chrysostomi doctrina. » tis ad Horontium episcopum. Quid prestius ille commendat, q̃ ingenitæ nobis
» à Deo libertatis decus, cuius confessio præcipuum inter nos gentilesq; discrimen
» est? Qui hominem ad imaginem Dei conditum, tam infeliciter fati uiolentia, & pec
» candi putant necessitate deuinctum, ut is etiam pecoribus inuidere cogatur. Quid
» ille aduersus eosdem magistros potius insinuat, quàm Dei esse possibilia mandata,
» & hominẽ totius uel quæ iubetur, uel suadetur à Deo capacem esse uirtutis? Quo
» quidẽ solo & iniquitas ab imperante propellitur, & præuaricanti reatus affigitur.
» Iam uero iste eruditorum decus, cum de Dei gratia disserit, quanta illam ubertate,
» quanta etiam cautione concelebrat. Non enim est in alterutro aut incautus aut ni
» mius, sed in utroq; moderatus. Sic liberas ostendit hominũ uoluntates, ut ad Dei
» tamen mandata facienda diuinæ gratiæ necessariũ ubiq; fateatur auxilium: sic con
» tinuum diuinæ gratiæ auxiliũ cõmendat, ut nec studia uoluntatis interimat. Cum
» autẽ in cunctis ferè doctrinæ partibus, tum præcipue in exhortatione morali, atq;
» in omnib. ecclesiasticæ regulis disciplinæ, ita nostrorum concinit per uniuersa sen-
» tentijs, ut eos penè quos nunquã uidit, omnino ad omnẽ scripturarũ intelligentiã
» informasse credatur. Quanto enim exhortandi, id est, emendandi, uel etiam exor-
» nandi homines amore teneatur, hoc præcipue opere declarat: In quo cum suscepe
» rit Cõmentatoris officium, certam uniuscuiusq; libri partem expositione cõplens,
» reliqua amica sibi, & q̃ perfectissima potest exhortatione producit: In ipsis quoq;
» expositionũ locis, quæ quidẽ plena sunt acuminis, ponderis, cõsequentiæ, erudi-
» tionis, medullæ, nihil magis intẽdit aliud, q̃ ne uel exigua moralitatis puncta præte
» reat. Et paulò post. Iam uero illud quasi peculiare custodit, q̃ semper solicitus,
» semper uigilans, semper noxiæ securitatis, uel potius mortiferi stuporis inimicus,
Stilus. » ubiq; utilitatẽ cõpunctionis cõpunctus ipse cõmendat. Quocirca forsitan eius ora
» tio nusquã ferè in pompã eleuat dicenti, sed tota ad utilitatẽ aptatur audientis. Est
» enim stilus ipse, quod quidẽ in suo opere magis animaduerti potest, ecclesiæ auri-
» bus accommodatissimus, prisco cum illud, sed eruditum dicendi genus exprimens,
» medius, æqualis, maturus, pudicus, alienus omni ab incuriæ culpa, pompaq; luxu
» riæ: Non squalidus quidem, nec tamen floridus, &c. Scripsit autem hunc librum cum adhuc esset Antiochiæ presbyter.

Innominati interpretis: si modo interpretis est, & non ab ipso authore Latine scriptus, quod sentire uidetur Erasmus,

Commentarij in Euangelium Matthæi, incerto uthore, usq; ad caput 25. inclusi-
siue, ut loquuntur: reliquorum enim explanatio desideratur. Ex præfatione D.
» Erasmi Rot. Primum nulla dubitatio est hoc opus non esse Chrysostomi, quod

quoniam

quoniam hactenus illius titulo frequenter excusum est, noluimus prætermittere: « «
præsertim cum sit hominis eruditi ac facundi, & in diuinis literis sic exercitati, ut « «
mea quidem sententia hac in parte non cedat Chrysostomo. Suspicor illum Latine « «
scripsisse, licet & Græce nouerit. Sermo quod ad uoces attinet, impurus est. Is tum « «
erat stilus ecclesiasticus, & populo ut communis, ita gratus. Cætera sunt hominis « «
diserti. Itaq; piaculum fuisset, si hoc opus intercidisset, quod tamen in uetustis ex- « «
emplaribus & uarium hactenus habebatur, nec uno modo mutilum. Nos proxi- « «
mam æditionẽ, quæ fuit optima, secuti sumus, sed cum uetustis exemplaribus col- « «
latam. Quis fuerit author, quibúsue temporibus uixerit, diuinare nihil refert, ipse « «
testatur se scripsisse, posteaquam ecclesia sub Christianis Cæsaribus innumeris hæ « «
resibus concuteretur. Cæterum præterquam quod interdũ in enarrandis scriptu- « «
ris habet nonnihil Origenicæ libertatis, insperſæ sunt aliquot sententiæ quæ non « «
multum abhorrent à dogmatibus improbatis. Postea enumerat huiusmodi sen « «
tentias aliquot, circiter decem, ex quibus nonnullæ cum Arianis faciunt. « «

Francisco Aretino interprete,

Commentariorum in Ioannis Euangelium, Homiliæ 87. Ex epistola nuncu
patoria Fr. interpretis ad Cosmum Medicen Florentinũ. Primum huius trans- « «
lationis partem, cuius Græcum exemplar penes me est, pro ingenioli mei uiribus « «
emendaui: quam dum reliquum & inueniam & absoluã, uisum est interea ad præ- « «
stantiam tuam mittere, ut me pollicitationis meæ memorem intelligas: opus enim « «
permagnum est, & tempore indiget. « «

TOMO quarto continentur. Innominato interprete,

De laudibus Pauli apostoli, Homiliæ 8.

Ambrosio Camaldulense interprete,

Explanationis in epistolam beati Pauli ad Titum, Homiliæ 6.
In epistolã beati Pauli ad Philemonẽ, Homiliæ 3. quibus præponitur Argumentũ.

Mutiano Scholastico interprete,

In epistolam beati Pauli ad Hebræos, Homiliæ 34. ex nothis æditæ post eius obitũ
à Constantino presbytero Antiocheno.

Incerto interprete,

In epistolam beati Pauli ad Timotheũ primã, Homiliæ 18. & argumentũ ab initio.
In secundam ad eundem epistolam, Homiliæ 10.

Luca Bernado Brixiano (monacho opinor) interprete, (ad quem epistola scripta ab episcopo Patauino in fine huius Tomi legitur.)

Homiliæ 80. ad populum Antiochenum potissimum habitæ.

1 In illud Apostoli, Vino modico utere, &c.

2 Habita Antiochiæ, in Theodosij magni imperatoris pij imaginum subuersione: Et in dictum Apostoli, Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere: Et contra auaritiam.

3 In profectionem episcopi Flauiani, pro ciuitate ad Imperatorem legationem obeuntis. Et quod detrahere, quàm humanum corpus comedere, peius est. Et de iugulatis propter seditionẽ: & ad criminantes, quoniã multi nõ seditiosi capti sunt.

4 Exhortatio ad populum de patientia & tolerantia, ab exemplis Iob & trium puerorum: & de abstinentia à iuramentis.

5 Exhortatio ad populum de generose ferendis imminentibus minis, habens satis multa ex his quæ euenere & Iob, & Niniuitis: quod non oportet timere mortẽ, sed peccatum: & quid male mori: & de iuramentis omni studio fugiendis. Et in terræmotum.

6 Quod utilis est principũ timor: & narratio eorum quæ per uiam acciderunt, his qui nuncium afferebant: & quod indigna patiens, & gratias agens permittenti

Deo, par est talia propter Deum patienti: Et exempla rursum à tribus pueris & Babylonica fornace: & de iuramentorum custodia.

7 Quod tristitia ad peccati destructionem utilis est. Et super illud: In principio fecit Deus cœlum & terram. Et quod maxima consolationis materia creationis apparatus. Et super illud: Adam ubi es? Et de fugiendo iuramento.

8 Exhortatio ad uirtutem. Et in illud Geneſis, Deambulabat Deus in meridie in paradiso. Et de fugiendis iuramentis.

9 Laudatio eorum, qui non iurandi consuetudinem fecerant. Et quod nemo superstitione teneri debet, post refectionem diuinos in ecclesia sermones non audire. Et quare post multũ tempus diuinæ sunt traditæ scripturæ. Et in illud, Cœli enarrant gloriam Dei. Et mundi naturalis descriptio. Et de non iurando.

10 Laus eorum, qui post cibum ad audientiam uenerant. Et naturalis mundi enarratio. Et cõtra gentiles creaturã ut Deum colentes. Et de euitando iuramento.

11 Gratiarum actio ad Deum, de absolutione malorum ex seditione expectatorum, & eorum quæ tunc acciderunt commemoratio. Insuper uero & contra eos qui corpus nostrum accusant. Et de hominis creatione. Et de uitando iuramento.

12 Ad Deum gratiarum actio pro accepta uenia cõmissorum contra regem. Et naturalis de mundo sermocinatio. Et quod hominem creans Deus legem ipsi naturalem indidit. Et de iuramento omni diligentia uitando.

13 Gratiarum actio ad Deum de mutatione tristium: & commemoratio ad ultionem protractorum propter seditionem, & punitorum. Similiter uero rursus expositio de hominis creatione: et quod legem accepit naturalem. Et de explenda iurandi continentia.

14 Populo omni ab angustia liberato, & constituto in fiducia, quidam rursum ciuitatem rumoribus tremendis turbauerunt. Et de iuramentorũ abstinentia admonitio. Ideoq; & de Ionatha & Saule, & Hiephthe historia producta est: & demonstratum quod ex uno iuramento fiunt multa periuria.

15 Itidem in calamitatẽ ciuitatis Antiochiæ. Et quod utilis ubiq; timor. Et quod luctus risu utilior. Et in illud dictum, Agnosce quod in medio laqueorum pertransis. Et quod peius iurare, quàm occidere.

16 Vulgata ad principem populatione, & omnibus de fuga consultantibus, cum intrasset princeps ecclesiam, & consolatus fuisset, habita est præsens homilia. Et de uitando iuramento. Et in illud Apostoli dictum: Paulus uinctus Iesu Christi.

17 Ad magistratus ab imperatore Theodosio ad Elibichum exercitus ducem missos, ad præuaricatorum inquisitionem propter statuarum subuersionem.

18 In prædictam seditionis materiam. Et de ieiunio. Et in Apostolicum dictum, Gaudete in Domino semper.

19 Ad homines agros colentes, & de uitando iuramento.

20 In episcopi reditum, & in regis cum ciuitate reconciliationem, & ad præuaricatos in statuarum subuersionem.

21 Catechesis ad illuminandos. Et de mulieribus se sertis & auro ornantibus. Et de sectantibus uaticinia, uel ligaturas, uel incantationes: quæ cuncta Christianitati sunt aliena.

22 Ioan. inter patres nostros sancti archiepiscopi Constantinopolitani ieiunatoris, de pœnitentia, & continentia, & uirginitate.

23 Quod Christianum oporteat uitam quoq; rectam habere.

24 Quod si cum uirtute uiuamus, etiam inimicis admirabiles erimus. Et de optima conuersatione, ex Matthæi expositione.

25 De uita recta.

26 Quod ex minimis incipienda nobis sit uirtus. Et quod non sit iurandum.

27 De iuramentorum abstinentia.

28 De

28 De fugiendis intramẽtis. Et quod Deo gratias agere debemus, licet in paupertate degamus: super Matthæum ex cap. 5.
29 Contra irascentes, ex Actibus apostolorum. 30 De ira.
31 De ira, & longanimitate, & mansuetudine.
32 De ira, eleemosyna, & misericordia.
33 Quod ars est eleemosyna, & omnium artium quæstuosissima.
34 Quod oportet multũ circa Dei desiderium studiũ habere. Et de eleemosyna.
35 De eleemosyna, & misericordia.
36 Quod magnum est bonum in nos peccantibus peccata dimittere. Et de eleemosyna.
37 De eleemosyna & misericordia, ad Corinthios 1.
38 De humilitate & quiete.
39 De humilitate: & quod præsentia quasi non sint oportet contemnere.
40 De pœnitentia, & quod non oporteat de seipso lapsum desperare, uel torpescere, ex Actibus apostolorum.
41 De pœnitentia: & quod magnum est bonum propria agnoscere peccata.
42 Quomodo propriæ animæ curam oportet habere: & quod plurimum nocturna prodest oratio: & de pœnitentia. 43 De uana gloria & ambitione.
44 De liuore & inuidia. 45 Iterum de inuidia & liuore.
46 Quod oportet semper peccatorum memoriam habere, & de iudicio.
47 Quod supplicio peius est Dei regno priuari, & de iudicio.
48 De tremenda iudicij die, & de Dei dilectione.
49 De iudicio & auaritia, quæ non ex magnitudine, sed ex uoluntate iudicatur. Et de his qui gehennalem pœnam non credunt.
50 Iterum de his qui gehennales pœnas credere nolunt.
51 De concordia & charitate: & de bene faciendo calumniantibus.
52 Quod in mansuetudine Christum oportet imitari, & de malorum obliuione. Et quod in uirtute positum lædere potest nihil. Ex Matthæo.
53 De charitate secundũ Deum. Et quod inuidus Deo repugnat et inimicus est.
54 Quod non datur pariter secundum Deum, & secundum mundum gaudere. Et contra eos qui ebrietati uacant, & delicijs. Ex Actibus apostolorum.
55 Contra luxuriantes & deditos delicijs. Et de præsentis sæculi cõsummatione.
56 De monachorum uita: & quod quæ uidetur eorum grauis esse uita, dulcior est ea, quæ facilis esse uidetur.
57 De monachorum uita, & de solita ab eis fieri post mensam gratiarũ actione: & de iudicio.
58 De uita monachorum: Et quod scripturarum lectio est medicinalis officina.
59 De beneficio, quod à nobis indigentibus exhibetur. Et de uita monachorum.
60 De sumentibus indigne diuina & sancta mysteria. Ex Matthæo.
61 De sacrorum participatione mysteriorum. Et quod communicare nolens nec orationi dignus est interesse.
62 Quod utiles sint moderatæ tentationes ad omnes: & Deo seruiens tribulationem expectare debet.
63 Quod ob amorem Christi omnem oportet afflictionem sufferre: necp rerum mutationes timeri debent.
64 Quod maximum est lucrum in tribulationibus gratiarum actio.
65 Quod Deo gratias agere debemus, qui commensurata nobis certamina largitus est, nihil autem graue præcepit.
66 Quod cœleste regnum absq tribulatione & laboribus acquiri non potest.
67 Quod hic affligi peccatorum exhibet remissionem: & quemadmodum hominem inuenire non licet immortalem, ita necp sine tristitia, dum uiuit.
68 Quod infestantem magnanimiter ferre propter Deũ, maius est q̃ benefacere.

69 Quod peccatores lugendi sunt uiuentes & mortui, & quod multum defunctis prosunt eleemosynæ, & officia pro eis exhibita.
70 Quod pro defunctis lugendum non est, sed orandum.
71 Quod nihil prodest nobis ieiunium, si reliqua desint merita.
72 De ieiunio: Et quod maximum est sacrificium Dei beneficia recogitare.
73 De sanctæ quadragesimæ ieiunio, & q̃ torpentib. nobis nulla erit excusatio.
74 Super oratione Annæ. Et quod utilis est paupertas, & maiorem habet quàm diuitiæ uoluptatem, & securitatem.
75 Ex euangelio secundum Matthæum, Cum uidisset Iesus turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum docebat eos.
76 In euangelicam dictionem, Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei: usq̃ septies? Dominus autem ad eum: Nõ dico tibi usq̃ septies, sed usq̃ septuagies septies.
77 Quod ad finem usq̃ stantem confidere non oportet, neq̃ lapsum de se despe-
78 Quod melius est iniuriam pati quàm inferre. (rare.
79 De oratione. 80 De pœnitentia.

TOMO quinto continentur, Ioanne Oecolampadio interprete.

In Genesin, uel in 50. capita Geneseos, Homiliæ 67. quarum prima peculiari titulo inscribitur: Sermo admonitorius, sub initium sanctæ quadragesimæ, in qua opus sex dierum enarrare cœpit.
Psegmata quædam à Ioanne Oecolampadio in Latinum uersa, & denuo ad Græcam lectionem collata: eo ordine quo sequuntur.
Sermo de sancta & consubstantiali, uiuificaq̃ ac inseparabili trinitate.
In dictum Apostoli ad Corinth. Cum subiecta fuerint illi omnia, tunc & filius ipse subijcietur ei, &c. Item de mundatione leprosi, de mysterio ternarij, & cornu olei.
Aduersus gentiles demonstratio quod Christus sit Deus.
Sermo in Pentecoste de sancto Spiritu.
Homilia de sancto & ad adorando Spiritu.
Sermo contra Anomœos. Aduersus hæreticos sermo.
De fide & lege naturæ, & sancto Spiritu.
Cõtra Iudæos, gentiles, & hæreticos sermo, de Euangelio, Nuptiæ factæ sunt, &c.
Explanatio in Psalmum, Credidi propter quod locutus sum.
In Psalmum, Dominus regnauit, exultet terra.
De prouidentia uel fato, sermones quinq̃.
De profectu Euangelij Homilia, in dictum Apostoli: Siue occasione, siue ueritate, Christus annunciatur. In beatos Iob & Abraham, Sermo.
In Priscillam & Aquilam, de colendis sacerdotibus.
De resurrectione, Homilia. In Iuuentinum & Maximum martyres, Sermo.
Epistolæ quatuor, quarum prima & secunda scribuntur ad Innocentium episcopum Romæ. Tertia ad Cyriacum episcopum exulem, cum etiam ipse exularet.
Quarta, ad episcopos & presbyteros ob pietatem in carcere inclusos.
Sermo in dictum Apostoli: Nolo uos ignorare fratres, quod patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare transierunt.
In dictum Apostoli ad Corinthios: Oportet & hæreses esse.
De Eucharistia in Encæniis, admonitorius sermo.
Homilia de ferendis reprehensionibus, & conuersione Pauli.
De habenda cura salutis proximi: Et quare Abram, uocatus sit Abraham.
De mansuetudine Sermo.
Sermo, quod neq̃ uiui, neq̃ mortui anathemate plectendi sint.
In Eliam prophetam Sermo.

Sermo

Sermo de eleemosyna & collatione in sanctos, ex priore Pauli ad Corinth. epistola.
Sermo de comparatione regis & monachi Christianæ philosophiæ dediti.
Sermo de ieiunio. Sermo in Ioseph de continentia.
Contra luxum & crapulam. Sermo de pœnitentia & confessione.
Sermo de Adam, Sodomitis, Achab, & pœnitentia.
Aduersus eos, qui apud se fouent sorores adoptiuas, quas συνεισάκτους & subintroductas uocant, & contra concubinarios Sermo.
Quod regulares fœminæ uiris cohabitent, Sermo.

Post quintum TOMVM sequuntur, Des. Erasmo Rot. interprete,
In Acta apostolorum, Homiliæ 55.
Postremo sequitur Index omnium quæ insigniter dicta sunt à D. Ioan. Chrysostomo, per Ioan. Huserum digestus iuxta ordinem literarum: cuius seorsim chartæ sunt uiginti una. Ioan. Huserm.

Cõmentarij D. Chrysostomi in omnes S. Pauli epistolas, quotquot apud Græcos extant Latinitate donati, quorum bona pars, quæ hactenus desiderabatur, recens à D. Vuolfgango Musculo traducta est. Opus excusum Basil. apud Heruagium, 1536. in folio, chartis 332.

Ex epistola typographi, in qua primum eruditionem & facundiam interpretis laudat, inde subijcit. Controuersiam illam ueterem, an quædam hic sint Chrysosto- «
mo non satis digna, tute nullo negotio dirimes, si crebra lectione eum familiarem «
tibi feceris: Quanquam eruditorum aliquot, Commentaria in epistolas Romanis «
& Galatis inscriptas, ueluti amussim esse dixerint, quam si in reliquis quoq; sequa- «
ris, genus eloquutionis Chrysostomi ab alieno rectissime distinxeris. «

Ex his quædam Enarrationes in Frobeniana etiã æditione habentur eis-
dem interpretib. quas miror cur Heruagius denuo imprimere
uoluerit, & emptorem onerare. Sunt autem hæ,
Francisco Aretino interprete,
Enarratio in primam ad Corinthios epistolam.
Des. Erasmo Rot. interprete, In secundam ad Corinthios.
Mutiano Scholastico interprete, In epistolam ad Hebræos.
Incerto interprete, In epistolam ad Timotheum.
Ambrosio Camalduleñ. interprete, In epistolas ad Titum & Philemonem.
Cæteræ à Vuolfgango Musculo recens conuersæ sunt, uidelicet
In epistolas Pauli ad Romanos, Ephesios, Philippenses, Colossenses, & Thessalonicenses. Cur autem commentarios in epistolam ad Philippenses, qui in Frobeniana æditione à Des. Erasmo, egregie, ut opinor, cõuersi habentur, ipse denuo interpretari uoluerit, causam non uideo, nec ipse exprimit, cum nusquam in suas translationes præfetur.

Quæcunq; Des. Erasmus Rot. uertit ex D. Chrysostomi scriptis, ea habentur etiam cum ipsius Erasmi operibus Tomo octauo, ut supra dictum est.

Dissertatio cum Basilio Magno, de episcopalis ac sacerdotalis muneris præstantia, Iano Cornario interprete, seorsim excusa est Basileæ in 8. 1544.

Ioan. Chrysost. oratio de patientia, & consummatione huius sæculi, de secundo aduentu, &c. Ioanne Theophilo interprete, impressa nuper Basileæ apud Robertum Vuinter.

Homiliæ eius duæ, habentur cum cæteris patrum uarijs homilijs ab Alcuino collectis.

Chrysostomi missa Græcolatina, impressa Parisijs, 1537. in 8.

De orando Deum libri 2. Græce & Latine, Des. Erasmo interprete. Liber impressus Basileæ apud Frobenium, 1525.

De prouidentia Dei oratiunculæ sex Græcæ, ibidem impressæ, 1526.

Sermones 9 de Ascensione Dñi edidit Gerh. Vossius inter Miscellanea SS Patrum adjuncta Gregor. Neocaesar. Mogunt. 4. 1604. p. 3. Misc.

De Babyla martyre oratio Græca, cum duabus epistolis Des. Erasmi. Liber ibidem impressus, 1527.

Enarrationes Græcæ in omnes epistolas Pauli, ante aliquot annos excusæ sunt Veronæ in folio.

Epistolæ Ioan. Chrysostomi, seorsim impressæ, Latine opinor: sic enim lego in catalogo bibliopolij cuiusdam Italici. D. Diegus Hurtadus à Mendozza, Cæsaris legatus Venetijs, multas huius authoris Græcas lucubrationes habet, & inter cæteras, quæ omnes opinor ad Latinos deriuatæ sunt, Epistolam in Olympiadem, & Opusculũ de bona & recta ordinatione. Item Arnoldus Arlenius domini legati: de quo iam dixi, cum ego Venetijs essem ante menses 17. contubernalis, nuper ad me scripsit, uaria apud se esse Diui Chrysostomi opera, hactenus nec Græce nec Latine ædita: nempe, Homilias multas pulcherrimas, Epistolarum libros duos, & Commentarios in prophetas.

Extant præterea (ut cognoui ex catalogis bibliothecarum Italiæ) Chrysostomi in Quadragesimæ introitum, Homiliæ 33. Andriantes & margaritæ. Ethica, id est, moralia. Explicationes in Esaiam, Venetijs: & aliquot alij sermones nondum æditi, ibidem seruantur.

Sermones 2. in Hrm̃ (Hieremiam fortassis legendum) manuscripti Bononiæ in bibliotheca S. Saluatoris.

Romæ in bibliotheca Pontificia conduntur Chrysostomi scriptorum Volumina quatuor Græca: & inter cætera, Contra Theodorum sermones 2. Homiliæ in προσευχὴν à tertia, usq; ad trigesimã octauam. In Ioan. Euangeliũ, & alia plura.

Chrysostomi diuersa in sanctos encomia, Ioan. Alexander Brassicanus se in bibliotheca sua habuisse alicubi scripsit.

Plura de hoc scriptore, uita & moribus, ac libris eius. Vide apud Suidam.

IOANNES Chrysostomus Soldus, scripsit uitam Salustij historici, & Summam historiæ belli Iugurthini à Salustio descripti, quam & Ascensius suis Annotationibus in Salustium Parisijs ab ipso excusum apposuit.

IOANNES Chrysostomus Zanchus, natione Italus, Basilij Zanchi frater, scripsit libros tres de origine Orobiorum siue Cenomanorum, ad Petrum Bembum: & Panegyricum ad Carolum v. imperatorem, eleganti stilo. Opinor autem impressa esse hæc opuscula.

IOANNES monachus Cistertiensis, ædidit Defensorium iuris.

IOANNES Cochleus Norimbergensis, natione Germanus, Theologiæ in Italia studuit, ubi & Doctoratus (ut uocant) insignia consecutus est: Decanus olim Francofordiæ fuit apud Diuam Virginem, anno 1520. hodie agit in ciuitate Eystett: iam prouectæ ætatis: audio multa ab eo scripta & publicata esse: cæterum quæ ego uidi, hæc sunt.

Rudimenta Grãmatices, impressa Argentorati 1519. in 4. apud Io. Knoblauch.

Aduersus nouã in ecclesia reformationem Senatus Bernensis apud Heluetios anno 1528. æditam breuis expostulatio Ioan. Cochlei, ex Teuthonico in Latinum traducta: & impressa Lipsiæ apud Nicolaum Fabrũ, in 8. chartis tribus, anno 1534.

De canonicæ scripturæ & catholicæ ecclesiæ authoritate libellus ad Hen. Bullingerum, impressus Ingolstadij 1543. in 4. chartis 12. Capita hæc sunt.

1 De authoritate uerbi Dei, traditi à Patribus, & scripti à Prophetis, & ab Apo-
2 3 De authoritate Scripturæ sacræ ueteris Testamenti, & Noui. (stolis.
4 5 De authoritate ecclesiæ circa Scripturas.
6 De uero Dei cultu interno & externo.
7 De sacramentis ecclesiæ in lege noua. 8 De legibus politicis.
9 De traditionibus ecclesiasticis. 10 De constitutionibus humanis.
11 De authoritate generalium conciliorum.

12 De

De Romanorum Pontificum decretis & constitutionibus.

Replica breuis aduersus prolixam Responsionem Henrici Bullingeri, De scripturæ & ecclesiæ authoritate, ibidē impressa in 4. 1544. chartis 7. Argumentum huius libelli, quale post epistolam nuncupatoriam ad Magistratum Lucernensem in Heluetijs proponitur.

De articulis fidei in genere, caput 1.
De authoritate scripturæ & ecclesiæ, 2.
De trinitate personarum in una Dei essentia, 3.
De articulis contra hæreticos de Christo receptis, 4.
De duplici uerbo Dei, scripto uidelicet & non scripto, 5.
De sacrificio Missæ, 6.
De libris canonicis, uarijsq; ex Hebræo translationibus, 7.
De nouo & falsificato Euangelio, 8.

Idem liber eodem tempore, ibidem Germanice impressus est.

Sacerdotij ac sacrificij nouæ legis defensio, aduersus Vuolfgangi Musculi, Augustæ concionantis arrosiones. Ibidem impressa, 1544. in 4. chartis 13.

Multa in hoc libello adfert de Eucharistia & Missa contra Zuinglianos præsertim, ut ipse uocat. Ex primo quaternione. Cæterum quæ tu (Musculum alloquitur) contra Missam nunc deblateras, maxima ex parte & dicta sunt prius à Luthero, & à Catholicis confutata iampridem. Quare prolixa mihi ad ea hic opus nō est responsione. Nam et ego (Catholicorū per gratiā Dei, unus, licet minimus) ea prius confutaui Teuthonice in non paucis libellis, quos in Lutherum ædidi: Et Latine accurata diligentia confutata sunt à probatissimis Theologis, Ioan. Fischero episcopo Roffensi, Ioanne item Fabro episcopo Viennensi, à Ioan. præterea Eckio inuicto antagonista uestro, ab Alberto principe Carpensi, ab alma Vniuersitate Parisiensi iampridem & Louaniensi, ac nuper ab orthodoxo Clero & Academia Coloniensi: doctissime itē à solidæ doctrinæ theologis Io. Mensingo, Michaële Vehe, Casparo Sasgero, Io. Dietenbergio, Ambrosio Pelargo, Alberto Pighio, & id genus pluribus. Qui tot pro Missæ defensione adduxerunt tum sacræ scripturæ locos, & sanctorum patrum testimonia, Conciliorumq; decreta, tum rationes theologicas, & omnium per orbem terrarum ecclesiarum Christi consuetudines & attestationes, ut nulla unquam causa probata sit copiosius. Scriptores pro Missa.

In quatuor Andreæ Osiandri coniecturas de fine mundi, Velitatio: ibidem impressa, 1545. in 4. chartis 9. Ex præfatione.

Anno superiore ad duos, quos contra Purgatorium Teuthonice euulgasti sermones, respondi, Osiander, per scripturas Ecclesiæq; doctores, & probabiles rationes: idq; Latine, atq; etiam tacito nomine tuo, &c. Defendit præterea in hoc opere contra Osiandrum, quod Papa non sit Antichristus.

De animarum purgatorio, liber impressus Ingolstadij in 4.

Aduersus locos communes Melanchthonis, opus impressum.

Philippica sexta contra Melanchthonem, liber impressus in 4. nescio an idem sit superiori.

De nouis Hebræorum translationibus sacræ Scripturæ, Disceptatio. Impressa (in 8.
Vide infra in Maxentio.

Libelli Germanici Lipsiæ impressi, 1537. chartis 6. inscriptio huiusmodi est, De potestate generalis concilij, triginta testimonia firma & irrefragabilia, per quinq; discrimina. Refutatio 30. articulorum, qui Vuittenbergæ disputati sunt. Septuagінta sententiæ in generali concilio. Per Ioan. Cochleum.

IOANNIS Coleti disputatiuncula contra Erasmū de tædio & pauore Christi instante supplicio crucis: uide in quinto Tomo operum Erasmi.

IOANNIS de Colonia Agrippina ordinis minorū, sacræ paginæ professoris, Quæ-

stiones Magistrales in diuina subtilissimi Scoti uolumina, Sententiarum, Quodlibetorum, Metaphysices, De anima, & Posteriorum, compendiose & formaliter comportatæ, ac decisionibus uariorum opinantium, cum innouatione cuiusdam fratris obseruantini eiusdem ordinis, triplicique directorio illustratæ. Hic titulus est libri excusi Basileæ apud Adam Petrum, 1510. in 4. chartis 94.

Cæterum ex libris de Scoti de anima duæ tantum quæstiones excerptæ sunt, duæ item ex libris Posteriorum, & una de prædicamentis.

T. IOANNES de Columna, patria Romanus, ordinis fratrum Prædicatorum archiepiscopus Messanensis, scripsit ingenij nobilis non spernenda opuscula, è quibus extat uolumen quod prænotauit,

a Mare historiarum, lib. 10. Epistolæ ad diuersos, lib. 1.

Alia quoque nonnulla ædidit, quæ ad notitiam meam minime uenerunt.

* a Hoc opus historiarum, nisi fallor impressum est alicubi. Antoninus archiepiscopus in suis Chronicis multa inde excerpsit.

IOANNIS de Concoregio Mediolanen. Lucidarium, & flos florum medicinæ nuncupatum. Ex præfatione eius. Ego Ioan. ob rogatum quorundam discipulorum cupientium habere aliquid succinctum in practica medicinæ: quo mediante actum secundum medicinæ ualeant exercere, cum contingat eos per diuersarum partium mundi semitas ambulare, dispositui hoc opusculum, &c. Omitto autem medicamina quædam quæ communiter practicantur tacta ab authoribus famosis medicinæ & præcipue Mesue, Serapione & Rasi, &c. licet enim medicamina eorum sint uerissima, quia tamen cõmunia & nota sunt, ideo ego breuitati indulgens plura ex eis obmittam, &c. Optaui humilibus hunc librum facere, quem in 4. tractatus diuido. Primus est de dispositionibus capitis & partium eius: Secundus de dispositionibus cordis & pectoris: Tertius stomachi, hepatis, splenis, & aliorum membrorum naturalium: Quartus genitalium membrorum, testiculorum, matricis, & aliorum annexorum. Hic liber post annum 34. lecturæ nostræ inchoatus Bononiæ, tandem Papiæ absolutus est anno Domini, 1438.

Summula eiusdem de curis febrium secundum hodiernũ modũ & usum compilata. Liber impressus Venetijs, 1501. in 4. Chartæ sunt 38. & dimid.

IOANNES Cono Norimbergensis, natione Germanus, ordinis Dominicani monachus, Hieronymi libris, cum primũ Basileæ excuderentur, Græca addidit. Vertit orationem Gregorij Nazianzeni in Greg. Nyssenũ: & Basilij Magni libellum de differentia usiæ & hypostasis: & Greg. Nysseni librum de homine natiuo splendori restituit, &c. Vide supra fol. 283. b. uersu 3. & 18.

T. d. 600. IOANNES episcopus Constantinopolitanus, natione Cappadox, scripsit Græco sermone ad sanctum Leandrum episcopum Hispalen.

De sacramento baptismi, lib. 1. Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

* Ioan. Constantinopolitani libellus fidei, impressus Coloniæ in magno uolumine, quatuor Conciliorum.

† IOANNIS Corasi Tolosatis, Commentarij in paragraphum nihil cõmune, impressi Lugduni apud Parmenterium, 1542. in 4.

IOANNIS Copi de fructibus libri quatuor, impressi Parisijs apud Vuechelum, cum Oratione eiusdem de restitutis à Francorum rege literis.

IOANNES Crestonus Carmelita Lexicon Græcum scripsit, uulgo notissimum Baptistæ Mantuani tempore, cuius de hac re epigramma extat, antepenultimum libri tertij Syluarum.

IOANNES Crispus de Montibus, scripsit in Arborem actionum Instit.

IOANNES Crottus de Monteferrato scripsit super Tit. primi ff. ueteris de Iustitia & iure l. omnes populi. In 2. ff. uet. de condi. tritic. l. In hac. & l. quod certo loco. In primum ff. noui. de re iudi. l. Pomponius. paragr. cum quis: & ibidem, de usucapio.

† Joann. Corrasius ad Senatum patrium Tolosæ allegg., dein in Fridum Navarræ & Cancellarii dignitatem vocatus, rabida plebis amentia indignissimè interfectus est. Protestantes n. in carcerem Palatinum ter ejecti, et immissi nihil pavuis, perditis vitæ suæ bonis ad 200 tos crudelitèr trucidati sunt. Et cum iis, Senatores multi, qui immanitate geminata, ad ultimum in area Palatii, Senatorio cultu dispersi sunt, et in his Corn. Corra. Tolosij in typ. ap. Jo. Pierii Valeriani de Literat. Infelic. p. 69.

capio.l.si is qui pro emptione. Super 2. ff. noui. In primum Infortiati.R. Soluto matri.l.si constante. In secundum Infortiati. de legatis.1. l. Nemo potest.Et ibidem,de legatis.1. l. 1. Et rursus,de legatis.3.l.re coniuncti.

IOANNES Cruceus Picardus,scripsit Paraphrasim in Tit. de Actionibus. De quintuplici substitutione libellum. Testandi methodum. De litera Pythagoræ. Quæ omnia Gryphius coniuncta excudit Lugduni,1536. in 8.

IOANNES Cuelliacus scripsit in Porphyrij prædicabilia. Liber excusus est Parisijs,1539.in 8. De constitutione artis logicæ. Liber ibidē excusus,1540.in 8.

IOANNIS Curopalati,qui fuit μέγας ἑρουγγάριος τῆς Βίγλης τοῦ σκυλίτζη, Synopsis historiarum,incipiens à morte Nicephoræ regis τοῦ ἀπὸ γενικῶν, usq; ad regnū Isaacij Comneni. Liber est Græcus,& seruatur in bibliothecis Italiæ.

IOANNES Curtusus,Repertorium in iure ædidit.

IOANNIS Cuspiniani, ex orientalis Franciæ oppido Sueinfordia oriundi, natione Germani, V. C. poëtæ & medici,ac D.Maximiliani Aug. oratoris, de Cæsaribus atq; imperatoribus Romanis opus insigne. Impressum Argentorati apud Cratonem Mylium 1540. in fol. chartis, 196. adiecto indice triplici imperatorū ad finem operis. Ex epistola nuncupatoria Christophori Scheurlæ I. V. D. ad Caro lum v.Imp. Mihi autem etiam peculiariter ad te librum istum mittendi, Impe. rator,& dedicandi necessitas imposita fuit, conditione ea qua hunc ab authoris hæredibus impetrauerā: destinatus eidem iampridē ab ipso authore, & ultima etiam uoluntate illius cōsecratus.Simili pacto & alter Cuspiniani mihi liber traditus est, in quo Consulum historia quædam continetur, sub fratris tui inclyti Regis Ferdinandi nomine emittendus,de quo par erit fides & diligentia mea. *Christoph. Scheurla.*

Ex Præfatione Nicolai Gerbelij Phorceñ.qua de uita authoris sibi olim familiaris, ac utilitate huius historiæ elegantissime disserit. Ioan. Cuspinianum Imp. D. Maximilianus in senatū suum adsciuit,eumq; in Vngariā,Boëmiam, Poloniamq; oratorem misit,annis duodecim continuis eius consilijs & opera in difficillimis rebus sæpissime usus,&c. Cum igitur nominis celebritate & tot peregrinationibus in maximorum regum & principum notitiam peruenisset,ut ab obliuione labores suos uindicaret,ad conscribendam historiam se applicauit. Et quia in summi Imperatoris aula diu uersatus fuerat,de Consulibus & Romanis imperatoribus scribendi argumentum arripuit. Ad quod suum institutum multam supellectilem suppeditauit rarissimorum librorum copia: Patebant enim ei ex Cæsaris liberalitate omnes undiq; uetustiores bibliothecæ, omnia ducum Austriæ secretiora scrinia & ἀρχεῖα:Ex quibus multa quæ ab alijs prætermissa sunt accuratissime deprompsit. Primum itaq; omnium Consules aggressus est, quos antequam ab eo uita eripere tur,reuidit & emendauit.Postea Cæsares & Imperatores usq; ad D. Maximilianū perduxit:Quos morte præuentus inemendatos: & ob scriptoris inscitiam fœdissimis erroribus deprauatos reliquit, ut post paulò docebimus. De dicendi genere aut elegantia,quibus tanta historia ornari & illustrari,potuisset,non admodū eum solicitum fuisse uideo:Forsan satisfacturum se ingenuo Lectori arbitratus, si quæ ipse uerissima esse comperisset, simplicissima oratione mandaret posteritati, &c. Quod uero laude maxima dignum est,nihil omisit,quod usum est illi ad ordinem rerum,ad cognitionem antiquitatis,ad temporum rationem & consequentiam,ad mores,ad susceptæ materiæ explicationem pertinere.Nam illud in primis admiratione dignum censebis,cum de Latinis,Græcis, Francis, Germanisq; imperatoribus,quinetiam de Turcis scribendū esset,adeò belle,adeò apte,adde etiam diligenter,singulos singulis temporibus adaptauit,ut ueluti uno in cōspectu simul omnes sub oculos ueniunt. Illud uero uno ore fatentur eruditi,nihil unquam plus erroris, plus obscuritatis attulisse studiosis hominibus, quàm si quis genealogiarū rudis & ignarus,ad scribendā historiam accesserit: Qua in re, ut uere dicam, nullū adhuc *Nicolaus Gerbelius.*

„ ego legi diligentiorẽ Cuſpiniano. (Huius peritiæ mox aliquot exempla adfert.)
„ Et paulò poſt. Quoties uiſum eſt illi longius progreſſam narrationẽ, confeſtim
„ uel deſcriptionem urbis, machinæ, miraculiue interſerit, quo legendi auiditate Le-
„ ctorem remoretur. Nihil præterea eorum, quæ in hiſtoricis plurimum oblectant le-
„ gentes, prætermiſit: Vt ſunt, deſcriptiones famis, peſtilentiæ, terræmotus, inunda-
„ tionum, aut inſolitarum tempeſtatum. Taceo quorundam imperatorum & princi-
„ pum mirabilia cõſilia, mirabiles mortes, mutationes regnorũ, occaſus nobiliũ fami-
„ liarũ: Ac ne oĩa conſecter (ſunt enim innumerabilia & immenſa) monaſteriorum,
„ templorũ, ſepulchrorũ ſtructuras excellẽtes, maxime uero pretioſiſſimi illius Mau-
„ ſolæi, quod Friderico III. me præſente Viennæ cõſecrabatur. Breuiter, ut Lectorẽ
„ alacrẽ & perſeuerantẽ efficiat, data nonnunq; opera iucundiſſima quædã ſolet in-
Græcus ignis. „ texere: Vt de Græco igni, nullo alio q̃ aceti liquore extinguibili: De machina Pro-
Procli machina. „ cli, de qua ferè nihil alij ſcriptores prodidere. Ad quas res ei maximo adiumento
Io. Monachus. „ fuere æternitate digna monimenta Io. Monachi Zonaræ, qui hiſtoriã ſuam à con-
„ dito orbe, uſq; ad Caloioannẽ Conſtantinopolitanũ Imp. deduxit. Quẽ præſtantiſ-
„ ſimũ authorẽ utinã propitius aliquis Deus è tenebris eruat, ſiue is Viennæ adhuc,
„ ſiue Norimbergæ (incõpertũ enim mihi) cũ tineis & blattis bellũ gerit. Et paulò
poſt oſtendit quot quantisq; erroribus, imperitia librarij hoc exemplar ex archetypo
authoris quod ille nõ ſatis legere potuit, manuſcriptũ, inquinatũ fuerit: quorũ plæ-
roſq; ipſe Nicol. Grebelius, ut eſt acri iudicio, multæq; lectiõis ac eruditiõis uariæ,
emendauit, & tantopere utilem hiſtoriam integritati reſtituit: ad hæc poſt præfatio-
nem ſuam, catalogũ authorũ ſubiunxit, ordine alphabeti, quos citat Cuſpinianus,
quorũ maximus eſt numerus: ſi qui fortè adhuc (inquit) quos extare nõ putamus,
à diligentibus harũ rerũ conquiſitoribus, in ueteribus Bibliothecis inueniri poſſent.

T. cl. 190. IOANNES monachus & presbyter Damaſcenus, ſcripſit aliqua Græce; tantũ opus illud inſigne legi:

Traditionis orthodoxæ fidei, lib. 4. Deum nemo uidit unquam.

Hiſtoriã Barlaam & Ioſaphat, lib. 1.

* Vir fuit in medicinis doctus: de eo miranda narrantur: propter excellentiam doctrinæ & uitæ ſyncritatem, in magno pretio habitus eſt, & apud Conſtantinopolim prælatus monachorum conſtitutus, multos ab iniquitate auertit. Legi in medicinis aphoriſmos eius, &c. Symphor. Champerius.

Ex Suida. Ioan. Damaſcenus, cognomine Manſur, uir fuit doctiſſimus, nec ulli ſui temporis eruditorũ ſecundus. Scripſit multa, & maxime philoſophica, & in diuinam ſcripturam parallelos delectos: & cantui deſtinatos canones tum iambis, tum proſa. Contemporaneus ei fuit etiam Coſmas Hieroſolymitanus, uir ingenioſiſſimus, & Muſicæ plenus harmonicæ. Canones certe utriuſq; ad cantum deſtinati, nihil ſimile habent, nec habebunt quandiu hæc ætas noſtra durabit. Suidas.

Recentiores quidã eundem cũ Meſue, aut ei contemporaneũ fuiſſe putarunt, ſed falſo: cũ Meſuas itidẽ Damaſco natus & educatus pluribus ſæculis poſt, puta anno Chriſti, 1563. ſub Friderico Barbaroſa uixerit. Scripſit ille Aphoriſmos medicos. De febrium cauſis, notis, & curationibus lib. 1. De morbis ac uitijs localibus ſecundum loca libros 5. De compoſitione Pharmacorum lib. 1.

Opera eius medica Baſileæ nuper excuſa ſunt apud Hen. Petrum, in ſex libros diuiſa: non quidem Ioannis, ſed Iani Damaſceni nomine.

Liber de febribus curandis & aphoriſmi eius ex metaphraſi Albani Torini, impreſſi ſunt Baſileæ apud Robertum Vuinter, 1542. in 8. chartis 9. cum Alexandri Aphrodiſei opuſculo de febrium cauſis & differentijs: ut ſupra etiam diximus in
„ Albano. Ex præfatione Albani. Io. Damaſcenus Arabum medicorum optimus, curatiuã medicinę partem cõpendio ſecutus eſt. In cuius opera, cum primum
„ in Herbipolenſi bibliotheca incidiſſem, ac maiori cum ſtudio, ad Græcorũ ſcripta

exami-

examinassem, ita sanè arrisit, squallidus licet & incultus ꝑ charactere Arabico, ut minime indignũ censerem, qui cœno ereptus, & cõptiore styli cultu amictus, etiã ab eo qui aurẽ non habet Batauã Lectore reciperetur: potissimũ ꝙ nihil ferè à rectissimo Græcorũ tramite declinauerit, & methodica medendi ratione, nõ tam febriũ, ꝙ omnium localiũ morborum à summo capite, ad imos usꝙ pedes, causas, notas, & curationes stricte & cõcinne perstrinxerit. Aphorismi eius, numero sunt, 160.

Io. Damasceni ædítio orthodoxæ fidei: & Liber de ijs qui in fide dormierunt, & quomodo sacrificijs ac eleemosynis, pro se factis adiuuentur. Opus excusum Græce, Verone in 4. 1531. chartis 41. apud fratres Sabios.

Ex prefatione Donati Veroneñ. ad Clementẽ VII. Pon. max. Exhibemus nunc « Io. Damascenum sua lingua loquentem, & à nobis in ea pro uiribus emendatũ, col « latisꝙ pluribus exemplaribus suæ integritati restitutũ. Et paulò post. Quanti « semper nominis hic scriptor fuerit, nõ modo apud theologos, sed etiã philosophos « ac medicos, si epistolæ breuitas pateretur exponerẽ. Sed quicũꝙ uel mediocriter « sacris authoribus legendis insueuerit, ignorare nõ potest, hunc à Latinis tanti sem « per æstimatũ fuisse, ut non solũ conuersum habere uoluerint, sed etiam longis com « mentationibus explanatũ: quod paucissimis Græcorũ præter apostolos contigit. « Ex eiusdẽ Donati Græca præfatione: nos Latine reddidimus. Hic enim quę alij « theologi & Christianæ doctrinæ doctores multis innumerisꝙ libris cõprehende- « runt, paucissimis ac breuissimis capitibus explanauit: aut potius, ut mihi uidetur, « ea quæ ab alijs omnibus sine ordine ac rudi traditione de Christianismo conscripta « sunt, tam euidenter & apto doctrinæ modo in suum ordinẽ artemꝙ reduxit: ut qui « cunꝙ in hunc unum duntaxat inciderint, illi iam scienter ac artificiose de rebus di « uinis omnibus ex eius scriptis disserere possint. «

Vide supra in Greg. Nysseno in margine.

Libri quatuor de orthodoxa fide, à Iacobo Fabro Stapuleñ. conuersi inter aulicos (ut inquit) tumultus, maiori fide quàm dignitate aut elegantia, anno 1506. Latine impressi sunt Parisijs apud Hen. Stephanum, 1507. in 4. Alterum quoꝙ libellum, de ijs qui in fide obdormiuerunt, nescio quo interprete, seorsim excusum uidi in 8. Venetijs, 1541.

Capita librorum 4. de orthodoxa fide, seu Theologia Damasceni, qua iuuentus in Græcorum gymnasijs ad theologiæ palæstram solebat initiari.

Primus liber capita 18. habet, quę omnia ferè docent de Deo, Trinitate, & ineffabili diuinitate. Quod Deus sit, et is unus, incõprehẽsibilis, et loco nõ circũscriptus, &c.

Secundi libri (qui est de creaturarum genesi, ordine Moseos) capita.

De sæculo. De opificio. De angelis.
De diabolo et dęmonib. De uisibili creatura. De cœlo.
De igne, luce, luminaribus sole, & luna, & astris.
De aëre & uentis. De aqua.
De terra, & ijs quæ ex ea sunt. De paradiso.
De homine. De uoluptate. De tristitia.
De timore. De ira. De imaginatiua uirtute.
De sensu. De uirtute cogitatiua. De memorandi facultate.
De interna ratione & prolata. De passione & actione.
De actu. De spontaneo & inspontaneo.
De libera potestate, liberoꝙ (quod in nobis est) arbitrio.
De ijs quæ fiunt. Quam ob causam liberæ potestatis & arbitrij facti sumus.
De ijs quæ non sunt in nobis. De prouidentia.
De præscientia, & prædiffinitione, prædestinationeꝙ.

Tertij libri (qui differit de ijs quæ ab incarnatione, usꝙ ad resurrectionem) capita.

De diuina dispensatione, cura ad nos, & nostra salute.

De modo conceptionis Dei uerbi, & diuina eius incarnatione.
De duabus naturis. De modo antidoseos & alternatione.
De numero naturarū. Quod omnis diuina natura in una suiipsius hypostaseon unita est toti humanæ naturæ, & non pars parti.
De una Dei uerbi composita hypostasi.
Ad quærentes an ad quantitatem continuam reducuntur domini naturæ, an ad discretam. Aduersus eos qui dicunt, quod natura sit insubsistens.
De additione in hymno, qui trisagium dicitur.
De natura in specie & in individuo considerata & de differentia.
Quod uirgo Maria Theotocos, id est, Deipara, Deiq; genitrix sit dicenda.
De proprietatibus duarum naturarum.
De uoluntatibus & arbitrijs, liberisq; potestatibus domini nostri Iesu Christi.
De actionibus quæ sunt in Christo.
Ad eos qui dicunt, si duarum naturarum & actionū est homo; necesse est in Christo tres naturas & totidem actiones astruere.
De deificatione naturæ carnis Domini & uoluntatis.
Adhuc de uoluntate & libero arbitrio. De deiuirili actione.
De naturalibus & innocuis passionibus.
De ignorantia & seruitute. De proficientia.
De timore. De Domini oratione.
De appropriatione. De passiõe corporis Christi, et impassibili eius diuinitate.
Quod inseparabilis permansit diuinitas uerbi ab anima & corpore in morte Domini, & quod una permansit hypostasis.
De dissolutione & corruptione. De descensu ad inferos.

Quarti libri (qui inscribitur, de ijs quæ post resurrectionem, usq; ad uniuersalem resurrectionem) capita.

De ijs quæ post resurrectionem.
De sessione in dextera patris.
Ad eos qui dicunt, Si duæ naturæ Christus: aut creaturam colitis naturam creatam: aut unam naturam adorabilem dicitis, & unam inadorabilem.
Propter quid filius homo factus est, non pater aut spiritus sanctus: & quid humanatus dixit.
Ad interrogantes: an hypostasis domini creata an increata.
Quando uocatus est Christus.
Ad interrogantes, si duas naturas concepit sancta Deipara: an duæ naturæ in cruce pependerint.
Quomodo primogenitus: dicitur unigenitus filius Dei.
Ad interrogantes, an ad quantitatem continuam reducuntur domini naturæ, an ad discretam.
De fide & baptismate. De fide.
De cruce: ubi & adhuc de fide.
De adoratione ad orientem.
De sanctis & incontaminatis Christi mysterijs.
De Genealogia Domini & sanctæ uirginis Deiparæ.
De sanctorum & reliquiarum honore. De adoratione imaginum.
De scriptura. De ijs quæ de Christo dicuntur.
Quod non est causa malorum Deus.
Quod non duo sint principia.
Cuius gratia præsciens eos qui peccaturi sunt, & pœnitentiam non agent, creat?
De lege Dei, & lege peccati.

Aduersus

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [862] - 411r

Aduersus Iudæos de sabbato. De uirginitate.
De circũcisione. De Antichristo. De resurrectione.

De resurrectione & de paradiso, libellus Græce excusus Parisijs apud Vuechelum in 16. anno 1541.

Ioan. Damasceni Sententiæ, Parallela, Capita centum de hæresibus: Sermo de immaculato corpore Domini, quo participamus: Logica, theologica, & philosophica uaria, Liber philosophicus & dogmaticus: aliâs, Capita philos. et dogmatica: ἐκ τῶν ἁγίων πατέρων: Romæ extant Græce in Pontificia Bibliotheca.

Libellus de rebus gestis in Perside, & Hymni quidam, seruantur Græce in Italia, Florentiæ opinor.

Logica & Theologica capita, Diegus Hurtadus Cæsaris legatus Venetijs habet.

Raph. Volaterranus testatur hunc Damascenũ in Aristotelem quędam scripsisse.

IOANNES Danck de Saxonia, natione Teuthonicus, ædidit multa præclara & admiranda opuscula: sed ego hucusq; paucissima inueni. T. cl. 1330.

Canones Eclipsales, lib. 1. Eclipsis solis quantitatem.
Canones tabularum, lib. 1. Tempus quarti aspe.
De astrolabio, lib. 1. De incensionibus, lib. 1.

IOANNES Dantiscus, secretarius regis Poloniæ, anno Domini, 1518. scripsit Soteria uersibus heroicis ad Sigismundum de Erberstein equitem auratum, consiliarium Maximiliani Cæsaris, feliciter à Moscis reuersum. Impressa Cracouiæ in 4.

De Sigismundi Poloniæ regis uictoria parta contra Vayeuodam Muldauiæ. Libellus impressus, 1531. in 4.

IOANNES Dantzius Astensis, natione Germanus, anno 1543. mecum Italiam ingressus, & Papiæ artis medicæ adeptus insignia rediit in Germaniam: nunc, ut audio, Francofordiæ ad Mœnum agit, unus ex medicis eius urbis. Homo est & eruditus, & diligentissimus, quod facile probat opus ab ipso æditum, uidelicet:

Tabulæ simplicium medicamentorum, quæ apud Dioscoridem & Galenum sunt, † omnium, exceptis ijs quæ ab animalibus sumuntur, facultates tam generales quàm particulares continentes, & eam quæ est ad principia sequelam, & ut omnia ad elementorum rationes consequantur, nec quicquam in ijs reperiatur pugnans, mira industria euidentissime ob oculos spectanda exponentes. Hæ tabulæ ita distinctæ sunt, ut quas uulgo medici Tacuinos appellãt, fortassis à taxi, id est, ordine: & iuxta alphabeti ordinẽ Simplicia pharmaca cũ suis uiribus enumerant. His accedunt dialogi quatuor de facultatibus simplicium in genere, deq; ijs tum ratione, tum experientia inuestigandis. Videntur autem mihi hi dialogi cum tabulis, non solum Introductio, sed etiam absoluta Epitome undecim librorum Galeni de facultatibus simplicium medicamentorum. Adiecit etiam typographus alias tabulas ex superioribus collectas, quibus Simplicia digeruntur secundum qualitates quibus præditæ sunt, & affectus quibus medentur utrobiq;, id est, & in simplicibus & in qualitatibus seu uiribus eorum, ordine literarum seruato: quales etiam hactenus aliquoties cum Latino Dioscoride sed corruptissimæ & mẽdaces impressæ sunt. Hæ uero nihil habent uitij quod sciam, & curationem exercentibus multum conferre possunt.

† *Titulus falsõ addit etiam Plinium.*

Argumenta quatuor dialogorum Ioan. Dantzij.

Primus, subsequentibus uiam sternens, obiter eorundem argumenta & utilitatem explicat.

Secundus ea habet, quæ quis edoctus, ad omnium medicamentorum tum qualitates, tum facultates artificiose inuestigandas, idoneus & sufficiens euadet.

Tertius, secundarum qualitatum, seu facultatum naturas & effectus continet.

Quartus, de propriis linguæ sensoriis, hoc est, de saporibus, & nonnihil de odoratus qualitatibus disserit, ostendens, quo pacto quis hinc orsus primas inueniat tum qualitates, tum facultates.

De locis tabularum, ex præfatione authoris.

» Primus locus uniuſcuiuſq; medicamenti, ex primis effectricibuſq; qualitatibus
» temperaturam, ac eiuſdem à medio receſſum habet: Verum id duntaxat in iis in
» quibus Galenus certum ordinẽ determinauit: & ſi potuiſſem alijs quàm plurimis
» certos gradus aſſignare: quod faciam fortè ex iſta peregrinatione reuerſus ad ſtu-
» dia, & quicquid in tabula ad abſolutionem aut meliorem ordinem deſiderari pote
» rit, olim abſoluam, ſi hanc meam opellam Lectori non diſplicuiſſe cognouero.
» Secundus locus medicamentorum concrementũ, hoc eſt, aut eſſentiæ tenuitatem,
» aut craſſitudinem, aut diſſimilitudinem, ſi diſſimilarium fuerit partium, indicat.
» Tertius ordo ſapores aliarum facultatum omnium indices continet, non quidem
» omnes, ſed maxime medicamentoſos. Quartus ſecundas qualitates & facul-
» tates nuncupatas habet. Quintus & poſtremus particulares medicamentorũ
» uires atq; effectus, &c. Deinde docet modũ legendi has tabulas: & quod dialogi
prius legendi ſint illi, (ſi quidem generales facultates antea non cognouerit) qui
ex his tabulis fructum capere uoluerit.

IOANNES Dauienus, Alexandri Aphrodiſiei problemata illuſtrauit: quæ Neoba-
rius nuper excudit Pariſijs.

T. IOANNES de Deo, iuris utriuſq; profeſſor, ſcripſit uaria in utroq; iure opuſcula, è
quibus pauca ad notitiam meam peruenerunt. Reperi enim ſubiecta duntaxat.

Summam cauillationum,	lib. 7.	Ad honorem ſummæ tri.
Aliam prænotatam, ludiciũ,	lib. 4.	Principio noſtro aſſit.
Tabulam decreti,	lib. 2.	Liber decretorum diſtin.
Tabulam decretalium,	lib. 1.	Volentibus prompte.
Concordantiã decreti & decretal.	lib. 1.	De conſtitutionibus tract.

Quæſtiones uarias. Claruit Bononiæ, circa annum, ut uidetur, 1240.

* Io. de Deo, natione Hiſpanus, inter canonici iuris ſcriptores citatur in Sum-
ma Angelica.

IOANNIS Deſpauterij Niniuitæ, natione Germani, ni fallor, Commentarij Gram-
matici, impreſſi Pariſijs apud Rob. Stephanum, 1537. in paruo fol. cum indice am-
pliſſimo eorum, quæ in Commentarijs ſparſim annotata ſunt: chartis 189.

Summa & ſeries librorum.

Rudimenta tripartita, quæ prima parte minutiſſima quæq; continent breuiſſime:
ſecunda uulgatiores Latinitatis regulas: tertia, maiora quædam & firmiora. Vo-
cat autem hanc ſecundam ædition em, ſiue partem ſuæ Grammaticæ: quæ breuita-
te facilitateq; pueris commodior eſt: ſcripta ab ipſo Cominij, 1514.

Prima pars (quam biennio ante ædiderat) in libros 6. diuiditur. Ex præfatione.

» Plurimi ſunt cum apud Priſcianum, tum apud Alexandrum, & reliquos penè om
» nes præter Phocam, & qui illum imitatur Nebriſſenſem, fœdi ignorantiæ circuli,
» quos noſtris in libellis nullos conſpicies. In heteroclitis haud parum laborauimus,
» &c. Si cui nimis longum hoc opus uideatur, oro ut diligenter conſideret ſeclusis
» dictionum declarationibus quàm ſuccinctè concluſerim omnia: & in Neotericis
» hoc opere breuius nullum inueniet. In gloſſematis multa poſui, non ut omnes om
» nia ediſcant, uerum ut pro ſuo quiſq; captu noſtro è fonte hauriat.

Liber primus eſt de nominum generibus: ſecundus, de regulari nominum de-
clinatione: tertius, de heteroclitis: quartus, de comparationibus: quintus,
de præteritis & ſupinis: ſextus, de uerbis defectiuis & anomalis.

Syntaxis (cuius chartæ ſunt 56.) multis bonorum authorum teſtimonijs ſuffulta:
cum præfatione quæ inſtar apologiæ eſt ad homines imperitos, & uitilitigatores.

De ordine declarationis grammaticæ, & de ſyntaxi reciprocorum, liber nonus.

Ars uerſificatoria, chartis 55. Vide in Iacobo Mycillo: afferuntur autem in hoc ope
re proſodiæ exempla ex omnibus ferè ueterum libris: nec aliquot accuratius ſcri-

ptum

ptum huius argumenti quod ad Latinam prosodiam extare puto.
De accentibus & punctis libellus.
Centimetrum uel de carminum generibus opusculum, cui adiunctum est Mauri Seruij Centimetrum.
Recriminatio in aduersarium, charta dimid.
De figuris, liber 1. Ars epistolica. Orthographia.
Cæterum Summa istorum operum omnium hexametris uersibus comprehenditur, quæ mox subiecta oratione soluta explanantur.
Gymnicus etiam Coloniæ, Rudimenta Despauterij seorsim, & grammaticam seorsim excudit. Versificatoria, seorsim Parisijs impressa, 1528. apud Ioan. Petit. Vide in Ioan. Pellisone.

IOANNIS Diaconi philosophi Pediasimi Explicatio in illud quod ab Aristotele in demonstrationum libris scribitur, ὅτι οὐ δ'ἐνο κύκλοι κύκλῳ: extat in quadam Italica bibliotheca Græce. Vide Io. Chartophylax: Nam, nisi fallor, idē hic author est.

IOANNES Dieppurg dictus de Franckfordia, natione Teuthonicus, doctor Heydelbergensis, scripsit nō spernendæ lectionis opuscula, è quibus feruntur subiecta: T. cl. 1430.

Contra Hussitas,	lib. 1.	Cum nuper anno domini.
Contra Feymeros,	lib. 1.	Lex domini ad extra mor.
De contractibus,	lib. 1.	Vt in foro animæ ubi in.
De prædestinatione,	lib. 1.	Gloria in altissimis deo.
Sermones multi,	lib. 1.	
Coram rege Angliæ oratio,	lib. 1.	Verbum mihi est ad te.
Corā duce Sabaudiæ oratio,	lib. 1.	Coram rege Franciæ oratio, lib. 1.
Quæstiones uariæ,	lib. 1.	Epistolæ complures.

Orationes diuersæ.

IOANNIS Dietenbergij theologiæ professoris profundissimi (sic habet inscriptio) ac hæreticæ prauitatis inquisitoris, Phimostomus siue Confutatorium Scripturariorum, & frenum Lutheranorum. Liber ædítus Augustæ, anno 1530. Adiectus est Tractatus eiusdem authoris de Diuortio. Opus excusum Coloniæ apud Petrum Quentel, 1532. in 4. chartis 29. Ex præfatione authoris, quam scripsit Confluentiæ, 1532. Porrò quæ Scripturarijs (sic uocat Lutheranos) qui Scripturis omnia se agere gloriantur, quum nihil minus faciant, impossibilia uidebantur probaturi scripturis sacris, ostendo, non alijs, quàm Scripturarum sanctarum testimonijs: simul & pernitiosissimum errorem illorum, quo nihil in ecclesia catholica, nisi claris legatur Scripturis, acceptandum impie dogmatizant, arguo, cōfuto, prorsusq; euerto. Ex primo folio primi quaternionis.

In hoc libello illa præcipue, de quibus in nouissimis Imperialibus Comitijs Augustæ, 1530. celebratis, anceps inter plurimos fuit sententia, & suis capitulis numerata, & Scripturis canonicis euidentibus, catholice intellectis, probata inuenies.

1 Noua, nunc in ecclesiam repentia, non esse toleranda dogmata, etiamsi haud possint expressa redargui Scriptura.
2 Nequaquam solis Scripturis nudis quamlibet fidei ueritatem stabiliendam.
3 Omnium quæ sit in ecclesia credendorum regula.
4 Scripturæ ad ecclesiam, & Ecclesiæ ad Scripturam mirabilem collationem.
5 Christum haud decuisse suam proprio digito scribere doctrinam.
6 Libros Scripturarum quos apud Ecclesiam conueniat appellare canonicos.
7 Sanctorum inuocationem licere Christi fidelibus.
8 Opera nostra esse proprie satisfactoria.
9 Eadem esse uere meritoria. 10 Eadem esse iustificatoria.
11 Sacramentalem peccatorum confessionem, esse diuinitus institutam.
12 Diuinissimam Eucharistiam esse uere sacrificium.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [865] - 412v

13 Liberum, etiam post peccatum, in homine manere arbitrium.

14 Communem alterius (panis uidelicet) speciei, scripturis, & praxi Christi, nec non apostolorum atq; primitiuæ ecclesiæ conformem esse.

15 Purgatorium Scripturis probatum.

16 De diuortio, tractatus specialis, an uterq; cõiugum post diuortium innuptus manere debeat.

T.M.1418. IOANNES Dominici, tituli sancti Sixti Cardinalis, Ragusinus uulgariter nuncupatus, patria Florentinus, ordinis fratrum Prædicatorum, scripsit quædam præclara uolumina, de quibus subiecta feruntur.

In Ecclesiasten,	lib. 1.	In Cantica canticorum,	lib. 1.
In Euangel. Matthæi,	lib. 1.	Super Magnificat,	lib. 1.
In Epistolam ad Romanos,	lib. 1.	Lucula noctis prænotatus,	lib. 1.
Itinerarium deuotionis,	lib. 1.		
De amore charitatis,	lib. 1.	Si linguis hominum loquar.	
Sermones de tempore,	lib. 1.	Sermones de sanctis,	lib. 1.
Sermones per quadragesimã,	lib. 1.	Beatus uir qui non abijt.	

Et quædam alia.

* Iam annos natus 18. ordinem ingressus, literarum penitus ignarus, per se omnes ferè disciplinas comprehendit, ut ipse in quodam libro ad Colutium testatur: scripsit in sacros libros: concionator fuit egregius, &c. Raph. Volaterranus.

T.cl.14-9. IOANNES de Dorsten, natione Teuthonicus, ordinis fratrum eremitarũ sancti Augustini: scripsit non contemnenda opuscula, de quibus feruntur.

Sermones de tempore,	lib. 1.	Sermones de sanctis,	lib. 1.

Et quædam alia.

IOANNES Draconites, natione Germanus, Doctor & professor Theologiæ Marpurgi hoc tempore, uir doctrina & linguarum cognitione egregius, sacros aliquot ueteris Testamenti libros ex Ebræo transtulit, & succinctis commentarijs explicauit: ex quibus quæ mihi uidere contigit, hæc sunt.

Cõmentarius in Psalmos aliquot, & capitula Geneseos de Christi regno. Chartæ 7. & dimid. excusæ Marpurgi, 1537. in officina Egenolphi.

Psalterium ex Hebræo, uersum cum scholijs seorsim adiunctis. Psalterij chartæ sunt 19. & dimid. Scholiorum, 19. ibidem excusæ, 1543. in 8. Adiectis etiam tabulis in prima charta de usu Psalmorum, & indice circa finem.

Commentarius in Danielem ex Ebræo uersum, cum oratione & indice. Ibidem excusus, 1544. in 8. chartis 19. & dimid.

Vidi & Germanice quædam eius nomine ædita, quorum iam non memini.

IOANNES Driedonis de gratia & libero arbitrio liber. Impressus Louanij in 4. 1536.

De concordia liberi arbitrij, liber ibidem impressus in 4.

De captiuitate & redemptione humani generis, in 4.

De scriptis ecclesiasticis libri 4. in folio impressi.

IOANNES Dryander, natione Germanus, medicinæ doctor, & in mathematicis disciplinis eximie uersatus, publicus hodie Marpurgi professor, uir mihi amicissimus & olim in Gallia familiaris: scripsit Anatomen capitis humani, in Marpurgẽsi Academia publice ab ipso exhibitam: ubi & excusus est liber cum figuris, 1536. in 4.

Annuli Ioan. Dryandri, recentis inuenti astronomici structura atq; explicatio luculenta. Libellus excusus Marpurgi, 1537.

Disputatio quædam, medica opinor, typis excusa.

Cylindri astronomici instrumenti explicatio Germanica, ædita Marpurgi, chartis duabus, 1537.

Sphæræ materialis siue globi cœlestis explicatio Germanica: chartæ sunt 8. ibidem impressæ, sub ipsius authoris Rectoratu.

Antio.

Antiochi Tiberti & alterius innominati scriptoris de Chiromantia libros Latinos recognouit, & excudi curauit Moguntiæ.

Cosmographiæ introductio, cum quibusdam Geometriæ ac Astronomiæ principijs, ad eam rem necessarijs. Liber excusus Ingolstadij primum, deinde Coloniæ apud hæredes Gymnici, 1544. in 8. chartis 4.

Ex præfatione D. Io. Dryandri. Cum in mathematicis disciplinis nihil aut parum profici posse sine instrumentis uiderem, & bonam partem iuuentutis, eo nomine artem minus percipere posse animaduerterem: primo ad fabricanda & perficienda instrumenta, animum adieci: fratrem, ad perficienda instrumẽta instituo: ego ingenium & artem subministro, ille manum adijcit & opera absoluit. Prodit utriusq; opera, utriusq; artis, uidelicet Astronomiæ atq; Cosmographiæ instrumentum, unà cum adpositis canonibus. Ibi cum, quot capita tot & sensus esse cogitarem, alioséq; alijs formis instrumentorum oblectari cognoscerem, mox tam cœli quàm terræ, triplici forma & quantitate, instrumenta excudere cœpimus. Prima forma taurinum, secunda humanũ, tertia infantis caput, quantitate sua exprimit. Cuiq; instrumento, suæ lineæ, suæ formæ, & ornamentum picturæ, & quod ad artificium attinet, omnia sunt adiecta, &c. Pro ornamento Academiarũ Lipsensis & Vuitembergensis, insignis magnitudinis, duarum ulnarum plus minus, diametro occupante quantitatem, binos globos astriferos, picturis, figuris, circulis, & omnibus tam pro ornamento q̃ pro usu instrumenti necessarijs absoluimus. Astriferi globi, in fratris & aliorum linguæ Latinæ ignarorum gratiam, Canones eadem lingua quinquenniũ ante absoluimus: Quos Latinitati donatos, reuocare coacti, hoc quod hic uides, Cosmographiæ Introductionis opusculum damus. Authoris nomen me planè fugit: nisi quod Ingolstadij prius excusus liber, argumento esse potest, ex Petri Apiani doctissima & elaboratissima officina, prijsse. Quem librũ, cum compendio Cosmographiæ rudimenta & succincte & docte tradat, terrestri nostro globo explicando recipiendum putamus.

Instrumẽta à Io. Dryandro & fratre fabricata: quæ Marpurgi & Francofordiæ in nundinis uenalia inuenire licet.

IOANNES Duns, natione Scotus, ordinis fratrum minorũ, Alexandri Alensis Anglici quondam Parisijs auditor, ædidit quædam instructa uolumina, è quib. extant. T.M.1308.

Super sententias,	lib. 4.	Cupientes. Circa prolo.
Quodlibeta quoq;	lib. 1.	Cunctæ res difficiles.
De cognitione dei,	lib. 1.	Quia summa nobis.
In metaphysicam quæstiones,	lib. 1.	
Sermones de tempore,	lib. 1.	Erunt signa, &c. In hoc.
Sermones de sanctis,	lib. 1.	

Commentarios in euangelium & apostolum scripsisse dicitur, alioséq; uarios composuisse tractatus, qui ad notitiam meam non uenerunt.

* Nihil erat quod capere non potuisset huius uiri ingeniũ, si tempora, quæ tempora permisissent, quæ tum suis literarum in primis ornamenta denegabant: nunc in scholastico illo, nescio curioso ne magis an utili disceptandi de rebus sacris genere, nihil eo subtilius, nihil absolutius est. Ioach. Vadianus in Comment. in Melã.

Io. Duns Scoti (quem multi doctorem subtilissimũ uocant, & principem theologorum) expositio super quatuor libros Sententiarum Petri Lombardi: & Quæstiones quodlibetales. Opus impressum Venetijs ex castigatione Philippi de Bagnacauallo apud Andream Asulanum, 1503. in fol. chartis 261. sed indicis seorsim chartæ 14. sunt.

Ex Phil. de Bagnacauallo præfatione. Totis ingenij uiribus connixus feci, ut diuinum alioqui opus, magna ex parte uideri posset restitutum, &c. Quædã, ac potissimum quarto libro, satis habui subiecta linea pro extrarijs notare. Subieci ad hæc responsa, quæ alibi quærenda ipse demonstrat auctor. Additiones præterea bipartitas, quæ ad primum librũ attinent in unum contuli; sparsimq; toto ope-

„ re plurium auctorum opiniones limitari margine repræsentaui, & cum his Aristo-
„ telis locos in ipsius commentatorijs petitos, per quæ tanquam digitus à nobis ad
„ fontem intenderetur.

Quodlibetales quæstiones hæ sunt, numero 21. (quarum seorsim chartæ sunt 27.)

1 Vtrũ in diuinis essentialia sint immediatiora ipsi essentiæ diuinæ, uel notiona-
2 Vtrum in Deo possunt esse plures productiones eiusdem rationis. (lia.
3 Vtrum ista possint simul stare, quod relatio ut comparata ad oppositum, sit res: & ut comparata ad essentiam, sit ratio tantum.
4 Vtrum subtracta uel separata, siue circumscripta relatione originis, posset manere prima persona diuina constituta & distincta.
5 Vtrum relatio originis in diuinis sit formaliter infinita.
6 Vtrum æqualitas in diuinis, sit relatio realis.
7 Vtrum Deum esse omnipotentem possit ratione necessaria demonstrari.
8 Vtrum filius siue uerbum diuinum habeat aliquam causalitatem propriam respectu creaturæ.
9 Vtrum Deus possit facere angelum informare materiam.
10 Vtrum Deus posset species quæ sunt in Eucharistia conuertere in aliquid præexistens.
11 Vtrum Deus posset facere quod manente corpore & loco eius, corpus non habeat ubi in loco.
12 Vtrum respectus rei creatæ sit idem ad Deum creantem & conseruantem.
13 Vtrum actus cognoscendi & appetendi sint essentialiter absoluti, uel essentialiter relatiui.
14 Vtrum anima suæ perfectioni naturali relicta possit cognoscere trinitatẽ personarum in diuinis.
15 Vtrum respectu uerbi creaturæ intellectus possibilis sit actiuus uel passiuus.
16 Vtrum libertas uoluntatis & necessitas naturalis possint se compati in eodem respectu eiusdem actus & obiecti.
17 Vtrũ actus dilectionis naturalis, & actus dilectionis meritoriæ sint eiusdẽ spe-
18 Vtrũ actus exterior addit aliquid bonitatis uel malitiæ ad actũ interiorẽ. (cies.
19 Vtrum in Christo unitas naturæ humanæ ad uerbum sit sola dependentia naturæ assumptæ ad personam uerbi.
20 Vtrum sacerdos obligatus ad dicendum missam pro uno, obligatus etiam ad dicendũ missam ꝓ alio, sufficienter soluat debitũ dicendo unã missam ꝓ ambobus.
21 Vtrum ponens mundi æternitatem, possit sustinere aliquem esse uniuersaliter bene fortunatum.

Ioan. Scoto Sententiarum interpreti, primæuam sacratissimi Dionysij tralationem ascribunt: cum alteri cuidam Ioan. Scoto, qui istum multis sæculis antecessit, & Athenis Græce didicit, accepta referri debeat. Ioan. Cono in epistola quadã impressa Coloniæ inter Gregorij Nysseni opera.

De morte huius scriptoris, uide apud Petrum Crinitum lib. 24. de honesta disciplina, cap. 11. ubi etiam affirmatur Dionysij libros ab eo conuersos esse.

T. IOANNES de Duren, ordinis fratrum minorum S. Francisci, natione Teuthonicus, fertur quædam cudisse opuscula, è quibus extant,

Sermones de tempore,	lib. 1.	Sermones de sanctis,	lib. 1.
Quadragesimale,	lib. 1.	Sanctificate ieiunium.	
De septẽ peccatis mortalibus,	lib. 1.	Cum confessor idoneus.	
De occultis uitijs,	lib. 1.	Est uia quæ uidetur ho.	
De confessione,	lib. 1.		

Alia quoq; multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

IOAN.

Joh. Trithem. Philonis
v. Joh. Philon.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [868] - 414r

IOANNES de Duſeldorp, natione Teuthonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper uirginis de monte Carmeli, Prior Argentinenſis, &c. Vidi quoſdam ipſius tractatus, quorum titulos nunc ad memoriam reuocare non potui. T. cl. 1494.

IOANNES Eccius Sueuus, natione Germanus, doctor theologiæ Papiſticæ & defenſor, obijt nuper poſt multa Latine & Germanice ſcripta publicata, ex quorum numero hæc ſunt:

Homiliæ, opus excuſum.

Tomi quatuor, neſcio cuius operis: titulum enim ſolum legi in catalogo bibliopolij cuiuſdam.

Super Aggeum, ſi recte memini, commentarius: impreſſus Coloniæ in 8. 1538. apud Ioannem Soterem.

De primatu Petri, ſiue Pontificis, aduerſus Lutherũ. Liber impreſſus Coloniæ.

Epiſtola de ratione ſtudiorũ ſuorum ſcripta, & impreſſa Ingolſtadij, 1543. in 4.

Ad Sigiſmundum Poloniæ regem de ſacrificio Miſſæ cõtra Lutheranos libri 2. impreſſi in 8. 1526. chartis 17.

De Miſſa libri 3. quibus eam ſacrificium eſſe ex ſcripturis oſtendere, & aduerſæ partis obiecta diluere conatur. Impreſſi, ni fallor, Coloniæ apud typographum Quentel.

Epiſtola quædam, excuſa Auguſtæ, 1529. in 8.

Enchiridion locorum cõmunium aduerſus Lutherum, & alios hoſtes eccleſiæ, ut habet inſcriptio, ex ſeptima authoris recognitione cum annotationibus P. Tilmanni. Liber impreſſus eſt (Ingolſtadij opinor) anno 1535. chartis perparuis 42. & dimid.

Ex epiſtola nuncupatoria ad Conradũ à Tungen Herbipolen. epiſcopum ſcripta, anno 1529. Et ego omnium minimus cum his beſtijs dentatis iam ſæpe & eminus & comínus pugnaui. Comínus quidem Lipſiæ cum ipſo draconis capite Luthero & Caroloſtadío, 20. diebus diſputando, ſpectante nonnũquam D. Georgio Saxoniæ duce: Et in Baden cum Capharnaita Oecolampadío & aſſeclis, aſſidentibus 12. Cantonum Heluetiorum, & quatuor epiſcoporum ambaſiatoribus plurib. diebus conflixi. Eminus uero æditis aliquot in Germania & Italia libellis, cum hæreticis manum conſeruí: è quorum numero eſt locorum communium Enchiridion à me æditum, quo occupatiores quibus non uacat grandia Heroũ uolumina reuoluere, in promptu et breui (ut aiunt) manu haberent quo hæreticis occurrerẽt.

Tabella locorum Eccij.

De ſacrificio Miſſæ,	De uotis.	De cœlibatu clericorum.
De Cardinalib. et legatis.	De excõmunicationib.	De bello in Turcas.
De immunitate eccle.	De indulgentijs.	De purgatorio.
De annatis.	De hęreticis cõburendis.	Non diſputandũ cũ hęreticis.

Auctarium.

Sub Euchariſtia eſſe corpus Chriſti. De pueris baptizandis.
De libero arbitrio. De oratione & horis canonicis.
De pluralitate ſacerdotum & decimis. De eccleſijs ædificãdis & ornatu earũ.
De charactere. De tranſubſtantiatione. De Miſſa Latine dicenda.

Chryſopaſſus ſiue De prædeſtinatione centuriæ ſex: impreſſæ Auguſtæ Vindelicorum, 1514. in fol. chartis 79.

Ex præfatione ad duces Baioariæ ſcripta, anno 1514. Hunc librum cõſcripſi, annos tantum uiginti ſex natus, &c. Itaq; poſt tot ſummos theologiæ antiſtites, rem ſum aggreſſus difficillimam: & ſpicas collegi & grana interdum cum Moabitide poſt terga metentium, &c. Ex præfatione ad Lectorem. Dum Io. Scoti placita interpretarer, incidi in prædeſtinationis quæſtionẽ: quæ ex continenti uiſa eſt mihi non indigna, in qua iuuenes exercerem calores. Librum ipſum Chryſopaſ- Tituli ratio.

„ ſum appellaui, quod Ioan. in Apocalypſi pro decimo lapide ſupernæ ciuitatis Hie-
„ ruſalem illum poſuerit, communi doctorum interpretamento decimũ articulum
„ fidei, qui eſt ſanctorum communio, deſignante. Vbi autẽ perfectior reperitur ſan-
„ ctorum communio, quæ uaria eſt (ut nuper pluribus ad Leonhardum Abbatem
„ Ottenburenſem ſcripſimus) quàm in prædeſtinationis gloria? Citat autẽ in his libris cum ueterum tum recentium plurimorum ſententias, quorum catalogus ab initio operis habetur, deinde additur Summarium ſiue Regeſtum continuum: & in fine, Index ſententiarum.

Poſtillæ ſiue homiliæ de tempore & de ſanctis, Germanico ſermone tribus tomis conſcriptæ, & æditæ poſtremo ab authore, anno 1530. Impreſſæ Ingolſtadij 1531. in fol. chartis 369.

Epiſtola ad Heluetios Germanice ſcripta, de fide Lutherana & Huldrycho Zuinglio, &c. Impreſſa in oppido Landshut: chartis 2. & dimid.

T.cl. 1350. IOANNES Eligerus de Gondersleuen, natione Teuthonicus, Ioãnis de Saxonia clariſſimi aſtronomi quondam auditor, ſcripſit in mathematica ſcientia non ſpernenda uolumina, è quibus ſubiecta feruntur.

De compoſitione aſtrolabij,	lib. 1.	Rex aſtrorum Ptolem.
De utilitate aſtrolabij,	lib. 1.	Zelo principali intelle.
De utilitate quadrantis,	lib. 1.	Vtilitates noui qua.
De magnete quoq;	lib. 2.	Tractaturus de magne.
De aſtrogemetro,	lib. 1.	Summa rorante nobis.

Et alia plura.

IOANNIS Elij odæ ſpirituales: liber impreſſus: ſic enim legi in catalogo Baſilienſis officinæ Heruagij.

IOANNES epiſcopus Camotenſis ſcripſit contra monachos mendicantes. Henricus Cor. Agrippa.

IOANNIS epiſcopi Romani liber aut potius epiſtola, de duabus Chriſti naturis aduerſus Eutychianiſtas, ad illuſtres ac magnificos uiros Auienum Senatorem, Liberium Seuerinum, Fidelem Auitum, Opilionem, Ioannem Syluerium, Clementinum, & Amphelium. Hen. Petrus Baſileæ excudit, 1528. in folio, cũ uarijs aliorum contra hæreſes opuſculis: tres paginæ ſunt unius chartæ.

„ Argumentum, iuxta uerba authoris, tale eſt. Iuſtinianus imperator de hijs trib.
„ quæſtionibus orta certamina fuiſſe ſignauit: utrum unus ex trinitate Chriſtus, &
„ Deus noſter dici poſſit: hoc eſt una de tribus perſonis ſanctæ trinitatis ſancta per-
„ ſona. An Deus Chriſtus carne pertulerit impaſſibili deitate. An proprie & ueraci-
„ ter mater Domini Dei noſtri Ieſu Chriſti Maria ſemper uirgo debeat appellari.

T. Haſce tres quæſtiones propheticis, apoſtolicis, & patrum ſententijs confirmat.

IOANNES de Erfordia, natione Teuthonicus, patria Thoringus, ordinis fratrum minorum, ſcripſit plura opuſcula, è quibus ego uidi tantum uolumen magnũ quod prænotauit:

Tabulam iuris,	lib. 1.	Quoniam ut ſcriptum eſt 12.
Summam de caſibus,	lib. 1.	Rogatus à fratribus quod.

De alijs nihil uidi. Ferũ aũt elegantes cõpoſuiſſe ſermones, ſed ad me nõ uenerũt.

T.cl. 850. IOANNES dictus Erigena, monachus, Græco & Latino ad plenum inſtructus eloquio, iubente Carolo filio Ludouici fratre Lotharij imperatoris trãſtulit in Latinũ.

Hierarchiã & libros Dionyſij,	lib. 4.	Scripſit ſuper eiſdem,	lib. 4.

Et quædam alia. * Vide Ioan. Scotus.

T.cl. 1440. IOANNES Erneſti, natione Teuthonicus, Heydelbergenſis gymnaſij decus quondam & rector, ſcripſit quædam (ut ferunt) præclara opuſcula, de quorum numero ſubiecta feruntur:

Quæſtiones ſententiarum,	lib. 1.	Quæſtiones diſputatæ,	lib. 1.

Sermones

Sermones multi, lib. 1.
De natiuitate domini oratio, lib. 1. Etsi loquendi de maxi.
De ieiunio ad uniuersitatem, lib. 1. Sacratissimam desidera.
Orationes multae & uariae, lib. 1. De authoritate concilij, lib. 1.
Et alia complura.

IOAN. Erueruelden Monhemius Ioannis Despauterij Grammaticā in Methodū redegit. Liber excusus Coloniae. Item, Des. Erasmi opus de conscribendis epistolis in cōpendium redegit. Libellus Tiguri excusus, & Basileae apud Robertum Vuinter 1541. Eundem hunc esse scriptorem suspicor, qui se aliâs Ioan. Monhemium simpliciter uocat sine alio cognomine. Vide infra.

IOANNES Esculanus de Esculo, ordinis fratrum minorum post sanctum Bonauenturam minister generalis, scripsit T. cl. 1270.
Sermones de tempore, lib. 1. Sermones de sanctis, lib. 1.
Epistolas plures ad diuersos, lib. 1. Et quaedam alia.

IOANNES Eslzer Magnutius, scripsit libellum exiguum in quo conatus est demonstrare punctum uernalis aequinoctij praecessisse arietis initium, quod in tabulis est gradibus quatuor & dimidio, anno octauo supra 1500. sed nec ipsum est assecutus quod putabat: & si quàm maxime id sic fuisset anno memorato, eius tamen ad aliud quodcunq; tempus inuestigandi rationē minime tradidit, &c. Vide Alberti Pighij praefationem in librum suum de aequinoctiorū solstitiorumq; inuentione.

IOANNES Estuidi, natione Anglicus, scripsit ingenij sui quaedā praeclara opuscula, T. cl. 1347.
è quibus extat opus insigne astrologiae iudicialis, de accidētibus mundi, quod uulgo appellatur,
Summa Anglicana, lib. 2. Intentio mea in hoc libro est compilare sententias astrologorum de accidentium pronosticatione, quae accidunt in hoc mundo ex corporum superiorum uolubilitate secundū diuersam aēris dispositionem in calore, frigore, humiditate & siccitate.
De caeteris nihil uidi. * Hic author aliâs nominatur Ioan. de Eschenden. Summa eius impressa est. Vide manuscriptum uolumen satis crassum.

IOANNIS Fabri, natione Germani, episcopi Viennensis, qui ante paucos annos obijt, opera, quantum scio, haec sunt.
Commentarij super Instituta, excusi Lugduni, 1534. in fol.
Super primum & secundum Codicis.
De fide & operibus, liber impressus Coloniae apud Quentell. in fol. Idem opinor aliâs inscribitur de bonis operibus.
Aduersus doctorem Balthasarum Pacimontanum, Anabaptistarum nostri saeculi primum authorem, orthodoxae fidei catholica defensio. Impressa Lipsiae in 4. chartis 30. anno 1528. Ex praefatione authoris. Balthasarem illum tam pernicioſae rei authorem (de qua libros etiam & tractatulos scripsit sanè non paucos) “
Ferdinandus rex capi, & captū in uinculis teneri iussit: Qui nuper in sese descendens, suorūq; ipsius scelerū atrocitate expensa, iam cū de uita ac salute desperaret, “
antequam poenas dignas lueret, mecum super nonnullis rebus disserere cupiens, “
facile obtinuit ut regis iussu ad captiuū proficiscerer, &c. Ad quem ubi uenissem, “
nihilq; librorum quàm Biblia, quorum & illi copia erat, mecum attulissem, de illis “
ipsis haeresibus, quarum uel author ille, uel doctor & assertor fuerat, cum eo placide disserere coepi, ita ut alter alterū uicissim interrogaret, & ad interrogata respon “
sitaret: quemadmodum sequenti in libro, qui est dialogi instar, continetur. Quae “
quidem inter nos dissertatio hoc sanè fructus peperit, statim ut retractationum liber compositerit. (Harum subinde capita 20. ipse Faber in hac praefatione breuiter perstringit) de baptismo tantum (inquit) paruulorū, & sacramento Eucharistiae “
uarians, statuit in regis sententiam & Academiarum concedere. “

Elenchus argumentorum totius operis, & capita libri.

1 De ſana expoſitione intelligentiaq; ſcripturæ ſacræ.
2 De baptiſmo paruulorum.
3 De non ſcriptis Eccleſiæ traditionibus.
4 De baptizandis infantibus.
5 De ueritate corporis & ſanguinis Chriſti in uenerabili Sacramento altaris.
6 De ſacrificio Miſſæ.
7 De ſanctorum interceſſionibus pro nobis ad deum.
8 De purgatorio animarum. 9 De imaginibus Chriſti & ſanctorum.
10 De fide & operibus. 11 De ſatisfactione pro peccatis.
12 De libertate Chriſtiana. 13 De abſoluta neceſſitate.
14 De libero arbitrio.
15 De genitrice Dei Maria, & filio eius uere Deo.
16 De perpetua uirginitate Mariæ.
17 De aſſumptione Mariæ, gaudioq; ſanctorum in cœlo.
18 De extremi die iudicij. 19 De agenda pœnitentia pro peccatis.
20 De auriculari confeſſione peccatorum.
21 De clauibus Petri. 22 De operibus ſatisfactorijs.
23 De ieiunijs ab eccleſia inſtitutis.
24 De excommunicationibus. 25 De eccleſia, quid ſit.
26 De Zuinglij tyrannide, uarioq; ſacrilegio.
27 De inconſtantia doctrinæ Zuinglianæ.
28 De inconſtantia Lutheri.
29 De conſenſu & concordia Conciliorum ac Doctorum in fide.
30 Concluſio ut perſtemus in Eccleſia, quia in fide nunquam errat.

De uictoria parta inter Heluetios libellus Germanicus, contra quem Hen. Bullingerus ſcripſit, ut ſupra dixi.

Redargutio ſex articulorū Huld. Zuinglij, exhibita Badenæ in Heluetia in publica diſputatione, anno 1526. Liber Germanicus eodem anno impreſſus Tubingæ, in 4. chartis 54.

Epiſtola Germanica Dialogi inſtar compoſita, ad Huld. Zuinglium, qua eum redarguit quod in Diſputatione Badenæ non appareat: chartæ ſunt 2. impreſſæ in 4.

In catalogo Baſilieñ. officinæ Cratandri, nominatos inuenio libros Fabri, unū de Euchariſtia, impreſſum Coloniæ in fol. 1537. Alterum, De lege Moſcouitarum, Baſileæ impreſſum in 4. Qui an huius authoris ſint, aut alterius, non ſatis ſcio.

IOAN. de Faucona inter canonici uel ciuilis iuris ſcriptores in Suma Angel. citatur.

IOAN. Fauētinus inter canonici uel ciuilis iuris ſcriptores in Suma Angelica citatur.

IOANNES Feldner Germanus, uaria & iucunda in Aſtronomia elaborauit Viennæ Auſtriæ: quorum an aliquid publicatum ſit, haud ſcio.

IOAN. de Felicitate I.C. ſcripſit ſuper Inſtituta.

IOAN. Feraldi, ſcripſit de priuilegijs regum Franciæ.

IOANNIS Fernelij Ambianatis, natione Galli, Coſmotheoriæ libri duo, impreſſi Pariſijs apud Colinæum.

De naturali parte medicinæ libri 7. ibidem impreſſi in fol. anno 1542.

Monaloſphærium ibidem excuſum, anno 1526. quo etiam ab authore perſcriptum eſt, in fol. chartis 6. cum indice alphabetico, & altero, qui ſingulas propoſitiones ordine recenſet. Diuiditur autem hoc opus in 4. partes. Prima generalis horarij & ſtructuram, et uſum, in exquiſitam monaloſphærij cognitionē præmittit. Secunda, mobiliū ſolennitatū, criticorumq; dierum rationes, multa breuitate cōplectitur. Tertia, quaſcunq; ex motu primi mobilis depromptas utilitates elargitur. Quarta, geometricam praxin breuiuſculis demonſtrationibus dilucidat.

Ex præ-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [872] - 416r

Ex præfatione authoris. Si qui forsan causentur hoc organũ, astrolabij similitudinem præ se ferre, haud uticp diffitebimur: uerum expeditius ac sanè generalius singula excutit, suffunditcp: ob idcp nemo hoc ipsum, astrolabio preferendum non censebit.

De proportionibus libri duo, ibidẽ impressi, anno 1528. in folio, chartis 14. cum indice. Prior, de simplici proportione est, & magnitudinum & numerorum tum simplicium tum fractorum rationes edocet: Posterior, ipsas proportiones comparat, earumcp rationes colligit.

Ex præfatione eodem anno scripta Parisijs in gymnasio D. Barbaræ.

Anno superiore ut astronomica quædã opuscula in uulgus propulissem, plurimas his interspergi cœlestium tum motuum, tum quantitatum comparationes, statim sum expertus. Proinde breuem quandã proportionũ traditionem seiunctim emittere, suasit impense studentium cõmoditas, ut ea non astronomicis modo, uerũ & philosophicis disciplinis proprio cuiuscp arbitratu adijci misericp posset commodius, eiuscp opitulatu ad eas disciplinas spes cunctis adolesceret, &c. Deinde enumerata multiplici utilitate proportionum, earumcp cognitionis ad intelligenda ueterum scripta necessitate, subdit: Hanc autem traditionem in Theoremata quædam adigere minus opportunum censuimus: sed ab antiqua mathematicorum traditione paulum deflectentes, qua licuit uerborum parcimonia dicendorũ demonstrationes perstrinximus, ne in re mathematica parum exercitatis (quibus perosæ supra modũ sunt) nauseam fastidiumcp parerent: ijs enim plus satisfaciunt rerum ipsarum axiomata. At quos demonstrationum iuuat pellicitcp præstantia, ijs indubie nihil non demonstratum uidebitur, nihilue ex indemonstratis acceptum, ni forsan quippiam usu plurimo, nec abroganda authoritate in communis sententiæ naturam iam iam abierit. Quibus demum locis tum Euclidis, tum Iordani tradendorum demonstrationes offendantur, nõ ingrate annotauimus: quo breuitas nostra celebrium authorum testimonijs compensaretur.

IOANNES Ferrarius Montanus, doctissimus iuris ciuilis Marpurgi in Hessia Germaniæ interpres, egregias aliquot lucubrationes & inter Iuris studiosos facundiæ doctrinæcp nomine non parum laudatas conscripsit, ex quibus hæ sunt.

Annotationes in quatuor libros Institutionum Iustiniani: impressæ Lugduni apud Gryphium, 1536. in 8.

Cõmentarius de Appellationibus, Supplicandi usu, Restitutione aduersus rem iudicatam, Exceptionibus quæ sententijs obijciuntur, Impedimentis executionũ, Recusationibus iudicum, &c. Liber impressus in 8. ibidem, 1542.

Commentarius integer ad Tit. Pandectarũ de regulis iuris, ibidem impressus, 1537. & prius Marpurgi, 1536. in 8. chartis 45.

Ex epistola nuncupatoria, eodem anno scripta.

Nobis satis fuerit illud tentasse, quo si tyrones ciuilis disciplinæ non planè promouerentur, eis tamen etiam non incommodaret: Vbi nos haud remoratur grauissimos uiros Accursium, Dynum, Bartolum, Philippum Decium, Ioannẽ Pyrrhum, atque alios iuris primarios idem iam olim præstitisse, ut quibus in hac re nihil detrahimus: at sicubi loci scopum mihi recta tetigisse minus uidentur, aut carptim tractare, quod iusto ordine fuerat prosequendum, nostram sententiam Lectori exponimus, & quantum per occupationes licet integrum tractatum exponimus, tantum abest, ut hoc nostro dissentire, quod ueritatis (quam in profundum sepultam esse ferunt) inquirendæ gratia facimus, alterius existimationem eleuare in animum induxerimus. Et paulò post. Proinde non ignoramus fore, quibus hæc commentandi ratio eam ob causam displicere poterit, quod interim glossemata aut omnino præterimus, aut more aliorum ultro citrocp uentilata non expendimus: id quod subtile fortassis haberetur, sed à nostro instituto, qui leges enarrandas in

„ manus ſumpſimus, alienum: cum quod hoc immenſi laboris opus foret, & noſtris
„ uiribus (præter hoc quod ſubciſiuis tantum horis, atq; ijs quas ſubfurari nos opor-
„ tebat, iſthæc commentati ſumus) ualde impar: tum quia hoc ſcribendi genus tor-
„ tuoſum, & didacticæ rationi non admodum reſpondere nobis eſt uiſum, maxime
„ in ijs rebus, quibus adoleſcentem reipub. parare, atq; exemplorum compendio re
„ cta inducere oportebat.

IOANNIS Ferrerij Pedemontani liber de ueri poëtæ ſignificatione, contra Aſtrolo-gorum omnium uanitatem. Vaſcoſanus excudit Pariſijs in 4. 1540.

Diſſertatio Academica, auditum uiſu præſtare, contra uulgatũ Ariſtotelis placitum: ibidem impreſſa 1539.

Cicero poëta etiam elegans fuiſſe aſſertio, cum declaratione ueſiculi: O fortunatam natam, &c. ibid. 1540. in 4.

IOANNIS Fichardi Francofurtenſis, natione Germani Perioche uitarum recentiorum iureconſultorum ab Irnerio uſq; ad Huldrichum Zaſium. Præterea, Indices duo omnium ſcriptorum in iure tam Pontificio quàm Ciuili à ueteribus & recentioribus Iureconſultis, ad hæc noſtra uſque tempora æditorum, per Ioannem Neuizanum, Lud. Gomeſſium, & Ioan. Fichardum collecti. Ioan. Oporinus impreſſit Baſileæ in 4. unà cum ueterum iureconſultorum uitis per Bernardinum Rutilium deſcriptis, & eiuſdem Decuria. Nos recentiorum iureconſultorum uitas ex Ioan. Fichardi libro (cuius chartæ ſunt quinq;) magna ex parte ad uerbum in Bibliothecæ noſtræ tomum primum retulimus, præſertim quod ad eorum ſcripta attinet: reliqua enim ferè omiſimus. Cæterum Indices qui per tres iam dictos authores collecti ſunt, integros in ſecundum Tomum referemus.

„ Ex præfatione Ioannis Fichardi. Cum Ioannes Oporinus doctiſſimus omnium
„ hodie typographus, à me ſæpe contenderet ut recentiorum iureconſultorum uitas
„ colligerem: equidem illi negaui operam meam, cum intelligere facile poſſem in
„ obſcura prorſus hiſtoria uerſandum mihi fore, nec me ferè quidquam præter ea
Bap. Caccialu. „ quæ Baptiſta Caccialupus ſcripſiſſet, de illis afferre poſſe. Nam Baldi Peruſini
Baldus. „ opus de commemorationibus famoſiſſimorum doctorum in utroq; iure, non ex-
Tho. Diplouat. „ tat: & Thomæ Diplouatatij patritij Conſtantinopolitani libri XII. de præſtantia
„ doctorum, & clariſſimis Iureconſultis ſimiliter ſupprimuntur, in quibus diligen-
„ tiſſimus ille uir (teſte Baptiſta Egnatio) & iuris ciuilis dignitatem explicauit, & au-
„ thores eius interpretesq; omnes, à Phoroneo ducta ſerie ad noſtra uſq; tempora,
De ſuis uitis. „ deduxit. Cæterum Oporinus cum finem inſtandi nullum faceret, ad extremũ
„ me eò compulit, ut reciperem me celebriorum tantum iureconſultorum uitas per
„ Periocham tractaturum: omnes enim ex æquo referre, & infiniti, & impoſſibilis
„ cuiuſdam operis fore uidebatur. Eam igitur tractationem παρεργως tandem ag-
„ greſſus breuiſſime abſolui, &c. Epitaphia quoq; quibuſdam in locis inſerui, &c.
„ Subieci libellum & Indicem omnium ſcriptorum in iure tam ciuili quàm pontifi-
„ cio, ad hæc uſq; noſtra tempora æditorum.

Ex Cl. Galeni libris Græcis Latinitate donauit, qui ſequuntur:

De libris propriis. — De ordine librorum ſuorum.
De præſagijs ex inſomnijs. — Quomodo morbũ ſimulãtes ſint deprehẽdendi.
De exercitatione paruæ pilæ. — Conſilium in morbo comitiali.

Cratander primum excudit Baſileæ, 1531. in fol.

IOANNES Fiſcherus epiſcopus Roffenſis in Anglia, uir non indoctus, ſcripſit contra Oecolampadium, contra Lutherum pro Miſſa, contra Clichthoueum de unica Magdalena. Hæc omnia, ut audio, impreſſa ſunt.

IOANNIS Franciſci Benedicti epiſtola in ſexto libro epiſtolarum Angeli Politiani legitur.

IOANNIS

IOANNIS Franciſci Branchaleonis Neapolitani, dialogus de balneorū utilitate cum ad ſanitatem tuendam, tum ad morbos curandos, ex Hippocrate, Galeno, cæteriſq; medicorū peritiſſimis decerptus, & nunc primum æditus Pariſijs apud Vuechelum 1536. in 8. chartis 3. cum epiſtolio dedicatorio, quod author ſcripſit Romæ 1535. ad Paulum III. pont. max.

IOANNES Frāciſcus Burana Veronenſis, Ariſtotelis priora Reſolutoria Latino ſermone donauit, & cōmentarijs illuſtrauit. Vuechelus impreſſit Pariſijs 1539. in fol. chartis 72. Exiuerunt etiā Venetijs in fol. adiecta Auerrois expoſitione in eoſdem libros, eodem Burana interprete, cum expoſitione ſecundi Secti de facultate propoſitionum: & Auerrois in eoſdem compendio, eodem interprete, cum annotationibus Hieronymi Bagolini. Auerrois.

Ex epiſtola nuncupatoria Hierony. Bagolini. Quū ſuperioribus annis in Academia Patauina ad contextus Logicæ Ariſtotelis cum expoſitoribus Græcis publice interpretandos fuiſſem cōſtitutus, &c. inter cæteros ingenioſiſſimos auditores fuit Ioan. Fr. Burana Veronenſis, qui paucis menſibus interiectis, acerrimo quodam diſceptandi genere nobis aſſidētibus in medium prodijt, effecitq; ut poſt adepta laborū ornamenta, ipſe quoq; ad interpretanda Ariſtotelis logicæ monumenta ardentiſſimis ſcholarium uotis deputatus, non per Græcorū tantum, ſed & Arabum fertiliſſimam frugē (quos ipſe ex Hebraica, quàm optime percallebat lingua, ſibi peruios fecerat) audientibus publice profiteretur, &c. Sed cum profeſſione relicta curandis ægris operam ſuam præſtaret, morte occupatus teſtamento hæredibus mandauit, expoſitionē hanc ædendam omnino ac promulgandā fore (quam concinnauerat collectis hiſce quę legendo, diſputando, cōponendo, ingenioſiſſime excogitauerat, ex trium linguarum præciputs ſcriptoribus) ſi prius caſtigandā alicui tradidiſſent. Ego igitur id onus libens aſſumpſi, &c. Nam & præter expoſitionem, addidit contextus Ariſtotelici interpretationem ex Græco, & Auerroicā ex Hebraico in eundem enarrationem, quam candidiſſimo ac ſplendidiſſimo ſermone illuſtrauit, &c. His ego quæ à Ioan. Franciſco compoſita ſunt, cenſui plæraq; addenda annotatu digna. Et circa finē: Quod ſi liber hic obloquentiū cakumnias effugerit, Auerrois expoſitionem magnam ac mediam in poſtremos Reſolutorios, eodem Ioan. Franciſco interprete, noſtramq; in eoſdem expoſitionē, aliaq; his longe maiora, paulò poſt expectetis. Hieronym. Bagol.

Poſt nuncupationem, tabula proponitur quæſtionū, & aliorum obſeruatu dignorum, iuxta capitum in hiſce commentarijs ordinem.

IOANNES Franciſcus Ozerius I.C. ſcripſit ſuper Inſtituta.

IOANNIS Franciſci de Pauinis I.V. doctoris Relatio ad pont. max. de canonizatione Bonauenturæ de Balneo regio, qua oſtendit illum mereri ut inter ſanctos referatur, impreſſa in 4. chartis 5. & dimid. alicubi in Italia.

IOANNES Franciſcus Picus Mirandulæ dominus, & Cōcordiæ comes, illuſtris principis Galeotti Pici filius, & Ioan. Pici ex fratre nepos, claruit circa annum Domini 1505. non paucos libros docte & pie conſcripſit cum Græcam & Latinam linguā non mediocriter calleret, & quæ patruus imperfecta reliquerat, ea collegit & abſoluta typographis tradidit.

Opera Ioan. Franciſci Pici, non omnia, ſed ea tantum, quæ in uno uolumine excuſa ſunt, Argentorati, in fol. chartis 127. quibus mox ſeorſim adiectæ ſunt ibidem, lib. 4. epiſtol. chartis 19.

De rerum prænotione libri nouem, pro ueritate religionis contra ſuperſtitioſas uanitates æditi. Præponuntur autē ab initio ſtatim ſingulorū librorum capita, quod ſimiliter fit in alijs deinceps operibus. Ex præfatione ad Albertū Pium Carp. principē affinem ſuum. De ipſo ſupremo genere, id eſt de prænotione in uniuerſum, ante me nemo diſſeruit, Primus quod ſciā id ipſum, & ſuas partes ſimul

„ amplexus: primus item, uerbo absit inuidia, confutauinonnulla, quæ perinde aliĳ
„ non attigerunt, uana illa quidem & Christianæ religioni nostræ plurimum aduer-
„ sa: tametsi plæriscp in rebus magnopere iuuatum me à theologis quibusdam non
„ eo inficias, quorum saluberrima dogmata præ oculis habuimus, & eorũ etiam in-
„ ter scribendũ quandocp non sine honoris præfatione meminimus. Et aliquanto
Argumenta in singulos lib. prænotionum. „ post. Itacp de prænotionis ipsius nomine cum egerimus, tum & an sit ipsa præ-
„ notio, & quid sit rei esse disputabimus. Explicatis autem ipsius rei causis interiori-
„ bus seu principijs: deinceps undenam homini prænotio, & cuius gratia disquiren-
„ dum: subindecp causas alias obiter scrutabimur, exemplarẽ scilicet & organicam,
„ iuxta Platonem: ac ea quæ Prænotioni in uniuersum obueniant inuestigabimus:
„ nec non quis eius usus, quis abusus, quis ardor præsciendi, qui legitimi, qui adul-
„ terini præcognitores, quomodo ex uera prænotione religio, ex falsa superstitio de-
„ pendeat, quæ demum prænotionis habeatur species: Hæc sanè primo libro. In
„ reliquis, quæ subalterna dicuntur genera, & species proprietatescp plurimas exe-
2 3 „ quemur. Siquidẽ secundo de uera diuinacp prænotione disseremus. Tertio
„ eam quæ secundum naturam est & ducemus in medium, & ei præscriptos limites
4 „ ostẽdere conabimur. Quatuor qui deinceps libri, cõfutandis superstitiosis præ-
„ notionibus dabuntur: ac eorum primo, qui quartum in ordine locum habebit, ad-
„ uersus aperta cum dæmone pacta fœdera, quibus ducuntur plurimæ diuinatio-
„ num species, præliabimur: Tribus reliquis eliminabuntur quæ de occulto pro-
Epitome Ioan. Pici librorum 12. contra astrolog. 5 „ deunt pacto. Quintus enim aduersus astrologiã bellabit, quo & libros 12. Ioan.
„ Pici patrui aduersus eandem compendio claudere decreuimus, nonnulla etiã ad-
„ ijcientes, & omnium rationes dissoluentes & refutantes, quæ ad hanc diem aduer-
„ sus idem patrui opus præclarissimum ab hinc nouennium à nobis post eius mortẽ
6 „ reparatum & publicatum conscriptæ sunt. Sextus contra Chiromantes, Geo-
„ mantes, augures, & cæteram superstitiosam turbam disputabit: magicas uanita-
„ tes, & prophanas quæ inde scaturiunt præsensiones, cum alterutro fulciantur pa-
7 8 „ cto, & utrocp dependeant. Septimo, redarguemus. Octauus, prænoscendi
9 „ cupiditati præscripturus est metam. Nonus, quibus modis diuinæ prænotiones
„ à naturalibus ac superstitiosis & curiosis dirimi queant planè dilucidecp, quoad po
„ terimus, edocebit.
„ De morte Christi & propria cogitanda libri tres, in capita diuisi: cum epistola dedi-
catoria ad Hieronymum Sauonerolam. Sunt autem chartæ 15.
De studio diuinæ & humanæ philosophiæ, libri duo, chartis 7. capitibus 16. Ex
„ præfatione ad Albertum Pium. Hos libros tibi mitto dicocp, in quibus uidere
„ poteris quantum diuinæ literæ sint expetendæ, quantumcp philosophastri quidam
„ exorbitent, qui eis contemptis humanas adorant: quibus si uterentur aliquo essent
„ emolumento: cum abutantur, magno detrimento non esse non possunt.
De diuini amoris imaginatione, chartæ 4. ad Maximilianũ Cæsarẽ. Capita sunt 12.
De uita Ioan. Pici patrui liber, in quo copiose de eruditione ipsius ac scriptis tum
absolutis tum inchoatis ab eo disserit.
Defensio opusculi quod patruus scripserat de ente & uno: ad Ant. Fauentini quat
tam epistolam. Nam tribus prioribus epistolis eius patruus ipse responderat.
Antonij Fauentini epistola. Ioan. Fr. Pici responsio. Argumentum in oratio-
nem & epistolas Ioan. patrui: quæ tamen in hoc opere non habentur, sed argumen
tum solum.
Iustini philosophi & martyris sermo admonitorius gentium, ex Græco translatus.
Vide in Iustino.
Declaratio capi. In Christo pater, & Christus in nobis, quod ex octauo de Trini-
tate libro Hilarij sumptum est, & positũ à Gratiano in decre. de conse. dist. 2. Char
ta est 1.

Stau-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [876] - 418r

Stauroſtichon, poëma heroicum de myſterijs Dominicæ crucis nuper in Germaniam delapſis: chartis ferè 2. & dimid.

Ex præfatione ad Maximilianum Cæſarem. Monſtraſti dum eſſem apud te in Germania, cruces, clauos, lanceas, & alia plæraq; cœleſti quadã nec uiſili pluuia corporibus deliniata, & quę hac de re tibi etiam literis ſignificata fuerant, qua es facilitate dignatus es è Germanica in Latinã linguã interpretari. Vidi & ipſe poſtq; à tua maieſtate diſceſſi, in Italiam rediturus, multa quæ non modo fidem rei iam uulgatæ aſtruerent, ſed maiorem multo demirationem incuterent, & uniuerſam penè Germaniam ad cœleſtia prodigia, religionis ergo cõmouerent. Quo factũ ut rem tã celebrẽ, tam dignã poſteritatis memoria, heroicis uerſib. mandare deſtinauerim.

De fide & ordine credendi theoremata, ad Iulium II. pont. max. chartis 20. Quæ ante ſexennium meditari cœpi ad propriæ conſcientiæ pacem firmandã inter tot turbines contrariarum opinionum, quæ de credendis rebus tam in uniuerſum q; particulariter occurrebant, colligẽdo modo duxi quaſi membra diſperſa ad unius corporis & compaginem & ordinem: quæ Geometrarũ Arithmeticorumq; more per Theoremata diſpoſui: quibus illud unum præponendum ſum ratus, fidẽ Chriſtianorum ueram eſſe, ut ex eo ueluti principio ſequentes concluſiones & Theoremata quodam quaſi pendulo nexu cohærentia deducerentur. Non autẽ inſtituendos ſolũ noſtros, ſed & conuincendos aduerſarios ſuſcepi in aſſerendo principio, ubi & noſtris & alienis præliabimur armis. In Theorematis autẽ ubi iacta fidei fundamenta ſunt, eisq; uel aduerſarij deiecti, uel noſtri firmati, noſtris præcipue utimur armis, rationibus inquam quæ fidei nituntur theologorũ ſententijs, Canonũ decretis, eorũq; interpretũ placitis, ſuperfluos teſtimoniorũ aceruos prætereuntes. Ad hæc uulgatis atq; protritis quantũ fieri potuit omiſſis, rara potius quæpiam & probata cõſciuimus. Ea aũt quæ neceſſaria creditu ſunt primo poſuimus cõgruenti ordine pendẽtia: deinde quæ alterius ordinis & liberiora, mox in ambiguis quid uideretur agendũ, deq; uario credendi ordine diuerſis tempeſtatibus ſeruato diſſeruimus, quinq; & uiginti theorematibus omnia complexi. Poſtremo quid cuiq; de propria felicitate credendum ſit, pro uiribus inſinuauimus ſtilo humili, &c.

Epiſtolarum libri 4. in quibus cum ipſius Ioan. Fr. Pici, tum aliorũ aliquot ſuæ ætatis uirorũ aliquot leguntur epiſtolæ. Verba authoris ex prima quarti libri epiſtola ad Thomã Vuolſium, cui enumerata hactenus opera Argentorati excudenda mittit, ac inſuper alia nondum abſoluta breui ſe æditurum pollicetur, ſi prædicta ſtudioſis placuiſſe animaduerterit. Ea ſunt huiuſmodi ex ipſius uerbis: Particularis quædam hiſtoria illis compar opuſculis: quæ tametſi ædita ſunt, ad præſens efficere nequiui, ut eorum compos fieres, ſimul poſtea potieris. Theophraſti liber de igni Latio donatus. De hiſtoria meorum temporũ uniuerſa, quæ in multos annos protendetur. De prouidentia liber, quam ab omni etiam natione, atq; ab ijs ipſis, qui creduntur à plærisq; impij, philoſophis exiſtimatam monſtrare conſilium eſt, nedum ſacris literis narratam, & noſtrorum theologorũ ualidiſſimis rationibus aſſertam. De dialectica ad filiũ, libros quinq;, &c. Inſtitui præterea tres hymnos hexametro carmine, unum abſoluimus, exorſi reliqua: quibus uniuerſa penè & diuina & naturalia & moralia præcepta, uel cõprehendentur, uel inſinuabuntur. Et aliquanto poſt, ubi declarauit poëſin à theologia non abhorrere. Dialogus, cui titulus De ſerena conſcientia, noſtris operibus literarijs terminũ imponet: ita enim (ignoramus autem emerſura) decreuimus. Interim dabimus operã, ut quæ Ioan. Picus patruus inchoata & imperfecta reliquit, abſoluamus. *Vide infra in Ioanne Pico.*

Hymni heroici: & opus de prouidentia: excuſa ſunt in Germania opinor: legi enim titulos eorum in catalogo Baſilienſis officinæ Heruagij.

Ioan. Fr. Pici, Examen uanitatis doctrinæ gentiũ, & ueritatis Chriſtianæ diſciplinæ, libris ſex conſcriptũ: quorum tres omnem philoſophorũ ſectam uniuerſim,

reliqui Aristotelicam, & Aristotelicis armis particulatim impugnant, &c. Opus excusum Mirandulæ, 1520. in fol. In eius fine habetur epistola, omnia huius authoris opera recensens.

De appetitu primæ materiæ (cuius meminit Aristot. in primo physicorum) lib. 1. De elementis, lib. 1. De imitatione stili liber ad P. Bembum, quem scripsit Romæ, anno 1512. Item Petri Bembi de imitatione liber. Opus impressum Basileæ apud Ioan. Frobenium, anno 1518. in 4. chartis 15. & dimid.

IOANNES Franciscus Ponzinibius Placētinus, scripsit de statu, quando res dicatur habere originem à contractu. De lamijs. De excellentia utriusq; iuris.

IOANNIS Francisci Purpurati opera in Iure, impressa.

Eiusdem commentarij seorsim impressi, 1531.

IOANNES Franciscus Quintianus Stoa, scripsit Threnos in mortem regis Gallia-rum. Impressi sunt. Eiusdem,

Districha in omnes fabulas P. Ouidij Metamorphoseon. Elegia & Monodia quibus deflet Philippum Beroaldum. Threni & Monodia in reginæ Annæ immaturum fatum: & regis Scotię epitaphia cum Monodia. Liber impressus in 4. Districha in Metamorphosim Rob. Vuinter impressit, cum Bartolemæi Bolognini & Fr. Nigri compendijs in eandem.

Tragœdia de passione Domini, Theandrothanatos inscripta. Oporinus excudit Basileæ.

IOANNES Frisius Heluetius Tigurinus, amicitiæ iure mihi coniunctissimus, Gallią ante annos duodecim mecum ingressus, cum aliquot annos bonas literas Lutetiæ Parisiorum hausisset, publico diligentiæ ac eruditionis suæ testimonio in celeberrima eius urbis Academia ornatus, in Germaniam rediit, ac Basileæ primum optimos utriusq; linguæ authores aliquandiu professus, inde Tigurum reuocatus est: ubi nunc gymnasio puerorum trans Limagū in urbe nostra diligentissime præest.

Maturini Corderij utilissimum opus Latinogallicū de corrupti sermonis emendatione, Latinogermanicum reddidit: quod impressum est Basileæ apud Vuesthemerum.

Dictionarij Latinogallici, quod Rob. Stephanus Lutetiæ excudit, cum Latinogermanicam effecisset bonam partem, reliqua Petro Cholino absoluenda reliquit, ut inferius dicam.

Lexicon hoc Latino-Germanicum editum hic ipse Jo. Frisius. Franc. 8. 1616. (1556)

Ex D. Heinrychi Bullingeri Commentarijs in Matthæū, Tractatum de Resurrectione uernaculo sermone interpretatus est: qui nuper excusus est apud nos.

Dictionarij iam dicti Epitomen quoq; Latinogallicam, ab eodem Rob. Stephano excusam, ubi uoces nudæ locutionibus omissis in puerorum utilitatem continentur, interpretatione Germanica hoc tempore auget: ita ut ex uno libro eoq; nō magno tres linguas condiscere liceat.

Præterea in hoc incumbit ut alium quoq; Tractatum ex Commentarijs Hein. Bullingeri in Ioānis Euangelium, De iustificatione, in nostrum sermonē deriuet.

IOANNIS Francisci de Ripa Lectura impressa.

IOANNIS Froschij opusculum rerum Musicarum, rarum ac insigne, totius eius negotij rationem mira industria & breuitate complectens, iam recens publicatū Argentorati, 1535. in fol. chartis 20.

Ex epistola nuncupatoria ad Georgium comitem in Vuirtenberga & in Monte-
„ beligardo, scripta anno 1532. Scopus, quem hoc loci præfixum uelim, eò tendit maxime, quò pueri, degustatis huiusmodi minutijs, ad aliquantam numerorū
„ & proportionum peritiam prouecti, tum si uidebitur, ad reliquos authores maiores & grauiores, celerius & ceu compendio deducantur. Nam nihil hic proponi-
„ tur, & eis, quamuis tenuiter, ostēditur, quod non apud Aristoxenum, Plutarchū,
„ Boëtium, & cæteros eleganter & adperte sit scriptū. Nihil, inquam, scitu indignū, quantum

quantum ad Musicam attinet Instrumentalem, in genere diatonico hîc præcipitur, quod in numeris & quantitate linearum ipsius monochordi, pro puerorũ captu, non sit satis demonstratum: id quod uerum esse probant, uel apotomæ, uel semitonia, uel commata, & id genus alia minutula ex ordine diuisa. Post hanc epistolam habetur Tabula capitum 19. cum argumentis singulorum.

IOANNES Fust. natione Teuthonicus ex oppido Crutzennach, in comitatu Spanhemensi oriundus, ordinis fratrũ beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, Prior Argentinensis, scripsit quædam, è quibus uidi tantum, *T. cl. tempore Caroli imperatoris 4.*

Sermones de tempore, lib. 1. Sermones de sanctis, lib. 1.
Sermones feriales per quadragesimam, lib. 1.
Eius sermones dicti Fustgin in conuentu Crutzennaceñ. originales habentur.

IOANNES Gabriel orator Senensis, clausulas quasdam ex familiaribus epistolis Ciceronis excerpsit ac generatim digessit. Rob. Vuinter excudit Basileæ, 1541. in 8.

IOANNIS Gaguæi, Commentarij in epistolas Pauli, impressi sunt.

IOAN. Galensis. Vide Ioan. Valensis.

IOAN. de Ganduno. Vide Ioan. de Ianduno.

IOANNES Garronis I. C. scripsit de sec. imp. De mensuris, & cuius authoritate fiant. De moneta. De suitate & extraneitate.

IOANNES Gastius Brisacensis, minister ecclesiæ Basilicnsis, natione Germanus, familiariter mihi cognitus, multos in usum studij theologici & egregios quotidie labores subit: ex quibus iam absoluti ac publicati sunt, qui subijciuntur.

Parabolarum siue similitudinum ac dissimilitudinum liber, ex diuersis sanctissimorum ecclesiæ doctorum lucubrationibus accurata diligentia excerptus, & ita digestus ut obseruato per totum alphabetico ordine, Lectori, quacũq; de re sermo instituatur, singula reperire facillimum sit. Impressus Basileæ, 1540. in fol. chartis centũ: cum indice copioso: & epistola Ioan. Brentij, qua cõmendatur hoc opus. Ex præfatione authoris. Collegimus ex orthodoxis patribus Similitudinum ac Dissimilitudinum farraginem, quę ad omne argumentũ tractandum uberẽ quoq; materiam suppeditaret, nullo ne uerbo quidem eorum, quæ à sanctis uiris scripta essent, mutato, &c. Alardum Amstelradanum, & aliquos ex antiquis doctoribus diuulgasse Similitudinum libros satis constat. Audemus tamen id sancte polliceri, hanc nostram æditionem omnes quotquot hactenus argumentũ hoc tractandum susceperunt, multis etiam parasangis excellere. Neq; enim ullum siue Simile siue Dissimile in sanctis illis patribus ab ecclesia receptis extat, quod non singulari cura (ne quid amplius dicamus) à nobis inde erutum, ac in suum unumquodq; ordinem hoc libro relatum proponatur, idq; non nisi ex emendatissimis, quæ habere licuit, exemplaribus. Hoc tamen loco nõ ab re fuerit Lectorẽ admonere, si quid fortè desideret, Similitudinum librum nos alium quoq; moliri, nempe ex Canonicis scripturis, rem à nullo hactenus tentatam, hoc est, ex ueteri & nouo Testamento, qui cum per se ipse iustam magnitudinem habiturus sit, farragini huic annecti commode in præsentia non potuit. Eum tamen, si Domino uisum fuerit, breui dabimus, cum luculentissimis patrum sanctissimorum interpretationibus. Cæterum authores, unde hoc opus collectum est, numero quadraginta sunt, quorum nomina ante Indicem statim expressa sunt. *Similitudines ex utroque Testa.*

D. Aurelij Augustini Hipponensis episcopi, in utrũq; Testamẽtum Commentarij, ex omnibus eiusdem lucubrationibus passim in ordinem utriusq; capitũ collecti per Ioan. Gastium. Ioan. Heruagius impressit Basileæ, 1542. in fol. cum Indice: chartis trecentis & triginta quinq; diuiso opere in duos Tomos, quorũ prior uetus, posterior nouum Testamentum declarat. Ex epistola nuncupatoria ad D. Erasmum episcopum Argentoratẽn. &c. Ex D. Augustini operibus, quicquid ad nudam scripturarum diuinarum interpretationem spectabat, digressioni

bus, ubi contra hæreticos inuehitur, reiectis, decerpsi. Et paulò post. Omnia quæ sparsim scripta erant, in unum corpus redegi, ut iusta Commentaria hic in Bi blicos libros omnes, studiosus Theologiæ, qui D. Augustini operibus uel ob pe cuniæ inopiam caret, uel tantum temporis alijs negocijs obstantibus insumere le gendo & relegendo non queat, ceu in fasciculo uno, quicquid in totis Biblijs ab struſum esset, abunde explicatum haberet. Neq; hoc Lectorē cælare uolo, ex qui busdā libris (qui an D. Augustini sint, lis adhuc sub iudice pendet) nihil decerptū esse, &c. Mox enumeratis ijs libris ex quibus nihil decerpsit, tum nothis, tum alijs quibusdam, subijcit: Neq; uero hic quenquam cælare libet, interseruisse nos interdum singulari industria ueteris Ecclesiæ consuetudinem & ritum, De sacri ficio Missæ, De Baptismo & eius forma, De paruulis sine baptismo decedenti bus, De animarum origine, De ieiunio, De esu carnium, De cantu Psalmorum, De festis diebus, De fide & gratia, De hæreticis an sint tolerandi, uel comburen di, De peccato originali, De iustificatione, De lectionib. sacræ scripturæ in tem plis, De purgatorio igne, De oratione, De sanctis, &c. quo perturbatoribus ec clesiarum oculus simplex, clauso nequam oculo, aperiatur, quo minus deinceps adeò crudeliter in pios, ubi aliquantisper siue sacerdotij, siue ecclesiæ corruptus ordo in meliorem populoq; simplici commodiorem mutatur, sæuiant, tumultuen tur. Deinde Osualdum Myconium & Simonem Grynæum sibi ut hæc in lucē daret, impulsores fuisse scribit.

De uirginitatis custodia, stupri uindicta, uxorum in uiros pietate & perfidia, de scortationis scelere eiusq; pœna, de moribus ac uirtutibus uariarum gentium libri 4. Excusi Basileæ apud Rob. Vuinter in 8. anno 1544. chartis 25. Sunt autem collectanea quædam quasi loci communes, ex diuersis authoribus congesta, ex emplis ac sententijs referta.

De Anabaptistis & eorum uita liber, ibidem excusus eodem tempore.

Ioan. Oecolampadij pijssimæ conciones: In Psalmos aliquot, nempe in Psalmū 73. duæ: in Psalmum 74. duæ: in Psalmum 75. una: in Psalmū 76. una: in Psalmū 77. duæ: in Psalmum 78. sex. Libellus de inuocatione Sanctorum contra Fabrū Constantiensem. Concio ad puellos. Has conciones Ioan. Gastius ex ore Io annis Oecolampadij olim exceptas, Latinitate donauit. His accedunt, Histo riæ tres, Vna de sacerdote submerso, Altera de sacerdote suspenso, Tertia de rustico decollato. Liber excusus Basileæ apud Rob. Vuinter, 1544. in 8. char tis 27. & dimid.

Ioan. Oecolampadij Germanica expositio in Threnos Hieremiæ, ab ore cōcio nantis excepta per Ioan. Gastium, & nunc primum in lucem ædita, Basileæ, 1545. apud Rob. Vuinter in 8. chartis 24. Vide in Ioan. Spangenbergo.

IOANNIS Gaufredi Lectura uel Collectarius super Decretale.

T.cl.1440. IOANNES Gauuer, natione Teuthonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uir ginis de monte Carmeli, sacræ paginæ Lector conuentus Moguntini, scripsit non spernenda opuscula, è quibus extant:

Super sententias,	lib. 4.	Ad laudem dei omnipoten.	
In Exodum quoq;,	lib. 1.	Lex pro communi utilitate.	
Concordia euangelistarum,	lib. 1.	Quia misit deus filium.	
Sermones de tempore,	lib. 1.	Sermones de sanctis,	lib. 1.
Quadragesimale triplex,	lib. 3.	Cum ieiunatis, &c. scien.	

Et alia complura.

IOANNES Gazulus quidam nescio quid Astronomicum scripsit: nominatur enim in Tabulis directionum Ioannis de Monte regio: uide infra in margine bis.

T.cl.1494. IOANNES Geiler de Keisersberg, natione Teuthonicus, scripsit nonnulla commen danda opuscula, sed ad notitiā nostræ lectionis adhuc minime uenerunt. Feruntur autem eius elegantes Sermones

Sermones ad populum, lib. 1. Orationes uariæ ad clerum, lib. 1.
Et quædam alia. Magnis hic sumptibus & labore diuturno collegit opera Ioannis Gerson, quorum multa ex Gallia tandem ad nos perduxit, diuidens ea in tres partes ordine pulcherrimo, ac tabulam utilem admodum conficiens, id totum impressuræ donauit. Viuit adhuc in ciuitate Germaniæ Argentinensi, ac uaria composuit, sub Maximiliano Romanorum rege. * Vide supra in Iacobo Otthero. Ioan. Gerson.

Sermones & uarij tractatus, recens excusi Argentinæ apud Ioan. Grueninger, 1518. in fol. chartis octoginta.

Nauicula pœnitentiæ, Peregrinatio, Oratio Dominica, Fragmenta passionis. Hæc omnia ibidem opinor excusa sunt. Ego titulos tantum legi in Catalogo Basiliensis officinæ Heruagij.

IOANNES de sancto Geminiano ordinis fratrũ Prædicatorum scripsit inter cætera: T.
De similitudinibus rerum, lib. 1. Sermones de tempore, lib. 1.
Sermones de sanctis, lib. 1. Collationum diuersarum, lib. 1.
Alia insuper quædam scripsisse dicitur, quæ ad me non uenerunt.

IOANNES Genesij Sepulueda Cordubensis, natione Hispanus, descripsit res gestas Aegidij Albornotij Carilli Conchensis Hispani, qui totam ferè Italiam oppressam tyrannica seruitute in libertatem asseruit, ecclesiæq; restituit, & Pontificem exulantem Auenione Romam reduxit. Descripsit quoq; Fundationem Collegij Hispani ab eodem Aegidio Bononiæ olim instituti. Rob. Vuinter impressit Basileæ: prius autem excusa erant Bononiæ, 1521. per Hieronymum de Benedicto.

In Metaphysicorum Aristotelis libros 12. Alexandri Aphrodisiensis Commentarios, Latinitate donauit. Marcellus Silber excudit Romæ, 1527. & Colinæus Parisijs, ut dixi in Alexandro, fol. 27. a. Deesse autem initium commentarium libri primi, & finis noni, quod admoneo ut qui in Græcos alicubi commentarios inciderit, ijs locis redintegrandis operam det.

Ex præfatione ad Clementẽ septimum. Aristotelis uerba, quæ Græce cum uerbis Alexandri permixta, & admodum confusa sunt, Ioan. Argyropyli traductionem secutus, lineis quibusdam distinxi: qua diligentia effectum esse spero, ut Latinus Alexander quàm Græcus nihilo minus perspicuitatis habeat. Quod uero qui busdam in locis ab Argyropyli interpretatione abhorreamus, partim idcirco fecimus, quoniam ea quandoq; nobis haud admodum probabatur: partim quoniam licet sententias ille recte conuertisset, Alexandri tamen enarratio alia uerba, aliam uerborum seriem postulabat. Ioan. Argyrop. « « «

T.M.1429. IOANNES de Gerſon, natione Gallus, cancellarius Pariſienſis, Petri de Aliaco cardinalis Cameracenſis olim diſcipulus, ſcripſit metro & proſa multa præſtantiſſima opuſcula. * Opera eius impreſſa ſunt Lugduni apud Pag. Et in Germania, Argentorati opinor, per Ioan. Geiler Keiſerſpergium collecta, anno 1488. chartis 444. quæ in tres tomos diſtinguuntur, quorum primo præfigitur index communis, chartarum 25. Stilus eſt barbarus. Trittẽhemius multa huius authoris enumerat, cum principijs ſingulorum: ſed quoniam & multa omittit, & ordinem non eundem ſeruat, qui in exemplaribus impreſſis habetur; nos alium hic catalogum ex codicibus impreſſis inſtituimus.

Tractatus primi Tomi, qui ſpectant poteſtatem eccleſiaſticam & fidem potiſſime.

De laude ſcriptorum, qualis ſit uel eſſe debeat ſcriptor idoneus librorum doctrinæ ſalubris.

a Vide in Andrea Oſiandro. a Monoteſſaron, id eſt, unum ex quatuor, uel de concordantia euangeliſtarum.

De poteſtate eccleſiaſtica.
Sermo pro uiagio regis Romanorum.
De auferibilitate Papæ ab eccleſia.
De modo ſe habendi tempore ſchiſmatis.
Schiſmata quot fuerunt.
Declaratio defectuũ uirorũ eccleſiaſticorũ.
De unitate eccleſiaſtica.
De ſtatibus eccleſiaſticis.
De modo uiuendi omnium fidelium.
Sermo de ſignis ruinæ eccleſiæ.
De ſchiſmate tractatus duo.
De concilio generali unius obedientiæ in ſchiſmate Concilij Conſtantienſi.
Decreta eiuſdem Concilij.
Sermo in die Circũciſionis coram Papa.
Epiſtolæ ad ducem Aurelianenſ. & Cardinalem Cameracenſem.
Sermo habitus coram Alexandro Papa in die Aſcenſionis.
Sermo coram Papa Benedicto Maſſiliæ.
Propoſitio facta coram Anglicis euntibus ad Concilium Piſis.
Trilogus in materia eccleſiæ.
Sermo in feſto S. Antonij, Nuptiæ factæ ſunt.
Tractatus de nuptijs eccleſiæ.
Errores circa præceptum Non occides.
Sermo in die purificationis Mariæ.
Sermo corã Concilio, Ambulate dum lucẽ.
Propoſitio in Concilio ex parte regis Franciæ.
Sermo coram Commiſſarijs fidei de erroribus contra fidem & mores.

Ioan. Paruus. Sermo contra aſſertiones magiſtri Ioan. Parui.

Quæ ueritates ſint de neceſſitate ſalutis credendæ.
Determinationes duæ per Concilium Conſtantienſ.
De proteſtatione circa materiam fidei contra hæreſes diuerſas.
De pertinacia conſiderationes & ſigna.
Quomodo & an liceat in cauſis fidei à Papa appellari ad Concilium.

Pet. de Luna. Contra Petrum de Luna.
De aſſertione illa, Sententia paſtoris iniuſta timenda & tenenda eſt.
De ſuſceptione humanitatis Chriſti.

Io Ruyſbroech. Contra tertiam partem libri Ioannis Ruiſzbroich de ornatu ſpiritualiũ nuptiarũ.

Ioan. de Schonhauia. Libellus fratris Ioannis de Schonhauia, qui nititur defendere quædam dicta fratris Ioannis Ruyſbroech contra Ioannem de Gerſon: chartis ferè tribus.

Contra prædictam defenſionem.
Lectiones ſuper Marcum.
Propoſitiones de ſenſu literali ſacræ ſcripturæ, & de cauſis errantium.
De communione laicorum ſub utraq; ſpecie.
De probatione ſpirituum.
De examinatione doctrinarum.
Epiſtola ad patrem Oſualdum Carthuſienſ.
Epiſtola ad ſtudentes Collegij Nauarræ, quid & qualiter ſtudere debeat nouus theologiæ auditor, & contra curioſitatem ſtudentium.
Epiſtola ad eoſdem.
An monachus pro ſtudio lectionis poſſit ſe ſubtrahere à diuinis.
Epiſtola de ſtudio religioſorum.
De libris quorundam caute legendis.

De di-

De distinctione uerarũ uisionũ à falsis. Trigilogium astrologiæ theologizatæ.
Contra superstitiosam obseruationem dierum præsertim innocentum.
Contra superstitionem cuiusdam medici sculpentis imaginem leonis.
Contra obseruationem dierum quoad opera.
De erroribus circa artem magicam, & articulis reprobatis.
Propositiones contra Assertiones fratris Matthæi Grabon, ordinis Prædicatorum in Cõcilio Constantiẽn. ad examinandũ oblatas, in causa fidei, de uera religione & Cardinalis Cameracensis responsio super eisdem. (perfectione. Matthæus Grabon.
Fratris Matthæi Grabon conclusiones, contra quas scripsit Ioan. Gerson. Idem.
Contra sectam se flagellantium.
Epistola missa Vincentio ordinis Prædicatorum, de eadem secta.
Contra proprietarios regulæ S. Augustini.
Tituli librorum secundi Tomi, quo continentur præcipue opuscula ad mores accommodata.
Regulæ morales, quibus aliquot loci communes explicantur, de uitijs animi, & de sacramentis.
Compendiũ theologiæ, quod cõplectitur aliquas materias cõmunes ad fidẽ & doctrinã catholicã spectantes: eidẽ Cancellario adscriptũ, sed apparet eius non esse.
Primus autem eius tractatus est, de expositione articulorum fidei.
Secundus, de decem præceptis legis, & eorum expositione.
Tertius, de septem sacramentis ecclesiæ.
Quartus, de septem uirtutibus.
Quintus, de septem petitionibus contentis in oratione Dominica.
Sextus, de septẽ donis spiritus sancti. Septimus, de octo beatitudinibus.
Octauus, de uitijs tam naturæ q̃ uoluntatis: siue de septem uitijs capitalibus.
De peccato in Spiritum sanctum, & diuersis ipsius peccati acceptionibus.
De peccato ueniali. An primi motus sint peccata.
De natura delectationis, & an sit peccatum.
Vtrum consensus in delectationem, sit semper peccatum.
An consensus in actum sit peccatum.
De intentione ac fine actionis. De natura & qualitate conscientiæ.
De natura, qualitate, & numero circumstantiarum.
De peccati actualis & uenialis diuersis nominibus ac effectibus.
Aliæ peccati differentiæ, ex opere, ore, corde. Et hæc omnia continentur in Compendio Theologiæ.
Opusculum tripartitum, De præceptis Decalogi, De confessione, & De arte moriendi.
De cognitione uenialium peccatorum & mortalium.
De arte audiendi confessiones. De confessione molliciei.
De remedio contra recidiuum.
De statuto Carthusiensium, quod in mortali certo confessus remittatur.
Auisamentum pro modo confessionis in religionibus non lapsis audiendi.
De modis excommunicationum, & irregularitatum, & absolutionis ab eis.
Notabile de primis motibus, & de consensu.
De absolutione confessionis sacramentalis.
De absolutione defuncti Carthusiensis.
De moderata casuũ reseruatione. Epistola super eodem.
De potestate ligandi atq; soluendi, dialogus.
Resolutio super casu quodam de irregularitate.
De contemptu clauium & materia excommunicationum & irregularitatum.
De cordis induratione. De indulgentijs.
Multarum breuium & utilium quæstionum resolutiones.

De correptione proximi. De paruulis ad Christum trahendis.
De contractibus. De Simonia.
De sollicitudine ecclesiasticorum. De testamento condendo.
Epistola super testamento librorum suorum.
Epistola ad Carthusien. super acceleratione suffragiorum post obitum oblatorũ.
De anniuersario, quod sibi procurauit in ecclesia S. Pauli in Lugduno.
Testamentum quotidianum peregrini, id est, ipsius Ioannis Gerson.
Testamentum eiusdem, uersibus hexametris.
Epistola consolatoria super morte fratris ad fratrem.
De præparatione ad Missam, & pollutione nocturna.
De pollutione diurna. Dialogus de cœlibatu ecclesiasticorum.
Carmen contra pulchritudinem corporis.
Contra impugnantes ordinem Carthusiensem, propter paucitatem oraculorum, & non confirmationem. De non esu carnium apud Carthus.
De temperantia in cibo & potu & uestibus prælatorum.
Sermo de uita clericorum. Sermo in cœna Domini pro humilitate.
Carmen contra tumidum cor. Sermo de pœnitentia.
Sermo de dominio Euangelico. Carmen de uoluntaria paupertate.
Sermo ad ecclesiasticorum cautelam & eruditionem.
Sermo de resurrectione Christi.
Sermo in Concilio Remensi, de bono pastore.
De uisitatione prælatorum, uel cura curatorum.
Sermo de quatuor domibus.
Sermo de omnibus sanctis: Exultabunt sancti in gloria.
Alius de eisdem, Beati qui lugent, De eisdẽ, Exultate quoniã merces uestra.
De eisdem, Videns Iesus turbas. Sermo in die natiuitatis Domini.
Sermo in dñica in septuagesima, Sermo de conceptione beatæ Virginis.
Sermo de beato Bernardo. Sermo in die S. Ludouici Francorũ regis.
Carmen optatiuum ut lilia crescant.
Sermo de oratione in Concilio Constantiensi.
Sermo de Spiritu sancto. De uerbis Domini, Venite ad me omnes.
Causæ propter quas uoluit dimittere Cancellariam.
Recõmendatio licentiandorum in Decretis. Tractatus de nobilitate.
Epistola ad Papam Martinum nomine regis Franciæ.
De considerationibus, quas debet habere princeps.
Dialogus duorum militum Franci & Angli.
Henricus de Gorckheim. De puella olim in Francia equitante in armis, cuius æditio Ioanni de Gerson ascribitur, sed magis apparet stilus magistri Henrici de Gorckheim.
De mirabili uictoria cuiusdam puellæ de post fœtantes receptæ in ducem belli exercitus regis Francorum contra Anglicos.
Tertij Tomi tractatus ad mysticã uitam seu contemplationẽ accõmodati.
De consolatione theologiæ libri 4. quos partim carminib. partim prosa scripsit (ad imitationẽ operis Boëtij de cõsolatione philosophiæ) cum ex Concilio Cõstantiensi recedens Franciã propter minas ducis Burgundiæ petere nõ auderet: quamobrẽ secessit in montana Bauariæ, anno Dñi 1418. ubi cõscripto hoc dialogo introducit uolucrem nunciũ à se peregrino ad Ioãnem monachũ fratrẽ suum, qui Prior Cœlestinorum Lugduni degebat, perferentem quemadmodũ per theologiã peregrinationem suam consoletur.
Dialogus apologeticus, in quo itidẽ Volucer et monicus colloquuntur.
Carmina nonnulla. Iosephina carmina, id est, historia Iosephi sponsi Mariæ.
Sermo in natiuitate beatæ Virginis.

Carmen

Carmen de differenti immunitate à peccato Christi & matris suæ.
Centilogium de conceptibus animæ, sensuum, mentis, uoluntatis, &c.
De uita spirituali animæ, siue sex lectiones.
Centilogium de impulsibus bonis & prauis, quibus nunc potentes deponuntur, nunc exaltantur humiles.
De mystica theologia speculatiua. De mystica theologia practica.
De elucidatione scholastica mysticæ theologiæ.
Carmina de purificatione sensuum interiorum.
De religionis perfectione & moderamine.
De consilijs Euangelicis & statu perfectionis.
De perfectione cordis. De meditatione.
De simplificatione, stabilitione, seu mundificatione cordis.
Carmen de simplificatione cordis. De directione cordis.
De illuminatione cordis, siue una pretiosa margarita.
De oculo. De remedijs contra pusillanimitatem.
De tentationib. diaboli diuersis. Contra professum inobedientem.
De zelo & feruore nouitiatus.
De exercitijs discretis deuotorum simplicium.
Documentum notabile de sacramento altaris.
Epistolæ quædam. De passionibus animæ.
Carmen de somnio huius uitæ. De monte contemplationis.
Epistolæ quædam. De mendicitate spirituali.
Appellatio cuiusdam peccatoris à diuina iustitia ad misericordiam.
De oratione, & eius ualore. Decem considerationes in orando Deum.
Expositio super his uerbis, Dimitte nobis debita nostra.
Oratio cum peccator de peccatis suis multum est anxius.
De canticorum originali ratione. De canticordo.
Centilogium de canticis & solatio. Collectorium super Magnificat.
Carmina super Magnificat. Centilogium de meditatione crucis.
Carminũ suorum honesta defensio. Anagogicum de hymno gloriæ.
Epithalamium mysticum theologi & theologiæ. Super Cantica canticorum.

IOANNIS de Gerson, Prioris Cœlestinorum ordinis Lugduni, Epitaphium in fratrem suum, & Epistola qua recenset multa eius opera.

Annectuntur denique huic operi Tractatus aliquot, qui licet sint aliorum, operibus tamen Ioannis de Gerson non parum conueniunt. Sic enim pollicetur index: uerum ipsos Tractatus nusquã reperio adiunctos: titulos tamen eorum adscribam: ut saltẽ inde constet eos alicubi extare.

Petri de Eliaco tractatus de potestate ecclesiastica.
Nicolai de Clymenges tractatus de uitijs ministrorum ecclesiæ.
Henrici de Hassia tractatus de contractibus, deq; origine censuum.
Henrici de Hoyta, libellus de redditibus.
Vuylhelmi Orem opusculum de moneta.
Petri de Eliaco, Expositio doctrinalis super septem Psalmos pœnitentiales.
Eiusdem deuota meditatio super Psal. In te Domine speraui, &c.
Eiusdem meditatio super Psalmo: Iudica me Deus, & discerne.
Eiusdem meditatio super Aue Maria.
Epistola quædam de instituto Marthæ, & cuiuslibet fidelis dispensatoris.
Epistola de commendatione solitudinis, ac de silentio, &c.

IOANNIS Gertophij adulescentis Germani, Recriminatio, aduersus Edoardum Leum Anglum, qui ausus est primus Erasmum Rot. luto aspergere. Impressa

Basileæ apud Cratandrum, 1520. in 4. chartis quatuor.

T.cl. 600. IOANNES episcopus Gerundensis ex monacho ordinis nostri, natione Gothus, ex prouincia Lusitaniæ, scripsit
Exhortatoriũ ad monachos, lib. 1. Additiones in Chronicam, lib. 1.
Alia quoq; multa composuit, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

T. cl. Coloniæ. IOANNES Gluel, natione Teuthonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, Prior Colonien sis, de Aquisgrani ciuitate Imperiali oriundus, scripsit uolumen de origine & profectu ordinis sui, quod prænotauit,
Speculum Carmelitarum, lib. 1. Sermones de tempore, lib. 1.
Quadragesimale, lib. 1. Thesaurizate uobis.
Sermones de sanctis, lib. 1.

Cyri IOANNIS Glyceri (aliâs Glycei) patriarchæ Constantinopolitani Technologia de recta constructione octo partium orationis, & de Orthographia opusculum: extant Græce in Bibliotheca quadam Italiæ.

M. 1442. Cl. 1405. IOANNES de Gmunden, claruit Viennæ in Austria, scripsit hæc, quæ adhuc Viennæ in Bibliotheca facultatis artium extant.
Tabulas de planetarum motibus, & luminarium eclipsibus ueri ssimas ad meridianum Viennensem.
Calendarium quod multis sequentibus annis utile erat, & iucundissimum.
Tabulas uarias de parte proportionali. Canones in tabulam tabularum.
Libellum de arte calculandi in minutijs physicis. Tractatum sinuum.
Aequatorium motuum planetarum ex Campano transsumptum.
Compositionem astrolabij & utilitates eiusdem, & quorundam aliorũ instrumentorum.

IOAN. Gnandus Auenionen. I.C. scripsit de moneta.

IOANNIS Gocchij presbyteri Mechlinien sis (qui claruit ante annos sexaginta, ut audio) epistola Apologetica aduersus quendã Prædicatorij ordinis, declarans quid de scholasticorum scriptis, uotis & obligationibus, censendum atq; tenendum sit: Impressa in Germania in 4. chartis 2. & dimid.

Dialogus de quatuor erroribus circa Euangelicam legem exortis. De uotis & religionibus factitijs siue de libertate Christianę religionis conclusiones nouem. Liber excusus in 4. chartis 13. & dimid.

» Ex præfatione authoris. Adulteratores quidã sanctarũ scripturarũ, eousq; per-
» uersitatis suæ dogma perduxerunt, ut dicant euangelicæ legis libertatẽ ab exordio
» ecclesiæ sub obligatione uoti fore cõclusam, & limitatã, nullũq; absq; uoti obliga-
» tione ad ipsius plectã obseruantiã posse sufficere, nõ erubescãt dogmatizare, &c.
» His se opponit hoc libro, & præ cęteris Thomã Aquinatẽ & Thomistas, tanq; hu-
» ius sentẽtiæ coryphæos, & in plærisq; ad Pelagianã hæresin accedentes uituperat.
» Ab initio libri singulorũ capitũ catalogus ponitur. Insunt item huic operi fragmẽta
» quædam de gratia, & meritis, de fide & operibus, de perfectione legis euangelicæ.

De libertate Christiana liber impressus, sed ab authore, ut uidetur, non absolutus. Ex præfatione innominati cuiusdam in superiorem librũ de uotis. Goc-
» chius noster summatibus huius ætatis theologis adnumerãdus in hoc negocio sic
» temperauit sermonẽ, cũ de uotis & arbitrij nostri uiribus, hoc est de re inuoluta &
» cum multorũ indignatione coniuncta disputat, ut non in totũ tamẽ uel reijciat uel
» damnet, ceu nullius momenti rem monasticæ uitæ & sacramentorum rationẽ, mo
» do suæ ditionis pomeria non dilatet, hoc est, ubi stultã non doceat inanium rerum
» confidentiam, ubi superstitionem reprimat, & fastum animo procul arceat.

IOAN. Godscalcus Latini sermonis obseruationes collectas (primum Verborum, deinde partium indeclinabilium) per ordinem alphabeticum digessit. Liber impressus primum sine authoris nomine, deinde recognitus & nomine eius adiecto, Coloniæ apud Gymnicum in 8. anno 1540. chartis 51.

Ex præ-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [886] - 423r

Ex præfatione authoris, quam scripsit Antuerpiæ, 1536. Petrum Artopœum in primis uerbatim per omnia sequuti sumus. Adiecimus autẽ huic quàm potuimus breuissime, quicquid haberet Valla, quicquid Hadrianus Cardinalis, quicquid in Apparatu suo Bartolemæus Riccius, quicquid denique contineret ingens illud uolumen Latinæ linguæ Thesaurus appellatum. Nec item hunc eò sumpsimus laborem, ut hoc uno libello cæteri iam dicti uilescerẽt, sed ut iuuentutis duntaxat commodo optime consuleretur, quæ amplam illam librorum supellectilem hoc enchiridio comprehensam, quouis locorum secum apte circumferre, & ad manum semper habere queat, &c. Suum cuique formulæ & exemplum & authorem addere cœperam, sed quem paruulis paruulum dicare libellum statueram, is singularum authoritatum capax non erat. Quocirca relictis exemplis, solum authoris nomen singulis loquutionibus apposui. In fine uero formulas solas congessi, ijs uerbum quo gaudent uel semel posuisse cõtentus. Porrò quia non omnibus quod quæritarent in priore æditione obuium esset, neque ibidem (quod satis esse putauimus) alphabeticus index sufficeret, uniuersum libellum præscribentes in ordinem hunc simplicia redegimus, eodemque ordine cõposita ipsa suis primogenijs subiecimus, ut cuiuis uel infanti noster hic labor usui esse possit. Finximus quoque studiose, compositis quibusdam nonnulla primitiua, minus usitata, quæ figuris semiquadratis includimus. Altius autem exquisitiusque uerborum originem perscrutari non erat præsentis negocij. Quin etiam loquutiones ipsas hunc in modum distinximus, primo ordine uerba cum nominibus puris constructa, proximo hæc ipsa cum impuris, hoc est, quibus additur præpositio, tertio eadem cum aduerbijs, quarto quam habent iam dicta sine adiuncto significatorum diuersitatem, separatim suo quæque loco collocauimus, seruato in singulis ipsius alphabeti progressu, quamuis principio omnia confusius paulò posita sint.

IOANNES Golein, patria Normannus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, Prior conuentus Rothomagensis, scripsit quædam, è quibus extat opus insigne, T.

Super Sententias, lib. 4.
Super officio Missæ, lib. 1. Cantate domino canticum.
Quæstiones uariæ. Et alia quæ non uidi.

IOANNIS Grammatici Alexandrini, cognomine Philoponi, (id est, diligentis ac industrij) opera multa feruntur, grammatica, philosophica, Arithmetica, & rhetorica, & in sacram Scripturam, & contra octodecim Epichiremata Procli, & contra Seuerum. Ecclesiæ tamen Doctores eum reijciunt, utpote τριθεΐτην, & orthodoxorum catalogo non dignantur. Hæc Suidas. Ex præfatione Victoris Trincauelli super Commentarijs huius authoris in Aristotelis libros de anima. Ioan. Philoponus se numquam sua libertate priuatum uoluit, neque ulla committi piacula putauit, si ab Aristotele aut à Platone, quando ratio id persuadere uidebatur, deuiaret: imò ubi de fide & uera religione agebatur, quam semper inconcussam seruare uoluit, nullam eorum, aut aliorum philosophorum rationem habuit. Commentarij eius in sacras literas temporum iniuria desiderantur.

Rursus ex Suida in dictione Proclus. Hic is est Proclus qui post Porphyrium, in Christianos scelestam & contumelioſam suam linguam secundus mouit, aduersus quem Ioannes Philoponus scripsit, atque egregie admodum duodeuiginti illius argumentis occurrit, ostenditque eum in Græcis quoque, in quibus sibi maxime arrogabat, imperitum fuisse ac fatuum. Proclus.

Ioan. Grammaticus Phil. scripsit aduersus Procli Diadochi de mundi æternitate sermones octodecim, totidem solutionum libros. Impressi sunt Græce Venetijs 1535. in folio, chartis 42. apud Trincauellum. In hoc enim libro Porphyrij & Procli de mundi æternitate rationes adeò euidenter confutat, adeoque argutè in au-

Collectio vocum, quæ diuersa significant, diuersim accipiendarum, in Budæi Dictionar. Append. p. 78. quæ copiosa. alias Cyrillo tributum, & a nonnullis Xenophonti Philosopho ascribitur. Sed forsan hæc etiam Joh. Charaki ipsam. tribuendum. Vide *

H. Stephani App. Thesauri p. 31. Scapulæ Lex. App. p. 31.

thores proprios retorquet, ut nemo sit, qui (modo æquo legat animo) in illos non exclamet, quod in Psalmis diuinus cecinit uates, Sagittæ infantium factæ sunt plagæ eorum. Et paulò inferius. Nec illud sanè à sententia hunc librũ excudendi me depellebat, quod in eo principium ac finis desiderarentur: etsi enim nullo labori, nullisq; impensis peperci, quò etiam ea reperirentur, &c.

In Italiæ Bibliothecis extant etiamnũ huius authoris monumenta quædã Græca nondum euulgata typis, nempe: Liber de pulsibus. Commentarij in Arithmeticam Nicomachi Geraseni. In Astrolabium planum, aliâs de usu astrolabij. Commentarij in Elenchos Aristotelis, Venetijs in bibliotheca SS. Ioannis & Pauli. Commentarij in tertium & quartum Aristotelis Meteorologicorum libros. In quatuor posteriores physicæ auscultationis libros Commentarij: nam in priores quatuor, impressi iam sunt. Opusculũ de Atticis particulis. Technica, è quibus pars extat in Appendice Lexici Græcolatini impressa, quæ est de quinq; dialectis Græcorum, chartis ferè quatuor cum interpretatione Latina è regione. Dubitauerit autem aliquis utrum hæc duo postrema opuscula Ioannis Philoponi sint aut potius Ioannis Characis, cum utriq; Grammatici cognomentum tribuatur.

Budæi p. 79. 99. *

vide è regione

Commentarij Græci in quinq; uoces Porphyrij, excusi Venetijs in magno fol. 1500. apud Nicolaum Blastum Creteñ. chartis 19. uideri possunt excepti à Io. Philopono ex ore Ammonij: similiter enim inscribuntur, ut Commentarij ipsius reliqui omnes in Aristotelem, nempe quod ex ore Ammonij descripti sint.

Hypomnema in duos libros Priorum Analyticorũ Aristotelis, impressum Græce Venetijs opera Victoris Trincauelli in fol. anno 1536. chartis sexaginta: cũ Magentini scholijs in eadem, aut potius paraphrasi: & synopsi authoris incerti de syllogismis. Est autem Cõmentariorum Philoponi inscriptio huiusmodi: Scholicæ aposemeioses, id est, Cõmentariæ annotationes ex colloquijs Ammonij Hermeæ, cum quibusdam propijs meditationibus. Sunt autem satis fusi hi Commentarij Philoponi, & in quæstionibus ac digressionibus frequentes. Impressi sunt & Latine Venetijs apud Scotum, 1541. Guilielmo Dorotheo interprete.

Commentariæ annotationes in duos libros Posteriorũ Aristotelis ex colloquijs Ammonij, cum quibusdam propijs meditationibus, impressæ Græce Venetijs in officina Aldi, 1534. in fol. chartis 50. quibus adiectæ sunt Eustratij & alterius anonymi Commentarij in secundum librum Posteriorum. Ex præfatione typographi. Ioan. Grammatici expositionem denuo impressuri, dedimus operã ut exiret emendatior quàm antea fuerat: itaq; ex doctissimorum hominum lucubrationibus multa, in quibus uera lectio desyderabatur, castigauimus, &c. Variæ lectiones in diuersis exemplaribus repertæ post commentarios anonymi interpretis, super Expositione Philoponi in primum librum Posteriorum adduntur chartis 4. & ijdem loci in Textu asteriscis notati sunt. Eadem interpretatio huius authoris Latine reddita, & per Theodosium quendam recens collata, impressa est Venetijs apud Scotum, 1542.

In primos quatuor Aristotelis de naturali auscultatione libros Cõmentariæ annotationes ex Ammonij Hermeæ colloquijs, cum propijs nonnullis obseruationibus. Impressæ sunt Græce Venetijs apud Trincauellum in fol. chartis 83. anno 1535. & Latine ibidem Guilielmo Dorotheo interprete, ut supra dixi. Extant autem eius & in reliquos libros 4. commentarij, ut iam dictum est.

In duos libros Aristotelis de generatione & interitu commentariæ annotationes, ex colloquijs Ammonij Hermeæ, cum propijs quibusdam meditationibus. Chartæ sunt 35. impressæ Venetijs in fol. apud Aldũ, 1527. cum Alexandri Aphrodisiei commentarijs in Meteorologica, & Tractatu de mixtione.

Commentariæ annotationes in tres libros de anima, Aristotelis, ex colloquijs Ammonij Hermeæ, cum propijs nonnullis meditationibus. Impressæ Venetijs apud

tijs apud Trincauellum, 1535. in fol. chartis septuaginta tribus.

Commentarij Græci in Aristotelis libros de generatione animalium, impressi Venetijs apud Io. Antonium & fratres de Sabio, 1526. in fol. chartis 60. & Latine ibidem, translati à Nicolao Petro Corcyræo, qui & ipse in Græca præfatione sua, Philopono hosce commentarios tribuit à Sergio Stiso præceptore suo in Mesappia ijs se donatum scribens. Verum ego ab erudito quodam uiro in Italia accepi, eos nequaquã Philoponi esse, sed Michaëlis Ephesij, si bene memini: quod etiam ipse facile credo: Nam & multo breuiores hi commentarij sunt quàm cæteri à Philopono scripti, & paraphrasticam breuitatem Michaëlis præ se ferunt: & non inscribuntur ut reliqui commentarij Philoponi, quibus communis est hæc inscriptio: Scholicæ aposemeioses ex synusijs Ammonij Hermeæ cum propríjs quibusdam meditationibus.

Ioan. Philoponi Grammatici in Hesiodũ cõmentarios Græcos Alexand. Brassicanus, alicubi se habere scribit: Ego Io. Tzetzis tantum cõmentaria in Hesiodum uidi, quæ & impressa sunt: & quoniam is quoq; Grammaticus cognominatur, deceptus est forte Brassicanus.

IOAN. Grammatici distichon in 4. libro Florilegij Græci.

IOAN. Grammatici Characis quædam extant de encliticis, Græce. Vide Io. Charax.

IOANNIS de Grassis iurisperiti, Arbor iudiciorum, De † substantialibus procuratoris, De cessione. † *Aliàs substantia.*

IOANNES Gritsch, natione Teuthonicus, patria Basiliensis, ordinis fratrum minorum, scripsit quædam, è quibus ista feruntur. *T. cl. 1430.*

Sermones de tempore, lib. 1. Sermones de sanctis, lib. 1.
Sermones per quadragesimã, lib. 1. Cum ieiunatis, &c. secundum.
De passione domini, lib. 1. Et quædam alia.

IOANNES cognomento Grossus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, Prior nonusdecimus generalis, alij habent, uicesimusprimus, patria Tholosanus, scripsit quædam, è quibus ego uidi tantum opus præclarũ, quod ordinis Carmelitani institutionem & progressum continens prænotatur. *T. cl. 1400.*

Viridarium, lib. 3. Quibus rebus genera.
Feruntur & eius sermones, lib. 1. Et quædam alia.

IOANNES Guinterius Andernacus, natione Germanus, qui se alibi Ianum Automiacũ nominat, uir Græce & Latine doctus, medicus egregius, & translatis è Græco aliquot in re medica operibus apud omnes eius artis studiosos celeberrimus. Hoc tempore Argentorati agit, nec dubito quin aliquid noui parturiat, siue recognoscendis quæ olim transtulit, siue nouis scribendis incumbens.

Libri ab eo translati ex operibus Cl. Galeni, sæpe iam excusi, Parisijs & Basileæ, & Venetijs opinor, tum seorsim tum cum reliquis Galeni operibus, à Venetis quibusdam recogniti.

De anatomicis administrationibus, libri 9. De constitutione artis medicæ.
De theriaca ad Pisonem. De pulsibus ad medicinæ candidatos.
Introductio seu medicus. De sectis ad medicinæ candidatos.
De præsagijs ex insomnijs. Hippocratis liber de uictus ratione priuatorum cum Galeni commentario.
Polybi de uictus ratione libellus. De semine, Galeni lib. 2. adiectis castigationibus Græci exemplaris.
Quod animi mores corporis temperaturam sequantur. De facultatum naturalium substantia.
De elementis.
De propríorum animi cuiusq; affectuum agnitione & remedio.
De optima corporis humani constitutione.
De bono corporis habitu. De plenitudine.

De atra bile. De tumoribus præter naturam. In librum Hippocratis de natura hominis commentarij duo. De antidotis libri 2.

Præfatio in methodum medendi Galeni ad Glauconem, seorsim Græce Parisijs excusam, ubi conqueritur de medicinæ ueteris interitu.

Pauli Aeginetæ libri sex, qui summam rei medicæ complectuntur, ex nouissima translatione ipsius, cõmentarijs etiam illustrati, excusi sunt Argentorati apud Rihelium, anno 1542. in fol. prius autem cum alibi exiuerant, tum Coloniæ apud Soterem, 1534. cum scholijs, & indice amplissimo. Vide in Albano Torino.

Anatomicarum institutionũ secundum Galeni sententiam, ad candidatos medicinæ libri 4. impressi Basileæ apud Rob. Vuinter in 8. 1536. chartis 10. cum opusculo Georgij Vallæ de partibus humani corporis. Deinde recogniti & aucti per Andream Vesalium Venetijs in decimosexto.

De uictus & medicinæ ratione, cum alio, tum pestilentiæ tempore obseruanda. Vuendelinus impressit Argentorati in 8. 1542.

T.cl.1460. IOANNES Hagen, aliâs de Indagine, natione Teuthonicus, ordinis Carthusiensiũ, domus montis sancti Saluatoris prope Erfordiam, Prior in Ysennach, et in Stetyn, scripsit aperto sermone multa præclara uolumina, ad principes, episcopos & alios ecclesiarum prælatos, de uarijs ac diuersis quæstionibus interrogatus, de quibus pauca ad manus nostras memini peruenisse. Nam sicut ex scriptis cuiusdam deuoti patris eiusdem ordinis accepi, plusquàm trecentos tractatus ædidit, de quibus omnibus ego uidi & legi tantum quos consequenter subieci. Opus insigne, quod prænotauit

De laude paupertatis,	lib. 1.	Beati pauperes spiritu quoniam.
De uita religiosorum,	lib. 1.	Simile est regnum cœlorum.
De casu religionis,	lib. 1.	Quomodo sedet sola ciuitas.
De uita adolescentulorum,	lib. 1.	Adolescentulus sum ego.
De humilitate & superbia,	lib. 1.	Ego sum uia, ueritas.
De ornatu interiori,	lib. 1.	Omnis gloria filiæ regis.
De accessu ad nouũ hominẽ,	lib. 1.	Ecce ego noua facio.
De gratia & libero arbitrio,	lib. 1.	Non ego solus, sed gratia.
De correptione & gratia dei,	lib. 1.	Corripiet me iustus in.
De natura & gratia,	lib. 1.	Vidit deus cuncta quæ fe.
De perseuerantia,	lib. 1.	Qui perseuerauerit.
De spiritu, corpore, & anima,	lib. 1.	Apostolus Paulus uas elect.
De mandatis prælatorum,	lib. 1.	Sic nos existimet homo.
De charitate,	lib. 1.	Fortis est ut mors di.
De dilectione dei,	lib. 1.	In lege Mosi post mul.
De meditatione,	lib. 1.	Felix anima quæ humili.
De inquisitione summi boni,	lib. 1.	Magnus es domine & lau.
Contra errores Bohœmorũ,	lib. 1.	In Christo Iesu orationes.
Ad episcopũ Ratispon. cõtra eosdẽ,	lib. 4.	Reuerendiss. in Christo.
Ad Marchionẽ Brandenburgen.	lib. 1.	Illustri principi & domino.
Ad uniuersitatem Erfordẽn.	lib. 1.	Synceram in domino charita.
In regulam sancti Benedicti,	lib. 1.	Probate spiritus si ex deo.
De cauendis doctrinis peregrinis,	lib. 1.	Varijs & peregrinis.
De cognitione futurorum,	lib. 1.	Annunciate quæ futura sunt.
De uisione Tundali,	lib. 1.	Circa uisionem Tundali.
De uisione Danielis, cap. 7.	lib. 1.	Quæsitum est de exposit.
De apparitione cuiusdã defunctæ,	lib. 1.	Quædam mulier perducta.
De futuris prodigijs,	lib. 1.	Omnia in mensura, numero.
De planctu solitarij,	lib. 1.	Quis dabit capiti me.

De cru-

De cruciata contra hæreticos, lib. 1.
De auferibilitate ſponſi ab eccleſia, lib. 1.
De tempore ſchiſmatis, lib. 1.
De authoritate Papę in cõcilio, lib. 1.
De poteſtate eccleſiaſtica, lib. 1.
De correctione fraterna, lib. 1.
De paruulis non baptizatis, lib. 1.
De iudice cõtra cõſcientiã iudicãte, lib. 1.
Contra flagellatores, lib. 1.
An ſine ꝓfeſſione religioſus, lib. 1.
De ieiunio quintæ feriæ, lib. 1.
De iuſto & iniuſto bello, lib. 1.
De doctrina eccleſiæ, lib. 1.
De auditione Miſſarum, lib. 1.
Contra Ioannem Kanneman, lib. 2.
De uita ſpirituali, lib. 1.
De diſcretione cogitationum, lib. 1.
De uera & falſa pœnitentia, lib. 1.
De modo confitendi, lib. 1.
De audiendis confeſſionibus, lib. 1.
De ſpirituali arte memoratiua, lib. 1.
De quatuor ſenſib. ſcripturæ, lib. 1.
De contemplatione, lib. 1.
De interdicto, lib. 1.
In dedicatiõe ſermones quinq, lib. 1.
Ad Rudolphũ epiſcopũ Lauantinũ, lib. 1.
De cõmunione ſub utraq ſpecie, lib. 1.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1.
In regum, quadruplici ſenſu, lib. 1.

Circa cruciatam quæ da.
In nomine domini noſtri Ieſu.
Et quia entia nolunt.
Dubitatum eſt & quæſitum.
In Chriſti euangelio le.
Item quæritur in fraterna.
Dubitatum eſt & quæſitum.
Dubitatum eſt, ſi liceat.
In nomine Chriſti. Incipit.
In nomine Chriſti. Incipit.
Dubitatur an licitum ſit.
Nota ad iuſtum bellum.
Tu es Petrus & ſuper.
Sapiens dicit, Fili omnia fac.
In nomine Ieſu Chriſti. In.
Si ſpiritu uiuimus, ſpiritu &.
Vt quid cogitatis ma.
Pœnitentiam agite ap.
Propheta regius Pſal.
Confitemini alterutrum.
Memorare nouiſſima.
In nomine Chriſti, & eius in.
Hæc eſt uita æterna.
In ſalicibus in medio.
Salomon ædificauit.
De falſis prophetis, lib. 1.
De communione ſub utraq.
Sermones quoq uarios, lib. 1.

In multos denique libros Bibliæ commentarios elegantes compoſuit, aliosq tractatus & quæſtionum ſolutiones penè innumeras & inſignes.

* Ioãnis de Indagine, Chiromantia. Phyſiognomonia ex aſpectu membrorũ hominis. Peraxiomata de facicbus ſignorum, quid in unaquaq domo efficiat in natis ſol. Canones aſtrologici de iudicijs ægritudinum. Aſtrologia naturalis. Complexionum notitia iuxta dominium planetarum. Liber excuſus Argentorati apud Ioan. Schottũ, 1534. in fol. chartis 32. Stilus eſt mediocris ferè inter purum & impurum. Nihil eſt præfationum.

IOAN. Haneri ꝓphetia uetus ac noua, hoc eſt uera ſcripturę interpretatio, de ſyncera cognitione Chriſti, deq recta in illũ fide. Liber impreſ. in Germania, in 4. an. 1534.

IOANNIS Hartungi Prolegomena ſiue Annotationes (doctæ ſanè ut mihi uidentur & diligentes) in tres priores Odyſſeæ Homericæ rhapſodias, ſcripta Heidelbergæ, anno 1539. & eodẽ impreſſa Francoforti apud Egenolph. in 8. chartis 6. & dimid.

IOAN. Hannibal de Canonicis Bononienſis, ſcripſit in primum ff. noui, de acqui. rerum dom. l. poſt contractum.

IOAN. Hantuillenſis, qui poëma ſuum Architrenium propter materiam inſcripſit, non omnino malus, certe melior quàm pro ſæculo. Ioan. Lod. Viues libro 3. de diſciplinis tradend. Hoc opus Francfordiæ uidi ante biennium in 4. impreſſum.

IOANNIS Hasfurti Virdungi medici & aſtrologi, natione Germani, noua medicinæ methodus, nunc primum condita & ædita, ex mathematica ratione morbos curandi. Liber impreſſus Ettelingæ, 1532. & ſequenti anno Haganoæ recognita. in 4. chartis 26. Impurus eſt ſermo, & doctrina ſuperſtitioſa cum alibi tum

in tractatu de iudicandis urinis. Quare consulo studiosis adolescentibus, ut relictis huiusmodi uanissimis nugis, ad eorum lectionem librorum se cõferant, ex quibus morborum curam physicis, ac methodicis, non mathematicis & impijs rationibus exercere discant.

» Præfatio authoris. Cum animaduertissem plærosq; huius ætatis, medicæ facul-
» tatis tirones, nondum assecutos esse hominum complexiones, morborum causas,
» criticos dies, urinarum certa iudicia, electaq; euacuandi humores tempora: ast no-
» titiam componendi recepta: decreui breuibus cõscribere hoc in libello tradita an-
» tiquorum medicorum documenta, ast astronomiæ quantũ medico sufficiunt prin
» cipia, &c. Huiusmodi principia (inquit) Astronomiæ primus Tractatus docet.
» Secundus, medicæ artis principia insinuat. Tertius, de dieb. criticis. Quar-
» tus, de urinarum iudicio, cum multis regulis undiq; collectis. Post epistolam, ca
pita singulorum tractatuum adscribuntur.

IOANNIS Henlin expositio Antiphonæ seu Cantici, Salue Regina, auctoribus pro-
phetícis, Bibliæ, sanctorum patrum, doctorumq; dictis ac historijs decorata. Liber hac inscriptione, impressus est olim Basileæ apud Michaëlem Furter, 1505. in 8. chartis 6.

IOAN. Herculanus. Vide Ioan. Arculanus.

IOAN. Herold Acropolitæ, natione Germani, Philopseudes, siue Declamatio pro Des. Erasmo Rot. contra dialogum famosum anonymi cuiusdam medici, in qua omnem uitam Erasmi absolutissime describit. Liber scriptus ab authore, anno 1541. & eodem excusus Basileæ in 8. chartis 14. apud Rob. Vuinter.

In præfatione in primum tomum thesaurorum Eugyppij, ita de seipso scribit,
» Interim dum stratagematum chiliadas Carolo Imper. Austriadas Ferdinando
» Rom. Cæs. Δεισιδαιμονίαν ritus ac cultus à Gentilibus omnibus idolis olim exhi
» bitos, tibi Mecœnati nostro liberalissimo congerimus (ad Abbatem monasterio-
» rum Murbaceñ. ac Lutrensis scribit) quicquid benignitate bonorum nobis impen
» ditur, quicquid ad lucernam corraditur, in comparandis præparandisq; authori-
» bus bonis absumitur. Hæc ipse de se. Ego etiã ex alijs audiui parari ab ipso Strategematum siue militaris solertiæ Chiliades tres, in libros sex diuisas, ex uetu-stioribus Hebræis, Græcis, & Latinis, tum recentioribus quoq; multis.

Bartolemæi Georgeuuyts librum de rebus Turcicis ex Latino Germanicum reddidit. Impressus est hoc anno 1545. Basileæ apud hæredes Cratandri in 4.

IOANNES Heutenius Mechlinienſis Hieronymianus interpretatus est commenta-ria in 4. euangelia ex Chrysostomo & alijs ueterum scriptis collecta per Euthymũ Zigalinum. Liber impressus Louanij ex officina Rutigeri Reschij, 1544. in fol.

T. cl. 1370. IOANNES Hildenshemensis natione Teuthonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, scripsit metro & prosa multa præclara opuscu-la, è quibus subiecta feruntur. Ad Florentium episcopum Monasteriensem ædidit prolixum uolumen,

De tribus sanctis regibus,	lib. 1.	Cum uenerandissimorum,	
Chronicam historiarum,	lib. 1.	Defensorium sui ordinis,	lib. 1.
De monstris in ecclesia,	lib. 1.	De fonte uitæ,	lib. 1.
De Antichristo,	lib. 1.	Contra Iudæos,	lib. 1.
In turpia pingentem,	lib. 1.	Epistolarum octoginta,	lib. 1.
Sermones uarios,	lib. 1.	Et quædam alia.	

T. cl. 1350. al. Hisdino IOANNES de Hisdinio, ordinis fratrum hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, ædi-dit multa præclara uolumina, & in uniuersitate Parisieñ. lecturas & plures & ele-gantes pronunciauit, de quibus extant ista:

In euangelium Marci,	lib. 1.	Similis factus est leoni.	
In euangelium Ioannis,	lib. 1.	In epistolam ad Romanos,	lib. 1.

In epi-

Joannes Hierosol. vide p. 380.

In epistolas ad Corinthios, lib. 2. In epistolam ad Galatas, lib. 1.
In epistolam ad Ephesios, lib. 1. In epistolam ad Philippenses, lib. 1.
In epistolam ad Colossen. lib. 1. In epistolas ad Thessalonicen. lib. 2.
In epistolas ad Timotheum, lib. 2.
In epistolam ad Titum, lib. 1. Erudi filium tuum quia ut.
In epistolam ad Philemonem, lib. 1. In epistolam ad Hebræos, lib. 1.
De annunciatione dñica, lib. 1. Aue Maria gratia plena.
Sermones uarij, lib. 1. Et alia multa.

In multos etiam Bibliæ libros commentarios & lecturas scripsisse dicitur, quæ ad manus nostras adhuc minime peruenerunt.

IOAN. Hispalensis, Alchabitij Isagogen ad magisterium iudiciorum astrorum barbaro stilo Latinum fecit. Vide supra in Alchabitio.

IOAN. Hochstratus quidam scripsit de presbyteris, & nescio quam Apologiã, & Cabalæ destructionem: qui libri sunt impressi alicubi in Germania. Audio hominem fuisse indoctum, & improbissimum æmulum optimi uiri Ioan. Capnionis.

IOANNES Honburgius precationes Psalmorum è uernacula lingua Latinitate donauit. Libellus excusus Francfordiæ in 16. anno 1544.

IOANNIS Honteri Coronensis de Cosmographiæ rudimentis libri duo: impressi Basileæ apud Henricum Petrum, 1534. in 4. chartis 5. cum Dionysij Afri uersione. Liber prior Astronomiæ, posterior Geographiæ principia breuissime cõtinet cum catalogo de antiquis & recentioribus locorum nominibus. Eadem hæc rudimenta impressa sunt in Appendice Margaritæ philosophicæ.

Tabulæ duæ in Aratum Solensem (cum eiusdem uersione impressæ Basileæ, 1535.) quibus circuli cœlestia, & omnes syderum imagines ob oculos ponuntur.

Enchiridion totius orbis terrarum comprehensum, tabulis aliquot elegantissimis in libello chartis 2. impresso nuper in Corona urbe Transyluanæ. Et Rudimenta Cosmograph. uersib. hexam.

IOANNES ecclesiæ cuiusdam Horit. archidiaconus, Græci & Latini sermonis peritus, scripsit quædam, è quibus extat opus insigne & præclarum ad Stephanum regium quendam notarium contra Græcos. T.

De processione spiritus sancti, lib. 1. Multa rotundo Græco.
Epistolas etiam uarias. Et alia quædam mihi incognita.

IOAN. Horologius Paduanus, Sanctus Pisaureñ. Benedictus Mustinus, omnes ferè sub Eugenio IIII. commentarios & practicas reliquerunt.

IOANNES Hospinianus Steinanus, ex agro Tigurino Heluetiorum, in Academia Basiliensi bonarum literarũ & linguæ Græcæ professor hoc tempore, scripsit Carmen panegyricum in D. Magnum ab Emershofen, & aliquot Epithalamia: charactæ sunt 2. excusæ Basileæ, 1539.

Quæstionum Dialecticarum lib. 6. ibidem excusos in officina Valderi, anno 1543. in 8. chartis 18. Ex præfatione ad Lectorem.

Equidem scripsi quæ & ante me multi, uerum scripsi etiam quæ ante me recentiorum nemo. Nam primo (ut alia præteream) Apodicticam à reliquis aut omissam penitus, aut breuibus tantum perstrictam, aut obscure admodum traditam, quàm potui copiose & perspicue explicaui. Deinde quomodo hæc ars rationem nobis præscriberet recte tum nostra, tum eorum, qui in nostram disciplinã uenirent, studia gubernandi, non dicam argute, sed fidelissime singulari libro docui. Et paulò post. Sed inuenies fortassis in cæteris etiã plura, si non legere has nostras quæsuncq; cõmentationes (neq; enim aliud sunt, q̃ expositiones eorũ, quæ apud Cæsarium obscuriora habentur) dedignatus fueris, quibus aliquantulum delectabere.

IOAN. Hugo iurisperitus, scripsit Tractatum de officijs quatuor prælatorum, ubi & de canonica portione.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [893] - 426v

IOAN. Huſerus digeſſit Indicem in opera Chryſoſtomi Frobenianæ æditionis, 1530.

IOANNIS Hus, quem Concilium Conſtantienſe incendio damnauit, liber egregius de unitate eccleſiæ, ſcriptus ab eo, anno Domini 1413. & publice pronunciatus in ciuitate Pragenſi. Excuſus in Germania, 1520. in 4. cum indice, chartis 30. Diuiditur autem in capita 23. quorum inſcriptiones hæ ſunt.

1 Vna eſt eccleſia catholica cœleſtium et terreſtrium, diuerſa, pro dignitate ſua, ex ſacra ſcriptura ſortiens uocabula.

2 Vna eccleſia uniuerſalis, partitur in tres particulares.

3 Obiectio, quod omnis Chriſtianus, etiã præſcitus ſiue finaliter damnandus, ſit pars eccleſiæ: Eiuſdemq; obiectionis elegans per notabilia ſolutio.

4 Chriſtus eſt à principio mundi uſq; in æternum caput eccleſiæ, omnesq; iuſti ſunt de eius corpore, præſciti uero nunquam fuerunt nec erunt membra illius corporis.

5 Reſpondetur ad authoritates ſupra in obiectione adductas.

6 Sicut electorum caput eſt Chriſtus, ita Synagogæ malorũ caput eſt Satanas.

7 Quod Romanus Pontifex cum Cardinalibus non ſit totum corpus uniuerſalis eccleſiæ, ſed pars: nec Papa ſit caput, ſed Chriſtus. Item eccleſia Romana in aliquo ſenſu concedere eſſe eccleſia catholica.

8 Fides multifariam capitur, & quæ fides ſit fundamentum eccleſiæ.

9 Quo pacto Chriſtus ſit fundamentum eccleſiæ, & apoſtoli quoq; ſint fundamenta eius. Itẽ laus Petri ob ſuas eximias uirtutes, quas eius uicarij imitari debẽt.

10 De multiplici hominum poteſtate, & qualis poteſtas ſit collata Petro & omnibus ſacerdotibus in uerbis iſtis, Quodcunq; ligaueris ſuper terram, &c.

11 Quomodo clerus trahit ſcripturam in ſuam partem, & abutitur conceſſa poteſtate.

12 Solus Chriſtus eſt uerus Romanus pontifex, cui de neceſſitate ſalutis ſubeſt omnis humana creatura. Item diſcrepãt moderni pontifices à priſcis in moribus (& uita.

13 Quod Papa non eſt caput eccleſiæ, ſed uicarius Chriſti.

14 Collegium Cardinalium non eſt corpus ſanctæ Romanæ eccleſiæ, nec quicunq; Papa eſt uerus Petri ſucceſſor.

15 Eccleſia æque bene poſſet regi ſine Papa & Cardinalibus, & melius, cũ Cardinales per ſuam pompam ſcandalizent potius quàm ædificent Chriſti fideles.

16 Prælati eccleſiæ ſecundum Dei legem, non ſua erronea capita, iudicare debent. Item, dotatio eccleſiæ eſt eius uenenum, & horrendarũ ambitionum & contentionum materia in Papis, qui hinc diſ terreni, ſanctiſſimi, impeccabiles, &c. ab adulatoribus uocantur.

17 Qua intentione Ioan. Hus reluctatus eſt Romanis prælatis. Item, obedientia multipharíam capitur & definitur, ſecundum quod eſt ad præcepta & conſilia.

18 Quæ uera ſit apoſtolica ſedes & cathedra Petri, quiq; in ea uere uel falſe ſedeant, qui mercenarij, quando obtemperandum apoſtolicis mandatis. Item Papa grauiter errare poteſt, poteſt & oues Chriſti perdere: eccleſiam beneficijs ſuis deſtruit: Sedes capitur multipharíam.

19 Quæ opera bona, mala & media. Item quando prælatis obediendũ, & quando eis in faciem reſiſtendum.

20 Non in omnibus eſt obediendum eccleſiæ uel eius prælatis, etiam in mediis operibus, quæ nec bona, nec mala ſunt. Item Excommunicatio non poteſt tollere executionem mandatorum Chriſti.

21 Soluuntur authoritates, quæ uidentur ſonare, quod in omnibus Papæ ſit parendum. Ponuntur & circumſtantiæ aduertendæ in obedientia.

22 Quomodo iniuſte author huius ſit excommunicatus. Item, quid ſit excommunicatio, & quando inferenda, & quomodo incurritur.

23 Quid

23 Quid ſuſpenſio: quid eccleſiaſticum interdictum, quando & quomodo ſit ponendum. Item conqueritur author de ſua iniuſta excommunicatione, & interdicti poſitione, &c.

Ioan. Huſs (natus ex uilla Huſs, quod anſerem ſignificat) ingenio peracri & lingua diſerta, mundioris quoq; uitæ opinione clarus. Aſſeruit frequenter inter prædicandum, ſe poſtquam ex hac luce migraret, in ea loca proficiſci cupere, ad quæ Vuicklephi anima peruenisſet: quem uirum fuiſſe bonum, ſanctumq;, & cœlo dignum non dubitabat. Hæc Aeneas Syluius, poſtea pont. max. *Teſtimonia de Ioanne Huſs.*

Ioan. Huſs, renaſcentis eccleſiæ Ieſu Chriſti apoſtolus, uir ſapiẽtia, doctrina, uitæq; inculpatæ præſtantia clarus, populũ Boẽmicũ fide inſtituit: diſcipulus Vuicklephi, uiri itẽ ex æquo, ingenio, doctrina, & prudentia præditi: præceptor Hieronymi Pragenſis, cuius quoq; integritati, eruditioni, & eloquentiæ docti ſubſcribunt. Fidem Ieſu Chriſti teſtatus eſt in Concilio Conſtantien. ubi damnatus ab impijs ſophiſtis, ſpiritũ Deo reddidit author, quieſcens in Dño. Hactenus Othonis Brunfelſij uerba retuli. Scripſiſſe fertur, præter ea quæ nos impreſſa uidimus, Sermones ad populum plures. Commentarios in Oſee & Ezechielem prophetas. In loca aliquot Apocalypſis.

Ioannis Huſs opuſcula aliquot impreſſa alicubi in Germania (Argentorati opinor) in 4. cum Appendice Othonis Brunfelſij, chartis 29. Sunt autem hæc.

De anatomia, ſiue de ſingulis membris in corpore Antichriſti lib. 1.

De myſterijs iniquitatis Antichriſti, fragmentum 1.

De reuelatione Chriſti & Antichriſti fragmentum ſecundum.

De abolendis ſectis & traditionibus hominum, lib. 1.

De unitate eccleſię & ſchiſmate uitando lib. 1. diſtinctus in capita 7. alius à ſuperiori, licet eadem ſit inſcriptio, niſi quod hic additur de ſchiſmate uitando: alter autem ſimpliciter uel De Eccleſia, uel De unitate Eccleſiæ inſcribitur.

De Euangelica perfectione lib. 1.

De pernicie traditionum humanarum, fragmenta tria.

De regno, populo, uita, & moribus Antichriſti lib. 1.

Fragmentorũ collectanea quædam: cum indice ſingulorũ capitũ in primo quaternione.

Appendix Othonis Brunfelſij.

Ratio æditionis & condemnationis Ioannis Huſs. De nominibus Chriſti & Antichriſti. De appropriatis utriuſq; in ſcripturis. De nominibus eccleſiæ Chriſti & Antichriſti, & filiorum eius. De nominibus primatum eccleſiæ Chriſti, & Antichriſti. De anatomia Chriſti & Antichriſti per ſingula membra ex ſcripturis deſumpta. Item prophetiæ & ſcripturæ de uita & moribus Chriſti, et Antichriſti. De erroribus Ioannis Huſs articuli. Eiuſdẽ articuli aliquot Euangelici & Chriſtiani.

Cõmentarius in Apocalypſim, ante centũ annos æditus, & impreſſus Vuittenbergæ adeſpotos, id eſt, ſine authoris nomine, anno 1528. in 8. chartis 25. & dimid. In expoſitione ſuper caput 20. authoris uerba hæc ſunt. Quia ſumus in anno ab incarnatione Chriſti, milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſeptimo, ergo trecenti ſeptuaginta ſeptem anni elapſi ſunt, poſtquam Antichriſtus primo regnauit ex iſta prophetia. Vbi in margine additur, à M. Luthero opinor, Ex hoc loco liquet, quod liber iſte ſit æditus anno 1338. ſic enim emendatur numerus in fine libri. Exiſtimat autem eruditus quidam theologus in urbe noſtra, motus coniecturis à tempore, doctrina & ſtylo ſumptis hunc librum eſſe ab ipſo Ioanne Hus conſcriptum, præſertim cum conſtet illum in Apocalypſin ædidiſſe commentarios, nec alij reperiantur.

Ex præfatione Mart. Lutheri. Primum te oro, quiſquis es Lector huius commentarij, ne quid fictum à nobis æditum credas. Ego (ſi qua fides mea eſt) teſtor,

„ hunc codicem esse per optimos uiros ab extremis finibus Germaniæ, nempe è Sar
„ maticis Liuonicisq; regionibus ad me missum, literis & syllabis sæculum suũ pro-
„ prie testantibus deformatum, ut ipse negare non potuerim esse eum annos circiter
„ septuaginta, ante hos annos descriptum. Ex ipso uero Codice satis intelligi po-
„ test, auctorem eius Cõmentarij fuisse eo tempore, quo monstrum illud maximum
„ stetit schismatis (quod uocant) nouissimi, quod tandem Constantiensi Concilio abu-
„ lo, per sanguinem Ioannis Hus & Hieronymi Pragensis, uelut sacrificio quodam,
„ placatum & finitum est. Et inferius. Nam ut hic author pro suo sæculo fue-
„ rit (sicuti arbitror) inter primos, qui eruditionẽ & sanctimoniã ardentissime quæ-
„ sierint, tamen uitio temporis & regno caliginis impeditus, ea neq; sic pure loqui,
„ neq; sic plene sentire potuit, quàm hoc sæculo nostro loquimur & sentimus. Pa-
„ pam tamen (sicuti est) Antichristum & recte & uere pronunciat, idq; indubitata
„ fide atq; conscientia, argumentisq; fidelissimis. Vide in Ioan. Vuiclepho.

IOANNES Huttichius, scripsit Argentinæ Compendium de Romanis imperatori-
bus, quod ibidem excusum est, unà cum imaginibus ad imagines ueterũ numis-
matum expressis, in 8. apud Vuolfgang. Cephalæum, 1526. chartis 13. cum Indice.
„ Ex præfatione authoris. Imperatorum uitas uoluo atq; reuoluo, & quicquid
„ est rerum gestarum nobilius, nostrisq; principibus lectu dignius annoto, &c. Ex
„ epilogo operis perlectũ est à nobis, quicquid historicorũ erat apud Latinos, quod
„ imperatorum res gestas sit amplexum. Subest adhuc alia lucubratio nostra, de
„ consulibus & illustribus uiris, quæ fortassis magis erit accepta.

IOANNIS Hypati (id est supremi) & doctoris philosophorum, natione Itali, æditio in
secundum, tertium & quartum Topicorum libros.
Eiusdem, ad Andronicum regem qui interrogauerat de dialectica.
Eiusdem, Aeditio de materia & constitutione syllogismorum.
Item, Methodus Rhetoricæ per synopsin, id est, compendium. Græce extant
Romæ in Vaticana bibliotheca. Et Diegus Hurtadus Cæsareus orator Venetijs,
uaria huius scriptoris dialectica opuscula habet.

IOAN. Iacobus de Canibus iurisperitus, scripsit de modo studendi in iure, De iniu-
rijs & damno dato, uel Repressaliorum liber. De executionibus ultimarum uo
luntatum. De tabellionibus.

IOANNES Iacobi, natione Gallus, Montispessulani cancellarius, uir in medicinis
singularis & studiosus, scripsit de morbis particularibus lib. qui intitulatur The-
saurarium medicinæ, de alijs nihil uidi. Symphorianus Champerius.

IOANNIS de Ianduno, aliàs Iandonis, aliàs de Ganduno, Gadauẽsis peripatetici, &
summi Auerroistæ. Quæstiones in libros Physicorum Aristotelis, quas ædidit
Parisijs, recognitæ, cum tribus quæstionibus Heliæ Hebræi Cretensis philosophi
& medici, annexis (ab opinione quorundam Latinorum, & aliorum discrepanti-
bus,) De primo motore: De efficientia mũdi, ut philosophi peripatetici uolunt:
De esse, essentia, & uno. Item annotationes nonnullæ in plurima Commentato
ris dicta, minime à quibusdam Latinis & alijs recte intellecta, per singulos sparsim
libros Physicorũ notatu dignissima. Opus impressum Venetijs, in fol. 1506. char-
tis 38. ab eodẽ Helia castigatũ. Proponũtur aũt capita quæstionũ statim ab initio li
bri. Hæ quæstiones Ioan. de Ianduno prius etiam exiuerant Florentiæ, 1485.
Eiusdem cõmentarij in 12. libros metaphysicorũ Aristotelis, impressi Venetijs.
Quæstiones in tres libros Aristotelis de anima, excusæ Vincentiæ, 1486.
In libros de cœlo & mundo Aristotelis. Opus excusum in Italia. Vide supra
in Augustini Niphi libello de sensu agente: fol. 108. b. uersu 9. Scripsit & in
alios quosdam Aristotelis libros, ut audio.

IOANNES Igneus iurisperitus, scripsit in secundum ff. noui de regulis iuris, l. Con-
tractus. & l. Quatenus. In primum Codicis lib. 7. C. de contrahend.

De con-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [896] - 428r

De contrahend. empt. l. dudum. De dona. inter ui. l. donationes.
In secundum Cod. de liber. præter auten. ex causa.
Disputationē, An rex Franciæ recognoscat Imperatorē. Incipit, Cum me legente.

IOAN. Imbertus Rupellanus scripsit opus institutionum forensium Galliæ penè totius, tertio recognitum ab authore. Anto. Vincentius impressit Lugduni, 1542. 8.

IOANNES de Imenhusen, natione Teuthonicus, scripsit quædam, è quibus reperi tantum, *T. cl. 1360.*
Super sententias, lib. 4. Sermones elegantes, lib. 1.

IOANNES de Imola, patria Bononiensis, fertur in utroq; iure multa præclara uolumina ædidisse, de quibus subiecta in primis feruntur, *T. M. 1436.*
Super tribus lib. Decretaliū, lib. 3.
Super. 6. Decretalium, lib. 1. Super Clementinis, lib. 1.
Super. ff. Inforciati, lib. 14. Antequam ueniamus ad.
Super. ff. nouo, Et quædam alia.

* Numeratur inter primarios iuris interpretes, & fuit præceptor Alexandri Imolensis. Obijt anno 1435. Februarij die 18. Io. Fichardus. Plærique hunc scriptorem simpliciter Imolā appellantes citant.

Commentarij eius super tribus libris Decretalium, impressi sunt in fol. Venetijs, 1500. & Lugduni, 1525. Item super ff. ibidem 1533. & super Clementinis, Venetijs 1475. in magno fol. Inuenio autem peculiariter ab eo scripta citari, in 1. & 2. Inforciati. Consilia. In Rubricam secundi Decretalium, De iure iura. c. cum contingat. &, De re iudicata, c. quoniam omne. est c. fin. Et in Rub. quarti Dec. De sponsalibus. c. tuæ.

IOAN. de Indagine. Vide Io. Hagen.

IOANNES Iouianus Pontanus, uir clarissimus, Alphonso iuniori Neapolitano regi præceptor fuit, & epistolarum magister, & adeò gratus, ut in prætorio prope Neapolim magnifice structo statuam ei ex ære posuerit. Multa reliquit eruditionis suæ amplissima monumenta, tum soluta oratione tum ligata: quæ quidem omnia ferè tam propitio genio, ut ita dicam, tantaq; stili cura, elegantia, & uaria rerum cognitione, concinnata & instructa sunt, ut non dubitem gratam doctis hominibus eorum lectionem futuram, quam diu aliquis doctrinæ locus in rebus humanis extabit. Quod si ea quæ lasciuius & amatorie scripsit abolita uoluisset, occasionē posteri non eloquentiæ tantum eius, sed etiam pietatis commendandæ habuissent. Vide Raph. Volaterranum in Paralipomenis anthropologiæ suæ: & Fr. Floridi Sabini iudicium super eius scriptis lib. 3. cap. 6. Succisiuarum lectionum. Opera eius omnia Aldus excudit Venetijs: cuius æditionem Cratander imitatus est Basileæ, qui libros Pontani soluto sermone scriptos, ac tribus tomis distinctos publicauit, anno 1538. chartis 228. Poëmata autem in 8. chartis 52. *Claruit circa annum 1460. M. anno 1503.*

Opera, quæ continentur primo Tomo, omnia ad mores formandos spectant, & in capita diuiduntur, quorum argumenta statim ab initio operis collocata reperies ordine, post epistolā Typographi quæ regem Alphonsum laudat, & Io. Pontanum, ipsiusq; opera. Sunt autem hæc.

De obedientia libri quinq;, quibus omnem eius uim & partes copiose declarat, in animo cuiusq; per se, in republica, legibus, matrimonio, seruitute, &c.

De fortitudine libri duo. Ex præfatione in secundum. Superiore libro satis, ut arbitror de fortitudine bellica, quam Heroicam uocauimus, dictum est. Et qui ac quales fortes essent, explicatum. Relinquitur de illa fortitudinis parte dicendum, quæ illos potius spectat, qui procul à bellicis periculis uiuunt; quanquam & eos quoq; de quibus disseruimus, genus hoc laudis pertingit. "

De principis officijs, uel educandi principis præcepta ad Alphonsum Calabriæ ducem, liber siue epistola.

De liberalitate, liber 1. in 47. capita diuisus.

De beneficentia, capita 17. De magnificentia, capita 20.

De splendore, & splendidi hominis (cui sordidus aduersatur) supellectile, ornamentis, apparatu, cultu atq; ornatu corporis, de gemmis ac margaritis habendis, de hortis ac uillis, capita 7.

De conuiuentia, capita 6. nempe de conuiuiorũ generibus, consuetudine, splendore, secunda mensa: de conuiuijs honoris gratia susceptis, qui & quales adhibendi sint conuiuæ.

De prudentia libri quinq; uarij planè argumenti, quorum ultimus uirtutes morales esse mutuo complicatas ostendit, & exempla ad prudentiam pertinentia quinquaginta nouem ex historijs enumerat.

De magnanimitate libri duo, quorũ prior docet qui & quales magnanimi sint, quæ officia eorum & actiones: item de pusillanimitate.

De fortuna libri tres planè philosophici, quanquam ab authore non emendati, sicut & alij quidam.

De immanitate & partibus eius liber. Vocat aũt immanitatẽ, ferinũ quendam impetũ in eo qui omnẽ propriũ humanitati affectũ exuerit, prostrata ratione, &c.

Secundo Tomo continentur,

De aspiratione libri duo, in quorum primo omnia ferè uocabula Latina enumerat, quæ aspirationis notam in primis syllabis recipiunt: in secundo autem, quæ in medijs & ultimis: seruato uocalium & consonantium aspirandarum ordine. Libri sunt Grammatico necessarij, tum ad orthographiam, tum etymologiam.

Charon dialogus, cuius interlocutores sunt, Charon, Minos, Aeacus, Mercurius, Pyrichalcus, Diogenes, Crates: Pedanus, & Theanus, & Menicellus Grammatici, Vmbræ diuersæ, Grex umbrarũ nocentium, & alius innocentiũ. Constat autem actibus siue colloquijs 14. ijsq; facetissimis.

Antonius dialogus, diuisus in actus undecim, in quibus personæ 13. introducuntur: & multa de Ciceronis scriptis tractantur, multa ex Virgilio cum alia, tum copiose de Aetna monte, eius incendio & igneto torrente, in quibus poëta defenditur: & utriusq; authoritas contra uulgares grammaticos confirmatur. Postremæ duæ & dimidia huius dialogi chartæ, Pompeij & Sertorij in Hispania pugnam describunt carminibus per poëtam personatum: præfaturq; histrio personatus tum in principio tum in medio poëmatis super uno ac eodem argumento.

Actius dialogus de poëticis numeris & lege historiæ. Constat duobus colloquijs, personis 10.

Aegidius dialogus diuiditur in 10. colloquia: quibus introducuntur personæ 13. Refert autem concionem Aegidij de Christo, eiusq; beneficentia & morte: item de animorũ immortalitate. Et alia multa philosophica in reliquis dialogis.

Huius Aegidij Augustiniani Eremitæ Viterbien. prædicatoris laudes, etiã in principio tertij libri de fortuna protulit.

Colloquia undecim, inscriptione Asini, quibus author in cuiusdam ingratitudinem clam inuehitur.

» De sermone libri 6. Ex præfatione in primum librum. Annum agimus
» Iacobe Mantuane tertium ac septuagesimũ, &c. Regnũ Neapolitanũ hinc Gallis
» ipsis, illinc Hispanis occupantib. animũ ac mentẽ nostrã cõuertimus ad scribẽdas
» eas siue uirtutes, siue uitia, quæ in sermone uersantur: nõ aũt aut oratorio, aut poë
» tico, sed qui ad relaxationẽ animorũ ptinet, atq; ad eas quæ facetiæ dicunt, id est ad
» ciuilẽ quandã urbanãq; consuetudinẽ, domesticosq; cõuentus hominũ inter ipsos,
» nõ utilitatis tantũ gratia conuenientiũ, sed iucũditatis, refocillationisq; à labore ac
» molestijs, &c.

Capitum

Capitum argumenta, quæ multa uariaq; sunt, & ceu quidam loci communes ab initio huius secundi Tomi recensentur.

De bello Neapolitano libri sex. Ex præfatione Petri Summontij, qui in reliquos etiam ferè singulos Pontani libros præfatur. Historiam belli Neapolitani, quod Ferdinandus Aragonius cum Ioanne Andegauiensi quondam gessit, ad te nunc mitto. Quod uero ad historiæ fidem attinet, Pontanũ scito singula hæc non rerum fama collegisse, non hinc atq; illinc emendicasse, sed interfuisse ipsum rebus ferè omnibus.

Tertio tomo continentur,

Centum Ptolemæi sententiæ in Latinum sermonem traductæ & cõmentarijs illustratæ, chartis 22. & dimid.

Ex præfatione ad Federicum Vrbini ducem. Cl. Ptolemæi libellum, centum enunciata, id est sententias continentem, olim male in Latinum conuersum, denuo tibi transtuli: & singulis sententijs commentariolum, quo sententiæ ipsæ clariores essent, subiecí, stellarum significationes decretaq;, quantum res ipsa passa est, naturales ad causas rationesq; accommodans. Ipsa autem cõmentatio nostra est tota, in qua laborasse iure fortasse gloriabimur, quando quod Græcorum Latinorumq; nullus adhuc præstitit, ipsi primi præstitimus, ut stellarum naturas actionesq;, ad naturæ causas effectionesq; accõmodaremus, quod in alijs quoq; libris, quos nondum emisimus, uberius atq; expressius fecimus.

De rebus cœlestibus libri 14. cum Indice, chartis seorsim 49.

Ex præfatione. Hæc autem ipsa stellarum cœliq; actionum ac significationum cognitio, eius est disciplinæ ppria, quæ à Græcis dicta est astrologia, è nostris quidam Syderalem uocauere: De qua quidẽ scribere aggressi sumus, tum propter cognitionis ipsius nobilitatem, tum etiam ob utilitatẽ, & eam quidem maximam. Futurarum enim rerũ euentibus cognitis, infelices ubi portenduntur, licebit multo prius instituere animum ac confirmare ad ferendos casus fortiter, si euitari fortè nequeant: aut si euitabiles ipsi fuerint, uel prouidentia lenire eos, uel solertia omnino fugere, ac tanquam elabi ex insidijs: Sin felicitas promittitur, consilium, industriam, operamq; illi propriam adiungere, &c. De necessitate uero cœlestium significationũ, deq; illarum euitatione & fuga differere argutius, magisq; expresse, atq; enucleate, in aliud tempus locumq; differimus. Illud in parte hac tantum admonemus, cœli syderumq; decreta, alia prorsus esse ineuitabilia, alia quæ non facile euitari queant, quædam etiam quæ facillime ac propria tantum uoluntate cohibita. Ac tametsi cognitio hæc parte sui nõ exigua coniecturalis est, ut medicina, ut oratoria, ut militaris ac naualis res: nihilominus quantum ingenio assequi ac labore possumus, quatenus etiam disciplina ipsa patitur, significationibus ipsis naturales adiungere causas nitimur, eq; naturæ abditis rationem eruere, & qua etiam uia proficiscantur ostendere, id quod scriptorum nullus, quorum memoria habeatur, hactenus præstitit. Quorum siue rerum naturalium ignoratione, siue languore animi ac negligentia factum est, ut admirabilis ac diuina penè res, anilis ac ridicula sit effecta. E ueteribus autem, qui Latine de his scripserint, qui quidem fuere permulti & clari admodum uiri, hodie nullius scripta extant, præter paucos è multis libros, eosq; non integros, quos Iulius Maternus ad Mauortium scriptos reliquit: qui si omnes simul extarent, dicere hoc ausim, haud multum disciplinæ huic defore ad perfectam cognitionem significationum ipsarum.

Singulorum librorũ capita & argumenta reperies ab initio huius secundi Tomi. Insunt permulta his libris uana ac superstitiosa.

De Luna liber imperfectus, siue potius initium solum eius libri.

Carmina seu poëmata Ioan. Iouiani Pontani, quæ extant, omnia excusa primum Venetijs apud Aldum, deinde Basileæ apud Cratandrum, 1531. in 8. chartis 52. cum indicibus in duas partes diuisa: sunt autem hæc.

De stellis libri quinq;
De hortis Hesperidum, siue de cultu citrorum malorum libri sex.
Lepidina, siue pastorales pompæ 7.
† Amorum libri duo.
Tumulorum libri duo.
Hendecasyllaborũ, seu Baiarũ lib. 2.
Versus Lyrici de rebus uarijs.
Meteororum liber 1.
Bucolica, Melisæus, Mæon, & Acon.
De amore coniugali libri 3.
De diuinis laudibus lib. 1.
Iambi de obitu Lucij filij.
Eridani libri duo.

† Hoc poëma cum sequentib. Argentinæ etiã excusum erat, 1515. apud Knoblauchiũ. in 4.

Dialogus Ioan. Pontani quatenus credendum sit Astrologiæ, impressus Coloniæ apud Gymnicum cum opusculis quibusdam Georg. Trapezuntij. 1544.

IOAN. Itrensis tractatulus de peste & epidimia, & de præseruatione & cura ipsius. Hunc titulum in libro quodam impresso uidi, ubi tamen nihil tale reperiebam, sed alia quædam.

T. cl. 1460.

IOANNES Kanneman, ordinis fratrum minorum, natione Teuthonicus, scripsit:

Defensorium sui, lib. 1.
De passione domini, lib. 1.
Sermones uarios, lib. 1.
Multi famosi uiri, &c.
Egredimini filiæ Sion.
Quæstiones quasdam, lib. 1.
Et alia complura.

IOAN. de Karthan, aliâs Ketham, natione Alemannus, uir in experimentis potius medicis quàm theoricis & speculationibus exercitatus, scripsit in medicinis quædam opuscula, de quibus ego adhuc uidi subiecta.
Fasciculus medicinæ, lib. 1.
De uenenis, lib. 1.
De anatomia & urinis, lib. 1.
De alijs nihil uidi. Symphorianus Champerius.

Fasciculus medicinæ liber impressus Venetijs, 1495. in fol. chartis 20. sermone impurissimo. Cõprehendit aũt, Primo, Iudicia urinarum. Secundo, tractatũ de phlebotomia. Tertio, de chirurgia. Quarto, de matrice mulierũ & impregnatione. Quinto, Petri de Tusignano Consilia cõtra epidemiã. Sexto, anatomen Mũdini, totius humani corporis: & plura alia, præsertim particularia medicamẽta.

IOAN. Komberack scripsit Congestorium artificiosæ memoriæ. Liber excusus Venetijs in 4. 1537. per Melch. Sessam.

IOANNES Kuesnerus Trochoreus medicus apud Salinas Oeni in Germania, congessit nuper pharmacopoliterion: sic enim inscripsit librum, in quo medicamenta composita in pharmacopolijs usitata enumerat secundum alphabeticum ordinem singulorum affectuum quibus illa medentur. Congessit autem ea ex Ioan. Manardo, Leonardo Legio, Christophoro de Honestis, Florentino Grabadin, Ioan. de S. Amando, Cophone, Hieronymo Brunsuigio, Scriptoribus Luminariũ, Iacobo de Partibus, Paulo Suardo, Ioan. Plateario, Nicolao Præposito, & Laur. Phrysio. Liber impressus Ingolstadij, 1542. in 8. chartis 24. cũ Indice. Sermo est affectatus.

Eiusdem authoris liber, de uitanda & profliganda epidemica contagione, im-
Tabula curatiua, impressa in 8. (pressus in 8. 1544.

IOANNIS Landspergij Carthusiani sermones cõcionésue in præcipuis anni festiuitatibus, ueteris hominis mortificationem, Deiq; amorẽ affatim promouentes. Petrus Quentell excudit Coloniæ, 1536. in 8. chartis 40.

„ Ex præfatione. Nuncupo tibi sermones (ut uocant) capitulares Ioan. Landtsper
„ gij nostri, uiri certe integerrimi deuotissimiq;, simul in actiua & cõtemplatiua uita
„ ac sacris literis exercitatissimi, de ordine nostro Carthusiano opusculis suis uarijs
„ iam dudum æditis ac ædendis, atq; utilissimis laboribus in diuersis ordinis officijs,
„ optime meriti. Viuit autem eorundem author adhuc superstes, infirmitatibus con-
tinuis

tinuis prægrauatus, &c. Data Coloniæ ex Carthusia, 1536. "

IOANNES Langer de Bolkenhan, presbyter Vratislauiensis, multa scripsit metro & prosa, de quibus extat opus insigne ad Georgium de Lapide dominū Steynauiæ, quod prænotauit: T.cl.1494.

De censibus & re.emp. lib.1. Ingenti hodie premor.
Epistolarum ad diuersos, lib.1. Carmina multa. Et alia complura.
Viuit adhuc in Vratislauia & uaria conscribit, sub Maximil.

IOANNES de Lapide, natione Teuthonicus, ordinis Carthusiensis monachus domus Basilien sis, multa præclara scripsit opuscula. Paucorū ex his nobis copia obuenit, extant tamen quæ sequuntur: T.cl 1494.

Introductorium grāmaticæ, lib.1. Cum grammati.
Dialogus de arte punctandi, lib.1. Discipulus sal.
De ꝓpositionib. exponibilib. tract.1. Vtà iuueni.
De arte dissoluendi sophistica argumenta, tract.1. Quoniam ad omnem.
Explanatio omniū librorum logicæ Aristotelis, lib.1. Inuestigare.
Explanatio librorū Physicæ eiusdem, lib.1. Liber Physi.
Explanatio sex librorum Metaphysicæ eiusdem, lib.1. Quia prima.
De his quæ ad dignum sacerdotem exiguntur, tract.1. Homo ad imagi.
Resolutoriū dubiorū circa Missam occurrentiū, tract.1. Officium quantum.
Summariū passionis Iesu Christi, tract.1. Nocte Iesus.
De ascensione dñi inter sermones Meffret, Ser.1. Consurge domine.
In sermones Meffret de conceptione immacu.uir. tract.1. Cum dominus ac re.
Sermones tam ad clerum quàm ad populum plurimi, lib.1.
Orationes & epistolæ uariæ, lib.1.
Complura quoq; alia quorum hic non fit mentio.

Multos præterea diuersorum authorum libros per Tractatus & capitula distinxit, singulis argumenta præmittens, quibus quæ in illis sit scribentis intentio dilucide potest agnosci. E quibus sunt libri Ciceronis de officijs, de amicitia, de senectute, de somnio Scipionis. Item libri logicæ Aristotelis. Libri eiusdē de anima, & libri Metaphysicæ. Item libri Effrem diaconi. Libri Ioannis Chrysostomi de cōpunctione cordis. Libri diui Augustini de contritione cordis. Liber Epistolarum eiusdem. Et omnes ferè libri sancti Ambrosij episcopi. Viuit adhuc in Carthusia Basilien si, & uaria componit.

* Explanationem eius in quinq; uoces Porphyrij, & omnes libros logicæ Aristotelis, & in Gilb. Porretanum de sex principijs, cum Tractatu de propositionib. exponibilibus, & altero de arte soluendi importunas sophistarum argumentationes, Ioan. Amorbachius impressit Basileæ in fol. uno uolumine satis crasso, sermone quidem barbaro, non prorsus tamen inutili aut indocto.

IOANNES Lascaris, qui & Ianum se alibi uocat. Vide Andreas Ianus: quanquam Andreæ prænomen expressum non inuenerim, sed A. literam tantum.

IOAN. de Lasco natione Polonus, uir singularis eruditionis & pietatis, ad quem legimus epistolas quasdam Erasmi Roterodami, maximis quibus in patria fruebatur honoribus & diuitijs desertis, ut liberius secundum Euangelium uiueret, ecclesijs hoc tempore in Frisia orientali præest, & breui aliquid, ut audio, lucubrationum ipsius publicandum expectatur.

IOANNIS Leonis Arabis Grāmatici aliquid extare puto. Nam Iacobus Zieglerus Aegyptum suam ex illo se illustrasse scribit, quod ad recentiorum locorum situm.

IOANNES de Ligniano (aliâs Lignano, Mediolanen.) iureconsultus celeberrimus, fertur in iure canonico quædam egregia cudisse opuscula, è quibus (Francisco de Zabarellis in prologo super Clementinis teste) extant comportationes T.cl 1400.

Super Clementinis, lib.1. Et quædam alia.

* Quæ huius authoris nomine citata inuenio hæc sunt:

Super 2. Decret. toto Romæ. De amicitia.
De bello & duello. De pluralitate beneficiorum.
De censura ecclesiastica. De horis canonicis.
De interdicto ecclesiastico. De repressalijs.
Disputatio de secreto. Alia, de permutatione.

T. cl. 1330. IOANNES de Lignerijs, philosophus, & astronomus omnium suo tempore celeberrimus, qui hanc disciplinam à memoria hominum iam penè abrasam magnifice instaurauit, in gymnasio Parisiensi eruditionis suæ laudes ingentes acquisiuit, ubi huiusce facultatis cooperatores & consocios habuit, uiros mathematicæ scientiæ doctissimos, Ioannem de Saxonia, Ioannem de Muris, & Bernardū philosophos, & astronomos insignes, qui & ipsi uaria opuscula conscripserunt. De opusculis autem huius Ioannis de Lignerijs quanquam multa & præclara scripserit, paucissima uidi, scilicet

Canones primi mobilis, lib. 1. Cuiuslibet arcus positi.
Tabulas eiusdem, lib. 1. De Sphæra quoq; lib. 1.

IOANNES Lodouicus Viues Valentinus, natione Hispanus, intra annos paucos, nobilissimas aliquot lucubrationes docte prorsus & accurate conscriptas ædidit, in quibus eloquentiæ sapientiam ita coniunxit, ut nemo etiam eruditus non cum aliquo fructu earum se lectionem hausisse fateatur. Obijt nuper (Brugis opinor in Germania inferiore) magno sui desiderio studiosis relicto, nec unquam famæ eius gloria, idq; merito quantum ad sapientiæ cultum, immortalis esse desinet. Audio omnia eius opera nuper simul impressa esse tribus tomis, alicubi in Germania inferiore, Antuerpiæ nimirum. Cæterum quæcunq; ego eius nomine publicata reperi, hæc sunt:

De ratione studij puerilis epistolæ duæ, quibus absolutissimam ingenuorū adolescentium ac puellarum institutionem doctissima breuitate complectitur. Prior Londini scripta anno 1523. adolescentis studium in literis instituit. Posterior eodem anno Oxoniæ scripta Mariam Catharinæ reginæ Angliæ filiam in Grammaticæ Latinæ rudimentis informat.

Introductio ad ueram sapientiam, scripta Brugis, 1524. sunt autem chartæ 4. diuisæ per sententias, aut aphorismos penè sexcentos: quibus tituli generales inseruntur isti. Diuisio rerum. Rerum naturæ ac potentia. De corpore. De animo. De eruditione. De affectibus. De religione. De conuictu hominum. De uerbis. Quomodo se quisq; gerat erga seipsum.

Satellitium animi, siue symbola ad omnem totius uitæ, maxime principum institutionem mire conducentia, chartis 2. & dimid. Sunt autē apophthegmata, id est breuissimæ fœcundæq; sententiæ, quarum singulis sua subijcitur expositiuncula.

» Ex præfatione ad Mariam Henrici VIII. Angliæ regis filiam. Accipies igitur
» satellites ducentos aut paulò plures: quos sic tibi facies familiares, ut nec noctu nec
» interdiu, nec domi, nec in publico sinas à tutela tui uel latum unguem discedere,
» ne his aut certe similibus destituta, prædæ sis diabolo. Symbola appellaui quasi notas quasdam, cuiusmodi uetus mos erat principibus se insignire, quod & fit hodie, &c. Porrò symbolorum hæc est lex, ut sententiam absoluant uerbis ad summum quinq; & quo breuiora sunt, hoc uenustatis plus habent: quale est illud Augusti, Matura. Obscuritatis aliquid & allegoriæ symbolum condit, ut paulum à naturali sensu deflectatur, modo ne tanta sit, quanta Pythagoras est usus, ut ab intelligentia dictorum suorum arceret imperitos.

Hæc opuscula Basileæ apud Rob. Vuinter excusa sunt, cum indice, 1537. & Lugduni apud Trechsel, 1532.

De conscribendis epistolis libellus aureus in aliquot capita diuisus, ibidem impressus

preſſus, 1536. in 8. chartis 5. & dimid. cum Eraſmi Rot. compendio eiuſdem argumenti: & Coloniæ apud Gymnicum.

De ratione ſtudij & legendi interpretandiq;. De ratione inſtituendi diſcipulos. De ratione colligẽdi exempla. Opuſcula apud eundẽ Baſileæ impreſſa.

Latinæ linguæ exercitatio, ibidem excuſa, primum ſeorſim, anno 1538. in 8. chartis 18. cum Indice copioſo: deinde 1541. cum expoſitione in Bucolica Virgilij & libello de conſcribendis epiſtolis: chartis 36. Ex præfatione ad Philippum Caroli v. Cæſaris filium. Conſcripſi in uſum Latinæ linguæ primam loquendi exercitationem, quam pueris ut ſpero conducibilem, tibi principi puero uiſum eſt dicare. Inſcriptiones dialogorum. Surrectio matutina. Deductio ad ludum. Euntes ad ludum literarium. Lectio. Reditus domũ, & luſus pueriles. Refectio ſcholaſtica. Garrientes. Iter & equus. Scriptio. Veſtitus, & deambulatio matutina. Domus. Schola. Cubiculum & lucubratio. Culina. Triclinium. Conuiuium. Ebrietas. Regia. Princeps puer. Ludus chartarum ſeu foliorum. Leges ludi, uarius dialogus de urbe Valentia. Corpus hominis exterius. Educatio. Præcepta educationis.

In Bucolica Virgilij interpretatio, potiſſimũ allegorica: impreſſa Baſileæ apud Rob. Vuinter in 8. chartis 7. & dimid. anno 1539. Ex præfatione. In Virgilij Bucolica annotaui ſenſa ſublimiora, quàm exiſtimet uulgus Grammaticorum. Neq; enim ſi nihil ſubeſſet magis recondítum, quàm quod uerba præ ſe ferunt, opus illi fuiſſet triennali expolitione, &c. Accedit huc, quod res ipſæ plæriſq; in locis ſatis teſtantur, non ſimpliciter dici, ſed figurate: quo magis miror, Seruium Honoratũ nullas allegorias admittere, niſi de agris deperditis: quæ aliis multis de rebus manifeſtiſſimæ ſunt, &c. Non dubito quin allegoriam aliquibus uerſibus aptauerim, de qua poëta ne cogitarit quidem, ut alias permultas, ad quas proculdubio reſpexerit, quum ſcriberet: ſed id nec ingratum erit Lectori, nec inutile.

In Somnium Scipionis præfatio, quam ſimiliter Somnium: & Enarratio, quam inſcripſit Vigiliam. Ioan. Frobenius excudit Baſileæ, 1521. in 4. chartis 19. Ex præfatione ad D. Erardum à Marca epiſcopum Leodienſ. & Archiepiſcopum Valentinum deſignatum, ſcripta Louanij, 1520. Diuinans itaq; ea ſæcula, quæ & tu nobis, & alij ſicut ſpero aliis ſunt reducturi tam felicia, tam totius uirtutis & lætitiæ referta, luſi ea de re ſomnium quod uice eſt præfationis in Somnium Scipionis, addidi & Vigiliam meam in idem Somniũ Scipionis, quo libello perfectus & abſolutus in repub. princeps inſtituitur, atq; formatur: nullumq; eſt in tota philoſophia præſtabilius opus, atq; diuinius. Somnium appellaui, quaſi nugas: neque enim uolo pluris ea, quæ ibi dico, fieri, duntaxat ſi quis iraſcatur: Tum & Vigiliã, Et re uera uigilandum nobis fuit in enarrando illo Somnio, quod multa uariaq; ſapientia ſua & uigilantem & bene ſobrium interpretem cõiectoremq; ſui expoſcit.

Rhetoricæ, ſiue de recte dicendi ratione libri tres. Item de Cõſultatione lib. 1. Rob. Vuinter excudit Baſileæ, 1537. in 8. chartis 20. cum Indice: & Gymnicus Coloniæ. Ex præfatione ad Franciſcum Bouadillam epiſcopum Corieñ. & gymnaſiarcham Salmaticeñ. in qua de ui ſermonis ac eloquentiæ diſſerit, ac reprehendit eos qui pueris hanc artẽ proponunt, cum non alijs quàm dialecticæ & philoſophiæ iam peritis proponi deberet. Et hi libri, niſi opinione mea fallor, progreſſus quos habes in ea diſciplina, uel augebunt, uel certe commemoratione renouabunt. Quod eò fiet facilius, quia præceptorum & artis huius mea ratio omnino eſt noua, multumq; ab illa uetere ac peruulgata diuerſa, &c.

Secundus liber in capita aliquot ad orationem ſpectantia diuiditur, quæ ſunt. Orationis color. Coniunctio partium & proportio. Forma. Habitudo. Nerui, lacerti, latera, muſculi. Acumen & ſubtilitas. Eruditio. Iudicium.

Affectus ſermonis. Mores. Dignitas. De docendo. De perſuadendo. De mouendis affectibus. De tenendo auditore. De decoro.
Tertij libri capita. Deſcriptio. Narratio. Hiſtoria. Narratio probabilis. Apologi. Fabulæ licentioſæ. Fabulæ poëticæ. Compoſitio carminis. Præcepta artium. Paraphraſes. Epitome. Enarrationes & Commentarij. Verſiones ſeu interpretationes.

» Libri de Conſultatione per ſe chartæ ſunt 2. & dimid. Ex præfatione. Sed in » opere properato puta te tantum commentarium lecturum, ruditer delineatum, ne » expectatione tua minor ſit hæc tractatio, &c. Primo loco de inuentione ſuaſoria- » rum diſſeremus, proximo de ordine partiũ & ratione, ultima erit de uerbis cura.

De diſciplinis libri 20. ad Ioannem tertium Luſitaniæ & Algarbiorum regem, in tres tomos diſtincti, impreſſi Antuerpiæ apud Mich. Hillenium, 1531. in folio: & Brugis 1531. in 8. & Coloniæ apud Gymnicum, 1532. in 8. chartis 41. cum Indice, perparuis characteribus. Ex præfatione ad Lectorem.

» Cogitanti mihi nihil eſſe in uita uel pulchrius uel præſtabilius cultu ingeniorum, » quæ diſciplinæ nominantur, qui nos à ferarũ ritu & more ſeparat, humanitati re- » ſtituit, & ad Deum extollit ipſum: uiſum eſt de illis, quantum ipſe quidem aſſeque » rer, literis mandare, idq; alia, niſi fallor, ratione, quàm plærique maiorũ noſtrorum » fecere: primum ita aperte ac dilucide, ut percipi facile, ac teneri poſſent, quæ dice- » rem: Tum ad naturam rerum, quoad præſtare potui, congruenter: ut libeat inge- » nio cum delectatione aliqua illas cognoſcere, fructus quoq; redeat ad diſcentes » amplior: nam uſui accõmodaui illas, quò ad huiuſmodi ſtudia generoſa inuitaren » tur ingenia: nitorẽ præterea ſermonis addidi aliquem, &c. Conatus ſum etiã artes » ab impijs ſcrupulis repurgare, atq; à gentilitijs tenebris ad lucẽ traducere pietatis » noſtræ: ut quod olim ueteres illos ſcriptores fefellit, non id factũ humani ingenij ui » tio, ſicut nonnulli arbitrantur, ſed illorum oſtendam. Ideoq; rationes attuli petitas » ex natura, non è diuinis oraculis, ne ex philoſophia in theologiã tranſilirem. Quod » ſi quadantenus patefecero, profecto laboris mei fructum capiam uberrimũ, &c. » Multa fuerunt mihi contra priſcos authores diſputanda, non omnes quidẽ, nam » id infinitum atq; inutile fuiſſet, ſed receptos ſolum & diutino conſenſu approba- » tos, &c. Equidem nolim quenquam ſe mihi addicere: nec dubito quin ipſe ſim » in his quæ attuli, ſæpenumero falſus, uidelicet qui lapſos eſſe illos contendo, cum » quibus ego nec ingenio, nec ſtudio, neq; uſu & cognitione rerũ ulla ex parte ſum » comparandus.

Tomo primo continentur ſeptem libri de corruptis artibus.
De corruptis artibus in uniuerſum. De corrupta grammatica.
De corrupta dialectica. De corrupta rhetorica.
De corrupta philoſophia naturæ. De corrupta philoſophia morum.
De corrupto iure ciuili.

Secundo tomo inſunt libri de tradendis diſciplinis, ſiue de doctrina Chriſtiana quinq;.

Tertio tomo continentur de artibus libri 8. nempe,
De prima philoſophia libri 3. De explanatione eſſentiarum 1.
De cenſura ueri, 2. De inſtrumento probabilitatis 1.
De diſputatione 1.

Liber contra pſeudodialecticos, typis excuſus.

Argumenta in plærosq; libros philoſophiæ Ariſtotelis, cum ipſis operibus Ariſtotelis Latine uerſis Baſileæ impreſſa ſunt.

De uirtute fucata, liber excuſus.

De anima & uita libri tres, opus inſigne nunc primum in lucem æditum, anno 1538. Baſileæ apud Rober. Vuinter in 8. chartis 40. cum Indice copioſo: deinde rurſus

rursus apud eundem in 8. cum Philip. Melanchthonis & Cassiodori opinor scriptis de anima. Ex præfatione authoris ad Franciscum ducem Beiaris, comitem Belalcazaris. Visum est mihi tanta de re cõmentari nonnulla: atq; eò magis, quod recentes philosophi, ut in cæteris disciplinarũ argumẽtis, ita & in isto sedulo sunt uersati, contenti ijs quæ essent à ueteribus relicta: ipsi uero, ne nihil omnino agerent, eas addiderunt quæstiones, quas tum explicare esset propè impossibile, tum explicatæ nihil adferrent fructus: tanta erat libido in rebus prorsum inanibus se defatigare. Porrò antiqui in rebus tam recõditis statuendis, magnis se involuerũt atq; intricarunt absurditatibus, &c. Aristoteles more suo, tectus est & uafer. Ego, quæ sentiam, tradam explicatius, &c. nec in refellendis falsis de anima opinationibus, quæ plures sunt quàm in alia quacunq; quæstione, operã sumam: quod esset laboriosum admodum, & immensum, plusq; adferret spinarum quàm fructus. Cum uerbis autem non solũ à populo inuentis receptisq;, sed ũsu etiam doctorum tritis, multum fuit nobis negotij, &c. quædam toleratimus, alia expoliuimus, & adaptauimus, nonnulla sustulimus, ut maxime discentium uidebatur referre.

Philosophi recentes.

Antiqui.

De suis libris.

Capita primi libri, qui est de anima brutorum. De auctrice facultate.
De generatione. De quinq; sensibus externis singillatim.
De eisdem in genere. De cognitione interiore. De uita rationabili.
Quid sit anima.

Capita secundi libri, qui est de anima rationali. Simplex intelligentia.
De memoria & recordatione. De composita intelligentia. Ratio.
Iudicium. De ingenio. De sermone.
De discendi ratione. De cognitionib. seu notitijs. De contemplatione.
Voluntas. De mente in uniuersum. De somno.
De somnio. Habitus. De senectute.
De uitæ longitudine. De morte. De animæ humanæ immortalitate.

Capita libri tertij, qui est de affectionibus. Enumeratio affectuum.
De amore. Cupiditates. De utroq; amore mistim.
De fauore. Veneratio seu reuerentia. De misericordia & sympathia.
Lætitia, & gaudium. Delectatio. De risu.
De offensione. De contemptu. De ira & offensione.
De odio. De inuidia. De zelotypia.
De indignatione. De ultione & crudelitate. De mœrore.
De lachrymis. De metu. Spes.
De pudore. De superbia.

Prælectio in Conuiuia Fr. Philelphi, simul excusa Coloniæ apud Gymnicum, ut supra dixi.

Declamationes sex, nempe: Syllanæ quinq;. Sexta, quæ respondet parieti palmato Quintiliani. Item, de præsenti statu Europæ & bello Turcico diuersa opuscula. Item Isocratis orationes duæ, Areopagitica & Nicocles, eodem Viue interprete. Omnia per ipsum authorem nunc demũ aucta & recognita. Rob. Vuinter excudit Basileæ cum Indice in 4. anno 1538. chartis 46.

De concordia & discordia in humano genere libri 4. De pacificatione lib. 1. Quàm misera esset uita Christianorum sub Turca, lib. 1. Fratres Trechsel excuderunt Lugduni, 1532. in 8. chartis 33. Ex præfatione in libros de concordia, ad Carolum V. Cæs. scripta Brugis, 1529. cum institutum esset in Italia Concilium. In præsentia ad te scribo, de Concordia humani generis libros 4. admiscui multa de discordia, ut ex eius comparatione melius intelligeretur, quæ sit concordiæ uis, quæ præstantia. Congessi in hæc uolumina, quæ mihi tantis & tam uarijs de rebus in mentem pro tempore uenerunt. Nam infinita sunt, quæ & de bonis concordiæ

„ dici possent, & de discordiæ malis. Disserui primo uolumine, unde, & quemad-
„ modum nata sit inter homines concordia, quomodo discordia, tanquam bonum
„ lolium in bona segete succreuerit: hinc quanta rabie homines inter se discordiam
„ exerceant. Tum ex his capitibus, & quasi fontibus, quæ bona dimanent, quæ ma
„ la. Postremo, quæ sit uia, qua ueram inter se homines concordiam ac pacem con
„ seruent.

De subuentione pauperum siue de humanis necessitatibus, libri duo: prior, de subuentione priuata, quid unumquemq; facere oporteat: alter, de subuentione pu blica, quid ciuitatem deceat. Additæ sunt annotatiunculæ in calce libri, ad ex-plicandos aliquot difficiliores locos. Fratres Trechsel excuderũt Lugduni, 1532. in 8. chartis 10. & Colinæus Parisijs, 1530. Distinguitur uterq; liber in capita circi-ter decem, quorum catalogus fini appositus est.

Sacrum diurnum de sudore Iesu Christi. Concio de nostro & Christi sudore. Meditatio de passione Christi in Psalmum 37. Omnia ab ipso authore recogni-ta, ibidem eodem tempore excusa sunt in 8. chartis 8.

De institutione fœminæ Christianæ ad D. Catharinam Hispanam Angliæ re-ginam libri tres per aliquot capita diuisi, ab authore ipso recogniti, & aucti. Im-pressi Basileæ apud Rob. Vuinter in 8. anno 1538. cum Indice copioso: chartis 24.

„ Ex præfatione. Nos exhortationes theologis (quorum nomina superius recen-
„ suerat) relinquentes, ut ætatis degendæ ratione ex authoritate potius illorũ, quàm
„ ex opinione nostra sibi quisq; deligat, ipsa uitæ instituta documẽtis componimus.
„ Itaq; orsi à prima fœminæ ætate, ipsam usq; ad connubia primo libro deducimus:
„ hinc à coniugio ad uiduitatem, quemadmodum transmittendum illi cum marito
„ tempus bene ac beate censeamus, secundo: postremo uiduitas instituta est. Et quo
„ niam fieri aliter nequijt, multa primo dicta sunt uolumine, quæ ad uxores & ui-
„ duas pertinent: multa proximo, quæ ad cœlibes: nonnulla tertio, quæ ad omnes:
„ ne qua uel uirgo solum sibi legendum primum librum putet, uel nupta alterum,
„ uel uidua tertium, uniuersos singulis legendos censeo. In quibus breuiores for-
„ sitan fuimus, quàm nonnulli uoluissent, &c.

De officio mariti, liber ibidem excusus.

Excitationes animi in Deum. Præparatio animi ad orandum.
Cõmentarius in orationẽ Dñicam. Preces & meditationes quotidianæ.
Preces & meditationes generales. His accedunt, ex postrema recognitione authoris, Ad ueram sapientiam introductio. Satellitium animi siue Symbola. Rob. Vuinter excudit Basileæ, 1540. forma enchiridij, siue in 16. chartis 16.

Ex præfatiuncula ad Ioan. Barrosum inclyti regis Lusitaniæ à negotijs Indicis.

„ Exercitamenta reliqua, occupationis sunt à nobis quæsitæ, hoc unum est necessi-
„ tatis à Deo indictæ, ad illum exitũ, cui est homo missus in uitam. Eam ad rem com-
„ posui mihi pridem libellum, &c. hunc tibi inscribo propter famã nobilitatis tui ge-
„ neris, ingenij, eruditionis, probitatis, quæ ego ex opusculo quodã tuo uestrati lin-
„ gua conscripto facile perspexi.

Fr. Craneueldius.

De ueritate fidei Christianæ libri quinq;, in quibus de religionis nostræ funda-mentis, aduersus Ethnicos, Iudæos, Agarenos siue Mahumetanos, & peruerse Christianos plurima subtilissime simul atq; exactissime disputantur, ut author in hosce omnem ingenij doctrinæq; uim exeruisse, ac ueluti cygneum quoddam me-los iamiam moriturus cecinisse uideri possit, nunc primum in lucem æditi Basileæ apud Ioan. Oporinũ, 1543. in fol. chartis 95. cum Fr. Craneueldij Nouiomagi præ-fatione, in qua & de horum librorum præstantia scribendiq; ratione, ac ipso etiam authore nonnulla differuntur.

Ex epistola nuncupatoria Fr. Craneueldij I. C. & consiliarij Cæsaris ad Paulum
„ III. pont. max. In hos libros plus illum diligentiæ atq; laboris impendisse cer-
tum

tum est, quàm in reliquos omnes. Et tamen hisce uixdum absolutis, calculi, podagræ, febriumq; doloribus abreptus est, quum uixdum peruenisset ad annum ætatis octauum & quadragesimum, &c.

Ex præfatione ad Lectorem. Cum homines alij planè sint increduli, alij suspicaces & dubij, nunquid erit operæpretium, ut eos humanis rationibus fulciamus ac corroboremus? ut ad credendum adducantur ij, quibus sola Dei dicentis authoritas non uidetur ad persuadendum satis adferre momenti. Intelligant autem, qui hæc legent, rationes quidem fore humanas, quibus in hoc opere sumus usuri: sed tamen ex diuino fonte sumptas atq; petitas, &c. Quod nec primi, nec sine exemplo facimus. Sic enim hactenus plurimi uirorum uitæ sanctitate nobilium facere consueuerunt, quorum dicta, ueluti sequentes post terga messorum in manipulos collegimus, & in hunc usum coaceruauimus. Et paulò post. Nos autē in hoc opere uniuerso dedimus operam, ut argumēta quibus utimur, quiuis etiam possit intelligere, si mentem aduerterit. Nam quædam nimis uel intricata uel arguta circulis scholarum relinquimus, quibus ea uidebantur magis conuenire.

Index capitum quinq; librorum de ueritate fidei Christianæ. Capita 17. libri primi, qui est de homine & Deo, siue de fundamentis totius pietatis.

De fine rerum omnium. Quantum est docere finem.
Rationibus agendum. Quales erunt nostræ rationes.
Consideratio hominis & rerum humanarum ad inueniendum finem.
Qui sit hominis finis, ex ipso homine perscrutatio.
De uita ueteri, & de hac nostra, & altera.
Quid sit Deus. Quod Deus condidit omnia, eiusq; prouidentia omnia reguntur. Quod mundus esse aliquando cœperit.
Quæ fuerit condendi mundi causa, & de spiritibus.
De spirituum immortalitate. De fine hominis.
De multitudine spirituum. De peccato angeli & hominis.
De hominis corpore & peccato. Quod hominum natura est corrupta.

Capita 24. secundi libri, qui est de Iesu Christo.

De religione priscorū hominum. De diuina Trinitate.
Quod Deum conueniebat ad nos uenire. Quod filium conueniebat uenire.
Quod conueniebat eum humanitate uestiri. De aduentu Iesu Christi.
De uetere Testamento. De Euangelij scriptoribus.
De uirtutib. atq; excellentia Euangelij. De actis Iesu Christi.
De doctrina Christi. De Christi diuinitate ac miraculis.
De miraculis dæmonum. Rursus de diuinitate Christi.
De tormentis & morte Christi. De mysterijs passionis & mortis Christi.
De sacramento in cœna Domini instituto.
De resurrectione, ascensione, & missione Spiritus sancti.
De apostolis, & martyribus. De cursu ecclesiæ sanctæ catholicæ.
De resurrectione nostrorum corporum. De cessatione uicissitudinum.
De iudicio Iesu Christi. De prædestinatione.

Capita 12. libri tertij, qui est contra Iudæos.

Quod Iesus est Messias. De intelligentia sacrarum literarum.
Quomodo disputandum. De fine ac præmijs legis.
De abrogatione legis. De uocatione gentium.
Rursum de abrogatione legis. De exilio Iudæorum perpetuo.
De Messia Iudæorum. De nostro & Iudæorum Messia.
Quomodo Iesus impleuit fidem uaticiniorum de Messia.
De his quæ post Christum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [907] - 433v

Capita 18. libri quarti contra ſectam Mahumetis.

Quod ſit diſputandũ de religione.
De armis.
De Alcorano.
De hiſtoriis Alcorani.
De rerum natura.
De ſociis eius.
De die iudicij.
De Alcorano.
Multi Agareni.
De Mahumete.
Quod Chriſtũ cõueniebat uenire poſtremũ.
De corruptione utriuſq; Teſtamenti.
De Deo.
De Chriſto.
De iis quibus perſuaſit ſectam ſuam.
De legibus & uita Saracenorum.
De beatitudine.
Quod homines poſſunt in quaq; lege ſeruari.

Libri quinti capita 10.

De præſtantia fidei Chriſtianæ.
De reliquis doctrinis.
De iis quæ ſunt in animo.
De proſperis & aduerſis.
De republica.
Epilogus ſuperiorum.
Chriſtus attulit lucem.
De opibus.
De morte.
De fundamento fidei Chriſtianæ.

Aur. Auguſtini opus de Ciuitate Dei per Ioan. Lod. Viuem magnis ſudoribus emendatum ad uenerandæ uetuſtatis exemplaria, & eruditiſſimis Commentariis hortante ac incitante Def. Eraſmo Rot. illuſtratum. Io. Frobenius excudit Baſileæ, anno 1522. in magno fol. chartis 207. Ex epiſtola nuncupatoria, quã Viues eodem anno ad Henricum 8. Angliæ regẽ ſcripſit. Præter hæc omnia congruit ſiue ingenio, ſiue ſtudiis tuis hoc opus, in quod Auguſtinus optimam eorum partem, quæ apud ueteres legerat authores, tanq; in theſauros coniecit: nempe cum hominibus acutiſſimis ſumma præditis & eloquentia & doctrina diſputaturus. Quo factum eſt, ut aliud agens multas optimarum rerum ſeruarit reliquias domiciliis earum & quaſi ſedibus, unde prius peti ſolebant, euerſis. Itaq; pro Varrone, pro Saluſtio, pro Cicerone in libris de republica magni poſterioris ætatis uiri hiſce Auguſtini ſcriptis ſunt adiuti: ut Hermolaus, Politianus, Blondus, Beroaldus. Et paulò poſt. Hoc opus eſt de utraq; ciuitate mundi & Dei, quibus angeli, dæmones, homines q; uniuerſi continemur: ut natæ, ut educatæ ſint: ut adoleuerint, quo tendant: & quid, ubi ad metam percurrerint, facturæ: quæ ut explicet, nihil neque prophanæ prætermiſit eruditionis, neque ſacræ, quod non attingat & exponat. Romanorum res geſtas, deos, ſacra, & ceremonias, philoſophorum placita, cœlorum terræq; tum angelorum, dæmonum, hominum originem. Hinc quibus initiis populus Dei creuerit, & quomodo uſq; ad Chriſtum dominum deductus eſt: tum duæ ciuitates cõparantur, Dei & mundi, regnaq; adducuntur Aſſyrium, Sicyonium, Argiuum, Atticum, Latinũ, Perſicum. Poſt hæc quid de Chriſto uates, & ethnici & Iudæi prædixerint. Iam dicturus de uera felicitate, opinionis ueterum philoſophorum de illa confutat & refellit. Deinceps ut uenturus ſit Chriſtus de bonis maliſq; pronunciaturus iudex uiuorum et mortuorum. Ad hæc de ſceleratorum ſupplicijs. Poſtremo de gaudijs piorum & æterna felicitate. Atq; hæc omnia miro ingenio, maximo acumine, eruditione excultiſſima, ſtilo mundo & exterſo, qualis authorem per omne diſciplinarum ſcriptorumq; genus uerſatum exercitumq; & res illas magnas & præſtantiſſimas, & eos quibus cum diſputabatur, decebat.

Laus operis Auguſtini de Ciuitate Dei, & argumentum.

Ex præfatione ſequente ad Lectorem, de Cõmentariis ſuis. Poſt prolixam Def. Eraſmi collaudationem (qui & ipſum Viuem & alios ad operum Auguſtini emendationem ſibi ſocios acciuerat) & commemoratos labores quos in hoc opere ſuſcepit, hæc uerba ſubdit. In plæriſq; ueriorem indicaui lectionem, & quid ſentirem, aperui. In cæteris adieciſſe quid legerent alij contentus, nihil Lectori præiudicans, liberam illi atq; integram cenſuram reliqui. Et paulò poſt.

De ſuis Commentarijs.

Narrandæ

Narrandæ fuerunt fabulæ & historiæ, describendæ regiones & urbes, tum consu- "
lendi Platonici penè omnes, & reliquæ philosophorum nationes, & theologica tra "
ctanda, in quibus parcior quàm in profanis aliquot de causis fui, &c. Authores "
profanos crebros ad confirmanda Augustini dicta uelut testes induximus: in re- "
bus nostræ pietatis, scriptoribus nostris non perinde multis sum usus, ne parum fir "
ma Augustini authoritas æstimaretur: satis enim uidebatur esse dixisse Augusti- "
num. Hieronymum frequentius adduxi, præcipue ubi de linguarum significatio- "
nibus aut interpretationib. agebatur. Et paulò post. Feci quod Hieronymus "
in Cõmentarijs epistolæ ad Galatas præfatur se fecisse, ut magna ex parte aliorũ sen "
tentias tantũ referret: sic & nos quid alij dixissent sensissentq; contenti lecturis ex- "
plicuisse, sententiam nostrã continuimus, ueterem Academiæ morem imitati, &c. "
Plærisq; in locis delectare magis Lectorẽ placuit, quàm docere, &c. Certe si adiu "
tus maiore Græcorum supellectile fuissem, potuisset opus paulò exire ornatius ac "
locupletius. Post hanc præfationem subiungitur Censura de ueteribus inter- " Thomas
pretibus huius operis Thoma Valois & Nicolao Triuet Prædicatorij ordinis, qui Valois.
coniunctis operis aliquot huius lucubrationis libros (profanos tantum, nam eos Nicolaus
qui sacra tractant, non attigerunt) exposuere: Et de Iacobo Passauant Minorita ex- Triuet.
positore: postremo de Francisco de Maronis doctore illuminato, ut isti loquuntur, Iacobus Passa-
qui nescio quas Veritates ex his libris collegit, quasi cætera essent ficta. Sed quo- uant.
niam isti omnes inepte, ridicule, inscite, ac barbare, rerũ pariter cognitionis ac elo- Franciscus de
quutionis inopes circa hosce pulcherrimos Augustini libros uersati sunt, indignũ Maronis.
uidetur mentione ipsorũ prolixiore Lectores onerari: si qui tamen abunde illorum
eruditionem cognoscere uelint, eos ad ipsam Viuis præfationem remitto.

IOANNES episcopus Lombariensis, natione Teuthonicus, patria Basiliensis, ædidit T.
quædam, è quorum numero præcipua feruntur:

Super Sententias, lib. 4. Sermones diuersi, lib. 1.

Et quædã alia. Multas præterea orationes & collationes fecisse dicitur ad clerum, & coram summo pontifice, ac cœtu cardinalium, quas ego non uidi.

IOAN. Lonicerus, natione Germanus, bonarum literarum hoc tempore professor in Academia Marpurgensi, permulta ex libris Græcorum Latina fecit, & ipse quæ- dam conscripsit, de quibus mihi cognita hæc sunt.

Catechesis de bona Dei uoluntate erga quemuis Christianum, deq; sanctorum cultu & inuocatione. Liber impressus in 4. chartis 9.

Methodus Græcæ grammatices, excusa Basileæ apud Vuesthemerrm, 1536. in 8. chartis 10. Ex præfatiuncula ad Sebastianum Augustum Iurium doctorem, ac Ebrææ linguæ professorem. Quum ex Grãmaticis Græcis qui hodie extant " propemodum uniuersis, compendiũ congessissem, pro iuuentutis, quam instituo, " & cõmodo & salute, publicareq; cogitassem, uolui nomini tuo dedicare. "

Artis dicendi methodus ex optimis utriusq; linguæ authorib. deprompta. Itẽ Demosthenis oratio funebris. Græcæ linguæ encomiũ. Concio Cyri Persarũ regis, ex secundo Cyri pædiæ apud Xenophontem. Concio Cleocriti è secundo Ἑλληνικῶν eiusdem. Vuesthemerus excudit Basileæ, 1536. in 8. chartis 13.

Scholia in Dioscoridis libros de materia medica, cum nomenclaturis Græcis, Latinis, Germanicis & Hebraicis. Liber impressus 1543. in fol. Marpurgi opi- nor, aut Francofurti. Obiter aliquando inspexi, nec reperi quod placeret, cum aliâs, tum quia uidebatur sutor ultra crepidam.

Compendia librorum aliquot Aristotelis, nempe: De physica auscultatio- ne. De generatione & corruptione. De longitudine & breuitate uitæ. De uita & morte animalium. De anima. De moribus ad Nicomachum. Encomion philosophiæ naturalis. Epithalamium Græcum in Iusti Studæi gra tiam, cum Latina uersione Eobani Hessi. Egenolphus excudit Marpurgi, 1540.

in 4. chartis 33. Sunt autem potius parecbolæ quædam ex libris tam dictis q̃ compendia, quæ scripsit Lonicerus, cum nulla methodo cohæreant, sed sparsim ferè collectas hinc inde sententias elegantiores & faciliora tantum contineant, quod etiam ipse author in præfatione non diffitetur.

Demosthenis oratio de classibus, siue περὶ συμμοριῶν Græca, & Latina Ioan. Lonicero interprete, cum philosophiæ encomio per eundem. Rob. Vuinter impressit Basileæ, 1537. in 8. chartis 3. & dimid.

Isocratis orationes ab eo translatæ & recognitæ, cum uita eiusdem ex Plutarcho, Philostrato, & Dionysio Halicar. Impressæ Marpurgi, 1540. in 8. chartis 41.

In Pauli ad Romanos epistolam Exegesis ueteris cuiuspiam Theologi, (cuius nomen expressum in Græco exemplari non erat, quanquam Theoduli nomen in primo quaternione lacerato additum esset, his uerbis: κύριε μνήσθητι θεοδούλου, quæ fortè ipse libri possessor adscripsit.) Ioan. Lonicero interprete, ex Græcis Theologis desumpta, Theodoreto, Gennadio, Isidoro, Chrysostomo, Cyrillo, Oecumenio, Seueriano, Gregorio Nazanzeno, Photino, Basilio, Tito aduersum Manichæos, Methodio in concione de resurrectione, Dionysio Alexandriense. Robertus Vuinter excudit Basileæ, 1537. in 4. chartis 17. cum Indice.

Theophylacti enarrationes in omnes D. Pauli epistolas, & in prophetas aliquot minores Latinitate donauit. Vide in Theophylacto.

Nicandri Theriaca & Alexipharmaca transtulit sermone soluto, & scholia adiecit. Soter impressit Coloniæ, 1531. in 4. chartis 15.

» Ex epistola nuncupatoria. Quæ obscuriora uel succinctiora uidebantur dilucidius expressimus, fusius explicauimus, è Nicandri interprete, Dioscoride, Plinio, » Oribasio, Apuleio Madaurense, Homero, Theocrito, Pindaro, idq̃ genus aliis, » adnotatiunculis adiectis, &c.

Pindari Olympia, Pythia Nemea, Isthmia, à Ioanne Lonicero Latine uersa oratione prosa, & impressa Basileæ apud Cratandrum, 1528. in 8. chartis undecim.

Eadem deinde translatio, adhibitis enarrationibus, è Græcis scholijs, & doctissimis utriusq̃ linguæ authoribus, desumptis, ibidem impressa est, 1535. in 4. chartis 61. cum Indice.

IOANNIS de Lopis Repetitio l. si pater. de hæred. instit. Liber impressus in 4. anno 1536.

IOANNIS Lorichij Hadamarij natione Germani, Marpurgi literis incũbentis ænigmatum libellus ex uarijs authoribus cum sacris tum profanis cõgestus, & carmine redditus. Chartæ sunt 9. & dimid. impressæ Marpurgi, 1540. in 8. apud Egenolphum. Multa insunt puerilia, ne dicam anilia, & inepte tractata, & uersibus minime numerosis aut elegantibus.

Ecclesiasticus ab eo carmine redditus, excusus est Frãcoforti in 8. apud Egenol.

Iobus patientiæ spectaculum, in Comœdiam & actum Comicum redactus, excusus est Marpurgi in officina Egenolphi, 1543. in 8. chartis 5.

IOANNIS Lucidi Samothei, de emendationibus temporum ab orbe condito usq̃ ad hanc ætatem nostram, iuxta ueram ac rectam chronographiam ex antiquis et probatissimis authoribus, liber impressus Venetijs, 1537. in 4. apud Lucam Anto. Iuntam. Insunt autem hæc.

Emendationes temporum ab orbe condito.

Canones in tabulam perpetuam temporum.

De uero die passionis Christi. Epitome emendationis calendarij Romani.

IOAN. Lucilius Santritter Germanus de Fonte salutis, uulgo dictus Heilbronnẽsis, nonnulla à se scripta publicauit, & in officina sua excudit Venetijs. Ex epistola eius in Tabulas Alphonsi scripta Venetijs, 1492. quo etiam tabulæ ibidẽ impressæ sunt.

sunt. Diui Alphonsi astronomi exactissimi tabulas in facillimum ordinem redegimus, ne quis amplius difficultate perterritus relicto principe tabularum ad alios minoris ueritatis se conuertat. Quibus aliquas etiam tabulas addidimus, quo opus completius esset: nec non canones partim à me confectos, partim ex plurimis laudatis auctoribus excerptos adiunximus.

Eiusdem liber de iudicijs natiuitatum, impressus opinor.

IOAN. Ludouici Brassicani, natione Germani, Tubingensis opinor, iuris utriusq; consulti, Commentarij in Angeli Politiani Nutricia, impressi Norimbergæ apud Ioan. Petreium, 1538. in 4. chartis 17. In epistola nuncupatoria, quam scripsit Viennæ Austriæ, 1538. testatur se ante septennium hos ingenij fructus ædidisse. Vberiores uero (inquit) deinde sequentur, nempe Cõmentaria in Ciceronis libros tres de Legibus, item in Institutiones, ac in totum titulum ff. de Re militari.

Carmen hodœporicum Pannonicum ad Ioachimum Camerar. quo describit iter suum ex Tubinga in Pannoniam. Charta ferè dimidia, excusa Argentorati, anno 1541. cũ Elegijs Hodœporicis Ioachimi Camerarij, apud Cratonẽ Mylĩ.

IOAN. Lupus Segobiensis Hispanus I. C. scripsit, De bello & duello. De libertate ecclesiastica. Consilium post suam rep. de donatione inter ui. & uxo. ubi defendit inculpatum de hæresi. Super loco quarti decretal. Qui fil. sint legit. c. per ueneralem: & super Rubrica eiusdem, de don. inter uirum & uxorem. c. per uestras.

IOANNES de Lutria, natione Teuthonicus scripsit quædam, è quibus feruntur subiecta. T. M. 1479.

Super sententias,	lib. 4.	Sermones uarij,	lib. 1.
Quæstiones disputatæ,	lib. 1.	Et quædam in philosophia,	lib. 1.

IOANNES Magnus Vpsaliensis archiepiscopus hoc tempore, scripsit historiam regionis & gentium Septentrionalium, quæ nondum euulgata est. Vide supra in Iacobo Zieglero. De Olao Magno fratre ipsius suo loco dicemus.

IOAN. Maioris Scoti theologi historia maioris Britanniæ, id est, tam Angliæ quàm Scotiæ, è ueterũ monumentis concinnata, excusa est Parisijs in 4. apud Ascensiũ.

Ioan. Maioris Glegornensis, citatur in Chrysopasso Ioan. Eccij.

IOAN. Maire Belga, scripsit sermone Gallico Galliæ illustrationẽ, & de rebus Troiæ excellentibus, cum tractatu de hæresibus & cõcilijs, & historia de principe Syach Ysmail nominato Sophy. Opus excusum est Lugduni, 1528. in fol. apud Antonium de Ry.

IOAN. Manardi medici Ferrarienses, uiri sua ætate (obijt autem intra annos fortè sex, ut audio) omnium medicinæ professorum per uniuersam Italiã, in Galeni doctrina & Arabum censura celeberrimi, & optime meriti, epistolarum medicinalium libri duodeuiginti, partim infinitis in locis ab ipso authore iam recens castigati, partim iam primum in lucem æditi.

Eiusdem annotationes & censura in medicamina simplicia & composita Mesuæ. Bebelius impressit Basileæ, 1535. in fol. cum Indice, chartis 124. & Isingrinius ibidem 1540. in fol. cum Indice Latino, & altero Græco: chartis 158. adiectis duobus ad finem libris, & epistola de morbis interioribus, sed imperfecta.

Argumenta in 20. librorum epistolas.

Primi libri epistola 1. Excusatio de horum librorũ æditione. 2 Castigatur aphorismus 12. libri 3. 3 Quid sit eruilia, & qualis succi. 4 De manna. 5 Populum esse calid. in 1. gradu, & de medicamine inde parato.

Secundi libri epistola 1. apologetica ad Martinũ physicum, ducis Saxonum, in qua præter alia, fidem astrologiæ abrogat. 2 De saccharo duplici. 3 De stomacho.

Tertij libri epistola 1. De alui lumbricis. 2 & 3 De curatione incubi.

4 Quid ſit Albeſed apud Auicennam.

Quarti libri epiſtola 1. De lumbricis. 2 Noua expoſitio quarti aphoriſmi lib. 1. 3 Anthera quid. 4 Compendium medicinæ, minus dimidia charta. 5 Ad amicum atra bile agitatum.

Quinti libri epiſtola 1. Ad eum, qui ex immodico ſanguinis per ſedis uenas effluxu, ad malum habitum peruenerat. 2 De uſu ptiſanæ pro regionum uarietate magis aut minus commodo. 3 Præſeruatio & curatio peſtilentiæ ex Galeni lib. 1. de diff. febr. & procœmio libri de euchy. & cacochy. & lib. 2. de natura humana, &c. 4 Ad laborantem febre & obſtructione. 5 De uera rheo.

Sexti libri epiſtola 1. Vulnera capiti cuiuſdam inflicta non fuiſſe letalia. 2 De præſeruatione & curatione uariarum affectionum, ſcilicet dolorum in artubus, exanthematum, pruritus narium cruſtarum, & ulcuſculorum oris, lippitudinis: & de Rheo Barbarico. 3 De theriaca, ſiue de iſs medicamentis quæ cum theriacæ miſceri deberent ad nos non afferuntur, uel non ſine macula, uel prorſus ignorantur. 4 Oculorum & dentium præſeruatio. 5 Caſtigantur & expo nuntur loca quædam Auicennæ; item aphoriſmus 26. libri 6. 6 Inueſtigantur cauſæ diminutæ uiſionis.

Septimi libri epiſtola 1. Quod ſub æquinoctiali eſt habitatio. 2 Ad chirurgum quendam de nominibus morborum in exterioribus corporis partibus euenientium, prolixa & eruditiſſima epiſtola. 3 Ad quendam dolore capitis & artuum, cum ſanguinis mictu, & præuio quodam ad elephantiam affectu laborantem. 4 De taxa lauri ſpecie, & quod milos ac melia confundantur apud Plinium.

Octaui libri epiſtola 1. Examinantur Marcelli Virgilij interpretationes libri primi Dioſcoridis: chartis 5. 2 Ad quendā qui interpretis iam dicti defenſionem rogatus acceperat. 3 Interpretatio eiuſdem in reliquos Dioſcoridis libros examinatur, chartis 12.

Noni libri epiſtola 1. Defendit epiſtolam ſuam ſecundam libri 1. quæ fuerat de aphoriſmo 12. libri 3. Hippocratis. 2 Pro quodam præſule melancholia laborante. 3 Multa ſimplicia medicamina dilucidantur. 4 De lilio conuallium. 5 De aloë, ſaccharo, & rheo.

Decimi libri epiſtola 1. De fructu apud Italos Azarolo uocato, quod colligit eſſe meſpilum tricoccon. 2 Pro quodam uertiginoſo. 3 Conſilium pro infante coxendicis laxatione laborante. 4 Ad monachum quendā laborantem mala uentriculi temperatura, lienisq; ac renum obſtructione. 5 Pro muliere laborante tumore uteri cum multis ſymptomatibus.

Vndecimi libri epiſtola 1. Exponitur caput 21. libri primi Galeni de differentijs pulſuum, iuxta antiquam translationem. 2 Pro quodā laborante inflatione lubricitateq; uentris, appetitus deiectione, & concūbendi impotentia. 3 De citri ſemine. 4 De libyſtico, cordumeno, cardamomo, corallina. 5 Ad Andream Turinum reſponſio ſuper nonnullis quæſitis, de ſuperflua mulierum purgatione, & de muliebri fluxu.

Duodecimi libri epiſtola 1. De cochleari & acetabulo. 2 De cura ſtrangu riæ & dyſuriæ. 3 De aloë, quod non aperiat uenarū oſcula. 4 Petroſelinō uulgo dictum, quo nomine à bonis authoribus uocetur. 5 De uenæ ſectione in pleuritide, & de ſpodio. 6 De ſimplicibus nonnullis.

Decimitertij libri epiſtola 1. Quod plærūq; purganda materia nō turgens ante concoctionem. 2 Pro nobili quodam uiro, magnū ueluti incendium in meiendo patiente. 3 Per manum quandoq; totum brachium à medicis intelligi. Item expoſitio obſcurorum quorundam Auicennæ uerborū, capite de lapide renum. 4 De leporina carne, &c. de albo iure ad piſces coquendos, de medicamine diapompholygos. 5 Conſilium pro muliere uteri pruritu laborante. 6 Pro mu

liere

liere comitiali morbo laborante.

Decimiquarti libri epistola 1. ad And. Turinum, defenditur opinio de sectione uenæ lateris patientis. 2 Ad quendam uarijs malis affectibus quinquennio afflictum propter atram bilem & pituitam, à quibus producebantur, capitis dolor & ueluti quassatio, & eiusdem ac oculorum grauitas, & caligatio, aurium sonitus, ructus, somniorum copia & uarietas, totius corporis segnities, aluus adstructa, arida scabies, pruritus, dentium corrosio, immodicus appetitus, &c. 3 De uini temperatura. 4 Ad Cracouiensem episcopum imbecillitate uentriculi & omnium principaliorum membrorum laborantem. 5 Pro quodam uexato doloribus articulorum, & laxo totius corporis tumore.

Decimiquinti libri epistola 1. De naturali spiritu, & urinæ pingui nubecula, uoluptate, sanguinis & bilis calore, cerebro, sudore, & prægnantibus. 2 Pro quodam interdiu imbecilliter, uesperi parum, noctu nihil cernente, nisi ad lumen lucernæ geminatū. 3 De cyanei lapidis usu, ocymo, parthenio, ac limonio. 4 Pro quodam laborante obstructione uisualiū neruorum. 5 De falsitate iudiciariæ astrologiæ, de bona sexti climatis temperatura, de saccharo, & ligno Indico: de herba dicta uulgo gyarcha uel glarea, uel galbega, uel ruta capraria. Qui modus sit optimus succi aquei ex herbis eliciendi.

Decimisexti libri epistola 1. Declarantur quædam Hippocratis dicta. 2 Curatio deminutæ & ferè ablatæ uisionis. 3 Pro cardinale ex articularibus doloribus uix ambulare potente. 4 De ligni Indici decocto pro eodem. 5 De melancholia phlegmatica, sero, & aquis medicatis, demum de curatione hemicraneæ antiquæ.

Decimiseptimi libri epistola prima, pro quodã laborante hypochondriaca atra bile, uentriculi imbecillitate, uertigine, & totius corporis macie. 2 De sibilo aurium, & deminuto auditu, atq; puerorum morbo Lactumen uocato, qui ad achores, ceria, psydracia, exanthemata ue pertinet. 3 De ebeni Indici electione & usu. 4 Consilium pro nobili quadam matrona sputo sanguinis, febre, hulcere palati, & tussi laborante. 5 Examinantur quædam à medicis nonnullis scripta pro Cracouiensi episcopo, qui afficiebatur silentio, mœstitia, fastidio, & mortis expectatione. 6 De rheo, an conueniat in pleuritide, & an magis purget si totum deglutiatur, quàm eius decoctum.

Decimioctaui libri epistola 1. Defenduntur aliqua dicta in alia ad eundem P. Nicolaum Castellanum epistola (quæ erat quinta libri 15.) nempe de astrologia iudiciaria, saccharo, ligno Indo, sectione uenæ in pleuritide, ptisana & aqua hordei, rheo barbarico, petroselino, citro, &c. 2 Ad Sim. Grynæum ex gingiuis laborantem. 3 Quod citracum uulgo dicta herba, sit uera scolopendria: uulgo autem scolopendria dicta, hemionitis: phyllitis quæ sit: de lichene herba, & morbo: de Gallico morbo. 4 Declarantur quædam notæ ponderum inuentæ apud Celsum. 5 Pro quodam laborante continua destillatione: ex qua præter articulorum dolores, multa mala symptomata sequuntur. 6 An odor nutriat. De duplici genere diureticorum, quorũ alia calore suo & acrimonia urinã mouent: alia eam augent humiditatis suæ copia, ut aqua, & uina aquosa, quæ non proprie ureticа dixeris.

Decimínoni libri epistola 1. Corollarium ad epistolam quintam libri 14. pro quodam mercatore, immodica pituitæ copia laborante. 2 An sonitus auris & deminutus auditus, ligno Indico curari possint. An uinum dilutum magis caput tentet quàm purum. Modus eliciendi aquam ex herbis docetur, quæ odorem saporemq; earum conseruet. Item de absinthij uirtute: & an uinum nouum & mustum urinam prouocet: anq; utile sit os eo colluere, adiecto corallorum & mastiches puluere. Tandem de usu Mithridati. 3 Pro uiro quodam præclaro uisione

corrupta laborante. 4 Pro Cracouiensi episcopo febri tertiana laborante. 5 De catulis iulisúe nucum, an inter purgatoria medicamina cõnumeranda: deq; lappa purpurea. 6 Pro quodam fœtore narium laborante. 7 De troglodyte auicula.

Viceſimi libri epiſtola 1. Ad Cracouiensem episcopum pro reliquijs morbi eius profligandis, & uictus ratione instituenda. 2 Ad eundem pro cura nonnullarum notarum affectionum ipsum molestantiũ, nempe tumore uentris, & longanonis procidẽtia. 3 Pro adolescente, tumore rubro modo unius modo alterius cruris plærũq; uexato. 4 Pro quodam tinnitum aurium, corruptum uidelicet auditum patiente. 5 Ad uocis conseruationem, uentriculum roborandum, & atræ bilis noxas cauendas. 6 Pro quodam omnium membrorum imbecillitate laborante. 7 Pro iuuene animi defectu & stupore primum, deín dolore crurũ laborante.

Annotationes & Censura in medicamina simplicia & composita Mesuæ, in quibus multa obscura declarantur, concisa ampliantur, amissa resarciuntur, & errata corriguntur: scriptæ ab authore, anno 1521. chartis 16.

In primum Artis paruæ Galeni librum Cõmentaria, iam recens nata & ædita, quibus additum est & procœmium in eandem, antea quoq; publicatum. Bebelius impressit Basileæ, 1536. in 4. chartis 16. Cæterum prima pars horum Commentariorum apud Cratandrum prius Basileæ impressa est cum Psello de uictus ratione.

IOAN. Mariæ Catanæi, in C. Plinij Cæcilij Sec. epistolarum lib. 10. & Panegyricum, enarrationes, impressæ Venetijs, 1500. in fol. chartis 114. cum præfatione scripta Mediolani, eodem tempore. Item Parisijs in fol.

Aphthonij progymnasmata ex Græcis Latina fecit. Ioan. Frobenius excudit Basileæ, 1521. in 4. & Vuechelus Parisijs 1531. in 4. chartis 7. & dimid.

IOANNES Maria Riminaldus Ferrariensis, Alexandri Imolensis auditor, Ferrariæ magna cum laude ius ciuile professus est. Extant eius aliquot scripta: mortuus est anno 1496. ætatis autem 63. inq; S. Francisci templo ingenti funeris pompa sepultus. Ioan. Fichardus.

IOANNES Marius quidã archiducis Philippi & regis Castellæ historiographus fuit, Symphoriano Champerio coætaneus: an uero scriptorũ eius aliquid euulgatum sit, nescio.

T. cl. 1430. IOANNES de Marliano, philosophus, & medicus celeberrimus, ædidit tam in philosophia quàm in medicina quædam præclara, uidelicet:

De reactione, &c. lib. 1. De caliditate corporum, lib. 1.
De Antiparistasi, lib. 1. Et alia complura.

* Hæc eadem scribit Symphorianus Champerius.

T. cl. Oxoniæ, tempore Vuicleffi. IOANNES Maronis, natione Anglicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, scripsit quædam, è quibus fertur opus insigne quod prænotauit.

Tabulam originalium, lib. 1. Contra Vuicleffitas, lib. 1.
Et quædam alia.

IOAN. Matthæus ex Ferrarijs de Gradi Mediolanensis, qui in studio Papiensi primam cathedrã tenuit, philosophus insignis, medicus illustrissimus, multa scripsit, è quibus ista uidimus. In nonum ad Almansorem, lib. 1. Consilia uaria, lib. 1. Super 22. Fen tertij Canonis Auicennæ. Sed & alia multa composuisse dicitur, quæ ad manus nostras non uenerunt. Symphorianus Champerius.

Ioan. Matthæi de Gradi practicæ prima & secunda pars, uel Cõmentarius textualis cum ampliationibus & additionibus materierum in nonũ Rasis ad Almansorem, adiuncto etiam textu. Opus impressum Papiæ, anno 1497. in magno folio:

folio: chartis 124. Ex præfatione authoris ad diuum Cæsarẽ, cuius nomen non exprimit. Ne medendi doctrinæ, in qua ætatem meam omnem consumpsi, uel labore uel negligentia uidear defuisse, &c. cũ antea in 22. tertij canonis Auicennæ scripsissem, quod in ea de his ægrotationibus, in quas hi qui principibus aut astant aut assistunt agitur, incidere solent: & pro earum dispositionũ explanatione, quæ potissime ex urinarũ cognitione percipi possunt, in secundã primi Canonis eiusdem de urinis cõmentarios peritissimo physico tuo Ambrosio Griffo inscriptos addidissem: tertius mihi superesse labor uidebatur, ut eam medendi partem nonam, quam uulgo Almansoris dicunt, exponendam assumerem. Et aliquanto post, in expositione primi capitis Rasis. In literæ expositione (inquit) ad declarationem mentis authoris, cum dubia uel intricata uidebitur, non omnium auctorum, neq; modernorum tantum scriptorum afferam sententias, sed illustrium magis, ut de Græcis Hippocratis & Galeni, Pauli uel Alexandri: de Arabicis, Auicennæ, Serapionis, Mesuæ, & eiusdem auctoris in Continenti: de Latinis, Simonis Ianuensis, plusquam Commentatoris, Conciliatoris, Gentilis, Nicoli Florentini, Guilliermi Brixieñ. & aliorum præstantium. Et si aliquando aliquam propriam declarationẽ fuero conatus exprimere, eam uel clarissimorum antiquorum auctoritatibus, uel euidentibus rationibus suffulcire conabor. "

IOAN. Matthæi Phrissemij scholia, aucta & recognita, in Rodolphi Agricolæ Phrisij de inuentione dialectica libros 3. cum ipso Rodolphi textu emendatiore quàm antea. Ceruicornus excudit Coloniæ, 1538. in 8. cum Indice. Prius autem exiuerant, 1528. in 4. cum Indice: chartis 55. & dimid. In epistola præliminari scripta Coloniæ, 1523. testatur se hæc scholia succisiuis horis nõ tam scripsisse q; effudisse.

Eiusdem epistola quædam cum omnibus Rodolphi Agricolæ operibus Coloniæ excusa est.

IOANNIS Mauritij, præfecturæ Burgundiæ senatoris, repetitio l. unicæ. C. quo loco mulieres munera subire soleant. Gryphius excudit Lugduni in 4. 1538.

IOANNES de Mechilinia, natione Teuthonicus, scripsit præclara quædam, de quibus subiecta feruntur. Opus insigne, *T.cl.1460.*

Super sententias,	lib. 4.	In Psalterio,	lib. 1.
Quæstiones uariæ,	lib. 1.	Sermones & collationes,	lib. 1.

Et alia complura.

IOANNES Mennlin citatur in Chronicis Ioan. Cuspiniani.

IOANNES Mensingus scripsit defensionem Missæ contra Lutheranos, ut uocant.

IOANNES Damascenus filius Mesue filij Hamech, filij Heli, filij Abdela regis Damasci, claruit anno Domini 1158. teste Symphoriano Campegio, qui & Christianũ ipsum fuisse suspicatur, quoniam in principio libri sui de ægritudinibus Nazarenum se uocat. Opera eius Lugduni opinor impressa sunt in 8. cum Antidotario Nicolai, & ratione medendi Cophonis, & Summula Iacobi de Partibus.

Canones uniuersales de correctione medicamentorum purgantium, & de purgatione in genere, ex dispersis apud alios medicos locis collecti, & in aphorismos digesti. Vide in Ioan. Tagautio.

De simplicibus pharmacis purgantibus liber, in cuius prima parte agitur de illis quæ purgant absq; ueneni suspicione, in secunda uero de uehemẽtibus & noxijs.

Descriptio medicaminum compositorum omnis generis.

1	De electuarijs.	2	De opiatis.	3	De solutiuis.
4	De conditis.	5	De specieb. lohoc.	6	De syrupis & robub.
7	De decoctionibus.	8	De trochiscis.	9	De suffuf. & puluerib.
10	De pilulis.	11	De unguentis & emplastris.	12	De oleis.

Ex præfatione authoris, iuxta ueterem translationẽ, quæ cuius interpretis sit ignoro. Scripsimus in libris explanationum nostrarum ex his quæ experti sumus, "

Grabadin interpretantur practicam.

„ quædam adhuc rememoratione digna: Ex quarum aggregatione Summam con
„ texímus quod Grabadín noſtrum uocamus, quod eſt compendium ſecretorũ ín
„ quo expertas & præclaras medicínas ex hís quæ acquiſíuimus & ínuenímus ab
„ eís quæ medicínæ artís arcana ſcíre faciunt, tradere dignum duxímus. In prima
„ parte famoſas & ſolennes medicínas compoſítas tradímus: ín ſecunda uero medi-
„ cínas ſíngulorum membrorum ægrítudínibus appropríatas díſtínguímus.

Secunda pars Grabadín (quæ eſt κατὰ τόπους, ut Prima ὑπὲρ γένη) particularium medicínarum, medetur morbís & affectíbus à capíte ad ínferíora procedens. Interíit autem cum ſcríberet de cordís affectíbus: quod ſupererat Petrus Aponenſís & Franciſcus Pedemontanus abſoluerunt.

Authorum quos Ioan. Meſue ín hac ſecunda parte ſuí Grabadín citat, nomína hæc ſunt.

Galenus.	Hippocrates.	Dioſcorides.	
Democrítus.	Archígenes.	Andromachus.	Paulus.
Ruffus.	Alexander.	Philagrius.	Oribaſius.
Arıſtoteles ad Alexandrum.		Aboalí.	Iudæus.
Halí.	Aaron.	Ioannes filíus Serapíonís.	
Iſaac ſímpliciter, & Iſaac heben Amaram.			Amaraan.
Iſraëlita.	Zeid.	Ioannícius.	Humaín, & filíus eíus.
Alcanzí.	Gabríel.	Hermes.	Albruabam.
Alchíndus.	Ieſuí Iuhe.	Sabor (aliâs Sapor) rex Medorum, heben uel filíus Gírges.	

Hamech filíus Zezar, aliâs Hamech elengezar, & hebengezar, & Hamech Araſí, & Hamech filíus Zachariæ, & Hamech filíus Zachariæ Araſí: qui an ĩjdẽ ſínt aut díuerſí, neſcío. Mahomet filíus Zachariæ, aliâs Mahomet Araſí: uel, filíus Zachariæ Araſí. Suſpícetur autem alíquís omnía hæc nomína quæ coníungúntur cum Hamech & Mahomet, unius authorís eſſe.

Ioan. Meſuæ de re medica líbrí tres, ſam enumerati, Iacobo Syluío medíco ínterprete, excuſí ſunt Pariſíjs, anno 1542. Hunc medící ín Arabum líbrís educatí Euangeliſtam ſuum uocant. Vide ſupra ín Ioan. Damaſceno fol. 409. b. uerſu 39. & ín Iaco. Syluío. fol. 365. ín margíne ter.

IOANNIS Metelli Sequaní mentíonem fecímus ín Antonío Auguſtíno Hiſpano.

IOANNIS Metropolítaní Epheſí Ἀχειτῶν ſcrípta quædam extant Græce ín Vaticana bíbliotheca Romæ, nempe: Verſus uarij. Epiſtolę uariæ 77. Sermones uarij 14. Sermo compoſítus ex díuerſís canonibus apoſtolícís, & ſynodícís, & alíjs Scripturæ ſententíjs, declarans quod cum eccleſía recte ſentíat, temere ab íllà diſcedunt quídam nunc ſe ſeparantes: & quod níſí concílíentur eí, magnam damnationem ſubíbunt ín díe íudícij. Et híc, ní fallor, Romæ ſeruatur.

IOANNIS Metzleri, natione Germaní, prímæ Grammatices Græcæ partís rudimenta ſam denuo reſtítuta, ac plærıſq; ín locís locupletata. Secerius excudit Hagaenoæ, 1534. ín 8. cum carmínibus Pythagoræ Græcís & Latíne expoſítís: chartís 9.

„ Ex epiſtola authorís eodem anno ſcrípta Vratíslauíæ. Secutus Ricardí Croci
„ præceptorís meí ratíonem docendí, nomínum & uerborum declínatíones audito-
„ ríbus excípiendas dictaui, ſæpe ínterím ab alíorum ratíonibus díſcedens, ac docen
„ di díſcendíq; facílítatem quærens, &c. ne quíd ulla ín parte oratíonís, quod ad prí-
„ mæ Grammaticæ partís rudímenta attínet, facile deſyderaretur: neq; ením propo-
„ ſítum erat íuſtam eíus partís tractatíonem ſuſcípere. Ea ſolum poſuí, quæ tyroní
„ ínítío ín língua communí ín prímís neceſſaría uídebantur, &c.

Hieronymus Sauonar.

IOANNES Michaël Sauonarola Patauínus, ab alíjs ſine Ioannís prænomíne ſcríbítur. Cæterum Hieronymus Sauonarola ſupra commemoratus eſt, quí theologica ſcrípſít: quanquam ibídem Híeronymí Sauonarolæ opuſculum de uermíbus recenſuí, citatíonem quorundam ſecutus; ſed audío íd eſſe Michaëlís, de quo híc ſcríbímus.

Ioan.

Ioan. Michaëlis Sauonar. in medicinam practicam introductio, siue de compositione medicinarum liber. Item catalogus, continens tam simplicium quàm compositorum medicamentorũ nomenclaturas, usum, & summam. Libelli impressi Argentorati, 1533. in 16. cum Bertrutij introductione in medicinam practicam, & Bartolemæi de Montagnana artificio cõponendi medicamina. Sed nisi fallor continentur ijdem in practica ipsius.

Sauonarolæ physici apud Leonellum Marchionẽ Estensem, de omnibus mundi balneis, liber impressus Venetijs apud Christophorũ de Pensis de Mandello. in fol. chartis 16. Agit autem de balneis quidem omnibus in genere & de mineris balneorum, ut alumine, sale, nitro, cinere, calce, gypso, &c. particulatim uero de solis Italiæ balneis numero 24.

De arte conficiendi aquam uitæ simplicem & compositam, deq; eius admirabili uirtute ad conseruandam sanitatem, & ad diuersas humani corporis ægritudines curandas, libellus impressus Haganoæ, 1532. apud Valent. Kobian, in 8. chartis 6. & dimid.

Ioan. Michaëlis Sauonarolæ Patauini, ordinis equestris, Hierosolymitani medici clarissimi, practica, impressa Venetijs, 1497. in fol. apud Octauianum Scotum, chartis 180. Ex præfatione. Arbitrabor non ita facile improperandum esse, « si & ab alijs dicta uario recitentur ordine, &c. Nanq; si exquisite ipsum uolumen « reuolues, tibi æstimo satisfactum esse debere, & pauco quidẽ eius loco id ante ocu- « los habebis, quod nisi longo studio in alijs codicibus non inuenies. Et si ipsius con- « catenationes remissionesq; perscrutaberis, te ita copiosum in remedijs facies, ut « nunquam tibi in remediando deficere sentias. Habes enim modum quo & antido- « ta ipsa cõponere scias: habes & antidota simplicia innumerabilia ferè. Addo quod « ex compositis expertissima plura conscripsi: quia non raro inuenies ægritudines « ipsas uariari complicariq;. «

Hoc opus distinguitur in sex tractatus, quorum

Primus est de modo processus artificialis medici in medendo.

Secundus de sex rebus non naturalibus: sunt autem nouem capita, ex quibus primum duntaxat de quinq; rebus non naturalibus docet (scilicet de aëre, somno & uigilia, quiete & motu, exercitijs item & balneis naturalibus, de repletione & inanitione & coitu: postremo de accidẽtibus animæ) reliqua octo de cibis simplicibus sunt, secundum gradus eorum in calido, frigido, humido, & sicco. Nonum caput est de potu & liquoribus.

Tertius, de cibis simplicibus & compositis, secundum temperamẽta, ægritudines, & alia ciborum accidentia, uel effectus.

Quartus, de medicamentis simplicibus & compositis cum suis uirtutibus, secundis, tertijs, & quartis usualibus magis.

Quintus, de medicamentis simplicibus & compositis, quibus in suis antidotarijs medici utuntur.

Sextus, de omnibus ægritudinibus particularibus membrorum nostri corporis à capite usq; ad pedes, cum uarijs dubijs siue quæstionibus passim insertis.

Ab initio statim operis, singulorum tractatuum capita, & capitum rubricæ singillatim enumerantur.

Machaëlis Sauonarolæ Canonica de febribus. Summa de pulsibus. De urinis. De egestionibus. De omnibus Italiæ balneis. Tractatus sublimis de uermibus, nunquam antehac impressus. Opus excusum Venetijs, 1498. apud Octauian. Scotum in fol. chartis septuaginta. Singulis autem libris sua capita præmittuntur. Libri de febribus seorsim chartæ sunt 40.

Ex præfatione in Canonica de omnibus febribus, qua ordinem sibi obseruatum declarat. Primo febris descriptio ponetur; secundo, eius adducentur causæ fa- «

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [917] - 438v

„ ctiuæ: tertio, signa ipsarum causarum aperientur demonstratiua: quarto, tempo-
„ rum ipsius febris particularium signa: quinto, inscribẽtur signa pronostica: sexto,
„ canones addentur necessarij cum eorum complementis: septimo, aphorismi Hip-
„ pocratis de pertinente materia suis applicabuntur locis. Et antequam ad ea par
„ ticularia perueniam, aliqua prius annotabo capitula quædam continentia gene-
„ ralia ex parte causarum, signorum, alteratiuorum, solutiuorum, & diætæ, notitiæ
„ febrium ac ipsarum curis quàm maxime deseruientia, ita ut canones ex parte diæ-
„ tæ, alteratiuorum, & solutiuorum sumptos, facile quis absq; magno studio ualeat
„ adimplere.

IOANNIS Milis in utraq; iure doctoris Repertorium, aliàs Absenti. sic enim incipit liber. Impressum Basileæ apud Nicolaum Kessler, 1488. in folio: chartis septuaginta octo.

IOANNES monachus scripsit super sexto Decretalium: & habentur Annotationes eius cum ipso Textu impressæ. Ioan. monachus Cardinalis citatur in Summa Angelica.

IOANNES Monhemius natione Germanus: uide supra Ioan. Erueruelden Monhemius.

Scripsit cõpendium Grammaticæ Græcæ, quod impressum est Coloniæ in 8. anno 1541.

Elementorum physiologiæ lib. 4. Excusi sunt Coloniæ apud Ioan. Gymnicum 1542. in 8. chartis 8. Primus liber rerum naturalium principia, eorumq; circumstantias describit. Secundus, mundum & eius partes. Tertius, meteora. Quartus, metalla atq; lapides. De metallis uix agit dimidia charta: de gemmis & lapidibus, copiosius quidem & ordine alphabeti, sed paucissimis (ut uidetur mihi ex breui inspectione) præter dicta à Plinio additis: nec usquam nostri sæculi & uulgarium linguarum uocabula docet, quod omnino in huiusmodi studijs conandum est, ne uocabulis nudis citra ullam rerum cognitionem ingenia legentium temere fatigemus. In cæteris physiologiæ principijs longe breuior est, quàm uel introductioni ad naturalem philosophiam conueniat. Excusat se tamen in
„ præfatione eodem anno Coloniæ scripta his uerbis. Præcipua quædam (inquit)
„ ex tota physiologia, quæ ad puerorum institutionem necessaria uidebantur, in hoc
„ compendium redegimus.

Eiusdem Tomus secundus philosophiæ naturalis, in duos libros diuisus, quorum prior est de anima: posterior de plantis ordine alphabeti. Tertius autem liber de animalibus, quẽ falsò pollicetur titulus, huic æditioni adiectus non est, quæ ibidem prodijt, anno 1544. in 8. chartis 38. ex quibus quinq; ferè de anima sunt, reliquæ omnes de plantis, medico potius quàm physico & philosophico argumen-
„ to, quod profitetur. Ex præfatione. Ingenue fateor, me optimorum tum ue-
„ terum, tum neotericorum laboribus multum adiutum esse. Descriptiones nanq;
„ herbarum magna ex parte è Dioscoride sumpsimus, uires uero ex Aegineta, qui
„ Galeni compendium est. Leonhardi quoq; Fuchsij, medicorum nostri sæculi al-
„ pha & ω. commentarij multum mihi profuerunt: idem de Othonis Brunfelsij, Eu-
„ ricij Cordi, Hieronymi Tragi, Conradi Gesneri scriptis aperte confiteor. Malui
„ enim ex doctissimorum uirorũ monumentis plærasq; in usum nostrum transferre,
„ quàm temere quidquam sine illorum authoritate in publicum effutire. Hæc ille.
Cæterum quod ego primus ætate nostra historiam plantarũ conscripserim, ordine alphabeti digestam, secundum Dioscoridis descriptionem, adiectis uiribus ex Paulo Aegineta, &c. ut supra testatus sum, ubi de lucubrationibus meis mentio fuit. Primus item ordine alphabeti catalogum plantarum ædidi, in quo maxime laborauí, ut rerum cognitione & uulgarium linguarum nomenclaturis studiosi instituerentur. Cæterum Monhemius non pauca ex catalogo nostro (quanquam uulgaria

garia nomina paucissima exprimat:) historiam uero integram transcripsit, quibus adiecit nonnulla ex L. Fuchsio opinor præcipue. Quod si hæc eius, siue furta, siue collectanea, siue alio nomine appellare oportet, laudari fortè aliquam ob causam possunt, cum aliâs, tum quia historia nostra non indigent fortassis qui Monhemij librum emerint: non decet tamen bonos & studiosos uiros, aliorum præsertim adhuc uiuentiũ, laboribus insidiari, & operis inchoati prærripere gloriã, nisi fortè egregium aliquis auctarium adijcere possit, & magnum operæpretium studiosis conferre, siue ex inuentione rerum, siue ordine nouo & alia methodo. Quanquam & illud seorsim ædi liceret, sic ut priores aliorum æditiones repetere nihil opus esset: aut si repeterentur, sua tamen quisq; recens adiecta certis signis notare debebat. At ubi horum nihil obseruatur, iam libris omnia replentur, & brassica biscocta ab ignaris coëmitur: inscriptionum fuci studiosis imponunt, multa lectione inutili ingenia obruuntur. Transilit quisq; professionis suæ terminos: ludimagistri philosophantur, literatores medentur: medici astrologiam, astrologi medicinam profitentur. Vix unus è multis quam ab initio delegit disciplinam, sic excolit ut uel mediocriter absoluat. Plærisq; nunquam egressi urbem aut regionem in qua nati sunt, aut certe non eo animo egressi ut stirpium notioni uacarent, audent tamen de stirpibus ex professo libros ædere: quos ubi perlegerit doctus aliquis, quid aliud dicat esse quàm uerba? Ego sanè post multos uariarum lectionum labores, post multa itinera hoc nomine suscepta, uix assequutus sum ut aliquid supra uulgares medicos in historia plantarum mihi uendicare ausim. Omnis autem gloria huius cognitionis in hoc est sita, ut nomina uulgi hodie usitata proferantur: nam de rebus ignotis quantoscunq; commentarios scribere tantum non insania quædam mihi uidetur. Et cum alij quidem herbarij scriptores, ex quibus sua conglutinauit Monhemius (præcipue autem Leonhartus Fuchsius, qui ut post alios scripsit, ita etiam diligentissime) uocabulorum expositiones in uernacula lingua non paucas nobis explanarint, ex Monhemio certe non unum uocabulum didici, quod non multo ante ex aliorum lectione perceperim. Sed cur paucissima tantum ex illorum aut nostris scriptis interpretatur? quia nimirum laboriosum erat ea disquirere, & propter singula uocabula magnos libros reuoluere: integros uero rescribere, & paucula quędam addere ex alterius collatione, cuiuis erat procliue factu. Hæc præter institutum prolixius à me scripta sunt, partim Monhemij, partim aliorum eiusdem farinæ hominum causa. Quod si librum de animalibus meliorem nobis dederit, si modo quod promisit præstare uolet: aut saltem ignotarum aliquot stirpium uocabula, libro iam ædito inscripserit: non dubitabo ei & gratias agere, & eorum quæ hoc tempore scripsi palinodiam canere; & fortassis efficiet, si uixerit, ut mihi de hac expostulatione applaudam. Sæpius enim ad res acrius inuestigandas huiusmodi stimulis excitantur ingenia: ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσιν.

IOANNES Montaigne iurisperitus scripsit De digamia, De Parlamentis, & eorum authoritate ac precedentia: cum additionibus Nicolai Boërij, & similiter de magni consilij authoritate, &c.

IOAN. de Monteferrato scripsit super pragmatica sanctione cum glo. & eius commentario.

IOAN. de Montemerlo inter canonici uel ciuilis iuris scriptores citatur in Summa Angelica.

IOANNES de Regio monte, natione Teuthonicus Georgij Burbachij astronomi quondam discipulus, Græca & Latina eloquentia eruditissimus, Germanorum decus, ob astronomiam, cæterasq; mathematicas disciplinas scripsit quædam præclara opuscula, de quibus extant subiecta. T.M.1477.

Calendarium perpulchrum, lib. 1.
Ephimerides, id est, Diarius, lib. 1.
Contra Gerardũ Cremonẽn. lib. 1.
Postquam emisimus Indicem.

Epistolarum & orationum, lib. 1. Et alia complura.

* Ad Calendarij emendationem à Sixto Pontifice Romam accersitus, rebus nondum perfectis, diem obijt.

Ioan. de Monteregio opera quædam excusa Norimbergæ in fol. 1533. Vide supra fol. 252. b. uersu 18. Item de tabulis eius directionum & in eclipses. Vide supra fol. 253. a.

Canon in Ephemerides: charta una, impressa.

Canones super Albione, astrolabio, torqueto, & quadrato geometrico. Impressi sunt, si bene memini, alicubi in Italia.

Commentarij in aliquot Archimedis geometræ libros, uidelicet: De conalibus & sphiralibus. De lineis sphæralibus. De quadratura parabolæ. De arenæ numero. Impressi, ni fallor.

Compositio tabularum sinuum, quibus adiectæ sunt Tabulæ sinuum duplices, eiusdem authoris. Ioan. Petreius excudit Norimbergæ, 1541. in fol.

Ioannis de Monteregio opera, quæ partim publicata sunt, partim promissa (nam author ipse uiuus hunc catalogum imprimi curauit) nescio an absoluta: multa sanè, ut audio, interciderunt.

Kalendarium nouum, quo promuntur coniunctiones ueræ atque oppositiones luminarium: itemq; eclipses eorundem figuratæ: loca luminarium uera quotidie. Horarum tam æquinoctialium quàm temporalium discrimina duplici instrumento ad quasuis habitationes: ac alia plurima scitu iucundissima.

Ephemerides quas uulgò uocant Almanach ad 32. annos futuros. Vbi quotidie intueberis ueros motus omnium planetarum, capitisq; draconis lunaris, unà cum aspectibus lunæ ad solem & planetas, horis etiam aspectuũ eorundem, & planetarum inter se adnotatis. In frontibus paginarum posita sunt indicia latitudinũ: eclipses denicq; luminarium (si quæ futuræ sunt) locis suis effigurantur. Hæc duo opera iam absoluta sunt.

Cõmentaria magna in cosmographiã Ptolemæi: ubi exponitur fabrica ususq; instrumenti Meteoroscopij, quo Ptolemæus ipse uniuersos fermè numeros totius operis sui elicuit: falsò enim quispiam crediderit tot longitudinũ latitudinumq; numeros per supernorum obseruationes innotuisse. Præterea descriptio sphæræ armillaris unà cum tota habitabili in plano ita dilucide traditur, ut plæriq; sint assequuturi facile, quam antehac Latine interpretis culpa nemo intellexit.

Cõmentariolũ cõtra Iacobi Angeli Florẽtini traductionẽ ad arbitros mittendũ.

Theonis Alexandrini defensio in sex uoluminibus contra Georgium Trapezuntium, ubi planè quiuis deprehendet friuola eius esse Commentaria in Almaiestum, traductionemq; ipsam operis Ptolemaici uitio non carere.

Commentariolum quo commonstrantur placita Campani ex æditione elementorum Geometricorum reijcienda.

De quinq; corporibus æquilateris, quæ uulgò regularia nuncupantur, quæ uidelicet eorum locum impleant corporalem, & quæ non: contra commentatorem Aristotelis Auerroem.

Commentaria in libros Archimedis eos qui Eutocij expositione carent.

De directionibus contra Archidiaconum Parmensem.

De distinctione domiciliorum cœli, contra Campanum & Ioannẽ Gazulum Ragusinum, cuius & alia de horis temporalibus decreta ibidem retractantur.

De motu octauæ sphæræ contra Thebit, suosq; sectatores.

Problemata astronomica ad Almaiestum totum spectantia.

De cometæ magnitudine, remotioneq; à terra. De loco eius uero, &c.

Problemata

Problemata Geometrica omnimoda, opus fructuosæ iucunditatis.

Radij uisorij multorum generum cum usibus suis.

De ponderibus & aquæductibus cum figurationibus instrumentorum ad eas res necessariorum.

De speculis ustorijs, atq; alijs multorum generum, ususcp stupendi.

In officina fabrili astrarium in continuo tractatu est, opus planè pro miraculo spectandum.

Fiunt & alia instrumenta astronomica ad obseruationes cœlestium: itemcp alia ad usum uulgarem quotidianum: quorum nomina longum est recitare.

Postremo omnium artem illam mirificam literarum formatricem monimentis stabilibus mandare decretum est.

Ioannis de Monte Regio de triangulis omnimodis libri quinq, ad astronomicas scientias necessarij. His libris accesserunt in calce plæraq; D. Nicolai Cusani de quadratura circuli, decp recti ac curui commensuratione: itemcp Ioan. de Monte Regio eadem de re ἐλεγκτικὰ contra Nicolaum Cusanum, hactenus à nemine publicata. Opus excusum Norimbergæ apud Ioannem Petreum, 1533. in fol. chartis 59. Ex præfatione authoris. Si magnis & scitu iucundissimis rebus studere uelis, quisquis siderum motus admiraris, hæc triangulorum theoremata in primis legenda sunt: quippe quorum disciplina omnibus astronomicis, nonnullisq; Geometricis quæsitis ianuam pandit. Quemadmodum enim cæteras figuras inuicem transmutandas ad triangulũ usq; resolui oportet, ita reliquæ astronomorum quæstiones hisce nostris egebunt libellis. Reuera planetarum æquationes numerare, ipsasq; in tabulis collocare, sed & eclipsibus luminarium satisfacere, quantæcp reliquis quinq; erraticis latitudines debeant, nosse uolenti prior consulendus uenit liber: Qui demum in qualibet regione & ascensiones & arcus diurnos, deinde angulos sphærales eclipsi solari necessarios, mediationem cœli ac ortum obliquum stellis fixis euenire solitum: postremo omnia quæ per figuras sectoris non sine graui sudore passim exquiruntur, breuiter & quàm facillimũ assequi cupiet, ex posteriore libello comparabit auxilium. Quid memorem stellarum à terra uarias mensuratuq; incredibiles remotiones atq; corpulentias, orbiumq; suorũ spissitudines? quos limites corporibus densis resoluti uapores transilire nõ ausint, grossities insuper Cometæ quandolibet apparentis, eiusq; à terra elongatio, nunquid non subtile uolet scrutinium? His & mille alijs eiuscemodi rebus hæc triangulorum præcepta iter monstrabunt accuratissimum, si prius obseruationibus motuum atq; alijs primordijs parumper exercearis, &c. Ad hæc demum accedit tabulæ sinuum nõ minus utilis quàm noua compilatio, quæ absq; fastidio numerorũ frangendorum aut fractorum ad integros prolixa reductione per sinũ arcus suos, ex arcuq; sinum offeret, &c. *Tabula sinuum.*

Ioannis Regiomontani Tabula primi mobilis cum Canonibus siue problematibus suis, & expositionibus eorundem. Chartæ sunt trigintaduæ, impressæ in fol. cum Tabulis eclipsium Georgij Peurbachij. Ex præfatione Andreæ Stoborij Boij de usu huius Tabulæ multiplici. Habes in his tabulis primi mobilis amplissimam aream nouas tabulas calculandi, instrumenta noua cudendi, tractatulos nouos eliciendi. Sunt enim theoremata uniuersalia, omni habitationi, omni climati seruientia, ex scientia sphæricorum triangulorum excusa, quæ à doctissimis huius artis uiris multo amplius, quàm præsentes canones habent, extendi possunt. Nondum est scientia primi mobilis exhausta: non sunt omnes circuli, axes & poli satis contemplati: semper aliquid nouæ inuentioni patet: Quod horoscopia Ioannis Stabij Austriaci testari planè possunt: & circulus illuminationis nuper à me canonibus globulæ cosmographiæ commemoratus. Est in his tabulis uniuersalis modus inueniendi arcus quorumcunq; circulorum sphæræ, siue magnorum, siue *Io. Stabius. Andr. Stiborius.*

„ aliorum. Est opus nobile, cum ipso cœlo pro quacunq; temporis uicissitudine sem
„ piternum, nedum cœlestis corporis, sed & terreni, &c. Pendent item ex hac primi
„ mobilis scientia instrumenta penè infinita, astrolabium, saphea, organū Ptolemæi,
„ Meteoroscopion, armillæ, torquetum, rectangulus, æquatoria, compassi, quadran
„ tes, & id genus alia multa.

Capita singulorum Canonum huius Tabulæ primi mobilis mox ab initio totius uo luminis simul omnia numerantur ordine.

Disputationes siue Dialogus contra Gerardi Cremonensis deliramenta in Pla netarum theoricas ab illo scriptas: liber excusus Venetijs.

Ioannis de Monte Regio & Georgij Purbachij epitome in Cl. Ptolemæi magnā compositionem, continens propositiones & annotationes, quibus totum Almage stum dilucida & breui doctrina ita declaratur & exponitur, ut mediocri quoq; in dole & eruditione præditi sine negotio intelligere possint. Opus excusum Ba sileæ apud Henricum Petrum in folio, chartis septuaginta, cum Indice, anno 1543. cum præfatione Hieronymi Gemūsæi, qua totius Astronomiæ laus continetur, & huius compendij authores commendantur.

Ex præfatione Ioannis de Mon. ad Bessarionem cardinalem. Primum conque ritur de mala traductione Almagesti in linguam Latinam, & paulò post. Geor

Georgius Purbachius. „ gius Purbachius (inquit) præceptor meus iussu tuo hanc epitomen orsus, incredi
„ bile dictu est, quàm clariores reddidit sentētias, diuidens eas Geometrarum more,
„ ut & apertius intelligerentur, & facilius cōmendarentur memoriæ, & tenacius hæ
„ rerent. Sed uix absolutis sex libris, immatura morte nobis rapitur: ubi in ultimis
„ complexibus hoc mihi ueluti ex testamento legauit ut opus inchoatū absoluerem.

Tabulæ directionum, per Lucam Gauricum castigatæ, cum plærisq; additioni bus, ac nouis tabellis, & compendiolo eiusdem Gaurici. Opus excusum Ve netijs in 4. apud Luc. Anton. Iuntam, anno 1524. chartis 54. Insunt autem hæc. Tabula declinationum particularis: & alia generalis. Tabula fœcunda & frugifera. Tabula cœli mediationum particularis, & alia generalis. Ta bula differentiarum ascensionalium. Tabula ascensionum rectarum, & alia obliquarum. Tabula domorum secundum Campanum & Gazolum. Tabula domorum rationalis. Tabulæ positionum particulares, & una ge neralis. Tabula præfectionum mensium & dierum. Tabula sinus recti particularum 60000.

„ Ex præfatione authoris ad Ioannem archiepiscopum Stridoneñ. Nemo est om
„ nium qui sese tantis retibus satis expedire possit, tametsi multifaria huius negotij
„ præcepta passim reperiantur. Hali nempe in quarto libro suo artem directio
„ num asserit esse complementum iudicij natalis, quamobrem operæpretium decre
„ uit cōpilare tabulas soluendi nodos, quæ cū nostra tempestate nusquam reperian
„ tur, Parmensis quidā archidiaconus auctorē secutus, tales cōtexuit ad mediū sexti
„ climatis, imbecilles tamen ac à mente Ptolemæi, eiusq; cōmentatoris, imò & ab opi
„ nione propria (quod fœdissimū est) longe alienas. Nam & ipse modū dirigendi per
„ sphærā solidā officio semicirculi meridiano & horizonti coēuntis summopere lau

Ptolemæus. „ dat, & Ptolemæū idē (quod uerū est) sensisse arbitratur, &c. Ptolemæus satius pu
„ tans prope uerū uersari, cū ueritatē ipsam radicitus quærendo desperare, supputa

Ioan. Gasulus. „ tiones quasdā breues ueritati ꝓpinquas exposuit: Quod haudquaq; mirū uideri
„ debet, cū & nostra ætate Ragusinus ille Ioānes Gasulus, tametsi Ptolemæi, & Ge
„ bræ, & aliorū plurimorū doctrinas acceperit, nullam tamen prorsus numerandi fa

Vsus. „ cilitatē in directionibus ac æquandis domibus aduexit, quinimò turbā maximam
„ multitudine argumentationū cōcitauit. Quid aūt cōmodi nanciscemur si gene
„ ralis quædā artis directoriæ prōptitudo nobis illata fuerit, ex libris iudicū abunde
„ colligetur, ubi tempora futurorum accidentiū omniū per directiones potissimum

inuestigari

inueſtigari ſolent. Tantam igitur utilitatem directionum tabulæ afferent in quacunq; regione latitudinem 60. graduum non excedente, ſiue ſignificator dirigendus in itinere ſolari exiſtat, ſiue ab eo uerſus alterum polorum ſecedat: in quibus maximam ſolis ab æquatore ſuppoſui declinationem trium & uiginti graduum cum dimidio obſeruationibus modernis maiorem non admittentibus. In omni demum regione 12. cœli domicilia conſtituere, ac in eis ſtellas diſtribuere, aliaq; plurima ſcitu iocundiſſima per haſce tabulas addiſcere licebit.

Tabella Sinus recti, per gradus & ſingula minuta diuiſa, ad tabulas Directionum Ioannis de Regiomonte neceſſarias, cum quibus exemplis partes eiuſdem tabellæ multum concordant. Chartæ ſunt 4. impreſſæ in 4.

Meteoroſcopium Ioannis de R. M. excuſum Marpurgi, 1537. cũ aliis quibuſdã.

Calendarium ab anno 1475. uſq; ad annum 1513. Ibidẽ proponuntur eclipſes ſolis & lunæ ab anno 1485. uſq; ad annum 1525. Et alia quædam in genere docentur, de aureo numero, de cyclo ſolari & litera dominicali, de indictione, de interuallo & feſtis mobilibus, cum tabula eorundem, &c. Chartæ ſunt 7. in 4. anno 1514. excuſæ. Hunc librum eſſe puto, quem in Catalogo ſuo promiſerat, inſcriptum: De inſtauratione Kalendarij eccleſiæ.

Calendarius Germanicus, quo indicantur longitudo dierum per ſingulos menſes, Solis iter per 12. ſigna, calendæ, nonæ, & idus: eclipſes Solis & lunæ ab anno 1533. uſq; ad annum 1549. & alia quædam generalia ad ephemerides pertinentia. De 12. ſignis, & 36. imaginibus Cœli, cum declaratione effectuũ qui à ſingulis ſtellis & planetis humanis corporibus influunt. Item quid pro diuerſo Lunæ poſitu in medicandis corporibus obſeruandum, Ioan. Regiomontani breuis traditio ex aſtronomia Higinij. Item Applicatio Aſtronomiæ ad medicinam, &c. Liber Germanicus, impreſſus Argentorati 1534. in 4. chartis 15. et dimid. apud Iacobum Cammerlander.

IOAN. Montdonius ſcripſit promptuarium utriuſq; iuris duobus uoluminibus, ordine alphabeti.

IOAN. Muntz ex Plabeirn, canonicus eccleſiæ cathedralis Viennæ Auſtriæ, ſcripſit prognoſtica à ſtellis ſumpta, quæ ſuo tempore præ aliis omnibus in pretio erant. Obijt anno 1503.

IOANNIS de Muris, Arithmeticæ ſpeculatiuæ libri 2. emẽdati, & exemplis formisq; nouis declarati. Iuo Schœffer excudit Moguntiæ, 1538. in 8. chartis 6.

IOAN. Murmellius Ruremũdenſis ſcripſit multa ante annos 30. & circiter, grammatica aliquot opuſcula non inerudita: quæ mihi uidere contigit, hæc ſunt.

Iſagoge in prædicamenta Ariſtotelis, ſcripta ab authore Alcmariæ, quod oppidum eſt Phriſiorum, anno 1513. Chartis 2. & dimid. impreſſa Coloniæ cum dialectica Cæſarij.

Sententiæ ſeu uerſus ſententioſi ex Elegijs Tibulli, Catulli, Propertij, & Ouidij decerptæ, ſingulæ cum breui inſcriptione argumenti. Georgius Rhau excudit Vuitembergæ, 1533. in 8. chartis 5.

Tabulæ Grammatices, impreſſæ Pariſijs apud Vuechelum.

Tabulæ in artis componendorum uerſuum rudimenta, ibidem excuſæ, & Argentinæ apud Iacobum Iucundum, 1538. in 8. chartis 3. & dimid.

Tabularum opuſcula tria in epitomen redacta, impreſſa Lugduni, 1542.

Nucleus, Pappa, Libellus de arte uerſificatoria, & alius De generibus nominum. Item, Commentarij, ſiue ecphraſis ſimul & ſcholia in A. Perſij Satyras. Singula ſeorſim opinor exiuerunt Coloniæ ex officina Gymnici. Hi Commentarij in Perſium antea quoq; ibidem apud Ceruicornum excuſi fuerant, 1534. in 8. chartis 7. & dimid. cum Hermanni Buſchij epiſtola perutili ad intellectum Perſij. *Hermannus Buſchius.*

Cõmentarij in libros quinq; Seuerini Boëtij de Consolatione philosophiæ, partim Ioan. Murmellij, partim Rodolphi Agricolæ, excusi Coloniæ apud Ceruicornum, 1535. in 8. chartis 28.

T. IOANNES de Mylbach, natione Teuthonicus, scripsit nonnulla præclara opuscula, quibus notitiam sui posteritati commendauit. De quibus ordinarie legit:

In epistolas Pauli,	lib. 13.	Sermones uarios,	lib. 1.
In laudib. S. Hieronymi,	lib. 1.	Quæstiones diuersas.	Et alia quædã.

IOAN. Neomagus. Vide Ioan. Nouiomagus.

T. cl. 1430. IOANNES Nider, ordinis fratrum Prædicatorũ, natione Teuthonicus, scripsit aperto sermone nonnulla uolumina, è quibus ista feruntur.

a De contractib. mercatorũ,	lib. 1.	Cum mercatorum officium.
De lepra morali,	lib. 1.	Olim dum legimus in leui.
De præceptis decalogi,	lib. 1.	Decalogi legem sacratiſ.
b De formicis moraliter,	lib. 5.	Peragrans crebro quas.
De consolatione timoratæ conscientiæ,	lib. 1.	Apud disciplinas reperi.
Speculum perfectionis,	lib. 1.	
Sermones de tempore,	lib. 1.	Ecce rex tuus, &c. Tria.
Sermones de sanctis,	lib. 1.	Venite post me, &c.
Quadragesimale,	lib. 1.	Conuertimini ad, &c.

Et alia complura.

* a Hoc opusculum, opinor, impressum reperitur.

b Dialogus ad uitam Christianam exemplo conditionum formicæ incitatiuus, historijsq; Germaniæ refertissimus, mentionem passim faciens de principibus, prælatis, episcopis, sacerdotibus, monachis, monialibus, beguinis, & beghardis, rebus publicis, ciuibus, cõiugatis, uiduis, uirginibus, maleficis, necromanticis, incubis, & succubis, mania, & alijs quibusdã lectu iucundis. Ioan. Schottus excudit Argentorati in quarto, 1516. chartis 24.

IOANNIS Naucleri præpositi Tubingensis Chronica, succinctim cõprehendentia res memorabiles sæculorum omnium ac gentium, ab initio mundi usq; ad annum Christi nati, 1500. cum Auctario Nicolai Baselij ab anno Domini, 1501. in annum, 1514. & Appendice noua cursim memorante res interim gestas, ab anno, 1515. usq; in annum præsentem, qui est post Christum natum, 1544. rhapsodis partim Conrado Tigemanno, partim Bartolemæo Laurente. Opus excusum Coloniæ apud Petrum Quentel, 1544. in fol. cum Indice, chartis 269.

» Ex præfatione Ioannis Reuchlin. Hac una temporũ descriptione, quam æmulatione ueterum digessit, prodesse uoluit hic noster Ioan. Nauclerus, I. V. doctor, » illustraturus & gesta & literas Germanorum, uir literis & fide præstans, quorum al » terum sua potuit industria & principum uirorum fauore, &c. ecclesiæ Tubingen» si præpositus, & Vniuersitati studiorum Tubingensium Cancellarius dictus est. » Et paulò post. Planè si cum reliquis historicis Naucleri opus conferas, quantũ » fors excellunt nõnulli, & paucissimi quidem, sermonis cultu, tantum hoc superat » notandi artificio, &c. Tum id etiam, quum legentur in ista quasi Naucleri biblio» theca, quæ apud scriptores reliquos omnino non sunt.

» Ex ipsius authoris præfatione. Subijt animum dicta gestaq; præclariora ab ex» ordio generis humani ad nostra usq; commemorare tempora, non quidẽ omnium » aut singularum prouinciarum siue personarum, cum hoc impossibile foret: sed ea» rum rerum, quarum memoratu, auditorum animos etsi non ædificari multum, ho» nesta tamen illecebra permulceri speramus. Quod si quis dicit superuacuæ me rei » operã dare, cum nihil scribere possim, quod prius ab eruditissimis & iam usu pro» batis scriptoribus copiose eleganterq; non sit dictum aut scriptum, fateor ingenue. » Sed cum plæriq; eorum certis in locis alter alteri discrepare uideatur, & nonnun-

quam

quam unus scribat, de quo alij nullam mentionem faciant: sed & paucis exempla« ria suppetant: & si qui sint qui earum rerum copiam habeant, quis quæso tot histo« rias sine fastidio leget? Quas ob res ut aliquo honesto leuarẽ tempora labore, libuit « ex his quæ in probatorum uirorum scriptis reperi, historias aliquas compilare, & « in his pro uiribus sua unicuiq; accepta ferre, stilo quidem rudi & simplici, &c. « Prima sui diuisione hoc opus in duo partitur uolumina. Primũ, uolumen sexa« « gintatres continebit generationes Christi secundum carnem, ceu libros partiales, « & appellari poterunt generationes ueteris Testamenti. Secundum, quinquagin« « ta ferè continebit generationes Christi spirituales, uel totidem libros, & uocari po« « terunt noui Testamenti generationes. Hoc etenim ordine non solum exterarum « gentium, sed & in primis populi Dei ab exordio generis humani res gestas ad no« stra usq; tempora commodissime reor me ad Dei laudem posse commemorare.

IOANNES de Neapoli ordinis Prædicatorum, theologiæ scriptor, citatur in Summa Angelica.

IOAN. Nerutius scripsit super Rub. secundi decretal. de re iudicata. c. 1. Et sup. Rub. tertij Decre. c. Raynutius.

S. IOANNIS Nesteutæ quædam ex Canonico Græce extant Romæ in Vaticana bibliotheca.

IOAN. Neuizanus I.C. scripsit Syluam nuptialem: & Indicem scriptorum in utroq; iure, quem auxit Lud. Gomessius, & postremo Ioan. Fichardus. Eum nos integrũ addemus secundæ parti nostræ Bibliothecæ.

IOANNIS Niceni liber contra Armenios de rebus fidei, Græce seruatur Romæ in bibliotheca Vaticana.

IOANNES abbas monasterij Niuicellensis, scripsit multa & diuersa ingenij sui opu T. scula, quibus memoriam celeberrimi nominis sui ad posteros cum gloria transmi« sit. De quibus extant subiecta, opus præclarum & insigne, quod prænotatur, Bi« bliæ & canonum

Concordantia,	lib. 1.	In principio creauit deus.
Sermones de tempore,	lib. 1.	Respicite & leuate cap.
Sermones de sanctis,	lib. 1.	Relictis retibus S. Petrus.

Epistolæ & quæstiones uariæ. Cætera quæ composuit, ad notitiam nostræ lectio« nis non uenerunt.

IOANNES Noblet, ordinis fratrum Minorũ beatæ Mariæ semper uirginis de monte T. Carmeli, natione Gallus conuentu & studio Parisiensis, scripsit nonnulla præcla« ra opuscula, de quibus feruntur subiecta.

Super sententias,	lib. 4.		
In Epistolas canonicas,	lib. 7.	Nobilis in portis uir eius.	
Centiloquiũ ænigmatum,	lib. 1.	Sermones uarij,	lib. 1.

Et alia complura. In multos præterea bibliæ libros commentarios mirificos & ele« gantissimos scripsisse dicitur, qui ad notitiam nostram minime uenerunt.

IOANNES de Noto ordinis Minorum Siculus, theologiæ scriptor, citatur in Sum« ma Angelica.

IOAN. Nouiomagus, aliàs Neomagus, natione Germanus, nostra ætate scripsit scho lia in Dialecticã Geor. Trapezuntij. Fran. Gryphius excudit Parisijs, 1537. in 8.

Eiusdem Arithmetica siue de numeris libri 3. excusi Parisijs apud Vuechelũ: & Coloniæ in 8. Vertit etiam ex Græco in Latinum libros 8. Cl. Ptolemæi de Geographia. Vide supra in Beda: fol. 141. b. uersu 8.

IOANNES Oecolampadius, natione Germanus, natus est anno octogesimo secun« *Ex uita eius* do supra millesimum quadringentesimum, in oppidulo Cherusco rum Vuinsper« *per D. Vuolf«* ga, &c. Heltprunnæ primum deinde Heidelbergæ in literis institutus est. Iam ad« *gangum Capi«* ultus Tubingam adijt, & Stutgardiæ Capnionem conuenit, à quo Græcas literas *tonem scripta.*

didicit, ita ut breui Dragmata sua, id est, Grammaticam conscriberet: simulq; Hebræa à quodam Hispano eodem tempore didicit. Deinde in patria sua à sacris concionibus fuit, quo tempore de risu paschali ad Capitonem scripsit. Inde Basileam accersitus est. Sub idem tempus, cum primum Erasmus Roterodamus, Noui Testamenti annotationes æditurus, Basileam uenisset, Oecolampadium in participatum sanctissimi operis acciuit. Opera enim subsidiaria illius (ut inquit idem) non solum pietate, uerum etiam trium peritia linguarum eminentis, adeoq; ueri Theologi se adiutum esse, ingenue fatetur. Admiserat enim doctoris theologi titulũ compulsus ab amicis. Postea secedendi consilium captauit. Est autem in uicinia urbis Augustanæ, intra secundum opinor lapidem, monasterium D. Altonis, ubi conuentus monachorum, opinione pietatis & rectioris religionis commendati. Institutum D. Brigidæ profitentur. Iam in hoc ordine cum esset, præter conciones certas quas ædidit, scripsit etiam de confessione librum, quo magis pium, hoc minus ceremoniarum nundinatoribus ferendum. Proinde cum periclitaretur, consentientibus cœnobij fratribus, concessit inde ad heroëm illum incõparabilem Franciscum à Sickingen, apud quem Missam repurgare cœpit, & uertit ex Chrysostomo Pfegmata. Eo defuncto, Basileam rediit, æditurus quæ apud hunc parauerat: ibiq; Senatu uolente, utcunq; reclamarent sophistæ, publice Esaiam prælegere cœpit. Mox petente id parocho ad D. Martinum, pro eo functus est concionandi munere, magna quidem Papistici gregis inuidia: sed uicit tandem is, quem pure prædicabat, Christus: Itaq; annos quinq; sine legitimo stipendio Christũ docuit. Eodem tempore Chrysostomum in Genesim, & Theophylactum uniuersum Latinos fecit. Orta disputatione de sacramento Eucharistiæ, rogatus à multis sententiam, modestissime tandem pro patrum sententia pronunciauit, quam bona fide adduxit. Cum uero istuc non ita ab alijs acciperetur, ut is scripserat, enata est dira quædam conflictatio. Badenæ inter Heluetios contra Ioan. Fabrũ & Eccium, solus causam ueritatis sustinuit. Qua religione, quaq; dexteritate id fecerit, præter Acta ab hostibus etiam ædita, plurimi hodie fide dignissimi testantur. Bernensi disputationi ac reformationi operam suam egregie nauauit, quorum & ipsa acta à iuratis scribis congesta, toti orbi præbent testimonium. Dissidia Basileæ propter religionem orta, bona ex parte cohortationibus eius ad modestiã, obedientiam & pacem, sopita sunt. Paulò post & restituendæ in illa sua ecclesia disciplinæ ecclesiasticæ censuraq; excommunicationis author fuit. Mox accersitus Vlmam cum Ambrosio Blaurero & Martino Bucero, salubri cõsilio ei ecclesiæ affuit, ut ad Euangelij gnomonẽ ecclesiastica omnia exigerentur, &c. Hæc ex Vita huius uiri per Vuolfgangum Capitonẽ descripta, quæ cum epistolis Oecolampadij impressa habetur, & cum clarorum aliquot uirorum Vitis Francoforti æditis apud Egenolphum. Mortem ipsius pijssimam Simon Grynæus locupletissimus & præsens testis epistola ad Vuolf. Capitonem descripsit, quæ in eadem Basiliensi epistolarum æditione habetur. Cæterum quod ad hominis uirtutes, pietatem, ac eruditionem, quibus ad miraculum (ut res humanæ sunt) excelluit, nihil dicã: loquuntur eas abunde opera eius per orbem diffusa, quorum catalogus iam subijcietur.

Græcæ literaturæ Dragmata uel Enchiridion, impressum Basileæ apud Cratandrum in 8. anno 1539. chartis 16.

Quod non sit onerosa Christianis confessio paradoxon, impressum Augustæ Vindelic. apud Sigismundum Grim̃, 1521. in 4.

Repulsio apologiæ sacrificij Eucharistiæ, quam Ambrosius Pelargus factionis S. Dominici Senatui Basiliensi obtulit per Ioan. Oecolampad. Impressa Basileæ apud Thomã Vuolffium, anno 1528. in 8. chartis 3. in aliquot capita diuisis. Continetur etiam cum epistolis primi libri.

Ad Bilibaldum Pirkaimerum de Eucharistia, Responsio prior, impressa.

Ad

Ad eundem Responsio posterior, ædita Basileæ apud Cratandrum, 1527. in 4. chartis 9.

Apologetica Ioan. Oecolampadij, nempe: De dignitate Eucharistiæ sermones duo, quorum prior habitus est in die S. Thomæ, lecto Euangelio Ioannis 21. secundus in uigilia natalis.

Ad Theobaldum Billicanum Nordlingiacensem concionatorem epistola, quinam in uerbis cœnæ alienum sensum inferant.

Ad ecclesiastas Sueuos Antisyngramma, qui nuper Halæ Sueuorum congregati fuerant: ubi respondet ad singulas Syngrammatis illorum ad uerbum adiecti sententias de cœna Dominica. Opus excusum in 8. chartis 17. 1526.

Liber de genuino sensu uerborum Domini, Hoc est corpus meum, ex uetustissimis doctoribus, impressus.

Responsio ad Confessionem M. Lutheri de cœna Christi. Vide supra fol. 348. b. uersu 38.

De gaudio resurrectionis sermo, in quo de mysterio tridui, contra sophistas.

Item alius in uerba Thomæ, Dñs meus & Deus meus, in quo de uera paupertate.

Sermo de Sacramento Eucharistiæ quem iuuenis adhuc scripsit. Andreas Cratander excudit Basileæ, 1521. in 4. chartis 7.

Elleborum pro Iacobo Latomo theologo: ibidem excusum, 1525. in 8.

De passione Dñi, sermo impressus, ut habet Index officinæ Basilieñ. Herugij.

Oratio ad Clerum Augustanum habita, de expostulatione Christi cum Petro ablutionem pedum recusante. Impressa cum aliquot sermonibus Greg. Nazanzeni ab eo uersis, de quibus mox dicetur, habetur etiam circa finem epistolarum primi libri.

De risu Paschali sermo, impressus.

Sermo de uenerando & laudando Deo in Maria, impressus.

Enarratio in Genesim, excusa Basileæ apud Bebelium, anno 1536. in 8. cum Indice, chartis 21. Exceptæ sunt autem hæ annotatiunculæ ex ore Oecolampadij in schola publica interpretantis, & accurata diligentia à studioso quopiã cõscriptæ.

Exegemata in librum Iob, opus eruditum, excusum Basileæ apud Henricum Petrum, 1532. in 4. chartis 59. Ex præfatione Simonis Grynæi. Habes Oecolampadij nostri, pij doctoris, in Iobum, id est, grauibus profundisq; sententijs plenum opus, lucubrationes, quas utinam licuisset ipsi diligentius retractatas sub incudem dare. Nunc quia morte interceptus est, non sumus passi perire tam pium opus, &c. Concionum quàm commentariorum similiores sunt, quascunq; generis huius ædidit lucubrationes, & ad pium magis quàm eruditũ Lectorem destinatæ.

In Iesaiam prophetam hypomnematon, hoc est Commentariorum libri sex, excusi Basileæ apud Cratandrum, 1525. in 4. cum Indice, chartis 82. Ex præfatione authoris ad Senatum Basilieñ. Quum auditorum nonnulli Hebraicas literas gustassent, Hebraico textu contentus, nulli alteri tralationi uoluí esse deuinctus: tametsi etiam alias non contempserim, sed consuluerim, & nonnunquam commentarij uice adhibuerim. Igitur alicubi idiotismi Hebrææ gentis in lingua nostra duriùs sonantes seruati sunt, idq; consulto, habita scholasticorum ratione, qui sic facilius Hebraicari poterunt, &c. Vide supra in Huldrycho Zuinglio in Isaiam fol. 349. b. in margine.

In Hieremiam prophetam Commentariorum libri 3. Item enarrationes in Threnos Hieremiæ. Matthias Apiarius excudit Argentinæ in 4. anno 1533. chartis septuaginta, cum præfatione Guolfgangi Capitonis, qua differit in argumentum huius prophetæ: nihil aũt de authore aut hisce commentarijs pronunciat. Ex epilogo Guolfgangi Capitonis. Hactenus, bone Lector, pientissimi uiri Ioannis Oecolampadij cogitationes, quas in Hieremiam inchoatas moriens reliquit,

» ego Guolfgangus Capito ſum pro uirili ſtilo proſecutus. Nam ut ocium, occaſio,
» & ſpiritus quoq; tempore adfuit, aliqua diſſultim annotauit, nos hiatus impleui-
» mus, eiusq; inuenta recognouimus, bona fide, ſic tamen, quod non diſſimulo, ut
» ueſtigium calami ac ſpiritus mei impreſſum fortaſſis appareat, &c. Anguſtia tem-
» poris adactus ſum, ut primas quaſq; cogitationes illinerem chartis, quas prælum
» extemplo imitaretur. Ezechielē, fauente Chriſto, meditatiorem dare in animo eſt.

In prophetam Ezechielem Ioannis Oecolampadij Commentarius per Vuolf-gangum Capitonem æditus, & excuſus Argentorati apud Apiarium, cum epiſtola Sim. Grynæi, de morte Oecolampadij, & uita ipſius per eundem Capitonem deſcripta, adiecto etiam Indice, in 4. anno 1534. chartis 81.

In Danielem prophetam libri duo, omnigena & abſtruſiore cum Hebræorum, tum Græcorū ſcriptorum doctrina referti. Ioan. Bebelius excudit Baſileæ, 1530. in 4. cum Indice, chartis 42. cum præfatione Oecolampadij doctiſſima & plane pathetica ad Eccleſiam Chriſti catholicam, apud quam de illis conqueritur qui religionem noſtram cauillantur, & obiecta eorum diluit.

Annotationes pijſſimæ doctiſſimæq; in Ioſeam, Ioëlem, Amos, Abdiam, Ionam & Michæam prophetas. Excuſæ Baſileæ apud Cratandrum cum Indice, 1535. in 8. chartis 37. & dimid.

In poſtremos tres prophetas, nempe Haggæum, Zachariā, & Malachiā Commentarius, excuſus Baſileæ apud Cratandrum in 4. cum Indice, anno 1527. char-
» tis 24. Ex præfatione authoris. Nobis minus uirium & ocij ſuppetit, quām
» tantorum prophetarum requirit dignitas, ut ad unguem ſingula expoliantur. He-
» braiſmus alius Latinis tropis referat diſertius, uel hiſtoriam obſcurius propoſitam
» apertius eloquatur, &c.

Conciones in aliquot Pſalmos ex ore concionantis exceptæ, & in Latinum ſermonem uerſæ. Impreſſæ, 1544. apud Rob. Vuinter. Vide ſupra in Ioan. Gaſtio, fol. 419. b. uerſu 27.

Enarratio in Euangelium Matthæi. Conciones aliquot populares.

Libellus, quod Miſſa non ſit ſacrificium.

Libellus, quod imagines quæ ad cultum proſtant, ſint tollendæ è templis. Cratander excudit Baſileæ, 1536. in 8. chartis 31. & dimid. Ex præfatione Oſualdi
» Myconij, ſcripta anno, 1536. Habent prælectiones Oecolampadij ſimplicem li-
» terarum Dei, breuemq; interpretationem, nihil continentem aſcititij, nulla tamen
» interea parte mancam. Conciones eius & diligentiam indicant, & claritatem ha-
» bent non ſine multo feruore talem, ut qui ad huius regulam docere conſtituerit,
» uideatur operæpretium facturus certe non pœnitendum. Libellus tandē de ab-
» ominatione Miſſæ Papalis ſic contendit, & omnia probat aperte, ut perſuaſus ſim,
» non futurum, uel ex grege Papiſtico qui poſſit ex animo contrà uel loqui, uel co-
» gitare. Et circa finē epiſtolæ. Superſunt adhuc multa beati illius uiri, ut Con-
» ciones in totum Pſalterium, in Epiſtolam ad Coloſ. in Euangelium Marci, in Eze-
» chielem & Danielem, Conciones item per totum annum, quæ omnia, ſi Deus uo-
» luerit, compilatore Ioan. Gaſtio dabimus.

Annotationes piæ & doctæ in Euangelium Ioannis denuo iam diligentius æditæ Baſileæ apud Cratandrū, 1535. in 8. chartis 32. cum Indice & præfatione Oſualdi Myconij. Exceptæ ſunt autem ex ore docentis per Ioan. Gaſtium.

Annotationes in epiſtolam Pauli ad Romanos, Baſileæ prælectæ & denuo recognitæ. Cratander excudit Baſileæ cum Indice, 1526. in 8. chartis 13.

Explanationes in epiſtolā ad Hebræos, ut ex ore prælegentis exceptæ per quoſdam ex auditoribus digeſtæ ſunt. Rihelius excudit Argentorati, 1534. in 8.

Demegoriæ, id eſt, Conciones ſedecim in epiſtolam primam Ioannis.

De libris ex Græco ſermone in Latinum conuerſis per Io. Oecolamp.

Ex Io.

Ex Ioan. Chryſoſtomo tranſtulit omnia illa quæ continentur Tomo quinto Frobenianæ æditionis, ut ſupra dictum eſt.

Geneſeos textus ab eo translatus ſecundum Septuaginta, excuſus eſt Baſileæ, 1523. in fol.

Theophylacti archiepiſcopi Bulgariæ, in quatuor Euãgelia enarrationes, Ioan. Oecolampadio interprete, impreſſæ Baſileæ apud Cratandrum, anno 1524. in fol. chartis centum & undecim. Ex præfatione Ioan. Oecolamp. Me ſanè non admodum laboris pœnitet, quem in hunc librum paucis menſibus inſumpſi, ita uolentibus amicis. Et quamuis eum rhetorico mundo non ornauerim, neq; hoc ſi uel maxime uoluiſſem, permiſiſſent quotidianæ lectiones, conciones, urgens typographus, & periculoſi noſtri dies: Operam tamen dedi ut fideliter redderem quod communicandum ſuſceperam, nihil minus agens, q̃ ut uel alienum, uel meum quip. piam admiſcerem, &c. Adegit tamen exemplar mutilum, ut uno in loco quædam infarcirem: deerat enim charta: de quo tamen monui: & non accuſabis, opinor, ut ut ſermo durus ſit & inconcinnus, qui nolui ut moraretur, quo minus prodiret Teophylactus Euangeliorum enarrator, antea fermè à noſtris ignoratus.

Tranſtulit Petri Archiepiſcopi Alex. & Gregorij Neocæſarieñ. canones, cum epiſtola Gennadij de Simonia, & Nicephori Chartophylacis Conſtantinopolitani archiepiſcopi, de ligandi & ſoluendi poteſtate. Ioan. Frobenius excudit Baſileæ in 4. 1518. chartis 4.

Ex Gregorio Nazanzeno ſermones aliquot tranſtulit, quos Sigiſmũdus Grim excudit tribus ſeparatis libellis circa annum Domini, 1520. Auguſtæ Vindelicorũ. Sunt autem iſti. In Paſcha. In dictum Matthæi cap. 19. Cum conſummaſſet Ieſus ſermones hos, &c. Laudes Cypriani martyris. De amandis pauperib. Ad uirginem admonitorius. Laudes Maccabæorum. De moderandis diſputationibus.

Gregorij Neocæſarienſis in Eccleſiaſten Solomonis metaphraſis, interprete Io. Oecolampadio. Impreſſa ibidem, & Baſileæ apud Cratandrum.

Thalaſſij hecatontades quatuor de charitate, continentia, & regimine mentis Latinas fecit. Vide in Thalaſſio.

Annotationes in uaria D. Chryſoſtomi opuſcula ab ipſo in Latinum uerſa.

Cyrilli ſermo, de eo quod Deus factus eſt homo, ab ipſo conuerſus eſt. Vide fol. 191.

Ioannis Oecolampadij & Huldrychi Zuinglij epiſtolarum libri 4. præcipua cum religionis à Chriſto nobis traditæ capita, tum eccleſiaſticæ adminiſtrationis officia, noſtro maxime ſæculo, tot hactenus erroribus perturbato, conuenientia, ad amuſſim exprimentes. Ad hæc, Scriptorum Ioan. Oecolampadij & Huldrychi Zuinglij purgatio per Theodorum Bibliandrum. Vtriuſque uita & obitus Simone Grynæo, Vuolfgango Capitone, & Oſualdo Myconio authorib. Epigrammata Hebraica, Græca, Latina, in eoſdem. Opus excuſum Baſileæ apud Rob. Vuinter, anno 1536. in fol. cum Indice, chartis 129. *Theodorus Bibliander.*

Argumenta præcipuarum epiſtolarum primi libri, qui diuerſa Scripturæ loca, & religionis Chriſtianæ difficiliores quæſtiones explicat. Ioan. Oecolampadij duæ epiſtolæ ad Seruetum Hiſpanum, negantem Chriſtum eſſe filium Dei conſubſtantialem, 1. & 2. Epiſtola 4. De operibus, An uis ui repellenda Chriſtiano, Die feſto num operari liceat, De clauibus eccleſiæ. 5. De Chriſti ad inferna deſcenſu. 7. H. Zuinglij, An regnum Chriſti etiam externũ ſit: & de magiſtratu, &c. 9. Ioan. Oecolamp. ad Hedionem de rebus circa ſacrum habendum à ſe mutatis, cum ſermone, cuius thema eſt: Venit hora cum iam non in parabolis loquar uobiſcum. 10. H. Zuinglij de electione. 11. Ioan. Oecolamp. de Serueti libello conſilium apud Senatum Baſilieñ. expoſitum, & à quodã eius ſtudioſo Latinitate

donatum. 15. Oecolampadij ad D. Georgium Vuirtẽbelleguardiæ, &c. comitem, responsio ad tres quæstiones de Decimis. An magistratus iure diuino possint Decimis uti, suæ quisq; terræ, in suam & suorum utilitatem. An princeps possit in suum commodum uertere, quicquid reliquum fuerit è Decimis, postquam præpositis, decanis, parochis, presbyteris, &c. portio sua cuiq; prius inde collata est, unde uiuere honeste queat. An Decimas omnes ad rempub. tuendã uendicare possit, ubi è uiuis religiosi isti excesserint, quibus illæ antea cedebant. 17. H. Zuinglij de angelis. 18. Oecolampadij de Marpurgensi colloquio cum Luthero & Melanchthone habito. 25. De nõ habendo pauperũ delectu, plixa & utilis epistola. 27. H. Zuinglij ad Fridolinũ Lindouerũ super publica de gratia per Christum hallucinatione, expostulatio. 28. Oratio Oecolampadij habita corã Senatu Basiliensi, anno 1530. de reducenda Excõmunicatione Apostolica. 32. Eiusdem Repulsio Apologiæ Sacrificij Eucharistiæ, quam Pelargus factionis S. Dominici, Senatui Basilienstũ obtulit. 33. Huld. Zuinglij declaratio de peccato originali ad Vrbanum Rhegium. 34. Oecolampadij oratio de expostulatione Christi cum Petro, pedum ablutionẽ recusante, habita ad Clerum Augusteñ. 35. Scopi in Iob.

Liber secundus ueri & falsi Baptismi epistolas, & Catabaptistarum errores uarios complectens. 5. Quæstiones de sacramẽto Baptismi à docto quodã, Huld. Zuinglio propositæ. 6. Huld. Zuinglij ad præcedẽtes Quæstiones responsio. 17. Huld. Zuinglij Elenchus in Catabaptistarum strophas.

Tertius liber ea, quæ ad Eucharistiæ negociũ pertinent, complectitur. 12. Ad Mart. Bucerum, quatenus nostra ecclesia Lutheranis consentiat circa Eucharistiã, cum subiecta declaratione per Mart. Bucerum, in aliquot huius epistolæ locos. 16. Quid de Eucharistia ueteres tum Græci, tum Latini senserint, dialogus authore Ioan. Oecolampadio, in quo etiam epistolæ Philippi Melanchthonis & Ioannis Oecolampadij insertæ sunt: chartis ferè 20.

Libro quarto continentur parænetícæ epistolæ, numero 98. plurimum tam ad Ecclesiæ regimen, quàm ciuilem tranquillitatem momenti habentes.

Quæ nam extent Germanica Ioan. Oecolampadij scripta.

De sacramento Eucharistiæ, siue de genuino sensu uerborum Christi, Hoc est corpus meum, iuxta ueterum doctorum declarationẽ, liber ab Oecolampadio primum Latine scriptus, deinde Germanice redditus Ludouico Hætzer interprete, impressus est Tiguri, 1526. in 8. chartis 18.

Modesta responsio ad Mart. Lutheri institutionem de Eucharistia, quæ continetur in præfatione super Syngramma ecclesiastarum in Sueuia, cum Antisyngrammate ad eosdem ecclesiastas (quod etiam Latine ab authore conscriptum esse supra dixi.) Liber excusus Basileæ apud Thomam Vuolfium, 1526. in 4. chartis 11. Scripsit & alias duas responsiones Germanice ad Lutherum eiusdem argumenti, impressas.

Expositio primi capitis prophetæ Ezechielis, de officio magistratus & subditorum: nuncupata ab authore Philippo Lantgrauio Hessiæ. Liber impressus (Basileæ opinor) anno 1527. in 4. chartis 8. Est autem alia & multo copiosior Germanica hæc expositio, quàm Latina quæ cum integris in hunc prophetam commentarijs habetur.

Expositio in Threnos Hieremiæ, excepta ab ore concionantis, ut in Ioanne Gastio dixi. Alia est autẽ quam supra cõmemoraui Expositio Latina in hosce Threnos, ab ipso Oecolampadio delineata, deinde per Vuolfgan. Capitonem absoluta.

Instructio aduersus Anabaptistas Carolum & Balthasarum, &c.

Colloquium cum Anabaptistis.

De sacrificio Missæ contentio contra Augustí. Marium.

De Missa

De Missa responsio Senatui Basilienſi oblata, typis excusa.
Concio Bernæ habita. Concio in Canticum Simeonis, Nunc dimittis, &c.
Conciones in aliquot Hieremiæ capita.
Sed omnia ab authore Germanice scripta, nunc in Latinum sermonem translata haberi audio, & propediem quotquot eius opera extant aliquot Tomis diuisa, publicanda esse.

Catechismus, id est, institutio puerorum in religione, Osualdo Myconio interprete, nuper ex Ioannis Oporini officina prodijt.

IOANNES Oldendorpius, natione Germanus, clarissimus omnium inter Germanos hoc tempore, quod sciam, iuris ciuilis professor, ex eorum saltem numero, qui literis aliquid publicauerint. Audio eum Marpurgi in Hessia nunc profiteri: prius autem Coloniæ docuisse. Quæcunq; ab eo edita sunt hactenus, & à nobis uisa, Gymnicus impressit Coloniæ: sunt autem hæc.

Practica actionum forensium absolutissima, unde cognitio uniuersi iuris relucet, quid actor persequi, quid reus excipere possit, secundum æquitatem, in classes nouem distincta ob commodiorem usum. Gymnicus impressit Coloniæ in 8. tribus Tomis distinctas: chartis 132. anno 1540. & sequente.

Ex epistola nuncupatoria ad Ferdinandum regem Vngariæ, &c. Sunt enim « multi practicæ scriptores, inter quos Durantus ille Speculator (ut uocãt) solet præ- « cipuus reputari, nec sine magno labore tantum opus consarcinauit, ut interim ex « hoc primario uiro reliquos æstimemus omnes. Sed in scriptis eius primum metho- « dus desideratur, & iustus ordo rerum explicandarum: deinde, simplicitas docendi: « quam adeò nõ retinet, ut sæpe toto capite aliud faciat nihil, quàm opiniones recen- « sere, quas ipse tandẽ falsas pronunciat. Ad hæc, si Roffredi formulæ ex illius opere « demantur, nihil erit reliquum præter opinionum congeriem. Denicq;, multa tractat « quæ nullum in foro nostro habent usum. Et plæraq; multò concinnius in Pontifi- « cijs decretis nobis exhibentur, quàm ipse disputet. Proinde tentandum, & in re « tam pia audendum duxi, an non crassius, & (ut Ciceronis uerbo utar) popularius « aliquanto tractari possent actionum & iudiciorũ progymnasmata, ut foro nostro « responderent, præcisis Doctorum altercationibus. Ex argumento operis. « Actiones sunt multæ & uariæ, ac ideo redigendæ in classes: ut ex ordine habeas ge « neralissima quædam capita, quorum ductu facillime peruenias ad species actionũ « inuestigandas, &c. Itaq; actionum classes nos sic digessimus. «

Guiliel. Durantus.

1 De his actionibus, quæ ad iudicia & uindicandam Magistratuum authoritatẽ pertinent, dicemus.
2 De controuersijs possessionum, quas omnium primas esse in iudicijs expedit.
3 De dominijs & quasi dominijs rerum corporalium et incorporalium: & ibi de iure personarum.
4 De formulis contractuum & quasi contractuum inter uiuos.
5 De actionibus ad reuocanda ob causam ea, quæ gesta sunt inter homines.
6 De persecutionibus ultimarum uoluntatum.
7 De damnis quæ dolo uel culpa aduersarij nobis cõtingunt: quæ docendi commoditate seorsum tractamus.
8 De actionibus ex maleficijs, uel quasi maleficijs.
9 De uarijs & innominatis actionum figuris seu speciebus in factũ præscriptis uerbis. His accedit Tabula actionũ ex multis quotidianarũ causarũ specieb. &c.

Variarum lectionum libri aliquot ad iuris ciuilis interpretationem excusi Lugduni à Gryphio, 1541. & Coloniæ apud Gymnicum, 1540. in fol. chartis 99. cum indice gemino. Sunt autem isti.

Isagoge seu elementaria introductio Iuris naturalis, gentiũ, & ciuilis, in aliquot titulos diuisa. Diuinæ tabulæ decem præceptorum enarratio ciuilis.

Expositio in leges 12. tabularum compositas, iuxta reliquias quæ extant apud Ciceronem in tribus libris de legibus.

In legem secundam ff. de origine iuris scholia Vdalrici Zasij, adiectis aliquot ab Ioanne Oldendorpio.

Ioan. Oldendorpij, Actionum Iuris ciuilis loci cõmunes, ad usum forensem secundum æquissimas Legislatorum sententias bona fide accõmodati. Ex præfa
» tione ad Lectorem. Interpretatiunculam hanc ad usum fori accõmodauimus,
» hoc est, in regulas quasdã & theses totam huius libelli actionũq; materiam breuiter
» complexi sumus. Primum, ut in tam uario docendi genere, rei summam memo-
» ria faciliter teneres: deinde, ut in scholis quoq; exercendi studij gratia, cum uolue-
» ris aliquem iuris locum in utranq; sententiã conferre, habeas exempla quæ sequa-
ris, &c. In summa hic liber disserit, de actionum definitione, solennitate, usu, & copiose diuisionem earum persequitur.

De formula libelli, per quem æditur actio, adiectis exemplis: siue, de formandis libellis.

Formula inuestigandæ actionis per quam unusquisq; ius suum in iudicio persequatur, cum deliberatione æqui & boni.

De probationibus dictorum factorumq;, apud iudicem præstandis. Ex præ-
» fatione. Reor hoc loco de probationum circumstantijs aliquid adijciendũ esse.
» Non quasi ex scripto satis comprehendi possint (id quod multi frustra tentarunt)
» uerum, ut regulis aliquot secundum iurisconsultorum præiudicia summatim col-
» lectis, ostendam generaliter, quomodo ineunda sit deferendæ probationis ratio.
Ponit autem regulas triginta nouem, chartis 3.

Annotatio de nominibus quorundam imperatorum & iurisconsultorum, scitu necessaria.

De testibus liber, chartis 5.

Vsucapionum & præscriptionum tempora ex iure ciuili, ad conseruandam omnium rerum opportunitatem.

De iure singulari siue priuilegio breuis enarratio, ad cognitionem legum cum primis necessaria.

De sententia seu pronunciatione iudicis, quam iurisconsulti ab effectu seu fine rem iudicatam uocant. Cæterum hic liber de sententia, & alter de testibus, in hac æditione primum exiuerunt: cæteri uero multo auctiores facti sunt.

De iure & æquitate forensis disputatio, secundum quam ciuilis disciplina, cum in scholis, tũ in iudicijs recte tractari potest. Gymnicus excudit Coloniæ, 1541. in 8. chartis 13. cum indice.

Collatio iuris ciuilis & canonici, maximã adferens boni & æqui cognitionem. Explicatio, L. Diffamari. C. De ingenu. manu. De executoribus item ultimarum uoluntatum. Libellus ibidem excusus, eodem tempore: in 8. chartis 10. & Parisijs apud Vuechelum.

De copia uerborum & rerum in iure ciuili, non ex desultorijs commentatorum adsertionibus, sed ex constantissimis iurisconsultorum sententijs, indices, secundũ boni & æqui rationem concinnati, omnibus in repub. functionem suscipientibus, cum in scholis, tum in foro deseruiens. Opus excusum Coloniæ, apud Io. Gymnicum, 1542. in fol. chartis 99. cum indice. Ex epistola dedicatoria, quam author eodem anno scripsit Coloniæ ad decuriones Norimbergen.
» Concinnaui copiam uerborũ & rerum, ex qua tyrones iuris discant, primum pu-
» ram loquendi phrasim, deinde optima in omni causarũ genere definiendi princi-
pia, &c. Sequitur autem alphabeti ordinem toto opere.

Restauratio politiæ orbis Rom. Liber ibidem excusus, chartis 13.

Index Digestorum, ibidem, chartis 13.

IOAN. Opizo scripsit super primo Digesti ueteris, sed nondũ habetur impressus.

IOAN.

IOAN. Oporinus Basilienſis, natione Germanus, typographorum omnium ætate noſtra doctiſſimus, intra paucos annos excudit plurimos, optimos & rariſſimos libros, aut excudi curauit, idq; quàm caſtigatiſſime. Scholia ſcripſit in priora aliquot capita C. Iulij Solini Polyhiſtoris, & Stephani Doleti tomos duos de lingua Latina (ni fallor, nomen enim authoris neutrobi additur) in epitomen redegit. Vtrũq; opus Rob. Vuinter excudit Baſileæ.

IOAN. Palæologi epiſtola Græca ad Alexandriæ patriarcham, extat in Italia.

IOANNES de Palomar Barchinonenſis eccleſiæ archidiaconus, doctor decretorum inſignis, ædidit nõ ſpernendæ lectionis opuſcula, è quibus extat tractatus inſignis ad Ioannem abbatem monaſterij Scotorum ordinis diui Benedicti Vuienenſis. T. cl. 1420.

De abſtinentia carnium, lib. 1. Surgent in iudicio filij.

Sermones & quæſtiones. Cætera quæ compoſuit ad notitiam noſtræ lectionis minime uenerunt.

IOANNIS Parceuali, profeſſione Carthuſienſis, compendium diuini amoris, excuſum Pariſijs apud Vuechelum.

IOANNES Pariſienſis, ordinis fratrum Prædicatorum theologus, fertur quædã præclara ſcripſiſſe opuſcula, è quibus ego tantum reperi opus non ſpernendum, T. cl. 1280.

Super Sententias, lib. 4.

IOANNES de Parma ex Bononiæ finibus oriundus, ordinis fratrum Minorũ miniſter generalis, fertur multos & uarios ſcripſiſſe tractatus, è quib. ego tantũ reperi, T. cl. 1260.

Super Sententias, lib. 4. De cõuerſatione religioſorũ, lib. 2.

IOANNES Paruus: uide ſupra in primo tomo operum Ioannis Gerſon in margine.

IOAN. Decani & Canonici Patauienſis in Germania, Epiſtolæ duæ, An ſtatui & dignitati Eccleſiaſticorum magis conducat, admittere Synodum nationalem, piam & liberam, quàm decernere bello: chartæ 2. & dimid. Impreſſæ in Germania in 8. 1540. Supprimitur autem nomen authoris, quanquam in fine Ioannes tantũ expreſſe legitur, audio Patauienſem fuiſſe ex Germania & nuper obiiſſe.

IOANNES de S. Paulo, natione Gallus, uir in medicinis longa experientia exercitatus, ſcripſit de morbis particularibus lib. 1. De ſimplicibus lib. 1. Et alia quædam. Symphorianus Champerius.

IOANNIS Pechani Cantuarienſis eccleſiæ archipræſulis, Collectaneum bibliorum, quinq; libris ſententias diuinæ ſcripturæ ad certos titulos ſeu locos communes redigens Melchior Noueſianus excudit Coloniæ, 1541. in 8. chartis 48. Nulla authoris præfatio adijcitur: citantur aũt ſententiæ ex ueteri translatione D. Hieronymo attributa. Catalogus locorum omnium in prima charta recenſetur. Nos argumenta duntaxat in ſingulos libros, paucis huc adſcribemus. Primus liber tractat locos de auerſione peccatoris à Deo. Secundus, de reuocatione peccatoris ad Deum. Tertius, de conuerſione reuocatorum. Quartus, de merito & ſacramentis. Quintus, de præmio bonorum, & malorum ſupplicijs.

IOANNES Pediaſimus. Vide Ioan. Chartophylax.

IOANNIS Pedioneij Rheti, Epicedium in Simonem Grynæum, unà cum epitaphijs quibuſdam. Rob. Vuinter excudit Baſileæ, 1541. chartis 4.

IOAN. Pelliſonis Condrienſis rudimenta prima Latinæ Grãmatices, excuſa Lugduni apud Seb. Gryphiũ, 1531. in 8. chartis 8. & Lutetiæ apud Rob. Stephanũ, qui & reliqua Pelliſonis impreſſit. Scripſit autem author hæc Rudimenta, anno 1529.

Modus examinandæ cõſtructiõis in oratiõe: ſeſquicharta, apud eoſdẽ impreſſa.

Deſpauterianæ grammatices epitome, apud eoſdẽ impreſſa. Idem opus inſcribitur opinor aliàs, Contextus uniuerſæ Grammatices Deſpauterianæ, à Ioan. Pelliſone authore recognitus & auctus.

Oratio in laudẽ Cardinalis Turnonij, excuſa apud Gryphium, 1534. in 4. Inuenio citari etiam Panegyricum Pelliſonis, neſcio an diuerſum ab hac oratione.

IOANNIS Peregrini Petroselani conuiualium sermonum liber (quem concinnauit Basileæ, anno 1541.) meris iocis ac salibus non impudicis, neq; lasciuis refertus: quibus admixtæ sunt nonnunquam iucundæ & ueræ narrationes: eaq; omnia ex uariis cum ueterum tum recentiũ monumentis decerpta. Impressus Basileæ apud Vuesthemerum, 1542. in 8. unà cum Forcianis quæstionibus, in quibus uaria Italorum ingenia explicantur, &c. Chartis 22. In altera pagina statim post titulum numerantur authorum 14. nomina, à quibus hic scriptor sua collegit.

IOANNES Perennius Burensis, natione Germanus, nuper adhuc iuuenis, scripsit elegias de aliquot parabolis noui Testamenti, quæ excusæ sunt Vuitembergæ.

IOANNES Perrellus, natione Gallus, Theodori Gazæ librum de mensibus Atticis Latinum fecit cum ageret Lutetiæ, anno 1535. cui adiunxit explicationẽ de ratione Lunæ & epactarum secundum Gazam, cum tabula perfecti ambitus annorũ intercalarium, uel, anni intercalaris Attici. Rob. Vuinter excudit Basileæ in 8. anno 1536. adiecto etiam Græco Theodori libello, & indice: chartis 10. & dimid.

IOAN. Pesselius Tylanus. Vide in Ioan. Piscatorio.

IOAN. Petri Arluni commentatio uinũmne mixtum aut meracum obnoxijs iunctu. rarum doloribus magis conueniat: in fol. chartis 13.

IOANNES Petrus Bracchus Placentinus iuris peritus traduxit duas Demosthenis orationes: Et Luciani dialogos quosdam. Præterea quædam scripsit carmine: Et quædam ad ius ciuile pertinentia.

IOAN. Petri de Ferrarijs, aliâs Ferrarij de Papia, iuris utriusq; Practica, impressa Lugduni apud Stephanum Gueynard, in fol. anno 1515.

IOANNES Petrus Valla, Georgij Vallæ Placentini filius, præfatus est in opus patris de expetendis & fugiendis rebus.

Succidanea medicamina, uulgo adscripta Galeno, Latina fecit, quæ impressa habentur ex eius interpretatione.

Commentarios scripsit in Comœdias Plauti, ut à patre interpretante didicerat. Impressi sunt Venetijs, 1511. in fol. cum Bernardi Saraceni quoq; Commentarijs, & Pij Bononieñ. obseruationibus.

IOANNES Petsan scripsit de Perspectiua, qui liber opinor impressus habetur. Vide supra fol. 253. a. uersu 6.

T. cl. 1490. IOANNES Pheffer de Vuidenberg, natione Teuthonicus, patria Franeus orientalis, scripsit quædam præclara opuscula, de quibus extat opus insigne super epistolis Pauli, quod publice lectum prænotauit,

Directorium sacerdotale, lib. 13. Circa lecturam epistolarum.

Et alia complura.

T. cl. 1494. IOAN. Phernandus frater Caroli Phernandi, natione Teuthonicus, uir doctissimus, quẽ rex Gallorũ perpetuo stipendio donans sibi in musicũ desumpsit, scripsit tam metro q̃ ꝓsa multa utilia & deuotioni congrua opuscula, è quibus extant subiecta.

De S. Ioanne Baptista, lib. 1. Quo rite plectro quàm.

Orationes multæ & uariæ, lib. 1. Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

Carmina & epigrammata plura. Et alia multa. Scripsit etiam horas sanctæ Crucis, & compassionis S. Mariæ uirginis eleganti carmine, quæ Parisijs nuper impressæ circumferuntur. Viuit usq; hodie apud regem Franciæ maximo in pretio, & uaria componit, sub Maximiliano Romanorum rege.

IOANNES Philadelphiensis Lydus, scripsit de mensibus librũ 1. & aliũ de signis tempestatum, & mathematica nonnulla ad Gabrielũ quendam hyparchũ. Suidas.

IOAN. Philippus de Lignamine Messanensis Siculus scripsit ad Sixtum Papam IIII. de unoquoq; cibo & potu, utili homini conuenientiq;, & nociuo, & eorum primis qualitatibus. Hunc titulum uidi in opere quodam impresso cum alijs quibusdam opusculis, sed nihil tale reperiebam folijs euolutis.

IOAN.

Ioan. Dugonis Philonii Ethicus, vel de scientia bene moriendi liber.
Item: Renouatus Phti Platonici liber de Contemnenda morte, eodem Philonis interprete.
Et hæc scientia longe omnium difficillima, sed quam libelli iste pro homine facillimam fecere potent.
Additum est Eiusdem autoris breue scriptum de Regimine sanitatis. Basileæ p Io. Oporinū 8. (1553.)

IOANNIS Philonij Dugonis Christianarum institutionum libri 4. in quibus ad mores Christo, & homine Christiano dignos, pacemq; et unitatem ecclesiæ eleganter, erudite, modeste uocantur summi & infimi. Alexander Vueyssenhorn excudit Augustæ Vindelicorum cum Indice, 1538. in 8. chartis 22.

Ex præfatione authoris eodem tempore Augustæ scripta. Certe in hoc scriptæ sunt Institutiones nostræ ut prosint, atq; ut hi, qui tot ac tam discrepantium inter se factionum laqueis implicantur, explicentur, & non solum uerbis nudis, sed ipsis quoq; sint operibus euangelici. Multos enim uideas, quibus Christus in ore, Satanas in manibus est: multos, qui euangelica loquuntur, & Bacchanalia uiuunt: multos etiam, qui hoc solo Christianismum uenditant, quod Papam calumniantur, q; obloquuntur episcopis, quod sacerdotes parum integros traducunt, quod non ieiunant, quod non confitentur peccata, pœnitentiam derident, illudunt bonis operibus, ritus ecclesiæ uel ueteres obliterant, uel inducunt nouos, satis esse putantes ad Christianæ religionis professionem, si ceremonijs decretisq; patrum antiquatis, ut lubuerit uixerint. Hos ego, & id genus alios, &c. ab incogitantia ista & ferocitate nimia ad modestiam sanitatemq; reuocare conor, media quadã incedens uia, qua uidelicet potissimum ecclesiæ & dissidium sedari, & parari concordia unitasq; posse uidetur. Et paulò inferius scribit hunc librum antequam euulgaretur Augustæ à constitutis examinatoribus approbatum esse: & ueniam petit si cubi stilus uideatur acerbior: insunt enim (inquit) quæ scripsi admodum adolescens. Multas passim ex Græcis authoribus cũ sacris tum profanis illustrandi gratia sententias adfert. Libri singuli per capita aliquot & certa argumenta diuiduntur, quæ prætereo ne prolixior uidear.

IOAN. Phreas Britannus, uertit Synesium de caluitio. Impressa est hæc uersio Basileæ apud Ioan. Frobenium cum Moria Erasmi, &c.

IOAN. Picardus, nescio quis, citatur in Chrysopasso Ioan. Eccij.

IOANNES Picus, natione Italus, comes Mirandulæ & Concordiæ dominus, magna familiæ omnigenum artium stipatus caterua, cum quibus literis & studijs Latinis, pariter Hebraicis & Græcis palæstram exercet, scripsit stilo elegantissimo nonnulla quæ ætas nostra tum comprobare, tum uel maxime admirari habebit, quibus nominis & gloriæ suæ memoriam non indigne sempiternam reddidit, de quibus extant quæ iam prodiere. T.el.1494.

Heptaplus super principium Geneseos.

Item: Nongentæ conclusiones philosophicæ.

Apologia. Item super Psalmos, lib. 1.

Et plura alia quæ nondum conspectui nostro sese exhibuere. Viuit adhuc hodie inter ingeniosorum adolescentũ suorum gregem apud Italos, neq; altiora scribere, neq; benefacere posteritati cessat.

* Ioan. Picus grauior est Politiano, & satis castigatus, nisi quo loco altercatur cum theologis. Viues libro 3. de disciplinis tradendis. Huius uiri laudes lege apud Pe. Crinitum lib. 2. cap. 2. & c. 12. & lib. 3. ca. 3. & lib. 5. ca. 1.

Ioan. Pici opera, impressa Argentinæ, anno salutis, 1504. in fol. cum Indice, chartis 114. Ab initio habetur uita ipsius per Ioann. Franciscum Picum eius ex fratre nepotem descripta. Opera autem Pici eo uolumine impressa hæc sunt.

Heptaplus de opere sex dierum Geneseos, septemplici uaria enarratione compositus, & in totidem capita distinctus.

Deprecatoria ad Deum elegiaco carmine, uersibus 62.

Apologia tredecim quæstionum, quæ inter 900. conclusiones eius cõtinentur.

Tractatus de ente & uno, cum obiectionibus quibusdam, & responsionibus, decem capitibus distinctus: quo superius ente non esse unum, sed sibi inuicem respondere æqualiq; esse ambitu cõtendit, &c. Huius libri Ioan. Franciscus etiam

nepos ipſius defenſionem ſcripſit, ut ſupra dixi.

Oratio elegantiſſima de hominis dignitate, chartis 3. quæ plæraq; antiquorum dogmata abſtruſa refert, & conatur oſtendere quod priſcorum ſapientum poëtica theologia noſtræ theologiæ myſterijs ancilletur, iuuenili quondam alacritate ab ipſo dictata.

Epiſtolæ plures Ioan. Pici, quarũ aliæ ſunt familiares tum per ætatem teneram tum prouectiorem ſcriptitatæ, aliæ poſtquam totum pectus Deo dicauit, ſanctiſſimis refertæ monitis: quibus interponuntur & aliorum ſui temporis eruditorũ epiſtolæ, uidelicet nepotis ipſius Ioan. Franciſci, Hermolai Barbari, Angeli Politiani, Baptiſtæ Carmelitæ, Matthæi Boſſi, Hieronymi Donati, Roberti Saluiati, Philippi Beroaldi, Bapt. Guarini, Chriſtophori Landini, Alexandri Corteſij, Bartolemæi Fontij, Marſilij Ficini, Baccij Vgolini, Iuniani Maij Parthenopæi, Hieronymi Emſer. Opus epiſtolarum Ioan. Pici, ſeorſim exiuit Coloniæ. Item epiſtolæ aliquot Pici habentur cum Politiani epiſtolis, libro 1. 9. & duodecimo.

Diſputationum aduerſus aſtrologos libri 12. Horum ſummam comprehendit Io. Fr. Picus libro quinto operis ſui de prænotione. Cæterum occaſiones, argumenta & laudes omnium iſtorum operum, & aliorum quorundam huius authoris qui copioſius cognoſcere uoluerit, legat Vitam à nepote ipſius conſcriptam.

Concluſiones nongentæ in omni genere ſcientiarum, quas olim Ioan. Picus iuuenili ardore impulſus Romæ diſputandas propoſuit, quarum quingentæ ſunt in philoſophia ueterum. Mathematica. Cabala. Magia. Hæ ſeorſim (cum Panepiſtemone Politiani) excuſæ ſunt Norimbergæ apud Io. Petreium, 1532. in 8. chartis 12. & dimid. Non habentur cum reliquis Pici operibus, quoniam earum ædítio Romæ uetita fuerat, cum aliquot propoſitiones nudæ & citra explicationẽ ꝓpoſitæ, paradoxæ penitus & multos offenſuræ exiſtimarẽtur. Super tredecim ex illis apologiã ſcripſit, ut iã diximus. Plura ſi libet de hoc libello in Vita ipſius legito.

Ioan. Pici Mirandulæ opuſculum de homine. De Chriſti regno & uanitate huius mundi. Commentaria in Pſalmum 15. De phantaſia liber. Loci Chriſtianam uitam breuiter complectentes: Qui fortaſſis etiam in opere epiſtolarum eius continentur, hoc titulo: Duodecim regulæ Ioan. Pici partim excitantes, partim dirigentes homines in ſpirituali pugna. Opuſculum quoq; de homine, uidetur nõ aliud eſſe quàm Oratio de hominis dignitate, ſuperius commemorata. Impreſſit hos libellos Hen. Petrus. Baſileæ in 8. 1537.

A Bellunensis Script lib. 2. de Literatorũ infelicit. g. cum App. Cornel. Folli. eiusd. argumt. p. Hermet. Amstel. 1697. et Helmst. 1664. in 12. sn. opo eiusd. vide. fatum.

IOAN. Pierius Valerianus Vergiliũ collatis uarijs codicibus emendauit, labore profecto ad lectionem præcipui uatis perutili. Viues in fine lib. 3. de trad. diſcipl. Hæ caſtigationes & uarietates Virgilianæ lectionis cũ ipſo Virgilio excuſæ ſunt Pariſijs apud Rob. Stephanum, 1532. & hoc anno 1545. Baſileæ apud Bryling.

Ioan. Pierij poëmata aliquot, impreſſa Baſileæ apud Rob. Vuinter cum Indice, 1538. chartis decem: ſunt autem hæc. De ſtudiorum conditione ſermo. Epigrãmatum lib. 1. Odarum alter. Carpionis piſcis lacui Verbano peculiaris fabula. Leucippi fabula. Proteſilai ad Laodamiam epiſtola. Vitæ ſuæ calamitas. In Fran. Grittei obitum nænia. Præter hæc, audio Romæ nuper exiuiſſe libellum huius authoris de fluuiorum ſignificatione, & alium Ioathas inſcriptum.

IOANNIS Piniciani Promptuarium uocabulorum, iam denuo recognitum, ædium, partium, locorum, artificum, inſtrumentorum, multarum deniq; rerum nomina complectens. Addita eſt in calce adiectiuorum nominum & uerborum uaria ſignificatio. Syluanus Ottmar excudit Auguſtæ Vindelicorum, 1524. in 4. chartis 23. Exponuntur autem plæraq; uocabula Germanice. Index capitum omnium ab initio libri collocatur. Authorum nomina, ex quibus hunc librum collegit, hæc ſunt. F. Marius Grapaldus. Pollux. Plinius. Aegineta medicus,

dicus. Columella de re ruſtica. Robertus de rebus bellicis. Feſtus. M. Varro. Nonius Marcellus. Frontinus. Aratus. Apuleius. Calepinus. Cornucopiæ Perotti. Leonardus Piſaureñ. de gemmis. M. Vegius. Sed admiſcuit etiam barbara quædam, & authorum nomina non citat.

Ioan. Pinicianí breuis inſtitutio de octo partibus orationis, cum Germanica interpretatione uocabulorum. Ad recte beneq; uiuendum præcepta. Quotidiani colloquij ſylua, ordine alphabeti, cum Germanica interpretatione, aucta & emendata. Tabula puerorum. Dialogi duo adiecti, Virtus & uitium, Diſcipulus & Magiſtri. Syluanus Ottmar excudit Auguſtæ Vindelic. 1522. in 4. chartis 15.

IOAN. Pini Tholoſani iuris & eloquentiæ ſtudioſi, epiſtola et epigrammata quædam in fine operum Antonij Codri leguntur, de laudibus ipſius Codri.

IOAN. Pirrhus Anglebermeus iuris peritus, ſcripſit ſuper tribus libris Codicis.
In 2. ff. uet. de actio. empt. l. ſi factum retis. Item, Si certum petatur. l. lectu.
Super conſuetudines Aurelianenſes. De donatione mutua inter uirũ & uxorẽ.
De regulis iuris. De ſuitate & extraneitate.

IOAN. Piſcatorij Lithopolitani, epitome omnium operum D. Aurelij Auguſtini: & quid uir ille de Eccleſiæ ſacramentis, nec non ſacræ ſcripturæ locis cõmunioribus inſignioribusq; ſenſerit, & ſcripſerit. Opus excuſum Auguſtæ Vindelicorum apud Hein. Steiner, anno 1537. in fol. chartis 133.

Eadem epitome recognita & aucta eſt per Ioan. Peſſelium Tylanum, cuius etiam opera recens acceſſit ex eodem Auguſtino collectus de ſeptem Sacramentis Tomus quartus. Impreſſa Coloniæ in fol. 1539. *Ioan. Peßelius.*

Ex præfatione Ioan. Piſcatorij ad Lectorem ſcripta in Balzen eodem anno. De meo ne iotulam quidem te reperturũ ſcio. Ego nanq; ſemper alienis, à ueritate non abhorrentibus, uerecunde uti malo, quàm mea impudenter & perfricta fronte ingerere. Et paulò poſt. Eo uero animo hanc prouinciam aggreſſus ſum, ut habeant docti, quibus copia diui Auguſtini lucubrationum eſt omnium, ex tempore quod in eis deſiderauerint, ne tempus quærendo conſumant. Alij uero qui hinc & inde paſſim epiſcopantur, quibus per inopiam fortaſſis omnia opera Auguſtini comparare non licet, experiantur, & ipſa ueritate edoceantur, ſine magno conatu & paruo ære, quid ſanctus ille uir de Eccleſiæ ſacramentis, & omnibus illis rebus, de quibus adhuc ſub iudice lis tem eſſe mũdus credit, ſcripſerit docuerit q;. Ad hæc ut Chriſtianæ reipub. ſatis ſuperq; ſatis conſuleretur, integros quoſdam Auguſtini, & potiſſime quæſtionum libros imprimendos, & hiſce meis rhapſodijs connectendos haud inconſulto curauimus. Adiunximus inſuper etiam retractationũ libellos duos. Et paulò poſt. Meum inſtitutum ſolummodo fuit, ea quæ proximius & penitius rem contingerent, excerpere, &c. Suppleat ergo & reſarciat quod deeſſe iudicauerit quiſpiam: adimat quod ſuperfluũ exiſtimauerit prudens Lector. Poſtea ſubdit ſe illa etiam non præteriuiſſe, quæ cum ſuæ religionis profeſſione non conuenire uiderentur, ne quis eum mala fide quicquam egiſſe merito inſimularet. Et paulò inferius. Quod autem ad diſcrimen librorum Auguſtini ſpectare uidetur, iudicium eorum habebis, qui ſuppoſititij cenſentur à tergo operis, &c. Poſtremo indicem & elenchum rerum omnium in calce libri apposuit: ipſe etiam ordo locorum perinde ut repertorium quempiam manu ducit.

Elenchus inſignium locorum primi Tomi.

De Trinitate & unitate in diuinis, Deo & patre. Chriſtus, diuinitas eius, humanitas & gratia. Spiritus ſanctus Deus, & operationes ipſius. Angeli & eorum officium. Prædeſtinatio, Præſcientia, Prouidentia, Electio, Vocatio, Glorificatio & gratia Dei, Induratio, Reprobatio, Damnatio malorum, Liberum arbitrium, & Meritum hominis. Sacramentum corporis & ſanguinis Domini.

Sacramentum baptiſmatis, &c. Hæc ſufficiant guſtus gratia. Reſtant autem plurimi uariíq; loci, qui tum in hoc, tum in ſecundo Tomo tractantur, quos omnes in ſecunda Bibliothecæ noſtræ parte iuxta ordines ſuos diſtribuemus.

Tertius Tomus continet integros aliquot Auguſtini libros, nempe omnes illos in quibus explicantur Quæſtiones, & præterea quoſdam alios, qui ſunt: De Epicureis & Stoicis. De hæreſibus ad Quoduultdeum. De quinq; hæreſibus. Contra Iudæos, Paganos, & Arrianos. Contra Iudæos. Retractationes.

T.cl, 1430. IOANNES Plaeth, natione Teuthonicus, gymnaſij Heydelbergenſis decus, ſcripſit inter cætera magnum & inſigne uolumen, quod in præfata uniuerſitate Heydelbergenſi ordinarie & publice legit:

Super primo. c. Decretaliũ,	lib. 1.	Venerabiles patres.
Contra Bohœmos,	lib. 1.	Sicut ſapiente dicente.
Quæſtiones ſententiarum,	lib. 1.	Sermones plures.
Quæſtiones uarias.		Et quædam alia.

IOAN. Plagiarius de Senis inter iuris ciuilis uel cano. ſcriptores citatur in Summa Angelica.

IOAN. de Platea Bononienſis, iuris peritus, citatur in Summa Angelica. Commentarij eius ſuper Inſtitut. impreſſi ſunt Lugduni in fol. & Tridini, 1519. Item ſuper tribus libris Codicis, Lugduni 1528.

IOANNES Platearij Salernitani practica breuis: chartæ ſunt 8. impreſſæ Venetijs apud Octauian. Scotum, 1497. cum operibus Ioan. Serapionis. Ex præfatione
» authoris. Breuiter cauſas, ſigna, & curas ægritudinum ſcribere propoſui: non
» tamen de qualibet ægritudine ſufficienter dicturus, ſed ea quæ experimento didi-
» ci meliora, & quibus uti conſueui, in quibus in manu mea Deus optatum præbuit
» effectum.

Platearij liber de medicamentis ſimplicibus, iſs duntaxat, quorum frequentior uſus eſt in pharmacopolijs, & ad cõpoſita medicamenta, ordine alphabeti, impreſſus Lugduni, cum Nicolai Præpoſiti Diſpenſario, ut uocant: foliis 32. forma media inter folium & formam in 4. Ex præfatione authoris.
» In tractatione uniuſcuiuſq; medicinæ ſimplicis, complexio rerum primo eſt inten-
» denda, conſequenter utrum ſit arbor an frutex, herba, radix, an flos, an ſemen, an
» folium, aut aliquid aliud: poſtmodum quot ſunt ipſius maneries, & qualiter fiant,
» & in quo loco inueniantur: quæ etiam maneries ſit melior, qualiter ſophiſticantur,
» & ſophiſticatæ cognoſcantur: & qualiter res conſeruari poſſunt, & quas uirtutes
» habeant, & qualiter debent exhiberi: et per ordinem alphabeti ſpecierum tractatio
» compleatur.

IOANN. Poblatio ſcripſit de uſu aſtrolabij. De uſu aſtrolabij Proclus pauciſſima
» quædam reliquit, ſed ſcholarum exercitationibus aptior eſt Ioan. Poblatio meus.
Viues lib. 4. de tradend. diſcipl.

IOANNIS Pollicarij Cygnæi: de recta & ordinata uocum compoſitione libri 3. ſiue Erotemata de ſyntaxi, doctiſſimi uiri Ioachimi Camerarij calculo approbata. Impreſſa Baſileæ, 1544. in 8. & eodem anno ab authore ſcripta Rochlicij in Germania, ubi ludimagiſtrum agit.

IOANNIS Pollij Vueſphali, natione Germani, eccleſiaſtæ iam per aliquot annos in Vueſphalia ſub ditione Conradi comitis ab Tenckenburg, pia planè & erudita poëmata aliquot excuſa Marpurgi apud Egenolfum, in 8. chartis 5. & dimid. uidelicet, De tribus monſtris eccleſiam uaſtantibus. De gratia Dei, fide, ſpe, & charitate, De ieiunio, prece, & cruce piorũ. Ex epigrammatibus eiuſdem panegyrica quædam ad Heroës Euangelij ſtudioſos. Epitome rerum memorabilium noſtro tempore geſtarum.

Eadem Tiguri apud nos excuſa ſunt, chartis 9. adiectis eiuſdem authoris,

Eccleſia-

Ecclesiastomoria digesta sermonibus quatuor.
Epistola ad Eobanum Hessum, & altera ad Iustum Vuintherum.

IOAN. Polltus, non uulgaris doctrinæ medicus, transtulit tres Galeni libellos, nempe: De purgantium medicaminum facultate. De his quos purgare oporteat, quibusq; medicamentis, & quo tempore. De ptisana. Habentur autem impressi cum cæteris Galeni operibus Latinis. Emendauit etiam et suppleuit quædam in Græco exemplari desiderata, præsertim in opusculo de ptisana, quod ipse in epistola præfixa ostendit.

IOAN. consobrinus, Portugalensis natione, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, iuris canonici non ignarus, scripsit ad instantiam præpositi regalis collegij diuæ Mariæ de Amhten in Anglia, insigne opus tripartitum de contractibus & commutationibus, quod prænotauit: T. cl. 1475.
De iustitia commutatiua, lib. 4. Sermones uarios, lib. 1.
Et quædam alia. Conflatum Francisci Maronis grato compendio breuiauit.

IOAN. Potken præpositus ecclesiæ S. Georgij Colonien. Psalterium Chaldaicum Aethiopicis characteribus imprimi curauit: chartæ sunt 25. & dimid. in 4. Adiungitur etiam alphabetum, & legendi modus circa finem operis. Ex præfatione Ioannis Potken. Elapso biennio cum Romæ essem, ac nonnullos habitu & colore Aethiopes, qui se Indos appellabant, psallentes, ac Deigenitricem & Sanctos quàm plures, præsertim apostolos, per eos inter psallendum nominari animad uertissem, non sine difficultate ab eis didici, ipsos in eorum sacris Chaldæis literis uti. Quærens itaq; interpretem, per quem cum eis loqui plenius possem, nec illum in urbe, ne inter Hebræos quidem reperiens idoneum, demũ ab ipsis erudiri, quoquo modo fieri posset, statui: Nec me mea fefellit spes. Tantum nanq; me ab eis dicisse mihi persuadeo, ut Deo duce Psalteriũ Dauid in ipsa uera lingua Chaldæa imprimi curare, in eorum qui peregrinas linguas nosse cupiunt oblectationem, ualeam. Nec uos oro à studio retrahat, quod & nonnullos Hebræos, & qui ab eis linguam Chaldæã se didicisse existimant Christianos, me calumniaturos uideo, quod hæ, quas uobis tradere nitor, non sint literæ Chaldææ. Nam eorundem Hebræorum maiores in Babylonia captiui, eã qua uulgus & matres erga prolem utebantur, non autem hanc quam literati Chaldæi callebant, linguam didicere: & alios, nõ per Chaldæos, sed per Hebræos characteres docuere. Id etiã præterire nolo, quod hac tempestate uiginti populi uel circa, Aethiopiam, quæ sub Aegypto est, & alia loca Australia, præsertim ad Nilum & Gion flumina, & inter illa, ac citra & ultra æquinoctialem circulum sub Zodiaco incolentes, & totidem maternis seu uulgaribus inter se differentibus linguis utentes, omnes in eorum sacris hac Chaldæa utuntur lingua: & à tempore nascentis fidei Christianæ (sicut ipsi, qui ex eis nos peregrinationis & deuotionis causa accedunt, affirmant) usi fuerunt, &c. *Lingua Chaldæa.*

IOAN. Prædicatorum ordinis monachus, scripsit Summam confessorum, quæ citatur in Summa Angelica.

IOAN. de Prato scripsit in 2. ff. uet. Si certum petatur. l. certum. & l. omnia. & l. certi conditio. & l. si quis nec causam.

IOAN. Pselli uersus aliquot Græci in tres sanctos Hierarchas, Chrysostomum, Gregorium, & Basilium. Item in septem sanctas synodos: folia ferè tria sunt in 8. impressa cum Cyri Theodori Prodromi epigrammatis Basileæ, ut supra dictum est.

IOAN. Pupperi de libertate Christiana liber, impressus.

IOAN. Pyrrhus scripsit Tractatum Suitatis, qui citatur à Ioan. Fichardo in uita Angeli Perusini.

IOAN. Quintianus medicus, Italus, quem Venetijs uidi ante menses 18. Galeni scripta nonnulla de diebus criticis redarguit, qui liber eius an adhuc in lucem exierit, nescio.

IOAN. Quintinus Heduus, natione Gallus, Christianæ ciuitatis aristocratiã ædidit, qua descriptio pontificij & regij imperij continetur, in cap. Nouit. de Iudi. Obiter etiam hîc aliquid annotatũ in responsum Vlpiani de uero & misto imperio. Vuechelus excudit Parisijs.

Eiusdem exegesis concilij cuiusdam generalis, in uno beneficiorũ multitudinem uetantis, 3. lib. Decretalium Gregorinarum, cap. 8. Tit. 5. ibidem excusa.

Melitæ insulæ descriptio, impressa Lugduni apud Gryphium, 1536. & Parisijs apud Vuechelum.

Tractatus de uentis & nautica buxula uentorũ indice, ibidem impressus apud Vuechelum.

T. cl. 1438. IOAN. de Ragusio, ordinis fratrum Prædicatorum, scripsit quædam, è quibus legi opus instructum ad patres concilij Basilien sis.

Contra Hussitas, lib. 1. Reuerendissimi ueneran.

De cæteris nihil uidi.

IOAN. Rainaldus scripsit de feudis. Vide ne ijdem sint, qui inferius nominantur Ioan. Regnaudus, & Ioan. Raynaudus: ego planè eundem authorem esse puto.

IOAN. Rainerij (aliâs prima syllaba scribitur Re uel Ræ) oratio de ciuitatis recta institutione, deq; reipub. tranquillitate & gloria seruanda, & de Lugdunensis urbis origine, deq; eiusdẽ laudibus, dignitate atq; præstantia. Excusa Lugduni apud fratres Trechsel. 1532. in 8. chartis tribus.

De Remundi Pellisonis ac urbis Camberij laudibus oratio, impressa Lugduni apud Gryphium in 4.

Scholia in libros elegantiarum Laur. Vallæ, cum eisdem nuper impressa Basileæ, ut in Laurentio repetetur.

IOAN. abbas Raithensis, scripsit commendationem Ioannis Scholastici, & Climacis libri ab eo æditi, quæ cum eodem impressa habetur.

IOAN. Raudeus Gallus scripsit de casibus, in quibus summus pontifex non dispensat. Item, de dispensationibus per episcopos.

IOAN. Rauisij Textoris Niuernensis, siue Nauarrensis, Officina, uel potius naturæ historia, in qua copiose dispositum est per locos, quicquid habent authores in diuersis disciplinis plurimi, quod & ad rerum, historiarum, & uerborum cognitionẽ ullo modo facere potest. Vuesthemerus impressit Basileæ in 8. 1538. tomis duobus, cum indicibus, chartis centum & una. Impressa est etiam Lugduni, 1541.

Dialogi huius authoris.

» Ex præfatione ad Ioan. Boluacum Niuerneñ. præceptorem suum. Si quid per
» incuriam mihi non elimatum lapsum est, frequenter autem lapsum est, partem er-
» roris quæso condonate meis occupationibus, &c. Ex alia præfatione illam se-
» quente. Nescio quis mihi notus, cuius nomini parco, ex aliquot meis qualibus-
» cunq; dialogis frugem sibi fecit, & alieni laboris solus gratiam hausit, &c. Capita
» plærũq; modicis de rebus adieci, ut de lenonibus, ancillis, abstemijs, cocis, & mul-
» tis eius farinæ.

Non possum non commendare studiosis hoc opus, tanta diligentia ab authore ex innumeris scriptoribus concinnatum, plurimis uariarum omnino rerum nomenclaturis refertum, uarijs historijs illustratum, ita ut multiplicem usum studiosis exhibere possit & materiam suppeditare si quis similia themata in orationem deducere uoluerit. Quod si ut diligens & laboriosus fuit in cõgerendo, sic etiam in disponendo fuisset aliquando diligentior, neq; rerum ordines confudisset & orthographiam obseruasset accuratius, plus equidem laudis ex hoc studio reportasset.

Loci aliquot uel themata huius officinæ. Cæterum in libris impressis loci numeris additi non sunt, qui uolet adscribat.

1 Mortem qui sibi uarijs modis consciuerũt, aut se alijs cõmiserunt occidendos.
2 Parentes liberorum interfectores. 3 Liberi parentum interfectores.

4 Fratrum

4 Fratrũ & sororũ interfectores. 5 Mulieres quæ maritos occiderunt.
6 Viri uxorum interfectores. 7 Parricidæ.
8 Aquis summersi. 9 Ab equis occisi & discerpti.
10 Equorum lapsu mortui. 11 A serpentibus occisi.
12 Ab aprís occisi. 13 A leonibus occisi.
14 A canibus occisi. 15 Ferarum morsu extincti.
16 Fulminati, seu fulmine percussi. 17 Cruce & suspendio mortui.
18 Siti & fame mortui. 19 Combusti.
20 Præcipitati. 21 Scalarum ruina mortui.
22 Terra absorpti. 23 Veneno extincti.
24 Morte subita mortui. 25 Gaudio & risu mortui.
26 In Venereo actu mortui. 27 Cibo & potu nimio mortui.
28 Lapidibus obruti aut murorum ruina.
29 Iugulati & strangulati. 30 Sagittis confossi.
31 Pediculari morbo mortui. 32 In carceribus mortui.
33 In latrinis mortui aut occisi. 34 Excoriati.

Sed uideo nimium excrescere hunc indicem capitum. Qui uolet indices alphabeticos, qui utricp tomo subiunguntur, inspiciat.

Cornucopiæ, quo continentur loca diuersis rebus per orbem abundantia: charte sunt 12. in 8. excusæ Parisijs: & Basileæ apud Vuesthemerum, 1536. unà cum libellis de re uestiaria & uascularia decerptis ex Lazaro Bayfio: & alio de re hortensi, in quibus tamen Gallicæ expositiones subtractæ sunt, quæ prius habebantur in æditionibus Gallicis, & authorum nomina suppressa. Cæterũ Rauisius in hoc libro Cornucopiæ alphabeti ordinem sequitur, simplici primum catalogo ab initio singularum literarum rerum nomina percensens, adiectis locis ubi abundãt: mox eodem ordine authorum testimonia subijciens. In præfatione excusat se quod coactus sit raptim & tumultuarie scribere propter alia negocia.

Specimen epithetorum, omnibus artis poëticæ studiosis maxime utilium. Liber impressus Lutetiæ, 1518. in fol. apud Hen. Stephanum: chartis 163. cum indice substantiuorum epitheta in hoc uolumine habentium: quanquam & ipsa substantiua per totum librum ordine alphabeti digesta sunt. Ex præfatione post Epitheta Apollinis. Paucis tantum in ipso librorum principio dictionibus cõmentarium admouemus, alias nudas & sine testimonijs ad tempus relicturi: ut Lector hoc futuri operis specimen percipiens, primum hunc præcocis fœturæ partum boni cõsulat & excusет, tantisper dum supponendus unicuicp dictioni, ut his primis, & uberius multo, commentarius in lucem prodeat, &c. Nam quàm arduum & laboriosum existimas doctissime (quicunqs es) philomuse, centum penè authores à nobis perlectos fuisse, literisqs & alijs multifariam notis ad subsidium memoriæ in unoquocp epitheto signatos? Et adhuc supereſt, ut signata notis Epitheta sensim decerpamus, decerptorum adferamus testimonia. Tandem excutiendi erunt omne genus scriptorum commentarij, ad ea explananda, quæ modicam scrupi caligi nem præ se ferent. Hæc ille. Hoc opus nuper etiam Basileæ impressum est apud Vuesthemerum in 8. chartis 49. cum indice, hac inscriptione. Epitome epithetorum omniũ, quæ à poëtis authoribusqs alijs, omnibus attributa rebus, aut sunt, aut adijci apte & eleganter possunt. Ex præfatione authoris, quæ Basilensi æditioni prefigitur. Præstare uolui quod ante promiseram, opus scilicet integro cõmentario absolutum, & extrema iam appositа manu, testimonijs poëticis ubicp & circunquacp uestitum, &c. Præfationem sequitur Hen. Laberij querimonia de morte sui Textoris, uersib. elegis. Gryphius etiã impressit Lugduni, 1541. in 8. Epistolæ eius impressæ Lugduni apud Paganellum.

IOAN. Raulini sermones de sanctis, excusi typis.

IOAN. Raynaudus scripsit super Rubr. & c. imperialē, de prohi. fen. ob. per fredri. De nobilitate. De origine iuris. l. 1. l. 2. Vide supra in Ioan. Rainaldo.

IOAN. de Regio monte. Vide Ioan. de Monte regio.

IOAN. Regnaudus Auinioneñ. scripsit de suitate & extraneitate. De mensuris, & cuius authoritate fiant. Vide supra in Ioan. Rainaldo.

T. IOANNES de Regno, natione Gallus, ordinis fratrū beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, conuentu Tholosanus, ædidit multa præclara uolumina, ē quibus ista feruntur.

Super Sententias,	lib. 4.		
In Euangelium Matthæi,	lib. 1.	Sermones de tempore,	lib. 1.
Sermones de sanctis,	lib. 1.	Quadragesimale,	lib. 1.

Cætera uero quæ composuisse dicitur, ad notitiam meam non uenerunt.

IOAN. Reuchlin. Vide Ioan. Capnion.

IOANNIS regis Portugalliæ epistola legitur libro decimo epistolarū Ang. Politiani.

IOANNES Rhellicanus Tigurinus, uir tribus linguis egregie doctus, Bernæ aliquot annos sacras & profanas literas publice docuit, deinde publicus Tiguri pædagogus fuit: postremo Bielæ, quod oppidum est Heluetiæ, uerbi Dominici præco electus, cum paucis mensibus ei muneri præfuisset, obijt iam ante triennium.

Gasparis Megandri catechismum ē Germanico Latinum fecit, ut supra dixi.

Homeri uitam ex Plutarcho Latinitate donauit, & annotationes marginibus adiecit: & in fine carmen Stockhornias, quo describit iter animi gratia factum per montem eius nominis in agro Bernensi. Rob. Vuinter excudit Basileæ, 1537. in 8. chartis 10.

In C. Iulij Cæsaris & A. Hirtij seu Opij Commentaria de bello Gallico, Ciuili, Pompeiano, Alexandrino, Africano, & Hispaniensi, Annotatiões, in quibus multa contextus loca partim exemplariorum collatione, partim coniecturis emendantur. Impressæ Basileæ, 1543. in 8. cum indice.

IOAN. Ribittus, natione Gallus, uir doctissimus utraq; lingua, & summus amicus meus, in Græcæ linguæ professione Lausannæ ad lacum Lemannum ante quadriennium mihi successit. Transtulit nuper opuscula quædam Xenophontis, quæ hactenus Latine reddita non habebantur, nempe: Symposiū, De repub. Athenienſium, De uectigalibus, & Hipparchicum. Ea, nisi fallor, cum reliquis Latinitate donatis operibus Xenophontis, Isingrinius hoc tēpore Basileæ excudit. Item locos aliquot communes sacros ex utroq; Testamento & plurimis ueterum Græcorum collectos ab Antonio quodam monacho Latinos fecit, qui prima quaq; occasione, Christo fauēte, Greçe Latineq; p. nos in lucē ,pdibunt, &c.

IOANNES de Ripolis, theologiæ scriptor, citatur in Summa Angelica.

IOANNIS Riuij Atthendoriensis Castigationes plurimorum ex Terentio locorū, in quibus obiter quidam explicati sunt. Ioan. Gymnicus impressit Coloniæ, 1532. cum indice: chartis 11. Ex præfatione authoris scripta Annebergi, 1531. Mul»tis igitur collatis uetustissimis codicibus, partim quidē excusis, partim calamo ante »inuentam chalcographiam descriptis, collata & Ael. Donati lectione, & cæterorū »authorum tum citatione, tum interpretatione, maxima ubiq; adhibita cura (quoad »licuit) exactissimoq; iudicio, &c. Nec ingenij uspiam diuinationem, sed exempla»rium antiquissimorum sequutus sum fidem.

Castigationes locorum quorundam ex Bruto M. T. Ciceronis, & ex Oratore, & epistolis familiaribus eiusdem adiecta nonnullorum explicatione. Ioan. Soter excudit Salingiaci, 1537. in 4. chartis 11.

Descriptio Marienbergi, impressa Lipsiæ, anno 1541. in 4.

De instaurata renouataq; doctrina ecclesiastica libellus, ibidem impressus.

De ijs disciplinis, quæ de sermone agunt, ut sunt Grammatica, Dialectica, Rhetorica,

torica, libri 18. excusæ Lipsiæ, anno 1543. in 8. chartis 55. & dimid. Sunt autem de grammatica libri 8. & sæpe Germanica interpretatio admiscetur, sicut in sequentibus etiam, chartis 31. De dialectica libri 6. chartis 12. De rhetorica libri duo, chartis 7. & dimid. De periodis libellus 1. charta 1. Quemadmodum ab infimis per medios uelut gradus, ad summa paulatim perduci rudis ætas debeat: siue, de institutione puerorum, chartæ ferè quinq.

Argumenta singulorum librorum. Grammatica.

1 De primis rudimentis Grāmaticæ. 2 De declinationibus nominum.
3 De generibus nominum, deq; anomalis & heteroclitis.
4 De præteritis & supinis uerborum, deq; anomalis & defectiuis.
5 De speciebus & figuris nominis, pronominis, uerbi, & aduerbij.
6 De syntaxi partium orationis. Item de ratione distinguendi, & de Orthographia quædam.
7 De quantitate syllabarum, & de ratione scribendi carmina.
8 De copia uerborum & rerum epitome.

Dialectices librorum argumenta.

1 De prædicabilibus & prædicamentis, deq; finitione & diuisione.
2 De ꝓnunciato seu ꝓpositione. 3 De argumentatione dialectica.
4 De locis ac sedibus argumentorum.
5 De ratione dissoluendi sophismata & fallaces conclusiunculas.
6 De argumentatione rhetorica, & speciebus eiusdem.

Rhetorici libri.

1 De primis rudimentis rhetoricæ.
2 De schematibus atq; figuris & grammaticis & rhetoricis.
3 De periodo, eiusq; & partibus & speciebus.

Ex epistola nuncupatoria authoris in Grammaticam suam scripta Fribergi, 1539. Multa sunt ex his quidem ab alijs quoq; diligenter ac præclare tradita, quis neget? « Sed & plurima nos quæ sint ab alijs prætermissa, aut inchoata solum & relicta, no « stro (ut dicitur) Marte expleuimus, ac perfecimus, &c. Nos neq; particulā aliquam « per se, neq; rursus artem sic totam tractabimus, ut quæ omitti commode posse uideantur, ea addere cuncta potius (id quod & infiniti laboris, & usus penè nullius fo « ret) quàm ut minus ad tradendum necessaria relinquere consulto uelimus. Ex « alia epistola in sequentes libros. In libris de dialectica & rhetorica id in primis « operam dedimus, ut quàm simplicissime & apertissime cuncta, & ad captum atq; « intelligentiam puerilem accommodatissime traderemus. Exempla ferè, quibus « ad illustrationem rei passim utendum fuit, eius demum generis attulimus, quæ ad « mores præcipue & ad institutionem uitæ communis facere nobis uiderentur. «

De familiari cuiusq; genio, seu de præsidio angelico libellus, impressus Lipsiæ.

De conscientia libri 3. Assertio cōmunionis sub utraq; specie, contenta quatuor epistolis ad Io. Fabianum. Epistola de sola fide. De spectris & apparitionibus umbrarum, seu de ueteri superstitione, lib. 1. Nicolaus Vuolrab excudit Lipsiæ, anno 1541. in 8. chartis 25. Ex præfatione in libros de conscientia, eodem anno Lipsiæ scripta. Visum mihi est nuper aliquid de conscientia « bonæ mentis excellentissimo omnium bono scribere, quod feci sanè ut in tam bre « ui tempore, ac tantis occupationibus meis, non indiligenter. Neq; uero id institutū « mihi fuit, nihil ut omnino, quod ad hanc spectet rationem omitterem: sed ut quàm « possem & breuissime & crassissime, rem utcunq; ostenderē, & quasi delinearem. « Ex præfatione in librum de spectris & apparitionibus. Hoc in libro cum prí « mis efficere studui, si modo id consequi potui, ut qui receptos ecclesiæ nec iam fe « rendos dissimulant abusus, taciti ueteres mecum superstitiones, erroresq; ipsi suos « recognoscant, quantumq; hactenus extiterit sub nomine Christiano paganitatis, si «

„ modo & moneri ſeſe patientur, & animos ad cognoſcendum æquos afferent, di-
„ ſcant. Nam quæcunq; ſcripſi uera eſſe, ac ſole ipſo illuſtriora & clariora, ipſimet (ut
„ opinor) fatebuntur.

In fine adijcitur epiſtola quædam ad amicũ, in qua multa de religione diſſeruntur.

De conſilio Dei in cælando myſterio redemptionis humanæ libri tres: excuſi hoc anno, 1545. Baſileæ apud Ioan. Operinum.

T.M.1439. IOANNES Rode, abbas monaſterij ſancti Matthiæ apoſtoli extra muros Treuerenſes, ordinis diui patris Benedicti, natione Teuthonicus, patria Treuerenſis, ſcripſit pro reformatione monachorum,

Conſtitutiones utiles, lib. 1. Cum diuinum officium cui.
De qualitate abbatis, lib. 1. Quoniam ab alto procedit omnis.

T. cl. 870. IOANNES diaconus eccleſiæ Romanæ, ſcripſit ad Ioannem Papam ſeptimum ſatis illuſtri ſtilo grande uolumen, quod continet,

Vitã S. Gregorij Papæ primi, lib. 4. Et quædam alia.

Obijt intra annos circiter 6. ſi bene memini. IOANNIS Ruellij medici Sueſſionenſis, natione Galli, de natura ſtirpium libri tres, quibus in hoc argumento nihil quod ſciam, in hunc diem, doctius & copioſius exiuit, meo quidem iudicio, quod bona aliorum uenia dixerim: quanquam uix unus aut alter eſt qui Latine & iuſto tractatu ſtirpium hiſtoriam exoluerit, de quibus ſuo loco. Alijs quidem in hoc argumento diuerſæ laudes debentur, quibus illi excellant. Ruellius autem quia integram complexus eſt hiſtoriam, cum & in genere quaſiq; per locos multa de plantis, & ſingillatim de pluribus quàm reliqui ætatis noſtræ ſcriptores diſſeruerit, ſuam certe gloriam doctrinæ ac diligentiæ perpetuò celebrandam optimo iure commeritus eſt. Opus impreſſum, Lutetiæ primum apud Colinæum in fol. deinde Baſileæ in officina Frobeniana, cum indice copioſiſſ. anno 1537. in fol. chartis centum & nonaginta. Singulorum librorum capita præfationi ordine ſubijciuntur. Primi libri bona pars communes & generales de plantis conſiderationes habet, quæ non medicis modo, ſed etiam partim grammaticis & philologis, partim phyſicis utiles honeſtæq; cognitu ſunt.

Ex præfatione authoris ſcripta, anno 1536. Pariſijs, ad Franciſcum Galliarum regem.

„ At quoniam materia quam tracto, multis olim ſæculis intentata iacuit,
„ pronior ad ueniam uia relinquetur mihi, in tanto rerum diſcrimine uacillanti, &
„ interdum, ſi ita contingat, humana caligine cæcutienti. Siquidem & Theophra-
„ ſtus, & cunctis à Galeno prælatus Dioſcorides in re herbaria, neque non apud
„ nos Plinius, tam diuerſi plærũq; abeunt, ut in gratiam nulla orationis perſuaſione
„ reuocari queant. Quare me tantorum impulit uirorum diſſidium, per uaſtas ire
„ regionum multarum ſolitudines, inuia montium iuga peragrare, lacus inacceſ-
„ ſos luſtrare, abditas terræ fibras ſcrutari, hiantes uallium ſequi ſpecus, uel cum
„ corpuſculi huius periculo præcipitia nonnunquam tentare, ut inſpectu etiam,
„ nedum cognitione, res ipſas comprehenderem, de quibus eram ſcripturus. Nec
Theophraſtus. „ minus laborioſa fuit in euoluendis authoribus cura & ſedulitas, præſertim Theo-
„ phraſto: in quo notas ſtirpium, ſparſim uarijs in locis, membratimq; uſque eò
„ diſtractas licet intueri, ut nuſquam gentium tota una ſtirps eſſe uideri poſſit.
„ Has tamen omneis colligere oportuit, & ut in unum coaleſcerent corpus, ad
„ ſeſe reuocare. Itaque frutices non paucos, uario & informi rerum commiſtu
„ conflatos, reſumptis undecunque licuit partibus, repræſentaui: & uelut colori-
„ bus redditis cuique, ut magis cognobiles eſſent, effeci. Tum, quod longe diffi-
„ cillimum fuit, poſt plantarum picturas, conſentientibus deliniamentis ſingulis, res
„ ipſas cum ſuis dotibus uelut ob oculos poſui. Mox quod nomen Gallicum quæq;
Nomina Gallica. „ ſtirpium ſibi adoptaſſet, docere conatus ſum: nempe quo nomenclationis aucupio
„ officinæ tuæ Galliæ potiantur, q; multa recte, quàm plura ſecus & perperã uocẽt:

tum

tum quibus omnia proprie uocabulis designare debeant. Et aliquanto post. " Nos ea omnia in catalogum tum quæ
Vulgus tuũ in recensendis patrijs & uernaculis nominibus, sequi sæpiuscule collibuit. Ad materiarios itaq; fabros, ad olitores, ad agricolas, uinitores, ad rusticam turbam frequenter de nomenclaturis retuli, & de illis sumpsi etiam quæ propositæ rei congruerent: sperans hoc sanè modo, documentum tradere cæterarum nationum ac populorum peritis, eadem inquirendi à suis, & in linguam hanc Latinam transfundendi, quæ optima iudicauerint. Boni igitur consulas, quod sparsim tradita ueteribus, uelut in compendium digessi, eorum obscuritates non raro illustrans, & plurima abstrusa in lucem ædens, &c. Est autem ueteribus penè totum hoc opus acceptum referendum, præsertim quod ad cultum, picturas, & uires pertinet. Porrò autem uulgatissimas in tanta notitia stirpes repræsentandas, omnibusq; cognitas scrupulosius indicandas censui, nonnihil immutante longa annorum serie, negligentiaq; omnia confundente, inuertente ac penitus abolente. Præterea multas à priore illo sæculo per posteros monumentis literarum creditas, quæ cũ priscis illis de principatu & uiribus certarent, ne quid historiæ deesset, depinximus: Cumq; res ipsa diligentiam orationis non postularet, doceri tantum contenta: sine ullis dictionis lenocinijs, nude et simpliciter historiam aperui, parum anxius quàm eleganter, modo uere ac fideliter dissererem, &c. Authores laudaui ex quibus aliqua decerpsi, commune cum illis naturæ opus ac studium interpretatus. Etsi non ubique semper, ne tot locis nomina repetita fastidium parerent: at alicubi tamen id à me factum est, quoties uidelicet, aut res controuersa fuit, aut digna uisa, quæ suo authori referretur accepta. Verum in toto opere summa uotorum mihi fuit, uetustatem recentiore politura concinnare: posteritatem priscorum maiestate augustiorem, instructioremq; reddere. " logum tio= " strum qua= " dri linguem " transtuli= " mus.

Pedacij Dioscoridis de medica materia libri sex, Ioanne Ruellio interprete, recens ab ipso recogniti, impressi Basileæ apud Ilsingrinium, 1539. in 8. cum indice, & omnium ferè curationum tabula, ita ut quæuis simplicia pharmaca singulis affectibus per alphabeti ordinem digestis medentur, chartis 46. Præfertur autem hæc Ruellij translatio cæteris Marcelli inquam & Hermolai Bar. præcipue, quoniam postrema est, inspectis iam ab ipso illorum interpretationibus, quanquam ne hæc quidem adhuc satis absoluta sit, ut audio quosdam conqueri.

Actuarij de medicamentorum compositione liber, Ioanne Ruellio interprete. Impressus Parisijs, deinde Basileæ in 8. apud Rob. Vuinter, unà cum gemino tam rerum & uerborum indice, quàm medicaminum ac morborum, quæ cui conueniant: adiecto etiam nostro libello ἀνιδοκιμαζόντων. Vide supra in Actuario.

Scribonij Largi de compositione medicamentorum liber, iampridem Ioannis Ruellij opera à situ uindicatus, & impressus Basileæ apud Cratandrum, 1529.

Ex Apsyrto & alijs collecti ueterinariæ medicinæ libri duo Ioan. Ruellio interprete, iussu regis Francisci. Impressi Parisijs apud Simonem Colinæum, 1530. in magno fol. chartis 68. cum indice, & nomenclaturis rei ueterinariæ, seu potius uocabulorum quorumuis difficiliorum, quibus Ruellius per hos libros utitur, ordine literarum explicatis per Petrum Ruellium, chartis 3. Vide supra in Abſyrto. Pet. Ruellius.

Ex præfatione Ioan. Ruellij ad Franciscum regem. Statim tibi morem gerens opus hoc Laconica breuitate perstrictum, abditisq; difficultatibus scatens, non inuita, ut arbitror, Minerua, donandũ Latinitate suscepi. Et aliquanto post. Magnam in eo remediorum uarietatem deprehendes, indicesq; morborum notas, simul & equorum ingenia, tempus admissuræ, ingenuæ uetustatis exempla, copiosam ad componendos eorum mores supellectilem, & instructam amplissime tam aduersus intestinos quàm externos affectus auxiliorum aciem. " " "

Reuelationes suas, lib. 1. Reuerendissime in Christo.
Super Sententias quoq;, lib. 4. Et quædam alia.

T.cl 1250. IOANNES de Rupella, ordinis fratrum Minorũ, sacræ theologiæ magister Parisiensis, scripsit quædam præclara opuscula, è quibus subiecta feruntur:
Super sententias, . lib. 4. Summa uirtutum & uitiorum, lib. 1.
De anima quoq;, lib. 1.

T.cl.1390. IOANNES Rusbrock, Prior canonicorum regularium Viridis uallis in Brabantia, Cameracensis diœcesis, natione Teuthonicus, uir (ut ferunt) deuotus, sed parum literatus. Scripsit patrio sermone ad ædificationem simplicium quædam opuscula, quæ per alium post eius mortem in Latinum conuersa, in certis optima, in quibusdam uero à doctoribus feruntur esse erronea. Et de his † Ioan. de Gerson cancellarius Parisiensis auisamenta composuit: è quibus ista feruntur,

† Vide supra in primo tomo Ioan. Gerson operum, bis.

De ornatu nuptiarũ spiritualiũ, lib. 3. Ecce sponsus uenit, ex.
De profectu religiosorum, lib. 1. Epistolas exhortatorias, lib. 1.
Et quædam alia.

IOANNIS de Sacrobusto liber de sphæra, chartis 5. Impressus Vuitẽbergæ, & olim Venetijs cum additionibus quibusdam.
Eiusdem authoris computus, anni & mensium descriptionem continens.
Simul excusa nuper in Germania, cum præfatione Philippi Melanch. qua primũ
» hunc libellum, deinde astronomiã in uniuersum cõmendat. Semper (inquit Phi
» lippus) mirifice amaui hunc libellum, qui mihi uidetur elemẽta in hoc genere com-
» plexus aptissime: ac plurimum uidisse in gymnasijs homines doctissimos iudico,
» qui magno consensu prætulerunt hunc libellum alijs eiusdem generis: quare mul
» tis iam sæculis maxima cum approbatione doctorum omnium legitur.

Tractatus hic de sphæra distinguitur in 4. capita.

Caput 1. Quid sit sphæra, centrum, axis, polus mundi, quot sint sphæræ, & quæ forma mundi. 2 De circulis sphæræ. 3 De ortu & occasu signorũ, & diuersitate dierũ & noctiũ, quæ fit habitantibus in diuersis locis, & de diuisione climatũ. 4 De circulis & motibus planetarum, & de causis eclipsium.

» Ex præfatione Hen. Glareani in Geographiã suã. Quæ Ioan. à Sacrobusto de
» parallelis ac climatib. scripsit, planè mutila sunt, ut in ope nostro demonstrabimus.

IOAN. Sandoletus scripsit super secundo Infortiati: peculiariter autem citantur eius scripta super tit. de legatis 1. l. hæc uerba. & 1. l. 3. Item Expositio in secundum ff. ueteris, Si certum petatur. l. quod te. huic Sandoleto tribuitur, cum Saliceti sit. Forsan hic idem est, qui scripsit super tt. de confessis, cuius mentio facta est superius in fine scriptorum Iacobi Sadoleti.

IOAN. Sapidus Selestadiensis, natione Germanus, Des. Erasmi amicitia celebris, annis aliquot Argentorati literario ludo summa cum laude præfuit, & hoc tempore ni fallor in eadem urbe Latinas literas publice docet. Scripsit epigrammata quædã, & Epitaphia cum aliorum tum Io. Oecolampadij, quæ Argentorati excusa sunt.
Eiusdẽ Anabiôn, siue Lazarus rediuiuus, Comœdia noua & sacra, quã scripsit Argentorati, anno 1539. ubi & impressa est eodem tempore, chartis 6. & dim. apud Cratonem Mylium.

IOAN. Saracenus quidam, non re, sed nomine, transtulit omnes libros Dionysij martyris. Excusi sunt Coloniæ, 1536. cum Cõmentarijs Dionysij Carthusiani in eosdem, apud Petrum Quentell opinor.

T.cl. 1350. IOANNES de Saxo, ordinis fratrũ Minorũ, in scripturis diuinis eruditus, & in iure canonico, scripsit quædam, è quibus tantum reperi:
Summam iuris, lib. 1. Sermones de tempore, lib. 1.
Sermones de sanctis, lib. 1. * Vide Ioan. de Saxonia.
* Io. Saxon scripsit super Consuetudines Turonenses, nescio an idẽ superiori sit.

IOAN.

IOANNES de Saxonia, ordinis fratrum Minorum, natione Teuthonicus, in diuinis scripturis eruditus, & in iure canonico, scripsit quædam è quibus extat: T.cl.1340.

Summa de casibus, lib.1. Et alia quæ non uidi. * Omnino uidetur idem superiori, quem Trittemius Ioan. de Saxo nominat.

IOAN. Saxonius, uel de Saxonia, alius ut uidetur à superiore, scripsit expositionem in Alchabitij librum de iudicijs astrorum. Impressa est Venetijs, 1491. in 4.

IOAN. Schinttel, natione Germanus, uaria & iucunda in astronomia elaborauit Viennæ in Austria.

IOAN. Schonerus Carolostadius, natione Germanus, mathematicus doctissimus, correxit & locupletauit tabulas astronomicas, quas uulgo, quia omni difficultate & obscuritate carent, Resolutas uocant. Ex quibus cum erraticorum, tum etiam fixorum siderum, motus, tam ad præterita quàm futura, quantumuis etiam longa sæcula, facillime calculari possunt. His accedit Ratio siue Apodixis 12. domorũ cœli Ioannis de Monteregio: & Præfatio Philippi Melanchth. in has tabulas, astronomiæ commendatoria. Ioan. Petreius excudit Norimbergæ, 1536. in 4. chartis 22. & dimid. Præmittuntur autem his tabulis Documenta generalia ex regulis Arithmeticæ de minutijs physicalibus pro usu harum tabularum necessaria.

Ex præfatione Schoneri eodem tempore Norimbergæ scripta. Operæpretium me facturum existimaui, si motus cum errantium, tum fixarum stellarum, earumdemq; longitudines & latitudines: itemq; coniunctiones, oppositiones, & aspectus luminarium & planetarum adinuicem: denicq; etiam rationem æquationum 12. domorum cœli, iuxta modum omnino rationabilem, quo usus est iam ante nos uir calculis doctorum omnium incomparabilis Ioan. de Monteregio, in lucem æderem: quæ nunc omnia cura & diligentia mea non solum emendatiora, sed & iusta laboris mei accessione locupletiora, auctioraq; habere possunt scholæ, &c. Vltro currenti calcar addere epistolis suis uoluerunt, uiri in omni rerum honestarum scientia excellentissimi Phil. Melanchthon, & Iac. Milichius. Ioan. de Monteregio.

Eiusdem Globus Astronomicus, libellus excusus cum ipso instrumento.

IOANNES Schodehoueñ. natione Teuthonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, Prior Mechilinienſis, scripsit ad utilitatem prædicatorum uerbi Dei non spernenda uolumina: de quibus extant subiecta. Opus insigne de uitijs & uirtutibus & omni materia prædicabili secundum ordinem alphabeti in duobus uoluminibus, quod prænotauit, T.

Polypodium, lib.2. Abscondunt se multi.

Sermones uarij, lib.2.

Alia etiam nonnulla ædidit, quæ ad manus nostras minime uenerunt.

IOAN. Scholasticus, abbas fuit in monte Sina, Climacus cognomine, quod scalã scripserit, 30. gradibus cœlum petentem, opus sanè ipsa similitudine delectabile pariter & utile, conuersum postea ab Ambrosio monacho Camaldulensi. Raph. Volaterranus. Extat Græce Romæ in Vaticana, scholijs etiam adiectis Græcis, per Heliam Cretensem.

Scripsit & epistolas plures ad monachos, lib.1. Et quædam alia. T.cl.346.

In quibusdam locis, maxime ubi de hominis spiritalis mortificati impassibilitate tractat, à recentioribus theologis reprehenditur, sicut apud Ioannem de Gerson in certis tractatibus inuenitur.

Ioan. Scholastici Climax, impressus Venetijs Ambrosio Camaldulen. interprete (prius enim corruptissime translatus habebatur) apud fratres de Sabio, 1531. in 8. chartis 24. Insunt autem hæc. Procœmium. Vita authoris.

Epistola Io. abbatis Raithu ad Io. abbatem montis Sinai Scholasticũ nuncupatum,

Sermo primus de inanis uitæ abrenuntiatione.

De uacuitate affectionum, 2. De peregrinatione, 3.

De somnijs quæ rudes adhuc sequi solent.
De beata semperq; memorabili obedientia, 4.
De accurata, & solicita pœnitentia, 5. De memoria mortis, 6.
De luctu gaudij opifice, 7. De iræ uacuitate & mansuetudine, 8.
De memoria iniuriarum, 9. De detractione, 10.
De loquacitate, 11. De mendacio, 12. De acedia, 13.
De famosissima ac nequam gula, 14.
De incorruptibili pudicitia & castitate, quã mortales atq; corruptibiles laboribus sibi ac sudoribus quærunt, 15.
De auaritia, ubi de nuditate rerum omnium, 16. De nuditate.
De insensibilitate uidelicet mortificatione animæ & morte mentis ante mortem corporis, 17. De somno & oratione & psalmodia in conuentu, 18.
De corporalibus uigilijs qualiter arripiendæ & exercendæ sint, 19.
De ignaua formidine, 20. De multiformi cenodoxia, 21.
De superbia, 22. De ineffabilib. cogitationib. blasphemiæ, 23.
De mansuetudine & innocentia quæsitis non naturalibus & de nequitia, 24.
De uictrice passionum omnium altissima humilitate, 25.
De discretione cogi. uitiorumq; uir. 26. De discretione ad discernendum facili.
Compendiosa supradictorum omnium recapitulatio.
De sacra corporis & animæ quiete, 27. De differentia, & discretione quietis.
De sacra et uirtutum matre beata oratione, utq; est ea intellectualiter ac sensibiliter assistatur, 28.
De terrestri cœlo beata tranquillitate, & perfectione & resurrectione animæ ante communem resurrectionem, 29.
De uinculo trium principalium uirtutum, fidei, spei & charitatis, 30.
Eiusdem ad pastorem sermo, in quo docetur qualis esse debeat rationalium ouium pastor.
Commendatio eiusdem Ioannis Scholastici libriq; ab ipso æditi à Ioanne abbate Raithensis monasterij, ubi liber ferè totus breuissime ac mystice exponitur, laudaturq; scribens.

T. ch. 1420. IOANNES de Schonhouen, natione Teuthonicus, ordinis Canonicorũ regularium S. Augustini, monasterij in Brabantia, Cameracensis diœcesis, quod uulgariter Gronedael, Latine Viridis uallis dicitur, scripsit ad Simonem nepotem suum,

Exhortatorium spiritale, lib. 1. Magnam mihi lætitiam.
De cursu monachi, lib. 1. Vt tibi charissime ali.
De profectu monachi, lib. 1. Bonum certamen certa.
Defensoriũ Ioan. Rusbrog, lib. 1. Quoniam doctor quidam e.
Sermones uarios, lib. 1. Epistolarum ad diuersos, lib. 1.
Et alia complura. * Vide supra in primo tomo operum Ioan. Gerson.

IOAN. Scotus. Vide Ioan. Duns Scotus.

T. ol. 800. IOANNES Scotus monachus ordinis sancti Benedicti, Bedæ monachi & doctoris clarissimi quondam auditor atq; discipulus, collega Albini, ædidit claro sermone clarissima opuscula, de quibus ista feruntur:

In Euangelium Matthæi, lib. 3. De officijs humanis, lib. 1.
De diuisione naturæ, lib. 1.

* IOAN. Scotigina uel Scotus, non ille theologus cognomento Subtilis, sed alter quidam Benedictinus tempore Caroli magni, Dionysij martyris libros Latinos fecit; qui cum Dionysij Cartusiani commentarijs excusi sunt Coloniæ, 1536. Vide supra fol. 413. b. in Ioan. Duns Scoto, uersu 38. & 43. Idem est proculdubio qui superius ex Trittenhemio nominatus est Ioan. Erigena.

IOAN. Scylax Constantinopolitanus scripsit de Imperatoribus Cõstantinopolitanis.

Raph.

Raph. Volaterranus. Citatur etiam in scholijs Ioan. Cuspiniani.

IOAN. Secundi Hagiensis Basia, impressa Lugduni apud Gryphiũ in 4. anno 1539.

IOAN. Segobiensis, homo Hispanus, moribus & doctrina illustris, summos theologiæ præceptores doctrina æquans, &c. tempore Nicolai pont. max. uocatis ex Hispania legis Arabicæ magistris, librum Mahumetis quem uocant Alchoram, in nostram linguam de nouo conuertit, & ineptias eius ueris ac uiuis rationibus & argumentis explosit. Aeneas Syluius in Europa sua cap. 42. Citatur etiam in Chronicis Ioan. Cuspiniani.

IOAN. de Selua iurisperitus, scripsit de beneficio, & de iureiurando.

IOANNES filius Serapionis, medicus celeberrimus, floruit tempore Isaach Beimirã, id est, anno Christi Millesimo septuagesimo: de simplicibus medicinis mira conscripsit, & totam practicam medicinæ compleuit. Antidotarium etiam celeberrimum compilauit, Symph. Champerius. * A Rasi in Continente citatur Bin Serapion, id est, filius Serapionis, & in Mesuæi Grabadin.

Ioan. Serapionis Arabis de simplicibus medicinis opus cum Auerrois & Rhazæ opusculis de ijsdem, & libello de centaurio minore, & dictionum Arabicarum iuxta atq; Latinarũ indice. Volumen impressum Argentorati, 1531. in fol. apud Georgium Vlricher: chartis 104. Serapionis autem opus seorsim constat chartis 78. Titulus operis, textui adhærens huiusmodi est. Serapionis aggregatoris de simplicibus commentarij, Abrahamo Iudæo, & Symone Ianuensi interpretib. Ex præfatione Othonis Brunfelsij ad Lectorem. Typographus conquisitis undiq; è bibliothecis, tum scriptis, tum impressis exemplaribus, innumeros penè locos restituit curauit. Subijt eam prouinciam doctissimus uir Gerhardus Nouiomagus. Deuorauimus & nos nonnihil eius tedij, ut longe alios nunc habeas quàm in prioribus exemplaribus sunt lecti. *Emendatio huius æditionis.*

Authores ex quibus hoc opus Ioan. Serapion collegit, sunt circiter octoginta: eorum catalogus statim post indices collocatur. Collegit autem præcipue & decerpsit, ex Dioscoride primum descriptiones simplicium pharmacorum ponens, deinde qualitates & facultates ex Galeno, deinde rursus ex Dioscoride uires eorundem, & si quid apud alios Arabes reperit quod illi duo non traderent, id quoq; suo loco adiecit iuxta ordinem alphabeti Arabici.

Verba authoris. Et diuisi librum hunc meum in duas partes: In prima quidem narraui plures ex substantijs medicinarum, & saporibus & uirtutibus primis, & secundis, & tertijs, secundum quod memorauit Galenus. In secunda uero posui diuisionem modorum Medicinarum trium generum, uidelicet plantarum, minerarium, & animalium: ac in horum singulis præposui ea quæ complexionis æqualis sunt, deinde subieci secundum quod excedunt in calido, & frigido, & humido, & sicco, secundum abuget, id est, alphabetum Arabicum.

Ioan. Serapionis practica, dicta breuiarium. Eiusdem Synonyma, siue Arabicorum uocabulorum explicationes ordine alphabeti, quæ in paucis differunt à synonymis Rasis. Item liber de simplici medicina. Octauianus Scotus impressit Venetijs in fol. 1497. cum Ioan. Platearij practica & libro de simplici medicina. Synonymorum chartæ sunt duæ. Practicæ autem chartæ sunt 40. & diuiditur in septem tractatus, quos Gerardus Cremonensis Toleti ex Arabico sermone in Latinum transtulit. Ex præfatione in practicam. Incipiamus librum abbreuiatum in causis ægritudinũ, & significationibus earum, & ipsarũ curationib. Tractatus primus est de ægritudinibus capitis & neruorum. 2 Oculorum, aurium, narium, dentium, gulæ, pectoris, pulmonis, & cordis. 3 De ægritudinibus stomachi, de fluxibus: de ægritud. intestinorum. 4 Hepatis, renum, uesicæ, & articulorum. 5 De ægritudinibus cutis: de pertinentibus ad sperma & coitum: de lepra, fluxu sanguinis ex uulnere, de morsibus uenenosis, & alijs exter-

nis, & de ægritudinibus matricis. 6 De febribus. 7 De antidotis, id est cuiusuis generis medicamentis secundum genera. Imitatur autem præcipue in hoc opere Galeni libros κατὰ τόπους, ubi locis affectis à capite ad pedes medetur.

Hi libri practicæ seu breuiarij Serapionis Basileæ etiam nuper impressi sunt, apud Henricum Petrum, 1543. in fol. duplo ferè chartarum numero, quàm prius in Italia exiuerat: quamuis ultimus liber de antidotis non sit adiectus. Nam paraphrastes (ut se inscribere uoluit) Albanus Torinus nouo titulo plausibilem Basilien sem æditionẽ fecit Iani Damasceni Decapolitani nomine inducto pro Ioanne Serapione, & ab initio aphorismos etiam antehac Ioanni Damasceno inscriptos (nescio quàm recte, in libello seorsim ædito) adiecit, cęteros in medio interpolauit: nam & ordinem transponit, & in illis libris, ubi Gerardi Cremonensis translationẽ se relinquere fatetur, plurima mutat. In epistola nuncupatoria scribit se nuper hoc opus in bibliotheca quadam inuenisse, tanquam nescierit idem prius publicatũ fuisse, ac medicis omnibus notissimum.

Alb. Torinus.

Quod autẽ alius sit Ioannes siue Ianus, ut illis placet, Damascenus Theologus, & Ioan. filius Serapionis, quos multi confundunt & pro uno authore numerant, non difficile mihi probatu uidetur. Legimus enim Io. Damascenũ fuisse theologũ, & uixisse circiter annũ à natiuitate Domini quadringentesimũ: nec ullus ex ueteribus & probatis authoribus inter medicos Io. Damascenũ recenset, Io. Serapionis autem medicus fuit, & ut apparet ex initijs librorũ eius, regione, lingua, & tempore, non Christianus, sed Mahometicæ superstitionis cultor, ut reliqui opinor ferè omnes medici Arabes: quorũ hunc recentissimũ extitisse conijcio, cũ plerosq; alios in scriptis suis alleget, ac inter alios filium Mesuei, qui si est Ioannes Mesuæi filius quem claruisse diximus circa annum Domini, 1158. necesse est aut æqualẽ ei fuisse aut posteriorem quoq; Io. Serapionis filium. Sed potius iudico æquales fuisse, quoniam uterq; alterius scriptis allegatis utitur. De Io. Damasceno theologo uide Lilium Gyraldum in uitis poẽtarum dialogo 5. ubi diuersas sententias refert quo tempore uixerit: maxime tamẽ probat testimoniũ Io. Patriarchæ Hierosolymitani, qui in uita eius Leonis imperatoris ætati eũ adnumerat, qui imperauit circiter annum, 742. Quod si etiam Io. Serapionis è Damasco natus fuerit, nõ sequitur statim eundem esse Ioannem Damascenum simpliciter, cum & Mesuæi filius eiusdem originis idem prænomen habuerit.

IOAN. Sermoneta medicus docuit Bononiæ, anno 1430. multa scripsit, è quib. ego reperi dũtaxat, Quæstiones subtilissimas in aphorismos Hippocratis. Quæstiones in Technen Galeni. Symph. Champerius. Vtrũq; opus impressum est in Italia.

IOAN. Serranus collegit Dictionariũ Latinogermanicũ, quo singulæ uoces Latinæ, Germanice simpliciter interpretant. Liber impress. Norimbergę, anno 1539. in 8.

IOAN. Sichardus, natione Germanus, egregios aliquot authores nostra ætate recognouit & in lucem protulit, quorum aliquot Basileæ impressos uidimus: nempe Quintiliani oratorias institutiones ab eo castigatas, Iustini historici libros uariorum exemplarium collatione recognitos, Aurelij Prudentij opera scholijs insuper illustrata, impressa apud Hen. Petrum, 1540. ut supra dixi.

IOAN. Siliceus quidam reliquit aliquid scriptum in arithmetica, ut meminit Ludouicus Viues lib. 4. de tradendis disciplinis.

IOAN. Simonetæ, natione Calabri, rerũ gestarum Francisci Sphortiæ Mediolanensiũ ducis libri 31. impressi Mediolani, anno 1486. in fol. chartis nonaginta quatuor. Ex præfatione authoris ad Ioan. Galeatium Mariam Sphortiam Mediolanensium
» ducem Francisci Sphor. nepotem. Francisci Sphortiæ aui tui, quarti Mediola-
» nen. ducis iunctissimi res gestas post obitũ proaui tui Sphortiæ, paulòq; altius pro
» rerum cognitione repetens, carptim scribere, & quo breuius liceat recensere insti-
» tui, ab anno incipiens quarto & uigesimo usq; in quartum & quadragesimum supra mille.

pra milleſimum & quadringenteſimum Chriſtiani natalis, quo anno accerſitus ad eum me contuli. Inde enim uſq; in ultimum uitæ diem ab eodem geſta & copioſius & apertius explicabo, quod eis præſens ſemper coramq; affui. Præcipue uero bellum, quod ſublato ex humanis Philippo Maria materno proauo tuo in hac noſtra ciſalpina Gallia fortiter geſſit, &c. hoc inquam bellum & re maximũ & memoria digniſſimum, cui dum gereretur aſſidue interfui, paulò diligentius ſcribere operæpretium duxi. Equidem omnia in commentarios, & eo ordine quo gerebantur in dies, ſingula celeri ſtilo depromſi, ſi minus eleganter minusq; ornate, at uera & incorrupta fide. Nihil enim à me ſcriptum eſt, quod uel non ipſe uiderim, uel à locupletiſſimis teſtibus auctoribusq;, uel etiam ab ipſo Franciſco, dum ille de ſe modeſtiſſime loquens aliquando præteritorum temporum pericula, resq; per omnem fortunam, non tam ab ſe quàm ab aliis geſtas, recenſeret, acceperim: quod aliis haudquaquam contigit, ſi qui fortaſſis reperiantur earundem rerum ſcriptores & eruditiores. Ex epilogo operis. His Commentariis ab primo Alphonſi in Italiam aduentu, & ab anno Domini, 1424. uſq; ad annum 1466. non diui Franciſci Sphortiæ ſolum, ſed omnium Italicorum populorũ, regum, & rerum publicarum facta domi foriſq; continentur, tanta fide & religione literis prodita, ut nihil gratiæ atq; adulationi datum eſſe conſtet.

IOAN. Sinapius, natione Germanus, illuſtriſſ. heroinæ, Herculis Ferrariæ ducis coniugis hoc tempore medicus, quædã ex Luciano Latina fecit, quæ extant impreſſa.

IOAN. Sintheimius ſcripſit Commentarios Dauentriæ, ut teſtatur Beatus Rhenanus in uita Deſ. Eraſmi.

IOAN. Sommerfelt, natione Germanus, Cracouiæ ſcripſit argumenta Latinæ æditionis epiſtolarum Libanij. Vide in Libanio.

IOANNES Soreth, natione Normannus, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper uirginis de monte Carmeli, quintus & uiceſimus Prior generalis, multa commendanda opuſcula ſcripſit, de quibus extant ſubiecta: T.M.1471.

Super ſententias,	lib. 4.	Sermones uarij,	lib. 1.
In regulam ordinis ſui,	lib. 1.	In eandẽ maius cõmentum,	lib. 1.
Conſtitutiones ordinauit,	lib. 1.	Scripſit & alia complura.	

IOAN. Spangenbergius Herdeſſianus, natione Germanus, uerbi diuini præco Northuſiæ, Pſalterium carmine elegiaco reddidit. Liber excuſus Francofordiæ in 8.

Cathechiſmum maiorem Mart. Lutheri per quæſtiones explicauit: itidẽ & Poſtillam Latinam. Vtrũq; opus excuſum eſt Francfordiæ in 8.

Eiuſdem Margarita theologica, præcipuos locos doctrinæ Chriſtianæ per quæſtiones, breuiter ac ordine explicans. Liber ſcriptus ab authore, 1540. & excuſus Baſileæ apud Vueſthemerum in 8. chartis 22. anno 1544. omnibus uerbi miniſtris præcipue utilis. Acceſſerunt autem in hac æditione eorundem locorũ confirmationes, ex orthodoxorum patrum lucubrationibus, per Ioan. Gaſtiũ paſſim ſuis locis inſertæ. Ex præfatione Caſparis Crucigeri. Bonam operã nauauit Io. Spangebergius, qui ut adiuuaret imperitorũ ſtudia, præcipua capita & partes doctrinæ ex locis cõmunibus æditis à D. Philippo Melanchthone, cõtraxit in quæſtiones, ut in promptu ſit, unde petãt ſtudioſi quid de ſingulis reſpondendum ſit. Ex præfatione Ioan. Gaſtij. Euolui patrum quorundam lucubrationes, & ex ijs diffinitiones has deſumpſi easq; in hunc librum inſperſi, quo uerbi miniſtri theſaurum haberent numeratum ad quamlibet uocum diffinitionem. Index locorum & quæſtionum huius libri in calce adiectus eſt. *Ioan. Gaſtius.*

IOANNIS Spangher Practica procedendi contra hæreticos, impreſſa cum Malleo maleficarum.

IOAN. Stabius Auſtriacus, poẽta laureatus, & Maximiliani Cæſaris coſmographus ac hiſtoricus, Viennæ Auſtriq; mathemata docuit. Inter cætera nobiliſſima eius in-

uenta mathematica Georgius Tañſtetter Collimitius diſcipulus eius iſta collegit.
Horoſcopion uniuerſale in lineis helicis, opus mirandum. Vide in Ioan. de Monte regio in margine: fol. 440. a.
Horoſcopion item uniuerſale in lineis columnaribus.
Inſtrumentum aſcendentis cum domibus & ſtellis fixis ad diuerſas eleuationes.
Inſtrumentum horometrum ad omnia climata cum uario uſu.
Compoſitio meteoroſcopij pro accipienda longitudine ciuitatis ignota, compendioſiori uia quàm Ptolemæus habet.
Compoſitiones uariarum proiectionum uniuerſalium Ptolemæi pro toto globo.
Variæ chartæ chorographicæ propria peregrinationis luſtratione depictæ.
Deſcriptio uariorum modorum pingendi tabulas coſmographiæ Ptolemæi ex ueris principijs artis picturæ.
Modus diſtantias miliariorum inter diuerſa loca uarijs inſtrumentis menſurandi.
Modus conſtituendi tabulas coſmographiæ, quo tam ab uno loco, quàm à diuerſis ad diuerſa loca diſtantia miliariorum rite inueniatur.
Conſtitutio tabulæ coſmographicæ, ſub quo gradu ſigni, & cuius planetæ dominio quæuis habitatio ſit ſubiecta.
Modus faciendi horologium lunare ad quãcunq; eleuationem & ſuperficiem in lineis helicis.
Et alia plura iucundiſſima mathematica.
Item alia quædam carmine & proſa molitur.

IOAN. Stamler presbyteri Auguſtenſis, natione Germani, liber de ſectis diuerſarum gentium: impreſſus Auguſtæ Vindelic. 1508. in fol. chartis 18. Eſt autem dialogus ab ipſo adhuc iuuene eodem tempore ſcriptus, ſermone non ſatis Latino & affectato, De Tartarorum, Saracenorum, Turcorum, Iudæorum & gentilium ſectis & religionibus, cum eorundem confutatione, & approbatione noſtræ fidei hiſtoriarum figurarumq;, per utriuſq; Teſtamenti ſcripturas. Accedunt & Annotationes paſſim marginibus.

IOANNIS Stellæ ſacerdotis Veneti liber de uita ac moribus ſummorum pontificum à Petro apoſtolo uſq; ad Iulium ſecundum, id eſt ad annum Domini, 1503. Liber impreſſus Baſileæ per Michaëlem Furter, in 4. anno 1507. chartis 11. & dimid.
Ex epiſtola ad Antonium Surianum patriarcham Venetiarum in fine libri.
» Sermonis diſparitas eſt, quia non eadem ſemper in ſcribendo mihi fuit uoluntas,
» & multa ex alijs ad uerbum excerpſi, pluris hiſtoriæ ueritatem faciens quàm uerborum elegantiam. Plura etiam de induſtria prætermiſi, maxime in his nouiſſimis
» temporibus geſta, quæ ſine quorundam nota ſcribi non potuiſſent, &c.

T. in appẽdice. IOANNES Stephanus floruit hac noſtra tempeſtate, natione Italus, Vercellarum epiſcopus, cardinalis Bononienſis, & rei literariæ cultor exactiſſimus, hic ſuo tandem labore & induſtria effecit, ut Ariſtotelis magna moralia priſcis ſæculis nunquam prægnita nobis communia fecerit, quæ Iacobus Faber ipſius auſpicio impreſſioni commiſit.

IOAN. Stigelij carmina quædam, impreſſa 1540. in 8.
Epithalamium G. Sabini & Annæ filiæ Melanchthonis, in quo Apollo cum nouem Muſis introducitur, excuſum cum Georgij Sabini poëmatijs. Scripſit etiam De morte Euricij Cordi Epicedium, & alia quædam poëmatia, quæ fortaſſis omnia ſimul in libro Carminum ipſius impreſſo habentur.

IOAN. Stobæi phyſica Græca nondum euulgata, extant in Italia, ut audio, apud Rodolphum Vincentiæ Cardinalem hoc tempore. Facit autem mentionem eorum & capita ſummatim recenſet Photius patriarcha.
Eiuſdem Collectanea ſententiarum ex uarijs prophanis authoribus Græcis per locos digeſta, excuſa ſunt Venetijs per Bartolemæum Zanettum, anno 1535. in 4. chartis 78. & dimid.

Eadem

Eadem Tiguri Froschouerus excudit aliquot mendorum milibus sublatis cum Latina interpretatione nostra è regione, indicibus adiectis, & alijs quibusdam opus culis (uide supra fol. 182. a. uersu 5.) anno 1543. in fol. chartis ducentis & decem.

Ex dictionario Suidæ. Ioan. cognomine Stobæus Florilegium cõcinnauit, quo « multorum opiniones, quæ apud omnes scriptores literis mandatæ sunt, continen- « tur libris quatuor, ad filium suum Epimium, perquàm egregios & omni eruditio- « ne plenos. Hæc ille. Quanquam autem exemplaria quæ nos uidimus non ex- « presse distinguantur in quatuor libros, fragmentum tamen manuscriptum, quo primi aliquot sermones continentur, Ioan. Oporinus noster habet, cuius initio ad- scribitur Βιβλίου ά. In quatuor autem libros ab ipso authore diuisum opus liquidò apparet, sic ut primus liber relatus sit ad morum disciplinã, secundus ad institutionem reipub. tertius ad rei familiaris administrationem: quartus ad fortunã præcipue, & alios quosdam sermones mixtos.

De usu & laudibus huius operis uere aurei & incomparabilis, quoniam multa dixi in epistola nuncupatoria & præfatione mea ad Lectorẽ, nihil inde hic repetam, neq; labores meos tam in castiganda æditione Veneta innumeris locis corruptissima, quàm in transferendo commemorabo: catalogum quoq; locorum 125. non adscribam, breuitatis studio. Sed quoniam non dubito fore quibus translatio mea displiceat, illis consulo, ut Græcis solis fruantur, in quibus ædendis & emendandis nulla usquam temeritate, fide ubiq; optima, ac summa religione usus sum. Nõ maioris autem, ni fallor, Græcolatinam æditionem nostram sibi comparabunt, quàm illam quæ Venetijs Græce solum exiuit. Hoc non dissimulabo me post opus iam æditum manuscriptum codicem nactum esse ex instructissima bibliotheca D. Diegi Hurtadi à Mendozza illustris apud Venetos Cæsareæ maiest. legati, ubi & castigatius multa legebantur, & plura etiam in locis non paucis, præsertim ex Platone & Xenophonte adiecta erant: sed ea nimis prolixe: contra uero multa deerant, quæ in impressis leguntur. Verum alias, ut spero, dabitur occasio amplius hac de re differendi, & quod desyderatur supplendi.

IOANNIS Stœfleri Iustingensis, natione Sueui, mathematum doctissimi professoris ante annos circiter uiginti in Academia Tubingensi, in qua docendo ad annum octogesimum ætatis suæ peruenit, opus Ephemeridum à capite anni redemptoris Christi, 1532. in alios uiginti proxime subsequentes, ad ueterum imitationem accuratissimo calculo elaboratum, & excusum Tubingæ, 1533. in 4. chartis 79. Audio & præcedentium aliquot annorum Ephemerides ab eo conscriptas esse.

Variorũ astrolabiorũ cõpositionis seu fabricę libri duo, cum explanatione usuũ eorundem, ex postrema authoris recognitione. Petrus Iordan excudit Moguntiæ, anno 1535. in fol. chartis 43. propositionibus & expositionibus earum in meliorem formam redactis quàm antea fuerant, cum indice. Ex præfatione authoris scripta Tubingæ, 1510. Astrolabij constructio & usus ab insignibus philosophis « Hipparcho, Ptolemæo, Ammonio, Proclo, Philopono, Nicephoro, Hermanno « Contracto Alemanno, Ioan. Eligero, Hainrico Bate eximijs laudibus comproban « tur. His patronis ducibusq; præsentissimis, quæ ad fabricam quæq; ad usum ten- « dant, dicere exordiemur. *Scriptores de astrolabio.*

In Procli Diadochi sphæram mundi cõmentarius, nunc primum excusus Tubingæ, 1534. in fol. cum indice, chartis 73. Ex præfatiuncula Typographi ad Lectorem, inscriptioni subiecta. Ioan. Stœflerus in hoc cõmentario congessit, « quicquid usquam inuenit apud ueteres ad hoc argumentum illustrandum. Quod « si operi huic nostro faueris, propediem in Cl. Ptolemæi libros Geographicos, iusta « huius uiri commentaria exhibebimus. Ab initio mox ponitur copiosus autho- « rum catalogus, qui in his commentarijs citantur. Videtur autem prolixior esse, ut senectus est loquax, & ignorantia Græcæ linguæ aliquando labi.

IOAN. Stumpff, natione Germanus, uerbi minister in agro Tigurino, uir exacti iudicij, & miræ diligentiæ, Germanico sermone descripsit Vniuersale Concilium Constantiense, de quo plura mihi dicenda sunt, quamuis Germanice scripto, quoniam egregium est opus, & ab omnibus Germaniæ uiris eruditis cognosci dignum.

Descriptio Germanica generalis Concilij Constantiensis, impressa est nuper Tiguri apud Froschouerum in fol. cum indice: chartis 93. In præfatione testatur huius historiæ partes ab alijs pluribus partim Latine partim Germanice perscriptas esse, integram uero qualem ipse instituit à nemine prius. Distinguitur autem hoc uolumen in partes septem. Pars prima differit de causis & origine huius Concilij, eius indictione, constitutione loci, congregatione, ordine, & institutione. Secunda, de Ioanne Husz, Hieronymo Pragensi, & de Vuiclefo nonnulla. Tertia, de bello inter Sigismundum regem Romanorum & Fridericum ducem Austriæ, cuius occasione Heluetij quoq; Ergauiam occuparunt. Quarta, de tribus antipapis. Quinta, de creatione noui pontificis Martini V. Sexta, de reformatione ecclesiæ in hoc Concilio instituta, ubi tota ferè Bulla Martiniana continetur. Septima pars, catalogus est principum omnium & aliorum qui Concilio interfuerunt.

Hoc tempore conscribit Heluetiæ nostræ historiam Germanicam, cum tabulis locorum exquisitissime pictis, finitimas quoq; regiones, Germaniam, Galliam, & Italiam obiter describens. Speramus autem breui hoc opus euulgatum iri.

IOAN. Sturmius, natione Germanus, quem aliquando Lutetiæ Græcas literas profitentem audiui, iam annis aliquot Argentorati docet, doctrinæ, & eloquentiæ nomine, ubicunq; bonorum studiorum ratio habetur, celeberrimus. Scripta eius, quę ad hunc diem euulgata uidi, hæc sunt, omnia nuper excusa Argentorati.

De literarum ludis recte aperiendis liber, impressus chartis nouē, 1539. & 1543. De amissa dicendi ratione, & quomodo ea recuperanda sit, libri duo: chartis 16. in 4. 1538. & 1543. in 8. Explicata est autē hisce duobus libris & integra interposita Ciceronis oratio, quam pro P. Quintio habuit.

Partitionum dialecticarum libri duo, in 8. chartis 14. & dimid. Ex epistola
» nuncupatoria. Difficile mihi fuit rem obscuram breuiter explanando illustrare,
» & molestum ad rationem consuetudine loquendi fœdatam, aut pro bonis Græ-
» corum, & uitiosis nostrorum uerba meliora comportare, aut ea non commutare
» quæ literatorum aures offendant. Feci enim utrūq;, & propter obscuritatem præ-
» ceptionum uerbis aliquando sum usus significantioribus, aliquando magis Lati-
» nis: multa etiam usurpaui, quæ Latinius exprimi poterant, ut ne exacerbarem dia
» lecticos, si nimium longe à scholarum more discederem, &c. Ad utilitates nostri
» gymnasij pertinere credidi, ut ad illa, quæ fuse atq; subtiliter ab Aristotele tradita
» sunt, & à me explicantur quasi compendio quodam adolescentes deducerentur,
» &c. Itaq; quatuor libris cōstitui Aristotelis præceptiones comprehendere, eorum
» duos iam emitto, alteros proxime. Non omisi etiam illa, quæ de mixtis syllogismis
» Aristoteles tradidit. Deinde tractationem hanc de mixtis syllogismis non esse difficilem affirmat, & causas scribit cur hactenus difficilis habita sit. Epistolam sequitur catalogus utriusq; libri capitum.

De demonstratione liber 1. qui Dialecticarum partitionū est tertius. Impressus
» anno, 1543. in 8. chartis 9. Ex præfatione ad Ioach. Camerarium. Quoniam
» mihi docenda dialectica est, dictaui nostris auditoribus per hanc hyemē, librum de
» ratione demonstrandi: primum quia ea pars Dialecticæ mihi explicanda restabat:
» deinde quia Aristoteles & ad intelligendum obscurus est: & ad audiendum expli-
» candumq;, nisi ualde acutis hominibus & diligentibus iniucundus. Capita libri enumerantur mox post epistolam.

In partitiones oratorias Ciceronis Dialogi duo, apud Cratonem Mylium impressi,

preſſi,1539.in 8. chartis 13. & dimid. Ex præfatione ad Vuolfgangum Comitem Palatinum & ducem Bauariæ,&c. Omnia dicendi præcepta mihi complexus uidebitur,qui quæ ab Ariſtotele tribus libris, & à Cicerone tribus dialogis de oratore,& quæ ab Hermogene de dicendi generibus ſunt tradita,tenuerit. Sed his recte liber de oratore coniungitur, propterea quod in illo quaſi ſub oculos dicendi præſtantiſſima forma ſit ſubiecta, &c. Retinendus eſt hic liber de Partitionibus oratorum in gymnaſijs rhetorum,quo breuiter omnia ea,quæ ab Ariſtotele & Cicerone & Hermogene expoſita ſunt,comprehenduntur,&c. Explicatoris ego officium ſuſcepi, & indicaui fontes ex quibus præceptiones Latinæ defluxerunt. Poſt epiſtolam utriuſq; libri capita ſubnectuntur.

Ioānis Sturmij & Gymnaſij Argentoratenſis luctus ad Ioach. Camerariū cum epitaphijs Ioan.Sapidi. Libellus excuſus, 1542.in 8.

Ioan.Sturmij et Bartolemæi Latomi amicorum epiſtolæ duæ,de diſſidio periculoq; Germaniæ,& per quos ſtet,quo minus cōcordiæ ratio inter partes ineatur. Item aliæ duæ epiſtolæ Ioan.Sturmij de emendatione eccleſiæ & religionis controuerſijs, una ad Cardinales cæteroſq; prælatos delectos, altera ad Iacobū Sadoletū Cardinalem. Libellus excuſus Argentorati,1540.in 8.apud Cratonem Mylīū: chartis 8. & dimid.

In quoſdam Platonis dialogos (excuſos Argentinæ in 4.) præfatus eſt de ratione interrogandi atq; collocandi dialectica.

Ex Ciceronis epiſtolis libros tres in uſum puerilem ſelegit. Ibidem impreſſi ſunt,anno 1539.& 1543.in 8.

In orationem Ciceronis de reſponſis aruſpicū cōmentarios ædidit: qui cum reliquis diuerſorū cōmentarijs in omnes Ciceronis orationes Baſileæ impreſſi ſunt.

M.T.Ciceronis orationes,& rhetoricorum libros omnes poſt Naugerianam & Victorianam correctionem emendauit, Rihelius excudit Argentorati,1540.ut in M. Tullio pluribus dicetur.

IOAN.Sulpitius Verulanus ſcripſit Commentarios in Lucani Pharſaliam, qui impreſſi ſunt Venetijs in fol.1505. Fl.Vegetij,Aeliani, & Frontini de re militari opuſcula emendata, in publicum ædi uno uolumine iuncta curauit. Hunc eundem eſſe reor cuius extant carmina de moribus, impreſſa Coloniæ apud Gymnicum: & Præludia Grammatica, impreſſa Pariſijs in 4.

IOAN.Surgeti iuriſperiti,enchiridion militare,impreſſum opinor.

IOAN. Suſenbroti Almangaui, natione Germani, Rauenſpurgi Ludimagiſtri (qui intra bienniū proximum è uita deceſſit) Epitome troporū ac ſchematū & grāmaticorum & rhetorū. Impreſſa Tiguri cum indice,chartis 8.in 8. & Coloniæ apud Gymnicum.& hoc anno 1545. Baſileæ apud Vueſthemerum. Ex præfatione. Is ordo,quē Phil.Melanchthon primus attigiſſe uidetur,à me obſeruatus eſt. Primo enim loco Tropos poſuimus tum dictionū tum orationum: deinde Schemata, quæ & ipſa in Grāmatica ac rhetorica diducta ſunt,tum Grāmatica iterū in orthographias ac ſyntaxeos diuiduntur.Rhetoricorū porrò Schematū tres ordines fecimus,Dictionū,Orationū,& Amplificationū: idq; magis docendi gratia,q̄ ſuperſtitioſa obſeruatione. Collegit aūt hęc ex authorib.Cicerone,Quintiliano,Georg. Trapezuntio,Def.Eraſmo,Phil.Melanchthone,Diomede Grāmatico,Ael.Donato,Antonio Mancinel.Martiano Capella,Cōſulto Chirio Fortunatiano, M.Veltkirchio rhetore.

Methodus octo partiū orationis,unà cum formulis declinandi nomina,ac coniugandi uerba: interſerti ſunt præterea canones ſuccincti ac breues, de generibus nominum,de præteritis item ac ſupinis uerborum. In calce adiectæ ſunt aliquot formulæ à præceptore accipiendi facultatem. Froſchouerus excudit Tiguri in 8. chartis 10.additis paſſim Germanicis interpretationibus.

Grammaticæ artis partium omnium integra institutio ex Grammaticorũ coryphæis cũ alijs pluribus, tum præcipue Thoma Linacro, iam denuo accurate concinnata, emendata, & citra Lectoris fastidium locupletata. Ibidem excusa in 8. chartis 25. Author in præfatione uitam suam & studia describit.

Rudimenta Latinæ & Græcæ Grammaticæ simul coniuncta, nondũ impressa.

IOAN. Syluius Egranus an aliquid scripserit, nescio: Vidi tantum libellum cum præfatione F. Martini Eleutherij hoc titulo: Apologetica responsio cõtra dogmata theologica quæ in Ioan. Syl. Egranum à calumniatoribus inuulgata sunt. Charta 1. impressa Basileæ apud Pamphil. Gengenbachium, anno 1518.

T. IOAN. Tacesphale, natione Anglicus, ordinis fratrũ beatæ Mariæ semper uirginis de mõte Carmeli, ædidit nõ contẽnendæ lectionis opuscula, è quibus subiecta ferunt:

Super Sententias,	lib. 4.	In Apocalypsim Ioannis,	lib. 1.
Sermones de tempore,	lib. 1.	Sermones de sanctis,	lib. 1.

Et quædam alia.

IOAN. Tagautij Ambiani Vimaci Parisiensis medici nostra ætate celeberrimi, de Chirurgica institutione libri sex, excusi Parisijs apud Vuechelum in fol. anno 1543.

De medicamentis purgantibus libri duo, in gratiã Pharmacopœię candidatorũ nuper in lucẽ æditi, et impressi Parisijs apud Galeotũ à Prato, 1537. in 4. chartis 27. cũ indice. Priore libro leges uel canones uniuersales Ioãnis Mesuæ ad Pharmacopœiã spectantes cõpendiaria ratione describuntur: altero, simplicia medicamẽta purgatoria, quo ordine speciatim de illis scripsit Mesues, explicantur, examinanturq; resectis ac suppressis omnino ferè ijs, quæ ad seplasiariam artem parũ facere uidebantur. Ex epistola authoris scripta Lutetię, 1537. In multis quæ tum stata tuta sunt, hoc uoluit senatus, ut in posterum Pharmacopœiæ tyrones medicis magistris & interpretibus uterentur: quos libros habent corruptos & barbaros emendarentur. Quæ cura nobis partim demandata est, partim Antonio Gallo collegæ meo, uiro medico (ut cætera nũc reticeam) Græce Latineq; doctissimo: in qua dies aliquot operam nostram posuimus.

T. cl. 1360. IOAN. de Tambacho, natiõe Teuthonicus, ordinis fratrũ Prædicatorũ, ædidit quædam non spernenda uolumina, è quibus ego reperi tantum subiecta. Opus grande & non abijciendum contra sæuientis aduersæ fortunæ iacula, non minus utile q̃ iocundum, quod prænotari uoluit,

Consolationem theologiæ,	lib. 15.	Quæcunq; scripta sunt.	
De sensibilib. delitijs paradisi,	lib. 1.	In delicijs paradisi dei.	
Sermones ædidit,	lib. 1.	Et quædam alia.	

T. IOANNES de Teneramunda, ordinis Carthusien. Prior domus Sillimaci in Sabaudia. Opuscula perutilia scripsit, & sunt ista:

De notitia dei,	lib. 1.	De natura & lapsu hominis,	lib. 1.
De reparatione lapsi,	lib. 1.	De amore Dei,	lib. 1.
De gaudio hominis,	lib. 1.	De sacramento altaris,	lib. 1.
De fide Christiana,	lib. 1.	De honore dei,	lib. 1.

De cõceptione sanctæ Mariæ, lib. 1.

Alia quoq; multa eleganter composuit, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

IOAN. Tetthingeri Tubingensis, quatuor bella Vuirtenbergensia, quæ ante multos etiam annos, usq; ad hodiernum diem in ea regione gesta sunt, heroico carmine diligenter descripta. Chartæ sunt tres impressæ in Germania in 8. Ex epistola nuncupatoria authoris, eodem anno scripta Pfullendorphi. Patriæ fata non ad uiuum, sed defunctorie & remisse describere in animum induxi, &c.

T. cl. 1250. IOANNES nomine & natione Teuthonicus, ex ciuitate Friburgensi oriundus, episcopus Bossinensis in Hungaria, ordinis Prædicatorum, scripsit notabilem

Summam confessorũ,	lib. 5.	Quoniam dubiorum noua.	

Et quæ-

Et quædã alia. * Ioan. Teuthonicus glossator Decreti, citat in Sum̃a Angelica.

IOANNIS Theodorici, & aliorum aliquot annotationes, obseruationes atq; censuræ in Laurentij Vallæ libros sex, de Latinæ linguæ elegantia. Balth. Lasius excudit Basileæ, 1541. in 8.

IOANNES Theophilus uertit aliquot libros Chrysostomi, quos Rob. Vuinter excudit Basileæ, 1540. Sunt autem hi. De patiẽtia & cõsummatione huius sæculi. De secundo aduentu Domini. De æternis iustorum gaudijs, & malorũ pœnis. De silentio, &c.

IOANNES Tholosus, natione Teuthonicus, ex Francia orientali, quæ Franconia dicitur, oriundus, canonicus Ratisponẽsis, & præpositus Forchemensis, scripsit tam metro q̃ prosa quædã pręclara opuscula: Sed nihil eorũ ad manus nostras memini peruenisse. Feruntur aũt ab his qui hominẽ probe nouerunt eius in diuersis rebus, Epistolæ elegantes, lib. 1. Et quædam in Mathematica. Et quædam alia. Viuit usq; hodie in ciuitate Ratisponensi prouinciæ Noricorum, & uaria conscribit. T. cl. 1454.

IOAN. Thomassini Panegyricus de ciuitate Lingonum, impressus Parisijs apud Vuechelum.

IOANNES Thurotz Pannonius, fertur nõnulla cudisse opuscula, è quibus extat uolumen non abijciendum, quod multa industria comportauit continens, Chronicam Hungariæ, lib. 3. Iugi ocio his annis no. Et quædam alia. Viuere adhuc dicitur, & uaria componere. T. cl. 1494.

IOAN. Tierrus Lingonensis scripsit, De fuga, De feudis, Consilium de ferijs, Consilium de bastardis, id est spurijs.

IOANNES Tinctoris, natione Teuthonicus, Colonienſis, scripsit non contemnenda opuscula, de quibus feruntur subiecta, Dissensiones Thomæ & Scoti, Concordare cœpit in. lib. 1. Quæstiones sententiarum, lib. 1. Collationes quoq; uariæ. Et quædam alia. T. cl. 1470.

IOAN. Tislini Collectanea quædam, impressa Lugduni, 1543.

Commentaria in epistolas Ciceronis ad Q. fratrem, ibidem & eodem tempore impressa in 8. apud Mich. Parmenterium.

Commentaria in Ciceronis orationes pro A. Cecinna, M. Cælio, & C. Rabirio Posthumo, impressa Basileæ cum Commentarijs diuersorum in omnes Ciceronis orationes apud Rob. Vuinter in fol.

IOAN. Toletanus Archiepiscopus, citatur in Summa Alberti Magni.

IOAN. de Tornamira, natione Gallus, academiæ Montispessulanæ Decanus, omniũ suo tempore peritissimus, scripsit super nonum ad Almansorem lib. 1. De febribus librum 1. Commentarium super Galenum de interioribus, lib. 1. Et alia quædam, quæ non uidi. Symphor. Champerius.

Practica eius, siue Commentarius in 9. ad Almans. typis excusus est.

Libellus Isagogicus ad Practicam medicinæ, angustior charta 1. habetur impressus in calce practicæ Valesci de Taranta, 1506.

IOANNES Tortellius, natione Aretinus, Laurentij Vallæ amicissimus, ad quem elegantiarum linguæ Latinæ sex libros perscripsit. Nicolai postmodũ pontificis contubernalis, & studiorum eius intimus comes, Græcis, Latinisq; literis ad perfectũ instructus, scripsit inter cætera uolumen grande & præclarum quod prænotauit: Cõmentariorum grãmaticæ, lib. 2. Græcorum literas quibus. In Dialecticam quoq;, lib. 1. Epistolas diuersas ædidit, lib. 1. Et alia plura. Athanasij Alexandrini uitam ad Eugeniũ pontificem in Latinum transtulit, & Appianum historicum ad uerbum interpretatus est. Et alia. Ioan. Tortellius scripsit de orthographia, &c. Raph. Volaterranus. T. cl. 1420.

T. ch. 1494. Joham. Trithemius.

IOANNES abbas monasterij sancti Martini episcopi in Spanhem, ordinis diui patris Benedicti, Moguntinæ diœcesis, natione Teuthonicus, patria Mosellanus, ex uilla Trittenhem Treuerensis diœcesis oriundus, scripsit præter Catalogũ scriptorum ecclesiasticorum, etiam subiecta. Et primo quidem ex mandato præsidentium generalis capituli abbreuiauit,

Statuta eiusdem capituli, lib. 1. Quoniam uolenti singula.
De uisitatione monachorum, lib. 1. Fratres tuos uisitabis.
† Aliás celebrandi capitulũ prouinciale. De modo † seruandi capitulũ, lib. 1. Quoniam in celebrandis ca.
In regulam S. Benedicti, lib. 2. Venite filij audite me.
Exhortationum uel homiliarum ad monachos, lib. 2. Militiæ Christianæ con.
De tentationibus clausralium & remedijs earum, lib. 2. Humanum genus per.
De uita sacerdotum, lib. 1. Petis à me Nicolae fra.
De uitio ꝓprietatis, uel cõtra peculiũ monachorũ, lib. 1. Omnes ad uitã æternã.
De miseria huius uitæ, lib. 1. Cum nihil sit uita præsens.
De ruina ordinis sui, lib. 1. Cum ordinis nostri pristinum.
De illustribus uiris sui ordinis, lib. 4. Cogitanti mihi ac crebri.
Laudes ordinis Carmel. lib. 2. Precibus & instantia.
† Id est, illustrium scriptorib. De laude scriptorũ manualiũ, lib. 1. Venerabili patri domino g.
* Aliás, Epistolarum Spanhemensium, lib. 4. De † luminaribus Germaniæ, lib. 1. Quoniam sunt nonnulli.
Epistolarum ad diuersos, * lib. 1. Petitis ut copias e.
De sancta Anna, lib. 1. Sermones uarios, lib. 1.

Collationes uero tam in capitulis generalibus quàm in obseruantialibus uel aliás habitæ sine certo numero, partim habentur, partim subtractæ sunt. Verba autho-
» ris. Hæc ergo sunt (præter ea quæ adhuc in manibus imperfecta uersan-
» tur) quæ me scripsisse ad præsens recolo. Anno ætatis meæ quarto & tricesimo.

Catalogus scriptorum Ecclesiasticorum siue illustriũ uirorum, usq; ad annum Domini 1494. cum appendice, quæ doctos aliquot proximis annis secutos enumerat. Petrus Quentell excudit Coloniæ, 1531. in 4. chartis 48. Hunc integrum nos retulimus in nostrum hoc opus, ut in præfatione indicatum est.

Ioãnis Trittemij abbatis S. Iacobi apud Herbipolim liber octo Quæstionũ, impressus in Oppenheim, anno 1515. in 4. chartis 10. scriptus ab authore, anno 1508.
» Ex præfatione authoris. Parui mandatis tuis Maximiliane Cæsar, & eas quæ-
» stiones octo quas mihi dudum ad Celsitudinẽ tuam uocato in Castello Bopardiano
» proposuisti, qua potui breuitate absoluens, in hanc formam libelli consignaui.

1 Quæstio, de fide & intellectu. 2 De fide necessaria ad salutem.
3 De miraculis infidelium. 4 De scriptura sacra.
5 De reprobis atq; maleficis.
6 De potestate maleficarum, ubi de uarijs dæmonum generibus.
7 De permissione diuina. 8 De prouidentia Dei.

Polygraphiæ libri sex, cũ claue in eandẽ: impressi apud Io. Haselbergo de Aia, 1518. in paruo folio, chartis 133. Docet aũt his libris uarios modos scribendi epistolas, quas nemo alius legere possit, cẽ qui in his libris uersatus sit: ut cũ alij tum principes tuto res secretas literis mandatas quouis terrarũ mittere audeant, & de aliorum arcanis uicissim certiores fieri. Vtitur autẽ obscuris uocabulis, nec potest intelligi quid sibi uelit, nisi quis Clauem, id est, breuem Interpretationem sex libris subnexam legerit.

Argumenta in singulos sex libros.

» In primo libro dictiones Latini sermonis per ordinem supra nouem milia sub al-
» phabetis ferè quadringentis ita seriatim distribuimus, quod si de quolibet alphabe-
» to una duntaxat post aliam capta fuerit à principio usq; ad finem, sibi mutuo cohæ
» rentes congruam efficient orationem Latinam, &c.

In se-

In ſecundo præter ordinem & ſeriem dictionum nihil à primo traditur noui, &c. «
In tertio nouiter excogitatum occulte ſcribendi modum tradidimus: ordinauimus « autem dictiones confictas nihil in ſe, ſed literas duntaxat alphabeti ſibi præpoſitas « repræſentantes. «
In quarto ſimili ratione dictiones à nobis confictas ſub ordine alphabetico locaui- « mus, ubi ſecunda litera cuiuſcp dictionis occulto ſemper deſeruit myſterio, ut pri- « ma in ſuperiori. «
In quinto uarios occulte ſcribendi modos per tranſpoſitionem literarum commu- « nium tradidimus. «
In ſexto, quoſdam ueterum characteres, quibus pro literis fuerunt uſi, comporta- « uimus, ut ſi quis proprium ſibi alphabetum ex eis uoluerit uſurpare, poſſit, quan- « quam mediocriter peritus, dum uelit, characteres ſibi excogitare pulchriores. «

De uſu horum librorum nondum explicato.

Sciendum quod in hac inuentione adhuc latent quædam præſcriptis longe melio- « ra, uidelicet quomodo Latini ſermonis ignarum, in paucis diebus, ne dicam horis, « informare poteris ut ſciat Latine ſcribere, legere, loqui, & intelligere, non quidem « uniuerſaliter omnia, ſed ad certum modum quicquid ſibi neceſſarium occurrerit « de quacunch materia in negocijs ſuis. Item quemadmodũ amico tuo longe ab- « ſenti, & induſtriam artis ſcienti, omnes mentis tuæ conceptiones, ſine ſcriptis & « ignorante nuncio ſecure, tuto ac ſecretiſſime nota facias, etiam interdum ſine nun- « cio naturaliter & ſine aliqua ſuperſtitione, periculo, uel timore. Sed iſta ut in ſuis « permaneant latibulis ſepulta cum reliquis ratio nos permouit, quoniam ardua ſine « fructu gratitudinis patrare, mihi nec placet, nec omnino conducit. Deniqh latent « ſub his non parua ſubtilitatis myſteria de medicinis, de herbis, de plantis, de lapidi- « bus pretioſis, de fluminibus, de membris humani corporis, de brutis animalibus, « de ſanctis, de nationibus, de coſmographia, de aſtronomia, & ſeptem artibus libe- « ralibus, de his etiam omnibus quæ in uſu habentur hominum, & de mundo uni- « uerſali quàm uiſibilium quàm inuiſibiliũ. Et ne iuſto ſimus prolixiores, omnia quæ « ſunt in mundo per ampliationem ſimilitudinis præmonſtratæ, artis polygraphiæ « myſtico ſubſeruiunt documento. Poſtremo nota, quod hæc omnia quæ nos in « polygraphia tradidimus inuenta, introductiones quædam ſunt paruæ reſpectu « eorum quæ adhuc reſtant inuenienda & ſcribenda in hac ipſa facultate, de quibus « ſilentio tranſimus, ne in uanum gloriari uideamur. Cauſam enim dedimus inge- « niis aptis maiora inueniendi ch nos aut ſcripſimus, aut potuimus forſitan inuenire. «

Ioan. Tritemij in Steganograph. tam ſecuros ſecretosch ad quantamcunch etiã diſtantiam explicandi animi ritus modosch tradidit, quibus nec Iunonis omniſcia zelotypia, nec Danaë arctiſſima cuſtodia queat reſiſtere: nec quæ omnia perui- dens centoculi Argi uigilantia queat explorare. Ars profecto non tam neceſſaria regibus quàm lenonibus & amantibus omnibus commodiſſima. Henri. Cor. Agrip. de Vanitate ſcient.

Ioan. Auentinus in præfatione ſuper Bedæ libello de computatione per digitos. Computum ac loquelam digitorum (inquit) Ioan. Tritemius Steganographiam quoch nuncupat, quã cum hic celebraſſet ac pluribus libris explanaſſet, Carolus Bouillus imperitus huiuſmodi rerum, falſò magiæ artium fallaciſſimæ tribuit.

Annales regum Francorum, impreſſi ut audio.

Ioan. Tritemij mors immatura, in cauſa fuit, ut multi præclari in utrach lingua libri non æderentur. Eo enim defuncto, adeò repente cuncta quæ reliquerat diſpa ruere, ut ne ueſtigia quidem ſupereſſe uiderentur. Bilibaldus Pirckheimerus in præfatione ſuper opera Fulgentij.

Ex epiſtola Ioan. Duracluſij diſcipuli Ioan. Tritemij de ſcriptis ipſius.

Habetur autem impreſſa ab initio Polygraphiæ.

Præter superiora quæ scripsit cum adhuc ageret abbatem Spanheimensem, in epistola Ioan. Duracluſij hæc etiam adijciuntur. Ad quæstiones Rutgeri Sicambri lib. 1. Chronicon uolumen monasterij Spanheimensis, non paruũ. Chronicon Monasterij Hirsaugiensis, duo uolumina magna. Chronicon successionis ducum Bauariæ, & comitum Palatinorum. Vita S. Herminæ monialis, & primæ abbatissæ in horreo Treuereñ. De miseria prælatorum clausſtralium libri 2. Laudes S. Andreæ apostoli. Laudes S. Ioseph nutricij Domini. Laudes S. Benedicti abbatis. Laudes uitæ monasticæ. Laudes uerę pœnitentiæ. Laudes studij diuinarum scripturarum. Monologion hominis Deo deuoti ad seipsum. De miraculis S. matris Annæ. Ad Vdalricum canonicum Coloñ. super Quæstionibus in Euangelium Ioannis. Ad eundem super Quæstionib. Psalmorum. Ad præsidentes capituli annalis de obseruantia Burssfeldensi, abbreuiauit statuta eiusdem unionis. Epitome eiusdem. De computo ecclesiastico. Orationes in capitulis & alibi habitę, 24. Sermones ad fratres Spanheimensis cœnobij 40. Sermones in diebus festis ad populum. Orationes plures supplicatoriæ ad Deum & sanctos. E Græco sermone traduxit in Latinum, Maximum abbatem de incarnatione Domini: Anathemata quoq; S. Cyrilli archiepiscopi Alexandrini contra hæreticos in tertia synodo Ephesina promulgata: Et eiusdem synodi quasdam epistolas. Scripsit etiam pro ædificatione monacho
» rum opus quod prænotauit, De triplici regione clausſtralium, lib. 3. Scripsit &
» alia quædam minora opuscula. Et hæc quidẽ in cœnobio Spanheimensi. Cæ
» terum anno 1506. inuidia quorundam stimulatus abbatiam S. Iacobi apud Vuir-
» ciburg accepit, & Spanheimensem resignauit, ubi uaria scribit quietus, quorum
» ad me titulos nuper istos trasmisit rogatus.

a b. impressi sunt.

Ad Maximilianum Cæs. a Polygraphiæ libri sex, & Clauis eiusdem. b Responsiones ad 8. Quæstiones eiusdem Cæsaris. De septem intelligentijs mouentibus orbes. Variarum quæstionum, orationum, & propositionum, libri 20. De prænotionibus licitis Christiano & non licitis libri 2. Steganographiæ libri 8. mirandi & laborioſi, quos temerarius ille Bouillus non capiens, imperitissime & falsissime reprehendit. Epistolarum lib. 1. Contra maleficos, & omnes artes, & superstitiones ab ecclesia prohibitas, lib. 3. De causis & cura morbi caduci, ac maleficorum, libri 3. Itinerarium uitæ suæ, lib. 2. De peculio monialium. Historia siue annales de origine, regibus, & gestis populi Francorum & Germanorum, opus diuisum in tria magna uolumina, narrationẽ incipiens à Marcomero rege, qui populum anno ante incarnationem Domini quadringentesimo tricesimo tertio, à Scythiæ finibus in Germaniam eduxit ad ostia Rheni, usq; in uicesimum octauum & nonum annũ Maximiliani Cæsaris. Epitome eorundẽ trium uoluminum historiarum, lib. 3. De miraculis ad memoriam S. uirginis Mariæ apud Dittelbach ostensis, lib. 2. De miraculis eiusdem in Vrticeto apud Helprunnam ostensis, libri 6. Apologeticus in Carolum Bouillũ, Steganographiæ eius non intellectæ calumniatorem. De origine & regibus Francorum, lib. 1. Chronicon Monasterij sui, D. Iacobi apud Vuirtburg. De uita D. Rabani archipræsulis, lib. 3. De eiusdem à Maguncíaco translatione in Saxoniam. Vita S. Maximi episcopi. De origine, regibus ac ducibus Bauarorum simul & Comitum Palatinorum & Spanheimensium, lib. 4. De dæmonibus & artibus profanis, maleficis, & superstitiosis laborioſum opus uersat in manib. quod libros habebit duodecim, in quibus omnia diabolicarum artium uaframenta explodit, confundit, & euertit. Epistolarum Herbipolensium, quas in ea scripsit abbatia, lib. 4. Hæc ex epistola Ioan. Duracluſij scripta, anno 1515.

Io. Turnoti.

IOAN. Turnoti de dogmatibus sacræ scripturæ liber impressus, ut legi in catalogo Bibliopolij cuiusdam Italici.

IOAN.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [960] - 460r
PUBLIC DOMAIN

IOANNES de Turre cremata, ordinis fratrum Prędicatorũ, episcopus Sabinensis, & T.cl.1460.
ecclesiæ Romanæ presbyter cardinalis, scripsit multa opuscula, de quibus subiecta feruntur. Ad Arsenium monachum cœnobij sancti Benedicti (quod ipse in commendis habebat) opus magnum & non abijciendum composuit:

In regulam sancti Benedicti,	lib.1.	Quoniam adiuuante domino nostro.
In Psalterio toto,	lib.1.	Beatissimo patri & cle.
In Euangelia dñicalia, quæstiones,	lib.1.	Sacro & colendissimo.
In Euangel. de sanctis, quæstiones,	lib.1.	
De aqua benedicta,	lib.1.	Iniunxit mihi nuper, r.p.
De salute animæ,	lib.1.	Docet nos diuina scri.
Sermones de tempore,	lib.1.	Sermones de sanctis, lib.1.

Et alia complura.

* Ioan. de Turre cremata Hispanus, magister S. Palatij, TT. S. Xysti, claruit tempore Constantiensis Concilij, scripsit in Psalmos. Raph. Volaterr.

Commentarij super Euangelia impressi, ut legi in catalogo officinæ cuiusdam Italicæ.

Inuenio præterea citari Lecturã eius super Decreto, & librum De authoritate Ecclesiæ.

Commentarij in Psalmos, impressi in paruo fol. chartis 63. nomen loci non exprimitur. Ex præfatione authoris ad Pium II. pont. max. Venit in mentem « meam, ut ex sententijs diui Hieronymi, Augustini, Remigij, & Cassiodori, qui « hunc Psalmorum librum exuberantissimis fluminibus profundissime interpretati « sunt, aliquam breuem compendiosamq; intelligentiam Psalmorum exculperem, « quæ præ cæteris à pluribus, & etiam pauperibus clericis haberi posset & intelligi. « Literæ textus, & quæ loco literæ tanquam expositiones eius ponuntur, semicirculis seu notis parentheseos includuntur. Videtur autem tota tractatio quasi paraphrasis quædam esse, ita disposita ut textus simul & expositio continuum ac integrum sensum efficiant.

IOANNES Tzetzes grammaticus scripsit Græce Variam historiam, uersibus iambicis, si bene memini, quæ adhuc extat manuscripta. Epigrammata quædam eius Basileæ nuper imprimenda curaui in fine illorum quæ Heraclidi Pontico nostro adieci.

Expositio Græca librorum Hesiodi, Operum & Dierum, Clypei Herculis, Generationis deorum. Impressa Basileæ apud Ioan. Oporinum, 1543. in 8. chartis 17. unà cum textu Hesiodi Græco, & eiusdem interpretatione Latina ad uerbum è regione: & Nicolai Vallæ conuersione Operum & Dierum hexametris uersibus & Bonini Mõbritij Theogoniorum, eisdem uersibus. Nam Scuti Herculis duplex expositio Latina, utraq; ad uerbum est: denicq; cum Elegiaco poëmate Burcardi Pyladis Brixiani de genealogijs deorum, & Indice Græco super commentarijs Ioan. Tzetzis. Horum omnium chartæ sunt quadraginta tres.

Hi commentarij huius authoris in opera & dies tantum, Venetijs quoq; prius exiuerant, ut supra dixi: non autem in reliqua duo poëmata. Exemplar Basilienſis æditionis suppeditatũ est ex Anglia beneficio Cuthberti Tonstalli episcopi Dulmensis, & in multis differt ab æditione Veneta, ut ex primæ paginæ collatione mihi apparuit: alicubi Veneta, alibi Basilienſis æditio præstat. Ex præfatione authoris. Postquam reprehendit Procli commentarios super hoc poëmate Hesiodi, ut quinimium obscuri sint, & dum grandis sapientiæ supercilium affectant longius ab Hesiodi mente discedant, &c. (deest autem hoc initium commentariorum æditioni Venetæ) hæc uerba subdit, ut ego transfero. De poëtarũ diuisione nuper etiam « modico libello iambis ex tempore conscripto disserui: quinetiam frater meus « (nempe Isacius Tzetzes) scite ac egregie in Commẽtarijs suis super Lycophrone, «

„ hoc negocium exposui. Nihilominus tamen dictorum alibi præcipua, paucis hîc
„ repetam.

T. cl. 1270. IOANNES Valeis, aliâs Galensis, natione Anglicus, ordinis fratrum Minorum, scripsit multa præclara opuscula, sed pauca eorum ad manus nostras peruenerunt. Reperi eius uolumen insigne, quod plærique Cõmuneloquium appellant, eo quod de omni statu aliquid contineat, sed ipse prænotauit illud,

Summam collationum,	lib. 7.	Cum doctor siue prædica.	
Super sententias,	lib. 4.		
De ordinatione uitæ,	lib. 1.	Quoniam omni negotio tẽ.	
Manipulum florum,	lib. 1.	Abstinentia bonum est in.	
In Apocalypsin Ioannis,	lib. 1.	Sermones uarios,	lib. 1.
De diuersis materijs,	lib. 1.	De cæteris nihil reperi.	

Et nota quod iste Ioannes librum qui dicitur Manipulus florum, cuius prologus incipit: Ruth paupercula, inchoauit, quem morte præuentus non finiuit, sed frater Thomas de Hybernia eundem postea compleuit. Ipse autem liber sic incipit secundum ordinem alphabeti: Abstinentia bonum est in cibo cum gratiarum actione percipere, &c.

* Ioan. Valensis de regimine uitæ humanæ Summa, seu Margarita doctorum, id est loci communes ad omne propositum, cum indice locupletiss. impressi Lugduni, 1511. in 4.

IOAN. Varennij Mechlinienſis Syntaxis linguæ Græcæ, excusa Basileæ apud Rob. Vuinter, 1536. in 8. cũ Ioachimi Camerarij annotatiunculis, chartis 13. & Coloniæ
» apud Gymnicum. Ex præfatione authoris scripta Louanij, 1532. In libel
» lum perbreuem digessimus, quicquid in Syntaxi Græca deprehendimus quod La
» tinis uel ignoratur, uel ab ipsorũ cõsuetudine penitus abhorret, omissis omnibus
Ioachimus Camerarius. » quæ cum eis consentiunt. Ioachimus Camerarius in præfatione ordinem & diligentiam huius libri commendat, hoc tantum in eo desiderat, quod exemplis de
» scriptis ueterum assumptis non illustratus sit ab authore. Nos quidem (inquit)
» ceperamus, sequentes quasi filum authoris, singillatim præceptionibus aliquid at-
» texere. Sed hoc propositum quo minus per totum librum duceremus, rupere ne-
» cessariæ occupationes hoc tempore.

IOAN. Varro seu Guarna, præceptor Scoti, nescio quid scripsit: legi nomen ipsius alicubi citatum.

IOAN. Vasseus Meldensis (natione Gallus, opinor) ante annos circiter duodecim, nonnulla Galeni scripta Latinitate donauit, non ineleganter, nempe: De uictus ratione in morbis acutis commentarios quatuor, quibus epistolam præfixit quaptisanæ usum defendit contra Ioan. Manardum, quamuis eius nomine non expresso. De causis respirationis. De usu respirationis. De spirandi difficultate libros 3. Cratander impressit Basileæ, et nisi fallor cum omnibus Galeni operibus Latino sermone æditis Basileæ in officina Frobeniana & Venetijs, habentur.

IOAN. Vatellus commentaria scripsit in poëmation Musæi de amore Leandri & Herûs. Vuechelus excudit Parisijs.

IOAN. Velcurio, aliâs Veltkirchius ab oppido patrio, ni fallor, dictus, natione Germanus, uir doctus & diligẽtissimus, in Vuittenbergensi schola oratoriæ professor, scripsit Commentarios in Opus Des. Erasmi Rot. de duplici copia uerborum ac rerum. Prubachius quidam excudit, & Frobenius Basileæ, 1534. in 4. chartis 30. & Gymnicus Coloniæ, 1540. in 8. chartis 26. & Vuechelus Parisijs: & Brylingerus Basileæ, 1543. in 8. chartis 32. cum ipso textu Erasmi. Philippus Melanchthon in præfatione testatur authorem huic libro discipulis suis dictato manum supremam propter immaturam mortem addere non potuisse.

Epitome siue Commentarij in uniuersam Physicam Aristotelis, libris 4.

Melchior

Melchior Saxo excudit Erfurdiæ, 1538. in 8. chartis 37. & Vlrichus Morhardus Tubingæ, anno 1542. in 8. cum indice, uariorum exemplarium collatione recogni tos, adiecto dialogo Iacobi Schegkij de principatu animæ: chartis 42. Cæterum epitome illius partis quæ est de anima, prius quoq; seorsim exiuerat Basileæ ex offi cina Rob. Vuinter, in 4. Ex epilogo authoris in totum hoc opus suum.

Bonam operam nauasse uideor, qui è multis peripateticorũ atq; aliorum scriptis, « hunc cõmentarium qualemcunq; descripsi, in nostræ iuuentutis usum, ut habeat, « non dico quod sequatur, sed quo admoneatur eorum quæ præcipue ex tam multis « libris Aristotelis & philosophorum petere & inquirere debeat. Nec quẽ deterreat « styli humilitas, uel uerborum aliquando insolentia, &c. Diligentiæ uero atq; fidei « in hoc commentario præstitæ, sum mihi adeo conscius, ut nihil æque optarim in « præsens, quàm ne esset hic liber minus absolute perfecteq; perscriptus, quàm fide- « liter omnia conatus sum tradere. Nec puduit me aliena quasi mutuari ac transcri « bere. Ex præfatione Sebaldi Hauuenreuteri, qui huius uiri discipulus fuit, scripta Tubingæ, 1539. Author dum superstes adhuc esset, nullis precibus eò « perduci potuit, ut ædi has suas lucubrationes pateretur, propter nullam aliam cau- « sam, quàm quia non essent ab ipso diligentius recognitæ atq; emendatæ. Et ali- « quanto post. Summopere studendum sibi putauit, ut subtilissima quæq; com- « moda oratione ueluti crassescerent, fierentq; tractatione magis grandia & conspi- « cua, &c. Deinde pergit & hos Cõmentarios laudare, & authoris eruditionem ac uirtutes prædicare. Mortuus est author ante aliquot annos in Saxonia.

IOANNES Venetus, ordinis Carthusiensium, domus diui Andreæ apostoli de Lito- T. cl. 1480.
re apud Venetias, scripsit ad instructionem simplicium non contemnenda opuscu la, è quibus extat opus præclarum, quod prænotauit,

Nosce te,	lib. 3.	Cum nihil iocundius, nihil.	
De patientia & humilitate,	lib. 1.	Fratres in Christo chariss.	
Speculum morientium,	lib. 3.	More bonorum parentum.	
Corona quoq; senum,	lib. 1.	Dum mens humana.	
Sermones uarij,	lib. 1.	Epistolæ plures deuotæ,	lib. 1.

Et quædam alia.

IOANNIS Verneri Nurembergensis, scripta quædam Mathematica, impressa No- rimbergæ apud Frid. Peypum, 1522. in 4. chartis 25. Sunt autem hæc.

Super uiginti duobus elementis conicis, chartis circiter 4.

Commentarius seu paraphrastica enarratio, in undecim modos conficiendi eius problematis, quod cubi duplicatio dicitur: chartis circiter 5.

Ex epistola authoris ad typographum. Aliquot tunc ostensis in uario genere di- « sciplinaris scientiæ retroacta tempestate à me perscriptis, horum omniũ haud me- « diocriter placuit libellus quem scripsi de conicis uiginti duobus elementis. De « modis 11. duplicandi cubi, deq; quibusdam appendicibus quibus talium duplica- « tionum utilitates explicãtur. Isti denicq; cubicæ duplicationis modi Georgio Val- « la Vicentino interprete à Græcis ad Latinos iamdudum migrauerant. Verum ut « cum ipsius uenia dicam dura scabraq; admodum traductione breuitatem Græco- « rum proprietatemq; fideliter nimium imitante. Idcirco hanc prouinciam haud in- « iuria mihi uindicaui, ut eædem cubi duplicationes planiore quodam dicendi cha- « ractere in publicum æderentur: eisq; non immerito præmisi conica elementa, ut « his discussa densæ obscuritatis nebula longe euidentiore patescerent intelligentia. « Maximam denicq; libelli huius utilitatem tùm pace tum bello Eratosthenis ad Pto- « lemæũ epistola inferius inserta luculenter explicabit. Non minore deinde lau- « de tractatum quem scripsi de motu octauæ sphæræ commendabas, profecto Astro « nomiæ cultoribus ualde necessarium, & quem ni fallor postera mirabuntur sæcu- « la. Hactenus author.

Georgius Valla.

Eratosthen.

Sunt autem quos ſcripſit de motu octauæ ſphæræ tractatus duo:

Primus triginta quatuor cum theorematibus, tum problematibus, quæ propoſitiones libuit appellare, conſummatur: chartas habet 11. ferè.

Secundus, Alfonſinas tabulas de eodem motu iuſtis reprehenſionibus non carere oſtendit per capita 7. chartas habet 2. cum quadrante.

Poſtremò, appendicis uice adijcitur ſummaria enarratio motus octauæ ſphæræ ex ipſius Verneri traditione, charta ferè 1.

Eiuſdem commentatio in Dionyſiodori & Dioclis problema, quo data ſphæra plano ſub data ſecatur ratione, aliâs ſuper ſectione ſphæræ ſub data ratione.

Alius modus idem problema conficiendi ab ipſo Vernero nouiſſime compertus demonſtratuſq;. Vtriuſq; charta eſt una & paulò amplius.

IOANNIS de Vigo Genuenſis, prima pars Practicæ Chirurgiæ quæ inſcribitur Copioſa, quam ſcripſit iam ſenex ad Aluiſium filium: impreſſa Lugduni, 1519. in 4. chartis 49. cum indice ſingulorum capitum adiecto in fine, & rurſus ibidem, 1538. in 8. Sunt autem libri nouem, quorum argumenta ſubieci.

1 De anatomia chirurgo neceſſaria.

2 De apoſtematibus in uniuerſali & particulari, à capite ad pedes.

3 De uulneribus in uniuerſali & particulari: de modo curandi ea, & eorum accidentibus ſuccurrendi.

4 De ulceribus in uniuerſali & particulari, à capite ad pedes.

5 De morbo Gallico, & diſlocatione iuncturarum.

6 De fractura & diſlocatione oſſium.

7 De natura ſimplicium, & poſſe eorum.

8 De natura compoſitorum, & eſt antidotarium de reſolutiuis, maturatiuis, repercuſſiuis, ſimplicibus & compoſitis, ac nonnullis alijs ſecretis ſuis chirurgicis.

9 De quibuſdam additionibus pro operis complemento.

» Ex procœmio authoris. Cum eſſem in Romana curia anno milleſimo, quingen-
» teſimo tertio, ad Chirurgicum munus deputatus fe. re. Iulij 11. pon. max. compoſui
» hoc opuſculum in chirurgia, pertractans omnium ægritudinum corpori humano
» euenientium curationem penes theoricam & practicam, &c. quo ſanitatem ma-
» gnorum uulnerum & ulcerum, ac nonnullorum morborum, homines canonice
» conſequi poſſint. Curabo autem prolixitatem ſermonis euitare, imò pauciorib.
» uerbis ueritatem omnium curationum adducere, &c. Si quis fortè maleuolentia
» ductus, nixus fuerit me accuſare de aliqua re huius operis, profecto Hippocratẽ,
» Gale. Aui. Raſim, Aliabb. & nonnullos alios ueteres, quos imitatus ſum, accuſa-
» bit: ſimiliter quoque expoſitores eorundem, probatiſſimoſq; uiros condemnabit.
» Nam omnia quæ infra ſcripta ſunt, ex prædictorũ monumentis, & modernorum
» practicantium uſu habita, frequentiſſime à me probata ſunt. Et quod additum eſt
» præter antiquorum & modernorum ſecreta, illud equidem à me ratione & expe-
» rientia longa comprobatum fuit. Poſt hæc exponit quædam in genere ad chi-
» rurgiam & chirurgum attinentia.

Ioannetini de Vigo, olim Iulij 11. pont. max. nunc uero Sixti Cardinalis, &c. chirurgi, ſecunda pars practicæ, quæ Compendioſa nuncupatur, totius chirurgiæ documenta, quæ in prima parte diffuſe explicantur, ſummatim libris quinq; complectens: impreſſa Lugduni, 1518. in 4. chartis 10. & dimid. cum indice capitum in fine. Tractatur autem in primo libro, De uulneribus. In ſecundo, De apoſtematibus. In tertio, De ulceribus. In quarto, De auxilijs appropriatis unicuiq; membro à capite uſq; ad pedes, & morbis eorum. In quinto, De uarijs auxilijs ſub ordine Antidotarij: & de parua chirurgicorũ capſia nauigantium, pro eorum commoditate. Ex præliminari epiſtola authoris ſcripta Tiburi, anno 1517.

» Ad nouam chirurgiæ ſcripturam cõponendam compulſus fui, uidelicet ut ſi qua in Co-

in Copiosa nostra superflua reperiantur, ab eadem resecari: si diminuta, augeri: si denique minus benedicta, concinnari & corrigi possint. "

IOAN. Villanus scripsit uulgari lingua Chronica Florentinorum, citatur à Bapt. Fulgoso.

IOAN. de Villemat de Sforcia, iurisperitus, scripsit super 2. ff. n. de sica. De acquisitionibus possess. & dominij.

IOAN. de Vischijs, scripsit de immunitate ecclesiæ.

IOANNES Visorius Cænomanus, scripsit Commentarios in Topica Ciceronis ad Trebatium.

Eiusdem de inuentione & iudicio dialectices libri 2. Est autem liber de Inuentione compendium librorum Rodolphi Agricolæ. Opus excusum nuper Basileæ in 8. cum dialecticis quibusdam authoris incerti progymnasmatis: chartis 14. Ex epistola dedicatoria authoris scripta Parisijs in gymnasio Burgundorum. In " gratiam discipulorum meorum uolui eadem, quæ plures ante me scripserunt, uer- " bis lautioribus magisq; delicatis tradere: non ut meis prodessem modo, sed & eos " oblectarem: Prodessem quidem: nam quicquid memoria dignum Cicero, Quinti- " lianus, Rodolphus, & alij classici primariæq; notæ authores ex Aristotelico penu " deprompserunt, quod ad inuentionem dialecticã facere uideretur: quicquid item " alij, quod iudicium formaret, ex eodem fonte hauserunt: illud me Hercule in hoc " meum opusculum conieci, meorum ingenijs consulens. Oblectarem præterea: " siquidem conatui meo non planè satisfeciſſe mihi uidebar, nisi insuper plæraq; " uel ex philosophia, uel historijs, uel oratoribus, uel poëtis adiecissem, quibus audi- " torem à tædio uindicarem. "

IOAN. Vochs Colonienſis, natione Germani, opusculum de omni pestilentia, et diuturna peste morbi Gallici, ad Fridericũ ducem Saxoniæ, &c. in quo & alia multa differuntur, præcipue contra medicos recentiores, pharmacopolas, et exotica medicamenta. Habet autem plus eruditionis & experientiæ medicæ, quàm elegantiæ in dicendo. Impressum in Germania, 1537. in 8.

IOANNIS Vœgelin Heilpronnensis, natione Germani, Mathematũ, professoris ætate nostra in Schola Viennensi, Introductio Geometrica ex Euclide collecta, cũ præfatione Philippi Melanchth. in qua illud Platonis explicat, ἀγεωμέτρητος ὐδεὶς εἰσίτω, geometriæ studium, & hunc libellum commendat. Iosephus Klug excudit Vuitembergæ, 1536. chartis 6. in 8. Adiecta Georgij Peurbachij arithmetica practica. Egenolphus etiã excudit Francofordi, 1534. in 8. cum arithmetica Ioan. Vuolphij Hersbrug.

IOAN. Vrsini medici doctoris & poëtæ laureati, Prosopopœia animalium aliquot, in qua mutua de eorum uitijs, natura, proprietatibus, præcipue ad rem medicã pertinentibus cõtinentur, uersibus elegiacis. Chartæ sunt septẽ, impressæ Viennæ in Gallia, 1541. in 4. cum scholijs Iacobi Oliuarij. In præfatione promittit omnium animantium, quæ sub cœlo uel cognosci uel excogitari poterunt, præsertim piscium historiam.

Elegiæ de peste & ea medicinæ parte, quæ in uictus ratione cõsistit, ibidem impressæ, 1541. in 4. Feruntur præterea extare impressa huius authoris: Commentaria in Catonis libellũ. Ethologus elegans de moribus. Carmina quædam de re medica, & alia plura. Sunt autem quædam excusa Lugduni apud Paganum.

IOANNES Vualsgrãm, natione Anglus, ordinis fratrum beatæ Mariæ uirginis de monte Carmeli, scripsit quædam præclara uolumina, de quib. extat opus insigne: Super sententias, lib. 4. Quæstiones uariæ, lib. 1. T.

Cætera quæ composuisse dicitur, ad notitiam meam adhuc non uenerunt.

IOANNIS Vuendestein liber de Musica activa. Chartæ sunt 9. impressæ Coloniæ in 4. 1507.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [965] - 462v
PUBLIC DOMAIN

T. IOANNES de Vuerdena, ordinis (ut ferunt) fratrum Minorum, natione Teuthonicus, scripsit quædam, è quibus extant:
Sermones de tẽpore duplices, lib. 2. Induamur, &c. uide.
Sermones de sanctis duplices, lib. 2. Sermones etiã p quadragesimã, lib. 1.
Cætera uero quæ composuit, ad notitiam nostram minime uenerunt.

IOAN. de Vuesalia sacrarum literarum doctoris, ac concionatoris Vuormaciensis paradoxa, quæ feruntur à quibusdam Thomistis, ex illius concionantis ore fuisse excerpta, mox damnata per hæreticæ prauitatis inquisitores, &c. anno 1479. Moguntiæ: chartæ dimid. impress. cum descriptione Basilienſis Concilij per Aeneam Syluium.

Eiusdem examen magistrale ac Theologicale præsidentibus hæreticæ prauitatis inquisitoribus. Ibidem.

IOAN. Vuesselus Groningensis. Vide Vuesselus. Ioannis enim prænomen à quibusdam non recte ei tribuitur.

Articuli 18. IOAN. Vuicleſi impugnati à Vuilhelmo Vuidefordio, impressi cum descriptione concilij Basilieñ. per Aeneam Syluium. Et ibidem aliæ propositiones eiusdem ex ipsius libris excerptæ, damnataeq; Oxoniæ, Londini, & Constantiæ in Concilio: Item rationes cur damnati sint ipsius & Ioannis Huss sequacis eius articuli: chartis 9.

IOANNES Vuolphius Tigurinus, iuuenis adhuc & unus ex ministris Ecclesiæ in urbe nostra, hoc tempore concinnat Indicem Græcorum nominum quæ ad Geographiam pertinent, ex Ptolemæo, Pausania, Stephano, Strabone, Eustathio, & nonnullis alijs: ita ut singulis propriorum nominum breuissime ueluti genus tantum & differentia adijciatur, cum notatione locorũ in quibus apud authores prædictos eorum fit mentio. Verbi gratia, ἑλουήτιοι, Heluetij, populus Galliæ, Pto. li. 2. in Si. Gall. Belg. Stra. lib. 3. &c. Adiungetur autem utilissimum hoc opus Lexico Græcolatino hac æstate anni, 1545. Basileæ cudendo ex castigatione & locupletatione nostra.

IOANNIS Vuolphij Hersbrugiensis, natione Germani, rudimenta Arithmetices, quæ adhuc adolescens conscripsit. Excusa Francofurti apud Egenolfum, 1534. in 8. chartis 3. & dimid. cum Ioan. Vœgelin elementali geometrico: & Argentorati, 1540. Ex præfatione authoris scripta Norimbergæ è schola Sebaldi Heyden, 1527. » Principio species Arithmetices enumeramus, deinde regulam mercatorum, seu de tribus, tam in integris quàm in minutijs. Postea, pecuniæ, argenti auriq; permutationem. Postremo societates mercatorum, idq; quoad eius fieri potuit, breuissime.

Rudimenta arithmetices de radicibus & progressionibus.

IOANNIS Vulteij Remensis, natione Galli, epigrammatum libri duo, impressi Lugduni apud Seb. Gryphium, 1536. in 8. chartis 11. & ibidẽ anno sequente apud Parmenterium: cum præfatione authoris scripta Lugduni, 1536. Versus apparent docti & arguti, & ad imitationem Martialis compositi.

T. cl. 1420. IOANNES Zacharias, natione Teuthonicus, patria Erfordensis, scripsit quædam præclara opuscula, è quibus feruntur:

Super Sententias,	lib. 4.	In Genesim,	lib. 1.
In Exodum,	lib. 1.	In Leuiticum,	lib. 1.
In Epistolas Pauli,	lib. 14.	Sermones uarij,	lib. 1.

Et alia quædam.

IOANNIS Zatharij cuiusdam medicina, extat Græce in Italia.

IOAN. Zonaras monachus, historicus, historiam Græce ab exordio mundi uniuersalem sub epitomes nomine collegit, usq; ad sua tempora, nempe Michaëlis imperatoris Constantinopolitani. Hæc historia Græce extat Romæ. Vide supra in IOAN.

IOAN. Cuſpiniano in margine. Inuenio & alias inſcriptiones in catalogis bibliothecarum Italiæ, quales hæ ſunt. Chronica hiſtoria à Iulio Cæſare uſq; ad Alexium Comnenum: hanc habet Venetijs Diegus Hurtadus Cæſaris legatus: & eiuſdem authoris Expoſitionem τῶν ἀνασασίμων κανόνων. Epitome ueterum hiſtoriarum ab initio mundi. Eiuſdem hiſtoriæ imperatorum. Μικρὰ ἐξήγησις. Alexandri magni uita Ioanne monacho authore: excuſa eſt Baſileæ ab Henrico Petro cum aliquot libris Diodori Siculi Latinis.

IOANNICII introductio in artem paruam Galeni: chartæ ſunt ferè tres, impreſſæ in Italia cum Theophilo de urinis, & Aphoriſmis Hippocratis à Conſtantino monacho translatis, &c. & Argentorati apud Henri. Sybold. in 8. Sermo barbarus eſt. Hunc aliqui ſuſpicantur alio nomine Humain dici, de quo ſupra. Ioannicius citatur à Ioan. Meſue, & in Tacuinis Elluchaſem medici. Vide ſupra in Ieſu Hali.

Legitur & apud Suidam Ἰωαννίκιος nomen proprium, ſed nihil ultra. Apparet diminutiuum eſſe ab Ioanne.

IOASAPH monachus: uide in Ioan. Cantacuzeno.

IOB, ἰώβ, ab alijs cum aſpiratione ſcribitur Hiob, ſecundum Hebræos Iiob.

HIOB Gaſt, ſcripſit Expoſtulationem iuſtitiæ, & de toleranda cruce. Qui libri ſunt impreſſi, ut habet index officinæ Baſilien. Heruagij.

Ioan. Brentij cõmentarium Germanicum in Eccleſiaſten Salomonis Latinum fecit. Ioan. Secerius excudit Haganoæ ab ipſo authore recognitum, quantum ad ſententiarum cognitionem ſatis eſt, 1529. in 8. chartis 35.

IOB quidam medicus citatur in continente Raſis.

IOCVNDVS quidam Vitruuij & Frontini opera Florentiæ impreſſa, collatione repurgauit, & auxit indice.

IODOCVS nomen proprium, ab alijs Iudocus ſcribitur. Aliqui uolunt corruptum eſſe nomen à Iuſto: apud Suidam inuenio etiam Ἰόδοκος nomen proprium.

IODOCVS Aquenſis ſcripſit de rebus Flandrorum.

IVDOCVS Badius Gandenſis, natione Teuthonicus, qui olim Ferrariæ Baptiſtam Guarinum literas Græcas docentem audiuit, ſcripſit carmine & proſa multa præclara opuſcula, de quibus extant ſubiecta. Opus metricum inſigne contra uitia quod prænotauit: T.cl.1494.

Syluam moralem,	lib. 1.	
Contra Vincentium quoq;	lib. 1.	Vincenti infœlix quæ.
Pſalterium Mariæ ſapphicis,	lib. 1.	Quam chorus uatum ue.
De grammatica quoq;	lib. 1.	Epigrammata plura, lib. 1.

Epiſtolæ uariæ. Et alia complura. Viuit uſq; hodie annos natus duos & triginta, multa & uaria componens ſub Maximiliano rege.

* Defunctus eſt Pariſijs ante annos circiter decẽ. Plæræq; eius interpretationes paraphraſticæ ſunt, humiles, apertæ, ſermone puro, non digredientes. Bonus ſanè uidetur grammaticus: & ſtylus eius ab Eraſmo laudatur in Ciceroniano. Reprehendit eum Fr. Floridus Sabinus, Succiſiuarum lectionum, lib. 2. cap. 22. Commentarios quotquot ſcripſit, ipſis authorum operibus adiunxit, & domi ſuæ Pariſijs impreſſit. Plurima aũt ſcripſit, ex quibus mihi cognita & impreſſa, hæc ſunt.

In epiſtolarum compoſitionem Compendium iſagogicum, breue & facile.

In epiſtolas Ciceronis familiares interpretationes, cum Compendio iſagogico in eaſdem. Liber excuſus Mediolani, 1519.

In Ciceronis Philippicas ſcholia, excuſa in officina ipſius Pariſijs, 1529. in 4. cum Maturantij, Philippi Beroaldi, & Georg. Trapezuntij commentarijs.

Ex præfatione Aſcenſij. Ad has autem in M. Antonium Philippicas id lumi- «
nis nunc attuli, quod eas ad uetus è bibliotheca celeberrima diui Victoris exem- «

„ plar contuli, & in ſexcentis locis integritati priſtinæ reſtitui, Commentarioſq; in „ ipſas emiſſos miſerè deprauatos emendaui, & iuſto indice illuſtraui.

Commentarij in Ciceronis libros Officiorum, de Amicitia, de Senectute, & Paradoxa: excuſi apud ipſum authorem (ut alij omnes opinor, aut plærique) uno uolumine ni fallor: & Lugduni. 1514.

In libros Rhetoricorum ad Herennium, commentarij Pariſijs impreſſi.

Expoſitio in hiſtorias C. Criſpi Saluſtij, & reliqua opuſcula hiſtoriarum, quæ cum illis hactenus imprimi ſolita ſunt.

Commentarij in Horatij poëmata, impreſſi.

Cõmentarij & argumenta in A. Perſij Satyras, cum Ioan. Britannici in eaſdem commentarijs excuſi, ut ſupra dixi.

Commentarij in Terentij fabulas, impreſſi Lugduni, 1522. in. 4.

Commentarij in Val. Maximi exempla, ex officina eius publicata Pariſijs.

In M. F. Quintiliani inſtitutiones oratorias Cõmentarij ibidem excuſi, in fol.

Annotationes in Euangelicam hiſtoriam Iuuenci. Vueſthemerus excudit Baſileæ in 8. cum Cælio Sedulio.

In Philippi Beroaldi Næniam de paſſione Domini.

Commentarij in Bapt. Mantuani opera, cum eiſdem impreſſi.

In Angeli Politiani Epiſtolarum & Miſcellaneorum libros ſcholia, cum operibus illius impreſſa, 1519. in fol. cum quinq; epiſtolis præliminaribus.

Epitomæ, id eſt, compendia in ſingula capita librorum ſex Elegantiarum Laur. Vallæ, & ſubinde explanationes in eadem. Impreſſæ Argentorati apud Mathiam Schurerium, 1512. cum Lima Mancinelli.

Syluæ morales, ex diuerſis poëtis collectæ per Aſcenſium, & interpretatione eius illuſtratæ, impreſſæ Lugduni apud Ioan. Trechſel, 1492. in folio quod propè accedit ad formam in 4. chartis 118. Sunt autem libri 12. Ex Virgilio, Odis Horatij, Perſio, Iuuenale, Ennio, Baptiſta Mantuano, Sulpitio de moribus, Moralibus Catonis, & Alani parabolis ſecundum locos concinnati.

T. cl. 1454. IVDOCVS Beyſſelius regiæ urbis Aquenſis patricius, natione Teuthonicus, ſcripſit quædam, è quibus extant ſubiecta, Dialogus pulcherrimus ad Hermolaum Barbarum, Platonicorum more

De optimo genere muſicorũ,	lib. 1.	Perduxi uos ô Hermo.
De Chriſtiano ambitu,	lib. 1.	Et ſi tibi omnia ſuppetunt.
Epitoma ſtimuli amoris,	lib. 1.	Cum per hæc Chriſti na.
De roſacea Mariæ corona,	lib. 1.	Roſaceam Auguſtiſſime.
Roſarium metricum,	lib. 1.	Quiſquis amat roſeam.
De roſarij myſterijs,	lib. 1.	Egredimini filiæ Syon.
Roſariũ de ſacramento altaris,	lib. 1.	Pane ſub hoc modico.
Geſta Flandrenſium,	lib. 1.	Orationes elegantiſſimæ.
Epiſtolæ quoq; plures,	Carmina & epigrammata multa.	

Et quædam alia. Viuit uſq; hodie Aquiſgrani utriuſq; iuris clariſſimus interpres, & uaria conſcribit ſub Maximiliano Romanorum rege.

T. cl. 1480. IVDOCVS de Caluue, natione Teuthonicus, patria Sueuus, ſcripſit quoſdam (ut ferunt) tractatus non abijciendos, ſed ad notitiam noſtræ lectionis non uenerũt. Extant eius de diuerſis,

Sermones uarij,	lib. 1.	Vocabularius prædicantiũ, lib. 1.

Et uarij tractatus.

T. in appẽdice. IVDOCVS Clicthoueus Neoportuen. doctor, theologus, ſuæ doctrinæ monumenta magno uoluminũ numero nobis reliqt. Scripſit em quæ hac ſerie digeſta ſcribunt.

In Auguſtini Dathi elegantias commentarium. In introductionem Arithmeticam Seuerini Boëtij commentarium. De praxi numerandi compendium.

In Ioan.

In Ioannem Damaſcenum commentarium.
De uera nobilitate librum eximium.
In paraphraſim phyſices Ariſtotelis ſcholia.
In introductionem paratam in phyſicen Ariſtotelis commentarium.
In introductionem paratam in libros metaphyſices Ariſtotelis commentarium.
In introductionem elaboratam in Ethica Ariſtotelis commentarium.

Theorica planetarum Iacobus Faber compoſuit, quæ diſcipulus eius Iodocus Clichthoueus elucidauit commentarijs, argumentum & fundamentũ totius operis ex Georgio Purbachio eſt ſumptum. Viues.

Appendicem de ſcriptis huius authoris, habes circa finem noni tomi operũ Deſ. Eraſmi Rot.

Ars ſupputandi tam per calculos, quàm per notas arithmeticas, ſuis regulis elegantèr expreſſa. Chartæ ſunt tres, excuſæ olim in quarto, cum Iacobi Fabri introductione in arithmeticam Boëtij, & Iordani.

Introductiones in ſingulas Dialecticæ partes. Ioan. Paruus excudit Pariſijs, 1537. chartis 30. & Mich. Vaſcoſanus ibidem, 1534. in 8. & Vuechelus ibidem. Sunt autem hæ. Introductio in terminos dialecticorũ, & alia in artium & ſcientiarum diuiſionem Iodoci Clichthouei, cum eiuſdem explanatione.

Introductiones aliquot dialecticæ Iacobi Fabri Stap. (quæ etiam cum commentarijs illius in Ariſtotelicos libros impreſſæ habentur, ſingulis ſuo loco præfixæ) omnes cum Iod. Clichthouei familiari expoſitione, uidelicet: Iaco. Faber.

In ſuppoſitiones. In prædicabilia. In diuiſiones.
In prædicamenta. In lib. de enunciatione. In libros 2. priorum.
In libros 2. poſteriorum. In locos dialecticos.
In fallacias. In obligationes. In inſolubilia.

Scholia in paraphraſes Fabri Stapulenſis ſuper Ariſtotelis tota ferè naturali philoſophia. Impreſſæ cum ijſdem Pariſijs in fol. 1533. & aliàs, ut dixi in Iacobo Fabro.

Fertur etiã ſup Ethicis & Politicis cõmentarios ædidiſſe, qui habeant impreſſi.

Compendium ueritatis, impreſſum.

Sermones, excuſi Coloniæ apud Petrum Quentell.

Libri quatuor Cõmentariorum in eam partem Euangelij Ioannis, ſuper quam totidem libri Cyrilli interciderunt. Vide ſupra in Cyrillo.

Propugnaculũ eccleſię cõtra Lutheranos, liber impreſſus alius ab Antiluthero.

Opera Iod. Clichthouei, ex catalogo officinæ Pariſienſis, Simonis Colinæi.

Antilutherus. Decreta concilij Senonenſis.
De ſacramento Euchariſtiæ contra Ioannem Oecolampadium.
Impbatio ꝙrundã articul. Lutheri. De laudibus trium antiquorum patrum.
De ueneratione ſanctorum De bello & pace.
De puritate cõceptiõis bea. Mariæ. De dignitate annunciationis beatæ Mariæ.
De myſtica numerorũ ſignificatiõe. De uera nobilitate.
De uita & moribus ſacerdotum. De officio regis.
De neceſſitate peccati Adæ. De laudibus S. Ludouici & Cæciliæ.
De laude monaſticæ religionis. De doctrina moriendi.

IODOCVS Gartner Germanus, citatur in Chryſopaſſo Ioan. Eccij.

IODOCVS † Velareus Q. Calabri poëſin derelictorum ab Homero, & Coluthi Tebani de raptu Helenæ poëmation Latinitate donauit. Gryphius excudit Lugduni, 1541. in 8. † Aliàs Valerius.

Phornuti liber de natura deorum, eodem interprete, impreſſus eſt nuper Baſileæ, apud Hen. Petrum opinor.

IODOCVS Vuillichius Reſellianus, natione Germanus, medicus et theologus, Academiæ Francfordianæ cis Viadrum noſtra ætate ornamentum, multos ædidit eruditos ſanè libros, ex quibus à me uiſi ſunt qui ſequuntur.

Erotematum Dialectices libri tres, impreſſi Argentorati apud Cratonem Mylium, 1540. in 8. chartis 14. In epiſtola nuncupatoria ſcripta, anno 1537. diſſerit author quomodo ſuſcipienda & ingrediẽda ſtudiorum dialectices ſit ratio, & circa finem ſubiungit. Dialectica qualiacunq; magis corraſa quàm ſcripta tibi nuncupo, breui quoq; ad te nonnulla de ratione ſtudij perferri curabo, ſi tantum per negocia hiſcere contingeret. Ex epiſtola Ioannis Sturmij in commendationem huius operis. Elegantis eſt ingenij in re obſcura & implicata, quæ ſentis, ea dilucide atq; expedite oratione demonſtrare. Id in Dialectícis ita conſecutus eſt Vuillichius, ut me mei, quem eadem in re ſuſcepi laboris tædeat. Ariſtotelica ſunt quæ præcipit, & è rhetorum diuiſionibus nonnulla ſumpta, quædam etiam aliunde adhibita, quæ tametſi uerbis peripateticorum non ſunt expreſſa, tamen reipſa ab his quæ Ariſtoteles tradidit non diſcrepant. Itaq; cum hunc cognoueris, nihil propè apud cæteros inueníes, quod non antea didiceris: quædam etiam hic explicantur, quæ ab alijs non ſunt expoſita.

Ioan. Sturmius.

Arithmeticæ libri tres, impreſſi Argentorati apud Cratonem Mylium, 1540. in 8. chartis 8. Singulorũ librorum capita primus quaternio proponit. Eſt autem compendioſa hæc arithmetica, dilucida, expolita, & dialogiſmo expoſita.

Proſodia Latina, cui nonnulla de modulatione oratoria acceſſerunt. Liber excuſus Lipſiæ, 1539. in 8.

De pronunciatione rhetorica liber doctus & elegans. Itẽ, ſcholia in Vergilij Bucolica multis locis reſtituta. Vueſthemerus excudit Baſil. 1540. in 8. char. 16. Eadem ſcholia in Bucolica, anno 1544. excuſa ſunt Argentinæ apud Albertum.

Annotationes in Bucolica & Georgica Vergilij, impreſſæ cum operibus Vergilij Baſileæ apud Brylingerum, 1545. in 8. Promiſit etiam annotationes in libros Aeneidis ante annos aliquot: ſed nihil adhuc euulgatum uidimus.

Commentarij doctiſſimi in Georgica Vergilij, ſeorſim excuſi Baſileæ apud Vueſthemerum, 1539. in 8. chartis 39. cum índice: adiunctis etiam poëtæ carminibus cum epiſtola nuncupatoria ſcripta, anno 1538. ad D. Ioachimum II. Marchionem Brandenburgenſem, qua rei ruſticæ laudes perſequitur. Initio commentariorum præfigitur breuis explanatio uocabulorũ agriculturæ. Germanicas quoq; uocabulorum interpretationes nonnunquam admiſcet.

Commentarius anatomicus, in quo eſt omnium partium corporis humani diligens enumeratio. Item, de locuſtis dialogus, authore Iod. Vuillichio. Liber impreſſus Argentorati, 1544. in 8.

Obſeruationes in Lactantium de opificio Dei, excuſæ Argentorati apud Cratonem Mylium in 8.

Pollicitus eſt quoq; Haggæum prophetam, breui cõmentarijs ſuis illuſtrandũ.

Commentaria in utrãq; ad Timotheum Pauli epiſtolam, impreſſa Argentorati, 1542. in 8. chartis 16. Ex epiſtola nuncupatoria ad Albertum Marchionẽ Brandenburgenſ. † Hæc commentaria qualiacunq; quibuſdam auditoribus, ſeríjs quibuslibet tam dictata, quàm excepta intra priuatos parietes tibi dedico: quibus ſuo tempore totius ſcripturæ Hypotypoſis, quã tantopere in ſuo Timotheo Apoſtolus expoſcit, ſuccedet atq; in publicum proferetur, ut ubiq; locorum eadem doctrinæ Eccleſiaſticæ inſtitutio eſſet, & de eadem uerum iudicium fieret.

† Scripta anno 1542. cis Viadrum Francfordiæ.

Expoſitiones in Euangelia quæ uſitato more diebus dñicis & feſtis proponunt, impreſſæ Baſileæ apud Vueſthemerũ, 1544. in 8. chartis 10. cũ Philip. Melanchthonis annotationibus in eadem. Circa finem adijcitur etiam corpus catechiſmi per chartam dimid. eiuſdẽ ut uidetur authoris. Plæraq; fatetur tumultuaria opera ſe congeſ-

congessisse. Rhetorica autem diuisione singulorum euangeliorum Occasionē exordij loco, propositionem cum sua Contentione, & Peroratione tractat breuiss.

IODOCI Vuindshemij apud inclytam Francorum Herbipolim Hagensium concionatoris, Christiani pœnitentis confessio humanorum morum & officia & errata quamlibet multa perstringens. Adā Petri excudit Basileæ, 1520. in 4. chartis 8. Ex præfatione authoris scripta Herbipoli, 1519. ad Ioan. Oecolampad. Cōfessionem illam & in decem præcepta diuina uelut paraphrasticôs sub Christiani pœnitentis persona, enarrationem, &c. "

IOEL propheta ex agro Bethor, de terra Rubim oriundus, permulta super Hierusalem prophetauit, & de consummatione gentiū. Prophetando autem in pace obijt, & honorifice in patria sua humatus est. Epiphanius. Prophetia eius in uetere Testamento tribus capitibus diuisa, ostendit quanta mala orbi immineant, præsertim Iudæis ob multa grauiaq; peccata: adhortatur propterea ad pœnitentiam, & post multa prænuntiat etiam mysteria de regno Christi: & præ alijs hoc habet, ut missionem spiritus sancti pulchre describat. Quis ipse fuerit, ex qua tribu, & quo tempore, etiam Hebræis ipsis incertum est, &c. Hæc Seb. Munsterus.

IONIS Chij poëtæ ex uarijs fabulis carmina citantur passim ab Athenæo, quarum tituli habentur in authorum catalogo Symposiacis præfixo.

IONIS tetrastichon legitur in tertio libro Anthologij Planudis.

IONA ppheta Niniuen missus filius Amitthai, sub rege Iaroboā coæuus fuit Amos & Hoseæ, ut prodit posterior liber Regum, cap. 14. quare illi nō recte sentiunt, qui dicunt eum filium fuisse mulieris Sareptanæ, quem Elisa à morte suscitauit, cuius opinionis etiam Epiphanius est in uitis prophetarum. Prophetiæ eius capita tria habentur in uetere Testamento.

IONAS monachus & discipulus S. Columbani abbatis, natione Scotus, scripsit Vitam sancti Columbani, lib. 1. Vitam sancti Attalæ monachi, lib. 1. Vitam sancti Eustasij abbatis, lib. 1. T. cl. 630.

IONAE Philologi dialogi aliquot lepidi ac festiui in studiosæ iuuentutis informationem nunc primum nati & æditi. Ioannes Schœffer excudit Moguntiæ, 1539. in 8.

M. Fabij Quintil. librorum epitomen concinnauit. Uuesthemerus excudit Basileæ in 8. chartis 11.

Medicas definitiones Galeni operibus adiunctas ex Græcis Latinas fecit, sed parum dextre. Emendatam illius aut nouam translationem in postremis operum Galeni Latinorum haberi puto. Illius translatio seorsim etiā exiuit Parisijs apud Colinæum, 1528. cum indice, in 8. deinde Basileæ cum cæteris Galenicis.

IONATHAS Vzielis filius, & discipulus fuit Hillel (qui floruit anno ante templi secundi euersionem centesimo) & condiscipulus Symeonis Iusti, qui Christum infantulum susceptt in brachijs: Vixit autem anno ante Christi natalem circiter secundo & quadragesimo. Totum uetus instrumentum in Chaldæam uertit linguam, atq; exposuit, ita sensum è sensu traducens, & ita obscurissima quæq; exponens uocabula, ut quæcunq; de Messia dubia & latenter scripta erant, certa atq; clarissima reddiderit: adeò ut eius æditio non tam interpretatio, quàm glossa atq; expositio uideatur: quam Hebræi Targum, id est, translationē uocant: tantæq; apud eos est authoritatis, ut non solum ei contradicere nemo audeat: sed non minus quoque fidei, quàm ipsi Textui passim omnes eidem adhibeant: tum ob uiri sanctitatem ac peritiam, tum maxime ob ipsius interpretationis expositionisq; ueritatē. Ideo quotiescunq; aliquid ambiguum, aut difficile intellectu, in textu sacrorum librorū inueniunt: semper ad eandem translationem, atque enucleationem recurrunt, &c. Translatio eius in Pentateuchum rarissima est, idcirco ab ijs qui eam nō uiderunt, negatur: Ego uero ipsam semel uidi, &c. Aeditio quoq; eius in Psalterium penes

pauciſſimos eſt: quam qui habent pro uiribus occulunt, propter myſteria Chriſtiana fidei quæ continet. Deprauatus eſt autem alicubi Ionathæ textus à recentioribus Iudæis ubi cũ Chriſtianis facere uidebatur. Hæc Petrus Galatinus lib. 1.

Ionathæ interpretatio Chaldaica in prophetas priores & poſteriores à Daniele Bombergo impreſſa habetur. Sunt qui Targum Hieroſolymitanũ ei tribuant: quod doctis, ut audio, non probatur.

IONATHAE epiſtola ad Spartiatas legitur apud Ioſephũ in libris Antiquitatũ Iud.

IOPHON poëta. Vide Suidam.

IOR. Buci, Conſilium de ualiditate teſtamenti, & pactis dotis, incip. & quamuis pro primo.

IORDANVS citatur in Tacuinis Elluchaſen medici.

T.cl.1420. IORDANVS ordinis fratrum S. Auguſtini de eremo, natione Teuthonicus, ſcripſit plures tractatus, è quibus tamen pauca in manus noſtras peruenerunt. Feruntur autem iſta:

In Apocalypſin Ioannis, lib. 1.
De paſſione domini, lib. 1.
Sermones de tempore, lib. 1.
Sermones de ſanctis, lib. 1.
Quadrageſimale, lib. 1.
Et alia multa.

Apologia ordinis ſui, lib. 1.
Inſpice & fac ſecundum ex.
Ecce dabit uoci ſuæ uo.
Quæſtiones uariæ, lib. 1.

T.cl.1220. IORDANVS ordinis Prædicatorum, poſt ſanctum Dominicum (ut dicunt) magiſter generalis, natione Teuthonicus, fertur nonnulla ſcripſiſſe opuſcula, è quibus feruntur, Ex officio Prioratus ad fratres ſui ordinis,

Exhortatoriæ epiſtolæ plures, lib. 1.
De ordinis inſtitutione, lib. 1.
Sermones ad populum, lib. 1.

IORDANI Nemorarij uiri clariſſimi de ponderibus propoſitiones tredecim, & earundem demonſtrationes, multarumq; rerum rationes ſanè pulcherrimæ. Io. Petreius excudit Norimbergæ, 1533. in 4. chartis 4.

Elementa arithmetica, & Data arithmetica. Vide ſupra in Fran. Maurolyco, fol. 252. b. uerſu 31. & 32.

Quadripartitum numerorum opus uarijs ſcatens argutijs.

Demonſtratio aſtrolabij.

Planiſphærium: chartæ ſunt 2. & dimid. impreſſæ cum Arato Græco cõmentarijs Theonis explicato, &c. Baſileæ 1536. in 4. apud Valderum.

T.cl.530. IORDANVS ex monacho epiſcopus Gothorum, fertur quædam præclara compoſuiſſe uolumina, de quibus ad meam notitiam pauciſſima peruenerunt. Reperi enim tantum:

Hiſtoriarum, lib. 2.

In quorum primo recenſuit geſta Romanorum, in ſecundo uero originem & geſta Gothorum uſq; ad finem regni ipſorum.

* Hic author in libris excuſis nominatur Iornandes Caſtalio. Excuſa eſt autem hiſtoria eius Gothica ſiue Getica (Gotos enim & Getas eoſdem eſſe perſuadet) chartis decem, Auguſtæ Vindelicorum cum Paulo Diacono de geſtis Langobardorum, in fol. Auguſtæ Vindelicorũ, 1515. & Baſileæ in officina Frobeniana cum alijs quibuſdam. Stilus non admodum purus eſt: tolerabilis tamen.

» Ex præfatione authoris. Compellis me frater Caſtali relicto opuſculo, quod in-
» tra manus habeo, id eſt de breuiatione Chronicorum, ut noſtris uerbis duode-
† Symmachi opinor. » cim †Senatoris uolumina de origine actuq; Getarum, ab olim uſq; nunc per gene-
» rationes, regesq; deſcendente, in unum, et hoc paruo libello coartem. Superat nos
» hoc pondus, quod nec facultas eorundem librorum nobis datur: quorum quam-
» uis uerba non recolo, ſenſus tamen & res actas credo me integre tenere. Ad quos

nonnulla

nonnulla ex hiſtoriis Græcis ac Latinis addidi conuenientia: initiũ finemq; & plura in medio mea dictatione pmiſcens. Citat aliquoties Ablabiũ & Symmachũ. "

IOSEPHVS Iudæus: uide in Flauio Ioſepho: quanquam illud Flauiæ familiæ præno men honoris gratia, à Veſpaſiano & Tito acceperit.

IOSEPH cuiuſdam monachi Scythici, Collationes duæ habentur cum Io. Caſſiani Collationibus ultimæ: eſt autem una de amicitia uera: altera, de diffiniendo, id eſt, promittendo, uel non diffiniendo.

IOSEPH quidam ſcripſit Hebraice Iccarim, id eſt, fundamentorum ſeu articulorum fidei librum. Impreſſus eſt, cum Thalmud opinor.

IOSEPH Eſopeus: uide in Io. Capnione, fol. 398. a. uerſu 44.

IOSEPHI Grunbeckij, aliâs Gruenpeckij, natione Germani, regij ſecretarij, anno 1503. de Mentulagra ſiue morbo Gallico liber, impreſſus in 4. olim, chartis 3. & dimid. Docet autẽ cauſas huius morbi, diætam, & remedia, quæ ipſe in ſe & amicis expertus eſt.

IOSEPH Hebræus, naturalis magiæ ſcriptor. Vide in Zoroaſtre.

IOSEPH Pacatius neſcio quid ſcripſit, quod impreſſum habetur.

IOSEPHI Rhacenditæ opera quædam Græca extant in Italia, nempe: Varia †phi loſophica apud D. Diegum Hurtadum Cæſaris legatum Venetijs. Eadem habentur Romæ in bibliotheca Pontificia, & inſuper: Synopſis uel epitome in rhetoricam, logicam, & totam philoſophiam Ariſtotelis, & in quatuor mathemata. Boëtij dialectica in Græcum ſermonem translata. † *Aliás, Synopſis in philoſophica.*

IOSEPHVS Struthius uertit libros perperam Cl. Galeno inſcriptos de aſtrologia, & de urinis, qui cum reliquis Galeni operibus Latinis Baſileæ impreſſi ſunt.

IOSIPPVS, qui à quibuſdam Ioſephon appellatur, ſcripſit Hebraice Compendiũ elegans hiſtoriarum Ioſephi, ex ipſo Ioſepho, & aliis quibuſdam: cõplectens Acta 70. interpretum, Geſta Machabæorum, Facta Herodum, Excidium Hieroſolymitanum. Excuſus eſt liber Hebraice cum Sebaſt. Munſteri translatione Latina è regione, Vuormaciæ apud P. Schœfer, 1529. in 8. chartis 19. & dimid. cum R. Moſis tredecim articulis fidei Iudæorum, & libello authoris incerti de 10. captiuitatibus Iudæorum. Ex præfatione Munſteri. Præconium illud quod Ioſephus Chriſto tribuit, perfidus hic Iudæus muta præterit lingua: cætera fideliter ſcribit. Nam " contuli cum Ioſephi Latino exemplari, nec inueni ullam in ſententijs diſcrepan- " tiam. Quædam fuſius, alia contractius Ioſepho explicat. In propriis nominibus " aliquando diſcrepat uel in litera uel in ſyllaba, quod in margine notauimus. "

IOSVE ſiue Ieſu filius Sirach ſcripſit librum Eccleſiaſticum in uetere Teſtamento dictum, & diuiſum in capita 51. quo morales ſententiæ continentur præcipue: apocryphus eſt, nec extat Hebraice.

IOVINIANVS: uide in Chalcidio ſupra, fol. 164. a. uer. 19.

IPTTO nomen proprium, aliâs ſcribitur Iuo, ut infra. Eſt & ſimile Græcis ἰοφῶν.

IRENAEVS Lugdunenſis epiſcopus, ſcripſit multa egregia uolumina, de quibus iſta feruntur. *T. cl. 179.*

Aduerſum gentes uolumen breue, lib. 1.
De monarchia dei, ſiue quod Deus non ſit conditor malorum, lib. 1.

De diſciplina,	lib. 1.	De Ogdoade, †	lib. 1.	† περὶ ὀγδοάδος.
Ad Blaſtum de ſchiſmate,	lib. 1.	De Paſcha ad Victorẽ papã,	lib. 1.	
Contra hæreſes,	lib. 5.	De prædicatione apoſtolica,	lib. 1.	
Quatenus ueritatem re.		Variorum tractatuum,	lib. 1.	

* Hæc Trittemius ex Hieronymo, apud quem plura, ſi libet, de hoc authore legas. Scripſit etiam ad Florinum epiſcopum ab eccleſia prolapſum.

* Irenæi eruditiſſimum opus in quinq; libros digeſtum, in quibus mire retegit & confutat ueterum hæreſeon impias ac portentoſas opiniones Valentini præci-

pue, & similium, ex uetustissimorum codicum collatione, quantum licuit emenda-
tum opera Des. Erasmi Rot. ac nunc denuo eiusdem opera recognitum, correctis
ijs quæ prius suffugerant. Excusum Basileæ in officina Frobeniana, 1534. in
fol. cum indice, chartis 90. Ex præfatione authoris.

» Necessarium duxi, cum legerim Commentarios ipsorum, manifestare portentuo-
» sissima & altissima mysteria eorum, &c. Et quantum nobis uirtutis adest, senten-
» tiam ipsorum, qui nunc aliud docent, dico aũt eorum, qui sunt circa Ptolemæum,
» qui est uelut floscul⁹ Valentini scholæ, compendiose & manifeste ostendemus,
» & alijs occasiones dabimus secundũ nostram mediocritatẽ ad euertendum eam,
» non constantia neq; apta ueritati ostendentes ea, quæ ab hijs dicuntur, neq; con-
» scribere consueti, neq; qui sermonum arti studuerimus.
» Ex epistola nuncupat. Des. Erasmi. Spirant Irenæi scripta priscum illum Euan
» gelij uigorem, ac phrasis arguit pectus martyrio paratum. Fuit uicinus apostolo-
» rum temporibus, & puer audiuit in Asia Polycarpum, &c. sic ut senex etiam ser-
» monum eius uiuidam ac præsentem retineret memoriam, quemadmodũ ipse mul
» tis uerbis testatur in his quæ scripsit ad Florinũ: referuntur autem ecclesiasticæ hi-
» storiæ lib. 5. cap. 20. Et paulò inferius. Eloquentiam non affectatam quidem
» ab eo facile crediderim: ignoratam ne credam, facit ipse sermonis cursus, in rebus
» tam spinosis ac perplexis, imò fastidij plenis, dilucidus, digestus, ac sibi cohærens,
» nisi quod mihi nondum satis liquet Græce ne scripserit an Latine, etiamsi magis
» arbitror Latine scripsisse, Græci tamen sermonis peritiorem. Itaq; figuris Græcis
» tanquam suo iure abutitur Latine loquens, ut nos aliquoties notauimus in spatijs
» margínum. Tertullianus alicubi Irenæum omnium doctrinarũ curiosissimum
» exploratorem nominat. Commendantur & ab Eusebio monumenta eius ob fi-
» dem & sanam doctrinam. Floruit potissimum Commodi temporibus. Dolor
» quidam subit animum, quod ex tot laudatissimis monumentis hoc opus solum, ut
» uidetur, remansit incolume. Primus & secundus liber, quoniam ferè occupan-
» tur recensendis monstrosis hæreticorum & uocabulis & opinionibus, alicubi tor-
» serunt nos, quos nemo nisi patientis stomachi poterit absq; tædio peruoluere, &c.
» † Solis autem scripturarum præsidijs pugnat aduersus cateruam hæreticorũ, quo-
» rum princeps fuit Simon ille Samarites, Magiæ peritus. Singulis libris suorum
capitum catalogus præmittitur.

Certum est eum Græce scripsisse: Et in sacris communibus locis, quos ex Italia mecum aduexi, per multæ eius sententiæ Græcæ citãtur.

† Post hæc de castigationibus suis.

Quære Irenæum in Indice Epiphanij nuper à Cornario translati.

IRENAEI ab Vlulis confessoris uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptisandis.

IRNERIVS, aliâs Guarnerius, primus Bononiæ ius ciuile profiteri cœpit, unde pri-
mus iurisprudentiæ illustrator, adeoq; lucerna Iuris passim uocitari cœpit. Neque
uero glossas tantum interlineares legibus apposuit: sed & Autenticas (sic uocant)
ex ipso Autenticorũ Iustiniani Imperatoris uolumine, quàm breuissime iuxta sen-
tentiam tantum desumptas, legibus Codicis eiusdem Iustiniani inseruit: rem gra-
tissimam simul, & commodissimam Iuris studiosis faciens, &c. Excessit è uiuis
circiter annum 1190.

Ex uitis Ioan. Richardi.

ISAAC ex monacho Antiochenæ ecclesiæ presbyter, scripsit Syro sermone, ad imi-
tationem sancti Effrẽ plura deuota opuscula, quorum lectio religiosis hominibus
ualde utilis iudicatur, è quibus inter nostra subiecta reperi:

a Contra Nestorianos & Euty. lib. 2.
Exhortatorium uitæ spiritalis, lib. 1. Anima quæ deum diligit.
De pugna uitiorum, lib. 1. Multorum honorem de.
De accessu ad deum, lib. 1. Quando aliquis in aliquam ruinam.
De difficultate uirtutum, lib. 1. Quamlibet uirtutem sine.
Dialogũ de profectu spiritali, lib. 1. Quo uinculo retinetur.

De

De ordine monasticæ uitæ, lib. 1. Ex operatione uiolenta.
De humilitate, lib. 1. Beatus homo qui scit infir.
De tribus ordinib. ꝓficientiũ, lib. 1. Tres sunt ordines in.
De solitudine monachorum, lib. 1. Homo multæ sollicit.
De diuersis tentationibus, lib. 1. Virtutes inuicem sibi.
De informatione nouitiorũ, lib. 1. Hic est ordo sobrius.
De pœnitentia, lib. 1. Fortitudinem quam po.

b Carmen elegiacum super Antiochiæ desola. lib. 1.

Homilias plures ad populum habuit, sed in manus nostras minime uenerunt.

* a b Hos libros ab hoc authore scriptos Gennadius quoq; commemorat.

Isaac anachoritæ uel monachi Syri, Sermones ἀσκητικοὶ Græce extant Romæ in Vaticana: (uide supra in Abba Abraam) eorum unus inscribitur: De ijs quæ faciunt ut quis Deo appropinquet. Et nimirum hic idem est Isaac quem Trittemius commemorat, cum opusculo eius, De accessu ad Deum.

ISAAC scripsit de sancta Trinitate, & de incarnatione Domini librũ obscurissimæ disputationis, &c. Gennadius.

ISAAC patris in Scythica eremo commorantis homiliæ duæ, una de qualitate orationis, altera de eiusdem iugitate, extant in Collationibus Ioan. Cassiani.

Rabbi ISHAC ben Schola, magnæ apud Iudæos authoritatis, scripsit in Psalterium. Verba eius citat P. Galatinus, lib. 2.

ISAAC ben Sulaimen, citatur à Ioan. Serapione. Vide Isacius fil. Chun.

ISAACH Beimiram medicus clarissimus Salomonis medici filius: floruit etiam anno Christi, 1070. Ioan. Serapionis sæculo multa scripsit, & inter cætera in medicinis de febribus, de urina, de diætis, de stomacho pulchros † tractatus composuit: in philosophia uero de diffinitionibus, de elementis libros quosdam ædidit. Symph. Champerius. Fortè idẽ hic aliâs eben Amram, uel heben Amaram nominatur: sic enim citatur in libris Ioan. Serapionis, & Ioan. Mesuæ.

† *Qui omnes opinor cũ operibus Constantini habentur excusi.*

Rabbi ISHAC Arama in Genesim scripsit. Eius uerba citat P. Galatinus lib. 3.

ISAAC monachi scholium Græcum in primam figuram descriptionis in plano, & Carmina de duodecim uentis, Diegus Hurtadus Cæsaris legatus Venetijs habet. Varia eius astronomica Græce, & inter cætera Apparatus astrolabij, extant Romæ in bibliotheca Vaticana.

Isaac monachi Argyri (eundem esse puto cum iam dicto) methodus Geodæsiæ, id est terræ diuisionis, extat Græce apud eundem D. Hurtadum. Præterea alibi in Italia, addito Argyri cognomine, extant: Solutio quæstionis cuiusdam Palameticæ. Τόμος τῆς παλαμῆς. Encomion martyris Demetrij, Et in hoc dictũ: Hæc præcipio uobis, ut ametis uos mutuo.

ISHAC Abrahmi Iudæus scripsit de redemptione & salute futura, prout memorant in libris Exod. & prophetiæ singulæ prædicunt.

ISACII filij Chunein medicinalia quædã Græce extant Venetijs apud D. Diegum Hurtadum Cæsaris legatum: & fortè is est quem Ioan. Serap. uocat Isaac ben Sulaimen.

ISACIVS Tzetzes, frater Ioannis Tzetzæ de quo iam scripsimus, ædidit commentarios Græcos in Alexandrũ Lycophronis: qui propediem spero in lucẽ exibunt, beneficio Arnoldi Arlenij Paraxyli. Codex manuscriptus, quem uidi, unà cum textu Lycophronis, erat in fol. chartis quinquaginta tribus. Ambrosius Calepinus de locustis in suo Dictionario scribens Isacium Nicandri interpretem appellans, eius uerba adijcit. Illi sanè Commentarij Græci in Nicandrum, quos nos uidimus excusos, anonymi sunt: aliqui eos Diphilo adscribunt, ut supra dictũ est.

ISAEI rhetoris Græci orationes, impressæ Venetijs apud Aldum.

ISAIAS propheta. Vide Esaias.

ISICHIVS. Vide Heſychius.

ISIDORVS fuit unus ex ſocijs Triboniani, à Iuſtiniano adhibitis, ad purgandas ſeligendasq́, quibus utimur leges.

ISIDORI (ſine alio cognomine) tria hexaſticha leguntur in Florilegio Græco, lib. 3. & unum lib. 1. quod tamen aliâs Philippo inſcribitur. Et ISIDORI Scholaſtici tetraſtichon lib. 6. Item ISIDORI Aegeatæ tetraſtichon lib. 3. hexaſtichon lib. 6. ISIDORI ſenarius apud Stobæum de ſuperbia.

ISIDORVS Characenus Parthiæ deſcriptionem ædidit, ut citat Athenæus lib. 3.

ISIDORI Clarij Brixiani monachi Caſineñ. ad eos qui à communi eccleſiæ ſententia diſceſſere adhortatio ad concordiam. Caluus impreſſit Mediolani in 4. 1540.

Scripſit etiam de modo diuitijs adhibendo: & uertit Bibliorum libros adiectis annotationibus.

T.cl.410. ISIDORVS ſenior, epiſcopus Cordubenſis, ſcripſit non pauca in diuinis uoluminibus opuſcula, de quibus ego tantum reperi, opus egregium quod ædidit ad ſanctũ Oroſium presbyterum Hiſpanum,

In quatuor libros Regum, lib. 4. Et alia mihi incognita. * Vide circa finem operum Iſidori iunioris paulò inferius.

T.cl. 630. ISIDORVS iunior, epiſcopus Hiſpalenſis poſt Leandrum, ſcripſit multa præclara opuſcula, de quibus duntaxat reperi ſubiecta. Ad Braulionem epiſcopum,

a Etymologiarum,	lib. 20.	Diſciplina à diſcendo.	
In Geneſim allegorice,	lib. 1.	Hiſtoria ſacræ legis.	
In Exodum,	lib. 1.	Quædam myſteria.	
In Numeros,	lib. 1.	Ideo hic liber unus.	
In Leuiticum,	lib. 1.	Sequens Leuiticus li.	
In Deuteronomium,	lib. 1.	Liber Deuteronomij.	
In Ioſue,	lib. 1.	Poſt mortem Moſi.	
In Iudicum,	lib. 1.	Hiſtoria Iudicum.	
In Regum,	lib. 4.	Poſt librum Iudicum ſequitur.	
In Ruth,	lib. 1.	In Paralipomenon,	lib. 2.
In Eſdram & Neemiam,	lib. 3.	In Tobiam,	lib. 1.
In Iudith,	lib. 1.	In Heſter,	lib. 1.
In Iob,	lib. 1.	In Pſalterium,	lib. 1.
In prouerbia Salomonis,	lib. 1.	In Eccleſiaſten,	lib. 1.
In Cantica Canticorum,	lib. 1.	In librum Sapientiæ,	lib. 1.
In Eccleſiaſticum,	lib. 1.	In Eſaiam prophetam,	lib. 1.
In Hieremiam,	lib. 1.	In Ezechielem,	lib. 1.
In Danielem prophetam,	lib. 1.	In XII. prophetas minores,	lib. 12.
In Machabæorum,	lib. 2.		
In quatuor Euangelia,	lib. 4.	Liber generationis, &c.	
In epiſtolas Pauli,	lib. 14.	In epiſtolas canonicas,	lib. 7.
In Actus apoſtolorum,	lib. 1.	In Apocalypſin,	lib. 1.
Interpretationis noui & uet. teſt.	lib. 2.	Domino meo & dei ſeruo.	
b Procœmiorum,	lib. 1.	Quinq́ libri Moſi.	
Differentiarum,	lib. 1.	Inter deum & dominum.	
c De ortu & obitu ſanctorũ,	lib. 1.	Adam protoplaſtus & co.	
Ad ſororem contra Iudæos,	lib. 2.	Dominæ ſanctæ, flore ſo.	
Synonymorũ uel ſoliloquiorũ,	lib. 2.	Venit nuper ad manus.	
De illuſtribus uiris,	lib. 1.	Oſius Cordubenſis ciui.	
d De ſummo bono ſententiarũ,	lib. 3.	Summum bonum deus eſt.	
De origine officiorum,	lib. 2.	Ea quæ de officijs di.	
De ſancta trinitate,	lib. 1.	De corpore & ſanguine dñi,	lib. 1.

De offi.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [976] - 468r

De officio Missæ, lib. 1.
De computo & natura rerũ, lib. 1.
Sermonum, lib. 1.
Lamentum pœnitentis, lib. 1.
De astronomia, lib. 1.
Historiam seu Chronicam, lib. 3.
De grammatica & uocabulis, lib. 1.
e Allegoriarum quoq;, lib. 1.
De hæresibus, lib. 1.
† Decretum canonum, lib. 1.
De proprietate rerum, lib. 1.
Ecclesiasticarum dogmatũ, lib. 1.
Domino & filio charissi.
De cosmographia, lib. 1.
Mysteria sacræ scrip.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1.
† Vide infra in uone.

Alia quoq; multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

* a b c d e Hi libri excusi sunt, ut in sequentibus dicetur. A Sympho. riano Champerio inter medicinæ scriptores recensetur, ppter libros ab eo æditos. De astronomia, de proprietate rerum, & quartum etymologiarum.

Habemus etiam Acta conciliorũ, quæ Ioan. Gerson ab Isidoro Hispalensi colle « cta esse autumat: alij post alia addiderunt, ut Pius Basilien se. Ioan. Lod. Viues « lib. 3. de tradend. discipl. Idem alibi cum aliquot philologos authores enumeras. « set, subdit: In hunc numerum nescio an patientur grammatici Isidorum Hispa. « lensem interferciri. Adfert nonnulla ex antiquis haulta haud prorsum aspernan. « da, præsertim quod fontes illi non peruenerunt ad hanc ætatem. «

Isidori liber De diuinis officijs, & alius De ratione & homine, impressi sunt, ut legi in catalogo bibliopolij cuiusdam in Italia.

Homilia eius una, breuissima, legitur inter homilias ab Alcuino Leuita conge. stas, ut supra indicaui.

Etymologiarum siue Originum libri uiginti. Impressi in fol. in Italia, ut uide. tur, chartis 52. cum indice capitum in fine libri. Præfatiuncula authoris ad Braulionem episcopum. En tibi, sicut pollicitus sum, missi opus de quarundam « rerum origine ex ueteris lectionis recordatione collectum, atq; ita in quibusdam lo « cis annotatum, sicuti extat conscriptum stilo maiorum. Non autem temere « quarumlibet dictionum etyma aperiuntur in his libris, sed ueluti per classes quas. dam & locos progreditur author, ac præter originem uocabulorum alias quoque rerum ipsarum descriptiones plærũq; addit. Primus liber tractat Grammatica.

2 Rhetorica & dialectica. 3 Mathematica.
4 Medica. 5 De iure, legibus, & temporibus.
6 De pertinentibus ad libros & scripturam, de canonibus euangeliorum & con ciliorum: de cyclo pascali & alijs festis.
7 De trinitate, angelis, & sanctorũ noĩbus, ut pphetis, apostolis, martyrib. &c.
8 De ecclesia & synagoga, religione & fide, hæresi & schismate, hæresibus Iu. dæorum et Christianorũ, philosophis, poëtis, sibyllis, magis, paganis, & dijs gentiũ.
9 De gentium linguis & uocabulis, de regnis & militiæ uocabulis: de ciuibus, af finitatibus & gradibus, agnatis & cognatis, de coniugijs.
10 De explicatione uariorum nominum adiectiuorũ secundũ ordinẽ alphabeti.
11 De homine & partibus eius, & ætatibus, de portentis, de transformatis.
12 De omni genere animalium.
13 De mundo, cœlo, elementis, tempestatibus, meteoris, oceano.
14 De geographia. 15 De ciuitatibus: de uarijs ædificijs & stru cturis: de agris, eorumq; finibus & mensuris: de itineribus.
16 De mineralibus uarijs & metallis. De ponderibus, mensuris, & signis.
17 De re rustica, & uarijs plantis.
18 De re militari: de uarijs exercitijs & ludis.
19 De uarijs opificibus cum instrumentis & alijs pertinentibus ad eos: nempe, de re nauali, fabrili, uestiaria: de ornamentis, annulis, cingulis, & calceamentis.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [977] - 468v

20 De menſis, eſcis, potu, deq; omni genere uaſorum: de lecticis, ſellis, uehiculis: de inſtrumentis ruſticis, hortorum, & equorum.

De ſummo bono libri tres, impreſſi Venetijs, 1583. in fol. cum indice ſingulorũ capitum in fine: chartis 15. & Lipſiæ, 1493. in 4. Argumentum prorſus eſt theologicum, cum de Deo, tum de alijs multis uarijſq; fidei Chriſtianæ locis, & uitijs & uirtutibus ſingillatim tractans.

Iſidori epiſcopi de a natiuitate Domini, paſſione, & reſurrectione, &c. libri 2.

b Tractatulus de uita & obitu quorundam utriuſq; Teſtamenti ſanctorum.

c Allegoriæ quædam ex utroq; Teſtamento. d Liber procœmiorum in utrũq; Teſtamentum. Omnia hæc ex duobus antiquiſſimis codicibus excerpta, hactenus à nemine uiſa: Secerius excudit Haganoæ, 1529. in 4. chartis 20. & dimid.

» a Ex præfatione ad S. ſororem Florentinam. Quædã quæ diuerſis temporibus,
» in Veteris Teſtamenti libris pronunciata ſunt, de natiuitate Domini noſtri & Sal-
» uatoris ſecundum Deitatẽ, uel de corporatione eius, de paſſione quoq; & morte,
» ſiue de reſurrectione, cœliq; aſcenſione, regno atq; iudicio, pro uiribus ſcientiæ
» ex innumerabilibus, pauca proferenda putaui, ut prophetarum auctoritas fidei
» gratiam firmet. Cæterum ſecundus liber (ut in eiuſdem præfatione ſcribit) utri-
» uſq; populi prophetiam, id eſt Iudæorum ac Gentium demonſtrat: ſic ut ex paucis
» animaduertatur quanta prophetarum uoces in abiectione Iudaicæ plebis, & cere-
» moniarum cecinerũt: quantaq; in laude populi, utriuſq; Teſtamenti intonuerunt.
» b Ex præfatione. Quorundam ſanctorum, nobiliſſimorumq; uirorum ortus,
» uel geſta cum genealogijs ſuis, in hoc libello ædita ſunt. Dignitas quoq;, & mors
» eorum, atq; ſepultura, ſententiali breuitate notata.
» c Quædam (inquit) notiſſima nomina legis, & Euangeliorum, quæ ſub allegoria
» imaginarie obteguntur, & interpretatione aliqua egent, breuiter deflorata, contra
» xi celeriter, ut plana atq; aperta lectoribus redderem.
d Ex initio libri, qui perperam præmiorum inſcribitur, cum ſcribi deberet procœmiorum: in quo omnes utriuſq; Teſtamenti libri enumerantur cum argumentis.

» Plenitudo noui ueteriſq; Teſtamenti, quam in canone catholica recipit eccleſia,
Iſidorus ſenior. » quæ Iſidorus ſenior expoſuit, iuxta uetuſtam priorum traditionem, iſta eſt.

S. ISIDORI Peluſiotæ, epiſtolæ centum & triginta Græcæ, extant Romæ in Vaticana: item Schedæ & hiſtoriæ diuerſæ, ibidem.

ISIDORI Theſſalonicæ epiſcopi homiliæ Græcæ in Euangelium Lucæ: Romæ ſeruantur in Vaticana biblioth.

ISOCRATIS ſummi oratoris, orationes Græcæ, impreſſæ Haganoæ apud Secerĩū, 1533. in 8. chartis 45. & prius Venetijs apud Aldum, unà cum epiſtolis quibuſdam eiuſdem, quæ etiam in Græco uolumine epiſtolarum diuerſorum ueterum, quod idem Aldus olim in 4. impreſſit, habentur. Nuper etiam Venetijs prodierunt omnia Iſocratis ſcripta Græca ex officina Farrea in 8. Eadem Latine Ioan. Lonicero interprete, ex recognitione authoris, impreſſa cum indice, adiectis alicubi ſcholijs per margines, ut ſupra diximus in Ioan. Loni. Vita, orationes, phraſis, ſchemata oratoris huius, ſatis ſuperq; à Plutarcho, Philoſtrato, & Dionyſio Halicarnaſſeo, expoſita ſunt, quorum ſcripta ac de Iſocrate teſtimonia his orationibus præmittuntur. M. Cicero, lib. 2. de oratore, cum mentionem feciſſet Periclis, Alcibiadis, Thucydidis, Critiæ, Theramenis, Lyſię, inſignium rhetorũ, ſubdit:

» Ecce tibi exortus eſt Iſocrates, magiſter iſtorum omnium, cuius è ludo tanquam
» ex equo Troiano, innumeri principes exierunt, &c. Et alibi in Oratore. Pri-
» mus (inquit) Iſocrates inſtituit dilatare uerbis, & mollioribus numeris explere ſen-
» tentias. In quo cum doceret eos, qui partim in dicendo, partim in ſcribendo prin-
» cipes extiterunt, domus eius officina habita eloquentiæ eſt. Itaq; ut ego, cum à noſtro Catone laudabar, uel reprehendi me à cęteris facile patiebar, ſic Iſocrates uidetur teſti-

tur teſtimonio † Platonis aliorum iudicia debere contemnere, &c.

† *In extrema pagina Phædri.*

Ex præfatione Ioan. Lonicerí. Encomiaſtici ſymbuleutici ac iudicialis generis elegantiſſimas orationes hic habebitis. Quod ſi admonitiones, quibus adoleſcentũ mores formentur, ſpectetis: quid obſecro præclarius, quid ſanctius, quid antiquius paræneſi ad Demonicum? Sin quæ regum & principum interſunt, quæ item ſubditorum erga magiſtratum ſuum officia, nouiſſe cupiatis, nónne Euagoras & Nicocles ὡς ἐν τῷ ἀμαλθείας κέρατι abunde ſuppeditant? Si uero quæ domi & foris agenda, nónne præ cæteris panegyricus & panathenaicus omnium præſtantiſſimæ orationes ea ſubijciunt oculis? Has poſtremas orationes qui plenius intelligere uolet, maxime ubi Græcorum militum meminit quomodo ſe erga regem Perſarũ & ſatrapas ipſius geſſerint, Xenophonteam Cyri Anabaſin legat. Helena, Buſiris, & Archidamus, declamatorij fili formula ſunt. Egregiũ eſt certe Dionyſij Halicarnaſſei de Iſocrate iudicium, quo inquit: Qui non unam aliquam, ſed uniuerſas politicas uirtutes ac negotia ſcire uoluerit, ei neceſſarium eſſe ut has orationes ſibi quàm familiariſſimas faciat.

Iſocratis opera hæc ſunt, numero 21.

Ad Demonicũ paræneſis. De regno. Nicocles, ſiue Cyprius. † Euagoras. Encomium Helenæ. Buſiris. Sophiſta. Panegyricus. Plataicus. Areopagiticus. Panathenaicus. Philippicus. De pace. Archidamus. De permutatione. De iugo. Aegineticus. Trapezitícus. Paragraphicus. Aduerſus Lochiten. Aduerſus Euthynum.

† *Hic etiam in appendice uitarum Plutarchi, tum Græci, tum Latini Guarino Veronẽſi. interprete, habetur.*

Iſocrate ſimplicius ac purius cogitari nihil poteſt. Ad ſuauitatẽ & numeros plurimum conducit. Inconditam antiquorum dicendi conſuetudinem, delectationis atq; aurium cauſa numeris adſtrinxit. Ioan. Lod. Viues.

ISRAELITA quidam medicus, citatur in Grabadin Meſuæi.

ISTER uel Hiſtrus citatur ab Hygino. Vide Ethicus Hiſter.

ISTRVS Callimachius ſcripſit Antigraphas, Attica, Argolica, Ptolemaidem, quæ omnia paſſim ab Athenæo citantur.

ISVARDVS monachus ordinis S. Benedicti, natione Gallus, iuſſu Caroli imperatoris magni poſt Euſebium, Hieronymum, & Bedam ex ſcripturis ueterum comportauit geſta & paſſiones ſanctorum martyrum, confeſſorum & uirginum in unum non paruæ quantitatis uolumen, quod nos prænotare ſolemus, Martyrilogium, lib. 1. Et quædam alia.

T. cl. 770.

IVBA rex in Africa, celebrauit inter alia herbam Euphorbiam. Plín. lib. 25. cap. 7. Iubæ regis hiſtoriam theatricam, & Libyæ deſcriptionem Athenæus allegat. Vide Ἰόβας apud Suidam.

IVDAEVS quidam medicus citatur in Tacuinis Elluchaſem, item à Ioan. Meſue in Grabadin, & Ioan. filio Serapionis. Habetur & interpres quidã Ptolemæi hoc nomine.

IVDAS frater Iacobi, paruam quidem quæ de ſeptem catholicis eſt, epiſtolã reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus eſt, in ea aſſumit teſtimonium, à plærisq; reijcitur, tamen authoritatem uetuſtate iam & uſu meruit, & inter ſanctas ſcripturas computatur. D. Hieronymus.

IVDAS de ſeptuaginta apud Danielẽ hebdomadibus pleniſſime diſputauit, & chronographiã ſuperiorũ temporũ uſq; ad decimũ Seueri perduxit annũ. In qua erroris arguitur, quod aduentum Antichriſti circa ſua tempora futurũ eſſe dixerit: ſed hoc ideo, quia magnitudo perſecutionum, preſentem mundi minabatur occaſum. Hieronymus.

IVDOCVS. Vide Iodocus.

IVLIANITAE, aliás Iuliani, cuiuſdã Bononienſis de re medica libri 3. barbare quidem, ſed methodice conſcripti: eos manuſcriptos tantũ uidi Tiguri apud D. Chri-

ſtophorum Clauſerum noſtrum. Inſunt autē permultæ tabulæ quibus omnis materia medica per ordines certos digeritur. Primus liber docet de indicationibus conſeruatiuis & curatiuis. Secundi libri primus tractatus eſt de uirtutibus ciborum & medicinarum ſimplicium. 2 De primis uirtutibus medicinarum ſimplicium, deq; materia & ſubſtantia earum. 3 De uirtutibus ſecundis & quartis medicinarū ſimpliciū chirurgicis. 4 De medicinis unicuiq; mēbro appropriatis, tam digeſtiuis q; euacuatiuis, & confortantibus, in genere. Tertius liber practicus, de omnibus infirmitatibus corporis humani à capite uſq; ad pedes.

IVLIANVS quidam Theſſalicæ ſectæ medicus fuit, Apollonidæ Cyprij diſcipulus: cuius meminit Gale. in Therapeuticis: ſed nihil inuenio quod ſcripſerit.

IVLIANVS I.C. Vide Saluius Iulianus.

IVLIANVS Cæſar in Codice Theodoſij aliquoties allegatur.

IVLIANVS princeps Romanus, ex Conſtantio Conſtantini Magni fratre germano natus, Chriſtianæ fidei deſertor, multa ſermone Græco compoſuit, ex quibus ea quæ ſubiecí extant.

Epiſtolæ aliquot, impreſſæ Venetijs olim ab Aldo, chartis 6. in Græco uolumine epiſtolarū uariorum authorū, in 4. Prima epiſtola inſcriptione caret, ſequentes inſcribūtur: Proæreſio, Libanio bis, Ariſtomeni philoſopho, Theodoræ, Edicio hyparcho Aegyptiorum bis, Artabio, Georgio, Byzantijs, Baſilio, Iuliano auunculo, Maximo philoſopho ter, Oribaſio, Hecebolo, Euſtochio, Callixenæ, Leontio, Hermogeni hyparcho Aegypti. Lex de medicis, qua donat eos immunitate. Præceptū pro Alexandrinis. Iterum ad Libaniū ſophiſtam & quæſtorem. Gregorio duci. Alypio fratri Cæſarij bis. Aëtio epiſcopo. Luciano ſophiſtæ. Doſitheo. Iamblicho philoſopho ter. Sine inſcriptione p Argiuis. Porphyrio, uide poſt 9. uerſus. Amerio. Sine inſcriptione de religione gentilium, & de Chriſtianis. Ad Hecebolū de Arianis in Edeſſa ciuitate. Libanio. Zenoni. Tres ultimæ ſine inſcriptione.

Orationes quædā eius cuſtodiuntur Venetijs in bibliotheca SS. Ioan. & Pauli.

Sympoſium, extat Græce in bibliotheca quadam Italiæ.

D. Diegus Hurtadus Cæſareæ maieſt. legatus Venetijs habet Iuliani hymnum in Solem regem. Eiuſdem μισοπώγωνα. Et ſermones quoſdam ſine inſcriptione, & epiſtolas.

Iuliani epiſtoliū ad Porphyrium de Georgij cuiuſdā bibliotheca, in qua multa Chriſtianorū uolumina erant, Antiochiā mittenda, legitur apud Suidā in dictione Ἐπιστολή. Idem impreſſum in æditione Aldina, de qua ſupra. Vide Suidā de hoc Iuliano Apoſtata. Itē de IVLIANO Chaldæo philoſopho, qui ſcripſit de dæmonibus lib. 4. & de IVLIANO Theurgo illius filio, qui de rebus diuinis carmina æditit. Idem meminit IVLIANI Dñi Cappadocis ſophiſtæ, & IVLIANI Halicarnaſſei, qui de corpore Chriſti perperam cum Seuero ſenſerit: nihil tamen à duobus his ultimis ſcriptum recenſet.

De Iuliani Imp. libris cōtra Chriſtū, & qui eis reſponderint. Crinitus lib. 5. ca. 10.

Iuliani regis hexaſtichon, itē octoſtichō in Organū legunt lib. 1. Florilegij Græci.

IVLIANI, ſine alio cognomine undecim epigrāmata leguntur libro 3. Florilegij Græci: & lib. 1. octoſtichon in uitam humanā: & aliud octoſtichon lib. 6. & IVLIANI ἀπὸ ὑπάρχων Aegyptij, duo epigrammata lib. 1. in tertio autem, quarto, ſexto, et ſeptimo plurima. Et ſanè ſeptimo libro multa epigrammata per quatuor pagina ſine inſcriptione huius Iuliani eſſe ſuſpicor, nam quod proxime hæc ἀνεπίγραφα antecedit eidem tribuitur. IVLIANI Antecenſoris epigrammata tria ibidem leguntur libro 2. IVLIANI Dioclis epigramma 1. ibidem habetur libro 6. ſed puto legendum Iulij Dioclis, ut alibi lib. 1. ſectione 55.

IVLIANVS Aurelius Leſſignienſis ſcripſit Cōmentarium in primam & ſecundam

Horatij

Horatij Satyrã: item Paraphrasim in easdẽ. Liber excusus Antuerpiæ, 1541. in 8. Inuenio alibi, Annotationes in Horatium ab eo scriptas, quas Stelsius excuderit in 8. ibidem opinor: & haud scio an idem sit liber superiori.

Eiusdem libri 3. de cognominibus deorum gentilium, impressi Basileæ apud Ioannem Oporinum, 1543.

IVLIANVS episcopus Campanus (aliâs Capuanus) Græco & Latino sermone scholasticus, priusquam impietatem Pelagij in se aperiret, clarus in doctoribus ecclesiæ fuit: Postea uero hæresim illius defendere cupiens, scripsit contra sanctos doctores suæ opinioni conuenientia opuscula, de quibus extant. T. cl. 420.

Aduersus sanctũ Augustinũ, lib. 4. Aduersus eundẽ alij, lib. 7. aliâs 8.

Altercationis † partiũ dialogus, lib. 1.

Et alia plura, quæ omnia propter authoris errores ab Ecclesiastica bibliotheca merito abiecta sunt. * Hæc Trittemius ex Gennadio.

† *Amborum partes suas defendentium.*

Huius Iuliani uerba inuenies in septimo Tomo operũ Aur. Augustini, ubi ille disserit contra duas epistolas Pelagianorũ. Vide ibidem in quarto Tomo librum de bono uiduitatis: fol. 118. b.

IVLIANVS episcopus ecclesiæ Toletanæ Hispaniarum, natione Maurus, ad quem sanctus Prosper tres libros de contemplatione scripsisse dicitur: scripsit multa insignia uolumina, de quibus referuntur subiecta. T. cl. 450.

De sancta uirginitate, lib. 1. De natura animæ, lib. 8.
De resurrectione quæstionũ, lib. 1. De contemptu mundi, lib. 1.
a Prognosticon futuri sæculi, lib. 3. Nascentis fidem ecclesiæ.
De uitijs & uirtutibus, lib. 1. Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

Alia quoq; nonnulla composuisse dicitur, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

* a Iuliani episcopi Prognosticon futuri sæculi scriptum ab eo ante annos septingentos in Hispanijs ad Idaliũ Barchinonen. episcopum, impressum Lipsiæ, 1536. in 4. Sunt autem tres libri. 1 De morte & transitu ex hoc sæculo. 2 De receptaculis animarũ post mortem. 3 De resurrectione mortuorũ & extremo iudicio. Diuiduntur omnes per capita. Legi quædã in codice manuscripto, quæ certe placebãt, et lectione digna uidebantur: quãuis stylus nõ admodũ purus sit.

IVLIANI à Marcellina uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

IVLIANI Pomerij contra Iudæos libri tres, impressi opinor.

IVLIANI Taboẽuj actiones forenses, impressæ Lugduni apud Gryphiũ 1541. in 4.

IVLIANI à Telepte uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

IVLII cuiusdam uersus hexametros ex poëmate in Bacchũ & patriã citat Stobæus.

IVLIVS Africanus, cuius quinq; de temporibus extant uolumina, sub imperatore M. Aurelio Antonino, qui Macrino successerat, legationem pro instauratione urbis Emmaus suscepit, quæ postea Nicopolis appellata est: huius est epistola ad Origenem super Quæstione Susannæ, &c. & altera ad Aristidẽ in qua super diaphonia quæ uidetur esse in genealogia saluatoris apud Matthæum & Lucam plenissime disputat. Hæc D. Hieronymus. Trittemius præter superiora testatur eum scripsisse, De sancta trinitate. De circũcisione. De Attalo. De pascha. De sabbato, & alia plura sibi ignota. T. cl. 220.

IVLIVS urbis Romæ episcopus, scripsit ad Dionysium quendam de incarnatione Christi Domini epistolam unam, &c. Gennadius.

IVLII Papæ decreta cum cæteris Pontificũ decretis impressa sunt Coloniæ.

IVLII Papæ epistola increpatoria ad orientales episcopos, p causis Athanasij, & excessibus contra Romanã ecclesiã, habetur cum Latinis operibus Athanasij. Item Rescriptum contra Orientales pro Athanasio & cæteris, ibidem.

IVLIVS Aquila uetus I.C. scripsit responsorum, librum 1.

Iulius Aquila nostro tempore de cultura uitium singularem librum ædidit. Columella.

IVLII Cæsaris Scaligeri, professione medici, de causis linguæ Latinæ libri tredecim, excusi Lugduni apud Gryphiũ, 1540. in 4. chartis 48. cum indice errorũ in Grammatica hactenus admissorũ, qui quotue quoto capite contineantur. Sunt autem omnium istorum librorum capita 193.

» Ex præfatione authoris ad ipsum typographum eodẽ anno scripta. In omnibus » enim scriptorũ meorũ rationibus cum iudicij nostri nescio quas affectiones à uul» garibus sordibus, uti mihi uidebatur, longe alienas semper secutus sum: tum ijs in » libris, quibus Latinæ linguæ causſæ continentur, animo nostro obsequuti sumus: » ubi oblectaremur & rei ipsius nõ uulgato argumento, & ijs scribẽdi legibus, quas » in nullo unquã Latinorũ hoc in genere literarũ cõpertas habebamus. Et aliquãto » post. Hoc enim maxime modo spero iam meliuscule esse literis Latinis, quarum » equidẽ usum multorũ doctissimorũ uirorum opera propemodum perfectum ar» bitror: rei ipsius Originẽ, atq; Radices, hactenus aut ignotas, aut nondũ proditas » saltem: ut languenti huic philosophiæ parti, ac penè brutæ, iam nunc demũ mens » aliqua data esse uideatur. Ex præfatione ad Syluiũ Cæsarem filiũ. Si quis » enim attentius operã nostrã hanc intueatur, is agnoscet, nõ tam aliena occupata, » quàm externa reiecta, propria uindicata. Neq; enim, ut argumentũ sit par, etiam » iudicium idem esse uideat: siue amissa, quæ erant necessaria, siue sublata superflua, » siue praua correcta contempletur: supra quingentos errores, satis illos quidem no» biles, tum ueterum, tum recentiorum deprehendet, &c.

De comicis dimensionibus chartæ 4. ibidẽ excusæ, 1539. in 8. Ex præfatione
Libri 2. de arte poetica. » ad Syluiũ filium. Quibus artibus poëtarũ ingenia excolerentur, cũ esset à nobis » duobus libris explicatũ, non prius absolutũ fuisse illud uidebatur, & addita de uer» sibus comicis cõmentatione institutum teneremus. Nam cum de origine, generi» bus, partibus fabularum, quæ in scenã afferrentur, & ab alijs olim, & à nobis ipsis » suo loco sit disputatũ: in aĩo habebamus, totũ hoc negociũ negare ijs, qui de pedũ » quantitate, déq; uersuum ratione conscripserant. Verũ cum & maximus uir Eras» mus, & post eum plærique alij ita hanc cõficere prouinciã aggressi sint, ut & ille his » non pauca reliquisse, & hi eadem illa aut nescisse, aut præterisse uisi sint; coactus » sum Syluiole fili, hac quoq; opera ostendere animum erga te nostrum.

Heroës, & oratio in partu filij habita: libri ibidem excusi.

Cõmentarij in Hippocratis librum de somnijs, ibidem impressi, 1539. in 4. cum indice, chartis 14. adiecto etiam textu ab ipso recens conuerso.

IVLII Camilli, natione Itali, uiri doctissimi, Amphitheatrum ad Petrum Bembum, » impressum Basileæ cum poëmatis diuersorum recentiorum: Commemorat » hoc Idyllio paucis uersibus hexametris, opus suum siue theatrum planè diuinum, » quod utinã breui publicum fiat: iam enim aliquot annis longã eius expectationem » sustinuimus. Verba authoris. Multos ego multa per annos Congessi ex » scriptis ueterum, multa ocia rupi, Mentibus ut iuuenũ per me labor omnis abes» set, In rebus, uerbis, arte, artubus, articulisq;, &c.

IVLIVS Capitolinus ad Diocletianum Aug. scripsit uitas Cæsarum aliquot, quæ cum alibi impressæ sunt, tum Basileæ in officina Frobeniana, 1533. cum C. Suetonio & alijs qui Cæsarũ uitas descripserũt. Cæsares quos Capitolinus descripsit, hi sunt. Antonius Pius, M. Antonius philosophus, Verus imperator, & Pertinax, qui postremus post Aelij Lampridij historias habetur. Omnium chartæ sunt quinq; cum quadrante.

IVLIVS Celsus scripsit de gestis Cæsarũ. Legi autem sententias quasdam inde citatas in Margarita poëtica Alberti de Eyb.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [982] - 471r
PUBLIC DOMAIN

IVLIVS Cordus principes Romanos descripsit. Raph. Volaterranus.

IVLII Dioclis hexastichon libro 1. Florilegij Græci habetur: quanquam libro sexto aliud sit Iuliano Diocli inscriptum.

IVLII Firmici Materni iunioris Siculi V. C. Matheseos siue Astronomicorum libri octo integri & emendati, ex Scythicis oris accepti: item M. Manilij Astronomica, Arati Phænomena cum Theonis commentarijs Græcis, &c. Aldus impressit Venetijs in fol. anno 1501. Sunt autem librorum huius authoris per se chartæ 90. Heruagius quoq; cum multis alijs astrologicis Basileæ impressit in fol. Ab initio statim singulorum librorum capita enumerantur. Ex præfatione authoris ad Mauortium Lollianum. Postquam prædicauit amplissimam Lolliani in Cosmographicis & Astronomicis rebus eruditionẽ, subiungit: Hæc cum omnia mihi “ à te Mauorti ornamentũ bonorum, facili demonstrationis magisterio traderentur, “ ausus sum etiam ipse, aliquid, inconsulti sermonis temeritate proferre, ut promit- “ terem, me tibi æditurum, quicquid Aegyptij ueteres sapientes ac diuini uiri, Baby- “ lonijq; prudentes, de ui stellarum ac potestatibus, diuinæ nobis doctrinæ magiste- “ rio tradiderunt, &c. Nam cum tibi totius orientis gubernacula, domini atq; impe- “ ratores nostri Constantini Augusti serena atq; uenerabilia iudicia tradidissent, nul “ lum prætermisisti tempus, quo non à nobis exigeres, quod tibi inconsulta pollicita “ tione promiseramus. “

Vide Caloirii Chron. p. 950.

Scripsit præterea singularem librum de domino genituræ & Chronocratore, ut ipse testatur Matheseos lib. 4. cap. 14. Item lib. 5. cap. 1. pollicetur alios 12. astrologiæ libros. Item lib. 7. cap. 6. allegat suum de uitæ fine librum.

IVLIVS Frontinus: uide Sextus Iul. Front. licet aliquãdo sine Sexti prænoĩe legatur.

IVLIVS Græcinus duo uolumina præceptorum de uineis scripsit. Columella.

IVLIVS Herodes: uide supra in Herode.

IVLIVS Mauritianus, uetus I.C. scripsit, ad leges, uel de legibus libros sex.

IVLII Montani ueteris scriptoris fragmenta quædam apparent in libris Pe. Criniti.

IVLII Obsequentis ab anno urbis conditæ quingentesimo quinto, prodigiorũ liber imperfectus. Sesquicharta est, impressa Parisijs apud Rob. Stephanum cum C. Plinij Secun. libro de uiris illust. &c. Iul. Obsequens de prodigijs ad notationem ualet temporum. Ioan. Lod. Vives.

IVLII Pauli Patauini, (qui floruit Alexandri imperatoris tempore) Sententiarum receptarũ libri quinq;, impressi Basileæ ab Hen. Petro, cum Theodosij codice. Præmittuntur autem librorum singulorum capita. Alia quoq; plurima scripsit, quæ Bernardinus Rutilius in uita ipsius cõmemorat: Mihi in præsentia adscribere non libebat, quoniam nihil eorum extat.

IVLIVS Pollux, Naucratita genere, quidam tamen Arduenna oriundũ, Sophistam iocantes tradunt (Phœniciæ autem urbs est Arduenna) Docuit Athenis imperatore Cõmodo. Vitam obijt annos natus octo & quinquaginta, cum scripsisset libros hos: Vocabularium decem libris, quibus sanè quæ de eodem dici uario modo solent, collegit. Præterea † locutiones, siue dicendi formulas. Declamationes. Epithalamium in Cõmodum Cæsarem. In laudem urbis Romæ orationem. Tubicinẽ seu certamẽ Musicum. Contra Socratem. Contra Sinopenses. Totius Græciæ celebrationem. De Arcadia, & alia. Hæc Suidas. Vide in Iulio sophista.

† λαλιὰς ἢ λαλιάσεις.

IVLII Pollucis uocabulariũ Græcum, impressum Venetijs apud Aldum & Florentiæ apud Bernardñ Iuntam, 1520. in fol. cum Stephano de urbibus: & Basileæ apud Rob. Vuinter (cũ præfatione Simonis Grynæi ad ludimagistros, quibus hoc opus commendat) 1536. in 4. diligenter emendatum, ac tribus locupletissimis indicibus auctum. Sunt autem chartæ Pollucis, exiguo charactere, 37. Indicũ uero utrinq; chartæ 12. Libri sunt decem, rerum ac synonymorum ordinibus secundum ge-

nera instructi. Singulorum capita mox ab initio proponuntur. Ex præfa-
» tione authoris ad Commodum Cæsarem. Hic liber inscribitur Onomasticon,
» & proponit uocabula synonyma quæ inuicem cõmutari possunt, & singularum
» rerum nomenclaturas. Non tantum autem studij collatũ est ad copiam, quantum
» ad elegantiæ delectũ. Iam neq; omnia nomina continentur hoc libro: nec enim fa-
» cile fuerit cuncta in unum librum concludere. Cæterũ initium faciam à dijs, unde
» pios maxime decet auspicari: reliqua, ut in mentẽ singula uenerint, prosequemur.
Iul. Pollux uarietatem & copiam uerborum suggeret, Lectore tamen indiget doctissimo. Nam innuit magis peritis, quàm docet imperitos. Io. Lod. Viues.

IVLII Pomponij Sabini Grammatici eruditissimi, in omnia, quæ quidem extant, P. Vergilij opera, Commentarij, uaria multarum rerum cognitione referti, impressi Basileæ in 8. cum indice, apud Ioan. Oporinũ, 1544. Ex præfatione Danielis
Petrus Manna. Gaitani scripta Cremonæ, 1486. ad Petrum Mannam insignem Grammatices & Rhetorices propagatorem, in qua etiam multa illius in uarios authores ueteres
» dictata commemorat. Adest itaq; Pomponius Sabinus, uir noſtri temporis do-
» ctissimus: cuius exactissimum opus in Vergiliũ, uiri docti iam diu expectauerunt
» impressoribus tradi: multa enim intelligent olim à se lecta, quæ legisse sic fortasse
» pœnitebit. Sabinus hic unus est, qui in præclarissima Pij Pontificis II. academia,
» optimas è situ literas in lucẽ cœpit asserere, & mystica illa ueterũ annaliũ apoph-
» thegmata miro ingenio dilatauit: nec adhuc parcit quotidiana antiquorũ Græco-
» rum, quos adhuc inclyta urbs Roma ad sui contemplationem trahit, uti consuetu-
» dine, & notas in æs & marmor incisas scrutari, & multa in manib. sunt, quæ pro-
» pediem lucem habebunt.
» Ex Ioan. Oporini præfatione. Sabini breuitas minime obscura est, & non parũ
» multis locis ab aliorũ omniũ expositione ita uariat, ut ad multa Virgilij loca melius
» emendanda, & intelligenda rectius, plurimũ allaturus momenti uideatur. Vtinã
» & reliqua eius scripta, quibus à se T. Liuiũ, Cor. Tacitũ, Siliũ Italicũ, & alios quos-
» dam explicatos esse, non uno in loco testatur, aliquando in lucẽ proferantur. Nos
» sanè supra sexcẽta loca p librarij incuriã corrupta in his cõmentarijs emẽdauimus.

IVLII Rufiniani liber de figuris sententiarũ & elocutionis. De schematis lexeos. De schematis dianoeas. Chartæ sunt ferè quatuor, impressæ olim Basileæ in offici-
na Frobeniana, 1521. cum alijs ueterũ aliquot eiusdẽ argumenti libris, & Lugduni
» apud Gryphiũ. Præfatio authoris. Hactenus Aquila Romanus ex Alexãdro
» Numenio, exinde ab eo prẽterita, alijs q dẽ, pdita subtexuimus schemata dianoeas.

IVLII sophistæ liber, epitome glossarũ Pamphili de consuetudine Attica, Suidæ operi dictionario annexus est. Superius dictum est Iulium Pollucem quoq; à nonnullis sophistam cognominari: an idem sit haud scio.

T. cl. 1480. IVNIANVS Maius Parthenopæus, Neapolitanus, scripsit quædã non cõtemnendæ lectionis opuscula, è quibus extat uolumen grande & insigne ad Henricum Acherontinum archiepiscopum Ferdinandi regis Neapolitani confessorem, atq; principaliter ad ipsum regem quod ex ueterum libris colligens prænotauit
a De priscorum proprietate uerborum, lib. 1.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1. Et quædam alia.
* a Hic liber, siue Dictionarium Iuniani, impressus est Taruisiæ in fol. 1477. chartis 165. Ex præfatione authoris ad Ferdinandum regem.
» Visum est quæ prisci recentesq; grãmatici de ui uocabulorum tanquã per diuulsa
» membra conscripsere, ne incõpositos & uelut congerie quadã congestos facere ac
» fordescere pateremur, in unũ corpus redigere. Extabat tamen opus inchoatum de
» uerborũ Latinorũ interpretatione, cui cum multa adimi, multaq; addi posse uide-
» rentur, alios adhuc quosdam non paruo meo labore neq; mediocri studio, partim
» integros inserendos, partim ne nimium opus increscceret, in cõpendium redactos
adiunxi;

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [984] - 472r

adiunxĕ: præcipue Laur. Vallam, Tortelliumq́, quorum non tam fuerat, ut sic dixerim, castiganda luxuria, quàm cõmendanda parsimonia: nam horum curiõsam censuram cumulumq́ exemplorum, in breuiorẽ usum coërcui. Præterea quæ Seruius Honoratus, quę Donatus in Virgilium ac Terentium cõmentati sunt, quæq́ Porphyrion, & Acron in Horatium: quæ Asconius Pedianus, Priscianus, Macrobius, A. Gellius, breuiores tamen q́ suis congressionibus disputarunt: quæ Varro, Festus Pompeius, Nonius Marcellus, ac Iureconsulti: quæ Iouianus Pontanus de aspiratiõe eruditissime scripsit, Strabonisq́ & ex alijs pluribus claris auctoribus nonnulla digessi. Ex epistola in fine operis ad Hen. archiepiscopum Acherontinum. Auctorũ nomina subnotauimus ne quid Lectorẽ diutius inquirendo fatigaret. Et paulò post. Quorundã auiditas opus ut festinarẽ coëgit, quod maturius ædere cupiebã, ut uel luculentiore ordine digererẽ, aut plura ex Plinio, Vitruuio, Columella, Strabone, Cornelio Celso, alijsq́ cõpluribus annecterem, quæ fortasse p. ociũ in breue opusculũ cõferemus. Illud etiã in animo est de notis quorundam grammaticorum opusculũ conficere. Extant quædã eius epistolæ cum epistolis Ioan. Pici.

IVNILIVS episcopus cuiusdam urbis in Africa, opus insigne scripsit ad Primasium episcopum: De partibus diuinæ legis, lib. 1. Sancto ac beatissimo episcopo. T. cl 440.
Et alia multa mihi incognita.
* Cõmentarius eius in priora aliquot Geneseos capita ualde doctus & utilis, impressus Basileæ apud Rob. Vuinter, 1538. chartis 7. & dimid. cum indice.
Ex prefatione authoris ad Primasiũ episcopũ. De principio libri Geneseos, multi multa dixere, sed præcipue Basilius Cæsariensis, quẽ Eustachius interpres de Græco fecit esse Latinũ, Ambrosius Mediolanen. Augustinus Hipponen. &c. Verum quia hæc tã copiosa, tamq́ sunt alta, ut uix nisi à locupletioribus ualeant pscrutari: placuit Sanctitati tuæ id nobis officij iniungere, ut de omnibus his, uelut de amœnissimis late florentis Paradisi campis, quæ infirmorũ uiderẽtur necessitati sufficere, decerperemus. Collegi igitur ex his, ac duobus in libellis distinxi, pduxiq́ opus, usq́ dum eiectus Adam de paradiso uoluptatis, exilium uitæ temporalis intrauit. Apparet mutilus esse hic Cõmentarius, non enim ultra hexaëmeron opus progreditur. Circa finem sex illos dies primæuos sex mundi ætatibus egregie confert.

IVNIVS, epistolæ secundę et 12. apud Cyprianũ author cũ aliq̃t alijs coëpiscopis, li. 1.

IVNII Iuuenalis Aquinatis Satyræ 16. id est sermones aduersus corruptos sui sæculi mores uersibus hexametris. Aldus excudit Venetijs, chartis 8. cum A. Persio: & Colinæus Parisijs in 16. anno 1543. & Gymnicus Coloniæ, & Gryphius Lugduni cum Persio, adiectis etiã adnotatiunculis, quæ breuis cõmentarij uice esse possint, 1535. in. 8. Iuuenalis multis in locis asper est ac durus, materiæ suæ cõueniens. Viues. Vide Ἰουβενάλιος apud Suidam.

IVNII à Neapoli uerba apud Cyprian. in sentẽtijs episcoporũ de hęreticis baptizãdis.

IVNIVS Philargyrius Latinus Grammaticus in miscellaneis Politiani nominatur.

IVNII Rabirij cõmentaria eruditissima in libellũ D. Erasmo inscriptum de octo partium orationis constructione. Rob. Stephanus excudit Parisijs, 1535. & Vuesthemerus Basileæ, 1537. chartis 14. In præfatione scripta Lutetiæ, 1534. testatur se authorũ loca, unde testimonia in hoc libello sumuntur, indicasse, & Gallicã interpretationem adiecisse.

IVO episcopus Carnotensis ex præposito sancti Quintini Beluacensis, ordinis canonicorum regularium diui patris Augustini, scripsit post Burckhardum Vuormaciensem episcopum ex canonibus sanctorum compendiosum decretum, quo ante Gratiani tempora utebantur iuristæ, quod prænotauit, T. cl. 1090.

a Panormiam, lib. 10. Excerptiones ecclesi.
Epistolarũ ad diuersos, lib. 1. Iuo Ecclesiæ Carnoten.
Et quædam alia.

* a Panormia, siue Decretorum liber Iuonis, impressus Basileæ, 1499. in 4. chartis 33. Sunt aũt libri octo, & argumenta singulorum ab initio statim proponuntur.

» Ex præfatione authoris. Excerptiones ecclesiasticarũ regularũ partim exemplis
» Romanorũ Pontificum, partim ex gestis Conciliorũ catholicorũ episcoporũ, par-
» tim ex tractatibus orthodoxorũ patrũ, partim ex institutionibus catholicorũ regũ,
» nonnullo labore in uno corpore adunare curaui: ut qui scripta illa, ex quibus ista
» excerpta sunt, ad manũ habere non poterit: hinc saltẽ accipiat quod ad cõmodum
» suæ causæ ualere perspexerit. A fundamento itaq; Christianæ religionis, id est, fide
» inchoantes, ea quæ ad sacramẽta ecclesiastica, quæ ad instruendos mores uel cor-
» rigendos, quæ ad quæq; negotia discutienda uel diffinienda pertinent, sub genera-
» libus titulis distincta congessimus.
» Ex præfatione Sebastiani Brant. Nõ arbitreris uelim, hæc ab Iuone collecta de-
» creta nusquã alibi cõperiri, quippe quæ magna pro parte in Decretorũ Gratiani
» cõpilatione hodie inserta reperiunt, quemadmodũ suis locis annotatũ remissumq;
» contueri licet. Refert autẽ Innocẽtius in historijs suis, quod hic Iuo, Decreta apo-
Isidorus. » stolica abbreuiando cõpilauit, ordinando sub titulis ea, quæ prius Isidorus in unũ
» magnũ uolumen redegerat, nullũ alium habentia ordinẽ, nisi secundũ pontificum
Iuo. » Romanorũ tempora. De quo quidẽ Decretorũ Isidori uolumine fit mentio 19. dis.
» c. 1. Quæ quidẽ Decreta Iuo abbreuiauit, quia sine magno sumptu scribi nõ pote-
» rant. Ipsa quoq; capitula distinxit, & multas sanctorũ patrũ sententias interseruit,
» appellauitq; Panormiam, quasi totius iustitiæ siue legis materiã continentẽ, à pân
Hugo Cathala. » & nomos, uel à norma, id est, regula, &c. Sed quia & hoc Iuonis non paruæ quan-
» titatis erat opus, idcirco Hugo Cathalanus ex eodẽ abbreuiato libellũ portatilẽ le-
» gitur cõposuisse, qui Summa Decretorũ Iuonis intitulat, & fortè præsens est libel-
Fulgentius. » lus. Fuit & alia cõpilatio Decreti, quæ uocata est Breuiatio canonũ Fulgentij, de
Burckardus. » qua legitur 63. dis. parag. cũ ergo. Itẽ et alia in 20. libros diuisa, cõposita à Burckar-
» do episcopo Vuarmaciensi, de qua legitur 73. dis. in noĩe in prin. quã nomine au-
» thoris sui uocauerunt antiqui Decretorũ magistri ea utentes. Postremo uero Gra
» tianus ex omnibus prioribus decretũ suum cõpilauit, addendo alios canones, &
» Romanorũ pontificũ consultationes, auctoritates quoq; sanctorũ patrũ: quæ ho-
» die obtinent uim canonũ 20. dis. c. 1. Et quia sancti patres de spiritualib. plus q; de
» tẽporalibus disseruerunt, iccirco ex libris Digestorũ, Codicis, Constitutionib. Au-
» thenticorum, leges iurisconsultorũ & imperatorum interposuit: Quo quidem cur-
» su ad opus decreti nouissimi peruenimus.

T.cl.540. IVSTINIANVS episcopus Valentinus, inter cætera composuit ad quendam Rusti-
cum nomine,
De quinq; quæstionibus, lib. 1. Et quædam alia.

T.M.565. Fl. IVSTINIANVS Imperator magnus, contra hæreticos uolumen clarissimũ ædi-
dit, & Romanas leges amplius quàm in duobus milibus libris iacentes per manus
Ioannis patricij, Theophili ac Dorothei consulũ mirabili breuitate correxit. Nam
omnes constitutiones principum quæ in multis uoluminibus habebantur, ad XII.
libros redigens Codicem appellauit. Rursum leges singulorũ magistratuum & iu-
dicum quæ usq; ad duo millia penè librorum (ut diximus) erant extensæ, ad nume-
rum quinquaginta librorum in tribus uoluminibus redigens, Codicẽ Digestorũ
siue Pandectarum nuncupauit. Quatuor etiam institutionũ libros cõposuit, in qui
bus nucleus legũ comprehenditur & exponitur. Nouas quoq; leges quas ipse sta-
tuerat, in unum uolumen redegit. Præterea feruntur eius
Epitoma legum, lib. 1. De incarnatione dñi cõtra Euty. lib. 3.
Aduersum episcopos Africanos, lib. 1.
* Vide supra in Gregorio Haloandro, ubi nam omnia hæc Iuris ciuilis uolumina
impressa sint. Institutiones Gryphius seorsim excudit Lugduni, 1536. in 16.

Vide

Vide apud Suidam de Iustiniano Cæsaræ tribus in locis.

Ex præfatione Fl. Iustiniani Cæsaris in libros Institutionũ. Triboniano uiro magnifico magistro & exquæstoræ sacri palatij nostri & exconsule, nec non Theophilo & Dorotheo uiris illustribus antecessoribus cõuocatis, mandauimus specialiter, ut ipsi nostra authoritate, nostrisq; suasionibus Institutiones cõponerent, &c. quas in 4. libros partiri iussimus, ut sint totius legitimæ scientiæ prima elementa: in quibus breuiter expositum est, & quod antea obtinebat, & quod postea desuetudine inumbratum imperiali remedio illuminatum est: Quas ex omnibus antiquorum Institutionibus, & præcipue ex Cõmentarijs Caij nostri tam institutionum q; rerum cotidianarum, alijsq; multis cõmentarijs compositas, cum tres uiri prudentes prædicti nobis obtulerunt, & legimus & recognouimus, & plenissimum nostrarum constitutionum robur eis accommodauimus.

Ex præfatione Iustiniani in 50. libros Pandectarũ, ad A. Tribonianũ. Iubemus igitur uobis antiquorũ prudentium, quibus authoritatẽ cõscribendarum interpretandarũq; legum sacratissimi principes præbuerunt, libros ad ius Romanũ pertinentes & legere & elimare: ut ex his omnibus materia colligatur, nulla (secundum quod possibile est) neq; similitudine, neq; discordia derelicta, sed quod ex his unum p oibus sufficiat. Cũq; hæc materia collecta fuerit, oportet ea pulcherrimo opere extruere, & in libros 50. & certos titulos totũ ius digerere, ut nihil extra memoratã consummationẽ possit esse derelictum, omnibus authoribus iuris æqua dignitate pollentibus. Et omnes qui relati fuerint in hoc Codice prudentissimi uiri habeant authoritatem, tanquam si eorum studia ex principalibus constitutionibus, & à nostro diuino fuerint ore profusa. Eadem ferè repetuntur in sequenti præfatione ad Theophilum, Dorotheum, Theodorum, Isidorum, Anatolium, Thallelæum & Cratinum, uiros illustres antecessores, & Salaminium uirum disertissimũ, in qua etiam iuris studia per quadriennium condiscenda partitur.

Ex præfatione Iustiniani ad Senatum urbis Constantinop. in libros Codicis.

Visum est prolixitatẽ litium amputare, multitudine quidẽ constitutionum, quæ tribus codicibus Gregoriano, Hermogeniano, atq; Theodosiano cõtinebantur: illarum etiã, quæ post eosdẽ Codices à Theodosio diuinæ recordationis alijsq; post eũ retro principibus, & à nostra etiã clementia positæ sunt, resecanda: uno autẽ Codice sub felici nostri numinis uocabulo cõponendo, in quem colligi tam memoratorum trium codicum, q; nouellas post eos positas constitutiones oportet. Ideoq; ad hoc maxime opus efficiendũ, & ad ipsius reipub. sustentationẽ respicientes, elegimus tanto fastigio laborũ tantæq; sollicitudini sufficiẽtes, Ioannẽ uirũ excellentissimum, Leontiũ, Phocam, Basilidem, Thomã, Tribonianũ, Constantinũ, Theophilum, Dioscorum, & Præsentinum. Quibus specialiter permisimus, resecatis tam superuacuis (quãtum ad legum soliditatẽ pertinet) præfationibus, q; similibus, et contrarijs, præterq; si iuris aliqua diuisione adiuuentur, illis etiã, quæ in desuetudinem abierunt: certas & breui sermone conscriptas ex ijsdẽ tribus codicibus & nouellis constitutionibus leges cõponere, & congruis titulis subdere: adijcientes quidẽ & detrahentes, imò & mutantes uerba eorũ, ubi hoc rei cõmoditas exigeret: colligentes uero in unã sanctionẽ, quæ uarijs Cõstitutionibus dispersa sunt, & sensum earum clariorẽ efficientes: ita tamen, ut ordo temporum earum constitutionum non solum ex adiectis diebus consulibusq;, sed etiã ex ipsa cõpositione earum clarescat, primis quidẽ in primo loco, posterioribus uero in secundo ponendis: & si quæ earum sine die & consule in tribus ueteribus codicibus, uel in quibus nouellæ Constitutiones receptæ sunt, inueniantur: ita ijs ponendis, nullaq; dubietate super generali earum robore ex hoc oriunda: sicut & illas uim generalis Constitutionis obtinere palàm est, quæ ad certas personas rescriptæ, uel per pragmaticam sanctionẽ ab initio datæ, eidem nouo Codici propter utilitatem sanctionis insertæ fuerunt.

DN. Iustiniani principis, uolumen Nouellarum cõstitutionum, post repetitã eo dicis prælectionem æditarum, quæ extant, & ut extant. Impressæ Norembergæ apud Ioan. Petreium, 1531. in fol. Grẽce & Latine Gregorio Haloandro interprete; chartæ sunt exemplaris Græci 57.

Has constitutiones Gregorius Haloander Germanus Zuiccauiensis primus in lucẽ sermone Græco exire curauit, & cum Latina earũ translatio prius planè corrupta, mutila, & barbara esset, ipse nouam ad Græci exemplaris fidem translationem addidit. Verba eius ex epistola nuncupatoria.

» Post digesta iuris ciuilis, & imperialium constitutionum Codicem ex fide antiquo
» rum exemplarium interpolatum, de bibliotheca nostra maxime necessariam iuris
» Ciuilis partem proferimus, nempe DN. Iustiniani sacratissimi principis νεαρὰς, hoc
» est Nouellas constitutiones, quot exstant, & ut extant, quas merito aliquis ciuiliũ
» legum colophonem & columnam appellauerit, ut quæ solæ reliquo Iuri ciuili au-
» thoritatem addant, solæ detrahant, solæ nouam formam & normam attribuant. Si-
» quidem pro uarietate incidentium rerum, & nouis ac melioribus æquitatis ratio-
» nibus emergentibus, multa in hoc opere abrogantur, quæ prius responsa aut san-
» cita fuerant: multa authoritatem recipiunt, quæ in prioribus compositionibus uel
» temere omissa, uel de industria reiecta erant, &c. Et paulò post, adhuc aliquot constitutiones in hisce nouellis deesse ait. Vulgus hoc opus Authenticas uocat, & Collationes, eò quod ex Nouellis collectæ quædam constitutiones in scholis & iudicijs circumferrentur.

De legibus rusticis Iustiniani. Vide supra in Franc. Balduino.

T. cl. 150. IVSTINVS ex philosopho conuersus ad catholicã fidem, scripsit pro fidei nostræ defensione multa præclara opuscula, de quibus ista feruntur:

Contra gentes ad Anto.	lib. 1.	De anima,	lib. 1.
Ad Aurelũ contra gentes,	lib. 1.	Psaltes prænotatus,	lib. 1.
Item aduersum gentes,	lib. 1.	Contra Tryphonẽ Iudæũ,	lib. 1.
Castigationũ contra gentes,	lib. 1.	Contra Marcionem,	lib. 1.
De monarchia dei,	lib. 1.	Contra omnes hæreses,	lib. 1.

Alia insuper multa composuit quæ ad notitiam nostram non uenerunt.

* Hæc Trittemius ex Hieronymo ferè, apud quem plura de uita & morte eius legito: item apud Suidam.

Iustini philosophi & martyris admonitorius gentium liber 1. Eius traductio Latina Ioan. Frãcisco Pico Mirandulæ domino interprete impressa est Basileæ, 1528. ab Hen. Petro in fol. chartis 4. & trib. quadran. cum uarijs diuersorum opusculis
» contra hæreticos. Ex epistola interpretis ad Zenobiũ Acticlum. Perlectis
» Iustini martyris scriptis, indignum censui ut eorum & eloquentiæ nitor, & eruditionis splendor & fidei feruor Latinos homines lateret, qui Græce nesciunt. Ea-
» propter tentaui librum eum, quo gentes & monentur simul & redarguuntur, in
» Latinum è Græco transferre. Et post pauca. Si autem hoc sesquihebdoma-
» dis spacium nõ infeliciter à nobis actum existimaueris, & aliorum, & huius ipsius
» authoris uoluminibus transferendis, Deo ferente opem, incumbemus: Est nanq;
Monitoria ad Zenum. » apud me Martyris huius, non solũ ea quę ad Zenum & Serenũ monitoria, uerum
» etiam de uera fide liber insignis, sed truncus, cuius caput multo auro libentissime
De uera fide. » redimerẽ. Quo in opere illud præcipue sum admiratus, quod non modo multa ui
» suntur in eo, quibus Nazianzeni, Damasceni, Augustini uolumina abundant: sed
» & nonnulla de diuinæ unitate naturæ, de notionibus, de hypostaseων proprietate,
» de alijs quæ apud Thomam, Scotum, & recentiores theologos sæpenumero legi-
» mus, ut facile quisq; possit existimare, multas Parisiensium theologorum subtilitates, quas propria eorum inuenta multi autumant, abusq; primordijs nostræ religionis per manus tradita, & fideli quadam, ac penè hæreditaria successione deriuata:

uata: ut hinc quoq; merito censere possimus, cũ Martyr ipse tantopere ab Eusebio Cæsariensi & Hieronymo laudatur, legitimam causam substitisse: indeq; maior nobis querendarũ eius lucubrationum sitis accendat. Plura enim, quod nosti, scripsit uolumina, etiam præter eos libros, qui inter illustriũ uirorum opera citantur, præterq; ordinẽ illum, qui in ecclesiasticæ historiæ monumentis refertur, quorũ in numero hic fortè cõputandus, ni aut sub eius titulo, qui de monarchia Dei inscribit, aut sub castigatione uel redargutione gentiũ reponatur. Hic enim & ad unius Dei cultũ penè omnia referuntur, & Gentes etiã quanquã admonentur sæpenumero, tamen, ut ille etiam inculcat, redarguuntur. Hactenus ille.

Sermo paræneticus ad Græcos, siue cõtra gentiles Græcos: excusus est Græce Parisijs apud Guillardã in 4. Moralis quædam eius oratio, extat Græce in Italia.

IVSTINI cuiusdam scripta Suidæ Dictionario Græco accessere.

IVSTINI ex Trogo Pompeio historia, fidelissima recognitione nunc postremo, collatis ad authorẽ & Græcis & Latinis historicis, pristinæ ueritati restituta per Georgium Maiorem, cuius operã Phil. Melanchthõ quoq; in præfatiuncula cõmendat. *Georg. Maior.* Adiectæ sunt præterea & Monarchiæ ad calcem libri huius: unde quibus & quandiu quisq; regũ imperarit deprehendere facile est. Ioan. Gymnicus excudit Coloniæ, 1543. in 8. cum indice, chartis 24. Primum autẽ hanc historiã excuderat Aldus, inscriptam De externis historijs: deinde Hen. Petrus Basileæ, à Ioan. Sichardo ad uaria exemplaria recognitã, & Isingrinius ibidẽ cum scholijs: & Gryphius Lugduni, 1542. in 8. Georgius Maior in prefatione refert nõnullos Trogũ ipsum tot iam annis exulantẽ, nescio ubi adhuc superstitẽ, restituturos se in publicũ polliceri. Ex præfatione Iustini ad Antoninum Imperat. Vir priscæ eloquentiæ Trogus Pompeius, Græcas & totius orbis historias Latino sermone cõposuit, ut cum nostra Græce, Græca quoq; nostra lingua legi possent, prorsus rem magnã & animi & corporis adgressus. Nam cum plerisq; authoribus, singulorũ regum uel populorum res gestas scribentibus, opus suum ardui laboris uideatur, nónne Pompeius nobis Herculea audacia orbem terrarũ adgressus uideri debet, cuius libris omniũ sæculorũ, regum, nationum, populorumq; res gestæ continentur? Et quæ historici Græcorum, prout cõmodum cuiq; fuit, inter se † gregatim occupauerunt, omissis quæ sine fructu erant, ea omnia Pompeius diuisa temporibus, & serie rerum congesta cõposuit. Horum igitur quatuor & quadraginta uoluminũ (nam totidẽ ædidit) per ociũ, quo in urbe uersabamur, cognitione quæq; digna excerpsi. Sed omissis his, quæ nec cognoscendi uoluptate iucunda, nec exemplo erant necessaria, breue ueluti corpusculum florum feci. *Trogus Pompeius.* *† Aliás, certatim.*

Q. Curtius candidus est, non perinde est nitidus Iustinus. Viues.

IVSTINVS Goblerus Goarinus I.C. natione Germanus, scripsit annotatiões in Basilij Magni orationem paræneticam, impressam Basileæ, 1537. in 8.

Eiusdem prosopographiarum libri 4. in quibus personarum illustrium descriptiones aliquot seu imagines ex optimis quibusdam authoribus selectæ continentur. Impressi Moguntiæ, 1537. in 8.

Pilei iurisconsulti opus de ciuiliũ atq; criminaliũ causarum iudicijs: item Summam Othonis de ordine iudiciario emendauit & auxit. Ioan. Oporinus impressit Basileæ in 8. Ex præfatione Gobleri scripta Mundæ ad Phil. Landgrauium Hassiæ. Ad iuris ordinem ac disceptandi formam pertinent, Citatio, actio, libellus, exceptio, replicatio, duplicatio, & quæ hanc sequuntur: item litis contestatio, probationes, testium examina, iuramenta sententiæ, appellationes: De quibus ferè omnibus & singulatim pulchro ordine ex ueteribus tractat Pileus in præsenti libello, quem cum typographus à nobis sibi uellet impartiri, & eiusdẽ propemodum farinæ (quod dicitur) iam antea duos Othones, alterũ de ordine iudiciario, alterum de possessorijs iudicijs, utinam correctiores fuissent excusi, tum & Blanascum de *Pileus.* *Othones duo.*

„ actionũ formulis emisissemus, nõ potui homini amico id officij denegare, &c. Ne-
„ gari non potest ex hoc Pileo, reliquisq; G. Durantum suos sublegisse manipulos.
Et paulò post pollicetur etiam Quæstiones huius Pilei trigínta supra centũ nuper
à se repertas, se publicaturum.

Caroli v. imper. de capitalibus iudicijs Cõstitutio, Germanice primũ euulgata, nuncq; à Iustino Goblero in Latinum uersa, & æquo Cõmentario aucta. Accessit quoq; eiusdem Caroli v. Constitutio de pace publica tenenda, Vuormaciæ ædita, atq; è Germanica lingua eodẽ interprete in Latinam traducta. Item, In l. Respiciendum, Tit. ff. de pœnis, succincta ad æquitatis cõmendationem Explanatio, eodem Goblero authore. Ioan. Oporinus excudit nuper Basileæ in fol.

Lubeci Chronicorũ libri 3. ab Hermanno Bonno primum Germanice notati, deinde à Iust. Goblero in Latinum uersi, & euulgati Basileæ, unà cum orationibus duab. eiusdẽ Gobleri in obitũ illustriss. principis Erici senioris ducis Brunsuicẽsis.

IVSTVS. Vide Iodocus.

IVSTVS Tiberiensis Iosephi tempore, à quo redarguitur, historiam Iudaicã, & commentariolos quosdã de scripturis cõponere conatus est, teste Hieronymo et Suida.

IVSTI medici hieram medicamentum purgans Aëtius medicus celebrat.

T. cl. 140. IVSTVS Orgelitanæ ecclesiæ episcopus, frater Iustiniani præsulis, scripsit satis elegans uolumen scholastico sermone,

a In Cantica Canticorum, lib. 1. Et alia multa.

a Explanatio in Cantica à Menrado Molthero restituta, & in lucem producta: chartæ sunt sex, impressæ Haganoæ, 1529. in 8.

IVSTI Ionæ, prępositi Vuittembergensis, aduersus Ioan. Fabrum scortationis patronum, pro coniugio sacerdotali defensio: chartæ sunt 8. & dimid. impressæ Tiguri, 1523. in 4.

Oratio de studijs theologicis, excusa Vuittembergæ, 1539. in 8.

Annotationes in Acta apostolorum, excusæ Basileæ apud Adamũ Petri, 1525. in 8. cum indice: chartis 9.

De missa priuata & unctione sacerdotũ libellus Mar. Lutheri, è Germanico in Latinũ translatus per Iustũ Ionã: excusus Vuitembergæ, 1534. chartis 9. & dimid.

Enarrationes nouæ Mar. Lutheri in Ionam prophetam, ab eodem Latine reditæ, impressæ.

Eiusdem Lutheri librum de Iudæis & eorum mendacijs Latinum fecit. Brubachius nuper excudit Francfordiæ in fol.

IVSTI Velsij Hagani medici opuscula quædam. Oporinus excudit Basileæ, 1543. in 4. Sunt autem hæc. Oratio utrum in medico uariarum artium & scientiarum cognitio requiratur. Hippocratis de insomnijs liber translatus. Galeni de ea quæ ex insomnijs habetur affectionum dignotione. Quinti Hippocratis aphorismi uera lectio, cum Galeni enarratione, eodem interprete. Item, Ratio castigationis eiusdem aphorismi, ac sententiæ eius enarratio.

IVVENTIVS Cælius citatur à Baptista Fulgoso inter illos scriptores, à quibus exempla sua collegit.

T. cl. 330. IVVENCVS presbyter natione Hispanus, scripsit opus insigne hexametris pentametrisq; uersibus,

De quatuor Euangelijs, lib. 4. Immortale nihil mun.
De sacramentis, lib. 2.

Cætera quæ composuisse dicitur, ad manus nostras non uenerunt.

* Eadem ferè D. Hieronymus de ipso scribit. Iuuencus, Sedulius, Prosper, Paulinus (inquit Lod. Viues) lutulentæ & perturbatæ sunt aquæ, salubres tamen, ut de quibusdam fluminibus ferunt. Viues. Euangelica eius historia, additis argumentis & cõmentarijs in eadem, excusa est Basileæ, 1541. cum Arnstat. Iod. Bad. Aschensii in 8°. Vide Iodocg.

NOMINA ET LVCVBRATIONES AVTHORVM AB K. litera incipientium.



KACEBRAS quidam citatur à Ioan. filio Serapionis.

KEMPO quidam Theſſalienſis Hollandiæ (quem uel ob nominis raritatem, & locum huic literæ explendum nominare libuit) ſcripſit in ſecundam partem Doctrinalis, ut uocant, Alexandri. Liber impreſſus eſt in 4.

KILIANI Leib de ſacræ ſcripturæ diſſonis translationibus, libellus nuper impreſſus.

KIRAMIDES naturalis magiæ ſcriptor. Vide in Zoroaſtre.

NOMINA ET LVCVBRATIONES AVTHORVM AB L. litera incipientium.



LABIENVS orator & declamator quidam apud Senecam nominatur: quanquam aliqui Labeonem legant.

LACHARES Athenienſis ſophiſta, diſcipulus Heracleonis ſophiſtæ Athenieñ. uir pius, &c. multa ſcripſit quæ Suidas cõmemorat, rhetorica præcipue.

LACTANTIVS Placidus à quibuſdam citatur, tanquã aliquid eius extet, alius opinor à Lucio Lactantio Firmiano Coclo, de quo infra.

LACYDES Alexandri Cyrenæi philoſophus, nouæ Academiæ author, philoſophica ſcripſit, & de natura. Suidas.

LAELII Taureliſ Fanenſis mentio facta eſt in Antonio Auguſtino Hiſpano.

LAELIVS Tiſernas uertit homilias Chryſoſtomi de patientia & de pœnitentia, ut ſupra dixi in ſecundo Tomo operum Ioan. Chryſoſtomi. Vide infra Lilius Tiſernas, quo modo rectius ſcribi puto.

LAMBERTI cuiuſdam commentarius de anima impreſſus.

LAMBERTI de Monte, Quæſtio magiſtralis, oſtendens per authoritates ſcripturę diuinæ, quid iuxta ſaniorem doctorum ſententiam probabilius dici poſſit de ſaluatione Ariſtotelis Stagiritæ. Chartæ ſunt decem impreſſæ in fol.

Ex præfatione cuiuſdam. Mouetur hæc Quæſtio tum ob ſingularem amorem « erga philoſophum, cuius doctrinam iuxta Thomæ Aquinatis interpretationem « hic author Coloniæ in Gymnico monte quadraginta circiter annos propagauit, « ac per lucidiſſimas ſimilitudines ediſſeruit, uti ſua poſt ſe relicta teſtantur præclara « opera: tum ob nonnullos pertinaciter Ariſtotelem cum omnibus gentium philo- « ſophis damnantes. «

LAMBERTI Schafnaburgenſis hiſtoria (quæ hactenus anonymos legebatur) de Germanorum rebus præclare olim geſtis: itemq; rerum aliarum ferè memoratu digniſſimarum perbreuis & admodum iucunda quædam annotatio, ab exordio mundi repetita. Morhardus excudit Tubingæ, 1533. in 8. cum indice, chartis 33.

Ex præfatione Philippi Melanchthonis, ad Chaſp. Churrerum. Nondum uidi «

„ à Germaniæ ſcriptoribus eo argumẽto quicquã diligentius eſſe cõpoſitum, tametſi
„ quædam admiſcuerit de priuatis rebus indigna poſterorum memoria. Si iudicaris
„ dignam eſſe hiſtoriam æditione, quæſo incumbas ut Secerij prælis emendatiſſima
† Forte, ferã. „ mandetur: Sin aliter uidebitur, facile † faciam, ſcriptũ non elegantiſſimũ interire.
„ Ex primo Chronicorum uolumine Ioan. Trittemij. Claruit his temporibus
„ Lambertus monachus Hirſueldenſis in Buchonia ſylua, quæ eſt inter Haſſiam &
„ Duringiam Magontinæ diœceſis: uir ualde eruditus, qui inter cætera ſcripſit
„ Chronicon monaſterij ſui Hirſueldenſis, breue quidem, ſed non inutile. Et de ge-
„ ſtis regum, principum, ac imperatorum à tempore Caroli Magni uſque ad annum
† Quo etiam ipſe uixit. „ Domini † Milleſimum, ſeptuageſimum ſeptimum, hiſtoriarum uolumen unum
„ inſigne & iucundæ lectionis: Et alia multa mihi incognita. Plura de uita huius
ſcriptoris, uide in præfationibus ibidem ſequentibus: ubi conqueritur etiam Luto-
uichus Schradinus hoc opus partim tempore abſumptum, partim à librarijs men-
doſe ſcriptum non ſatis emaculatum prodire.

LAMPADII Luneburgenſis compendium Muſices tam figurati quàm plani cantus ad formã dialogi, ex eruditis Muſicorũ ſcriptis iam recens congeſtũ: adiectis etiam regulis de concordantiarũ & cõponendi cantus artificio, ſummatim omnia Muſices præcepta pulcherrimis exemplis illuſtrata, ſuccincte & ſimpliciter cõplectens. Additæ ſunt & formulæ intonandi pſalmos, et ratio accẽtus eccleſiaſtici, legendorum q̃ Euangeliorũ & epiſtolarũ. Apiarius excudit Bernę, 1541. in 8. chartis 7.

T. cl. 1310. LAMPERTINVS de Rãponibus, uir in utroq; iure doctiſſ. ſcripſit in ea facultate multa præclara uolumina, è quibus feruntur,

Super Codice,	lib. 9.	Super. ff. ueteri,	lib. 24.
Super. ff. nouo,	lib. 12.	Super. ff. inforciati,	lib. 14.

Et quædam alia.

LAMPRIAS Plutarchi Chæronei filius, compoſuit tabulam ſcriptorum patris ſui de omni Græca & Romana hiſtoria. Suidas.

LAMPROCLES dithyramborum ſcriptor citatur ab Athenæo.

LANCELOTVS quidam hiſtoriam ſcripſit fabuloſam, & hiſtoriam amatoriam: ſic enim inuenio citari: nec ſcio an una ſit, aut diuerſæ hiſtoriæ.

LANCELOTVS Decius I. C. ſcripſit ſuper totum Ius ciuile cõmentarios, qui habentur impreſſi. Inuenio & titulos ſeorſim impreſſorũ cõmentariorum eius, Super Codice, & aliâs in 2. Cod. In 1. & 2. ff. ueter. & in Rub. 1. ff. uet. de iuſt. & iure. l. ut uim. In primum & ſecundum Infor. Hic ille eſt, cuius prænomen ſupra in Decio mihi ignotum eſſe dicebam.

LANCILOTVS Galiaula ſcripſit in 2. ff. noui de uerbo. obliga. l. 1.

LANCILOTVS Politus, ædidit Subſtitutionum tractatus 40. Librum de officio aduocati. In Rub. 1. Cod. de iu. iur. l. quinq; pedum.

LANFRANCI Mediolanenſis parua & magna chirurgia, quas ſcripſit Pariſijs ſub Philippo rege Gallorum, impreſſæ in fol. chartis 23. (paruæ ſeorſim duæ ſolum chartæ ſunt & dimid.) Venetijs, 1499. cum multis diuerſorum chirurgicis ſcriptis, & Lugduni apud Paganum. Ex præfatione authoris in paruam chirurgiam.
„ Pono nanq; ſummarie probatas medicinas & modũ curationis breuem, uulnerũ
„ & apoſtematum, ulcerum, cancrorum & fiſtularũ, & quaſdam oculorũ curas, &
„ de algebra parum, ſecundũ quod me ratio docuit operari, & experimẽto ſunt per
„ me longo tempore roborata. Coniuro te tamen per Deũ, ne aliquibus idiotis tra-
„ das illud, ne per ignorantiam eorum opus meum noceat alicui.
„ Ex præfatione in Chirurgiã magnam. Ad utilitatem communem & proprij filij
„ magnum opus aggrediar, quod ars completa uocabitur chirurgiæ, per quod in-
„ tendo tradere doctrinam plenam ad inſtrumentum chirurgicum pertinentem ad
„ arbitrariam ſecundum doctrinam ſapientum acceptam ueterumq; ualentium

magi,

magistrorum meorum, & meis certis experimentis & rationabilibus ex longo tem pore laborata: quod quidem opus in quinq; tractatus statui diuidendum. Præ mittuntur autem ab initio capita singulorum.

LANDVLPHVS ordinis minorum scriptor theologiæ, citatur in Summa Angelica.

LANDVLPHVS de Colũna Romanus canonicus Carnotensis scripsit historiã pontificum. Raph. Volaterranus. Et alibi: Haud diu (inquit) post Vincentiũ Belluacensem historiam ab initio mundi, usq; ad sua tempora scripsit.

LANFRANCI Balbi Decisiones in iure, impressæ ni fallor.

LANFRANCVS archiepiscopus Cantuariensis ecclesiæ in Anglia ex abbate Codo. T. cl. 1060.
nien sis cœnobij, ordinis sancti Benedicti, natione Italus ex ciuitate Papiensi, reliquit monimenta egregia: de quibus ego reperi duntaxat subiecta: opus insigne
In epistolas Pauli apostoli oẽs, lib. 14. In Psalterium cõmentariorum, lib. 1.
a Aduersus Berengarium, lib. 1. Lanfrancus misericor.
Gesta Guilhelmi comitis, lib. 1.

a * Liber de Eucharistiæ sacramento contra Berengarium, Basileæ, opinor, apud Hen. Petrũ excusus est, cum Philastrij catalogo hæreseon: in 8. chartis 6. & dimid. Introducitur autem Berengarius persona dialogi, & respondens ei Lanfrancus. Occasio scribendi fuit, quoniam Berengarius postquam Romæ recantauerat, postea tamen pristinam opinionẽ suam recepit, & scripto defendit. Multa ex patribus testimonia in hoc dialogo usurpantur.

LANFRANCVS de Oriano, iureconsultus celeberrimus multa scripsit, de quorum T.
numero extant subiecta:
Repetitiones. Quoniã cõtra, de proba. in 2. Decret. lib. 1. Quoniã cõtra. hęc decre.
Cõmentatio Cle. Sæpe. de uer. sig. lib. 1. Ista clementina in se con.
In. c. Dispendiosam, de iudi. in Clem. lib. 1. Non est necesse diuide.
Repeti. c. Raynucius. de testa. in 3. Decretal. lib. 1. In textu ubi Raynucius.
a De lege admonendi, de iureiu. lib. 1. Hæc lex diuiditur in duas.
De interpretatione statutorũ, lib. 1. Pro euidentiori intelle.
b L. centurio. de uul. & pu. substi. lib. 1. Famosa est ista lex ha.
Repeti. Rub. in 2. Decretal. de cã. pos. & pro. lib. 1.
Alia quoq; complura ædidit, quæ ad notitiam meam non uenerunt.
* a Commentarius est in 2. ff. uet. de iureiurando. l. admonendi. b Commentarius est in 1. Insortiati, &c. Inuenio præterea citari scriptum eius de appellationibus: Repetitionem in Rub. de testamentis. c. Raynaldus, in 3. Decretal. Consilium de petitione Compromissi post litem cõtestatam. Defensorium iuris cum additionibus Benedicti de Vadis.

LAPVS Biragus Florentinus Dionysij Halicarnassei libros undecim Antiquitatum Latinitate donauit, ut in Dionysio Hal. diximus.

Ex Parallelis Plutarchi transtulit uitas Thesei, Romuli, Lycurgi, Numæ Pompilij, Solonis, Themistoclis, Camilli, Periclis, Phocionis, Catonis Vticensis, Publicolæ, Artaxerxis, & Arati. Omnes hæ translationes cum cæteris uitis Latine redditis excusæ sunt.

LAPVS de Castellione, abbas S. Miniatis, ordinis diui patris Benedicti, iurecõsultus T. cl. 1340.
eruditiss. scripsit in sua facultate plura opuscula, de quib. extat opus insigne:
a Allegationum suarũ, lib. 1. Super Clementinis, lib. 1.
Et alia complura.
* Citatur in Summa Angelica. a Allegatiões eius impressæ sunt in fol. & in 8.
Scripsit etiam Additiones in Friderici Petrucij librũ de pluralitate beneficiorum.
Præterea citantur eius scripta, De Hospitalarijs. De canonica potestate & quarta. Consilium circa inquisitores & nuncios apostolicos, quod sunt exempti à iurisdictione ordinaria, incip. Cũ Matthæus de Pontian. est in fi. consi. Oldra.

Λαρήνσιος. LARENSIVS Romanus, apud Marcum imperatorẽ sacrificijs præfectus, uir utraq; lingua & iuris scientia doctissimus, dipnosophistas ab Athenæo descriptos conuiuio excepit. De quo plura si libet lege ab initio primi libri Athenæi.

LARGII Designatiani epistolium ad filios suos, in principio Marcelli medici.

LASVS Charbini Hermioneñ. ex Achaiæ ciuitate, claruit tempore Darij filij Hystaspis: aliqui eum Periandri loco septem sapientibus adnumerant. Primus de Musica librum scripsit, & dithyrambum in certamen produxit, & contentiosos sermones instituit. Suidas.

LATINI, Pacati, & Drepani panegyricus Theodosio Aug. Romæ dictus, cum alijs multis panegyricis Basileæ apud Frobeniũ in 4. excusus: chartis 5. & trib. quadr.

LAVDVNVS. Vide supra Gulielmus de monte Lauduno.

LAVRENTIVS Abstemius superioribus annis non incelebris Grãmaticus scripsit libros quosdam obscurorum locorum ad Guidum Vbaldum ducem & principem suum, quos impressos haberi puto.

Eiusdem Hecatomythion, id est centũ fabulæ Latinæ, ab ipso cõfictæ ad Octauianum Vbaldinum Comitem Mercatelli: chartæ sunt 3. & dimid. cum Aesopi & alijs diuersorum fabulis impressæ Argentinæ apud Knoblauchium, 1522. in. 8.

T.cl.1454. LAVRENTIVS Bonicontrius Miniatensis philosophus, & astronomus insignis, fertur multa præclara cudisse opuscula: sed nihil eorum hucusq; uidere potui. Fertur autem eius insigne opus per circulum anni,

Fastorum prænotatum, lib. 1. Et quædam commentaria,

Et certa alia. Viuit adhuc in Italia multa & uaria scribens.

* Laur. Bonincontri rerum naturalium & diuinarũ, siue de rebus cœlestib. lib. 3. ad Ferdinandum Aragonum, inclytum Siciliæ regẽ, ab L. Gaurico recogniti, inq; lucem æditi: chartæ sunt decem, heroico uersu perquàm eleganter conscriptæ, & excusæ Basileæ apud Rob. Vuinter, 1540. in 4. Accesserunt & eclipsium Solis ac Lunæ annis iam aliquot uisarum usq; ad postremã huius anni, 1540. descriptiones, per Philippum Melanch. Ioan. Stigelium, M. Acontium, Ioach. Camerarium, & Georg. Aemylium. Primus liber Laur. Bonincontri, de Deo, Trinitate, Christo, Angelis, & inferis præcipue tractat: reliqui duo de septẽ planetis eorumq; motibus & effectibus. Singulorum capita ab initio præmittuntur.

T. cl.1494. LAVRENTIVS Burellus Diuionensis, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, scripsit quædam præclara uolumina, è quibus ista feruntur.

Opus celeberrimum in laudem Heliæ patriarchæ Carmelitarũ, quod prænotauit: Heliadem, lib. 1. De illustribus uiris sui ordinis, lib. 1.

Et alia complura.

T.M.1478. LAVRENTIVS Calcaneus Brixianus, uir nobilis, eques auratus, & legũ doctor celeberrimus, scripsit quædam præclara uolumina, de quibus subiecta feruntur:

De cõmendatione studiorũ, lib. 1. De septem peccatis mortalib. lib. 1.

De cõceptione sanctæ Mariæ, lib. 1. a Consilia quoq; plura, lib. 1.

Et quædam alia parua. * a Consilia eius impressa sunt.

LAVRENTII Coruini Nouoforensis Idioma Latinum: sunt autem aliquot dialogi puerilium colloquiorum ad ludũ ferè literariũ pertinentes: chartis tribus impressi in 4. Audio etiam aliquid in re grammatica ab eo æditum esse. Sed quia mox alij uiri docti post illum purius & exquisitius eadem tradiderunt, nemo est opinor qui hodie de illius scriptis inquirat.

LAVRENTIVS Frisius, medicus, natione Germanus, scripsit librũ Germanicum de cura singulorum morborum à capite ad pedes, quem Speculum medicinæ uocant: item Synonyma materiæ medicæ siue simplicium pharmacorũ, Latinis, Græcis, & Arabicis uocabulis, opusculo itidem Germanico, inepto sanè, mille mendis referto, ac eruditis auribus indigno.

Eiusdem

Eiusdem, Epitome opusculi de curandis pustulis, ulceribus, & doloribus morbi Gallici. Hen. Petrus excudit Basileæ, 1532. in 4. chartis 7.

LAVRENTIVS Geruasij de conuentu Lexouien. ordinis Prædicatorum in Normannia, doctor theologus, utilia ualde opera quæ copulata magistri Laurentij Geruasij dicuntur super totam summam theologiæ angelici doctoris (cuius uidelicet doctrinæ dum uiueret emporium dicebatur) reliquit. *T. in appẽdice. cl. Parisijs sub Ludouico XI. Francorũ rege.*

LAVRENTIVS Iustinianus, natione Venetus, ordinis Cœlestini, & Venetus postea patriarcha, opuscula ædidit, quorum tituli feruntur subiecti: *T. cl. 1410.*

Lignum uitæ,	lib. 1.	De disciplina monastica,	lib. 1.
De connubio uerbi & animæ,	lib. 1.	De agone Christi,	lib. 1.
De interiori conflictu,	lib. 1.	De complanctu ecclesiæ,	lib. 1.
De sacramento altaris,	lib. 1.	De uita solitaria,	lib. 1.
De contemptu mundi,	lib. 1.	De sermone domini in cœna,	lib. 1.
De officio pastorali,	lib. 1.	De obedientia quoq;	lib. 1.
De gradibus perfectionis,	lib. 1.	Sermones 40.	lib. 1.

Eius uitam Bernhardus Iustinianus nepos ipsius luculenter descripsit.

LAVRENTIVS Laurentianus Florentinus uertit Cõmentariorum Galeni in Hippocratis prædictiones libros tres: qui cum reliquis Latinis Galeni operibus Basileæ publicati sunt. Item, Artem paruam Galeni: & de differentijs febrium libros duos, qui Parisijs impressi sunt, 1539. in 16. accurate per Simonem Thomam recogniti, & ex fide Græci exemplaris penè alij facti. *Claruit circa annum 1500. Simõ Thomas.*

LAVRENTIVS Lippius Collensis Oppiani poëtæ halieuticôn, siue de piscibus, libros quinq; Latinos fecit uersibus hexametris, ad Laurentium Medicem. Eiusdem distticha ultra centum, de rebus uarijs, oppidò quàm elegantissima. Iacobus Cammerlander excudit Argentorati, 1534. in 4. cum Pauli Iouij libro de piscibus, & C. Plinij libris duobus, in quorum altero de naturis piscium, in altero de medicinis ex aquatilibus siue piscibus tractatur. Hæc omnia Ioan. Cæsarius recognouit, & scholijs passim explanauit. Adiectus est etiam index omnium. Porrò uersus Laurentij, satis quidem elegantes sunt; sed nomina piscium omnia opinor Græca relinquunt.

LAVRENTII Maioli Genuensis, liber de gradibus medicinarum, impressus Venetijs, 1497. in 4.

LAVRENTII Medicis epistola, libro decimo epistolarum Angeli Politiani.

LAVRENTII Mondanarij uilla, poëmation impressum Basileæ apud Rob. Vuinter cum uarijs recentiorum poëtarum opusculis.

LAVRENTIVS à Palatijs Rubeis Fanẽsis, scripsit super Institut. de leg. agn. succes. uel, de successionibus masculorum. parag. Cæterum. Item in eundem parag. de statutis excludentibus fœminas.

LAVRENTIVS de Pinu, citatur in Summa Angelica inter scriptores iuris cano. uel ciuilis.

LAVRENTIVS de Rodulphis Florentinus, citatur in Summa Angelica. Scripsit defensorium montis pietatis: aliâs, Disputationem de materia montis pietatis: Incipit, Quæstio trimembris tractatus usurarum. De contractibus mercatorum. In 12. q. 2. c. sine exceptione. Et in 16. q. 1. c. monachi.

LAVRENTII Rusij Hippiatria, siue Marescalia, in qua præter uariorum morborũ plurima ac saluberrima remedia, quadraginta tres commodissimæ frenorum formæ excusæ sunt, ut nullum tam nouo oris uitio laborantem equum inuenias, cui non hinc occurrere possis. Christianus Vuechelus Parisijs, 1531. fol. 38.

LAVRENTIVS Valla, patricius Romanus, Grammaticorum sui sæculi longe princeps philosophus, rhetor, & theologus, &c. Præter illa, quæ inferius enumerabimus, Ioan. Trittemius addit ipsum scripsisse epistolarum multarum, lib. 1. In *T. cl. 1410.*

„ Quintilianum quoq; libros 12. * In delectu authorum, quos ad linguã La-
„ tinam imitari deceat, Laurentius Valla nimis est uehemens & acer, tanta in Cice-
„ ronem & F. Quintilianũ admiratione atq; obseruantia. Idem est in aliis omnibus,
„ ut de censendis uocabulis, & quicquid non recordatur se legisse damnando ceu
„ minus probum, tum de uniuersalibus formulis ex uno loco aut altero obseruato.
„ Fortassis hæc tam immodica religio ipsius erat tempore perneccssaria, cum omnia
„ pessum iuissent in negligentiam. Ioan. Lod. Viues. Et alibi. Ad elegantiã
„ uocabulorum, primum omniũ legendus erit Laur. Valla. Superstitiosus est ille
„ quidem certe in quibusdam, sed discentibus perutilis: quum aliquid negat in au-
„ thoribus haberi, sustinendum iudicium in præsentia, nec utendũ eo quoad apud
„ scriptorem indubitatæ fidei legeris. Et rursus. Laurentius Valla egregiam
„ præ se fert indolem, & uerbis quum puris, tum etiam propriis utitur. Quæ ante
„ elegantias scripsit, ut de uoluptate, minus sunt accurata, quàm quæ post eas. Itaq;
„ meliora sunt quæ de Græco uertit iam senex, Thucydides, ac Herodotus.

Laurentij Vallæ opera, nunc primum in unum uolumen collecta. Hen. Petrus excudit Basileæ, 1540. in fol. cum indice, chartis 256. Sunt autem hæc.

„ Elegantiarũ linguæ Latinæ libri sex. In quibus (ut ipse inquit) nihil ferè, quod ab
„ aliis auctoribus, iis duntaxat qui extant traditum est, continetur. Censuram su-
per eis Lodouici Viuis iam proxime recitauimus.

Libellus de reciprocatione Sui & Suus.

Antidoti in Pogium Florentinum libri 4. chartis 21. in quibus promiscue & mores ac uitam hominis, & impuram dictionem notat.

Apologus & actus scenicus in eundem, chartis 2. Irridet autem barbaras aliquot eius dictiones.

Aduersus eundem libellus siue dialogus secundus.

In Antonium Raudensem annotationum libellus, quo docet errores illius commissos in opere de eloquentia quod ad linguam Latinam, chartis circiter 5.

Ad Alphonsum regem epistola apologetica, quæ inscribitur: Duo Tarquinij, Lucius ac Aruns, Prisci Tarquinij filij ne an nepotes fuerint, aduersus Liuium argutissima disputatio.

Inuectiuarum siue Recriminationum libri Lau. Vallæ.

In Benedictum Morandum Bononiensem libri 2. siue Confutatio prior & posterior, chartis circiter 3. ubi tractatur idem argumentum quod in superiori epistola ad Alphonsum regem, qua cõmotus Benedictus ille, notarius, ut uocant, & homo indoctus, Liuij sententiam contra Vallam defenderat.

In Bartolemæum Facium Ligurem & Anto. Panhormitam Recriminationum libri 4. chartis 43. In quorum ultimo sex T. Liuij de bello Punico libros, librariorum incuria deprauatos restituit: & se suaq; opera prolixe defendit. Secundus liber inscribitur de erratis Bart. Facij in notis, quas scripsit in Vallam. Tertius in Facij inuectiuam tertiam, quæ est in librum tertium. Quartus ad Bart. Facium & Antonium Panhormitam, in quo respondet ad obiecta in mores, ac reliquos libros suos.

In Bartoli de insignijs & armis libellum ad Candidum Decembrem epistola, chartis 2. & dimid.

De dialectica libri tres, per capita diuisi: chartis 29. In præfatione postquã
„ multis Aristotelis authoritatem eleuasset, subdit: Si qua sunt quæ in Aristotele
„ melius dici possent, ea tentabo ipse pro mea uirili melius dicere: nõ hominis (quod
„ absit) insimulandi gratia: sed honorandæ ueritatis: idq; potissimum in dialectica, re-
„ petitis necessariò altius huius rei primordijs, quæ liber primus habet: nam secun-
„ dus uerborum interpretationem, tertius argumentandi rationem continebit.

Contra

Contra donationis, quæ Constantini dicitur, priuilegium, ut falsò creditum & mentitum, Declamatio: chartis 8. & dimid.

Apologia pro se & contra calumniatores ad Eugenium quartum Pont. max. paulò maior chartis duabus. Defendit autem se suaq; scripta, & præcipue quod uoluptatem statuerit summum bonum, uirtutes ancillas esse uoluptatis, Prudentiam non à malitia, Nihil amari propter aliud, nec etiam propter se, Præscientiam Dei non obstare arbitrij libertati: Symbolum non factum esse ab apostolis per particulas.

Annotationes in nouum Testamentum, ex diuersorum utriusq; linguæ codicum collatione: chartis 23.

Ex præfatione Des. Erasmi, in qua tum istas annotationes commendat, tum omnia huius authoris scripta excusat. Laurentius collatis aliquot uetustis atq; emendatis Græcorum exemplaribus quædam annotauit in nouo Testamento, quæ uel dissonent, uel dormitante interprete parum commode reddita uideantur, uel quæ significantius ab illis dicantur, postremo si quid apud nos deprauatum appareat. Et circa finem. Mira sagacitate nouum omne Testamẽtum excussit, non pauca obiter annotans & ex Psalmis.

De uoluptate & uero bono libri tres per capita distincti: chartis ferè 26.

Ex præfatione authoris. De uero bono, quam eandem uoluptatem esse placet, & citra quam nihil aliud bonum esse cõtendo, in omni hoc opere disputamus, &c. Enimuero hoc de quo dico bonum, quod uerum, quod solum, quod uoluptatem esse uolumus, duplex est, alterum in hac uita, alterum in futura: de quorum utroq; nobis necessariò differendum est, sed ita ut ex priore gradum quendã ad sequens fecisse uideamur. Nam sicut hoc illi anteponimus, ita illud philosophorum honestati. Omnis autem ad hoc secundum nostra spectat oratio: Quod, ut antiquitus traditum est, duabus rebus consequimur, religione ac uirtute. Et de religione quidem dicere in animo non est, de qua satis abundeq; alij tractauerunt. Mihi uero de ueris uirtutibus, quibus ad uerum bonũ euadimus, transigere pro uirili parte constitutum est. Et paulò post. Sunt non parum multi, & ij, quod sit indignius, docti, qui perconctantur quamobrẽ ueterum multi atq; etiam nouorum, qui Deum ita ut nos uel non cognouerunt uel non coluerunt, dicuntur nõ modo non adscripti in cœlesti ciuitate, sed etiam in infernum esse coniecti. An tanta (inquiunt) illorum probitas, iustitia, fides, &c. nihil ipsis potest opitulari? &c. Hanc ipse contumeliam atq; iniuriam fieri nomini Christiano non ferens, hos homines siue coërcendos siue curandos suscepi. Et paulò inferius. Cum Stoici acerrime omnium honestatem asserant, satis nobis uidemur hosce aduersarios contra nos statuere, assumpto patrocinio Epicureorum, quod cur fecerim postea dicam. Et licet ad refellendam ac profligandam Stoicam nationem omnes libri pertineant, tamen primus uoluptatem solum bonum, secundus illorum honestatem ne bonum quidem esse ostendit, tertius de falso ueroq; bono explicat. In quo non ab re fuerit de paradiso quàm lucidissime quasi panegyricum contendere, ut audientium animos ad spem æternæ felicitatis, ueri boni, ueræq; uoluptatis, quoad possem, euocarem. Atq; hic quidem liber habet ex ipsa materia quandam dignitatem. Prioribus, & præsertim primo, admixta sunt quædam hilariora, & prope dixerim licentiosa. Facimus autem de hac re colloquentes uiros eloquentissimos, &c. Vide argumentũ sequentis libri.

De libero arbitrio ad Garsan episcopum Illerdeñ. Ex præfatione.

In præsentiarum ostendere uolumus Boëtium nulla alia causa, nisi quod nimis philosophiæ amator fuit, nõ eo modo quo debuit disputasse de libero arbitrio, in quinto libro de Consolatione. Nam primis quatuor libris respondimus in opere nostro de uero bono: atq; hanc omnem materiam, quàm diligentissime potero, discutere

» & resoluere conabor, ut de ea non frustra post omnes ego scriptores uidear disse-
» ruisse: aliquid enim de nostro arbit, præter cæteros afferemus.

Hactenus de illis Laur. Vallæ scriptis quæ Hen. Petrus Basileæ uno uolumine excudit. Scripsit præterea de gestis Ferdinandi Aragonum regis, quæ historia Parisijs excusa est in fol. & apud Iod. Ascensium in 4.

Elegantiarum libri sæpe diuersis in locis seorsim publicati sunt, primum Venetijs apud Aldum, Lugduni apud Gryphium (qui & multas alias huius authoris iam dictas lucubrationes excudit) Coloniæ apud Gymnicum cum scholijs Gyberti Longolij, & aliorum doctorum annotationibus, 1539. in 8. chartis 49. & Basileæ apud Brylingerum cum Gyberti Longolij & Ioan. Rænerij annotationibus, &c. Dialectica quoq; eius seorsim excusa sunt Parisijs apud Colinæum, 1530. & Coloniæ apud Gymnicum. Annotationes item in nouum Testamentum seorsim Basileæ, 1541. & de libero arbitrio, & de uoluptate seorsim.

Homeri Ilias ex Laur. Vallæ translatione excusa Lugduni apud Gryph. 1541.

Herodoti Halicarnassei libri nouem historiarum, Laur. Valla interprete, excusi, ut supra dixi.

Thucydidis historiographi lib. 8. ab ipso conuersi. Vide infra.

Aesopi fabulas 33. Latinas fecit. Impressæ sunt Basileæ cũ alijs Aesopi & aliorum fabulis Latinis.

Laur. Vallæ scripta quædam contra Iurisconsultos (nimirum in libello contra Bartolum) Alciatus in opere de uerborum significatione reprehendit: Franciscus Flo. Sabinus in libro de iuris interpretibus defendit. Vide supra.

» Quid de Constantini donatione qua dotauit ecclesiam Romanã senserit, liber eius
» pulchre indicat, quem utinam uir tantus nunquam ædidisset. Ioan. Trittemius
» & Raph. Volaterranus: Nullum (inquit) ius siue munus imperij Pontifici concessum, Valla scriptis quoq; probare conatus est.

LAZARI Bayfij, natione Galli, nomine Francisci Gallorũ regis ætate nostra apud Venetos legati, Annotationes in legẽ 2. de captiuis & postliminio reuersis, in quibus tractatur de re nauali. Annotationes in tractatum de auro & argento legato, quibus Vestimentorũ & Vasculorum genera explicantur. His omnibus imagines ab antiquissimis monumentis desumptæ ad argumenti declarationem adiunctæ sunt: Item Ant. Thylesij de coloribus libellus, à coloribus uestium non alienus. Opus impressum Basileæ apud Frobeniũ, 1537. in 4. cum indice: chartis 40. ex postrema authoris recognitione. Aeditiones ante Frobenianam alibi publicatæ, figuris, quod sciam, carent. Libri sunt omnino doctissimi, philologi, & ad utriusq; linguæ authorum, præsertim historicorũ cognitionẽ maxime utiles.

T.cl.540. LEANDER episcopus Hispalensis ex monacho, patria Carthaginensis prouinciæ Hispaniæ. Ad hunc Leandrũ beatus Gregorius uolumina cõmentariorum in Iob ædidit. Scripsit autem & ipse nõnulla opuscula, de quibus feruntur subiecta: Cum propter fidem catholicam esset ab Arianis relegatus in exilium, scripsit

Aduersum hæreticos,	lib. 2.	Contra instituta Arianorũ,	lib. 1.
De uirginitate ad Florentinã,	lib. 1.	Oratiões duplici æditiõe in Psal.	lib. 1.
De cõtemptu mortis ad fratrẽ,	lib. 1.	De sacrificiorum laude,	lib. 1.
Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.		

Sed & alia nonnulla ædidit, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

T.M.461. LEO papa primus, natione Tuscus, scripsit plura opuscula, de quibus ego tantum reperi subiecta, uidelicet:

† Argumentũ huius scripti lege in catalogo Gennadij.	a † Contra Eutychen presbyterũ, lib. 2.	Sicut peritorum dilectiss.
	De symbolo Niceno, lib. 1.	Credimus in unum deum.
	Ad Leonem Augustũ testimonio, lib. 1.	Vnum igitur hoc immobi.
	Ad inquisitiones Ianuarij episcopi, lib. 1.	Nulla ratio finit ut in.

De

De passione Dñi, homiliæ 24. lib. 1. Semper quidem dilectissi.
Homilias multas ad populũ, lib. 1. Multis diuinarum scrip.
Ad Flauianũ episcopũ cõtra Eutychen, lib. 1. Lectis dilectionis tuæ.
Ad Leonem Augustum contra Eutychen, lib. 1. Promisisse me memi.
Ad Turibium episcopum contra Priscilli. lib. 1. Quàm laudabiliter pro cath.
Ad Rusticum Narbonensem episcopum, lib. 1. Subditis responsionibus.
Ad Anastasium episcopum Thessal. lib. 1. Quanta fraternitati.
Epistolarum multarum ad diuersos, lib. 1. Dilectissimo filio Euty.
De cæteris nihil reperi.
* Hæc epistola ad Flauianum impressa est cum operibus Fulgentij & Maxentij, Coloniæ, 1526. in 8. Epistolæ eius uel decreta apostolica numero nonaginta septem, impressa sunt Coloniæ in Volumine Conciliorum & Decretorum: & Basileæ cum recognitionibus Clementis, epistolæ quinquaginta habentur. Homiliæ eius uiginti & una leguntur in opere Homiliarum quod Alcuinus collegit.

LEO Papa II. natione Siculus, transtulit è Græco in Latinum sextam synodum: scripsit etiam, T.M.677.
Epistolas multas ad diuersos, lib. 1. Et quædam similia.

LEO Papa III. natione Romanus, scripsit inter alia, T.M.816.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

LEO Papa IX. ex episcopo urbis Leucorum, quæ Tullus uocatur, Bruno antea uocatus, scripsit quædam, è quibus sunt ista, Ad Constantinũ monachũ Imperatorẽ, T.M.1054.
De extirpandis hæresibus. lib. 1. Ad patriarchã Constantinopol. lib. 1.
Contra errores Græcorum, lib. 1. Ad episcopos Aphricæ & Aegypti, lib. 1.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

LEONIS Papæ X. epistolæ duæ, una ad Erasmum Rot. altera ad Henricum regem Angliæ, qua Erasmum ei commendat. Charta 1. impressa Basileæ, 1516. apud Ioannem Frobenium.

LEO Græcus. Vide in Methodio.

LEONIS philosophi uersus quinq; in μονομέριον, in Florilegio Planudis, lib. 1.

LEONIS philosophi imperatoris διαιρεσικὴ, ὑποστάσεως animarum, extant Græce Romæ in Vaticana biblioth.

LEONIS imperator. leges nouellæ. Vide in Maioriano, & in Seuero.

LEO Alabandensis scripsit historiæ Caricæ libros 4. Lyciacæ historiæ, totidem. Artem de statibus. De sacro bello inter Phocenses & Bœotos. Suidas.

LEONIS Baptistæ Alberti Florentini Triuia, siue de causis senatorijs in Ciceronis locum lib. 2. de Officijs, breuis & accurata interpretatio ad Laurentium Medicen: charta est 1. impressa Basileæ, 1538. apud Rob. Vuinter, cum Petri Ioan. Oliuarij scholijs in Somnium Ciceronis. Vide supra in Christophoro Landino, tertiò repetitam huius uiri mentionem.
Eiusdem Momus impressus Romæ, 1520. in 4.
De pictura libri 3. impressi Basileæ, ni fallor, 1540. in 8.
Eiusdem opus de architectura, euulgatum est in Italia. Nauis etiam eius (sic inscriptus liber) extare fertur.

LEONIS de Belgor nomen inter scriptores legi, & aliquid eius impressum reor.

LEO Byzantius philosophus, peripateticus, & sophista, discipulus Platonis uel Aristotelis secundum alios, scripsit historiam de Philippo & urbe Byzantio libris 7. & alia quædam. Vide Suidam. Citatur etiam ab Athenæo.

LEONIS Cesani, Consilium de uenditione perfecta, de excusando notario à falso.

LEO Iudæ, natione Germanus, & Ecclesiæ Tigurinæ minister aliquot annis fidelissimus, ante biennium fato concessit. Ex ore H. Zuinglij annotationes in Genesin & in Exodum ipse & Gaspar Megander excepere, ut in Gaspare dixi. Item

in quatuor Euangelistas, Passionis Dominicæ historiã, ac in epistolas Pauli ad Romanos, Corinth. Philipp. Colossen. Thessalonic. & in Iacobi epistolam Annotationes ab eodem excepit, ut in H. Zuinglij mentione dictum est. Præterea opus articulorum siue conclusionum H. Zuinglij è Germanico Latinũ reddidit: quod & cum reliquis Zuinglij operibus habetur, & seorsim apud nos excusum, 1535.

Catechismum maiorem & minorem Germanice scripsit distributum in uices interrogandi ac respondendi: impressi sunt apud nos, ut Latinus etiam diuersus à superioribus. Minoris chartæ sunt 6.

Veteris Testamenti libros Hebraicos, simplici & pura dictione è sacra Hebræorum lingua, consultis simul orthodoxis interpretibus, in Latinam transtulit fide & religione summa, sensu ita reddito ut interim à uerbis quàm minimum recesserit: quæ autem morte præuentus non absoluerat, ea per doctissimum uirum Theodorum Bibliandrum præceptorem nostrum conuersa sunt: ecclesiastici libri per Petrum Cholinum, à quo etiam & Rod. Gualthero nouum Testamentum ad ueteres & uarios collatum est codices: passim autem per tota Biblia adnotationes & uariæ lectiones marginibus adijciuntur. Froschouerus excudit Tiguri, 1543. in magno fol. & rursus in 4. anno 1544. maiuscula charta.

Historiam passionis Domini nostri ex quatuor euangelistis coniunctam clara & simplici expositione, Germanice scripsit: chartæ sunt 30. impressæ Tiguri.

Des. Erasmi paraphrases in nouum Testamentum, in Germanicum sermonem uertit, adiecta insuper declaratione in apocalypsin Ioannis per D. Conradum Pellicanum, cuius opera textus etiam noui Testamenti integer ubique insertus est. Opus excusum est Tiguri in magno folio, cum indicibus copiosis.

De eruditione, diligentia, fide & morte huius uiri, qui uolet, præfationem legat in Biblia Latina, de quibus iam diximus. Antea quoq; tota Biblia Germanice reddiderat, & ad Hebraicam ueritatem cum Iudæo quodam contulerat: quæ item hic ædita sunt.

LEONIS Scholastici Byzantij liber de diuinis & reprobis, extat in Italia.

T. cl. 1170. LEO natione Tuscus, imperialium epistolarum sub Emanuele Græcorum principe magno interpres, Græco & Latino sermone peritus, ædidit quædam præclara uolumina, è quibus ego legi duntaxat opus egregium, quod prænotauit,

De præuaricationib. Græcorũ, lib. 2. Græcorum intolerabilis.
Contra errores Græcorum, lib. 1.

LEOBINI cuiusdam liber de mandatis apostolicis, impressus Parisijs in 8.

LEODRISIVS Cribellus soluta oratione ac metro claruit in Italia cum Francisco Philelfo.

LEONARDI cuiusdam monachi Quadragesimale impressum in Italia.

T. cl. 1420. LEONARDVS Aretinus, Græci & Latini sermonis peritus, scripsit inter cætera:

Dialogorum insigne opus,	lib. 1.	Historiam sui temporis,	lib. 1.
De bñ gestis Florentinorum,	lib. 12.	De laudibus Florentiæ,	lib. 1.
Historiam Gothorum,	lib. 4.	Historiam belli Punici primi,	lib. 2.
Vitam Aristotelis,	lib. 1.	De uita Ciceronis,	lib. 1.
Epistolarum uolumen,	lib. 1.		

Alia insuper nonnulla elegantissime composuit, quæ ad notitiam meam non uenerunt. Præterea ex Græcis multa transtulit in Latinũ, uidelicet: Tractatum beati sacerdotis Basilij de instituendis discipulis: Libellum quoq; Xenophontis de tyranno, Platonis Gorgiam & Phædonẽ, & quasdam epistolas, Aristotelis Oeconomicam & Ethicorum & Politicorum libros similiter traduxit. Et alia quæ ad me non uenerunt.

Leonard. Aretinus, natione Italus, multa doctissime scripsit, qualia sunt:

Epistolarum libri 8. impressi Basileæ ab Hen. Petro, 1535. in 8. chartis 23. Inserí-

buntur

buntur autem epistolis singulis sua argumenta, & uel iusti libelli (ut habet titulus) pkæræp existimari possunt: multumcp eius temporis habent & factorum & consiliorum, quæ notatu in primis digna, aliâs memoriæ mandata non reperiuntur. De bonis studijs epistola, seorsim excusa est Argentinæ apud Knoblochium, 1521. in 8. sesquicharta.

Libellus de disputationũ exercitationiscp studiorum usu, adeocp necessitate in literarum genere quolibet. Hen. Petrus Basileæ excudit, 1536. chartis 2.

Rhetorica, typis excusa.

Libellus contra hypocritas, circiter sesquichartam, impressus cum Basilieñ. Concilio Aeneæ Syluij.

Dialogus de moribus, excusus cum Iacobi Fabri paraphrasi in Moralia Arist.

Introductio in Aristotelis ad Eudemum moralia, cum Latinis operibus Aristotelis ædita.

Cõmentarij in Oeconomica Aristotelis, impressi Parisijs apud Ascensiũ in fol.

Historia de gestis Romanorum, impressa.

Commentarius rerum suo tempore in Italia gestarum, siue de rebus Italicis.

Liber de rebus Græcis. Gryphius excudit Lugduni, 1539. in 4.

Historia belli Gothorum, uel de bello Italico contra Gothos, impressa Basileæ apud Heruagium, 1531. in fol. chartis 20. cum Procopio & alijs multis historicis. Nihil autem ferè narrat in ea historia quod non sit à Procopio mutuatus, cuius paraphraston agit. Beat. Rhenanus, & Raphaël Volater. *Procopius.*

Historia Florentinorum, uel de gestis & laudibus Florentiæ, unde multa Antoninus archiepiscopus transtulit in sua Chronica. Raph. Volaterranus eum ædidisse scribit Græcum libellum de republica Florentinorum ut uiri Latini non admodum inelegantem.

De bello Punico libri duo, quorum prior bellum inter Romanos & Carthaginenses primum continet, hactenus apud Liuium desyderatum: alter seditionẽ militis conductitij & populorum Africæ à Carthaginensibus defectionẽ, bellum item Illyricum & Gallicum, quæ & ipsa apud Liuium desyderantur. Philippus Vlhardus excudit Augustæ Vindelic. cum indice, 1537. in 4. chartis 12. & dimid.

Historia quædam amatoria, inter Aeneæ Syluij epistolas, numero 427.

Ex Græcis transtulit, præter illa quæ Trittemius supra cõmemorat, Xenophontis apologiam pro Socrate, Ex Plutarcho uitas, Pauli Aemilij, Tiberij & Caij Gracchorum, Pyrrhi, Sertorij, Demosthenis, M. Antonij, & Catonis posterioris, quæ omnes cum Latino Plutarcho impressæ sunt: excepta Catonis uita, quam opinor ex Lapi Florentini translatione cum cæteris haberi.

Aeschinis oratio contra Ctesiphontem de Demosthenis coronatione, & Demosthenis defensio aduersus eandem, Leonardo Aret. interprete habentur in fine tomi secundi operum Ciceronis, quæ Cratander Basileæ excudit, 1528.

LEONARDVS Brunus ab Aretio, memoria auorum, satis fuit emendatus, simplex, naturalis, & nonnunquam in historia scribenda nescio quem ex Liuio colorem ducit. Viues. Ego non alium hunc esse opinor ab illo quem iam sine cognomine Leonard. Aretinum nominaui.

LEONARDI Bertapalia, aliâs Predapaleæ, Paduani Chirurgia, siue Recollectæ habitæ super quarto Auicennæ. Chartæ sunt quindecim excusæ Venetijs, 1499. cũ uarijs aliorum chirurgicis operibus. Ex præfatione authoris. Ego Leonardus plura mei canonica chirurgiæ experimenta in scriptis ad æternam memoriam redegi, quæ uero experimento & ratione theorica habui, Auicennæ prosequendo uestigia & ordinem. 3. super fen canonis quarti.

LEONARDVS Chiensis theologiæ professor, & Mitylenes episcopus, descripsit historiam captæ à Turca Constantinopoleos: impressa est Norimbergæ in 4.

T. cl. 1570.

LEONARDVS de Chisano, ordinis fratrum Minorum S. Francisci, quartus & uicesimus minister generalis, ac deinde Romanæ ecclesiæ presbyter Cardinalis, fertur multa ingenij sui monimenta reliquisse, de quibus ego paucissima reperi:

Super sententias, lib. 4. In Cantica canticorum, lib. 1.
Summam notabilem, lib. 1. Sermones uarios, lib. 1.

ad. Gaillheimensis. Edit. Eutg. Norimberg. Pastor, Astronomus Ostian. Ord. appellatur: de gre. vir. de Bellis Bellarm. lib. 6. Catal. Hadr. Vet. p. m. 248.

LEONHARDVS Culmannus Cræsheymensis, natione Germanus, scripsit Grammatices Latinæ Exercitium nouum, ad formam disputandi in pueriles quæstiones redactum. Ioan. Guldemundt impressit Norimbergæ, 1541. in 8. chartis 36. Ab initio præfigitur catalogus meliorum grammaticorum circiter sexaginta, ex quibus opus suum, ut puto, collegit.

Annotationes eius in Bucolica Virgilij, impressæ sunt Basileæ apud Brylingerum, 1545. cum operibus Virgilij omnibus & uarijs aliorum annotationibus.

LEONARDI Fortij Romani, comitis Palatini libellus de re militari & uarijs instrumentis bellicis, quorum expressæ sunt imagines, metris conscriptus in uulgari lingua Græca, qualis hodie usurpatur. Chartæ sunt 2. & dimid. excusæ Venetijs ad insigne Sirenis, 1531. in 8.

LEONHARTVS Fuchsius, natione Germanus, uir in utraq; lingua doctissimus, ac medicinæ nostro tempore clarissimus, in schola Tubingensi professor, de uniuersa re medica optime meritus est, quam aliquot libris, quorũ magna gratia est apud omnes studiosos, egregie illustrauit. Sunt autem illi, quos hactenus uidi:

Medicinæ methodus seu ratio compendiaria perueniendi ad ueram solidamq; medicinam, mirifice ad Galeni libros recte intelligendos utilis.

Eiusdem de usitata huius temporis componendorum miscendorũq; medicamentorum ratione libri 3. ijs qui praxin medicam exercent maxime necessarij. Isingrinius excudit Basileæ, 1541. in 8. cum indice Latino & Græco: chartis 39. Primus liber huius secundæ partis exponit breuiter & per tabulas, simplicium, quæ in communi usu sunt, medicaminum uires in genere: secundus agit de compositis medicamentis (eorum uiribus inquam & compositione) quæ intra corpus sumuntur: tertius de compositis extrinsecus admouendis.

De sanandis totius humani corporis, eiusdemq; partium tam internis quàm externis malis libri quinq;, accurata diligentia nunc demum conscripti, & impressi Basileæ apud Ioan. Oporinum in 8. chartis 40. anno 1542.

Tabulæ aliquot uniuersæ medicinæ summam & diuisionem compendio complectentes, impressæ Basileæ apud Rob. Vuinterum.

Tabulæ sex in Galeni libros de morborum causis & symptomatibus, ibidem impressæ.

Paradoxorum medicinæ libri 3. in quibus multa à nemine hactenus prodita Arabum ætatisq; nostræ medicorũ errata cõfutantur: & obiter Sebastiano Montuo medico Riuorensi respondetur. Bebelius excudit Basileæ, 1535. in fol. chartis 67.

Apologiæ tres. 1 Aloën aperire ora uenarum. 2 Aduersus Sebastianum Montuum nonnulla paradoxorum capita defendit. 3 In internis inflammationibus pleuritide præsertim, è directo partis affectæ sanguinem mittendum esse. Item explicationes aliquot paradoxorum. Rob. Vuinter excudit Basileæ, 1538. chartis 32.

De historia stirpium commentarij insignes, adiectis earundem uiuis plus quàm quingentis imaginibus, nunquam antea ad naturæ imitationẽ artificiosius effictis. Accessit succincta uocum difficilium & obscurarum passim in hoc opere occurrentium explicatio. Isingrinius excudit Basileæ, 1542. in fol. magno, cum quadruplici indice: chartis 232. In præfatione censuram suam profert de plærisq; cum ueteribus tum recentioribus qui ante ipsum de re herbaria scripserunt. Audio pa-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1002] - 481r

dio parari etiam alterum tomum, quem auidissime expectamus. Quanquam enim in nonnullis ab eo dissentiam, quod ad nomina stirpium ex ueteribus imponenda, non dubito tamen quin ipse admonitus à me & alijs qui plures regiones peregrinas stirpium feraces uiderunt, quædam emendaturus sit: & uehementer laudo diligentiam hominis, methodum doctrinæ, denique elegantiam & perfectionem figurarum, quæ uel solæ si nihil aliud accederet, non paruo redimi merentur.

Ex præfatione. In his commentarijs quicquid ad uniuersam cuiusq; stirpis historiam attinet, omnibus superuacaneis recisis, breuiter, & ordine, ut cõsidimus, optimo, eodemq; perpetuo, complexi sumus. Neque sanè peregrinarum tantum stirpium, quarum quidem plus centum in ijs commentarijs studiosi reperient, picturas dedimus: uerumetiam uulgarium. Et paulò post. Facultates stirpium eas duntaxat, quæ à Dioscoride, Galeno, Plinio, interdum etiam quæ ab Aëtio, Paulo, & Simeone Sethi traduntur, retulimus, &c. Ordinẽ non alium quàm Græcarum literarum secuti sumus. Quod ad picturas ipsas attinet, quæ certe singulæ ad uiuarum stirpium lineamenta & effigies expressæ sunt, unice curauimus ut essent absolutissimæ, atq; adeo ut quæuis stirps suis pingeretur radicibus, caulibus, foliis, floribus, seminibus ac fructibus, summam adhibuimus diligentiam.

Hippocratis aphorismorum sectiones septem, recens è Græco in Latinum sermonem conuersæ, & luculentissimis commentarijs illustratæ: adiectis Annotationibus, in quibus quotquot sunt in Galeni Commentarijs loci difficiles ad unguem explicantur. Ioan. Oporinus excudit Basileæ, 1544. in 4. chartis 76. Author in præfatione scripta Tubingæ eodem anno, horum Commentariorum rationem reddit, & censuram addit de illis qui ante ipsum Aphorismos exposuerunt.

Vertit etiam, si bene memini, aliquot Epidemiorum libros Hippocratis, & commentarios adiecit, qui iam olim impressi sunt.

LEONARDI Iacchini, uel Giachini, medici Florentini olim, nunc autem professoris Pisani, ut audio, uiri egregie docti, liber de numero & entitate indicationum, impressus opinor.

Tractatus aduersus Auicennã, Mesuen, & uulgares medicos omnes, chartis 2. & dimid. Gryphius excudit Lugduni, 1540. in 8. cum alijs nouæ Academiæ Florentinæ opusculis. Tractat autem hæc 7. capita.

1 Corpora nostra eadem ferre posse auxilia, quibus ueteres usi sunt.
2 Contra Auicennam qui sanguinis missionem partiri iubet, &c.
3 Calidissimas febres uenæ sectione curandas esse, nec metuendam bilis efferuescentiam.
4 De phlebotomia in febribus.
5 Auicennã non bene sensisse de renutritione, uictu antiquorũ, & uino biliosis dando.
6 De uacuatione humorum turgentium, & eorum concoctione.
7 Absinthij succum non inimicum esse uentri.

De acutorum morborum curatione disputatio. Item Libellus quæstionũ naturalium. Idem excudit, 1540. in 4.

Galeni de præcognitione libellus ab eo cõuersus, & cõmentario explanatus est. Idem eodem anno excudit in 4. chartis 11. & dimid. Adiecta est oratio apologetica, præcognitionem ex medicina ut plurimum certam esse, si nihil delinquatur.

LEONARDVS Iustinianus (cuius meminit Erasmus in Ciceroniano) ex Plutarcho transtulit uitas Cimonis, & L. Luculli, quæ cum cæteris Latinis Plutarchi Parallelis impressæ habentur.

Scripsit & orationem funebrem in laudem Caroli Zeni. Vide supra in Bernardo Iustiniano.

LEONARDVS Legius medicus, patricius Papiensis & practicę ordinariæ interpres

circa annum Domini, 1520. ex multis Galeni libris flores collegit secundum uetẽ rem translationem, seruato librorum ordine, & indicem copiosum adiecit. Scripsit item Expositionem capituli aurei Auicennæ introductoriũ medicorum: & Summã seu Tabulã cõplurium ex antiquis medicis pharmacorũ simpliciũ & compositorum, secundũ ordinem alphabeticum Locorũ corporis uel affectuũ quibus medentur aut nocent. Opus excusum est Papiæ, 1520. cum Galeni libro de paratu facilibus, & libro secretorum ex ueteri translatione: in 4. chartis 60.

LEONARDVS Portius, scripsit de ponderibus & mensuris eruditũ cõmentarium, qui habetur impressus. Vide supra in Georgio Agricola.

T. cl. 1445. LEONARDVS de Vtino, ordinis fratrum Prædicatorum, scripsit quædam præclara opuscula, è quibus ista feruntur:

Sermones de tempore, lib. 1.
Sermones de sanctis, lib. 1. Diuinorum interpres.
De legibus per quadragesimã, lib. 1. Et quædam alia.
* Sermones eius impressi feruntur, in Italia opinor.

LEONELLI episcopi Cõcordiensis oratio habita Romæ in ecclesia S. Petri in funere Innocẽtij Papæ VIII. coram sacro cœtu Cardinalium & tota curia: die 18. mensis Iulij, 1492. Oratio satis ornata: folia tria in 4. impressa.

LEONIDES I. C. Vide in Triboniano.

LEONIDAE medici multa passim fragmenta in Aẽtij medici libris leguntur, nempe: de hydrocephalis, de sutura palpebrarum, de fistulis ani, de pudendorum thymis, de testium scrotiq; inflammatione, de hydrocele, de intestinorum ramice, de brachiorum ac crurum dracunculis, de strumis, de atheromatibus & meliceride, de mammarum fistulis, de cancris mammarũ, chirurgia cancri, de mamilla indurata.

LEONIDAE Alexandrini carmina anathematica, ἰσόψηφα, numero 32. habentur in Florilegio Græco, lib. 6. sectione 12. LEONIDAE Tarentini epigrammata septem in diuersis libris eiusdem Florilegij extant: & LEONIDAE simpliciter citra aliud cognomen, epigrammata circiter octoginta quinq;, & apud Stobæum in lau de mortis senarij quinq;. Vide IVLII Leonidæ. Athenæus allegat Leonidæ cuiusdam Atthidem siue Atticam historiam: apud eundem LEONIDES Eleus Grammaticus unus est ex dipnosophistis.

LEONTEI, λεοντέως, hexastichon Græcum libro primo Florilegij.

LEONTII scholastici epigrammata Græca octodecim in Florilegio Planudis habentur, lib. 3. & 4. Et Leontij, sine alio cognomine, quatuor.

LEONTII episcopi Tripoleως Lydiæ sub Constantio, & alterius Ariani episcopi Antiochiæ, & LEONTII monachi sub Zenone, mentionem facit Suidas, nihil interim ab eis scriptum cõmemorans. LEONTIVS I. C. Vide Tribonianum. In Geoponicis quæ Constantino tribuuntur, adferuntur quędam ex LEONTIO.

LEONTII cuiusdam librum, in quo aliquot fabulæ poëtarum enarrantur, extare uideor mihi alicubi legisse.

LEONTII Mechanici de confectione sphæræ Arati libellus Græcus, impressus cum Græco Arato, quem Aldus Venetijs, & Valderus Basileæ excuderunt: & cum Ethicis à Ioach. Perionio translatis.

T. cl. 610. LEONTIVS Neapolitanæ urbis insulæ Cypri episcopus, scripsit inter cætera ingenij sui opuscula, uolumen insigne de actibus & conuersatione admirabilis illius patriarchæ Alexandrini, qui ob incredibilem pietatem & miserationem in pauperes cognominatus est,

Ioannes eleemosynarius, lib. 1. De cæteris nihil reperi.

LEOPOLDVS, alias Lupoldus, nomen proprium, originis Germanicæ.

LEOPOLDVS de Austria ædidit quædã in astrologia, quę iam, opinor, negliguntur.

LEOPOLDI Dickij Sueui Babenhusen, I. C. & oratoris paracletis ad omnes Christicolas

colas in modum concionis, ut errorum pedicis illaqueatos corrigant, ac passim uarias ingeniorum opiniones: ecclesiæq; sacræ cymbam ad salutis portum remigent, cum epistola nuncupatoria ad Matthæum Cardinalem Saltzburgensem. Chartæ 5. & dimid. Impressæ in Germania.

LEOPRANDVS quidam scriptor, citatur in historia Vngarica Antonij Bonfinij.

LEOSTHENES Caluander sententias profanas ex diuersis scriptoribus in communem puerorum usum collegit iuxta ordinem alphabeti, ut quæq; sententiæ incipiunt: authorum autem nomina non adscripsit. Chartæ sunt ferè quatuor, impressæ Lugduni apud Gryphium, 1541. cum sententijs & prouerbijs ex poëtis Latinis per anonymum quendam collectis.

LEPORIVS presbyter & monachus, Pelagianum defendens errorem, admonitusq; à Gallicanis doctoribus, & in Africa per sanctum Augustinũ correptus, cessit errori, & hæresim quam prius prædicabat, acriter postmodum impugnauit. Agens itaq; gratias de sua emendatione, scripsit: T. cl. 430.

Correctorium aduersus hæresim, lib. 1. Et quædam alia. * Hæc Trittemius ex Gennadio, &c.

Leporij palinodia, & cõfessio orthodoxa de naturis Christi, legitur in primo libro Cassiani de incarnatione. Huius palinodiæ Gennadius quoq; meminit.

LERRANDVS diaconus, apud Trittemium male legitur pro Ferrandus.

LESBONACTIS orationes, Aldus Venetijs excudit Græce. Vide Suidam.

LESCHIDES poëta militauit cum Eumene rege. Suidas.

LEVCII à Thabeste uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

LEVCON poëta scripsit fabulam Phrateres. Athenæus lib. 8.

Rabbi LEVI ben Gerson scripsit Hebraicos commentarios in aliquot ueteris Testamenti libros, in Iosue, Iudicum, Samuelis, & Regum: in Psalmos, Prouerbia Salomonis, Iob, & Danielem. Daniel Bombergus excudit Venetijs. Audio hunc esse recentissimum inter Hebræorum Rabinos.

LIBANIVS ex Antiochia Syriæ, tempore Iuliani principis claruit, profecit Athenis sub Diophanto philosopho, ludum aperuit Constantinopoli primum, deinde Nicomediæ, multosq; reddidit in arte rhetorica uiros excellentes, inter quos Chrysostomus & Basilius fuere. Decessit domi iam senex. Scripsit declamationes haud usquequaq; pares illius ingenio, quippe qui in eo dicendi genere præceptorem neglexerit: reliqua sanè opera probatissima: librum de progymnasmatis ædidit, inter quæ quas uocant ἐκφράσεις uenuste persequutus est: orationes præterea & epistolas, in quo genere princeps inter Græcos facile apparet. Quæ omnia ad nostram usq; ætatem peruenere. Hæc Raph. Volaterranus ex Suida & Eunapio. Plura si libet apud Suidam & Volaterranum lege.

Libanij argumenta in orationes Demosthenis, cum eisdem impressa habemus.

Oratio de seditione ciuitatis suæ ad magnum Theodosium, impressa est cum Aristidis orationibus, charta 1. & tribus quadrant.

Plurimæ eius declamationes satis crasso uolumine iam olim Romæ typis impressæ sunt: & præter illas aliæ duodecim Venetijs manuscriptæ habentur.

Tres declamatiunculæ Græce & Latine Des. Erasmo interprete, excusæ sunt, 1522. in 4. apud Ioan. Frobenium cum alijs quibusdam Lysiæ & Isocratis: & ibidem apud Cratandrum, 1529. Latine tantum cum Dicty Creteñ. & Darete. Sed ex tribus prima solum Libanij nomen inscriptum habet, cuius argumentum est: Quæ dixerit Andromache interfecto Hectore: reliquæ ἀνεπίγραφοι sunt: una, quæ Menelaus dixerit pro concione Troianorum, Helenam & res repetens: secus enim armis iniuriam ulturum se denuncians; altera, Quæ dixerit Medea suos mactatura filios.

Libanij de scribendis epistolis libellus ex Græco sermone translatus Pontico Virunio interprete, cum alijs quibusdam impressus est.

Libanij ad Basilium magnũ epistolæ 12. & Basilij 10. ad Libanium, impressæ cum operibus translatis Basilij: uide supra. Easdem Græce Aldus excudit cum multis diuersorum Græcis epistolis.

Ἐκφράσεις septendecim Græcæ, seruantur in Italia. In catalogo quodã nescio cuius Italicæ bibliothecæ legi, Λιβανίου ἐκφράσεις.

Epistolæ supra quadringentas Græcæ in Italia extant manuscriptæ.

Eædem epistolæ Latinitate donatæ per Franciscum Zambicarium Bononiensem, & per Ioan. Sommerfelt emendatæ ac argumentis illustratæ, impressæ sunt in 4. Cracouiæ, 1504. chartis 39. Ex præfatione Ioan. Sommerfelt.

» Hæ epistolæ non multæ cognitionis sunt, sed quod eius generis proprium est, sim-
» plices, faciles, leues, ingeniosæ, & si non acutæ admodũ, multæ tamen inuentionis
» sunt. Vide ibidẽ plura de uita huius uiri, deq; amicis eius, Prisciano Grammatico, Ammiano Marcellino historico, Themistio, Eusebio episcopo Vercellen. &c.

LIBERII Papæ Decreta siue Rescripta duo ad Athanasium & Aegyptiorum episcopos de oppressionibus Arianorum, cum Athanasij operibus habentur: item in uolumine Coloniæ publicato, quod Pontificum Decreta continet; item cum Clementis Recognitionibus Basileæ impressis.

LIBERTI episcopi Gericẽsis collectio de crucibus, siue de signis crucis quæ suo tempore & aliàs apparuerunt, & quid significent: chartæ duæ sermone barbaro impressæ in 4.

LIBOSVS epistolæ 4. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coëpiscopis, lib. 1.

LIBOSI ab Agra uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

LICENTII epistola ad D. Augustinum, numero 40. inter D. Augustini epistolas.

LICENTII poëtæ natione Afri, patria Hipponensis, carmina quædam ad Augustinum leguntur, quæ à nostris Grãmaticis in magno pretio habita sunt, præcipueq; eius de Proteo uersus commendantur, &c. Petrus Crinitus.

T. cl. 590. LICINIANVS Carthaginis Spartariæ episcopus, scripsit quædam opuscula, de quibus adhuc nullum uidere potui. Fertur autem eius opusculum,

De sacramento baptismatis, lib. 1. Ad Eutropiũ abbatẽ epistolarũ, lib. 1.
Ad diuersos quoq; epistolarũ, lib. 1. Et quædam alia.

LICINIVS Macer uetus annalium Romanorum scriptor memoratur.

LICTI à Gemellis confessoris uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

LICYMNIVS Chius scriptor Græcus, citatur ab Athenæo, lib. 13.

LIGVRINVS quidam nescio quid carmine scripsisse fertur. Eiusdem historiã de Friderico Barbarossa Cæsare citari inuenio, & librum de rebus Germanicis nondum impressum. Citatur in Chronicis I. Cuspiniani.

LILIVS Gregorius Gyraldus Ferrariensis uir utraq; lingua & uariarum rerum cognitione peritus, (quem ante biennium ferè Ferrariæ in Italia admodum senem uidi) multa fertur ex Græcis Latina fecisse, quorum ego nihil adhuc inueni, præter Symeonem Sethi de facultatibus cibariorum, de quo infra.

Poëmata quædam eius, Gryphius excudit Lugduni in 4. Epistola quædam eius in appendice poëmatum Cynthij Ioan. Baptistæ legitur.

Herculis uita ab ipso iuuene conscripta. De Musis syntagma, reconcinnatum & auctum. Epithalamia diuersorum in nuptias Ioan. Sinapij Germani. Iudicium uocalium ex Luciano, & Sigma literæ accusatio aduersus Taũ, Cælio Calcagnino interprete: Taũ literæ responsio, eodem Cælio authore. Chartæ sunt 13. cum indice, excusæ Basileæ apud Isingrinium, 1539. in 8.

De

De annis & menſibus, cæteriſq; temporum partibus, difficili hactenus & impe dita materia, diſſertatio facilis & expedita. Præterea, Calendarium Romanum & Græcum, gentis utriuſq; ſolennia, ac rerum inſigniter geſtarum tempora com plectens, magno tum hiſtoriis, tum cæteris authoribus cognoſcendis uſui futurũ. Chartæ ſunt 15. ibidem impreſſæ, 1541.

Ex præfatione in Calendarium. Hoc qualecunq; partim ex ſex faſtorum Ouidij libris excerptum, & antiquis quibuſdam marmorum fragmentis, partim ex uaria iugiq; noſtra lectione confecimus, & Romanis Græca adiunximus, Theod. Gaza imitati diligentiam.

De ſepulchris & uario ſepeliendi ritu, libellus ibidem impreſſus cum indice: chartis 6. 1539. in 8. Ex præfatione authoris ad Carolum Milthzieñ. Germanum. Cum de uaſis ingens opus multis digeſtum uoluminibus in manu habeam, in quo uaſa ipſa ſuis reddo officijs, in hoc de ſepulchralibus egi, &c.

De re nautica uel de nauigijs libellus, mira & recõdita eruditione refertus, nunc primum natus & æditus Baſileæ apud Iſingri. 1540. in 8. chartis 20.

Ex præfatione ad Herculem II. Eſteñ. Ferrariæ ducem. Non diuerſa modo totius rei nauticæ & nauigiorum uocabula, ſed & eorum membra ac ſymmetrias, ar mamentaq; omnia, quantum in me fuit, ſum executus. Extat & Alberti Leonis nauis. Audio & nõnullos hodie idem conari, ſed quo ego modo, neminem. Opus iucundum eſt, & uariæ lectionis, per capita cum ſuis argumentis diſtinctum. Alb. Leo.

De uaſis, quæ ad deorum ſacrificia, eorũq; ceremonias pertinent, liber impreſſus opinor.

Dialogi aliquot de poëtica, & hiſtoria poëtarũ: nunc primum impreſſi Baſileæ apud Iſingrinium, 1545. pertractat autẽ in illis diligentiſſime de uitis & ſcriptis omnium fere poëtarum, Latinorum & Græcorum, extantium & non extantium, & præter ueteres recentiorum quoq; quorundam.

LILIVS Aegidius Libellius Tiſernas, Gregorij Tiſernâtis diſcipulus, & Raphaëlis Volaterrani præceptor, Philonis Iudæi operum uolumina quatuor Latinitate donauit, item Dionem de regno, & aliquos libros Chryſoſtomi: quæ feruntur aſſeruari Romæ in Pontificis max. bibliotheca. Vide Lælius Tiſernas. Philonis libros, quos conuertit, in Philone enumerabo.

LINVS primus poſt beatum Petrum Romanæ urbis epiſcopus, natione Tuſcus, ſcripſit Græco ſermone ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli uno die paſſorum Martyrium, lib. 1. Et quaſdam epiſtolas. T. cl. 70.

LINI Chalcideñ. qui Herculem literas docuerit, & Lyricam muſam inuenerit: Item LINI iunioris Thebani Suidas meminit. Decem heroici uerſus Lini poëtæ leguntur apud Stobæum in ſermone de prudentia, quorum ultimi tres deſumpti ferunt ex libro eius de natura mundi: & in ſermone de ſpe', diſtichon eius citatur.

LIPPI Brandolini Aurelij Auguſtiniani Eremitæ paradoxa Chriſtiana, nunc primũ excuſa, 1543. in 8. Baſileæ apud Rob. Vuinter, cum indice, chartis 9. Sunt autem hæc paradoxa pure ſatis & eleganter conſcripta. Diligendos eſſe inimicos. Mortem flagitio anteponendam eſſe. Nullam in hac uita felicitatem eſſe. Non eſſe in honoribus felicitatem, non in fama & gloria, non in uirtute, non denique in diſciplinarum ſcientia & humanarum rerum contemplatione.

De humanæ uitæ conditione, & toleranda corporis ægritudine, ad Matthiam Coruinum Hungariæ regem dialogus, ibidem impreſſus in 8.

Aliquot eius carmina de morte Platinæ, in fine operũ ipſius Platinæ leguntur.

LITORII Beneuentani fragmenta quædam Græca de curandis equis cum Abſyrti mulomedicina habentur, ut ſupra dixi.

LIVII Andronici uerba ex Odyſſeæ 16. citat Calepinus in dictione Adprime.

LOGADII medici hiera medicamentum purgans, deſcribitur ab Aëtio.

LOLLIANVS Ephesinus sophista, discipulus Isaiæ Assyrij sub Adriano Cæsare multa scripsit. Suidas.

LOLLII hexastichon habetur libro 3. Florilegij Græci.

LOMBARDI Assuici epistola & dialogus de dispositione suæ uitæ ad Franc. Petrarcham: charta 1. Vidi manuscriptam.

LOMBARDVS de Siricho Patauinus scripsit Supplemẽtum ad opus Fr. Petrarchæ de uiris illustribus, cum eiusdem operibus impressum, ut supra notauimus.

LONGINVS Cassius philosophus sub Aureliano Cæsare, & præceptor Porphyrij, scripsit quædam in Homerum: item de dictionibus apud Homerum multa significantibus, Atticarum dictionum æditiones duas ordine literarum, Dictiones Antimachi & Heracleonis, aliaq; multa. Vide plura apud Suidam, cuius etiam Dictionario accesserunt quæ longinus iste de dictionibus alphabeti ordine scripserat.

LONGINIANI ad D. Augustinũ epistola, habetur cum ipsius Augustini epistolis, numero uicesima prima.

LONGVS quidam scripsit ποιμενικὰ, id est, Pastoralia, quæ adhuc Græce extant, Romæ aut Florentiæ si bene memini.

LOTHARIVS: uide Innocentius tertius.

LVCAS medicus Antiochensis, Græci sermonis nõ ignarus, sectator apostoli Pauli, & omnis peregrinationis eius comes, scripsit Euangelium, sicut audierat: Acta uero apostolorum sicut uiderat composuit: quorum historia usq; ad biennium Romę commorantis Pauli peruenit, id est, usq; ad quartum Neronis annum: Ex quo intelligimus in eadem urbe librum esse compositum. Vixit 84. annos. Hæc Epiphanius in uitis Euangelistarũ, apud quem plura, qui uolet, legat. Lucas Euangelista titulos habet octogintatres, capita trecenta quadragintaocto.

LVCAE monachi & presbyteri sermo ad uirgines Græcus, extat in Italia.

LVCAE monachi parecbolæ & expositio euangeliorũ, liber Græcus manuscriptus Bononiæ in Bibliotheca S. Saluatoris.

T. cl. 1230. LVCAS abbas montis S. Cornelij, ordinis diui patris Benedicti, uaria scripsit syntagmata. Sed nihil eorum ad manus nostras memini peruenisse. Fertur eius insigne opus ad Milonem Taruanensis ecclesiæ episcopum uirum æque doctissimũ, quod necdum uidi,

In Cantica Canticorum, lib. 1.

Sermones & epistolæ plures. Et quædam alia.

LVCAS Bernardus Brixianus (monachus opinor) uertit Chrysostomi homilias octoginta, ut dixi in quarto Tomo operum Chrysostomi.

LVCAS Crassus scripsit super 1. & 2. Infortiati.

LVCAS Gaurícus Neapolitanus, ptonotarius, uir nostro tempore in mathematicis disciplinis doctissimus, & de illis optime meritus, multa ueterum astronomorum uolumina castigauit, ut Alfonsi regis Castellæ, & Elisabet reginæ tabulas, Ioan. de Monte regio tabulas directionum, Ioan. Blanchini tabulas, Laurentij Bonincontri libros de rebus cœlestibus: plærisq; etiam aliquid de suo adiecit, ut in singulis iam enumeratis libris annotauimus, præcipue autem in Alfonso rege.

Eiusdem annotationes in Cl. Ptolemæi Almagestum, typis excusæ.

Ephemerides per Lucam Gaurícum castigatæ. Eiusdem schemata & prædictiones usq; ad annum, 1552. & Isagoge in totam ferè astrologiam. De uentis, &c. Itẽ fragmenta quædam breuissima de aëris qualitate ex Theophilo. Quid lunæ peragrationes portendant, ex Hephæstionis Thebani iudicijs. De conceptu natorum & septimestri partu ex Valente Antiocheno. Opus excusum Venetijs, 1533. in 4. ad insigne lilij.

LVCAS de Grasijs citatur in Summa Angelica inter scriptores Iuris can. uel ciuilis.

T. LVCAS ordinis fratrum minorũ, natione Italus, ex Padua oriundus, scripsit non contemnendos,

contemnendos, quos ad populum habuit,
Sermones de tempore, lib. 1. Sermones de sanctis, lib. 1.
Alia quoq; nonnulla scripsisse dicitur, quæ ad manus nostras non uenerunt.

LVCAS de Parma, scripsit de priuilegio pisci.

LVCAE de Penna commentarij super tribus libris Codicis, impressi.

LVCIANVS epistolæ 4. & 12. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coëpisco-
pis, lib. 1.

LVCIANVS Antiochenæ Ecclesiæ presbyter, & postea Nicomediæ episcopus, scri- T. cl. 240.
psit inter cætera,
De fide nostra, lib. 3.
Et alios diuersos tractatus, sermones & homilias atq; epistolas. * Eadem ferè
D. Hieronymus. Multa de hoc uiro Suidas scribit, in dictione, Λουκιανὸς ὁ μάρτυς,

LVCIANVS ecclesiæ Hierosolymitanæ presbyter, fertur nonnulla scripsisse opuscu- T. cl. 410.
la, è quibus extat prolixa epistola.
De inuentione S. Stephani, lib. 1. Lucianus presbyter.
Scripsit autem ipsam reuelationem Græco sermone, quam Auitus presbyter ge- Auitus.
nere Hispanus in Latinum uertit eloquium, & adiecta epistola sua per Orosium
orientalibus misit legendam. * Hæc Trittemius ex Gennadio.

LVCIANI cuiusdam epigrāmata trigintaduo leguntur passim in Florilegio Græco,
præcipue 1. & 2. libris.

LVCIANVS Samosatensis, cognomine blasphemus aut ἄθεος, id est, impius, nam &
gentilium religionem ridiculam facit, & Christianismum in Peregrini uita perstrin-
git, inq; ipsum Christum blasphemus est. Vixisse fertur sub Traiano Cæsare, &
obijsse discerptus à canibus. Plura uide apud Suidam.
Luciani uerba satis sunt tersa, & phrasis dilucida. Asianus est, uerborum apparatu
instructus ac tumens, rerum inanis prorsum. Viues.
Lucianus ille blasphemus, nec dijs, nec hominibus pepercit. Lactantius lib. 1. c. 9.
diuinarum institutionum. Des. Erasmus eum uocat felicissimum nugatorem.
Opuscula Luciani Græca, numero 171. impressa Venetijs apud Aldum in fol.
1503. cum libris utriusq; Philostrati, & descriptionibus Callistrati. Eadem Ve-
netijs in 8. excusa, & in Germania Haganonæ, 1535. eadē forma: chartis 114. apud
Brubachium, & nunc recens hoc anno, 1545. Basileæ apud Isingrinium elegantis-
simis characteribus, cum præfatione Ioannis Ribitti nostri, ubi multa de fructu ex
Luciani scriptis capiendo differuntur: & Latine omnia à Iacobo Micyllo (ut supra
dixi) & alijs pluribus conuersa apud Egenolphum Francfordiæ in fol. 1538. chartis
177. cum indice. Oporinus hoc anno, 1545. Basileæ seorsim Græce excudit dia-
logos deorum cœlestium, marinorum & inferorum, ut in scholis prælegi possint.

Catalogus omnium Luciani operum.

Somnium seu uita Luciani. Cōtra eū qui dixerat, Prometheus es in uer-
Nigrinus, siue de moribus philosophorum. Iudicium uocalium. (bis.
Timon siue Misanthropos. Halcyon siue de transformatione.
Prometheus siue Caucasus. Deorum dialogi, numero 26.
Dialogi marini, numero 15. Dialogi mortuorum, 30.
Menippus seu Necyomantia. Charon siue contemplantes.
De sacrificijs. Vitarum auctio.
Piscator, seu reuiuiscentes. Cataplus siue Tyrannus.
De ijs qui mercede conducti in diuitum familijs uiuunt.
Pro eo, quod inter salutandum uerbo lapsus fuerat.
Hermotimus, siue de sectis. Herodotus, uel Aëtio.
Zeuxis uel Antiochus. Harmonides. Scytha uel hospes.
Quomodo historia scribenda sit. Historia uera.

Tyrannicida, cui in Latina uerſione ſubnectitur alia Declamatio à Deſ. Eraſmo ſcripta, Lucianicæ reſpondens.
Abdicatus. Phalaris primus, & ſecundus.
Alexander, ſeu Pſeudomantes.
De ſaltatione. Lexiphanes.
Eunuchus, ſeu Pamphilus.
De aſtrologia. Demonactis uita.
Amores. Imagines.
Toxaris, ſiue de amicitia.
Lucius, ſiue aſinus.
Iupiter confutatus.
Iupiter Tragœdus.
Somnium, ſeu Gallus.
Icaromenippus, ſiue Hypnephelus.
Bis accuſatus, ſeu fora.
De paraſito, ſiue q̃ ars ſit paraſitica.
Anacharſis, ſeu de gymnaſijs.
De luctu.
Rhetorum præceptor.
Philopſeudes, ſiue incredulus.
Hippias, ſeu balneum.
Allocutio, ſeu Bacchis.
Præfatio, ſeu Hercules Gallicus.
De electro, ſeu cygnis.
Muſcæ encomium.
Sermo aduerſus indoctum librorum copia tumentem.
De non temere credendo calũniæ.
Pſeudologiſta, ſiue de apophrade, id eſt, die atro.
De domo. Macrobij.
Patriæ encomion. De dipſadibus.
Diſſertatio cum Heſiodo.
Nauigium, ſeu uota.
Tragopodagra. Ocypus.
Dialogi meretricij quindecim.
De morte Peregrini.
Fugitiui.
SATVRnalia, in quibus dialogus eſt Sacerdotis & Saturni, cui ſubnectit̃ Cronoſolon, id eſt, Saturnaliũ legum lator.
Saturnales epiſtolæ 4.
Sympoſium, uel Lapithæ.
De Syria dea. Demoſthenis encomiõ.
Deorum concilium.
Cynicus. Pſeudologiſta.
Philopatris, ſeu qui docetur.
Charidemus, ſiue de pulchritudine.
Nero, ſiue de foſſione Iſthmi.
Palinurus. Virtus dea.
Omnibus iſtis argumenta per Iacobum Micyllum præfixa ſunt in æditione Latina, ut ſupra dixi.

LVCIANVS Manturanus D. Benedicti monachus Ioan. Chryſoſtomi commentaria in epiſtolam Pauli ad Romanos Latina fecit, & ſcripſit defenſionem cõtra eos qui Chryſoſtomum diuinam extenuaſſe gratiam, arbitrijq̃ libertatem ſupra modum extuliſſe ſuſpicantur & accuſant. Liber impreſſus in fol. Brixiæ, 1538.

LVCIFER Caracalitanus epiſcopus, &c. contra Conſtantinum ſcripſit librum, eiq̃ legendum miſit, ac non multo poſt ſub Iuliano principe Caraclas reuerſus, Valentiniano regnante obijt. Hieronymus.

LVCILLIVS poëta antiquus, Satyrarum apud Latinos author fuit.

LVCILLII Græci poëtæ epigrammata quinq̃ leguntur in primo Florilegij libro, & in ſecundo ſex ſupra centum, in ſexto & ſeptimo ſingula.

LVCILLIVS, Theon, & Sophocleus, Sophoclis interpretes citantur ab Ambroſio Calepino in Endymione.

LVCILLIVS Tarrhæus Apollonij interpres, in miſcellan. Politiani citatur.

LVCILVS Philaltheus Simplicij commentaria in 8. libros Ariſtotelis Stagiritæ de phyſico auditu Latina fecit. Scotus impreſſit Venetijs, 1543. in fol.

LVCIVS poſt Athanaſium Arianæ partis epiſcopus uſq̃ ad Theodoſium principẽ, à quo & pulſus eſt, Alexandrinam eccleſiam tenuit. Extant eius ſolennes de paſcha epiſtolæ, & pauci uariarum hypotheſeon libelli. D. Hieronymus.

LVCII Papæ decreta, cum cæteris Pontificijs impreſſa.

LVCIVS epiſtolæ 4. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coẽpiſcopis, lib. 1.

L. Añeus Seneca Cordubenſis, Sotionis Stoici diſcipulus, & patruus Lucani poëtæ, continentiſſimæ uitæ fuit, quem non ponerem in catalogo ſanctorum, niſi me illæ epiſtolæ prouocarent, quæ leguntur à plurimis, Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum. In quibus cum eſſet Neronis magiſter, & illius temporis potentiſſimus, optare

optare se dicit eius esse loci apud suos, cuius sit Paulus apud Christianos. Hic ante biennii quàm Petrus & Paulus coronarentur martyrio, à Nerone interfectus est. D. Hieronymus. D. Erasmus in annotationibus super his uerbis Hieronymi, (quæ leguntur à pluribus) Tacite (inquit) indicat erudito Lectori quid sentiat. Nempe eas epistolas falsò inscribi Paulo & Senecæ, quũ illic nihil sit, neq; Paulo dignũ, neq; Seneca: quemadmodum admonuimus in Senecæ operibus à nobis utcunq; emendatis, &c. "

L. Annei Senecæ opera per Des. Erasmum emendata ad uetustos codices, cum eiusdem & Beati Rhenani scholijs, illius in bonam partem operis, huius in ludum de morte Claudij Cæsarijs. Ioan. Heruagius excudit Basileæ, 1537. in fol. cum indice: chartis 182. Sunt autem hæc.

Ad Ebutium Liberalem Lugdunensem de beneficentia libri 6.
De institutione uitæ ad Lucilium Balbum, Siciliæ præsidem, lib. 22. epistolæ 124. quarum singulis argumenta studiosus quidam præfixit, quæ, nisi longũ foret, huc adscriberem: sunt enim singulæ ueluti opuscula quædam, & communes in philosophia loci.
De diuina prouidentia ad eundem, lib. 1.
De paupertate, lib. 1. De remedijs fortuitorum ad Gallionem, lib. 1.
De ira ad Nouatum, lib. 3. De clementia ad Neronem, lib. 2.
De uita beata, ad Gallionem fratrem, lib. 1.
De tranquillitate uitæ ad Serenum, lib. 2.
De breuitate uitæ ad Paulinum, lib. 1.
De consolatione fratris ad Polybium.
De consolatione ad Mariam liber, de quo docti nonnihil addubitant num Senecæ sit ob dictionis dissonantiã. Deinde uidetur non absolutũ: certe facundissimi scriptoris est.
De consolatione ad Albinam, siue Elbiam matrem, lib. 1.
Naturalium quæstionum, lib. 7. Primus liber agit
De ignibus quos aër transuersos agit, ut hœdis, capris, globis, facibus, &c.
De area siue corona circa sydera. De arcu uel iride, ubi & de speculis obiter, & alijs nonnullis. De uirgis, & parelijs. De stellis emicantibus, & ardoribus uarijs tum fixis tum uolubilibus, ut sunt pithiæ, chasmata. De fulgoribus quorum facies breuis & caduca est. De cometis: & per digressionem multa de speculis.
2 De terra, & aëre, eorumq; affectibus præfatur, ut inde commodius disserat de fulgure, fulmine, tonitru. 3 De aquis, argumentum uarium.
4 De niue, grandine & pluuia agit. 5 De uentis, & aëris motu.
6 De terræ motu. 7 De cometis.
Declamationum lib. 10. complectentes per Epitomen argumenta 74.
Suasoriarum, & controuersiarum, lib. 6. in quibus Declamationes 35.
De morte Claudij ludus nuper repertus, & elegantissimis Beati Rhenani Slezestensis commentarijs enarratus.
Oratio ad Neronem.

Falsò Senecæ tributa.

De quatuor uirtutibus moralibus, lib. 1. De moribus, lib. 1.
Epistolæ Senecæ ad Paulum, & Pauli ad Senecam.
Mimi Publiani falsò hactenus Senecæ inscripti, cum alijs aliquot sententijs.

Quæ non extant.

Intercidit magna pars Declamationum. Item, liber De terræmotu, quem ipse citat in naturalibus quæstionibus. Liber de copia.
Libri complures de ritibus sacrorum Ethnicorum. * Præter iam dicta Tritemius commemorat de studijs moralibus, o. 1. qui incipiat, De liberalibus studijs. T. cl. 50.
Et, quod in sapientem non cadat iniuria, librum 1. cuius initium sit; Tantum inter

Stoicos. Item de matrimonio librum 1. cuius tanquam non extantis principium nullum addit. Ludum de morte Claudij seorsim ponit, sine initio, & in alio loco, De ludis Senecæ librum 1. cum initio, Quid actum sit in cœlo, quod ipsum Ludi de Claudio initium est, nec alius præter hunc extat. Præterea Tragœdiarum libros 10. ei attribuit: de quibus paulò post.

Ex præfatione Ioan. Bapt. Egnatij, in Fernandi Pinicianí castigationes super scriptis Senecæ. Non nescio quædam in hoc scriptore etiam à doctis minus adprobata. Indulsit scilicet ille ingenio quādoq; suo, defluxit à ueterū eloquētia, liberius incessuit magna celebriaq; olim nomina, declamatorem illum uerius quàm oratorem aut philosophum appelles. Sed tamen nunquam illi ademeris ingenium in primis paratum & facile, inexhaustum optimarum artium studiū, immensam ac prope infinitam rerum cognitionē, & quod maxime ad rem facit, liberā ingenuamq; uitiorum omnium insectationem. Quid ego nunc in eo mirer multas præclarasq; in primis sententias: quæ morū uitæq; gratia haberi semper pectori affixæ debeāt. Sit interdum elocutio parum castigata, sit dulcibus quibusdā uitijs infecta, sint rerum pondera quibusdam quasi minutijs infracta: Quis tamen neget hæc ipsa magnis egregijsq; uirtutibus pensata, dicendi quadam felicissima ubertate, rerum uarietate, argumento interdum magno, interdum uitæ hominum in primis utili. Ad summum, is est Senecæ genius, ut quum ab Cicerone felicissimaq; illa scriptorum ætate discesseris, hunc facile Principem dicas, qui mutata dicendi ratione, dum seruit tempori egregiam sibi laudem pepererit & decus.

Senecæ declamationes aliquot cum Rodolphi Agricolæ cōmentarijs Bebelius excudit Basileæ, 1529. in 8. Audio etiam alicubi extare librum Senecæ attributū De notis, siue scribendi per notas.

L V C II Annei Senecæ Cordubensis Tragœdiæ decem, impressæ Basileæ apud Hen. Petrum, 1529. in 8. chartis 31. & dimid. & à Gryphio Lugduni, 1538. & Venetijs, 1510. apud Philippum Pincium in fol. cum Commentarijs Gellij Bernardini Marmitæ & Danielis Gaietani. Ex præfatione Bernardini Marmitæ.

Volunt plærique hunc authorem, quem moralem ferunt, impij Neronis in disciplinis alumnum de Corduba Hispaniæ, Lucanique poētæ patruum fuisse. Alij negāt, aliumq; uolunt fuisse Senecam cultioris mundioris q; stili, tragœdiarū authorem, idq; argumentis consentaneis probare uidentur: duosq; fuisse Senecas, teste Martiali, &c. Tragœdiarum inscriptiones.

Hercules furens, Thyestes, Thebais, Hyppolytus, Oedipus, Troas, Medea, Agamemnon, Octauia, Hercules Oeteus.

L V C II ab Auasasa uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

Vix. sub Hadriano. L V C II Apuleij Afri Madaurensis philosophi Platonici opera, quæ extant, excusa Basileæ apud Hen. Petrum, 1533. in 8. chartis 38. Sunt autem hæc.

Begraaffy in eigen vdt. Cajn Afrikaans sub Antonino Pio, circa A° C 144. Metamorphoseos siue de asino aureo libri 11. Fabula Mystica.

Floridorum libri 4. sic inscripti tum à uerbis florum instar relucētibus, & à rebus florum in modū sese uariantibus. De dogmate Platonis, lib 1.

De philosophia, lib. 1. De deo Socratis, lib. 1.

Apologiæ siue defensionis magiæ pro seipso orationes duæ.

Liber de mundo ex illo uersus, qui Aristoteli tribuitur: huius testimonio Aurel. subinde utitur. Albanus Torinus in præfatione scribit hanc æditionem multis mendis repurgatam esse. Asinum aureum ex Luciano uertit, sed multo copiosius omnia tractat, quæ paucis in Græco attinguntur. Singulorum huius Asini librorum argumenta mox ab initio præponuntur, post uitam authoris. Habetur etiamnum in Aldina æditione Asclepius dialogus Mercurij Trismegisti Apuleio interprete; & Græcus liber Isagogicus Platonicæ philosophiæ. Scripsit præterea,

Vitam eius Colvius dedit.

quæ

quæ intercíderunt, de conuiualíbus quæſtionibus, de piſcibus, de gemitu animalium, epígrammata, & Hermagoram. Petrus Crinitus alícubi teſtatur eum alíqua Platonis uertiſſe. In præfatione Aſini, ſcribit de origine generis ſui à Plutarcho & Sexto philoſophis.

L. Apuleíj liber de medicamínibus herbarum, impreſſus nuper Tiguri. Vide ſupra in Gabriele Humelbergio. Libellum etiam de Betonica Apuleio quídam adſcribunt, quí tamen à plæríſq; Antonio Muſæ tribuítur. Libri de aſino aureo ſeorſim excuſi ſunt Pariſíjs apud Ioan. Paruum, 1510. in 4. & alíbi, in Italia puto, cum Philippi Beroaldi cõmentarijs. Argumenta in omnes Apuleíj libros Raph. Volaterranus libro 13. Anthropologiæ ſuæ deſcripſit.

LVCII Bellantíj Seneñ. phyſící liber de aſtrologica ueritate, & in diſputationes Ioan. Pící aduerſus aſtrologos reſponſiones, impreſſæ in fol. 1498. Florentiæ, chartis 65.

LVCII à Caſtragalba uerba apud Cyprianum in ſententijs epíſcoporum de hæreticis baptizandis.

L. CAELIVS Firmíanus Lactantius, † Arnobíj rhetoris quondam auditor, ſcripſit multa præclara uolumina, de quíbus iſta feruntur. T. el 320. † Alicubi etiã Cocli cognomẽ additur.

De diuínis inſtitutionib. contra gentes, lib. 1. Magno & excellenti.
De origíne erroris, lib. 1. Quanquam primo libro.
De falſa ſapientia, lib. 1. Vellem mihi declarari.
De uera ſapientia, lib. 1. Cogitanti mihi & cum animo.
De iuſtitia ad Conſtantinum, lib. 1. Non eſt apud me dubium.
De uero cultu, lib. 1. Quod erat officium ſuſ.
De beata uita, lib. 1. Bene habet.
De ira dei ad Donatum, lib. 1. Animaduerti ſæpe Do.
De opíficio dei uel formatione hominis, lib. 1. Quàm minime ſim quietus.
Ad Aſclepiadem, lib. 2.
De perſequutione, lib. 1. Epiſtolarum ad Probum, lib. 4.
Epiſtolarum ad Seuerum, lib. 2. Symponſion hexametro uerſu, lib. 1.
Epitomen librorum 7. de inſtitut. diuínis contra gentes, lib. 1. Nam ſi iuſtitia eſt ueri dei cultus.
Grammaticus inſcriptus, lib. 1.
De paradíſo Elegía, aliâs Phœnix, lib. 1. Eſt locus in primo felix.

* D. Hieronymus eũ præter ſuperiora ſcripſiſſe teſtatur, Hodœporicon de Africa uſq; ad Nicomediã hexametris uerſibus. Ad Demetrianũ auditorem ſuum epiſtolarum lib. 2. Sub Diocletiano príncipe accítus cum Fannio grammatico, cuíus de medicinalibus uerſu compoſíti extant libri, Nicomediæ rhetoricam docuit, ac penuria diſcipulorum, ob Græcam uidelicet ciuitatem ad ſcribendum ſe contulit. In extrema ſenectute magiſter Criſpi Cæſaris filíj Conſtantíni in Gallia fuit, quí poſtea à patre interfectus eſt. Hæc Hieronymus, & in epiſtola ad Magnum: Septem libros (inquit) aduerſus gentes Arnobius ædidit, totidemq; diſcipulus eius Lactantius: quí de ira quoq; atq; opíficio Dei duo uolumina cõdidit, quos ſi legere uolueris, dialogum Ciceronis in eis excerptum reperies.

Verba Hieronymi ex apología ad Pammachium & Oceanum. Lactantius in libris ſuis, & maxime in epiſtolis ad Demetrianum, ſpíritus ſancti omnino negat ſubſtantíam, & errore Iudaico dicit eum ad patrem referri, uel ad filium, & ad ſanctificationem utriuſq; perſonæ ſub eius nomine demonſtrari. Quis mihi interdicere poteſt ne legam Inſtitutionum eius libros, quibus contra gentes ſcripſit fortiſſime, quía ſuperior ſententia deteſtanda eſt?

Opera L. Lactantíj impreſſa Venetijs, 1497. in fol. apud Beuilaquam: & Lugduni apud Gryphium in 8. & Baſileæ apud Cratandrum, 1532. in fol. chartis 180. cum índice: & Coloniæ apud Petrum Quentel, 1544. in fol. cum índice: nouiſſime emendata ad uetuſtorum exemplarium collationẽ, notatis lectionibus uarijs par-

tim in marginibus, partim in ipso textu diuersis characteribus. Additur ab initio locorum aliquot minus catholicorum aut alioqui scrupulosiorum assignatio, sine authoris nomine: inuenio autem in Veneta æditione Antonii Raudensem quendam theologum eadem ferè annotasse. Annotationes illius Antonij Fran. Philelfus lib. 4. epistolarum reprehendit, & Lactantium defendit. Sunt autem hæc Lactantij opera, quæ in codicibus iam dictis impressa habentur:

Antonius Raudeñ.

Diuinarum institutionum, lib. 7. De ira Dei, lib. 1.
De opificio Dei, lib. 1. Hi omnes per capita sunt diuisi.
Epitome in libros suos, acephalos. Phœnix. Carmen de pascha, uel die resurrectionis Domini. Carmen de passione Domini.

Liber de opificio Dei per Erasmũ recognitus & scholijs illustratus, seorsim æditus Basileæ apud Frobenium, 1529. in 8. chartis 20.

Scripsit præterea argumenta in singulas fabulas metamorphoseon Ouidij, & annotationes in Statij Thebaidem (Hen. Glareano teste) lectu dignissima: utraq; extant impressa. Argumenta in Ouidium cum alijs diuersorũ cõmentarijs, &c.

De erratis quibusdam L. Cælij Lactantij: uide apud Fr. Floridum Sabinũ, lib. 2. cap. 4. succisiuarum lect.

LVCII Cornelij Balbi epistolæ quædam ad Ciceronem habentur cum epistolis Ciceronis ad Atticum, lib. 8. una, & aliæ 3. libro 9.

LVCII Cuspidij testamentum, & contractus uenditionis antiquis Romanorum temporibus initus, unà cum alijs uetustis monumentis: chartæ 2. impressæ Basileæ.

LVCII Fenestellæ de magistratibus sacerdotijsq; Romanorum libellus, excusus Basileæ apud Brylingerum, 1538. in 8. Apparet hunc Fenestellã esse recentiorem, nam & episcoporum & archiepiscoporum mentionem facit alicubi. Cæterum Plinius alterius cuiusdam Fenestellæ historici meminit.

LVCIVS Florus scripsit Titi Liuij historiarum ab urbe condita epitomen secundum singulos libros: item rerum Romanarum ab urbe condita ad Augusti tempora, libros 4. Chartæ sunt 15. excusæ Venetijs apud Aldum, cum Polybij historiarum libris quinq; Nic. Perotto interprete, 1521. Eidem 4. libri impressi sunt Argentorati apud Heruagium, 1528. à mendis recogniti cum annotationibus Ioan. Camertis, quibus commentarij uice in uniuersam historiæ Romanæ syluam uti licebit: in 8. cum indice, chartis 19. & rursus ab eodem Basileæ cum Sexti Ruffi epitome historiæ Romanæ, 1532. in fol. Item Coloniæ, 1537. in 8. apud Gymnicum.

LVCIVS Ioan. Scoppa, natione Italus, Grammaticus Neapoli circa annũ Domini, 1512. æditit Grammaticam siue Collectanea grammatica, impressa Venetijs ad insigne Sirenis, in 8.

Eiusdem Spicilegium, siue Latinoitalicum dictionarium, in duas partes diuisum, prior nomina: posterior uerba, locutiones quasdã, & reliquas orationis partes breuissime exponit, cum notatione inflexionũ, generum, & prosodiæ penultimæ syllabæ. Liber ibidem excusus, 1542. in 8. cum indicibus Italicarum dictionum in fronte & in calce: chartis 64. & dimid. Multas dictiones omittit, quas in Grammatica sibi explicatas dicit. Est sanè utilissimũ opus externis Italicæ linguæ studiosis.

Eiusdem Collectanea in diuersos authorum locos, impressa.

L. IVNIVS Moderatus Columella (qui uixit ut audio Senecæ temporibus) scripsit de uniuersa re rustica libros 13. impressi sunt Lugduni apud Gryphium, 1535. in 8. chartis 34. & dimid. adiuncto indice, cũ Catonis, Varronis, & Palladij libris eiusdem argumenti. Enumerat autem in præfatione plurimos authores, externos & Latinos, qui ante ipsum agriculturam scriptis celebrauerunt. Viues cum Catonem antiquarium, Varronem durum nominasset: elegantior, inquit, & tersior est Columella.

L. LVCEII Q. filij epistola ad Cic. legitur libro 5. familiariũ Ciceronis epistolarum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1014] - 487r
PUBLIC DOMAIN

LVCII Phosphori episcopi Signini epistolæ 3. leguntur lib. 3. epistolarum Angeli Politiani.

LVCII Valerij oratio de lege Oppia contra M. Portium Catonem, impressa Parisijs apud Vuechelum.

LVCII Vari fragmenta quædam apparent ex Macrobio.

LVCII Vitruuij Roscij Parmensis de docendi studendiq; modo, ac de claris puerorum moribus liber utilis & eruditus: chartæ sunt sex, impressæ Basileæ, 1541. in 8. apud Rob. Vuinter cum aliquot aliorum de educatione puerili opusculis.

De commoda ac perfecta elocutione, deq; conficiendis epistolis breue commentarium seu isagogicon. Ex epistola nuncupatoria. Statui hoc in ocio de ratione epistolari, uel mihi ad retinendam dicendi facultatem, si qua est in me, uel amicis hoc exoptantibus, uel adolescentibus id efflagitantibus, ad proficiendũ aliquid omnino conscribere, quod à uulgari penè dicendi ratione abhorreat, &c. "

L. VOLVSII Metiani liber de asse & partibus eius, item uocabula ac notæ partium in rebus pecuniarijs, pondere, numero, mensura, excusus cum Theodosij codice Basileæ apud Henricum Petrum, 1528. charta est una in fol.

In Pandectis iuris citantur huius authoris, Fideicommissorũ, uel Quæstionum de fideicommissis libri 16. Publicorum lib. 14. Ad Legem Rhodiam lib. 1.

LVCRETIVS nomen proprium, apud Suidam λουκρήτιος: de Tito Lucretio poëta suo loco dicam.

LVDOLPHVS ordinis Carthusiensis in domo Argentineñ. natione Teuthonicus, Saxonica terra oriundus, ædidit magnæ deuotionis & profundæ eruditionis quædam opuscula, è quibus ego uidi tantum subiecta, Volumen magnum & insigne super euangelio, quod prænotauit, T.cl. 1330. Per Joh. Dadr. Dam Paris. 1589.

Vitam Domini Iesu, lib. 2. Fundamentum aliud ne.
a In Psalterium quoq;, lib. 1. Sicut olim manna ha.
Feruntur eius & alia.

* a Hæc expositio in Psalterium excusa est Parisijs, 1506. & Lugduni apud Frellæos, 1540. Item Parisijs, 1520. in 4. chartis 67. apud Claud. Cheuallum, cum triplici indice, adiecta per margines D. Augustini translatione Psalmorum de Hebræo in Latinum, ad Hieronymi translationem.

LVDOVICVS, nomen proprium, originis Germanicæ, ab alijs aliter scribitur, nempe Luitouichus apud ueteres, Lodouicus, Luduuicus, Lodoicus, apud Italos Aloysius. +Leútwig

LVDVVICI imperatoris epistola ad Hilduuinum, impressa.

LVDOVICVS Aluarus scripsit in 2. Infortiati de legatis 1.

LVDOVICI Bigis Victorij Ferrariensis in cœlestes hymnorũ epitaphiorumq; liber. Eiusdem epigrammatũ libri 2. impressi Ferrariæ, 1514. Vidi carmina quædam eius impressa nuper Basileæ in libro Epigrammatum Scholæ Christianæ.

LVDOVICVS Bologninus scripsit in locum 2. ff. Vet. Si certum petatur. Et in 1. ff. noui, de acquir. poss. l. naturaliter. parag. nihil commune. Item, in R. de acquir. rerum do. l. ea quæ ciuiliter. Item in R. de oper. noui nunc. l. qui uiam. & ibidem l. si finita. parag. Iulianus. R. de dam. infec.

Præterea ædidit Consilia. De indulgentijs tam plenarijs q; simplicib.
Interpretationum partes duas. De mutatione status ecclesiarum.
Commentaria in constitutiones regni.

LVDOVICI Bonacioli Ferrariensis medici illustris libri de affectibus uarijs circa mulieres grauidas, impressi Argentinæ apud Hen. Sybold in 8. chartis 17. Videntur autem collecti ex optimis & antiquis præcipue authoribus, stilo graui. Summa capita hæc sunt. De conceptionis indicijs, sexus in utero discretione, ac maris fœmineiq; partus significatione. Eiusdem quæ utero grauidis accidant & eorum medicinæ, deq; superfœtatione, pulchra. Prognostica causæq; effluxionum

& abortuum: eorundem numerositas uno abortu. Molæ indices, causæ à partu differentiæ & remedia. Proceritatis improceritatisq; partuum causæ. Puerperij in utero positura. Tres uuluæ potestates. Ratio uictus, quæ facilem reddat parturitionem. Quando, quomodo, qua cura obstetricis partus ædatur, quibus præsidijs acceleretur; quibus secundæ pellantur & mortuus fœtus. Infantis nati ablutio & ligatio, lactatio, nutricis electio, nominis impositio, dentitio. Eiusdem de uteri partiumq; eius consectione. Quónam usu in absentibus etiamnum Venus citetur. Quid quale undeq; prolificum semen, unde menstrua: & alia quædam obiter, physica, medica, & philologa, id est, iucunda cognitu.

LVDOVICVS de Bononia quidam scripsit de gentibus meridionalibus. Sigismundus Grym impressit Augustæ Vindelic.

T. cl. 1494. LVDOVICVS Brunus, natione Italus, de Marchionatu montis Ferrati, utriusq; iuris professor, & poëta laureatus, fertur utroq; genere scribendi multa præclara cudisse opuscula, sed nihil eorum ad manus nostras meminí peruenisse præter illum tractatum quem eleganti carmine descripsit,

In coronatione Maximiliani regis, lib. 1. Sancta per æternum pe.

Viuit adhuc, & uaria conscribere dicitur.

LVDOVICVS Burchesius, aliâs Burgesius, Sen. scripsit in 1. ff. uet. de iudicijs l. 1. & de arbitris, ibidem.

LODOVICI Cœlij Rhodigini lectionum antiquarum libri 30. recogniti ab auctore, atq; ita locupletati, ut tertia plus parte auctiores sint redditi: qui ob omnifariam abstrusarum & reconditiorum tam rerum quàm uocum in utraq; lingua ex innumeris scriptoribus desumptam explicationē (quas uix unius hominis ætas libris perpetuò insudans obseruaret) merito Cornucopiæ seu Thesaurus utriusq; linguæ appellabuntur, quod in quocunq; studiorum genere, non minor ipsorum quàm ingentis bibliothecæ, aut complurium commentariorum possit esse usus. Opus impressum est Basileæ in officina Frobeniana, 1542. in fol. cū duobus indicibus, uno iuxta ordinem literarum longe copiosissimo, cuius seorsim chartæ sunt 16. & altero, quí singulorum capitum secundum ordinem librorum argumenta refert chartis 6. reliquum opus chartis constat ducentis 95.

Cœlij lectiones antiquæ interdum uetustate horrent, non tam rerum quàm uerborum. Viues.

Eiusdem annotationes quædam in Ouidij metamorphosin habentur impressæ.

LVDOVICVS Cœlius Calcagninus transtulit Aristotelis librū de coloribus, qui habetur impressus Basileæ cum cæteris Aristotelicis operibus Latinis. Haud scio an idem sit, qui supra Cœlius Calcagninus à nobis commemoratus est.

T.M. 1484. LVDOVICVS Donatus Patricius Venetus, & Pergomēsis episcopus, scripsit quædam luculenta opuscula, è quibus nihil usquam uidere potui. Fertur autē eius insigne opus ad Paulum secundum,

Super sententias, lib. 4. Orationes quoq; uariæ, lib. 1.

LVDOVICVS Gomessius I. C. Hispanus, Ioan. Neuizani indicem scriptorū in iure locupletauit: nos eundem integrū secundo huius Bibliothecæ tomo, Deo fauente, inseremus. Scripsit præterea super tit. de actionibus in Instit. In locum 2. ff. Vet. Si certum petatur. Super Clementinis. Super sexto Decretalium. In 5. Decretal. de accusatione c. 1. In 6. Decretal. de constitutionibus c. 1. & c. ut animarum.

LVDOVIC. Gozad. scripsit in 1. Cod. de pac. inter emp. & uendi. l. 2.

LVDOVICI Lopadij (qui ante paucos annos obijt cum esset ludimagister Constantiæ ad lacum Podamicum) rudimenta Græcæ linguæ, impressa Basileæ in 8.

LVDOVICI Mariæ Sfortiæ ducis epistola ad Politianum, libro 11. Politiani epistolarum habetur.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1016] - 488r
PUBLIC DOMAIN

LVDOVICI Odaxij (qui uixit Igubij in Italia, anno 1485) epistolę binæ ad Angelum Politianum lib. 3. epistolarum Politiani habentur.

LVDOVICVS Pontanus de Roma, natione Italus, iureconsultus luculentissimus, scripsit quædam in iure, de quibus ego uidi tantum opus quod prænotatur, Singularia notabilia, lib. 1. Verbum omnino intelligitur. De cæteris nihil uidi. T.cl.1430.

* Ludouicus Pontanus, patria Spoletinus, & tandem ob id quod Romæ commoraretur Romanus dictus, Ioan. Petrucij celeberrimi apud Perusinos I. C. & Ioan. de Imola auditor fuit, &c. Reliquit doctissima ingenij sui monumenta, Comment. in Digest. & Codicem. Consiliorum uolumen 1. Singularium lib. 1. & quasdam Repetitiones. Mortuus est anno, 1439. in Concilio Basilienſi. Hæc ex Ioan. Fichardi uitis, apud quem plura habentur ex Aeneæ Syluij testimonio de eruditione eius & morte cum epitaphijs. Vir summi laboris & studij fuit, tum memoriæ singularis: cæterum ineptus dicitur fuisse. Consilia eius in magna dignatione sunt. Raphaël Volaterranus. Inuenio eum scripsisse super omnes partes Iuris ciuilis. Lectura eius in iure ciu. impressa est, item prima ff. no. & secunda C. Præterea citantur Repetitiones eius: In 1. ff. uet. de arbitris. l. si hostibus. In secundum eiusdem de iureiur. l. admonendi. In 2. Cod. ad leg. Falcid. authent. similiter. In 1. Infortiati. R. soluto matri. l. si uero. parag. de uiro.

LVDOVICVS Regius scripsit Gulielmi Budæi uitam. Libellus impressus est Parisijs in 4. 1540. cum doctorum aliquot epigrammatis in laudem eiusdem.

LVDOVICVS Romanus. Vide Ludouicus Pontanus.

LVDOVICVS Romanus patritius scripsit historiam quandam, in qua fertur mentionem facere de uarijs rebus quæ in peregrinis regionibus inueniuntur. Impressa est, ni fallor. Libri VII navigationum Aethicarum etc. habentur in Orbe Novo Edito Basileæ. 1555. in fol. p. m. 234 seq. Vartomannus Bononiensis al.

LVDOVICI Relationis Vordinganæ bratio ad Bonam Sfortiam principem Mediolanensem, ducem Bari ac Poloniæ reginā, anno 1518. in eius aduentu, Vniuersitatis Viennensis nomine in magno tum procerum tum eruditorum consessu. Sesquicharta ibidem eo tempore impressa.

LVDOVICI de Rigijs aphorismi astrologici ad patriarchā Constantinopolitanum: chartæ sunt tres, impressæ Norimbergæ, 1535. in 4. cum Ptolemæi tetrabiblo, &c.

LVDOVICVS Sardus, uel de Sard. Ferrariēn. iurisperitus, scripsit de legitimatione spuriorum, & de concubinis in eodem tractatu.

LVDOVICVS Texera scripsit super secundo Infortiati, & super tit. de rebus dub.

LODOICVS Vassæus Catalaunensis, concinnauit librum anatomes humani corporis, in 4. partes uel tabulas diuisum. Impressus est Parisijs apud Ioan. Foucherium, 1540. in fol. chartis 22.

Ex præfatione authoris ad Lectorem scripta Lutetiæ, 1540. Cum ea quæ Galenus cæteriq; docti uiri de anatome scripta reliquerunt, latissime fusa sint, uolui illa quodam ueluti cōpendio breuiter explicata ante oculos in tabellis tibi spectanda proponere, ut uia quædam ac methodus tibi esset ad diuinum illud opus de usu partium corporis humani, &c. Hæc autem quantulacunq; sint, præceptori meo Iacobo Syluio medico accepta referre debeo. Pollicetur etiam in reliquis medicinæ partibus idem se tentaturum (id est, rem omnem in tabellas breuiter & perspicue coniecturum) cum per ocium licuerit.

LVDOVICI Zazarelli bombyx, carmine descriptus, opinor, & impressus nuper Basileæ.

LVITHPRANDI Ticinensis ecclesiæ Leuitæ, rerum ab Europæ Imp. ac regibus gestarum libri 6. excusi Parisijs, & Basileæ, 1532.

LVPERCVS Berytius Grammaticus scripsit de Atticis dictionibus, quæ Suidæ dictionario inserta sunt. Floruit paulò ante tempora Claudij secundi Cæsaris, &

alia multa ædidit, quæ Suidas enumerat.

LVPOLDVS, nomen proprium apud Germanos, aliâs scribitur Leopoldus.

T. cl. 1540. LVPOLDVS de Bebenberg, episcopus Bambergensis, natione Teuthonicus, & (ut ferunt) Ioannis Andreæ Bononiensis quondam auditor, iureconsultus celeberrimus, ædidit non spernendæ lectionis opuscula, è quibus extat opus insigne de zelo Christianæ religionis ueterum principum.

a Germanorum, lib. 1. b De iuribus Imperij Romani, lib. 1.

Et quædam alia in diuersis materijs uolumina, quæ ad me non uenerunt.

* Citatur in Chronicis Ioan. Cuspiniani. a Germanorum ueterum principum zelus & feruor in Christianam religionem, Deiq; ministros ad Rodolphũ ducem Saxoniæ. Liber excusus in Germania, 1497. in fol. apud Ioan. Bergmañ de Olpe: chartis 14. & Parisijs in 8. 1540. In præfatione testatur se hunc libellum ex diuersis antiquorum scriptis collegisse: comprobat autem in eo ueterum Germaniæ principum in fide constantiam multis historijs, & utriusq; iuris testimonijs. Insunt & multa quæ Francorum reges in amplificandis Christianæ religionis finibus fecerunt. b Liber de translatione imperij, excusus est in 4.

T. cl. 1420. LVPVS de Oliueto, natione Hispanus, ordinis monachorum Eremitarum S. Hieronymi, Prior generalis, &c. scripsit nonnulla præclara opuscula, è quibus feruntur: Ex dictis S. Hieronymi,

Regula ordinis sui, lib. 1. Fratres charissimi non.
Sermones de tempore, lib. 1. Sermones de sanctis, lib. 1.

Et quædam alia. Hanc regulam nouiter compilatam in 32. capitulis Martinus quintus confirmauit.

Lupus quispiam ex homilia Hieronymo attributa de obseruatione uigiliarum bonam partem transcripsit in regulam monachorũ, alba quod aiunt amussi quidquis congerens, quo longius rederet uolumen. Erasm. Rot. Congessit etiam ex alijs quibusdam, non Hieronymi solum scriptis.

T. cl. 850. LVPVS Seruatus presbyter, ad quem Rabanus abbas Fuldensis octo libros in epistolam Pauli apostoli ad Romanos scripsisse legitur, scripsit nonnulla ingenij sui opuscula: De quibus ad meam notitiam paucissima peruenerunt. Extat eius uolumen,

De tribus quæstionibus, lib. 1. Et quædam epistolæ. Nec non & alia.

LYCEAS Naucratites scripsit Aegyptiaca. Athenæus.

LYCONIS Iasensis librum de Pythagora citat Athenæus.

LYCOPHRON genere Chalcidẽn. filius Socłei aut Lyci historiographi, unus è septẽ poëtis, quibus Pleiades nomen à numero tribuitur, sunt autem hi: Theocritus qui Bucolica scripsit, Aratus qui Phænomena, Nicander Aeantides uel Apollonius Argonauticorum scriptor, Philinus, Homerus iunior Tragicus, Andromachi filius Byzantius qui fabulas scripsit 57. & hic Lycophron: quanq; alij ignari alios nominent. Atq; hi omnes floruerunt tempore Ptolemæi Lagi & Berenices Antigoni filiæ. Cæterum in hac fabula Cassandra uel Alexandra, uarias recenset historias ab Hercule & rebus Troianis ad Alexandrum usq; Macedonem, & inferius, omnia breuiter scribens, ac circa finem libri compendio perstringit quomodo Io. à Phœnicibus rapta sit, unde bellum inter Barbaros & Græcos natum est. In primis obscurum est hoc poëma, utpote Cassandræ uaticinantis, quam & Alexandram uocabant. Priamus pater hanc uaticinijs ferè furentem incluserat turri, dimisso solo nuncio, qui audita tantum ab ea refert. Hîc opus totum uersatur, &c. Raph. Volaterranus. Athenæus citat fabulam eius Satyricã, & librum de Tragœdia. Suidas plures ab eo scriptas fabulas enumerat.

Pleias Poetarũ.

Lycophronis Alexandram Aldus excudit Græce Venetijs cum Pindaro, Callimacho, & Dionysio in 8.

LYCVR-

LYCVRGVS rhetor Athenieñ. Vide Suidam. Athenæus allegat orationes eius contra Lycophronẽ, & contra Demadẽ. Stobæus.
Orationes eius quasdam Aldus excudit Græce.

LYCI medici fragmentum de cataplasmatis cum alijs, tum eo quod ex fermento fit, extat apud Aëtium.

LYDII Catti Rauennatis poëtæ opera, impressa, Romæ opinor.

LYNCEVS Samius Grammaticus memoratur à Suida. Athenæus citat eius Aegyptiaca, Apomnemoneumata, apophthegmata, epistola ad Diagorã, Centaurum, obsonatricem artem, de Menandro.

LYSANIAE liber de scriptoribus iamborum citatur ab Athenæo.

LYSIAS rhetor Syracusanus. Vide Suidam. Sententias aliquot ex orationibus eius Stobæus usurpat: & Athenæus citat librum eius de aureo tripode.
Vita eius & orationes ab eo scriptæ quædam impressæ sunt Græce Venetijs ab Aldo, cum Aeschinis & aliorum orationibus.
Apologia Lysiæ pro Eratosthene adultero, & Oratio funebris pro Athenienſibus qui Corinthijs aduersus Lacedæmonios auxilium ferentes prælio interiere: habentur excusæ Latine incerto interprete cum Libanij quibusdam Basileæ, 1522. & alibi.
Lysiæ orationes triginta duæ, epitaphius sermo, & epistolæ sex, extant Græce in quadam Italiæ bibliotheca.

LYSIMACHI νόσους citat Athenæus.

LYSIMACHI historici fragmentũ de Iudæis legitur lib. 1. Iosephi contra Appionem.

LYSIPPVS fabulas scripsit, Baechas & Thyrsocomon. Athenæus & Suidas.

LYSIDIS Pythagorici epistola ad Hipparchum: excusa Venetijs ab Aldo cum alijs diuersorum Græcis epistolis.

NOMINA ET LVCVBRATIONES AVTHORVM AB M. litera incipientium.

T. cl. 350.

† Argumentū huius epistolæ exponit Gennadius.

MACAREVS scripsit Coica, id est Coam historiam. Athenæus.

MACARIVS monachus Aegyptius, beati Antonij quondam discipulus, scripsit

Ad † monachos, lib. 1. In primis quidem si coe.

Et alias epistolas ad alios. Habetur adhuc eius historia.

* Macarij capita parænetica ad monachos, extant etiãnum Græce alicubi in Italia. Vide Suidam de duobus Macarijs, Aegyptio & altero, quorum discipulus fuit Euagrius.

MACARIVS alius monachus, scripsit in urbe Romana aduersum mathematicos librum, in quo labore, orientalium quæsiuit solaria scripturarum. Gennadius.

MACARII, Maximi, Vrbani, & Sidonij epistolium ad Cyprianũ libro 3. epistola 14. apud Cyprianum.

MACARIVS Mutius eques Camers, scripsit de Crucis uictoria, seu de triũpho Christi. Liber excusus est Basileæ in 4.

Epistola eius ad Ang. Politianum, legitur lib. 7. epistolarum Politiani.

MACEDONIS cuiusdam tetrastichon lib. 1. Florilegij Græci. Fortassis idem fuerit aut Antipater Macedon, aut Philippus Macedon, quorum aliâs epigrammata in eodem opere leguntur.

MACEDONII, aliâs simpliciter, aliâs cognomento hypati plurima epigrammata passim habentur in Florilegio Græco. De MACEDONIO persecutore Christianorum uide Suidam, & de MACEDONIO martyre sub Iuliano apostata, apud eundem in Amachio: quanquam nihil ab eis scriptum commemorat.

MACEDONII epistola ad Augustinum, numero 51. inter D. Augustini epistolas: & altera, 53.

MAECII uel Mæciæ, aliâs simpliciter, aliâs cognomine quinti, octo epigrammata extant in diuersis Anthologij locis.

MACHON Sicyonius Comicus citatur ab Athenæo, & scripta eius, ἄγνοιαι, ἐπιστολή, χρεῖαι.

T. MACROBIVS presbyter, & postea in urbe Roma Donatistarum occultus episcopus, scripsit librum adhuc presbyter, in quo præcipue agit,

De custodia castitatis, lib. 1. * Hæc Trittemius ex Gennadio.

MACROBII Aurelij Theodosij, uiri consularis & illustris interpretatio in Somnium Scipionis à Cicerone confictum. Eiusdem Saturnaliorum siue Conuiuiorum libri septem. Opus impressum Florentiæ, anno 1515. in 8. ex emendatione Nicolai Angelij: & Coloniæ, 1526. in fol. & rursus ibidẽ apud Soterem, 1527. in 8. recognitum & multis in locis auctum: chartis 32. & Venetijs ab Aldo, 1528. & Lugduni apud Gryphium, 1532. in 8. deinde Basileæ in officina Heruagij, 1535. in fol. chartis 94. cũ indice: opera & industria Ioan. Camerarij ex uetustissimis manuscriptis codicibus auctum. Postremo Lugduni, 1542. in 8.

Macrobij Saturnalia multum habent bonarum ac uariarum rerum. Viues. Integras sæpe paginas ex Gellio sumit suppresso eius nomine. Ioan. Camers in uita Solini. Ex plurimis ueterum, quorum scripta periere, testimonia passim adducit. In Somnio Scipionis, præsertim quod ad opiniones de anima, Platoni quàm Aristoteli uidetur addictior. In Saturnalibus colloquentes inducit in conuiuio prætextatos aliquot eruditos, Flauianum, Cecinnam & Furium Albinos, Aurel. Symmachum, Eustachium, Euangelum, Auienũ, Seruium grammaticũ, Decium Posthu-

Posthumianum, Horum, Vectium, Disarium medicum, Eusebium rhetorẽ Græcum, & alios. Diuiditur opus secundũ dies, quibus ad conuiuia conuenerunt, & argumenta diuersa titulis secernuntur. In prioribus libris, si bene memini, ut plurimum disseritur de nominibus Deorum, quæ omnia magna contentione in Solem referunt: posteriores Virgilij poësin trutinant, eruditionem, eloquentiam, & elegantiam eius, quoq; studio cum Homero certarit, quid denicp ab alijs mutuatus sit perpendunt. Græca philologia ubicp miscetur Latinæ, imò Collectanea sunt ex uarijs utriusq; linguæ authoribus, quorum etiã uerbis ut apud ipsos erant transcriptis nonnunquam se uti in præfatione testatur: suum interim esse colligendi laborem, & industriam digerendi.

MAGENTINI Metropolitæ uel archiepiscopi Mitylenensis enarratio eruditissima in librum Aristotelis de interpretatione, ex Ammonio sub breuitate congesta. Aldus excudit Græce Venetijs, 1503. in fol. chartis 10. cum cõmentarijs Ammonij in eundem librum, & in prædicamenta.

Commentarij in duos libros priorum analyticorum Aristotelis, impressi Græce Venetijs, 1536. in fol. chartis 20. & dimid. apud Bartol. Zanettũ: cum Ioãnis Grammatici commentarijs in eundem librum. Est autem breuis hæc Magentini expositio, & Aristotelis textum non addit integrum, sed pauca uerba sparsim. Posset appellari paraphrasis, si Aristotelis uerba omitterentur. Nominat aliquando ὀξυγωνίην simpliciter ac reprehendit, intelligens opinor Ioan. Grãmaticum: sed Latinus interpres huius expositionis, eam ex Ammonio breuiter congestam esse scribit.

MAGNES comicus Athenienſis. Vide Suidam. Athenæus fabulas eius citat, Dionysium primum & secundum.

MAGNENTIVS Rabanus Maurus. Vide in Rabano.

MAGNVS, aliâs Magninus, Mediolanen. Arnaldi de Villa noua librum de regimine sanitatis sibi uendicauit, additis & immutatis quibusdam. Impressus est.

MAGNVS unus ex Dipnosophistis apud Athenæum.

MAGONIS Carthaginiensis mulomedicinæ fragmenta quædã extant cum Abstyrto, ut supra dixi. De hoc Athenæus scribit quod terram continentem (τὴν ἀνυδρίαν) ter obiuerit, sola farina sicca sine potu uictitans.

MAHAZER quidam medicus Arabs à Ioan. Serapione citatur.

MAHOMET: uide supra inter authores quos citat Ioan. Mesue.

MAHOMET, aliâs Machumet, apud Græcos Μωάμεθ, scripsit Alcoranum, quo uelut authentico legum diuinarum codice Agareni & Turcæ, alijq; Christo aduersantes populi reguntur: Habetur etiam apud Christianos Arabice scriptus: & Basileæ nuper excusus est in Latinã linguam transfusus, cum refutationibus diuersorum scriptorum, &c. apud Ioan. Oporinum.

MAIOR Arabius sophista, scripsit de statibus libros 13. Contemporaneus fuit Apsinæ & Nicagoræ sub Philippo Cæsare, & ante illum Suidas.

D. MAIORIANI A. legum nouellarũ liber, impressus Basileæ cum codice Theodosij, 1528. in fol. charta est 1. cum duab. quadr. Tituli 2.

De Curialibus, & de agnatione, uel distractione prædiorum, & de diuersis (aliâs cæteris) negocijs.

De Episcopali iudicio, & de cæteris negocijs, & ne quis inuitus Clericus ordinetur.

His adiecta est breuis interpretatio.

In utroq; titulo imperatoris Leonis nomen Maioriano præponitur.

MALACHI; ut scribunt Hebræi, uel Malachiæ, uel Malachæi prophetæ capita quatuor extant in uetere testamento. Citatur ab Euangelistis in testimonium ueritatis. Ostendit enim quàm inutiles fuerint sacerdotes legales, ducitq; nos ad unicum illum & uerum sacerdotem Christum. Rabini Hebræorum communiter sentiunt illum fuisse Ezram scribam; & idem testatur Ionathan in principio Chaldaicæ uer. Ezrã.

sionis suæ. Sebast. Munsterus. Vide Epiphanium in uitis prophetarum.

MALACVS scripsit de finibus Siphniorum. Athenæus.

T.cl. 270. MALCHION Antiochenæ ecclesiæ presbyter, scripsit contra Paulũ Samosatenum, & epistolam grandem ex persona synodi ad Dionysium Papam. * Hæc Trittemius ex Hieronymo.

MALCHVS Byzantius sophista scripsit historiam à regno Constantini ad Anastasium usq;, &c. Vide Suidam.

MAMERTINI gratiarum actio de consulatu suo Iuliano imperatori.

Panegyricus Maximiano Augusto dictus à Mamertino, ut putatur. In quo Diocletiani quoq; laudes continentur, qui cum Maximiano imperauit.

Eiusdem genethliacus Maximiani Aug. in eius natali dictus, in quo rursus multa sunt in Diocletiani laudem: chartis 2. Excusa sunt chartis ferè 7. Basileæ apud Ioannem Frobenium, 1520. in 4. cum multis aliorum Panegyricis.

MANAETHOS Mendes, sacerdos Aegypti scripsit quomodo præparanda sint cyphi, id est, suffumigia. Suidas.

MANAETHOS ex Diospoli Aegypti, aut Sebennyta, scripsit physiologica, apotelesmatica uersibus, & alia quædam astronomica. Suidas, apud quem scribitur μάνεθως: aliâs scriptum inuenio Manethon sine diphthongo.

Manethonis Apotelesmaticus liber extat Græce, alicubi in Italia.

Manethonis sacerdotis Aegyptiorum de regibus Aegyptiorum libellus, angustior charta dimidia: impressus Basileæ cum Myrsilo, Beroso, &c. in 4. Multa de hoc scriptore, & fragmenta aliquot ex Aegyptiacis ipsius libris, uide apud Iosephũ libro 1. contra Appionem.

MANASSE quidam Chronica Græca conscripsit, quæ Venetijs manuscripta uidi.

Manasse Cyri Constantini Synopsis uel historia Chronica politicis scripta uersibus, extat Græce Romæ, & apud Diegum Hurtadũ Cæsaris legatum Venetijs.

MANDAGOTI cuiusdam iurisperiti liber de electionibus, impressus.

MANAECHMVS Alopeconnesius philosophus, item alter Sicyonius, scripserunt quædam, ille philosophica, hic historica, quæ Suidas recenset.

MANES quidam hæreticus sub Aureliano Cæsare fuit, & quædam scripsit. Vide Suidam.

MANETHO. Vide superius Manæthos.

MANICHAEI epistola ad Marcellum extat in Epiphanij Panarijs, pagina 302. Basiliensis Latinæ æditionis.

MANTHANEVS epistolæ 2. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coëpiscopis, lib. 1.

MANVEL, aliâs Emanuel, scribendum potius Immanuel secundum Hebræos, id est, nobiscum Deus.

MANVEL Bryennius scripsit harmonicorum lib. 3. qui extant Venetijs apud Diegum Hurtadum Cæsaris legatum.

MANVEL Caleca scripsit librum Græcum quo continentur scripturæ concordes. Item de fide, seu de principijs catholicæ fidei iuxta traditionem diuinæ scripturæ et catholicorum ecclesiæ doctorum.

MANVELIS Chrysoloræ Erotemata, id est, Grammatica Græca, impressa Argentorati apud Knoblauchum, 1516. in 4. & Parisijs apud Vuechelum cum Latina uersione è regione.

Eiusdem epistolæ Græcæ, extant in bibliotheca Medicum Florentiæ.

Liber Græcus de antiqua & noua Roma, alicubi in Italia seruatur.

MANVELIS Comneni astronomica uaria, seruantur in Italia.

MANVELIS Cretensis in imagines Philostrati ἐκφρασμοὶ, & in alium quendam similiter. Item scheda summi philosophorum; latent in Italia.

MANVE.

MANVELIS Moſchopuli eclogæ Atticarum dictionum, ſiue elegantiæ Atticæ, excuſæ Venetijs ab Aldo.

Grammaticæ Græcæ methodus, excuſa Baſileæ apud Vualderum, 1540. in 4. cum duobus libris Grammaticæ Gazæ. Philippus Melanchthon hunc Grammaticum diligentiſſimum & doctiſſimum uocat. Grammaticæ eius ſeorſim chartæ ſunt uiginti, in tres partes diuiſæ: prima continet Erotemata, id eſt, ſimpliciſſimas interrogationes de Grammatica illiuſq; partibus, & octo orationis partibus. Secunda per canones ſiue regulas nominum & uerborum declinationes excutit. Tertia declinationum ſingularum nuda ſimpliciaq; exempla producit.

De conſtructione nominum & uerborum, & de accentibus. Liber impreſſus Venetijs in 8. 1526.

Meſchopuli commentarij in Heſiodij opera & dies, impreſſi Venetijs cum Procli commentarijs in eadem, &c. 1537. in 4. apud Ioan. Franciſcum Trincauellum. Non additur autem Manuelis nomen in impreſſis codicibus, ſed ab Alexandro Braſſicano, ſi bene memini, alicubi exprimitur.

Protoſchedia Moſchopuli, extant Græce alicubi in Italia.

Dialexis cum Latino, habetur Romæ in Vaticana bibliotheca.

Collectanea uocabulorum iuxta ordinem alphabeti, ex imaginibus Philoſtrati, ibidem extant.

Commentatio in quadranguli inuentionem, ſeruatur in bibliotheca Diegi Hurtadi Cæſarei legati Venetijs.

Synopſis eius in uitam Euripidis & commentatiuncula de idolo, impreſſæ ſunt ab initio Græci Euripidis.

MANVELIS Palæologi imperatoris in Gallia peregrinantis ſermo apologeticus per capita 156. ad Latinum quendam Pariſijs agentem, qui in figura ſyllogiſmi ad eum ſcripſerat: quibus oſtendit Manuel, quod ſyllogiſmus eius phyſicus ſit, & à modo theologis obſeruato alienus. Græce ſeruatur Romæ.

Eiuſdem epiſtolæ, ibidem.

MAPHAEVS Vegius, patria Laudenſis, Martini Papæ quinti datarius, ſcripſit tam metro quàm ſoluta oratione quædã præclara uolumina, de quibus extat opus celeberrimum, diuina & humana literatura compoſitum ad quaſdam ſorores, quod prænotauit, T. el. 1430.

De perſeuerantia, lib. 7. Cum graues ſæpe ut ſit.
In Pſalmos pœnitentiales, lib. 1.
In laudibus diuæ Monychæ matris D. Auguſtini, lib. 1.
Librum 13. Aeneid. heroico car. lib. 1. Epigrammata plura, lib. 1.
De re militari. Dialogum, qui dicitur Philalethes, id eſt, de amore ueritatis.
Epiſtolas multas. Et alia complura. * Aeneidi Virgilianæ librum decimumtertium addidit, qui unà cum reliquis Virgilij libris imprimi ſolet.
Liber hymnorum ab eo ſcriptus, exeuſus eſt, ut puto.

De educatione puerorum & claris eorum moribus libri 6. per capita diuiſi: impreſſi Baſileæ apud Rob. Vuinter in 8. chartis 19. anno, 1541. cum L. Vitruuij Roſcij & aliorum eiuſdem argumenti opuſculis. In præfatione poſtquam D. Auguſtini & matris ipſius Monicæ laudes pluribus prædicauit, ſubiungit: Enitemur oſtendere omnem bene educandorum filiorum rationem, & conuenientiſſimis ſubinde etiam ſanctiſſimiſq; tam parentis Monicæ quàm filij Auguſtini exemplis, ſingula quibus idoneè ea applicari poterunt confirmare ſtudebimus. Ex uita huius uiri quæ in calce librorum de educatione impreſſa eſt. Præter cætera, compoſuit carmen de fraudibus ruſticorum. De morte Aſtyanactis libr. 1. Antonij anachoritæ uitam, & multa alia epigrãmata & elegos. Soluta uero oratione ſcripſit Terræ, ſolis & auri altercationem, opus ſanè elegantiſſimum. De

„ conditione humana librum morte præuentus imperfectum reliquit. Hæc eius scri
„ pta, & alia quàm plurima, in D. Augustini bibliotheca Romæ uiſuntur.

T.d.1050. MARBODVS episcopus Redonensis, scripsit utroq; stilo non pauca uolumina, inter quæ præcellit opus insigne quod triplici sensu eleganti metro composuit:
In Cantica canticorum, lib.1. Passionem Thebeorũ metrice, lib.1.
Et quædam alia. * Vide Merboldus.

MARCELLINI Papæ decreta, cum reliquis pontificijs impressa Coloniæ.
Epistolæ eius duæ cum Recognitionibus Clementis habentur.

MARCELLINI epistola ad D. Augustinum, qua de certitudine fidei Christianæ dubius inquirit, extat cum D. Augustini epistolis, numero quarta.

MARCELLINVS Dalmatiæ princeps, uir bonus & doctus, familiarem habuit Salustium philosophum, &c. Suidas.

MARCELLINI commentarios Græcos in Hermogenem de statibus: Aldus excudit Venetijs cum aliorum commentarijs in eiusdem Hermogenis opera.
Lucubratio Marcellini de uita Thucydidis, & orationis eius forma, impressa ab initio Thucydidis Græci. Vide supra in Ammiano Marcellino.

MARCELLI Papæ decreta, cum cæteris pontificijs impressa Coloniæ. Epistola eius una cum Recognitionibus Clementis impressa est Basileæ.

MARCELLI epistola ad Ciceronem, legitur libro 4. familiariũ Ciceronis epistolarũ.

MARCELLVS I.C. antiquus, notas scripsit in Iulianum.

MARCELLVS epistolæ 4. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coëpiscopis, lib.1.

MARCELLI epistola ad Manichæum in Latina Basilienſi æditione operum Epiphanij, pagina 302. & alia, pag. 403. Eiusdem fides, pag. 407. ibidem.

MARCELLVS Pergamenus rhetor librum ædidit, qui inscribitur Adrianus aut de regno. Suidas.

MARCELLVS Sidites medicus sub M. Antonino scripsit uersibus heroicis libros medicos 42. in quibus & de Lucano. Suidas.

MARCELLI medici fragmentum de lycanthropia extat in libris Aëtij.

MARCELLI uiri illustris de medicamentis empiricis, physicis, ac rationabilibus à capite ad pedes, liber, ante 1200. plus minus annos scriptus, & nunc primũ in lucem æditus, Basileæ ex officina Frobeniana, 1536. in fol. chartis 60. ex emendatione Iani Cornarij cum indice, adiectis aliquot Galeni libris per eundem Ianum Latinitate donatis, nempe: de causis, utilitate, & difficultate respirationis: de uteri dissectione, de fœtus formatione, de semine.
Ex præfatione Marcelli, cuius inscriptio est: Marcellus uir inluster ex magno offi
„ cio Theodosij Sen. filijs suis salutem dicit. Nam si quid unquam congruum sa
„ nitati curationiq; hominum uel ab alijs comperi, uel ipse usu approbaui, uel legen
„ do cognoui, id sparsum inconditumq; collegi, & in unum corpus composui. Nec
„ solum ueteres medicinæ artis authores Latino duntaxat sermone perscriptos (cui
„ rei operam uterq; Plinius, & Apuleius, & Celsus, & Apollinaris ac Designatia
„ nus, alijq; nonnulli etiam proximo tempore inlustres honoribus uiri ciues ac ma
„ iores nostri, Siburius, Eutropius atq; Ausonius commodarunt) lectione scrutatus
„ sum: sed etiam ab agrestibus & plebeis remedia fortuita atq; simplicia, quæ experi
„ mentis probauerant, didici. Hæc Marcellus, apparet autem ex initio præfatio
nis eiusdem, ipsum non fuisse medicum professione.
„ Ex præfatione Iani Cornarij. Scribonius Largus totus in hoc Marcelli opere
„ continetur, diuersis locis insertus, ab quo (ut aiunt) ferè usq; ad mala, adeò ut pero
„ rationem etiam Scribonij Marcellus cap. 35. habeat, &c. Hunc Marcellum flo
„ ruisse sub Gratiani & Theodosij magni Impp. ætatem, Gallumq; atq; adeo Bur
„ degalensem ciuem fuisse.

MAR.

MARCELLVS Ancyranus episcopus, sub Constante & Constantino principibus floruit, multaq; diuersarum hypotheseon scripsit uolumina, & maxime aduersum Arianos. Feruntur contra hunc Asterij & Apollinarij libri, Sabellianae eum haeresis arguentes. D. Hieronymus.

MARCELLVS Marci urbis Romae praefecti filius, Symonis Magi quondam discipulus, scripsit rogantibus Christianis, T.cl.50.

De cõflictu Petri & Symonis, lib. 1.
Ad sanctos Nereũ & Achileũ, lib. 1.
De actibus Petri & Pauli, lib. 1.
De artibus Symonis, lib. 1.
De obitu sanctae Petronellae, lib. 1.
De passione sanctae Fœliculae, lib. 1.
De passione sancti Nicomedis, lib. 1.
Alia quoq; de sanctorum gestis ædidit, quae ad notitiam nostram non uenerunt.

MARCELLI Palingenij Stellati poëtae doctissimi Zodiacus uitae, hoc est de hominis uita, studio, ac moribus optime instituendis lib. 12. opus mire eruditum, planeq; philosophicum, primum in Italia, deinde Basileae excusum adiecto indice copioso, anno 1537. apud Rob. Vuinter in 8. Indicis chartae sunt 5. Poëmatis 24.

Ex praefatione authoris ad Herculẽ secundum Estensem Ferrariae ducem. Hoc « opus multos per annos elaboratum, Celsitudini tuae offerrimus, &c. Si tamen in « tanto opere aliquid fortè reperitur, quod à nostra religione aliquantum dissentire « uideatur, mihi minime imputandum censeo. Nam dum aliquando de rebus philo- « sophicis loquor, diuersorum philosophorum opiniones refero, praesertim Platonis « corum, &c. Phrasis carminum grauis est, & ad ueterum, ut uidetur, poëtarũ « imitationem composita. Saepe expatiatur in tractationem locorum communium.

MARCELLVS Vergilius Secretarius Florentinus Ped. Dioscoridis de medica materia libros quinq; & unum de uenenis Latinos fecit: Commentarios item doctissimos adiecit, in quibus praeter uariam eruditionem, collatis aliorum interpretũ uersionibus, suam tralationem ex utriusq; linguae authoribus confirmat: Morborum praeterea atq; humani corporis uitiorum genus omne, quorum subinde meminit Dioscorides, diligentissime explicat. Ioan. Soter excudit Coloniae, 1529. in fol. adiecto etiam Graeco textu è regione Latinae uersionis, & seorsim subiuncto Hermolai Barbari corollario. Translatio haec seorsim quoq; excusa est Venetijs in 16. & alibi. Notatur autem à multis doctioribus medicis ceu parum integra, & Io. Manardus inter epistolas suas multos eius locos castigat. Cõmentarij saepe nimis prolixi sunt, cum in singulis ferè capitibus nouas praefationes πεϱιήγωσ attexant. Otho Brunfelsius ademptis parergis Argentinae eosdem publicauit, ut infra dicetur in Othone. Quod ad ipsarum stirpium notitiam & uulgaria nomina pertinet, nihil ferè ex his commentarijs addiscet Lector: Quod uero ad linguã Graecam, authorum testimonia, uariarum rerum cognitionem, Dioscoridis intellectum, & uariam exemplarium lectionem, utilissimi sunt.

De militiae laudib. oratio, dicta Florentiae. Io. Frob. excudit Basileae, 1518. in 4.

MARCELLI à Lama uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de haereticis baptizandis.

MARCIANI uiri docti meminit Suidas, sed nihil quod scripserit commemorat.

MARCIONIS haeretici euangelium, in Epiphanij de haeresibus lib. 1. tomo 3.

MARCOCVS Toniolensis, numeratur inter illos scriptores, ex quorum libris exempla sua Baptista Fulgosus collegit.

MARCI tribuni plebis oratio ad plebem, impressa Parisijs cum Salustio commentarijs illustrato, apud Ascensium puto.

MARCVS Euangelista, discipulus & interpres Petri, iuxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romae à fratribus, breue scripsit euangelium, &c. Vide plura apud D. Hieronymum Sophronij de Euangelistarum uita interpretem. Eius euangelium, iuxta Suidam, titulos habet 48. capita 36.

MARCI Papæ decreta, cum reliquis impressa Coloniæ.

Marci Papæ Romani rescriptum de missione capitulorũ Niceni concilij Athanasio, & omnibus Aegyptiorum episcopis habetur cum Athanasij operibus. Item cum Recognitionibus Clementis Basileæ impressis epistola 1.

MARCI Arethusiorum episcopi martyrium describit Suidas.

MARCI episcopi liber ad Nicolaum quendam, extat Græce alicubi in Italia.

MARCVS author epistolæ 12. apud Cyprianum cum aliquot alijs coëpiscopis, lib. 1.

MARCVS Actius Plautus, patria Sarsinas ex Vmbria, his temporibus Romæ uixit, atq; in scena præstitit, quibus in ciuitate P. Scipio, Fuluius nobilior, & M. Cato excellentes habiti sunt. Ingenio perurbano fuit & maxime festiuo, ut indicant Comœdiæ ipsius plenæ iocunditatis ac lepôrum. Relata sunt ab A. Gellio complura in Atticis noctibus de eruditione & fabulis Plautinis ex authoritate M. Varronis, &c. In fabulis suis secutus est Græcos authores, maxime Demophilum, Philemonem, & Epicharmum Siculum, ut Horatius testatur: tantumq; scribendi elegantia & salibus usus est præstitisse, ut Epius Stolo affirmare nõ dubitauerit, Musas ipsas Plautino sermone fuisse locuturas, si Latine loqui uoluissent. Gellius eum appellat parentem ac principem in omni Latina elegantia. Volcatius Sedigitus cum de ordine Comicorum scribit, post Cæcilium collocauit Plautum, cæterisq; omnibus prætulit. Hæc ex Pe. Crinito, apud quem plura, & apud Lil. Greg. Gyraldum de uitis ac scriptis poëtarum.

Marci Actij Plauti Comœdiæ uiginti, impressæ Venetijs apud Aldum: & Lugduni apud Gryphium, 1535. in 8. chartis 45. & dimid. Item, cum Commentarijs Bernardi Saraceni, & Io. Petri Vallæ, ac obseruationibus Pij Bononien. adiecto indice & figuris in singula capita, Venetijs 1511. in fol. apud Lazarum Soardum.

Tragœdiarum nomina.

Amphitruo.	Asinaria.	Aulularia.	Captiui duo.
Curculio.	Casina.	Cistellaria.	Epidicus.
Bacchides dimidiatæ.	Mostellaria.	Menæhmi.	Miles.
Mercator.	Pseudolus.	Pœnulus.	Persa.
Rudens.	Stichus.	Trinummus.	Trueulentus.

Ioan. Lod. Viuis super Terentio & Plauto iudicium.

» C. Cæsar Terentium puri sermonis amatorem uocat: minus multò est puritatis in
» Plauto: antiquarius est enim & licentiose indulget sibi personis seruorum, quum
» risus, & exhilarationẽ theatri, atq; hinc multitudinis applausum peruersitate etiam
» loquendi captat: sed neq; in sensis est syncerior: ex utroq; cuperẽ resecta, quæ pue
» riles animos ijs uitijs possent polluere, ad quę naturę quasi nutu quodã uergimus.

M. Anneus Lucanus Cordubensis, L. Annei Senecæ ex fratre nepos, cum Pisonianæ coniurationi Romæ adhæsisset, mori iussus à Nerone, calida aqua immersus uenas medico præbuit, uitæ anno uicesimoseptimo. Diuersa poëmata scripsit adolescens (uide Io. Sulpitium Verulanũ in uita ipsius) postremo loco Pharsaliam ardenti animo aggressus non perfecit: primos tres libros tantum cum Polla uxore correxit, septem reliquos si uixisset emendaturus. In his ordinem sequitur, quo res gestæ sunt. Mens eius est se commendare immortalitati, & ciuilia bella dissuadere. Est autem Pharsalum Thessaliæ oppidum, in cuius campis Pompeius à Cæsare superatus est.

M. Annei Lucani Pharsalia, seu de bello ciuili, libri 10. excusi Venetijs apud Aldum, & Coloniæ apud Gymnicum, 1537. in 8. chartis 20. et dimid. & Argentorati,
» 1509. in 4. cum Io. Sulpitij Verulani commentarijs. Lucani carmen (inquit Io.
» Lod. Viues) plurimum habet uirium, ut etiam bellicis sint propè pares, nec prælia
» uideatur canere, sed committere, & intonare classicum, eodemq; ardore arma scri-
» bere, quo Cæsar tractauit: ita ut illum quorundam aures tanquam sonum uastum

ac im-

ac immodicum non ferant. Et alibi: Bellum(inquit)ciuile Pompeianum Lucanus cecinit, historicis magis admirandus quàm poëtis. "

M. Antonij Tribuni P.R. epistola ad Ciceronem libro 10. ad Atticum.

M. Antonij Cos. epistola ad Ciceronem libro 14. ad Atticum.

M. Antonij imperatoris epistola ad Hyrcanum, & edicta duo ad Tyrios, referuntur libro 14. Antiquitatum Iosephi.

M. Antonius Antimachus, uir utraq; lingua doctissimus, & Græcarum literarũ hoc tempore professor Ferrariæ, ubi illum conueni ante biennium ferè, scripsit orationem de laudibus Græcarum literarum. Transtulit Gemisti Plethonis libros 2. de gestis Græcorum post pugnam ad Mantineam, Dionysij Halicarnassei præcepta de oratione panegyrica, nuptiali, natalitia, & epithalamijs: item Demetrij Phalerei præcepta de membris & incisis, de periodis, de componendis epistolis, de characteribus dicendi: ac Polyæni de re militari præfationem. Omnia simul excusa sunt Basileæ apud Rob. Vuinter, 1540. in 4.

Ostendit etiam mihi epigrammatum Græcorum libros octo manu sua scriptos pura & facili uena, & alia quædam soluta oratione Græce.

M. Antonij Baueriæ iurisperiti Consilia, typis uulgata. Scripsit etiam super 5. tt. Institutorũ. In 2. Infortiati de legatis 1. l. Cum filio. De iureiurando. De mora.

M. Antonius Cainus Mediolanensis, scripsit in aliquot Iustinianei codicis titulos summarias annotatiões elegantissime, ut audio. Liber impressus est Francfordiæ in 4.

MARCVS Antonius Coccius Sabellicus, uir undecũq; doctissimus, ad quem Hermolaus Barbarus archiepiscopus Venetus, Aquileiensis patriarcha librũ de præceptis historiæ conscribendæ olim cõposuit. Scripsit tam metro quàm prosa quædã præclara uolumina, de quib. ego uidi subiecta. Tria magna historiarũ uolumina à mundi initio. Ad senatũ Venetum opus celeberrimũ ab initio urbis cõtinens Historiam & gesta Venetorum, lib. 33. Scripturus ego ab urbe, &c. quæ infra enarrabimus. T. el. 1494.

Ex Ioannis Lod. Viuis lib. 3. de tradendis discipli. Antonius Sabellicus fluit " quidem plenus, sed lutulentus quandoq;, similis ei authori, ex quo res desumit, ut " colorẽ uideatur mutare cum solo, per quod omnino tanquã fluuius decurrit. Et " alibi Enneades eius præfert historiæ Io. Naucleri, copia, puritate, diligentia & doctrina. In epistolis suis (inquit idem) ubiq; copia, & facilitate, & iucunditate sui " similis est. " Io. Naucle- rus.

M. Antonij Coccij Sabellici Rhapsodiæ historicæ Enneades undecim. Quinq; priores uno Tomo continentur, altero sex reliquæ. His accedit D. Gasparis Hedionis historica synopsis, qua huius authoris institutum summa fide & diligentia ad annum, 1538. persequitur.

Eiusdem Sabellici Exemplorum ethnicorum & Christianorum, per omnes gentes omnibus sæculis factis dictisue insignitũ, † libri 10. argumentis distincti, sicut Valerij Maximi. Heruagius excudit Basileæ, 1538. in magno fol. chartis 515. Singulis suus adiectus est index, & authorum quibus tota historia nititur, catalogi. † Hi libri seorsim quoq; Basileæ & alibi impressi sunt.

Ex præfatione authoris. His libris à prima mundi origine ad meorum temporũ " memoriam, omnem sacratum prophanarumq; rerum sum seriem complexus, &c " Siquidem eo ad scribendum consilio uenimus, ut media quadam uia ingressi, non " tam uerborum copiæ quàm rerum uarietati studeremus, satis superq; habituri, si " cum breues & pressi fuerimus, neq; obscuri, neq; ieiuni, ab ijs qui in hanc lectionem " inciderint, iudicabimur, &c. Me uero haud pœnitebit unquam quod eo sim " consilio hæc scribere exorsus, ut à prima rerum origine ita susceptam auspicaremur historiam, ut res humanæ, quarum series multò uulgatior erat, cum ijs quas " diuinæ literæ contineant, arctissimo uelut nexu iungerentur. Hoc opus ex " diuersis authoribus, & ferè cum ipsorum nominum expressione excerptum est, ut

non immerito Rhapsodiæ nomen ei inditum sit. Proxime ad lacteam T. Liuij eloquentiam accedit. Iod. Ascensius.

M. Antonij Sabellici opera aliquot impressa Venetijs in fol. 1502. chartis 5. supra centum, apud Albertinum de Lisona. Sunt autem hæc,

Epistolarum familiarium libri 12. in quibus & aliorum aliquot doctorum epistolæ habentur.
Orationes 12. De situ Venetæ urbis libri 3.
De Venetis magistratibus, lib. 1. De prætoris officio, lib. 1.
De reparatione Latinæ linguæ, lib. 2. De officio scribæ, lib. 1.
De uetustate Aquileiæ, libri 6.
POEMATA. Genethliacum Venetæ urbis. De apparatu eiusdem.
De Vicentiæ ortu & uetustate. De Italiæ tumultu.
De Coriolani luctu. De munitione Sontiaca.
De cæde Sontiaca. De incendio Carnico.
De Barione cymba, uel in naufragium cymbæ Petri.
De origine Hunni, aliâs Vtini. De rerum artium & inuentoribus.
De laudibus Deiparæ uirginis Elegiæ 13.

Argumenta 12. Orationum.

1 De laudibus poëticæ artis in Flaccum Horatium.
2 De laudibus historiæ in T. Liuium.
3 De laudibus eloquentiæ in M. Tullium.
4 De præstantia Latinæ linguæ in Plautum.
5 Oratio dicta Venetijs in funere Zachariæ Barbari equitis, &c.
6 In funere Benedicti regij oratoris coram principe & Veneto Senatu.
7 De origine & incrementis philosophiæ Venetijs recitata.
8 De cultu & fructu philosophiæ, ibidē recitata frequēte philosophorū cōsessu.
9 De usu philosophiæ, ibidem.
10 De origine & auctu religionis Veronæ recitata.
11 Panegyrica in festum diem Vincentij Vincentiæ recitata.
12 De sacerdotij laudibus Venetijs recitata.

Annotationes priores in Plinium, Liuium, Val. Maximum, Lucanum, Papinium, Catullum. Posteriores, rursus in Plinium, Ciceronem, Lucanū, & Flaccum qui Argonautica scripsit. Ascensius impressit Parisijs in fol. cum alijs quibusdam.

Interpretatio paraphrastica in Suetonij Tranquillū, & annotamenta plurima Parisijs excusa in fol. & Basileæ apud Hen. Petrum cum ipso Suetonij textu.

M. Antonius Flaminius uir doctrina & eloquentia clarissimus, scripsit paraphrasin in duodecimum librum Aristotelis de prima philosophia. Rob. Vuinter excudit Basileæ, 1537. in 4. cum Io. Velcurionis compendio de anima.

Eiusdem erudita & pia in Psalmos aliquot paraphrasis, ibidē excusa. Audio eum Romæ agere apud Raynaldum Polum Cardinalem, & totum sacris literis deditum esse.

M. Antonius à Falconibus, philosophus & poëta nostro tempore, natione Italus, multa uertit ex Græcis, ut audio.

M. Antonius Maioragius Mediolanen. scripsit contra Cœlium Calcagninum pro defensione Ciceronis.

M. Antonius de Marascotis, scripsit in 6. Decretalium de constitutionibus c. 1.

M. Antonij Palmyreni scholia in Academicas quæstiones quæ Luculli titulum præferunt, impressa Basileæ apud Ioan. Oporinum, 1544. Sed inuenio Aulum Antonium Pulmyrenum in Ciceronis Brutum Scholion ædidisse ibidem impressum: & fortè librarij uitio prænomen mutatum est.

M. Antonij Zimaræ Sanctipetrinatis philosophi, theoremata seu memorabilium propo-

propositionũ limitationes 129. cum additionibus authoris, excusæ Venetijs, 1539. in fol. chartis 49. In calce testatur se absoluisse hoc opus Neapoli, 1523. dum scientiam diuinã publico stipendio legeret apud S. Laurentium. Propositiones omnes philosophicæ, quas hoc libro declarat, ab initio alphabeti ordine enumerantur. Stilus est impolitus.

Problemata uaria 104. impressa chartis 4. & dimid. Basileę apud Rob. Vuinter, cum quibusdam Aristotelis, Auerrois, & Alexandri Aphrod. problematis, in 8.

Tabula dilucidationum in dicta Aristotelis & Auerrois, ubi uerba & sententiæ utriusq; per omnes philosophiæ partes ordine alphabeti breuiter proponuntur, cum indicatione locorum, in quibus ipsi authores de rebus quæsitis copiosius pertractant. Scotus impressit Venetijs in fol. 1537.

M. Apicij uoluptarij Suidas meminit, sed nihil ab eo scriptum refert.

M. Argentarij multa epigrammata passim in Florilegio Græco habemus: & aliquando Argentarius tantum sine prænomine scribitur.

M. Aurelius Cassiodorus monachus, & abbas cœnobij apud urbẽ Rauennatensem, multos elegantissimos tractatus composuit: de cuius opusculis subiecta feruntur. T. ch. 575.

Ex persona tam sui quàm regis Theoderici scripsit,

Epistolarum ad diuersos,	lib. 28.		
De ratione animæ,	lib. 1.	Cum iam suscepti.	
In totum Psalterium,	lib. 1.	Beatus uir, &c. Nimis.	
Institutionẽ diuinarũ lectionũ,	lib. 2.	Cum studia sæcularium.	
In Cantica Canticorum,	lib. 1.	Salomon inspiratus.	
Institutionẽ sæculariũ literarũ,	lib. 9.	Intentus nobis est de.	
Historiã tripartitã cõportauit,	lib. 12.	Vtiliter nimis in capi.	
Catalogũ consulũ Romanorũ,	lib. 1.	De etymologijs,	lib. 1.
Sacerdotẽ prænotatum,	lib. 1.	De schematibus & tropis,	lib. 1.
Memoriale scripturarum,	lib. 1.	De orthographia,	lib. 1.
Cõplexiones in Apocalypsin,	lib. 1.	In epistolas canonicas,	lib. 7.
In actus apostolorum,	lib. 1.		

Alia quoq; multa composuit, quæ ad notitiam nostræ lectionis non uenerunt.

M. Aur. Cassiodori Senci, patricij & consulis Romani, orbis liberalium disciplinarum, typis excusus. Rhetoricæ eius compendium Vuechelus impressit Parisijs. Compendium de quatuor mathematicis disciplinis, in eadem urbe excusum. Expositio quoq; super Psalterium, publicata est. Extant item eius aliquæ ad Theodoricum epistolæ.

De anima liber, excusus Basileæ apud Rob. Vuinter: diuisus in capita 18. Stilus est impolitus, parum purus, & affectatus.

Magni Aurelij Cassiodori senatoris V. C. & inl. exquæstoris sacri palacij, exconsulis ord. exmagistri off. præf. potest: atq; patricij Chronicon: chartæ sunt 6. in pressæ Basileæ apud Hen. Petrũ, cũ Eusebij & aliorũ historijs Chronicis. Sunt autem tabulæ quibus Consulum Romanorũ series ostenditur. Audio etiam libros quosdam uariarum (lectionum opinor) huius authoris alicubi extare. Vide Beatum Rhenanum in præfatione in Procopium & alios historicos.

M. Aurelius Olympius Nemesianus, Afer genere, patria Carthaginiẽn. sub Numeriano & Diocletiano impp. in urbe floruit, secundum alios sub Carino, poẽta fuit nobilissimus, scripsit κυνηγετικὰ, ναυτικὰ, & ἁλιευτικὰ. Meminit eius Flauius Vopiscus. Vide plura apud Petrum Crinitum, & Lil. Gyraldum de uitis poẽtarum.

Cynegetica eius, in quibus præcipue de canibus & equis docet, & bucolicorũ eclogas 4. amatorias Gryphius excudit Lugduni in 8. sesquicharta, 1537. cũ Gratio de uenatione, &c.

Eiusdem liber de aucupio latet, ut fertur, Bononiæ in bibliotheca S. Saluatoris.

M. Bauius poëta, quem Virgilius in Bucolicis notat, in Cappadocia moritur. Eusebius in Chronicis.

M. Brutus epistolas quasdã Græce scripsit, quo tempore ipse & Cassius mortuo Cæsare bellum cum Dolabella pro Syria Asiaq; prouincijs sibi per senatum decretis, gerunt: quas quidam Mithridates dispersas coëgit, ut ipse præfatur. Aldus impressit Venetijs cum cæteris diuersorum Græcis epistolis. Eiusdem epistolæ 7. Latinæ ad Ciceronem, habentur in libro epistolarum Ciceronis ad Brutũ, & una in appendice eiusdem libri.

M. Bruti & C. Cassij prætoris ad M. Antoniũ cons. epistolæ 2. libro undecimo familiarium Ciceronis epistolarum extant.

M. Cælij epistolæ 18. ad Ciceronem extant, ex quibus totus liber octauus familiariũ Ciceronis epistolarum conficitur.

M. Catonis ad Ciceronem epistola libro 15. familiarium epistolarum.

M. Catonis de re rustica lib. 1. chartæ sunt 4. & dimidia, excusæ Lugduni apud Gryphium, & alibi cum reliquis rei rusticæ scriptoribus. Phrasis est antiqua: & multa passim insunt ex uetere Romanorum gentilium religione & sacris. Cibos etiam & potiones uarias pro familia parare docet.

M. Cornutus citatur à Fulgentio.

S. MARCI Eremitæ gnomæ Græcæ de lege spirituali, item de ijs qui se putant iustificari ex operibus. Impressæ Haganoæ, 1531. in 8. chartis 12. cũ translatione Vincentij Obsopœi. Meminit earũ idem Vincentius in præfatione in Maximi hecatontades 4. de charitate. Ex epistola interpretis. Multa ualde pie, omnia certe eleganter & docte in his gnomis docẽtur. Cæterũ ubi aut quando floruerit mihi incertũ est. In historia Tripartita duorũ Marcorũ fit mentio, unius Arethusiorũ episcopi, alterius Eremitæ, quẽ hunc nostrũ esse conijcimus. Græcus titulus est: Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν ἀσκητοῦ & ἀναχωρητοῦ μάρκου κεφάλαια. Omnia aphorismis distincta sunt.

M. Fabius Caluus Rauennas oĩa Hippocratis opa uertit, sed rudiuscule, nec satis clare, Græcis quoq; dictionibus sæpe relictis: utilis est aũt uel hoc noĩe eius translatio, quoniã, ut legit, in præfatiuncula, multos Græcos codices diuersarum lectionum in promptu habuit. Simulachrũ antiquę urbis Romę, authore M. Fabio Caluo ciue Rauennate ad Clementem 7. excusum Romæ in magno fol. 1532.

M. Fabius Quintilianus, siue Romæ natus, siue Calagura urbe Hispaniæ oriundus, Domitiũ Afrũ & Senecã, qui ambo sub Nerone periere, cumesset adolescẽtulus se cognouisse scribit. Seneca in lib. 6. Diuisionũ, Quintiliani declamatoris meminit, cuius adhuc extant multæ declamationes acutæ & breues, stylo aliquantulũ remissiore. Is auus fuit M. Fabij Quintiliani, qui Romæ multis annis rhetoricen cũ summa laude docuit. Et ipse rursus Quintilianus mentionem facit patris, qui causidicus fuit apud principẽ. Domitiani Cæsaris nepotũ cura, huic de quo scribimus Quintiliano delegata fuit. Hæc ex uita huius uiri, Institutionibus ipsius præfixa.

» Ex Raph. Volaterrani Anthropologia. M. F. Quintilianus Hispanus, Institu-
» tionũ libros 16. scripsit, tam utiles & posteritati probatos, ut D. Hieronymus eos se
» diligenter lectitasse, & inde in sæcularibus literis, pfecisse fateatur. Laur. Valla eũ
» in præceptis Ciceroni præferebat, stiloq; eius & doctrinæ magnopere adhæserat.
» Philelphus uero eius æqualis sibi dissimilẽ dicebat, contraq; eius præcepta faciem-
» tem, nullasq; aut delectandi partes aut mouendi habere. Ego uero Vallæ potius
» adsentior. Hæc Raphaël. Locus ille L. Vallæ, quo tantopere Quintilianũ laudat supra omnes scriptores, est libro 2. Dialecticæ ipsius cap. 40. Ciceroni Quin
» tilianum (inquit Lod. Viues) tanq; comitem aut uerius sociũ paremq; L. Valla adiunxit, nõ omnino iniuria, quũ uerborũ mundicie, tum translationum & totius di
» ctionis acumine. Et idẽ alibi de Declamationib. quas Quintiliani noĩe habemus:

Decla-

Declamationes illorum temporum inuentæ sunt nõ ad uictoriam, sed ad uolupta- "
tem: neq; enim pugnabant, sed uentilabant, poëticas quoq; amœnitates per egres- "
sus petierunt, quod ostendunt Quintiliani declamationes, & quæ ex declamatori- "
bus sui temporis citantur à Seneca. Et paulò post. Quum illæ declamationes, "
quæ Quintiliani circunferuntur nomine, tam alienæ sint ab eius præceptis, & ta- "
les ut contra eas potissimum inuehi uideatur, non defuerunt, qui illius esse negent. "

M. F. Quintiliani oratoriarum institutionum libri 12. excusi primum Venetijs apud Aldum, deinde Coloniæ apud Ioan. Soterem, 1528. in 8. cum indice: chartis 37. ad ueterum exemplarium fidem recogniti: & rursus in ea urbe, 1534. apud Io. Gymnicum in 8. chartis 51. ex recognitione Ioachimi Camerarij, & Ioan. Sichardi, aliorumq; doctorum: cum expositione præcipuorũ locorum libri primi & secundi per eundem Camerarium, & annotatiunculis doctorum in reliquorum quoq; librorum locis difficilioribus. Item Lugduni apud Gryphiũ, 1536. cum Gulielmi Philandri castigationibus sparsim adiectis: chartis 51. & eodem anno Parisijs in fol. Postremo Basileæ apud Rob. Vuinter in 4. chartis 95. cum annotationibus & castigationibus, &c.

Idem opus unà cum Declamationibus numero 19. excusum est Coloniæ apud Cerui cornum, 1527. in fol. cum indice: & Basileæ apud Bebelium, 1529. in fol. chartis 131. cũ indice, ex Io. Sichardi collatione. Sunt aũt Declamationũ seorsim chartæ 27. Argumenta singulorum librorum uide in prologo authoris circa finem.

M. Fabius Victorinus: uide Marius Victorinus.

M. Furij Bibaculi meminit Suetonius de claris grammaticis, & P. Crinitus de poëtis Latinis. Vide Gyraldum de poëtis Latinis.

M. Gatinariæ medicinæ professoris in Ticineñ. academia celeberrimi, expositio in nonum Rhazæ ad Almansorem, de curandis morbis à capite ad pedes, dictione barbara, sed ipsa uiri doctrina à multis probatur præ cæteris eiusdem farinæ scriptoribus. Excusa Lugduni, 1532. apud Vincentium de Portonarijs in 8. cum Blasij, Cæsaris Landulphi, & Sebastiani Aquilani libellis de febribus ac eiusdem Aquilani de morbo Gallico: deinde Basileæ apud Henricum Petrum, 1537.

MARCI de Grandual apologia de Magdal. impressa.

M. Hieronymi Vidæ Cremoneñ. poëtæ & Albæ episcopi, opa poëtica, impressa Lugduni apud Gryphium in 8. 1537. & eodem anno Basileæ apud Rob. Vuinter in 8. chartis 32. cum indicibus singulorum. Sunt autem hæc Christiados, hoc est de Christi uita, gestis, ac morte libri 6. quos inuitatus præmijs à Leone 10. & Clemente 7. propositis, conscripsit.

De arte poëtica libri 3. ad Franciscum Delphinum Francisci regis Franciæ F.

De bombycum cura ac usu libri 2. De ludo scacchorum lib. 1.

Hymni, Odæ, bucolica, Epistola ad Ioan. Matthæum Gybertum.

Hieronymus Vidas & Actius Sannazarius, Virgilianæ imitationi tanquam sacra "
tis legibus alligati sunt. Viues. "

M. Irenæus quidam nuper scripsit Encomium Franciæ. Crato Mylius excudit Argentorati, 1539. in 8. chartis 2.

MARCI Iunioris, aliâs Pompeij, hexastichon libro 1. Florilegij Græci.

M. Leonelli Fauentini de Victorijs famosissimi quondam apud Felsinenses ordinarij practici de ægritudinibus infantium liber, impressus in 8. 1544. apud Georgium Rhuffnerum Iuniorem.

M. Lepidi Imper. & Pont. max. epistola ad Sena. po. plebemq; Romanam libro 10. familiarium Ciceronis epistolarum. Eiusdem ad Ciceronem epistola. Ibidem.

MARCI à Machari uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

MARCI Manilij Astronomicôn uersibus heroicis ad Aug. Cæsarem libri quinq;, im-

preſſi Venetijs apud Aldum in fol. chartis 29. cum Iul. Firmico & alijs aſtronomicis: & Baſileæ apud Heruagium cum eodem Firmico, &c. & Romæ apud Mazochium in 4. Librorum capita in fine recenſentur.

» Ex præfatione authoris. Carmine diuinas artes, & conſcia fati Sydera, diuerſos hominum uariantia caſus, Cœleſtis rationis opus, deducere mundo Aggredior, primuſq; nouis Helicona mouere Cantibus, &c. Sunt qui putent Antiochenum fuiſſe, & bis à Plinio commemoratum. Manilij aſtronomicon (inquit Lod. Viues) graue eſt, ſed didaſcalicon, & ſine motu, quemadmodum de Arato Quintilianus inquit: etſi hic noſter aſſurgit nonnunquam, & ardentius ſpirat. Et alibi. Manilius multa habet de Chaldaica ſuperſtitione ac uanitate aſperſa: adeundus tamen non ſine iudicio & duce, qui quæ deuitanda ſint, ſubmoneat. Vide Gyraldum de uitis poëtarum.

MARCI Marulli Spalatenſis Euangeliſtariũ, opus uere Euangelicum, ſub fidei, ſpei & charitatis titulis in ſeptẽ libros partitum. Impreſſum Coloniæ, 1532. in 8. cum Meginhardi libro de fide.

Marulli Epigrammata typis excuſa ſunt. Viues cum laudaſſet Ang. Politiani Muſam: Marullus, inquit, obſcurior eſt & gratia impari.

De religioſe uiuendi inſtitutione lib. 6. per exempla, ex ueteri, nouoq; teſtamento collecta, ex authoribus quoq; D. Hieronymo presbytero, Gregorio pont. max. Euſebio Cæſarienſi, Io. Caſſiano, nonnullisq; alijs qui uitas conſcripſere ſanctorũ: digeſta per capita ſiue locos communes 70. Petrus Quentel excudit Coloniæ, & Ioan. Soter Salingiaci, 1540. in 8. chartis 58. & Baſileæ Adam Petri, 1513. in 4. cum indice. In fine adiecta eſt elegia de doctrina Domini noſtri pendentis in cruce.

T. cl. 610. MARCVS monachus & diſcipulus ſancti patris Benedicti, ſcripſit poſt beatum Gregorium Papam, ſuperaddens aliqua heroico carmine,

Vitam ſancti Benedicti, lib. 1. Et quædam alia.

Vide Scholastici Nilj et Diadochi.

MARCI monachi & aliorum quorundam capita φωτικῆς Græce extant in Italia. Vide ne hic idem ſit cum Marco Eremita, de quo ſupra dictum eſt.

† abbã. Beati † patris MARCI de pœnitentia ſermones octo: & alij ſermones diuerſi, Romæ extant Græce: & Opus monaſticum, ibidem.

MARCVS Muſurus Cretenſis ſcripſit epigrammata aliquot, præcipue in Græcos libros per Nicolaum Blaſtum Venetijs impreſſos, circa annũ, 1500. quibus ipſe opinor corrigendis præfuit: item præfationes aliquas proſa, ut in Etymologicon Græcum, &c.

M. Portij Catonis fragmenta ex libris Originum, de gentibus Italiæ, folia ſunt quinq; in 4. impreſſa Baſileæ à Bebelio, 1530. cum Myrſilo & alijs antiquiſſ. authoribus.

Oratio de lege Oppia contra L. Valerium. Vuechelus excudit Pariſijs.

M. Terentij Varronis de re ruſtica ad Fundaniam uxorem libri 3. quos octogenarius ſcripſit, partim expertus, partim ut legit, partim ut à peritis audiuit. In præfatione enumerat 50. authores, qui Geoponica ſcripſerũt. Primus liber exponit agriculturam, alter rem pecuariam, tertius uillaticas paſtiones. Chartæ ſunt nouem, impreſſæ cum cæteris rei ruſticæ ſcriptoribus Latinis. In Geoponicis Conſtantino inſcriptis citantur fragmenta quædam ex Varrone.

Authores rei ruſticæ.

De lingua Latina & de uerborum origine ad Ciceronem libri 3.

De analogia libri 3. chartæ ſunt 8. impreſſæ cum Cornucopiæ Perotti Baſileæ.

In his libris oſtẽdit quomodo uocabula rebus ſint impoſita, deinde declinationes, tertio qua ratione coniuncta inter ſe ſententiam efferant.

M. Tullij Ciceronis opera primus excudit Aldus Venetijs, deinde Cratander Baſileę, poſtea Heruagius ibidem quatuor tomis diſtincta ad uetuſtiſſimorum codicum collationẽ multis in locis ultra ſuperiores æditiones reſtituta, cum indice & annotationibus uariarum lectionũ, 1534. in magno fol. chartis 477. & Rob. Stephanus

Pariſijs

Parisijs in fol. 1539. ex P. Victorij codicibus elegantissimis characteribus: & Rihelius Argentorati, 1540. in 8. rhetorum duntaxat libris in 4. impressis, ex emendatione Ioan. Sturmij post postremam Naugerianam et Victorianam correctionem, ita ut Aldinæ æditioni omnia & paginarum & uersuum numero atq; longitudine respondeant, cum indicibus in singula uolumina. Paulus Manutius Aldi filius eodem anno & sequente Venetijs (præter Rhetorica impressa, 1533.) omnia de integro Ciceronis opera excudit.

Primo TOMO Heruagianæ æditionis continentur,

Vita Ciceronis ex T. Liuio.
Ad C. Herennium Rhetoricorum libri 4. Fr. Floridus Sabinus lib. 1. c. 4. succisiuarum lection. probat hos libros non esse Ciceronis. Ciceronis non sunt rhetorica uetera, neq; de re militari libellus ineptijs refertus, quæ præsentis æui uulgaritati, quàm ueterum dignitati conueniant magis. Angel. Decembrius. Georgius Valla ab initio commentariorum suorum in partitiones orator. libros ad Herennium Ciceronis esse contendit.
De inuentione, quæ & uetus rhetorica libri 2. Topicorum ad Trebatiũ, lib. 1.
De partitione oratoria dialogus 1. Vide supra in Iac. Lod. Strebæo.
De oratore ad Q. Fratrem libri 3. Brutus, siue de claris oratoribus, lib. 1.
Orator ad M. Brutum, uel de perfecto oratore, lib. 1.
De optimo genere oratorum præfatio quædam.
Aeschinis contra Ctesiphontem de coronatione Demosthenis accusatio, & Demosthenis defensio, Leonardo Aretino interprete: nam Ciceronis traductio interciderit.

Secundo TOMO hæc insunt.

Demosthenis & Ciceronis comparationes ex Quintiliano & Plutarcho.
Orationes quinquagintaseptem. Prima, Pro P. Quintio.
2 Pro S. Roscio Amerino. 3 Pro Q. Roscio Comœdo.
4 cum sex sequentibus, in C. Verrem accusatio.
11 Pro M. Fonteio oratio mutilata. 12 Pro A. Cecinna.
13 Pro lege Manilia ad P.R. 14 Pro A. Cluentio Habito.
15 16 17 Pro lege Agraria cõtra P. Seruiliũ Rullũ Trib. pleb. in Senatu ad P.R.
18 Pro C. Rabirio perduellionis reo ad Quirites.
19 20 21 22 In L. Catilinam inuectiuæ.
23 Pro L. Murena. 24 Pro L. Flacco.
25 Pro P. Sylla. 26 Pro A. Licinio Archia poëta.
27 Ad equites Romanos antequam iret in exilium.
28 Ad Quirites post reditũ suũ. 29 Post reditum in senatu.
30 Pro domo sua ad pontifices. 31 De aruspicum responsis, in senatu.
32 Pro C. Plancio. 33 Pro P. Sestio.
34 In Vatinium. 35 Pro M. Cælio.
36 Pro L. Cornelio Balbo. 37 De prouincijs consularibus.
38 In L. Pisonem, imperfecta. 39 Pro T. Annio Milone.
40 Pro C. Rabirio Posthumo. 41 Pro M. Marcello.
42 Pro Q. Ligario ad C. Cæsarẽ. 43 Pro rege Deiotaro ad Cæsarem.
44 cum 13 sequentibus, In M. Antonium Philippicæ.
C. Crispi Sallustij in Cic. oratio. M. T. Ciceronis recriminatio.

TOMI Tertij opera.

Interpretationes Græcarum dictionum atque locutionum, quæ in Ciceronis scriptis reperiuntur.
Epistolarum familiariũ libri 16. quibus & aliorum epistolæ interseruntur: nempe, Seruij Sulpitij 2. Marcelli 1. Qu. Metelli 2. Pub. Vatinij imperatoris 7. L. Lucceij 1. A. Cæcinnæ 1. Bithynij 1. M. Cælij 18. ex quibus totus liber 8.

conſicitur. Dolobellæ 1. Cn. Planci imperatoris 10. Seruij Galbæ 1. C. Aſinij Pollionis 3. M. Lepidi imper. 2. Decij Bruti 13. M. Bruti & C. Caſſij ſimul 2. C. Matij 1. C. Caſſij 3. Caſſij Q. 1. P. Lentuli 2. C. Trebonij 1. M. Catonis 1. Q. Ciceronis 2. Ciceronis filij 2.

Epiſtolarum ad M. Brutum, lib. 1. Epiſtolarum ad Q. Ciceronẽ fratrem, lib. 3.

Epiſtola ad Octauium 1. Epiſtolę 2. Fr. Petrarchę ad Ciceronis manes.

Epiſtolarum ad T. Pomponiũ Atticum libri 16. Ex Lod. Viuis lib. 3. de tradendis diſcipli. Cæſari adiungentur Ciceronis epiſtolæ familiares: ſimpliciores ſunt tamen & uſui magis congruentes, quas ad T. Atticum ſcripſit, niſi quod ſunt in eis quædam obſcuriſſima, partim ſic ſcripta ab ipſo Cicerone de induſtria, partim uitio atq; ignorantia temporum ita deprauata, ut reſtitui iam non queant: & alibi, inter Ciceronem & Atticum peculiarẽ quendam ſcribendi modum fuiſſe inquit, unde fiat, ut minus illæ epiſtolæ poſſint intelligi.

Vita T. P. Attici per Cornelium Nepotem.

TOMI quarti catalogus.

M. T. Ciceronis ex Plutarcho uita, Achille Phílerote Bocchio interprete.

Academicarum quæſtionum liber primus imperfectus & quartus: colloquuntur autem Cicero, Atticus, & M. Varro.

De finibus bonorum & malorum ad Brutũ lib. 5. præcipue ex Platonis ſententia.

Tuſculanarum quæſtionum ad M. Brutum libri 5. Primus, inſcribitur de contemnenda morte. Secundus, de tolerando dolore. Tertius, de ægritudine lenienda. Quartus, de reliquis animi perturbationibus. Quintus, ad beate uiuendum uirtutem ſeipſa eſſe contentam.

De natura deorum libri 3. in quibus nihil aſſeritur, ſed philoſophorum ſententiæ in medio ponuntur, colloquentibus C. Cotta, C. Velleio Senatore, Q. Lucilio Balbo Stoico, & Cicerone Academico.

De diuinatione ſiue ſcientia rerum futurarum libri 2.

De fato, & de enunciationibus quæ uocantur ἀνυπάτοις, liber mancus.

Præfatio. Quod in alijs libris feci, qui ſunt de natura deorum, itemq; in his quos de diuinatione ædidi, ut in utrãq; partẽ perpetua explicaretur oratio, quo facilius id à quoq; probaretur, quod cuiq; maxime probabile uideretur, id in hac diſputatione de fato caſus quidam ne facerem impediuit.

De ſomnio Scipionis ex libro de Repub. ſexto. Vide initium Cõmentariorum Macrobij in hoc Somnium. Plinius Secundus in præfatione naturalis hiſtoriæ ad Veſpaſ. M. T. Cicero in libris de repub. Platonis ſe comitem profitetur. In conſolatione filiæ Crantorem, inquit, ſequor: item Panætium de officijs: Quæ uoluminа eius ediſcenda, non modo in manibus habenda quotidie, noſti.

De legibus libri 2. dialogo conſcripti, ad imitationem Platonis.

De officijs ad M. Filium libri 3. Sequimur (inquit) hoc quidem tempore & in hac quæſtione potiſſimũ Stoicos, non ut interpretes: ſed ut ſolemus, è fontibus eorum iudicio arbitrioq; noſtro, quantum, quoq; modo uidebitur, hauriemus. Maxime autem Panætium ſequitur.

Capita libri primi. Diuiſio officij. Quæ in deligendis rebus deliberandi ratio. De prudentia. De iuſtitia. De fortitudine. De temperantia. Officiorum inter ſe comparatio. In ſecundo hæc officiorũ genera perſequitur, quæ pertinent ad uitæ cultum, & ad earum rerum, quibus utuntur homines, facultatem, ad opes, ad copias. In quo (inquit) quæritur, quid utile, quid inutile: tum ex utilibus, quid utilius, aut quid maxime utile. Tertius liber honeſtum utili comparat, & utrum inter ſe pugnent inquirit: quam quæſtionem Panætius diſſoluendam pollicitus prætermiſerat.

Lælius, ſeu de amicitia dialogus. Ex præfatione ad T. Pomponium Atticum.

Q. Mu-

Q. Mutius Scæuola expoſuit nobis ſermonem C. Lælij ſoceri ſui, de amicitia habi- «
tum ab illo ſecum, & cum altero genero C. Fannio Marci filio: cuius diſputationis «
ſententias memoriæ mandaui, quas in hoc libro expoſui meo arbitratu. «

Cato maior, ſeu de ſenectute dialogus. Ex præfatione ad Atticũ. Omnem «
autem ſermonem tribuimus, non Tithono, ut Ariſto Chius, ne parum eſſet autho- «
ritatis in fabula, ſed M. Catoni ſeni: apud quem Lælium & Scipionem fecimus ad- «
mirantes, quod is tam facile ſenectutem ferat, ijſq; eum reſpondentem. Qui ſi eru- «
ditius uidebitur diſputare, quàm conſueuit ipſe in ſuis libris, attribuito Græcis lite «
ris, quarum conſtat eum perſtudioſum fuiſſe in ſenectute. «

Paradoxa ſex ad M. Brutum, ex ſententia Stoicorum, & Socratica, qualia M. Cato Bruti auunculus ſæpe tractare ſolebat. Sunt autem hæc. Quod hone- ſtum ſit, id ſolum bonũ eſſe. In quo uirtus ſit, ei nihil deeſſe ad beate uiuendũ. Aequalia eſſe peccata. Omnes ſtultos inſanire. Omnes ſapientes libe- ros eſſe, & omnes ſtultos ſeruos. Quod ſolus ſapiens diues ſit.

De uniuerſitate liber, ex Timæo Platonis conuerſus.

Q. Ciceronis de petitione conſulatus ad M. Tullium fratrem liber.

Appendix de re militari incerto authore, quanquam uulgo Ciceroni tribuatur, ut ſuperius in primo Tomo diximus.

Fragmentum interpretationis in Arati phænomena, quod ab eo adhuc adole- ſcente emiſſum conſtat.

Hactenus enumerauí quotquot extant opera Ciceronis impreſſa.

Synonymorum quidam libellus cum epiſtolio Ciceronis ad L. Veturium, pſeu depigraphus, ut apparet, circũfertur impreſſus in 4. chartis quatuor.

M. T. Ciceronis libros de gloria, uita beata, & quaſdam orationes hactenus non uiſas Beatus Rhenanus in epiſtola impreſſa cum libris eius de rebus Germanicis ab amico quodam tanquam apud ipſum extantes, petit.

M. Valerij Martialis epigrammatum libri 14. impreſſi Venetijs ab Aldo, Lugduni in 4. & alibi in fol. cum commentarijs, Pariſijs in 16. Baſileæ apud Heruagium in 8. Poſtremo Tiguri ex repurgatione noſtra, in locos digeſta, ut ſupra dictum eſt fol. 182. a. Vixit Romæ ſub Domitiano & Nerua Cæſaribus. Teſtimonium Plinij iunioris de Martiale. Erat homo ingenioſus, acutus, acer, & qui plurimũ «
in ſcribendo & ſalis haberet, & fellis, nec candoris minus. Ex Martiale (inquit «
Viues) reijcienda obſcœna, in reliquo cuiuſmodi ſit teſtimonio Plinij Cæcilij cre- «
damus. «

M. Vigerij S. Mariæ trans Tyberim presbyteri in Decachordum Chriſtianũ ad Iul. pont. max. libri 2. impreſſi.

M. Vigerius epiſcopus Senogallienſis ſcripſit dialogum de tollendis abuſibus eccleſiæ.

M. Vitruuij de architectura libri 10. impreſſi Venetijs, 1511. in fol. ex caſtigatione Io. Iocundi, cũ figuris & indice: & Florentiæ apud hæredes Philippi Iuntæ in 8. 1522. cum ijſdem figuris & indice, ex repetita Iocundi caſtigatione: chartis 224. cum S. Iulio Frontino de aquæductibus urbis Romæ.

Ex Lod. Viuis lib. 3. de tradendis diſciplinis. Vitruuius Græciſſat ſæpe, & eſt «
ad intelligẽdum cumprimis difficilis, ne cum picturis quidẽ Iucundi Veronenſis, «
propterea quod ædificandi uetus illa ratio ex uſu abijt: ut nõ iniuria de illo Budæus «
dicat, Non cuiuſuis eſſe hominis Corinthum adire. De compendio in M. Vi- «
truuium uide ſupra fol. 253. a. uerſu ultimo.

Ex præfatione Io. Iucundi. Non mediocrem fructum Latinarum & Græcarum «
à noſtris etiam receptarum dictionum, quæ ad architecturam pertineant, & anti- «
quarum quoq; ædificationum in his libris cognitionem inuenies: in quibus etiam «
gnomonice & machinatio continentur, tum & in nonnullis alijs quoq; diſciplinis «

„ nonnihil. Hæc ille. Sunt sanè quæ physico & philologo, quæ medico & alijs conueniant non pauca in his libris tradita, cum utilia, tum iucundissima cognitu. Index capitum in singulos libros operi præmittitur.

Io. Andreas Dossena typographus Romanus in præfatiuncula super Gulielmi Philandri annotationibus in Vitruuium, quas ipse etiam anno 1544. excudit, ita „ scribit. Si has annotationes benigne excipiatis, polliceor uobis paucos post men „ ses Vitruuij opus uniuersum me impressurum, pristino candori ab eodem Philan „ dro restitutū, uarijs insuper ac nouis figuris exornatū, quale nullæ adhuc officinæ „ ædiderunt, nec ea quidē, quæ opus illud hoc anno Basileæ excusum ,pposuit, &c. Ratio architecturæ antiquæ ex Vitruuio & alijs ueteribus decerpta, primum Hispanice ædita authore Iacobo Sacredo, deinde Gallice Parisijs apud Colinæū cum figuris.

Vitruuij liber de hexagonis, heptagonis, & id genus, anno 1494. inuentus in cœnobio quodam ad Bobium oppidū. Raph. Volaterranus Geographiæ lib. 4.

MARIAE cuiusdā sororis Moysi liber, alchymisticus puto, circūferē manuscriptus.

MARDOCHAEI nomine epistolam quandam ad Alexandrum manuscriptam uidi. Hunc putant nonnulli scripsisse librum Esther historiam ueteris Testamenti. Extat & inter Thalmudica Mardochæi scriptum de ritibus Iudæorum.

MARES episcopus Bithynicæ Chalcedonis in Iulianum inuehitur apud Suidam.

T.M.1086. MARIANVS monachus Fuldensis, ordinis sancti Benedicti, natione Scotus, scripsit ab initio mundi usq; ad sua tempora,

Chronicam insignem, lib. 3. Diuino informamur.
De cōcordātia Euangelistarū, lib. 1. Fuit in diebus Herodis.
De computo quoq;, lib. 1. Et quædam alia.

MARIANI Sancti Barolitani, natione Itali (quem intra biennium Venetijs uidi iam senem) medici experientia clari, opera quędā impressa Venetijs apud Iuntas, 1543. in 4. chartis 83. & dimid. Sunt autem,

Commentaria in Auicennæ textum de apostematibus calidis. De cōtusione & attritione. De casu & offensione. De caluariæ curatione. Itē, Compendiū in Chirurgia. Libellus de lapide renum, seorsim quoq; excusus Parisijs apud Vuechelum. Libellus aureus de lapide uesicæ per incisionem extrahendo, cum figuris instrumentorum. Libellus quidditatiuus de modo examinandi medicos chirurgicos. Oratio de laudibus medicinæ. In prefatione inuehitur aduersus recentiores medicos Græcæ linguæ studiosos, & Auicennam defendit. Stilus rudis est & barbarus.

MARIANI cuiusdam Suidas meminit, qui scripserit metaphrases Theocriti, Apollonij, Callimachi, Arati.

MARIANI Scholastici epigrammata 6. extant libro 4. Florilegij Græci.

MARIANVS Socinus, aliās Soccininus, maior, & alter iunior siue nepos illius eiusdem nominis, ambo iurisperiti fuere in Italia. Scripta quæ Socini nomine sine ulla distinctione citari inuenio, hæc sunt.

Fallentiæ, impressæ. Nimirum hæ sunt Bartolemæi Soccini Fallentiæ, quæ nuper Ingolstadij Germanice cum Summa Rollandina impressæ sunt. Repertorium nouum. Consiliorum uolumina 4. In 2. Infortiati de legatis 1. l. sciendum. Super 1. ff. uet. Lectura super Decretal. De iuramento calumniæ. De for. com. in 2. decr. De libell. obla. De mutuis petit. De litis contesta. In 3. decr. super Rubr. Et ne cleri. uel mon. c. sententia maria. In 5. de accusatione. c. ueniens. & De homicidio. c. ad audientiam. Item de Instantia in c. Venerabil. de iudi. De testibus post publicationem fraternitatis. De uisitatione. Vide Aeneam Syluium in fine capitis 55. descriptionis Europæ.

T. *in appēdice* MARIANVS, natione Romanus, patria Zinizanensis, ordinis eremitarū S. Augu-
M.1500. stini,

ſtini, theologus conſultiſſimus, ac totius ordinis generalis Prior, &c. Quanta huius uiri doctrina, quanta eloquentiæ uis ac maieſtas fuerit, partim ex ſermonibus, partim ex epiſtolis & orationibus à ſe eruditiſſimè æditis quiſq; dilucide elicere poteſt. Scripſit enim ſermones uarios.

Orationum, lib. 1. Epiſtolarum, lib. 1.

MARINVS Neapolitanus philoſophus & rhetor, diſcipulus & ſucceſſor Procli, uitã eius proſa & uerſibus conſcripſit, quæ etiamnum extat. Vide plura apud Suidam, qui duobus locis proximis mentionem huius Marini facit.

MARINI Barletij Scodrenſis ſacerdotis, ex Epiro oriundi, de uita, moribus, ac rebus geſtis, præcipue aduerſus Turcas Georgij Caſtrioti Epirotarum principis (qui propter celeberrima facinora Scanderbegus, id eſt, Alexander dominus uel magnus cognominatus fuit) libri tredecim ad Donferandum Caſtriotum eius nepotẽ, pure ac eleganter conſcripti. Crato Mylius excudit Argentorati in fol. 1537. cum indice, chartis 96. In præfatione teſtatur ſe memoriæ mandare res à maioribus diligenter relatas, & à quibuſdam quoq; qui interfuerunt uiſas, fideméq; plurimorum & ueracium uirorum ſequi. Vtilis eſt hæc hiſtoria præter cætera, quod ad exactam multorum in ea regione locorum deſcriptionem. *Hæc hiſtoria habetur etiam in lingua Germanica.*

MARINI Becichemi Scodrenſis opera quædam impreſſa feruntur.

Prælectio in Plinium excuſa Lutetiæ in fol. cum alijs, &c.

Ratio ſcribendarum epiſtolarum, impreſſa Baſileæ, 1541. apud Oporinum.

Caſtigationes eius in libros Ciceronis de Oratore, de Inuentione, & in Rhetorica ad Herennium Rob. Vuinter excudit Baſileæ, 1541. cum commentarijs diuerſorum in omnes Ciceronis libros de arte rhetorica.

MARINVS Sanutus, patricius Venetus, ſcripſit *T. in appẽdice.*

De magiſtratibus Venetis, lib. 1. De uitis principum Venet. lib. 1.

De bello Gallico libros quoſdam & Latine & uulgariter. Et alia quædam.

* De huius uiri ſcriptis uide præfationem Aldi in opera Angeli Politiani.

MARIVS Galeota Moneſteratij princeps uertit aliquot orationes Gregorij Nazianzeni: & neſcio quæ opuſcula Plutarchi.

MARIVS Maximus principes Romanos deſcripſit. Raph. Volater. Politianus intercidiſſe conqueritur.

MARII Ruſtici librum Domitius Calderinus cæteris incognitũ ſe gloriabatur è Gallia attuliſſe, qui tamen codex, ne extincto quidem illo, nunquam apparuit. Ang. Politianus in præfatione in Sueton.

MARII Nizolij Brixellenſis Obſeruationes in Ciceronem, ordine literarum digeſtæ, quibus omnis uere Latine loquendi ratio, & quot quibuſq; modis unaquæq; uox diſtingui uariariq; poſſit, per exempla Ciceronis planè demonſtratur. Liber qui omnium Grammaticorum uicem unus cumulate præſtet, & ad quam quaſi normam ſi cuncta eorum præcepta requirantur ac dirigantur, facile ueráne ſint an falſa appareat. Denicq; omnibus bene dicendi atq; eloquentiæ Latinæ ſtudioſis ſumme utilis ac neceſſarius, diligentiſſima cura ac maximis laboribus collectus. Acceſſit præterea diuerſarum Ciceronis æditionum Collatio, qua ceu Theſei filo in ſingulis locis inquirendis, uti commodiſſime ac citra negotium licebit. Rober. Vuinter excudit Baſileæ, 1536. in fol. chartis 245. & rurſus anno 1542. adiectis etiã illis uocabulis quæ Baſilius Zanchus poſt Nizolium ex Cicerone collegerat.

MARIVS Philelfus, Franciſci Philelfi ſupradicti filius, eques auratus (quales noſtri milites appellãt) & laureatus poëta, ſcripſit inter cętera, opus præclarũ pręceptorũ, *T.M.1480.*

Artis rhetoricæ, lib. 3. Decreueram iam dudum.

Orationes elegantes, lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1.

Cantilenas & rhythmos. Sed & alia multa metro & proſa compoſuit, quæ ad me non uenerunt.

MARIVS Salomonius Albertiſchus, eques Romanus, Baptiſtæ Caccialupi auditor, in gratiam Iulij Medices Cardinalis inſtituit diſputationem ſuper lege Gallus in ff. Tit. de liberis & poſthumis, quam publice exegit in magno Cardinalium 22. Epiſcoporum, Iureconſultorum, & omnis generis doctorum conuentu, poſteaq; in iuſtos commentarios redactam ædidit. Hortatu Leonis X. pontificis iam ſenex incœperat in libros ff. exactiorem interpretationem cõſcribere, iamq; in librum 1. abſoluerat, cum morte interceptus periit. Scripſit præterea Repetitiones & tractatus aliquot, quæ uulgo impreſſa habentur. Item Commentaria de probationibus, & libros de Principatu ad Leonem X. Hæc ex uitis Ioan. Fichardi.

Commentarioli in librum Pandectarum iuris, cum pulcherrimis annotationib. & inter cætera uerus & hactenus non perceptus ſenſus l. 1. de iuſt. & iure. Tractatus de bono & æquo ab alijs non explicitus. Repetitio in l. ut uim. Item in l. omnes populi, conciliatis ueterum & nouellorum iuriſconſultorum traditionibus, Commentariorum lib. 6. Tractatus de uoluntario & inuoluntario. Vera enarratio in l. 1. & l. penul. de conſtit. princ. Similiter & in l. 1. de Senatoribus, & in ſequentes legum titulos uſq; in finem. Cratander excudit Baſileæ, 1530. in fol. chartis 32.

In l. Gallus, & in paragr. Reſponſa prudentum paradoxa, ibidem eodem tempore excuſa, in fol. chartis 39. Citatur quoq; ſcriptum eius de origine iuris l. 1. & 2. & Commentarius peculiaris in 1. ff. uet. uſq; tt. de officio aſſeſſoris, incluſiue.

MARIVS Sergius. Vide in Seruio.

MARIVS Victorinus Afer D. Hieronymi præceptor, qui ſtatuam meruit in foro Traiani, ab alijs M. Fabius Victorinus nominatur.

T.C.360. † Hoc Hieronymus ſcribit tantum de libris contra Arium, qui (inquit) ab eruditis modo intelliguntur.

Victorinus Afer, uir conſularis, conuerſus ad fidẽ Chriſti in ſenectute ſua multos in ſcripturis ſanctis tractatus ædidit † more dialectico ſatis obſcuros, de quibus extant ſubiecti.

Contra Arianos,	lib. 2.	
De ſancta Trinitate,	lib. 1.	In primo ſermone.
Contra hæreticos,	lib. 1.	Logos uel, &c.
De homouſion quoq;,	lib. 1.	Viuit ac uita unum.
De Trinitate hymnorum	lib. 1.	Adeſto lumen uerum.
In Epiſtolas apoſtoli Pauli,	lib. 14.	Et quædam alia.

* Marij Victorini aduerſus Arium libri 4. chartæ ſunt 17. & dimid.

Eiuſdem hymni 3. primus de Trinitate cum oratione de homouſio recipiendo: ſecundus implorat miſericordiam Chriſti, tertius iterum de Trinitate: charta 1. & trib. quadr.

Eiuſdem de Machabæis carmen eruditũ, ſed multis in locis deprauatũ: chartis 2.

» Ex præfatione Io. Sichardi. In iſtis Victorini libris 4. de Trinitate iniquiſſime » accepti ſumus, non tam difficultate argumẽti, quod tractant, quàm dictionis ſale» bris: dum ſic loquitur Afer, quaſi hoc agat ne à recte Latinis intelligatur. Hen. Petrus excudit Baſileæ, 1528. in fol. cum uarijs aliorũ opuſculis contra hæreticos.

Commentarij in Ciceronis rhetoricam ueterem, ſiue de inuentione libros 2. impreſſi Venetijs, 1500. in fol. & Coloniæ apud Gymnicum, 1535. in 8. ex caſtigatione Gyberti Longolij cum eiuſdem Gyberti annotationibus in obſcuros locos rhetoricorum ad Herennium: & Pariſijs, 1537. apud Rob. Stephanum. Poſtremo Baſileæ, 1541. in fol. à Rob. Vuinter, chartis 23. & dimid. cum Commentarijs diuerſorum in omnes rhetoricos Ciceronis libros.

Porphyrij iſagoge ex translatione Victorini cum Boëtij commentarijs extat.

M. Victorini Grammatici & rhetoris de enunciatione literarum, orthographia & ratione carminũ ſiue metris comicis libri 4. excuſi Baſileæ apud Adam Petrum cum Rhemnio Palæmone, & alijs antiquis Grammaticis, in 8. 1527.

† Eig in Geneſ. lib. 3. et ad Salmonem Abbatem Epistola carmine ecta sunt Basil. in 8. cum aliis veterum poetarum scriptis.

Extant

Extant & eius in poëtica commentarij exquisitæ frugis, si integri & non mutili à studiosis haberentur. Lilius Gyraldus: apud quẽ plura de uita ipsius dicuntur. Videtur autem non alium intelligere librum, quàm qui ab ipso de ratione carminum & metris comicis scriptus est. Victorini cuiusdam cõmentaria in Apocalypsin Parisijs ædita sunt, sed alterius opinor authoris, uide in litera V.

MARSILII Physica, Commentarij de generetatione & corruptione, Opus de religione Christiana: Libri sunt impressi in Italia haud scio an unius authoris. Conijcio tamen physica, & commentarios de generatione esse Marsilij de Ingen, de quo inferius.

MARSILIVS Ficinus, natione Italus, patria Florentinus, sacerdos, Ficini medici filius, utraq; lingua peritissimus, Platonicæ theologiæ unicum decus, scripsit ornato sermone multa præclara opuscula, de quibus subiecta feruntur: T. cl. 1490.

Theologia notabilis, lib. 1. Quemadmodum in perme.
De intellectu & intelligentia, lib. 1.
In conuiuium Platonis, † lib. 1. Plato philosophorum pater.
Epistolarum, lib. plures.
Et alia complura. E Græco autem multa transtulit in Latinum. Librum Xenocratis Platonici de morte, ad Petrum Medicẽ. Ad Ioannẽ Caualcantem Speusippi, Alcinoi, & Pythagoræ opuscula traduxit. Alia insuper complura, & traduxit & scripsit, quæ ad notitiam nostræ lectionis minime uenerunt.

† Habetur cum Platone ex uersione ipsius.

De triplici uita libri 3. Primus docet de studiosorũ sanitate tuenda: secundus, de uita producenda: tertius, de uita cœlitus comparanda. Apologia, in qua agitur de medicina, astrologia quod ad sacerdotes pertineant: & de uita mundi, deq; magia & magis, qui Christum statim natum salutauerunt. Ad hæc, Antidotus Epidemiorum, & præseruatio secundæ ualetudinis. Cratander excudit Basileæ, 1532. in 8. cum indice: chartis 24. Libri de uita singuli per capita diuiduntur, & multa in illis superstitiosa ex astrologiæ obseruatione traduntur. Audio illum iam senem in Fr. Pici gratiam, siue argumentis illius persuasum, astrologiam ceu uanam reiecisse, qua de re in epistolis eius quædam legisse memini.

Idem opus de triplici uita. De uoluptate lib. 1. De sole & lumine lib. 2. Apologia in librum suum de lumine. Libellus de magis. Quod necessaria sit securitas & tranquillitas animi. Vno uolumine excusa sunt Venetijs apud Aldum in fol.

De animorum immortalitate & æterna felicitate libri 18. ad Laurentium Medicen, typis excusi, ni fallor.

Epistolarum uolumen iustum, impressum in Italia in fol. & olim in Germania in 4. Paucæ ex illis familiares sunt, plæræq; philosophicæ præsertim Platonicæ, ita ut etiam integri cõmentarij dici possint, & uelut epitome Platonis philosophiæ. Opus est omnino uaria eruditione refertum. Lod. Viues cum Angeli Polit. Hermolai Barbari & aliorum meminisset, quorũ æditæ sunt epistolæ, subdit: Admiscuit se his Philosophaster Marsilius Ficinus, ut oloribus gauia: atque epistolas " compositurit, ut de Platonicis quæstionib. disputaret, dictione inuenusta & molesta. "

Theologia naturalis, typis excusa.

Epistola Veritatis de institutione principis ad Cardinalem Riarium.
Oratio Christiani gregis ad Xystum pont. Rom.
Declamatiuncula ad genus humanum de uitæ institutione. De officijs.
Oratio ad Deum theologica per Marsilium Ficinum. Thomas Vuolff excudit Basileæ, 1519. in 4. chartis quatuor.

Dionysium martyrẽ de mystica theologia & diuinis nominibus transtulit: quæ translatio excusa est Coloniæ, 1536. cum Dionysij Carthusiani cõmentarijs in omnes libros Dioñ. martyris: & Venetijs, 1538. in 8. Latine & Græce cum commentarijs per ipsum Ficinum adiectis.

Aeneæ Platonici Theophraſtum, cuius ſupra meminimus, Latinum fecit.

Ex Athenagoræ philoſophi Græco libro de reſurrectione ſummã in duo capita redegit, ubi oſtẽdit, præſertim in ſecundo, quod ex prudentia iuſtitiaq; diuina reſurrectio ſit: charta dimid. et paulò plus: impreſſa olim Baſil. in 4. cũ Aenea Platonico.

Paraphraſes in Theophraſtum & Priſcianum de ſenſu, phantaſia, intellectu, & alia quædam Marſilij, Aldus excudit Venetijs.

Paraphraſes in Iamblichũ de myſterijs Aegyptiorũ, &c. Vide ſupra fol. 368. b.

Platonis opera omnia Latina fecit, & illuſtrauit argumentis, quæ compendiorũ quoq; & commentariorum uicem præſtant. Impreſſa ſunt Baſileæ in officina Frobeniana ex recognitione Simonis Grynæi, cum indice.

De Alcinoo Platonico quem tranſtulit ſupra diximus, de Mercurio Triſmegiſto inferius dicturi: itemq; de Plotino, quem conuerſum doctiſſimis inſuper commentarijs enarrauit.

T.M.1594. MARSILIVS de Ingen, natione Anglicus, uel ut alij uolunt Germanus, primus Heydelbergenſis gymnaſij plantator, canonicus etiam (ut Vuimphelingius teſtatur) & theſaurarius eccleſiæ S. Andreæ Colonien. ædidit non ſpernenda opuſcula, è quibus in bibliotheca Heydelbergen. hodie manu ſua ſcripta habentur.

† Impreſſæ opinor: citari enim apud recentiores aliquoties reperi.

Quæſtiones † ſententiarum, lib. 4. Dialectica notabilis, lib. 1. Commentariorum in Ariſtotelem, lib. plures. Et quædam alia.

* Vide ſupra in Marſilio, ſine alio cognomine.

MARSILIVS Patauinus ædidit librum qui inſcribitur Defenſor pacis, de re imperatoria & pontificia, id eſt de poteſtate Papæ & imperatoris in 3. partes ſectum, ad imperatorem Cæſ. Ludouicum Bauaricum à tribus Romanis pontificibus indigna perpeſſum, circa annum Domini, 1324. Impreſſus eſt in Germania, 1522. in fol. cũ indice: & præfatione Licentij Euangeli ſacerdotis. Opus eſt (ut habet inſcriptio) profuturum theologis, iureconſultis, & ſtudioſis omnibus.

MARSILII de S. Sophia tractatus ſiue Receptæ, id eſt, medicaminum particularium compoſitiones ſuper prima Fen quarti Auicennæ de febribus, unà cum cura omnium accidentium in febribus, quæ æquipollet practicæ à capite uſque ad pedes. Chartæ ſunt 20. & dimid. impreſſæ Lugduni, 1507. in 8.

Extant et cõſilia eius medica, maxime de auditu, tinnitu auriũ, de ſephiros, &c.

Marſilij cõmentaria ſuper poſteriore parte quartæ Fen primi canonis Auicennæ. Vide in Hugone Seneñ. fol. 340. 2. uerſu 2.

MARSYAS Pellæus hiſtoricus ſcripſit Macedonica. Eſt & alter MARSYAS Philippeñ. hiſtoricus iunior. Athenæus, & Suidas. MARSYAS Tabenus hiſtoricus ſcripſit archæologiæ libros 12. Fabuloſa, lib. 7. & alia quædã de patria ſua. Suidas.

MARTIANI imperatoris A. legum nouellarum liber excuſus Baſileæ apud Henricum Petrum cum Theodoſiano codice, 1528. in fol. chartis 2. cũ interpretatione inſtar epitomes. In ſingulis autem titulis Valentiniani nomen Martiano præponitur.

Tituli ſunt V.

Neminem exhiberi de prouincia ad Comitatum, niſi ad relationem iudicis, à quo fuerit appellatum.

De indulgentijs reliquorum. De prædijs ciuitatum omnium.
De matrimonijs Senatorum. De teſtamentis Clericorum.

Eiuſdem Edictum in Concilij Chalcedonenſis confirmatione: item Sanctio alia contra Eutychianos hæreticos: Habentur cum Recognitionibus Clementis. Vide in Valentiniano.

MARTIANI Minei Felicis Capellæ Carthagineñ. de nuptijs Philologiæ & Mercurij lib. 2. Eiuſdem de ſeptem artibus liberalibus libri ſinguli. Henricus Petrus excudit Baſileæ, 1532. in fol. Romæ uiuens de nuptijs Mercurij poëma

poëma compoſuit, quarum cõmento de artibus liberalibus tractat, quas in dotem Mercurio dedit, unà cũ Philologia uxore. Raph. Volaterranus. Latine multa ſcripſit, ſed nouo quodã & affectato ſcribendi genere, quo plæriq; in terra Africa uſi ſunt. Carmina multa ſuis libris inſeruit. Eius uero Philologiæ & Mercurij nuptiæ non aliud mihi eſſe uidentur, quàm figmentum quoddam poëticum, quod cum ſoluta oratione, tum pedibus aſtrictum conſcriptum ſit. Parum ab aliis ſcriptoribus antiquis, quod ſciam, celebratur, niſi in eo qui de diſciplina eccleſiaſtico-rum inſcribitur, qui à quibuſdam Seuerino Boëtio attribuitur. Dignitatẽ proconſularem geſſit. Multa in eo eſt & exotica eruditio, ſed propter ſtylum pueris non conuenit. Gyraldus de uitis poëtarum.

MARTIANVS Rota medicus Venetus, translationes aliquot librorũ Galeni caſtigauit in æditione omniũ Galeni operũ, quæ ante paucos annos Venetiis exiuerũt.

MARTINI Papæ epiſtola, cum pontificum decretis impreſſa.

MARTINI cuiuſdam (fortè Prædicatorum ordinis, de quo inferius) ſermones ſacri, impreſſi in Italia ut puto.

MARTINI cuiuſdam legum profeſſoris circa annũ, 1190. plæræq; in iure deciſiones à poſteris in controuerſiam uocatæ confutatæq; ſunt, adeò ut alicubi Iaſon dicere non uereatur, Martinum nihil unquam ſani ueriq; dixiſſe. Io. Fichardus.

MARTINVS Acakia Catalaunenſis, doctiſſimus noſtro tempore medicinæ profeſſor in gymnaſio Pariſienſi, Galeni de ratione curandi ad Glauconem libros duos Latinos fecit, & commentarios addidit. Colinæus impreſſit Pariſijs, 1538. in 4. chartis 40. Stilus purus & elegantiſſimus eſt.

MARTINVS de Arles ſcripſit de ſuperſtitionibus.

MARTINI Boleri ſcholia in orationem Ciceronis pro A. Licinio Archia, impreſſa Pariſijs, 1539.

MARTINI Borrhai, aliàs Cellarij, Stugardiani, natione Germani, de cenſura ueri & falſi libri tres, nempe: De pronunciato lib. 1. ex Ariſtotelis περὶ τῆς ἑρμηνείας libro. De ſyllogiſmo libri 2. ex Ariſtotelis τῶν ἀναλυτικῶν προτέρων libris. Leonardus Hoſpinianus impreſſit Baſileæ in 4. chartis 38. anno 1541. quo etiam ab authore perſcripti ſunt. Singulorum librorum capita enumerantur ab initio. Hoc breuiter dixerim, ſi quid ego iudico, hos libros omnium huius argumenti doctiſſime, & ad Ariſtotelicam methodum aptiſſime clariſſimeq; conſcriptos eſſe. Non ſolum autem res ipſas à philoſopho obſcure propoſitas, ſed phraſes etiam Græcas & uocabula interpretatur. In præfatione author ad Huldrichum ducem Vuirtenbergenſium ipſe ſua ſtudia & præceptores commemorat.

In Ariſtotelis Politicorum libros octo annotationes cumprimis eruditæ. Ioan. Oporinus excudit Baſileæ, 1545. in 8. chartis 33. cum indice. Ex præfatione authoris. Cum fortè in libros ab Ariſtotele de repub. ſcriptos, & à Ioachimo Perionio magna cura diligentiaq; in Latinam linguam conuerſos incidiſſem, Latinam uerſionem cum Græcis conferre cœpi: quo ſtudio ſtatim ita oblectatus ſum, ut Annotationum, quibus diſputationis methodũ, qua Ariſtoteles res ciuiles docet, & utriuſq; linguæ phraſes, Perionij eruditiſſimi uiri exemplo & opera fretus obſeruaui, præter conſilium cumulus accreuerit. *Ioach. Perionius.*

In Salomonis Eccleſiaſten Commentarius, cum præfatione ad Carolum v. Cæſarem. Robertus Vuinter excudit Baſileæ, 1539. in fol. chartis 51. Inueniés hic etiam (ſic habet inſcriptio) ad explicandum obſcuriora Salomonis loca quædam rerum Chriſtianæ pietatis inſignium, atque ad hoc ſæculum cumprimis pertinentium inſerta capita, &c.

Liber de operibus Dei, excuſus in 8.

MARTINVS Brennerus Biſtricienſis, Antonij Bonfinij rerum Vngaricarum opus nuper in lucem dedit, & epiſtolam præfixit, ut ſupra indicauimus.

MARTINVS Bucerus natione Germanus, uir tribus linguis eximie doctus, in sacris literis exercitatissimus, acris ingenij, & magnæ eloquentiæ, unus per multos iam annos ex ministris ecclesiæ Argentoratensis, multa literis mandauit, cum uernaculo, tum Latino sermone, ex quibus hactenus mihi uisa hæc sunt:

Sacrorum Psalmorum libri quinq;, ad Ebraicam ueritatē planius quàm uulgo genuina uersione in Latinū traducti, primum appensis bona fide sententijs, deinde pari diligentia adnumeratis uerbis, & argumentis adiectis. Explanatio eorundem familiaris, qua præter scopum & ordinem dictorum, singulæ propè uoces explicantur. Tractati sunt etiam aliquot loci communes ex fonte scripturarum, adhibita authoritate patrum. Georgius Vlricher excudit Argentorati hoc opus ab authore recognitum & auctum, anno 1532. in fol. chartis 171. Ab initio ponitur epistola nuncupatoria ad Franciscum Valesium Delphinum, Francisci Galliarum regis primogenitum: deinde Præfatio, qua & uersionis Psalmorum & explanationis redditur ratio: & de optimo genere interpretandi & explanandi scripturas, deq; fide commentariorum Ebræorum, authoribus Psalmorum, & inscriptionibus, disseritur. In explanatione (inquit) totos ingenij neruos huc intendi, ut germane singula & ante omnia iuxta historiam enarrarem, &c. Deinde cum Abrahamum filium Ezra & Dauidem Kimhi præ cæteris apud Iudæos Scripturæ interpretibus laudasset, subdit: Ab his fateor me in enarratione Psalmorum plurimum esse adiutum, quod & passim indicaui.

† Eorum index initio proponitur.

In sacra quatuor Euangelia enarrationes perpetuæ, secundū recognitæ: in quibus præterea habes synceriores theologiæ locos supra † centum, ad scripturarū fidem simpliciter, & nullius cum insectatione tractatos, adiectis etiam aliquot locorū retractationibus. Heruagius excudit Basileæ, anno 1536. in fol. cum indice copioso: chartis 110. Ex epistola nuncupatoria. Tertium iam æduntur hæ enarrationes, &c. In hac æditione, quoad eius fieri potuit, sic exponere atq; confirmare, maxime de quibus est hoc sæculo aliquid controuersiæ, operam dedi, ut facile quiuis cernat, ea sicut niti ipso uerbo Dei, ita minime quoq; dissidere ab orthodoxis patribus, et receptis prīdē in ecclesia catholica, cum dogmatis, tum institutis. Laudatur à doctis mira fœlicitas Buceri in his libris maxime dissidentes Scripturæ locos componendi.

Metaphrases & enarrationes perpetuæ epistolarū D. Pauli apostoli, quibus singulatim apostoli omnia, cum argumenta, tum sententiæ & uerba, ad authoritatem D. Scripturæ, fidemq; ecclesiæ catholicæ tam priscæ quàm præsentis, religiose ac paulò fusius excutiuntur.

Dissidentium in speciem locorū scripturæ, & primarū hodie in religionis doctrina controuersiarū cōciliationes & decisiones 42. Omnia citra dentē & ἐνωτικῶς, & ad cōmunem ecclesiarū restituendā concordiā modis omnib. accōmodata. Hæc est inscriptio uoluminis impressi Argentorati apud Riheliū, 1536. in fol. sed primū duntaxat Tomum hactenus impressum uideo, qui metaphrasim & enarrationem in solam epistolā ad Romanos continet, chartis 130. Ex epistola nuncupatoria. Primum parare instituī metaphrasim Apostoli, hoc est liberiorem, uel certis in locis, conuersionē, ubi nempe ille aut Ebraismis, aut suis idiotismis utitur. Secui capita Apostoli, prout ille nouis uel propositionibus uel probationibus utitur: deinde Sectionis cuiusq;, primum Expositionē, mox Interpretationem, postremo Obseruationes subieci, &c. Hęc singula rursus q̄modo tractauerit in sequētib. declarat.

Epistola D. Pauli ad Ephesios uersa paulò liberius, bona tamen fide sententijs Apostoli appensis, cum Commentario. Liber excusus in 8. chartis 14.

Tzephaniah, quem Sophoniam uulgo uocant, prophetarum epitomographus, ad Ebraicam ueritatem uersus, & commentario explanatus. Excusus Argentorati apud Heruagium, 1528. in 8. chartis 14.

Apologia,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1042] - 501r
PUBLIC DOMAIN

Apologia, qua fidei ſuæ atq; doctrinę circa Chriſti cœnam, quam tum ipſe tum alij Eccleſiaſtæ Argẽtoratenſes profitentur, rationem ſimpliciter reddit, atq; citra dentem repellit, quæ in ipſum epiſtola quædam Io. Brentij eccleſiaſtæ Halenſis, inſcio, ut creditur, authore ædita, crimina intẽdit. Libellus impreſſus in 8. 1526.

Præfatio in quartũ Tomum Poſtillæ Lutheranæ, continens ſummam doctrinæ Chriſti. Epiſtola explicans locum 1. Corinth. 10. An neſcitis quod qui in ſtadio currunt, uſq; ſed plures illorum non approbauerit Deus, cum Annotationibus in quædam paucula Lutheri. Epiſtola Mar. Lutheri ad Io. Heruagium ſuperiora criminans. Reſponſio ad hanc M. Buceri. Item ad Pomeranum ſatisfactio pro uerſione Pſalterij. Liber excuſus in 8. anno 1527. chartis 6.

De uera eccleſiarũ in doctrina, ceremonijs, & diſciplina, reconciliatione & compoſitione liber excuſus Argentorati apud Rihelium, in 4. 1542.

Acta Colloquij in comitijs Imperij Ratiſponæ habiti, quæ continent articulos de religione conciliatos & non conciliatos omnes, ut ab ipſo imperatore, ordinibuſq; Imperij ad iudicandũ & deliberandũ propoſiti ſunt. Liber ibidẽ excuſus, tempore & forma ijſdem. Aeditus eſt etiam Germanice.

Contra epiſcopum Abrincenſem defenſio, ibidem impreſſa, 1536. in 8.

Martini Buceri & Bartolemæi Latomi ſcripta duo aduerſaria, ibidem impreſſa 1544. in 4.

Scripſit etiam Germanice, De uera animarum cura librum, & Catechiſmum minorẽ, in quo explicantur articuli fidei, oratio Dominica, decem præcepta, & Sacramenta. Poſtremo contra ſcriptũ Pauli III. pont. max. ad Carolum, quo aſſeuerat ille Conuocationem conciliorum & reformationem eccleſiaſticam ad Cæſarem non pertinere. Omnes ibidem excuſi ſunt, primus anno 1538. in 4. ſecundus, 1543. in 8. tertius, 1545.

MARTINVS Cremonenſis quædam in iure ſcripta reliquit.

MARTINI Dorpij ſacræ Theologiæ profeſſoris Louanij oratio in prælectionem epiſtolarum D. Pauli, in qua tractat de laudibus Pauli, de literis ſacris ediſcendis, de eloquentia, de pernicie ſophiſtices, de ſacrorum codicum ad Græcos caſtigatione & linguarum peritia. Adiecta eſt & Deſ. Eraſmi epiſtola ad Dorpium. Chartæ 6. & dimid. impreſſæ Baſileæ, 1520. in 4. apud Frobenium. Paræneſis Iſocratis Rod. Agricola interprete ex recognitione Dorpij excuſa eſt Argentorati, 1520.

MARTINVS epiſcopus Braccarenſis concinnauit librum capitulorum ex diuerſis concilijs collectorum.

MARTINVS epiſcopus Dumienſis cœnobij rector quondam & abbas, ſcripſit ad Mitonem regem Galitiæ de quatuor uirtutibus quas Cardinales appellant, inſtructum uolumen quod prænotare uoluit. T. cl. 540.

Formulam honeſtæ uitæ, † lib. 1. Glorioſiſſimo & tran.
Epiſtolarum moralium, lib. 1. Et quædam alia quæ non uidi.

† Aliâs inſcribitur Conſarcinatio de quatuor uirtutibus, antehac Senecæ falſò attributa. Impreſſa eſt, Baſileæ opinor, cum præfatione Gilberti Cognati.

MARTINVS de Fano utriuſq; iuris profeſſor, ſcripſit in ſua facultate egregia uolumina, è quibus tantum reperi. T. cl. 1300.

De actionibus, lib. 1. Ego quidem Martinus.
De iudicio cauſarum, lib. 1. Quoniam plæriq; principa.

* Scripſit præterea, De exceptionibus. De modo ſtudendi. De negatiua probanda.

MARTINVS Frechtus ſcripſit annotationes in Vuitichindi Saxonis rerum ab Henrico & Ottono I. impp. geſtarum libros 3. Excuſæ ſunt Baſileæ in fol. 1532. cum alijs multis.

MARTINVS Garrati iuriſperitus, ſcripſit de priuilegio & reſcripto.

MARTINVS Gregorius medicus noſtro tempore Lutetiæ, uir utraq; lingua doctiſſimus, aliquot Galeni librorũ translationes ad Græca exemplaria caſtigauit, ex quibus memini uidere Medendi methodum:

Introductionem in pulſus. De motu muſculorum, lib. 2.
De uſu partium libros 17. De alimentorum facultatibus, lib. 3.
De attenuante uictus ratione, lib. 1. Qui omnes Pariſijs ante paucos annos impreſſi ſunt.

MARTINI Hilacomili inſtructio in Chartam itinerariam, excuſa Argentorati, 1511. in 4. cum luculentiore ipſius Europæ enarratione per Ringmannum Phileſium, chartis 6.

MARTINVS Laudenſis iuriſperitus ſcripſit Commentarios ſuper Feudis, quos uidi impreſſos. In 1. ff. Vet. de rei uendic. De bello & duello. De Cardinalib. De dignitate. De crimine læſæ maieſtatis. De milite. De primogenitura. De moneta. De priuilegio fiſci. De priuilegio reſcrip. De principibus. De conſiliarijs & legatis principum, & de officialibus dominorum, de caſtellanis & caſtris, de confœderatis. Diſputationem de legitimatione ſpuriorũ, quæ incipit, Augerius: & aliam de præſcriptionibus incipit, Laudenſis.

MARTINVS Lutherus, natione Germanus, monachus olim Eremitarum D. Auguſtini Vuitebergæ in Saxonia, & ſacræ Theologiæ doctor, primus noſtro ſæculo in abuſus eccleſiæ palàm inuectus eſt, ac æditis libris ſola fide per Chriſtum & mera gratia, iuxta D. Auguſtini quoq; ſententiam, fideles iuſtificari aſſeruit, arbitrij libertatem impugnauit, & fœlicius quàm ſuperiorum aliquot ſæculorum ulli doctores genuinum Scripturæ ſenſum eruere cœpit, eumq; omnibus cõmunem & clarum facere. Quamobrem ei plurimum debet Eccleſia renata: ſed nos in præſentia laudes eius, cum adhuc in uiuis ſit, præteribimus: illud uero diſſimulandũ non eſt, Virum eſſe uehementis ingenij, impatientem, & qui niſi per omnia ſibi conſentientes ferre neſciat. Eccleſiam noſtram damnare non ueretur, quantum in ipſo ſitum eſt, quod Dominũ Chriſtum in cœna ſpiritu potius & gratia efficaci ſuis ſymbolis præſentem fidelium animos uere paſcere, quàm corporeo modo à quibuſuis aſſumi, agnoſcat. Dominus faxit ne quid contentione & impudentia oris obſit eccleſiæ ſuæ, cuius olim crepundia tam feliciter promouit.

Plurima ſcripſit uernaculo & Latino ſermone: nos ordine quodã, primum Latine, deinde Germanice euulgata recenſebimus.

Quinq; libri Moſi, cum hiſtorijs Ioſue, Iudicum, & Regum: Item nouum Teſtamentum, ex recognitione M. Lutheri cum eiuſdem præfationibus. Opus excuſum Vuitenbergæ, 1529. in fol. chartis 134. Ex præfatiuncula prima. Cum
» ita deformatus eſſet Moſes, ut non poſſet emendari, niſi collatus ad Ebraicam le-
» ctionem, præſertim cum deeſſent nobis antiqui codices, hîc obiter inter conferen-
» dum animaduertimus, non in librariorum duntaxat incuriam multa errata reijci
» debere, ſed interdum interpretem etiam non ſatis oculatũ fuiſſe. Quare paulatim
» creuit labor, & cum interpretatio plæriſq; locis mutanda eſſet, noua propemodũ
» translatio nata eſt, ut per omnia reſponderet Latina lectio Ebraicæ. Quanquam
» autem in tanta occupationũ uarietate, non potuimus iuſtam operam in hanc rem
» collocare, tamen non dubitamus quin magnã lucem attulerimus huic parti quam
» nunc ædimus. Nos hoc polliceri bona fide poſſumus Moſen accurate recognitum
» eſſe, cum antea mirabiliter mendoſus fuerit.

COMMENTARII M. Lutheri in utriuſq; Teſtamenti libros: adiecimus autem in margine aſteriſcos illis, quos alij Latinos fecerunt ex Germanica lingua.

Conciones in Geneſin Latine exceptæ.

Enarrationes in undecim capita Geneſeos, collectæ ab ore enarrantis in Schola M. Lu-

M. Lutheri per Doctorem Caſparem Crucigerum, M. Georgium Rorarium presbyterum, & M. Vitum Theodorũ Eccleſiaſten Norinbergeñ. Impreſſæ Vuitenbergæ, 1544. in fol. chartis 90. Ex præfatione M. Lutheri. Extemporaliter & populariter omnia dicta ſunt, prout in buccam uenerunt uerba, crebro & mixtim etiam Germanica, uerboſius certe quàm mallẽ. Non quod falſa me dixiſſe mihi conſcius ſim. Vnum hoc ſpectaui ut quantũ poſſem uitarem obſcuritatem, &c. In epilogo promittit ſe etiam Abrahami hiſtoriã explicaturum, Deo fauente. Lutheri præfationem ſequitur altera Viti Theodori.

In 17. & 20. ca. Exodi.

Annotationes in Deuteronomion Moſis, excuſæ Vuitenbergæ, 1525. in 8. chartis 34. & dimid. Ex epiſtola nuncupatoria ad epiſcopum Sambieñ. Deuteronomion Moſi à me fratribus meis domi familiari colloquio tractatum, tuo nomini dicare inſtitui. Dedi autem operam, ut primo omnia ſimpliciſſime tractarem: nec paſſus ſum me rapi ad myſticas (quas uocant) expoſitiones, ſi quando occurrebant abſurdæ & ſtultæ leges, ut aliquibus uidentur. Adieci uero poſt & allegorias breues, ferè per ſingula capita, non quod magnopere eas curem, ſed ut præuenirem quorundam inepta ſtudia in allegorijs tractandis.

In Oſeam prophetam annotationes Vuitenbergæ prælectæ, & excuſæ Baſileæ apud Thomam Vuolphium, 1526. in 8. chartis 3.

Iona propheta cum annotationib. excuſus Argentorati apud Io. Knoblochium, * 1526. in 8. chartis 9. à Io. Lonicero in Latinum ſermonem è Germanico translatus. Fertur & Iuſtus Ionas hunc librum uertiſſe.

Enarratio in Ioëlem, Amos, & Abdiam.

Habacuc propheta cum annotationibus, eodem interprete. Argentorati, 1526. * in 8. chartis 9.

In Micham prophetam M. Lutheri Commentarius, ſtudio Viti Theodori concionatoris Norinbergeñ. collectus & diuulgatus. Adiecta eſt eiuſdem D. Lutheri doctiſſima, breuis & dilucida, & non parum diuerſa ab aliorum expoſitionibus enarratio in Cantica Canticorũ, cuius per ſe chartæ ſunt 7. Vueſthemerus excudit Baſileæ, 1543. in 8. cum indice, chartis 27. Vitus in præfatione ſcribit ſe publicare Lutheri dictata in Micham, quæ prius ipſi recognoſcenda miſerit. Adduntur etiam principales loci & ſententiæ concionum huius prophetæ per ſingula capita.

Scholia in Eſaiam, impreſſa anno 1532.

De Chriſto Ieſu puero nato ex nono Ieſaiæ capite uaticinium, cum Annotatio- * nibus Mar. Lutheri, à Io. Lonicero translatis. Heruagius excudit Argentorati, 1527. in 8. chartis 4. & dimid.

Præfatio in Pſalterium, Iuſto Iona interprete. *

In duas decades Pſalmorum Operationes (ſic enim appellare maluit, tanquam modeſtiore titulo quàm Interpretationes) iam ſecundo recognitæ, & impreſſæ Baſileæ ab Adam Petri, 1521. in fol. chartis 122. Tractantur etiam aliquot loci communes in hoc opere, ex quibus copioſe tractati hi ſunt: De impiorum nominib. De doctoribus uanitatũ. De ſpe & paſſionibus. De nomine Dei. De prædicatoribus. De fide & operibus. De cerimonijs.

Ex epilogo authoris. Et ſi in lingua Hebraica non uno loco me uideam erraſſe, metuo tamen ne pluribus in ſpiritu errauerim, quanquam mihi conſcius non ſim ſynceram & catholicam fidem à me uſpiam læſam. Quocirca per cõmunem Chriſtum eruditiores rogo, mea negligant: tum chalcographos aut quoſuis inuulgatores librorum, ne iſta euulgent, donec uel ego uel alius errores aliquot craſſos emendauerimus. In epiſtola quoq; ad Con. Pellicanũ in fine operis, errores aliquot emendandos indicat.

Lucubrationes in Psalmum 21. Deus Deus meus, &c. Qui est de passione Christi, quemcp; author uere uocat Psalmorũ omnium principem, in Tomo Operationum nuper excuso omissus. Ibidem excusæ, 1522. in 4. chartis 14.

Enarratio Psalmorum, 51. Miserere mei Deus, & 130. De profundis clamaui: nunc recens ædita. Mylius excudit Argentorati, 1538. in 8. cum Meditatione Sauonarolæ in Psalmum 51. chartis 19.

* Commentarius Psalmi 81. Deus stetit, Iusto Iona interprete.

In quindecim Psalmos graduum Commentarij, ex prælectionibus D. Mart. Lutheri summa fide collecti. Ibidem impressi, 1540. in 8. chartis 40.

In Psalmum 127.

Ecclesiastes Salomonis cum annotationibus D. M. Lutheri, correctus. Brubachius impressit Halæ Sueuorum, 1536. in 8. chartis 17.

Commentarij in Acta apostolorum.

Commentarius in epistolam Pauli ad Galatas impressus, anno 1520. in 4. chartis 32. & dimid. & iterum postea recognitus.

* In septimum caput primæ ad Corinthios exegesis. Sermo de matrimonio. Duorum de matrimonio thematum Analytica, nuper Latina facta per Io. Lonicerum. Libellus impressus Argentorati, 1525. in 8. chartis 9.

* Enarrationum in Epistolas & Euangelia, ut uulgo uocant lectiones illas, quæ in Missa festis diebus ex historijs Euangelicis & scriptis Apostolicis solent recitari, Tomi quatuor, quorum duos priores uidi impressos Argentorati, 1525. in 8. cum indicibus, chartis 45. & dimid. Initio præmittitur Methodus docens quid in Euangelijs quærendum, quidúe expectandum sit. Ex præfatione Mar. Buceri.

» Cœperunt quidam quæ Mart. Lutherus Germanice scripsit, in Latinam linguam
» uertere: inter quos & ego nuper Enarrationes in Epistolas duas Petri & unam Iu-
» dæ, quas à docente populum pius quispiam auditor exceperat, qualicunq; Latini-
» tate donaui, nunc etiam utcunq; uerti primum Tomum Enarrationum, quas ipse
» scripsit in lectiones illas, quæ festis diebus cum Missa recitantur. Primus To-
» mus enarrationes continet in quatuor duntaxat Epistolas & Euangelia, quæ qua-
» tuor Dominicis per Aduentum Domini, ut cum uulgo loquar, legi solent. Hune
» legite, donec & alios ædamus.

CATALOGVS primæ partis Lucubrationum Lutheri, quas ædidit usq; in annum 1520. excusarum Basileæ apud Adam Petri, eodem anno in fol. chartis 136. Promittuntur autem ædendi in altero Tomo Commentarij in Psalmos & Paulinas epistolas, quod nondum ex integro præstitũ puto.

Horum operũ bona pars prius quoq; simul excusa fuit, 1518. in 4.

Epistola Des. Erasmi ad episcopum Moguntineñ. Mart. Lutheri negocium nonnihil attingens.

Resolutiones disputationum de uirtute indulgentiarũ ad Leonem X. pont. max.

† *Syluester Prieras.*

Fratris † Syluestri Prieratis, ordinis Prædicatorũ, sacri palatij magistri ad Martinũ, liber dialogorum. M. Lutheri ad eundem Syluestrum Responsio.

* *Andreas Bodenstein.*

Contra D. Io. Eccĩũ Ingolstadieñ. Sophistam Apologeticæ propositiones * D. Andreæ Bodenstein, archidiaconi Vuitenbergeñ.

M. Lutheri sermo de pœnitentia. Sermo de indulgentijs.

Sermo de matrimonio. De decem præceptis declamatiunculæ populares.

De triplici iustitia. De uirtute excommunicationis sermo.

Sermo de digna præparatione ad Sacramentum Eucharistiæ.

Quomodo Christi passio sit consyderanda.

Acta M. Lutheri Augustæ apud D. Legatum Apostolicum.

Ioan. Eccius.

Propositiones Io. Eccij & M. Lutheri Lipsiæ disputatæ, cum epistolis eorundem.

De eadem disputatione Lipsica, Resolutio Lutherana.

Depo-

De potestate Papæ Resolutiones Lutheranæ; (quæ & seorsim excusæ sunt in 4. chartis 11. & dimid. Basileæ opinor.)
Defensio contra Ioan. Eccium, qui propositiones quasdam hæreticas Luthero af- Idem.
finxit, ædito quodam libello.
Canonicorum indoctorum Lutheranorum, ad Ioan. Eccium responsio.
Condemnatio doctrinalis librorũ Lutheranorũ per Magistros nostros Louanien-
ses & Colonienses facta.
Responsio M. Lutheri ad condemnationem Loua. & Colonieñ.
Confitendi ratio. In Epistolam D. Pauli ad Galatas commentarius.
Resolutiones duodecim propositionum, quas M. Lutherus in Lipsica disputatio- Idem.
ne contra Ioannem Eccium defendit.
Additio seu locupletatio, quam Martinus post Disputationem Lipseñ. adiecit.
Resolutioni suæ super Propositione 13. de potestate Papæ.
ALII quidam libelli seorsim æditi, & Apologiæ: quanquam ex supe-
rioribus quoq; nonnulli seorsim excusi sint.
Enchiridion Catechismi pro pueris instituendis, Iusto Iona interprete. Rihe- *
lius excudit Argentorati, 1536. in 8. cum Psalmis quibusdam à Philippo Melanch-
thone ex Hebræo uersis: chartis 2. & dimid.
Enchiridion piarum precationum, Iusto Iona interprete, cum Calendario & *
Passionali, ut uocant, &c. excusum Vuitenbergæ, 1529. in 16. chartis 39.
De libertate Christiana dissertatio recognita, cum epistola ad Leonem X. pont.
max. Chartæ 6. & dimid. in 4. impressæ, 1521. Vuitenbergæ.
Tessaradecas consolatoria pro laborantibus & oneratis, impressa 1521. in 4. char
Propositiones de uotis monasticis. (tis 6.
Iudicium de uotis monasticis, excusum Basileæ, 1522. in 4. chartis 17. Vide su-
pra in Io. Briesmanno.
De bonis operibus libellus è Germanico uersus per Iustum Ionam. *
De Christo nato ex semine Abrahæ libellus, eodem interprete. *
De captiuitate Babylonica ecclesiæ libellus.
De instituendis ministris ecclesiæ ad Boëmos libellus, excusus anno 1523.
Libellus de Missa priuata & unctione sacerdotum, Iusto Iona interprete, publi- *
catus Vuitenbergæ, 1534. in 8. chartis 9. & dimid.
Libellus de formula Missæ & Communionis.
De constituendis scholis libellus, Iusto Iona interprete. *
Homiliæ de Baptismo.
Supputatio annorum mundi, excusa in 4. 1541.
Exhortatio, qua perstringuntur hi, qui neglecta doctrina fidei & articulo sum-
mo iustificationis, &c. nouis & impijs dogmatibus tantum turbant ecclesias. Io.
Secerius excudit Haganoæ, 1530. in 8.
De seruo arbitrio liber ad Erasmum Roterod. excusus 1526. in 8. chartis 24.
Epistola ad amicum de fucata Erasmi Spongia, deq; Christi regno syncerius tra
ctando: excusa Vuitenbergæ, 1523. in 8.
M. Lutheri iudicium de Erasmo Rot. & Epistola ad Vuolfgangũ Capitonem,
quibus adduntur: Philippi Melanchthonis de Erasmo & Luthero elogion. Philippus Me-
Ratio discendi per eundẽ tradita. Eiusdem quo iudicio Augustin. Ambrosius, lanchthon.
Origenes, ac reliqui doctores legendi sint. Chartæ sunt 3. excusæ in 4. 1522.
Assertio omnium articulorum per nouissimam Leonis X. bullam impie & frí-
gide damnatorum: excusa 1521. in 4. chartis 10. & dimid. Nescio an idem sit liber,
cuius inscriptio est: Articuli fidei contra Papam, impressi 1543. Vuitenbergæ.
Aduersus falsò nominatum ordinẽ episcoporũ libellus; & alius aduersus Ben- *
nonem episcopum nuper apud Misnios in diuorum numerum referendum, nunc

primum è Germanico in Latinum translatus. Excusi in 8. chartis 9. 1525.

Contra Henricum regem Angliæ liber longe alius, quàm ille quem ante hunc uernacula lingua scripsit. Excusus Vuitenbergæ, 1522. in 4. chartis 8.

Confutatio rationis Latomianæ pro incendiarijs Louanienſis ſcholæ ſophiſtis redditæ: ibidem excusa, 1522. in 4. chartis 16.

De Iudæis & eorum mendacijs liber, Iusto Iona interprete, excusus Francfordiæ apud Brubachium, 1544.

APOLOGETICA, quæ ſuperius expreſſa non ſunt.

Apologia ſuper quadam Ecciana purgatione.
Aduerſus malignũ Eccĳ iudiciũ. Ad Aegocerotem Emſeri.
Ad ſchedulam inhibitionis epiſcopi Miſnenſis. Libellus excuſus, 1520.
In epitomen Syluestri. Appellatio repetita & renouata.
Aduerſus execrabilem bullã Antichriſti. Reſponſio Cæſari Vuormaciæ, 1521.
Aduerſus Ambroſium Catharinum reſponſio, cum uiſione Danielis.
Aduerſus Cochleum, 1525. Propoſitiones de digamia epiſcoporũ, 1528.
Propoſitiones de eccleſia. Libellus propoſitionũ ſubinde diſputatarũ.
Appellatio ad Concilium. Charta eſt 1. excuſa in 4.
Reuocatio ad S. Sedem. De ſublimiore mundi poteſtate.

PRAEFATIVNCVLAE & epiſtolæ aliorum ſcriptis præfixæ, præter nominatas ſuperius.

Epiſtola in meditationem H. Sauonarolæ.
Epiſtola ad Iuſtum Ionam affixa Apologiæ contra Fabrum.
Epiſtola præmiſſa mandatis duorum epiſcoporum.
Epiſtola quædam ad Carolum Sabaudiæ ducem.
Octonarius Dauidis uerſus.
Præfatio in Commentarium authoris innominati ſuper Apocalypſin.
Epiſtolæ duæ ad Epiſcopum Maguntinenſem & Marsburgenſem.
Epiſtola præmiſſa apologiæ D. Apelli.
Epiſtola ad Caſelium cum mandato ad Argentinenſes.
Præfatio in libellum de moribus Turcarum.
Exemplum theologiæ ſiue doctrinæ papiſticæ, 1531.
Præfatio in commentarium Ioan. Brentĳ in Amos, 1530.
Præfatio in homilias eiuſdem. Præfatio in Athanaſĳ opuſcula, 1532.
Præfatio in commentarium Iuſti Menĳ ſuper Samuelem, 1532.
Præfatio in Alchoranum impreſſum. HACTENVS Latina M. Lutheri opera enumeraui, partim ex catalogo impreſſo Vuitenbergæ, 1533. in quo omnia ipſius opera recenſentur quæcunq; Latine aut Germanice ædidit ab anno, 1518. uſq; ad annum 1533. partim ut ipſe uidi, partim ut ab alĳs audiui, aut legi.

CATALOGVS operum à Martino Luthero Germanice æditorum, quem ex eodem libello iam nominato, ut potui ex tempore Latinum feci.

EXPOSITIONES, uel commentarĳ.

Orationis Dominicæ pro laicis.
Septem Pſalmorum pœnitentialium, anno 1519. & iterum anno 1525. ex recognitione authoris. Pſalmi 110. Dixit Do.
Pſalmi 68. de aſcenſione Chriſti, anno 1521. Pſalmi 37. ad Vuitenbergenſes.
Cantici bea. Virginis Magnificat. Hiſtoriæ euangelicæ de leproſis.
Euangeliorum & Epiſtolarum ab Aduentu uſq; ad Paſcha.
Capitis 17. ad Corinth. Pſalmi 127. Niſi Dominus, ad Lifflandienſes, anno 1524.
In prophetam Ionam, anno 1526. In Habacuc prophetam.
De natiuitate Chriſti Eſaiæ 9.

Quatuor

Quatuor Psalmorum, nempe 37. 62. 94. 108. ad reginam Vngariæ, anno 1527.
In Zachariam prophetam. Psalmi 82, anno 1530.
Psalmi 117. Psalmi, Confitemini. Psalmi 111.
Summaria in totum Psalterium, 1533.

SERMONES.

De indulgentijs, cum responsione contra Tetzelum, anno 1518.
De præparatione ad Eucharistiam. De matrimonio.
Sermo Lipsiæ habitus in Disputatione. De oratione in dieb. Rogationum.
De sacramento pœnitentiæ. De baptismo.
De Sacramento altaris, & de confraternitatibus.
De excommunicatione, 1520. De meditatione passionis Christi.
De præparatione ad mortem. De digna fruitione Eucharistię in die Cœnæ dominicæ, 1521.
De S. Ioanne Baptista, 1522. De iniquo Mammona.
De uiro diuite & Lazaro. De usura.

LIBRI ad docendum & adhortandum compositi.

De bonis operibus. De nouo Testamento. De Christiana libertate.
Institutio confitentium, ne errent legendo libros prohibitos.
Tessaradecas consolatoria, à Spalatino Germanice reddita.
De confessione, cum expositione Psalmi 118.
De utraq; specie sacramenti, & alijs innouationibus, 1522.
De hominum doctrina uitanda. De uita coniugali. De abusu Missarum.
De uotis, per Iustum Ionam Germanice redditus.
De magistratu sæculari, 1523. Libellus precum, qui & auctus est, 1529.
De modo baptizandi. De adoratione Sacramenti.
Quod uirginibus monialibus liceat relinquere monasteria.
Iesum Christũ natum esse Iudæũ. De ordine diuini cultus in ecclesia.
Vnamquanq; ecclesiam Christianam iure posse iudicare de doctrina, &c.
Institutio ecclesiasticæ eleemosynæ.
Epistola ad quæstionem, An aliquis sine fide mortuus beari possit.
Liberos à parentibus ad matrimonium non cogi, nec impediri debere, 1524.
De contractibus, & usuris.
De eligendis & initiandis ecclesiæ ministris libellus ex Latino uersus.
Modus Christianam Missam celebrandi, ex Latino uersus.
Missa Germanica & officium diuinum, 1526.
An milites saluari queant. An in epidemijs fugere liceat, 1527.
Articuli ex libro de uotis excerpti. De bello contra Turcam, 1529.
Catechismus maior. Catechismus minor. De casibus matrimonialibus.
Confessio fidei per axiomata 17. cum præfatione, 1530.
Canticum Mosis, Deuteronomij 32. Germanice redditum.
Benedictio Mosis quæ in Missa recitatur, exposita.
De testamento uerborum ultimorum Dauidis de regno dei.

ADHORTATIONES, seu Paracleses.

Ad nobiles Germanorum de emendatione Christianæ reipub. 1520.
Epistola ad Leonem x. pont. max. cum libello de libertate Christiana.
Hortatio de seditione cauenda.
Epistola consolatoria ad quendam Hartmutum à Cronberg, 1521.
Epistola aut institutio ad Erfordienses de sanctis.
Interpretatio de uitulo monachali & Asino papistico, 1522.
Ad Christianos in Hollandia & Brabantia. Ad Christianos in Liffландia.
Ad dominos S. Mariæ ordinis Teuthonicorum, ut matrimoniũ contrahant, 1523.
Epistola consolatoria ad Augustanos Vindelicos.

Ad comites de Mansfeld hᵉſtoria, quomodo monialis quædam diuinitus euaſerit.
Epiſtola conſolatoria in Chriſto ad Miltembergenſes, cum Pſalmo 119.
Ad ciuitates Germaniæ de ſcholis Chriſtianis, 1524.
Epiſtola ad principes Saxoniæ de ſpiritu ſeditioſo.
† Schuuermero. Epiſtola ad Argentinenſes de ſpiritu † fanatico.
De fratre Henrico combuſto in Dittmar, cum nono Pſalmo, 1525.
Exhortatio ad pacem, ad ruſticos. Horrenda hiſtoria & iudiciũ ſuper Thoma
Ad præceptorem Liechtenbergæ, ut matrimonium contrahat. (Muntzero.
Hortatio ad externum Dei cultum, ad Liffландienſes.
Epiſtola ad Chriſtianos Antuerpiæ, contra ſpiritus corporeos.
Ad Halenſes conſolatio de morte Concionatoris eorum, 1527.
Hiſtoria de felice morte Leonhardi Keſeri.
Concio claſſica aduerſus Turcas, 1529. Articuli concluſi Marpurgi.
Exhortatio ſuper libello Dominæ de Mœnſterberg.
Epiſtolæ quædam ad Marchionem Brandenburgen. 1530.
Adhortatio quædam ad eundem.
Exhortatio ad perſonas eccleſiaſticas Auguſtæ Vindelicorum in comitijs.
Epiſtola ad Cardinalem Moguntiæ, cum ſecundo Pſalmo.
Pueros diligenter ad ſcholas mitti debere.
Adhortatio ad Euchariſtiam. Admonitio Germanorum, 1531.
Ad Marchionem Albrechtum in Pruſſia, aduerſus ſeditioſos ſpiritu.
De illis qui clam & in angulis concionantur.
Epiſtola ad Francfordienſes & Millhuſen. 1532.
TOTA Biblia Germanice reddita.
Nouum Teſtamentum cum præfationibus, ex ultima recognitione, 1533.
Pentateuchus Moſis: Hiſtoriæ Ioſue, Iudicum, Regum, Chronica, Eſra, Eſther, Hiob, Pſalterium, Salomonis libri. Prophetæ omnes cum præfationibus, Sapientia Salomonis. Ieſus Syrach.

PRAEFATIONES in libros aliorum.

Præfatio in Danielem ad Ioan. Fridericum ducem.
In duo capita Danielis de Gog & Magog. In Conuenta cum ruſticis.
In excuſationem & declarationem Caroloſtadij.
In Syngrãma Concionatorũ Sueuiæ. In uiſiones fratris Nicolai in Heluetia.
In Papiſmum cum ſuis membris. In mendicorum dolos & nequitias.
In diuinationes Liechtenbergij. In ordinem Viſitatorum.
In Commentarios Phil. Melanchthonis ad Coloſſen. quos Iuſtus Ionas uertit in Germanicam linguam. In libellum Iuſti Menij contra Franciſcanos Erfordi.
In commentarios in Prouerbia Salomonis, quæ Menius Germanica fecit.
In Oeconomiam Iuſti Menij. In librum Menij contra catabaptiſtas.
In libellum de matrimonio ſacerdotum C. Klingebeyls.
In libellum Ioan. Brentij de caſibus matrimonialibus.
In excerpta ex Decreto. In libellum Venatorij de moriendo.
In Pſalmũ Miſerere, Aegidij Fabri. In libellum de Sacramento M. Coldítz.
In libellum eiuſdem de eccleſia Chriſtiana.
In libellum de eleemoſyna Caſparis Aquilæ.
In confeſſionem fidei Vualdenſiũ. In libellum contra Vuitzelum.
In libellum de falſo ſanguine in Schuueryn.
Cantionale eccleſiæ. In Alcoranum Franciſcanorum.

LIBRI Πολεμικοί.

Reſponſio ad aliquot articulos, qui Luthero ab aduerſarijs eius falſò impoſiti ſunt.
Libertas Sermonis de indulgentijs. Declaratio Sermonis de Sacramẽto altaris.

Adſcri-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1050] - 505r

Ad ſcriptum Officialis Stolpenſis, Prouocatio. † Erbieten.
Appellatio renouata. De Papiſmo Romano contra Alueldium.
Aduerſus bullam Antichriſti. De Eccij bullis & mendacijs.
Ratiões & cõfirmationes omniũ propoſitionũ, quas Romana bulla dãnauit, 1521.
Cur libri Papales exuſti ſint. Ad Bockium Lipſiæ.
Ad reſponſum eiuſdem. Ad Chriſtianiſſimum librũ Bockij Emſeri.
Reſpõſio corã Cęſare Vuormaciæ. Antilogia ad Bockium Emſerum.
Recondemnatio aduerſus Theologos Pariſienſes.
Bulla cœnæ Dñi, cum pſalmo 10. Contra falsò dictum ſtatum ſpiritualium.
Reſponſio ad librũ regis Angliæ. Ad breue Papæ Adriani.
Aduerſus falſarios & corruptores mandati Cæſarei.
Contra cæcam & ſtupidam Vniuerſitatis Ingolſtadien. damnationem.
Cõtra nouũ idolũ in Miſnia, 1524. De duobus Mandatis contrarijs.
Manifeſtatio Antichriſti. Contra cœleſtes ꝓphetas, prima & ſecunda
Epiſtola de aſperitate libelli contra ruſticos ſcripti, 1525. (pars.
De abominatione Canonis Miſſæ.
De ſeruo arbitrio contra Eraſmum liber per Iuſtum Ionam Germanice uerſus.
Ad regis Angliæ ſcripta conuicijs plena, 1527.
Quod uerba Chriſti de Sacramento, firma permaneant, contra † fanaticos. † *Schwermeros.*
De catabaptiſmo, 1528. Confeſſio de cœna Domini.
Ad mandatum epiſcopi Miſniæ, de utraq; ſpecie Sacramenti.
De clandeſtinis & furtiuis literis contra Georgium principem Saxoniæ, 1529.
Palinodia de Purgatorio, 1530. De claubus.
Epiſtola de interceſſione ſanctorũ. Gloſſa putati Edicti.
Contra Meuchlerũ Dreſdenſem. Contra Iudæos, & eorum mendacia.
De Schem hamphoras, id eſt, nomine Dei tetragrammato.
Contra ducem Heinricum Brunſuicen.
Breuis cõfeſſio de Sacramento, impreſſa Tiguri, chartis ferè tribus, 1545. cum Reſponſione miniſtrorum eccleſiæ Tigurinæ Germanica, & Latina.

EPISTOLAE M. Lutheri.

Epiſtola ad principes & membra imperij Vuormaciæ.
Epiſtola ad Ioannem à Schleynitz, de quodam matrimonio.
Epiſtola ad tres uirgines pulſas Freibergo. Ad Eslingenſes.
Ad dominũ Vuolffium Salhuſen. Ad eccleſiam Vuormaciæ.
Ad Rutlingenſes. Ad dominum Bartolemæum à Starrenberg.
Ad dominũ Ioan. à Rechenberg. Ad ducem Georgium modeſta epiſtola.
Ad Catharinam Hornungam.

CONCIONES & expoſitiones, typis excuſæ Vuitenbergæ.

In primam epiſtolam Petri. In ſecundam eiuſdem, & unam Iudæ.
Pars æſtiua Poſtillæ in Euangelia.
Expoſitiones Euangeliorum in feſtis inſignioribus.
Explicatio cantici Zachariæ Benedictus. Primus liber Moſis.
Decem præcepta Exodi 20. enarrata, & quomodo legendi ſint libri Moſaici.
In Pſalmum 112. Beatus uir. Epiſtola Hieremiæ de regno Chriſti.
Sermo de Iudaici regni, & mundi fine. Matthæi 24.
In Euangelium Matthæi 11. Glorifico te pater.
De uirtute aſcenſionis Chriſti. De maximo præcepto, Matthæi 22.
De ſumma & recto uſu legis, 1. Timoth. 1.
De uirtute & incremento fidei, Epheſ. 3.
Sermo in funere D. Friderici ducis Saxoniæ, 1525.
In 15. & 16. cap. Actorum. Sermo de ſacramento contra fanaticos.

De peccato in ſpiritum ſanctum, & de fratribus Chriſti.
Sermo de iuſtitia Chriſtiana Marpurgi prædicatus.
Sermo de propria iuſtitia. In Ioannis cap. 17.
Sermo de cruce & paſſione. Sermo pro quarta feria in Paſcalibus.
Sermo de angelis. Sermo in nuptijs habitus.
De lege & Euangelio: & in locum Micheæ 5.
Sermones duo in funere D. Ioannis ducis Saxoniæ, 1532.
Sermo conſolatorius de aduentu Chriſti. In 5. 6. & 7. capita Matthæi.
In 6. caput ad Epheſios. Summa uitæ Chriſtianæ, 1. Timoth. 1.
Sermo de Ieſu Chriſto. Sermo de oue perdita.

MARTINVS Maioris Eccius patruus, citatur in Io. Eccij Chryſopaſſo.

MARTINVS Merchius Neocleſianus, Syntaxin Latinam in Canones digeſſit. Impreſſa eſt Antuerpiæ in 4. (bentur impreſſi.

MARTINVS Phileticus commentarios ſcripſit in Ciceronem de ſenectute, qui habentur impreſſi.
Eiuſdē Cōmentarij in epiſtolas Cicer. familiares, impreſſi Venetijs, 1491. in fol.
Iſocratis de regno gubernando liber ad Nicoclē, eodē interprete, excuſus Argentorati, 1514.

T. cl. 1320. MARTINVS ordinis fratrū Prædicatorū, Papæ urbis Romæ pœnitentiarius, & poſtea (ut ferunt) cuiuſdam urbis epiſcopus, ſcripſit quædam præclara opuſcula, è quibus ego tantum uidi:

Tabulam decreti,	lib. 1.	Inter alia quæcunq; ſi.
Chronicam ſuccinctam,	lib. 2.	Quoniam ſcire tempora ſummo.
† Sermones de tempore,	lib. 1.	Scientes quia hora eſt.
Sermones de ſanctis,	lib. 1.	Ore confeſſio fit ad ſalu.
De diuerſis miraculis,	lib. 1.	Quidam pater familiâs.

† impreſſi, ut puto, in Italia.

* Chronica eius citant à Io. Cuſpiniano, & Lupoldo Bebēburgio Chronographis.
Martinus pœnitentiarius urbis, patria Carſulanus, quā Caſcinā uocant, Chronicam ſcripſit, quam uocant Martinianam, Ioannis 22. tempore. Raph. Volaterranus. Idem alibi eum numerat inter ſcriptores hiſtoriæ pontificum.

MARTINI Polichij Mellerſtadij in Academia Vuitenbergenſi literarum profeſſoris ante annos 30. doctiſſimi, Collectanea cōmentariorū curſus logici in omnes Ariſtotelis logicorū libros, & librū de ſex principijs. Impreſſa Lipſiæ, 1512. in fol. chartis 42. Scripſit aūt non inerudite quidem, ſed rudi dictione, ut uulgo ſtudioſorū ſe accōmodaret, quamuis politū ſermonē præſtare potuiſſet. In præfatione ſcripta Vuitenbergæ, 1511. ad D. Federicum Saxoniæ ducem, &c. teſtatur ſe iam ſupra nouenniū in Academia illius urbis profiteri: & paulò poſt ſubdit. Collectanea hæc
» mea in Ariſtotelem olim Lipſiæ ex commentarijs patrum Pariſienſ. & Colonienſ.
» prælegi, quæ more huius ætatis Curſum logicæ nomino.
Eiuſdē exquiſita curſus Phyſici collectanea, ibidē excuſa, 1514. in fol. chartis 39.
Epitaphiū eius initio huius operis legitur: obijt anno 1513. Sunt aūt cōmentarij in octo libros Phyſicorū, & in quatuor de cœlo & mundo. Ex epiſtola nuncupat.
» Dum diuinis literis inuolutus beati Thomæ philoſophiā meditor, ueluti in trāſcurſu & obiter iuuentutē meā ſenex reſumpſi, & cōmentaria mea in phyſicen Ariſto
» telis olim à me in Gymnaſio Lipſenſi non ſolū priuatim collecta, ſed etiā publice à
» me in enarratione Ariſtotelis prælecta, inuulganda relegi: ut ſecuturi ſanctiſſimū
» D. Thomæ Agnatis dogma, nō minus phyſica habeāt, q̄ logica ſuperiore anno mi.

MARTINVS Ranaud Senonenſ. ſcripſit ſpeculū iudicum. (hi emiſſa.

MARTINVS Segonius citatur in Chronicis Io. Cuſpiniani.

MARTYRIS de Schiſmaticis Verubi à Ruſticcade uerba apud Cyprianū in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

MARTYRIVS comes & quæſtor ſub Theodoſio operam ſuam cōtulit ad codicem Theodoſianum.

MARV-

MARVTIVS, epistolæ 2. & 12. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coëpiscopis, lib. 1.

MASTOR. Vide supra in Eustratio, fol. 238. a. uersu 18.

MASVERII cuiusdam practica in iure, & tractatus iudiciorum extant.

MASVOE citatur in Tacuinis Elluchasem medici.

MASVRIVS iuris interpres, & uaria eruditione præditus, unus ex Dipnosophistis (apud Athenæum.

MATIDI. Vide Tarsini.

MATRIS quidam scripsit Herculis Encomion. Athenæus lib. 10.

MATRONIANVS, puinciæ Hispaniæ, ualde eruditus, & in metrico opere ueterib. cõparandus, cæsus est & ipse Treueris cũ Priscilliano, Felicissimo, Iuliano, Euchrotia, eiusdẽ factionis authorib. Extant eius ingenij opa, diuersis metris ædita. Hieronym.

MATTHAEOLVS Veroneñ. scripsit artem memoratiuam.

MATTHAEVS, qui & Leui, ex publicano apostolus, primus in Iudæa, ppter eos qui ex circũcisione crediderant, euangeliũ Christi Hebraicis literis uerbisq; cõposuit. Quod quis postea in Græcũ transtulerit nõ satis certũ est. Porrò ipsum Hebraicũ habet usq; hodie in Cæsarieñ. bibliotheca, &c. D. Hieronymus in uitis Euangelist. ex Sophronio. Vide in Sebast. Munstero. Euangelium Matthæi secundum Suidam titulos habet sexaginta octo, capita autem trecenta quinquaginta quinq;.

MATTHAEVS Adrianus eques auratus introductionem quandam in linguã Hebraicam, & tres oratiunculas, Dominicam, Salutationem angelicam, & Salue regina, Latinas fecit. Gryphius impressit Lugduni, charta 1.

MATTHAEVS de Afflicto Neapolitanus, scripsit commentarios de iure prothomiseos, seu iure congrui: & Decisiones regij Consilij Neapol.

MATTHAEVS de † Aquasponta, ordinis fratrum minorum, duodecimus minister generalis, & postea episcopus Portuensis, & ecclesiæ Romanæ Cardinalis, compo suit ingenij excellentis quædam opuscula, è quibus extant ista: T. cl. 1290. † Aliás, Aquasparta.

Super Sententias, lib. 4. Inuentarium sententiarum, lib. 1.
In epistolam ad Rom. lib. 1. Sermones plures, lib. 1.
Et quædam alia. * Scripsit etiã indices ex ordine literarũ in libros sententiarũ.

MATTHAEVS Aulæregiæ monachus sæpe cũ Ioan. Huss & sectatoribus eius Pragæ disputauit: scripsit in Petrum Lumbardum. In Psalterium. In Euangeliũ Matthæi. Commentarios in hymnos: pluraq; alia. Michaël Mitris in præfatione super Claudiano Mamerto de statu animæ.

MATTHAEVS Aurogallus, natione Germanus, scripsit Cõpendiũ Hebrææ Chaldææq; Grammatices: quod excusum est Vuitenbergæ, 1525. in 8. chartis 11.

De Hebræis urbiũ, regionũ, populorũ, fluminũ, montiũ & aliorũ locorũ nominib. liber p. Matthęũ Aurogallũ è ueteri instrumẽto cõgestus: excusus Vuitẽbergę, 1526. in 8. char. 16. et rursus ab authore locupletatus Basil. apud H. Petrũ, 1539. in 8.

MATTHAEVS Bossus, patria Veronensis, ordinis canonicorum regularium beati Augu. uir egregie doctus, scripsit Orationum librum 1. &c. T. in appẽdice. M. 1512.

* Recuperationes Fesulanæ Matthæi Bossi abbatis cœnobij in Fesulano regular. Canonicorum, impressæ. Continent autem epistolas 133. quas Recuperationes inscripsit, quod ex multis dispersis & deperditis recuperatæ collectæq; sint.

Epistolarum pars secunda, qua continentur epistolæ familiares 232.

Pars tertia 100. habet epistolas, et 6. sermones. Impressa Venetijs, 1502. in 4. chartis 41. apud Bernardinũ Venetũ de Vitalibus. Sermonũ 6. inscriptiões hæ sunt. 1 Sermo flebilis & deuotissimus in passione Iesu Christi. 2 Sermo in ascensione Dñi: ubi agitur de gloria triumphoq; in cœlestibus delato Saluatori domino. Itẽ de spe nostra, imò certitudine ad eum ascendendi: denicq; cohortatio uehemens adijcitur ad cœlestia consurgendi. 3 Sermo in solenni natali Ioan. Baptistæ. 4 Ad concanonicos præsidentes, & patres, & subditos fratres congregatos ex

more in generali cõuentu ad cõsulendũ ordini, et obeunda annua comitia, Sermo. 5 In annunciatione beatæ Mariæ uirginis. 6 Sermo Venetijs habitus in solenni D. Ludouici pontificis die. Epistola 95. meminit se Lucianicam declamationẽ è Græco in Latinũ uertisse. Cæterũ singulis epistolis præfigunt argumẽta.

» Ex præfatione authoris. Quoniam uero calamitosum atq; malignum Italiæ statum, & Christianam dignitatem prolabentẽ omnem temporibus istis offendimus, » sparsimus iccirco sæpius deplorationes & cõmiserationes dolentissimas his in epistolis stilo grauiori. Cæteræ uero uel mediæ, uel infimæ sortis etiam, quantũ dedit » nobis Dominus, curatum est suo ut pede decurrerent, &c.

Matthæi Bossi opera quinq; moralia & Christiana: nusquã enim non aliquid de religione admixtum habent, impressa Argentorati apud Matthiam Schurerium, 1509. in 4. chartis 50. & dimid. cum præliminari epistolio Ang. Politiani laudantis uitam & eruditionem huius uiri. Sunt autem hæc.

De ueris & salutaribus animi gaudijs dialogus tribus libris seu disputationib. » distinctus. Ex præfatione. Nuper cum † Seraphim Patauo meo triduo de » ueris animi gaudijs disserens, excluſi quicquam in bonis esse ducendũ nisi excellentem uirtutẽ, quæ sola est, quæ nos usq; ad beatã uitam, id est, gloriosum Deum » & immortalem perducat: illorumq; dierum disputata in dialogos uerti.

† Fuit hic quoq; canonicus regularis.

De instituendo sapientia animo, siue de uero Sapientiæ cultu libri 8. Singuli libri suis argumentis insigniuntur: Quorum præcipua capita sunt: de humana & diuina sapientia, de timore Dei, de disciplina seu castigatiõe & regula, de oratione seu precibus ad Deum, superos, & mortales: de scientia sapientię comparandæ necessaria: de laudibus sapientiæ omni studio cõquirendæ. Haud scio an idẽ sit opus quod aliâs de philosophia & uirtutibus inscriptũ sub huius authoris nomine legi.

De tolerandis aduersis dialogi 2. In priore docetur cur boni malis afficiãtur: in altero, cur iniqui fortunatius agant.

De gerendo magistratu iustitiaq; colenda opusculum, ad I. Lodouicũ Bossum I.C. & equitem: in capita 20. diuisum cum argumentis.

De immoderato mulierum cultu, reprehensoria ad Bessarionẽ cohortatio: Vel, Ne fœminea ornamenta Bononiensibus restituantur.

MATTHAEVS à Boue Veroneñ. Ioan. Alexandrei Philoponi in lib. 3. Aristotelis de anima breues Annotationes ex dissertationib. Ammonij Hermæi cũ quibusdã pprijs meditationib. Latinas fecit. Hierony. Scotus impres. Venetijs, 1544. in fol.

T. cl. Pragæ, postea Parisijs.

MATTHAEVS de Cracouia, natione Polonus, scripsit multa præclara opuscula, de quib. tamẽ pauca ad manus nostras peruenerũt. Vidi eius ad Henricũ episcopum Vuarmiensis ecclesiæ nõ abijciendũ opus de prædestinatiõe, & quod deus omnia benefecerit, cuius dialogi interlocutores sunt pater & filius, quem prænotauit:

Rationale diuinorum operũ,	lib. 7.	Vellem declarari quomodo.	
De contractibus quoq;	lib. 1.	De translatione rerum tempora.	
De celebratione missæ,	lib. 1.	Ad episcopum Vuarmieñ.	lib. 1.
Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.	Sermones & collationes.	

MATTHAEVS Curtius Ticinẽsis medicus in Italia longe doctissimus, ueteris iuxta Hippocratem & Galenũ medendi rationis instaurator optimus, scripsit de uenæ sectione in pleuritide, bis opinor, ut in Andrea Thurino diximus. Obijt, ut audio, anno superiore, Pisis, si bene memini.

MATTHAEVS Doring Germanus, citatur in Chrysopasso Ioan. Eccij.

MATTHAEVS Fortunatus Pannonius in naturalib. Senecæ quæstionib. libror̃ 7. emẽdãdis elaborauit, et annotatiões adiecit. Lib. impres. Ven. in officina Aldi in 4.

T. in appẽdice cl. tempore Caroli VI. Francorum regis.

MATTHAEVS Ebroiceñ. Normannus, ordinis fratrum Prædicatorum, super pentateuchum, Esaiam, & alios quàm plures ueteris ac noui testamẽti libros egregiam fecit postillam, quæ in libraria communi conuentus Ebroiceñ. supradicti ordinis

cuius

cuius alumnus fuerat reposita habetur. Huius libros cum per quaternos dispersi essent recollegit frater Robertus Baiguardus theologiæ doctor, &c.

MATTHAEVS Graben. Vide supra in Io. Gersonis Tomo 1. bis, in margine.

MATTHAEI Gribaldi Commentarij in Pandectas iuris, excusi Lugduni à Pagano.

MATTHAEI Guarimberti Parmensis de radijs & aspectibus planetarum liber in 8. capita diuisus, & impressus Norimbergæ, 1535. in 4. chartis 6. & dimid. cũ Cl. Ptolemæi tetrabiblo Græca & Latina, &c.

Ex præfatione authoris. Ab breuiorem & expeditiorem modum dirigendi & « proijciendi radios & aspectus, composui tabulas directionum & aspectuum, quas « extraxi ex dictis Halialben. tractatu 4. cap. 7. de attazir. ubi dicit se composuisse ta « bulas dissoluendi nodos & exponendi aspectus: dans itidem intelligere modũ com « ponendi prædictas tabulas. Composui autem cum declinatione Zodiaci ab æqua- « tore posita à modernis, quæ dicitur esse graduum 23. minut. 33. & secund. 30. & ad « regionem cuius latitudo est gra. 45. præcise, &c. «

MATTHAEI Hieromonachi uaria astronomica, de canonibus, &c. extant Romæ Græce.

MATTHAEI Lupini uersus de Troiæ destructione Græci, in Italia latent.

MATTHAEVS Mathesilanus Bononiẽs. scripsit super 1. & 2. Infortiati.

De interpretatione legum. De electione ueriorís opinionis. De contrarietatibus Bar. De extensione. Singularia quædam. De successionibus.

MATTHAEVS Nerutius scripsit de consanguinitate & affinitate.

MATTHAEVS Palmerius, natione Italus, patria Florentinus, historiographus, philosophus & orator disertissimus, scripsit plenum erroris de angelis librum, quem pertinaciter defendens tanquam hæreticus condemnatus, apud Cornam ciuitatẽ exustus est. Chronicam Eusebij Cæsariensis diligenter perlustrans emendauit, eamq; usq; ad annum domini, 1448. complens intitulauit, T. cl. 1440.

Petro Colmi de medicis, lib. 1. Animis nostris innatum.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1. Orationes quoq; uarias.
Et quædam alia. * Matthæi Palmerij temporum & historiarum continuatio, impressa Basileæ, 1536. cum Eusebij & aliorum Chronicis, in fol. Diuisa est per tabulas & columnas quinas parallelis distinctas, quibus continentur anni mundi, Pontificum, Salutis, Imperatorũ occidentis & orientis. Omissum est autem principium eius operis, quod ferè omnia ex Eusebij & Prosperi Chronicis sint excerpta. Finis libri includitur anno 1449. sequentes à Matthia Palmerio Pisano continuati sunt usq; ad annum 1481. & rursus alij sequentes usq; ad annũ 1536. per eruditum quendam anonymon adiecti sunt. Matthias Palmerius.

MATTHAEI Philadelphiensis apud Ephesum Metropolitani, Precationes, compendiariam in primis uiam ad resipiscentiam præstruentes, & ad sumptionem corporis Dominici non parum conducentes, interprete Alardo Amstelredamo impressi Salingiaci, 1539. in 16.

MATTHAEVS Syluaticus, patria Mantuanus, genere nobilis, arte medicus, &c. T. cl. 1320.
* Scripsit ad Robertum Siciliæ regem librum Pandectarum medicinæ, ex omnibus (ut habet inscriptio) antiquorum libris collectum, quo omnia medicinæ simplicia pharmaca secundum ordinem alphabeti describit, & uires explicat, ac innumera uocabula declarat: idq; in uarijs linguis, Latina, Græca, Arabica, & uulgo usitatis apud pharmacopolas nomenclaturis. Authores quorum testimonia recitat, hi sunt: Hippoc. Dioscor. Galenus, Paulus, Alexander, Constantinus, Io. Damascenus Mesue filius: item Arabes, Rasis, Ioan. Serapionis, Bulcasis, Auicenna, Auerrois, &c. Hebræi, Isaac, Rabi Moyses: Latini, Celsus, Cassius Felix, Plinius, Seruius, & Symon Ianuenſ. Opus impressum est Venetijs, 1480. in fol. chartis 118. ex emendatione Matthæi Moreti Brixiẽs. Non solum aũt pharmaca simplicia, quamuis

ea maxime, sed alia etiam quæuis uocabula obscuriora & externa quæ apud medicos barbaros usurpantur, obiter hic explicata sunt. Sed plæraq; omnia ualde corrupta sunt, nulla usquam obseruata orthographia: Græca & Arabica sæpe dicit, quæ neutra sunt. Magnum est chaos, & innumera monstra dictionum, quæ male scribuntur, & male exponuntur. Apiculæ tamen, id est uiri docti, in hoc etiã opere ni fallor sua mella reperient: & aliquis interim usus eius forsitan erit, donec eruditorum quispiam similem Lucubrationem de integro proferat.

MATTHAEI Vegij declamatiunculæ impressæ. Vide ne perperã Matthæus scribatur pro Maphæo, de quo supra.

MATTHAEVS Zellius Keiserspergensis, natione Germanus, primus Argentorati ut audio Euangeliũ nostro tempore prædicauit, & optime de ecclesia meritus est, innocentis uitæ, ac puræ doctrinæ uir, multa scripsit præsertim Germanice, quæ non ædidit: Catechismum tamen opinor ab eo æditum esse lingua Germanica.

Vide Nouum Orbem Basil. 1555. fol. p. m. 449.

MATTHIAS à Michau scripsit de gentibus septentrionalibus, siue de Sarmatia Asiana atq; Europæa, lib. 2. qui olim Augustæ Vindelicorum impressi sunt, & nuper Venetijs cum libro Aubani Boëmi de moribus omnium gentium.

MATTHIAE Doringi, ordinis Minorum, prouinciæ Saxoniæ ministri, Replicæ defensiuæ postillæ Nicolai de Lyra ab impugnationibus Pauli Burgensis æditæ cum eiusdem Nicolai Postilla.

MATTHIAS Palmerius Pisanus. Vide in Matthæo Palmerio.

MATTHIAS Palmerius Vicentinus, Aristeæ libellum de interpretatione legis Hebraicæ per 70. Latinum fecit. Bebelius excudit Basileæ, 1536. in 8.

MATTHIAS Theodorus Melanelius medicus Antuerpien. librum Græcum de melancholia ex Galeni, Rufi, & Aëtij Sicamij uoluminibus collectũ, Latinum fecit, unà cũ Stephani medici cognomẽto magistri, exquisitissimo oculari collyrio nunc primum Latine ædito. Liber excusus est Antuerpiæ in 4. 1540.

MATVRINI Corderij, natione Galli (hoc tempore Ludimagistri Neocomi in Heluetia) de corrupti sermonis apud Gallos emendatione, & Latine loquendi ratione, siue de Latini sermonis uarietate & modis loquendi, lib. 1. adduntur autẽ etiam ipsæ phrases corruptæ, & Gallicæ interpretationes locutionum: ut in posterũ uitentur, earumq; loco puræ ac elegantes eloquendi formulæ docentur, quæ quidem non temere, sed secundum locos cõmunes aliquot digestæ sunt. Plurimum sanè prodest hoc opus ad sermonem & uariandum & locupletandum. In Latinis formulis sola contentum est linguæ proprietate: neq; uerborum fucum, neq; longas & obscuras periphrases affectat, cum potissimum in puerorum gratiam cõscriptum sit, propter quos etiam passim permulta pie & Christiane uiuendi hortamenta interiiciuntur. Rob. Stephanus excudit Parisijs 1536. in 4. et Vuesthemerus Basileæ, 1537. in 4. chartis 34. commutata Gallicæ linguæ interpretatione in Germanicam per Ioan. Frisium nostrum. Ab initio loci communes totius operis præmittuntur. Accedit de accentibus & notis admonitio. Item Carmen paræneticum ut ad Christum pueri statim accedant.

Eiusdem de quantitate syllabarum liber excusus.

Exempla de Latino declinatu partium orationis. Rob. Stephanus excudit Parisijs.

Districha Catonis cum Latina interpretatione hactenus non uisa. Epitome in singula ferè districha. Dicta sapientũ cum interpretatiuncula. Omnia recognita, nonnulla adiecta, quædam immutata Maturino Corderio authore. Vuesthemerus excudit Basileæ, 1537. in 8. chartis 6.

T. d. 1190. MAVRICIVS episcopus Parisiensis, fertur quædam præclara composuisse opuscula, è quibus feruntur per circulum totius anni tam de dñicis quàm de festiuitatib. Sermones ad populũ, lib. 2. De cura animarũ ad presbyteros, li. 1.

Cætera

Cætera autem quæ ſcripſiſſe dicitur, ad notitiam meam non uenerunt.

MAVRITIVS Hibernas citatur in Chryſopaſſo Ioan. Eccij.

MAXENTII ueteris theologi liber quidam impreſſus in 8. in Germania.

MAXIMIANVS Aug. in fragmentis Gregoriani codicis allegatur.

MAXIMILIANI Cæſaris reſponſio ad Leonē X. pont. impreſſa in 4. in Germania.

MAXIMINVS (aliâs Maximus) exquæſtor palacij ſub Theodoſio operam ſuam contulit ad codicem Theodoſianum.

MAXIMVS quidam uetus I.C. ſcripſit ad legem Falcidiam lib. 1. De legibus lib. 1.

MAXIMI Vrbani, Sidonij, & Macarij ad Cyprianū epiſtolium, libro 3. epiſtola 14. apud Cyprianum.

MAXIMVS ſub Commodo & Seuero impp. famoſam quæſtionē inſigni uolumine uentilauit, unde malum, & quod materia à Deo facta ſit. Hieronymus.

MAXIMVS Cæſarauguſtanæ urbis epiſcopus, inſigne uolumen & opus amœnum compoſuit, De geſtis Gothorum in Hiſpanijs, lib. 1. T. cl. 610.

MAXIMVS philoſophus, natus Alexandriæ, Conſtantinopoli epiſcopus ordinatus eſt & pulſus: inſignem de fide aduerſus Arianos ſcripſit librum, quem Mediolani Gratiano principi dedit. Hieronymus. In huius laudem librum ædidit Gregorius Nazianzenus. T. cl. 380.

* Maximum aliâs philoſophum & martyrem, aliâs confeſſorem, aliâs confeſſorem & philoſophū cognominari inuenio, ego librorū inſcriptiones, quas ſolas uidi in catalogis diuerſis, ita ut uidi ad uerbum adſcribam, ſiue unus ſiue plures ſint eorum authores. Extant, quæ ſubijciuntur, omnia Græce in Italia & alibi, plæraq; uero Romæ in Vaticana bibliotheca.

Maximi philoſophi & martyris libri 42. & in alio catalogo quodam talis inſcriptio eſt: Maximi philoſophi & martyris πράξεως 45. neſcio an eiuſdem operis.

Maximi confeſſoris & philoſophi enarratio in Ariſtotelis prædicamenta, item Definitiones diuerſorum patrum, Græce Romæ. Eiuſdem, dialogus Pyrrhi.

Abbâ MAXIMI confeſſoris capita de charitate, quæ & impreſſa ſunt Græce & Latine. Et alibi ſic lego: Maximi confeſſoris de perfecta charitate & alijs uirtutibus breuis expoſitio ad Elpidium presbyterum. Et rurſus alibi: Maximi confeſſoris capita diuerſa theologica, œconomica, & de uirtute & uitio: idē liber aliâs ni fallor inſcribitur, Collectanea è diuerſis libris. *Quæ ſequūtur omnia uidentur eſſe Maximi monachi: niſi fortè quæſtiones cōtra Arianos ad epiſcopum Conſtantinop. referendæ ſunt: ſed nihil habeo certi.*

Eiuſdem Hecatontas (aliâs hecatontades capitum) ad Elpidium presbyterum.

Maximi ſacra dogmata. Maximi de quatuor impoſſibilibus.

S. Maximi quæſtiones uariæ contra Arianos.

S. Maximi de duabus uoluntatibus & operationibus in Chriſto.

Eiuſdem diuerſa opera, quorum in catalogis nomina expreſſa non ſunt.

Maximi ſermones plurimi. Capita diuerſa de fide & myſtica theologia.

Scholia in Dionyſij Areopagitæ libros, quæ etiam Latine reddita habētur, & cum Dionyſij libris olim, ni fallor, impreſſa ſunt. Maximi ſermo ἀσκητικός.

Maximi monachi prologus in ſcholia addita τῷ τοῖς μεσώτοις cuiuſdā libri, fortè Dionyſij Areop. Maximi monachi epiſtolæ. Eiuſdem encomium S. Cyrilli.

Opuſculum in carnis aſſumptionem Chriſti.

De diuerſis dubijs ſacræ ſcripturæ quæſtiones 65.

De diuerſis dubijs in libris SS. Dionyſij & Gregorij ad Thomam.

Ad Io. archiepiſcopum Cyzici de uarijs dubijs.

Maximi monachi ſcholium in epigramma quoddam Græcum, legitur in Florilegio Planudis fol. 39. b. æditionis Aldinæ: extant quidem ſcholia Græca in totum Florilegium, neſcio an ab eodem conſcripta.

MAXIMVS quidā Ariſtotelis libros duos de plātis, Arabicos olim ex Græcis factos, rurſus ex Arabicis Græcos fecit, ut à nonnullis affirmari ſcribit Hermol. Barbarus in Corollario ſuper Dioſcoridem cap. 38.

S. Pater MAXIMVS capita diuersa sententiarum, ex sacris & profanis authoribus Græcis quàm plurimis iuxta locos communes digessit. Ea nos breui Deo fauente in lucem dabimus Græce & Latine, cum Antonij monachi Melissa. Sunt autē hi loci, numero 71.

De uirtute & malitia uitæ.
De castitate & temperantia.
De iustitia.
De misericordia.
De principatu & potestate.
De adulatione.
De uirtute rebus suis contenta.
De doctrina & sermone.
De disciplina & philosophia.
De ira & animi concitatione.
De curiositate, & tranquillitate.
De honore parentū, & amore pīs.
De illis qui statim mutantur, & de pœnitentia.
De peccato & confessione.
De tristitia & mœrore.
De fiducia dicendi, & arguendo.
De iuramento.
De morte.
De iuuentute & senectute.
De laude.
De gloria.
De animi humilitate.
De memoria.
De uoluntario & inuoluntario.
De benignitate.
De luxuria.
De nobilitate & ignobilitate.
De insomnijs.
De uitæ inæqualitate.
Quod uirtutem honoribus, malitiam pœnis afficere oporteat.
Quod malitia in promptu sit, uirtus autem comparatu difficilis.
De amore sui.
De prudentia & consilio.
De fortitudine & robore.
De amicis & amore fraterno.
De beneficentia & gratia.
De uituperio & calumnia.
De diuitijs & paupertate & auaritia.
De oratione.
De admonitione.
De bona & mala fortuna.
De silentio & secretis.
De studio plus habendi.
De metu.
De incontinentia & gula.
De hymno.
De industria uel alacritate laborandi.
De inani gloria.
De pace & bello.
De mulieribus.
De iuuentute & senectute.
De pulchritudine.
De loquacitate.
De medicis.
De anima.
De cognoscendo seipsum.
De lege.
De consuetudine & more.
De risu.
De somnijs.
De simplici innocētia, et malorū oblīuione.
De uitæ inæqualitate.
De amore sui.
De ueritate & mendacio.
De spe.
De cōtradictione, & audacia, & cōtentione.
De tolerantia & longanimitate.
De futuro iudicio.
De prouidentia.
De fide.
De inuidia.
De imprudentia.
Quod maior pars non semper optima sit.

MAXIMVS Epirota aut Byzantius, philosophus, præceptor Iuliani Cæsaris apostatæ, scripsit de insolubilibus oppositionibus, de † principijs, de numeris, commentarium ad Aristotelem: & alia quædam ad eundem Iulianum. Suid.

† κατ' ἀρχῶν.

MAXIMI grammatici Madaurensis epistola ad D. Augustinum, religionem Christianam prophanans, &c. quadragesima tertia inter D. Augustini epistolas.

MAXIMVS Planudes, monachus Cōstantinopolitanus, ab hinc annos ferè centum quinquaginta floruit, &c. Raph. Volaterranus. Problematū uolumen composuit. Scripsit commentarios in rhetoricā Hermogenis. In Theophrasti characteres, & scholia in † Diophanti Arithmeticam. Quæ omnia seruantur in Italia.

† Romæ in Vaticana.

Eiusdem Epimerismata. Ecloge quomodo appellentur animalia tum terrestria tum aquatilia. Enarratio de dominicis thematibus Hierosolymis. Figuræ de sole & luna. Veris & hyemis encomion. Græce extant Romæ in Vaticana. Epistolæ eius Græcæ, Florentiæ extant in bibliotheca Medicum.

Ὑποφορία secundū Indos, Venetijs apud Diegum Hurtadum Cæsaris legatū.

Epigram

Epigrammata ueterũ Græcorum plurimorum, quæ Agathias Scholasticus collegerat, ut supra dixi, lasciuioribus resectis in unum iam uulgo sparsum uolumen coëgit. Hæc epigrammata in libros 7. digesta, Anthologij, id est, Florilegij titulo, Aldus excudit Venetijs in 8. 1521. Singulis libris præponuntur argumenta, siue loci communes, secundum quos ipsa epigrammata distributa sunt. Primus liber uarios communes locos complectitur. Secundus, habet epigrammata scoptica, dicteria, sales. Tertius, epitaphia. Quartus, epigrammata in deorũ imagines, hominum statuas, animalium effigies: & in loca quædã, siue topographias. Quinto libro ineſt Christodori poëtæ Thebani Copitæ descriptio imaginũ publici Gymnasij quod Zeuxippi cognominabatur, quibus exprimuntur laudes plurimorum doctorum & aliâs insignium uirorum: Item epigrammata in aurigas hippodromi Constantinopolitani. Sextus liber epigrammata continet anathematica, id est, consecrationum & dedicationum. Postremus, meretricia & amatoria.

* Eiusdem Græca interpretatio distichorum Catonis, iam aliquoties cum Latinis impressa est. Aesopi fabulatoris uita & apologi per eundem conscriptæ, excusæ Græce Basileæ apud Ioan. Frobenium, 1521. in 8. cum aliquot alijs gnomicis scriptoribus, & rursus aliâs Græce & Latine è regione.

In Græcum sermonem conuertit, præter distticha Catonis, Ouidij metamorphoseos librũ soluto sermone, qui ut audio nuper excusus est Parisijs. Macrobij cõmentarios in Somnium Scipionis. Eiusdem Saturnalia. D. Augustini librum de ciuitate Dei, & alia quædã eiusdem, quæ extant in Italia.

MAXIMVS episcopus Thaurinensis, scripsit multa egregia opuscula, è quibus subiecta feruntur. T. cl. 420.

De Euangeliorum capitulis,	lib. 1.	In actus Apostolorum,	lib. 1.
In laudem Apostolorum,	lib. 2.	Glorioſissimos Christi.	
In laudẽ Ioannis Baptistæ, †	lib. 2.	Solennitates nobis.	
De uita Eusebij Vercellensis,	lib. 2.	Sanctorum patrum me.	
De sancto Cypriano martyre,	lib. 2.	Sancti Cypriani festi.	
De gratia baptismi,	lib. 1.	De auaritia,	lib. 1.
De hospitalitate,	lib. 1.	De defectu Lunæ,	lib. 1.
De eleemosynis,	lib. 1.	De uerbis Esaiæ,	lib. 1.
De passione domini,	lib. 1.	De ieiunio quadragesimæ,	lib. 1.
De ieiunio seruorũ dei generali,	lib. 1.	De Iudæ traditione,	lib. 1.
De cruce domini,	lib. 1.	De sepulchro domini,	lib. 1.
De officio missæ,	lib. 1.	De accusatione domini,	ho. 1.
De resurrectione domini,	ho. 4.	Non immerito fratres ho.	
De sancto Laurentio,	ho. 3.	Sanctum est fratres ac deo.	
De sancto Stephano,	ho. 1.	Lectio actuum Apostolorum.	
De Calendis Ianuarijs,	ho. 1.	De natali domini,	ho. 3.
De Epiphania domini,	ho. 2.	De Pascha,	ho. 3.
De Pentecoste,	ho. 3.	De pœnitentia Niniuitarum,	ho. 1.
De non timendis hostibus carnalibus,	ho. 1.		
De gratias post cibum agendo,	ho. 1.		

† *Maximi uetus D. Ioannis Baptistæ res, id est Euangelicæ historiæ pars non exigua, tribus lib. comprehensa. Basileæ nuper impressa est cum alijs quibusdam.*

Scripsit & alia multa: Sermones, Tractatus, Epistolas, & Homilias, quæ ad notitiã meam non uenerunt. * Hæc Trittemius ex Gennadio.

Maximi (eiusdem ni fallor) homiliæ 17. cum alijs ueterum homilijs ab Alcuino collectis, leguntur. Homiliæ Maximi, seorsim excusæ, Coloniæ apud Gymnicũ.

MAXIMVS Tyrius philosophus sub Commodo Romæ egit: scripsit de Homero, & quænam apud ipsum uetus philosophia sit: An Socrates recte apologiam detrectauerit, & alias quasdam philosophicas quæstiones. Suidas. Has quæstiones siue Sermones uel capita 41. Græce uidi Venetijs in bibliotheca SS. Ioan. & Pauli.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1059] - 509v

Ioan. Frobenius etiam Latine excudit olim Basileæ in fol.

MAYMO citatur in tabulis Elluchasem medici.

MECHTILDIS uirgo (monialis puto) in Germania, nescio quid scripsit, cuius meminit Iacobus Faber in epistola ad Beatum Rhenanũ cum Gregorij Nysseni operibus, statim post octauum librum, quæ est de prouidentia, Coloniæ impressis.

MEFFRET sermones, theologici opinor, impressi in Italia.

MEGACLES scripsit de uiris illustribus. Athenæus lib. 10. Apud eundem lib. 10. citatur MEGACLIDES: & MEGASTHENES author Indicæ historiæ lib. 4.

MEGINHARDI uiri doctissimi libellus ad Guntherum de fide, uarietate symboli & ipso symbolo apostolico, & peste multarũ hæreseon insigniorũ. Excusus est Coloniæ, 1532. in 8. apud Heronem Alopecium, cum M. Marulli Euangelistario.

MEHERIS citatur à Io. F. Serapionis.

MELANCOMII fragmentum extat apud Ioan. Stobæum de laude pulchritudinis.

MELANIPPIDES Melius, Olympiade 65. scripsit dithyrambos, poëmata epica, lyrica, epigrãmata, elegias, & alia plurima. Suidas duobus locis. Athenæus Marsyam eius citat lib. 14. Vide Lilium Gyraldum in uitis poëtarum: alius est Melanippides.

MELANTHIVS scripsit de mysterijs Eleusinijs. Athenæus.

MELCHIADIS Papæ decreta, cum reliquis excusa Coloniæ.

MELCHIORIS Aonij Epithalamium in Georgij Sabini & Annæ filiæ Melanchthonis nuptias, cum Geor. Sabini poëmatijs excusum. *In libro adopt. p. m. 349.*

MELCHIORIS Sosteri historia belli Pannonici excusa Augustæ Vindelicorum, 1538. in 4.

MELEAGRI Cynici Symposium Athenæus citat, & alibi MELEAGRI Gadareni Charites. MELEAGRI, sine alio cognomine, plurima epigrammata passim obuia sunt in Planudis Anthologio.

MELESERMVS, μελίσερμος, Athenienſis sophista, scripsit epistolarũ meretriciarum libros 14. rusticarum lib. 1. De re culinaria epistolarum lib. 1. Conuiualium lib. 1. Suidas.

MELETIVS, Eusebius, & Basilius, & reliqui, scribunt epistolam ad fratres & episcopos per Italiã ac Galliam: quæ est numero 69. inter Basilij & Gregorij epistolas.

MELETII monachi de natura hominis liber Græcus, est in Bibliotheca Diegi Hurtadi Cæsarei oratoris apud Venetos: extat etiam Romæ in Vaticana.

Meletij cõcionis exẽplar, uide in Epiphanio Latino Basileæ nup impresso, fol. 423.

Meletij monachi nomine, qui prius Mahometis religionem professus, Achæmenides dicebatur, Ioannes Cantacuzenus (qui ex imperatore Constantinopolitano factus monachus, Ioasaph nominatus est) pro Christiana religione aduersus Saracenorum hæresim apologias quatuor scripsit ad Musulmanũ Sampsatinem Sphachanẽ Persam. Quæ apologiæ impressæ sunt Græce Basileæ cum Alcorano apud Ioan. Oporinum cum ipsius Musulmani epistola ab initio. *Musulmanus.*

MELETII Græci, totius medicinæ scriptoris, Lilius Greg. Gyraldus in præfatione super uersione sua Symeonis Sethi, tanquam adhuc extantis, mentionem facit. Vide in Mich. Psello.

MELISSAE epistola 1. ad Claretam, impressa Venetijs ab Aldo in uolumine Græcarum epistolarum in 4.

MELITO Asianus, episcopus Sardensis, scripsit multa egregia uolumina: de quibus ista feruntur. *T. cl 1600.*

De pascha,	lib. 2.	unus. Melito seruus Christi.	
De uita prophetarum,	lib. 1.	De ecclesia,	lib. 1.
De plasmate,	lib. 1.	De dominica die,	lib. 1.
De corpore & anima,	lib. 1.	De sensibus,	lib. 1.

De ba-

lege: Acantii, non: Anni

De baptiſmate, lib.1. De fide, lib.1.
De ueritate, lib.1. De philoxenia, lib.1.
De generatione Chriſti, lib.1. Qui clauis inſcribitur, lib.1.
De prophetia ſua, lib.1. De diabolo, lib.1.
† Eclogarum, lib.6. De Apocalypſi Ioannis, lib.1. † *Alias, Elegiarum, ſed perperam.*

De tranſitu ſanctæ Mariæ liber. Notandum, quod liber de ſanctæ Mariæ tranſitu illi aſcriptus inter apocrypha reputatur, 15. diſt. Sancta Romana.

* Hæc Trittemius ex D. Hieronymo, qui teſtatur eum præterea ſcripſiſſe περὶ ἐνσωμάτου θεοῦ lib.1. & M. Antonino imperatori obtuliſſe librum pro Chriſtiano dogmate: Hiſtoriæ uero de tranſitu S. Mariæ mentionem nullam facit. Vide in Liſio Gyraldo de uitis poëtarum.

MELITVS, accuſator ille Socratis, ſcripſit Tragœdias, & de ente. Suid.

MENAHEM Iudæus ſcripſit in legem Moſis.

MENALIPPIDES Mileſius ſcripſit fabulam Danaidum. Athenæus. Alius eſt Melanippides, prædictus.

MENAECHMVS. Vide ſupra, fol. 252. b. uerſu 24. MENAECHMI Sicyonij lib[…] de artificibus, & Sicyoniaca Athenæus allegat.

MENANDRI ueteris Comici fabulas 49. paſſim Athenæus allegat: earum nomina recenſentur in authorum indice qui ab Athenæo citantur, ab initio Græci operis Baſileæ impreſſi. Diſtichon Menandri in Floril eg. lib. 3. ſectione 5. Suidas quatuor MENANDROS commemorat, unum Athenienſem ueteris comœdiæ, & alterum quoq; Athenienſem nouæ comœdiæ poëtam, qui ſcripſerit comœdias 108. & epiſtolas ad Ptolemæum regem, & proſa orationes plurimas: tertium ex Laodicea ad Lycum fluuium, ſophiſtam, qui commentarios in Hermogenis artem ædiderit, & Minuciani progymnaſmata, & alia. Quartũ addit MENANDRVM Protictorem hiſtoricum, ex cuius etiam hiſtoria aliquot uerba ibidem tranſcribit, de genere ipſius, ſtudio, & hiſtoria, quam incœpit poſt mortẽ Agathiæ, imperante Mauricio.

Menandri Comici ueteris ſententiæ quædam extant Græcæ in Italia: fortaſſis ex illius comœdijs collectæ. Stobæus quoq; multos uerſus ex eo citat. Terentius aliquas eius fabulas traduxit. Vide Lilium Gyraldum de poëtis.

MENANDRI (nimirum Laodicenſis ſophiſtæ, de quo iam diximus) diuiſio cauſarũ: impreſſa Græce Venetijs apud Aldum in uolumine duodecim rhetorum: Nimirum eadẽ Menandri rhetorica, quam audio ſeruari Florentiæ in biblioth. Mediceã.

MENANDRI Ephetij hiſtorici fragmentum legitur apud Ioſephum lib. 1. contra Appionem.

MENECLIS Bacari hiſtoriam Athenæus citat.

MENECRATES Comicus, ſcripſit Manectorem & Hermioneum. Suidas.

MENECRATIS Syracuſani medici, qui Iouem ſe uocarit, &c. Suidas meminit: ſed nihil ab eo ſcriptum nominat.

MENECRATIS diſtichon lib. 1. Anthologij. MENECRATIS Smyrnæi hexaſtichon: ibidem.

MENELAVS Aegæus uerſificator, ſcripſit Thebaidem libris 12. & alia. Suid.

MENELAI ſphærica æditurum ſe pollicetur Franciſcus Maurolycus, ut ſupra dixiſimus, fol. 252. b. Extant autem Latine, neſcio an etiam Græce.

MENESTHENIS Politica, & MENETORIS librũ de anathematis Athenæus citat.

MENGI Fauentini Commentaria ſuper Logica Pauli Veneti, impreſſa.

MENIPPVS Comicus, ſcripſit Cercopes, & alia. Suidas.

MENIPPI Cynici Arceſilaum & Sympoſium Athenæus citat. Vide Suidã in φαιός.

MENODORI Eraſiſtratij mentionem facit Athenæus.

MENODOTVS Samius ſcripſit de rebus excellentibus in Samo: & hiſtoriã templi Samiæ Iunonis. Athenæus.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1061] - 510v

De MENODOTI Seueri libris Galenus de scriptis propriis loquens, undecim libros se scripsisse testatur.

MENOPHILI Damasceni ex libro Plocamidũ uersus aliquot hexametros citat Stobæus in sermone de pulchritudine.

MENRADI Moltheri lucta Christiana, & in Psalmum 50. Liber impressus.

MERBOLDVS siue Merbodæus, uel Marbodæus, dicitur esse author libelli cuiusdã de lapidibus ac gemmis hexametris uersibus conscripti, impressi nuper Francfordiæ apud Egenolphum cum Macro de herbis cum annotationibus Iani Cornarij, &c. & prius alicubi cum scholijs cuiusdam alterius. Citatur aliquando à Vincentio, & Alberto, alijsq; huiusce modi authoribus Liliarij uel Lapidarij, interdũ etiam Euacis nomine. Euax. Præter facilitatem nihil satis castum habet: nam elocutionem nec puram, nec syllabas præcipue Græcas probe satis enunciat. Incertum est mihi an hic idẽ sit Marbodæus Gallus ille, qui præsul fuit Rhedenensis, quiq; Thebæorum uitam uno libro carmine complexus est, aliaq; in cantícis Salomonis. Vixit autem anno 1050. Hæc Lilius Gyraldus.

MERCVRIVS Ronzius scripsit Tragœdias quasdam: unde aliquot gnomas decerpsit Albertus de Eyb.

MERCVRII Trismegisti, id est, ter maximi (quod philosophus, sacerdos, & rex maximus fuerit) Pymander de potestate & sapientia Dei Dialogus: & Asclepius de uoluntate Dei, extant Græce in Italia. Excusi sunt Latine, Pymander Marsilio Ficino interprete: alter uero ex L. Apuleij uersione, Venetijs apud Aldum, & Basileæ apud Bebelium, 1532. in 8. cum alijs quibusdam ex Iamblicho, Proclo, & Porphyrio. Ex præfatione Ficini. Mercurius maior, nepos ex matre fuit Atlantis astrologi, qui floruit eo tempore quo Moses natus est: & rursus hic trismegistus nepos maioris Mercurij fuit, &c. Scripsit libros ad diuinarum rerum cognitionem pertinentes quàm plurimos, quibus arcana mysteria, & stupenda pandũtur oracula: nec ut philosophus tantũ, sed ut propheta sæpenumero loquitur, canitq; futura. Hic ruinam præuidit priscæ religionis, hic ortum nouæ fidei, hic aduentum Christi, hic futurum iudicium, resurrectionem sæculi, beatorum gloriam, supplicia peccatorum. Quo factum est ut Aurelius Augustinus dubitauerit, peritiáne syderum, an reuelatione dæmonum, multa protulerit. Lactantius autem illum inter Sibyllas, ac prophetas enumerare non dubitat, &c. Aedidit uero librũ Aegyptijs literis, idemq; Græcæ linguæ peritus, Græcis inde transferendo communicauit Aegyptiorum mysteria. Vterq; dialogus in aliquot capita diuiditur, quæ cum ex Græco codice descripta mihi sint, nec in Latina æditione similiter habeantur, huc apposui.

Ποιμάνδρης.

Πρὸς τὰ ὅλων λόγον καθολικός. τοῦ αὐτοῦ, λόγος ἱερός. πρὸς τάτ, ὁ κρατὴρ ἢ μονὰς. πρὸς τάτ, υἱὸν ὅτι ἀφανὴς θεὸς φανερώτατός ἐστι. Ὅτι οὐδὲν τῶν ὄντων ἀπόλλυται, ἀλλὰ τὰς μεταβολὰς ἀπωλείας καὶ θανάτους πλανώμενοι λέγουσι. περὶ νόησεως καὶ ἀκοῆς, ὅτι ὢν μόνῳ τῷ θεῷ τὸ καλὸν ⁊ ἀγαθόν ἐστιν: ἀλλαχόθι δὲ οὐδαμοῦ. τοῦ αὐτοῦ, κλείς. Νοῦς πρὸς ἑρμῆν. περὶ τοῦ κοινοῦ πρὸς τάτον. πρὸς τὸν υἱὸν τάτ ὢν ἄρει λόγος ἀπόκρυφον περὶ παλιγγενεσίας ⁊ σιγῆς ⁊ ἐπαγγελίας. Ὑμνωδία κρυπτή, λόγοι ιβ. Ὅροι ἀσκληπιοῦ πρὸς ἄμμον Βασιλέα, περὶ θεοῦ, περὶ ὕλης, περὶ κακίας, εἱμαρμένης, ἡλίου, νοητῆς οὐσίας, θείας οὐσίας, περὶ ἀνθρώπου, οἰκονομίας τοῦ πληρώματος, τῶν ἑπτὰ ἀστέρων, τοῦ κατ' εἰκόνα ἀνθρώπου. περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ πάθους τοῦ σώματος ἐμποδιζομένης ψυχῆς. περὶ εὐφημίας τοῦ κρείττονος, καὶ ἐγκώμιον Βασιλέως. μέθοδος εἰς πᾶσαν καταρχὴν ἐπιτήδειος.

Mercurij Trismegisti Iatromathematica, id est, medicationes accommodatæ ad astrologicam rationem. Libellus Græcus paulò amplior charta 1. impressus Norimbergæ, 1532. cum alijs quibusdam Astrologicis opera Ioachimi Camerarij ædítis. Docet autem pronunciare de morborum euentu ex obseruatione motus & aspectuum planetarũ regnantiũ ea hora qua decubuerit æger, & remedia breuiter adiungit.

Eiusdem

Eiusdē (uel Orphei secundū alios) de significationib. terræmotuū per singula zodiaci signa uersus 66. leguntur in Anthologio Græco, fol. 285. æditionis Aldinæ.

Ioan. Stobæus aliquoties fragmenta quædam huius authoris citat, quæ in prædictis dialogis non extant. Vide Suidam in Ἑρμῆς ὁ τρισμέγ.

Hermū trismegisti tractatus septem, memini uidere manuscriptos, qui ni fallor magica quædam continent, aut certe chymistica: uidentur autem falsò inscripti.

MERCVRII Víperæ Beneuentani, duodecim iudicum Rotæ sacri palatij apostolici auditoris primarij, & sacræ pœnitentiariæ regentis, de priscis & sacris institutis, libri 15. cum oratione quadam. Excusi Romæ apud Marcellum Silber, 1517. in fol. chartis 64.

De præclare dictis ac gestis libri 8. ibidē excusi: chartis 54. subiuncta itidē oratione.

Humanarū diuinarumq; rerū enarrationū libri 15. cum oratione quadā, ibidē excusi, chartis 75. Stilo utitur graui, & ni fallor affectato, mediocriter puro. Sunt autem omnes hi libri, mera collectanea ex antiquis authoribus, in locos digesta, si bene memini, qui tamen à typographis non singillatim inscripti, neq; distincti sunt. Multa ubiq; ex sacris authoribus & ad religionem pertinentia inseruntur. In secundo opere ut titulo sic argumento uidetur Valerium Maximum imitari.

MERLINI Coccaij pœtæ Mantuani Macaronicorū, opera pœtica, ridicula, & Italicis uocabulis ubiq; permixta, impressa in Italia per Alexandrū Paganinum, 1521. in 8. paruo folio: chartis 35. Sunt autem hæc. Zanitonella, quæ de amore Tonelli erga Zaninam tractat, & constat tredecim Sonolegijs, septem eclogis, & una Strambottolegia. Phantasiæ Macaronicon, diuisum in 25. Macaronicis, tractans de gestis magnanimi & prudentissimi Baldi. Moschææ facetus liber tripartitus, tractans de cruento certamine muscarum & formicarum. Libellus epistolarum & epigrammatum ad uarias personas.

MESARVGIE, citatur à Serapione: item Meseah uel Meseahen.

MESOMEDI uersus 7. libro 4. Florilegij Græci.

MESSAHALLACH de receptionibus planetarum: & est de interrogationibus. Epistola eiusdem cum 12. capitulis de cōiunctionibus planetarum. Eiusdem de reuolutionibus annorum mundi. Venetijs, 1493. in fol. cum quadripartito Ptolemæi: chartis 4. & dimid. & paulò plus: aliâs scribitur Messehalah.

Eiusdē de cōpositione et utilitate astrolabij liber, excusus Basileæ apud Hen. Petrū cū Appendice Margaritæ philosophicæ. De ratione circuli & stellarū, & earū operationib. liber, excusus Basileæ cū Iulio Firmico, &c. apud Heruagiū opinor.

MESSALAE Coruini oratoris disertissimi de progenie Augusti Cæsaris libellus, nūc primum excusus Basileæ apud Heruagiū, 1532. cū L. Floro: deinde Coloniæ apud Gymnicum, 1537. in 8.

METAGENIS Comici uersus ex 4. fabulis allegantur apud Athenæū. Vide Suidā.

METASTHENIS Persæ de iudicio temporū & annaliū Persicorū fragmentū, tertiā chartæ 1. partē nō excedens, excusum Basileæ, 1530. cum Myrsilo, &c. à Bebelio.

METOCHITES quidam scripsit Summam totius philosophiæ naturalis, item Doxologiam uersibus politicis: quæ Græce extant in Italia. Videtur idē esse Georgius Diaconus Metochit. de quo supra.

METHODIVS Olympi Lyciæ, uel Pataræ, & postea Tyri episcopus. T. el. 255.

Contra Porphyrium, lib. 2.
De resurrectiōe cōtra Origenē, lib. 1.
De exitu animæ, † lib. 1.
In Cantica canticorum, lib. 1.
De nouissimis temporibus, lib. 1.
Chronica quoq;, lib. 1.
De decē uirginib. sympositon, lib. 1.
De Pytonissa cōtra Origenē, lib. 1.
In Genesim, lib. 1.

† De autexusio. Hieron.

Sciendum nanq; est fratres, Hieronymus hunc librum non numerat.

* Hæc Trittemius ex Hieronymo:

qui addit eum sub Decio & Valerio in Chalcide Græciæ martyrio coronatũ esse. Eadem leguntur apud Suidam. Excelluisse fertur in Theologia interpretatiua ut uocant. Basileæ, 1537. apud Rob. Vuinter excusa sunt Collectanea quædam in epistolã ad Romanos cum ex pluribus alijs tum ex Methodio de resurrectione desumpta. Eiusdem Methodij siue Eubulij uerba ex eodem libro referuntur ab Epiphanio, Tomo 1. libri 2. de Origene & mala ipsius side.

Leo. S. patris μεθοδίου πατάρχου, καὶ ἐκ τοῦ βιβλιογράφου λέοντος τοῦ φιλοσόφου. Liber quidam hac inscriptione Græce extat Romæ.

METHODII propositiones singulares in Metaphysica, impressæ ni fallor.

METHODIVS quidam, Grammaticus, ut uidetur, nominatur inter illos authores, ex quibus Ioan. Camers Cornucopiæ Græcum collegit.

METOPI Pythagorei Metapontij fragmentũ ex libro de uirtute extat apud Stobæũ.

METRODORI decastichon in uitam humanam lib. 1. Florilegij: & distichon lib. 4. Stobæus quoq; Metrodori cuiusdam sententias solutas bis aut ter adducit.

METRODORVS de consuetudine, METRODORI Chij Troica, METRODORVS Epicureus, & METRODORVS Scepsius περὶ ἀλογήτου, citantur apud Athenæum.

METROPHANIS Smyrnæi cuiusdam liber de S. spiritu, Græce habetur Bononiæ, in bibliotheca ad S. Saluatorem.

MICHA uel Michæas Marathides, propheta de tribu Ephraim, ab Ioram filio regis Achab præcipitatus occubuit, &c. Epiphanius in uitis prophetarum. Extant prophetiæ eius capita 7. in uetere Testamento. Vaticinatur contra reges, iudices, sacerdotes, & prophetas falsos, prædicitq; perditionem eorum quod uerbum Domini abiecerint, & sine timore Dei uana secuti sint. Sebast. Munsterus.

MICHAEL, à quibusdam Micaëlus scribitur, nomen proprium originis Hebraicæ.

MICHAELIS cuiusdam liber Græcus de constructione extat in Italia.

MICHAELIS Acciarij Vtianensis epistola in 12. libro epistolarũ Ang. Politiani.

MICHAELIS Anglici uaria opuscula, impressa.

T.M.1416. MICHAEL Angrianus Bononiensis, natione Italus, ordinis fratrũ beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, scripsit multa præclara uolumina, è quibus ista feruntur. Ad Cardinalem S. Mariæ Transtyberim insigne opus,

De conceptione S. Mariæ,	lib. 1.	Super toto Psalterio,	lib. 5.
Super sententias,	lib. 4.	Quæstiones sententiarum,	lib. 1.
Tabula sententiarum,	lib. 1.	In euangelium Matthæi,	lib. 1.
In euangelium Lucæ,	lib. 1.	Erant ambo, &c. Isido.	
Tabula moraliũ Gregorij,	lib. 1.	Tabula Decreti,	lib. 1.
Quadragesimale,	lib. 1.	Dictionarium incepit,	lib. 3.
In Valerium Maximum,	lib. 1.	In Ethicam Aristotelis,	lib. 1.

Et quædam alia. Morte præuentus hoc diuinũ opus noui dictionarij non perfecit, sed ab a usq; ad c inclusiue in tribus uoluminibus tantum perduxit.

MICHAEL Bentinus scripsit Castigationes in Nonij Marcelli tractatus de proprietate sermonum. Item in Varronis libros de lingua Latina & de analogia, & in F. Pompeij fragmenta. Gryphius excudit Lugduni in 8. 1534. Habentur etiã cum illis ipsis authoribus, & N. Perotti Cornucopiæ, excusæ Basileæ in officina Curionis, chartis 6. Idem præfatur in Horatium Basileæ impressum à Curione.

MICHAEL Bononiẽn. citatur in Chrysopasso Ioan. Eccij.

MICHAELIS Blondi speculum iuuentutis, impressum, in Italia puto.

MICHAEL Buchingerus scripsit contra Lutheranam religionem, de imaginibus, ieiunio, eucharistia, &c. Liber impressus est, 1543. in 8.

T.cl.1329. MICHAEL de Cesena, ordinis fratrum Minorum decimus & septimus minister generalis,

neralis, ædidit in ſcripturis ſanctis expoſitionum non ſpernenda opuſcula, de quibus adhuc ego pauciſſima potui inuenire, uidelicet,

Super ſententias,	lib. 4.	In Ezechielem prophetam,	lib. 1.
Sermones de tempore,	lib. 1.	Sermones de ſanctis,	lib. 1.

In multos bibliæ libros lecturas & commentarios ædidit, quos necdum uidi.

MICHAELIS Coccinij Tubingẽſis de bellis Italicis lib. 1. excuſus Baſileę, anno 1544. in 8. apud Rob. Vuinter, cum Coriolani Cepionis hiſtoria.

MICHAELIS Ducæ filij Nouellas ſe poſſidere Gregorius Haloander in præfatione in Iuſtiniani Nouellas ſcribit. Vide Lilium Gyraldum de uitis poëtarum.

MICHAELIS Epheſij expoſitionem in Ariſtotelis libros, de memoria & reminiſcentia, de ſomno et uigilia, de inſomnijs, de diuinatione per ſomnũ, de motu animaliũ, de longitudine & breuitate uitæ, iuuẽtute & ſenectute, uita & morte, reſpiratione, & greſſu animalium. Excuſæ ſunt Venetijs in ædibus Aldi, 1527.

Ex his commentarijs nos aliquot Latinos fecimus, uidelicet de longa ac breui uita, de iuuentute & ſenectute, uita & morte, de diuinatione per ſomnum: Qui impreſſi ſunt Baſileæ, 1542. cum Nicolao Leonico in 1. librũ de partibus animalium: & hoc anno Venetijs, cum Alexandri Aphrodiſ. expoſitione in librum de ſenſib. L. Philaltheo interprete. Exponit autem Michaël iſte omnia ſimpliciter, nullis quæſtionibus Lectorem implicat, nihil ſcrupuloſe aut prolixe rimatur: ſed nudam ſententiam aptiſſime proponit, ita ut nihil deſyderari poſſit, quantum lucẽ uerborum orationiſq; contextũ attinet. Plærũq; enim paraphraſten & grammaticũ agit.

Commentarij eius in quintum librum Ethicorum Ariſtotelis, impreſſi ſunt ab Aldo Venetijs, cum Euſtrathij & aliorum commentarijs in eadem. In Catalogo bibliothecæ Vaticanæ hunc titulum ſimpliciter inuenio, Michaëlis Epheſij ſcholia in Ariſtotelis Ethica.

Eiuſdem expoſitio in ſophiſticos elenchos extat Florentiæ, Græce. Item in libros de partibus animalium alicubi in Italia.

Commentarios in libros Ariſtotelis de generatione animalium, Ioannis Grammatici Philoponi nomine impreſſos Venetijs, 1526. apud fratres de Sabio, huius Michaëlis eſſe conijcio, ut ſupra admonui, fol. 424. a. uerſu 2.

MICHAELIS Gabriæ epiſtolæ quædam Græcæ extant in Italia.

MICHAELIS τοῦ γλυκέος capita plurima, theologica & philoſophica, Græce extãt Romæ in Vaticana.

MICHAELII grammatici hexaſtichon, legitur libro 4. Anthologij.

MICHAEL Herbrant de Duren, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper uirginis de monte Carmeli, natione Teuthonicus ſacræ theologiæ Lector, & Prior conuentus Crucennacenſis in diœceſi Moguntina, ſcripſit inter cætera elegantes T. cl. 1410.

Sermones de tempore,	lib. 1.	Sermones de ſanctis,	lib. 1.
Collationes ſynodales,	lib. 1.	Et quædam alia.	

MICHAELIS Humelbergij Rauenſpurgenſis, natione Germani, Epitome Grãmaticæ Græcæ, cum tabula uerborum anomalorũ, excuſa Baſileæ apud Heruagiũ, 1534. in 8. chartis 8.

MICHAELIS Keinſpeck Norimbergeñ. Muſici Alexandrini, Lilium Muſicæ planæ: chartæ ſunt 4. impreſſæ Auguſtæ, 1500. per Ioan. Froſchouer.

MICHAELIS Lochmeier, natione Germani, Parrochiale curatorum.

MICHAEL de Maſſa, ordinis fratrum eremitarũ ſancti Auguſtini, ædidit multa præclara uolumina, è quibus ſubiecta feruntur. T. cl. 1350.

Super ſententias,	lib. 4.	In Eſaiam prophetam,	lib. 1.
In Euangelium Matthæi,	lib. 1.	In euangelium Marci,	lib. 1.
In euangelium Lucæ,	lib. 1.	In euangelium Ioannis,	lib. 1.
De uita Chriſti,	lib. 1.	De paſſione domini,	lib. 1.

De quatuor uirtutibus, lib. 1. Sermones uarij, lib. 1.
Et alia multa. In multos denicp libros bibliæ commentarios elegantes lucubraſſe dicitur.

T. d. 1420. MICHAEL de Mediolano, ordinis fratrum Minorum, ſcripſit,
Sermones de tempore, lib. 1. Sermones de ſanctis, lib. 1.
Sermones per aduentũ, lib. 1. Sermones de pœnitẽtia per quad. li. 1.
Sermones de peccatis, lib. 1. Sermones de decẽ præceptis, li. 1.
Et quædam alia. * In catalogo bibliopolij cuiuſdam Italici legi impreſſos Michaëlis (ſine alio cognomine, uidetur autem nõ alius eſſe quàm hic Mediolanen.) ſermones, de fide, de peccatis, de pœnitentia, de decem præceptis.

MICHAEL Pontanus quidam aliquid ædidiſſe fertur.

MICHAELIS proconſulis & iudicis Italici liber quinquaginta titulorum iuris.
Procœmium operis legum breuiter comprehenſarum, titulis 65.
De iuſtitia legis, ac de ſupplicationibus, quæ regi offeruntur. Leges Romæ.
Hæc inſcriptio eſt uoluminis cuiuſdam Romæ extantis: non ſatis autem ſcio an hæc omnia eiuſdem Michaëlis proconſulis ſint, an diuerſorum authorum.

MICHAEL Pſellus Peripateticus, Græcus ſcriptor eruditus, & clarus ædítis in philoſophia, medicina, & theologia libris: ſæpe ſine alio prænomine Pſellus tantum nominatur, diximus autem ſupra de Ioanne Pſello: & uidendum eſt ne confundantur ſcriptores diuerſi. Mihi quidem aliquando coniectura occurrit eundem exiſtimandi Michaëlem Epheſium, & Michaëlem Pſellum: nam præter commune prænomen, utrũcp conſtat recentiorem fuiſſe, Chriſtianum, Peripateticum, Ariſtotelis paraphraſten.

» Conſtantini Ducæ imperatoris tempore, uir cum in omni liberalium artium ſcien
» tia, ſed & peregrinarum, floruit M. Pſellus, cuius innumerabiles penè libri curio-
» ſorum & ſtudioſorum manibus teruntur. Ad hunc certe Conſtantinum Pſelli de
» uictus ratione, hoc eſt, de diæta, & de auro conficiendo, hoc eſt Chryſopœia, libri
» extant: quos quidam non ſanè indoctus Conſtantino Magno datos, perperam
» etiam ſcripto credidit: ut commentaria mittam, quæ in Zoroaſtris Chaldaica ſym-
» bola leguntur, & canones aſtronomicos, & cætera. Lilius Gyraldus in opere de poẽtis.

Pſelli de dæmonibus libros duos Græcos Diegus Hurtadus Cæſareus Venetijs orator poſſidet. Excuſi ſunt etiam Latine in officina Aldi.
Mich. Pſelli contra Eunomium liber Græcus, Romæ in Vaticana.
Pſelli Monodia, epiſtolæ, & encomia diuerſa, ibidem. Item Scholia in dictum quoddam Baſilij.
Mich. Pſelli libri 2. de legib. Ecloge utilis ex libro parallellorum, ibidem.
Pſelli & aliorum uaria philoſophica, ibidem.
Pſelli arithmeticæ ſpeculationis compendium, quo natura & uarietas numerorum & analogia conſiderantur. Vuechelus excudit Pariſijs, 1538. in 4. chartis 2.
Mich. Pſelli expoſitio in oracula quæ dicuntur Chaldaica, alia fortaſſis quàm quæ ſuperius relata eſt ad Georgium Gemiſtum. Excuſa ſunt autẽ hæc oracula magica ſectatorum Zoroaſtris Lutetiæ, 1538. cum expoſitione adeſpota.
In Pſelli logica & mathematica quædam Græce Latinecp Venetijs olim impreſſa, iam dudum (ut audio) diſtracta ſunt omnia.
Pſelli paraphraſin in Odyſſeam Homeri, ſoluto ſermone, ita ut ſinguli uerſus ſeorſim reddíti ſint, Ioan. Oporinus noſter Baſilieñ. typographus habet in codice manuſcripto, cui etiam ſcholia paſſim per margines adiecta ſunt. (ticana.
Pſelli opus Græcũ ex libris medicinalibus ordine alphabeti, latet Romæ in Va-
M. Pſelli de uictus ratione, decp facultatibus, et ſucci qualitate alimentorũ lib. 2. Georgio Valla interprete. Cratander excudit Baſileæ, 1529. in 8. chartis 2. cum

Raze

Raze de peſte. Ex præfatione Lilij Gyraldi in librum Symeonis Sethi de ciba-
riorum facultate ad Michaëlē Ducam Conſtantinop. imperatorem. De eadem "
fermè re & facultate (inquit) ad Conſtantinum, huius, ut puto, Michaëlis Ducæ pa "
rentem Michaël Pſellus libellum ante ſcripſerat, cuius eſt exemplum apud Mele- " *Meletius.*
tium Græcum totius medicinæ ſcriptorē, non eodem modo argumento, ſed ijſdem "
interdum penè uerbis. Hunc ego Symeonem, multis licet in locis deprauatum & " *Symeon*
mancū, Latine quoquo modo uerti, adiutus in primis ipſius Pſelli libello, tum eiuſ- " *Sethi.*
dem altero à Georgio Valla peſſime conuerſo. "

Mich. Pſelli paraphraſis in librum Ariſtotelis de interpretatione, impreſſa Ve-
netijs apud Aldum, 1503. in fol. chartis 10. cum Ammonij & Magentini in eundem
librum, & rurſus Ammonij in Prædicamenta enarratione. Eadē Latinitate do-
nata cum eiuſdem Pſelli compendio in quinq; uoces Porphyrij & Ariſtotelis præ-
dicamenta, Baſileæ nuper excuſa ſunt apud Rob. Vuinter, in 8. 1542.

M. Pſelli breuis expoſitio in Ariſtotelis libros de naturali auſcultatione, extat in
bibliotheca Diegi Hurtadi Cæſarei ad Venetos oratoris, & alibi in Italia. Expo-
ſitio item in Metaphyſica Ariſtotelis, & in Pſychogoniā Platonis in Italia ſupſunt.
Item Cōmentarius in Ariſtotelis uerba, Ars artium & ſcientia ſcientiarū, & quo-
modo omnia à philoſophia dependeant.

MICHAELIS Rinij Neapolitani utriuſq; iuriſperiti, Gallorū regis conſiliarij, de regi-
bus Francorū lib. 3. De regib. Hiſpaniæ lib. 3. De regib. Hieroſolymorū lib. 1.
De regibus Neapolis & Siciliæ lib. 4. De regib. Vngarię lib. 2. Io. Frobenius
excudit Baſileæ, 1517. in 4. chartis 22. & dimid. cū indice. Præfatio authoris ſcri-
pta eſt Romæ anno 1505. in ea teſtatur ſe ex multis & magnis uoluminibus hanc epi-
tomen cōpoſuiſſe. Veteres (inquit) hiſtorias excuſſi, ſi quæ præſertim Regū ſtem- "
mata, graduſq; cognationis exequuntur, ut quo quiſq; iure de Campania patria "
mea contenderit, inuenirem. Stilus eſt purus, candidus, illaboratus, teſte Iano "
Parraſio in præfatione. Vngarica eius hiſtoria impreſſa eſt etiam cum Antonij
Bonfinij eiuſdem gentis hiſtoria, Baſileæ nuper.
Multa ſunt (inquit Lod. Viues) in hoc opere corrupta nomina locorū, hominum, "
& familiarum, uitio credo deſcribentium. "

MICHAEL Sauonarola. Vide Ioan. Michaël.

MICHAELIS Scoti liber de phyſiognomonia, impreſſus Venetijs, 1503. apud Ioan.
Baptiſtam Seſſam.

MICHAELIS Serueti Hiſpani de Trinitatis erroribus lib. 7. excuſi Baſileæ, 1531. in 8.

MICHAELIS Sicidotis hiſtoria Græca, Romæ in Vaticana biblioth.

MICHAELIS Stifelij, natione Germani, Arithmetica perfecta, cum præfatione Me-
lanchthonis, impreſſa nuper Norimbergæ apud Petreium in 4.

MICHAELIS Syngeli Hieroſolymorum libellus Græcus de orthodoxa fide, extat
Romæ in Vaticana. Vide Suidam in Michaële, & uerba eius de Dionyſio Areopa
gita apud eundem in Dionyſio.

MICHAELIS Tarchaniotæ Marulli Conſtantinopolitani epigrammata & hymni.
Chriſtianus Vuechel excudit Pariſijs, 1529. in 8. chartis 11. Excuſa ſunt & Argen
torati in 4. Raph. Volaterranus in Paralipomenis. Io. Iouinianus Pontanus "
(inquit) diſcipulum habuit Marullum Conſtantinopolitanū, hoſpitem meum, qui "
eodem die quo à me Volaterris diſceſſit, in amne Cicina ſubmerſus eſt: uir acris cū "
ingenij, tum iudicij, & qui plus noſtræ & patriæ linguæ uacauerit, ut eius indicant "
carmina. Viues cum laudaſſet Ang. Politiani Muſam: Marullus (inquit) obſcu- "
rior eſt, & gratia impari.

MICHAEL Toxites Rheticus, hoc tempore ludimagiſter Vrachij, ſcripſit Querelā
anſeris, uel de ingratitudine hominum Elegiam: item Epicedia quædam. Impreſſa
Argentorati in 8. 1540.

MICHAELIS Vehe liber pro Missa contra Lutheranos, impressus.

MICHAEL Verinus quidam nescio quid scripsisse fertur.

MICHAEL Villanouanus scripsit uniuersam rationẽ syruporũ ad Galeni censurã diligẽter expolitã, cũ expositione aphorismi Hippocratis, Concocta medicari, &c. Colinæus impressit Parisijs, 1537. in 8. Ab eodem emendatum & explicatum Cl. Ptolemæum habemus.

MICRERIS cuiusdam obscuri authoris tractatum manuscriptum uidere memini, alchymistum ni fallor.

MILLEI cuiusdam liber extat de triangulis sphæricis, haud scio an excusus.

T.cl. 870. MILO monachus cœnobij S. Amandi, ordinis diui Benedicti, natione Gallus, scripsit tam carmine quàm soluta oratione non pauca uolumina: de quibus ista præcipue feruntur ad Carolum caluum Imperatorem:

De sobrietate metrice, lib. 1. Vitam S. Amandi metrice, lib. 1.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

† Aliás, Priscã. MILTIADES, cuius Rhodon in opere suo quod aduersum Mõtanum, † Priscillam, Maximillamq; composuit, recordatur, scripsit contra eosdem uolumen præcipuũ: Et aduersum Gentes Iudæosq;, libros alios, & principibus illius temporis Apologeticum dedit. Floruit autem M. Antonini Cõmodi temporibus. Hieronymus. T. Eadem Trittemius, qui eum floruisse scribit anno D. 170.

MIMNERMI aliquot uersus leguntur apud Athenæum, & in collectaneis Stobæi: eiusdem distichon lib. 1. Florilegij. Vide Lilium Gyraldum de poëtis.

MINVCIANI liber quidam de argumentationibus Græce extat Romæ, ut in Dionysio Halicarnassẽo dixi. Vide Suidam.

MINVTIVS Felix, Romæ insignis causidicus, scripsit dialogũ Christiani & Ethnici disputantium, qui Octauius inscribitur: sed & alius sub nomine eius fertur de fato, uel contra Mathematicos, qui quum sit & ipse diserti hominis, nõ mihi uidetur cum superioris libri stylo cõuenire. Meminit huius Minutij & Lactantius in libris suis. Hieronymus. Trittemius addit, eum floruisse anno, 230.

MISCHION. Vide Moschion.

MITHAECVS ædidit Opsartytica. Athenæus.

MITHRIDATIS epistolę, excusę Græce Venetijs ab Aldo cũ uarijs aliorũ epistolis. Mithridatis epistola ad Arsacen, impressa cum Salustio & commentarijs in eundem, Parisijs.

MIXTATVS Patauinus historicus, nouarum rerum satis anxius inquisitor. Franc. Petrarcha lib. 4. de rebus memorandis.

MNASALCES Sicyonius scripsit epigrammata, quæ Athenæus allegat.

MNASALCI uel Mnesalci epigrammata uaria leguntur in Anthologio.

MNASEI Patarensis Europiaca, librum de Asia, & Periplum Athenæus citat.

MNESARCHI tetrastichon libro 6. Anthologij.

MNESIMACHI Comici fabulas aliquoties allegat Athenæus, quas & Suidas ex Athenæo noïat. MNESITHEVS Athenieñ. scripsit de esculentis. Athenæus.

MOCHIMVS Mesopotamenus apud Antiochiam presbyter, scripsit aduersum Eutychen egregium librum: & alia scribere dicitur, quæ necdum legi. Gennadius.

MOCHVS quidam (Μωχὸς) scripsit historiam Phœniciæ. Athenæus lib. 3.

MODESTI libellus de uocabulis rei militaris ad Tacitũ Augustũ, angustior charta 1. impressus Parisijs apud Vuech. & Coloniæ 1532. cũ. Fl. Vegetio, Frõtino, & Aeliano de aciebus.

T. cl 175. MODESTVS scripsit aduersus Marcionem lib. 1.

MOENAS I.C. Vide Tribonianum.

MOLPIS Lacon scripsit de Lacedæmoniorum repub. Athenæus.

T. MONALDVS ordinis fratrum Minorum theologus, & iurisconsultus eruditissimus, ædidit pro utilitate simpliciũ etiam doctis non spernenda opuscula, de quibus subiecta

iecta feruntur neceſſaria & perpulchra,
Summa iuris canonici, lib. 1. Quoniam ignorans ignora.
Quæſtiones ſententiarum, lib. 4. Sermones uarij, lib. 1.
Et alia complura, quæ ad notitiam noſtram minime uenerunt.

MONIVS iamborum poëta, unus ex Dipnoſophiſtis apud Athenæum.

MONNVLLVS, aliâs Munnullus, epiſtolæ 2. apud Cyprianum author cum aliquot aliis coëpiſcopis, lib. 1.

MONNVLLI à Girpa uerba apud Cypr. in ſentētijs epiſcoporū de hæret. baptizādis.

MORBISANI Turcarum principis ad Pium papam reſponſio de religione ſua, impreſſa Baſileæ cum Alcorano, &c. apud Ioan. Oporinum.

MORIENI cuiuſdam liber alchumiſticus extat, non impreſſus, quod ſciam.

MORIGIA quidā numeratur inter illos authores, ex quibus Baptiſta Fulgoſus memorabilia ſua collegit.

MOSCHION, aliâs Miſchion ſcripſit Græce de mulierum affectibus, quem librum Venetijs uidi in bibliotheca SS. Io. & Pauli, diuiſum in capita 167. Extat etiā in bibliotheca Auguſtæ Vindelicorum.

MOSCHIONIS poëtæ ſenarios aliquot recitat diuerſis in locis Ioan. Stobæus.

MOSES, aliâs Moſe, & Moyſes, Μωϋσῆς, & Moshe uel Moſche ſcribitur.

MOSES propheta et princeps populi Iudaici, libros quinq; primos ueteris Teſtamēti, Pentateuchū uocant, Hebraice cōſcripſit, qui omniū tum in ſacris tum pphanis literis uetuſtiſſimi, mirabili prouidentia Dei per tot ſæcula ſemp durāt. Vide Suidā.

MOSES Cordubenſis ſcripſit de ſenſu legis Iudæorum, in librū quē uocāt Talmud. Raph. Volater. Rabbi Moſis Commentarij Hebraici in duobus uoluminibus, excuſi Venetijs. Eiuſdem liber præceptorum, & alius dubiorum, &c.

R. MOSCHE Kimhi filij R. Ioſeph, & fratris R. Dauid Kimhi, Grammatica excuſa Baſileæ apud Cratandrum, 1531. cum Eliæ Leuitæ commentario, Hebraice ſimul & Latine, Seb. Munſtero interprete: & rurſus apud Hen. Petrū ibidem, 1536. accuratius per eundem Munſterum cum Hebraiſmo collata.

R. MOSIS Hadarſan cōmentarios in Geneſin Pet. Galatinus ſemel atq; iterū allegat.

R. MOSE filij Maimon Aegyptij, tredecim fundamenta ſeu articuli fidei Iudæorum, impreſſi Hebraice, Iſnæ in Germania, 1540. in 4. Directoriū in Theologia, impreſſum Hebraice, & Latine. Scripta eius apud Iudæos in magna exiſtimatione ſunt, & Ramban ab eiſdem uocatur.

R. MOYSI aphoriſmi in medicina.

R. MOSE filij Nahaman Gerundēſis Cōmentarius in Iob, impreſſus Venetijs apud
R. MOSCHE filij Neha Peruſch, id eſt, interpretatio. (Bombergum.

MOYSI cuiuſdam homiliæ 2. habentur cum Collationibus Io. Caſſiani: una, De deſtinatione monachi ac fine: altera, De diſcretione.

MOSCHI Siculi Europa, extat Græce cum alibi, tum in bibliotheca Auguſtæ Vindelicorum. Eiuſdem fugitiuus amor extat in Florilegio lib. 1. & Tetraſtichon quoddā lib. 4. Ex Bucolicis eius aliquot carmina citat Stobæus in ſermonibus, de naufragio, & de Venere, & bis in Vituperio Veneris. Athenæus.

MOSCHI, neſcio an huius, aut alterius, Interpretationē Rhodiarum dictionū & Mechanica citat. (MVNDINVS citatur in tabulis Elluchaſem medici.

MVNDINI Florentini expoſitio in Canones uniuerſales Meſuæ, excuſa Lugduni, 1525. in fol. magno uolumine cum alijs quibuſdam.

MVNDINVS Bononieñ. citat à Guidōe de Cauliaco, q qdē Guid. floruit anno 1363.

MVNDINI anatome, de omnibus humani corporis interioribus mēbris, excuſa Argentinæ, 1513. in 4. chartis 10. & alibi, 1527. in 16. chartis 6. Hic liber non immerito hodie negligitur, cum & ſtylo immundo ſcriptus ſit, & in rebus ipſis non raro hallucinetur.

MVSAEI poëmation heroicum de amore Erûs & Leandri, excusum Parisijs, 1538. in 8. & Coloniæ, 1526. apud Soterem: & olim Venetijs apud Aldum cum Orpheo. Vide Lil. Gyraldum, & apud Suidam de tribus Musæis poëtis, Eleusinio, Thebano, & Ephesio, & iterum de Musæo sine alio cognomine.

T.cl.440. MVSAEVS presbyter ecclesiæ Massilienſis, hortatu sancti Venerij episcopi, de scripturis sanctis excerpsit lectiones & responsoria singulis diebus festiuis totius anni apta, psalmosq; ordinauit singulis aptos temporibus in ecclesia decantandos. Scripsit etiam ad Eustasium episcopum egregium opus,

Sacramentorum, lib. 7. Homilias plures ad populum,

Et quædam alia, * Vide plura apud Gennadium.

MVSANVS non ignobilis inter eos qui de ecclesiastico dogmate scripserunt, sub Imperatore M. Antonino Vero, contexit librum aduersus quosdam fratres, qui de ecclesia ad Encratitarum hæresim declinauerant. Hieronymus.

MVSATVS nominatur inter illos scriptores, ex quibus Baptista Fulgosus memorabilia sua collegit.

MVSEIA citatur in Tacuinis Elluchasem medici.

MVSICII tetrastichon lib. 1. Anthologij: sed aliâs attribuitur Platoni.

MVSONIVS Capitonis Tyrrhenus, ex urbe Vulsinio, dialecticus, philosophus, & Stoicus, imperante Nerone claruit, à quo & occisus est ob dicendi libertatem. Familiaris Apollonio Tyaneo fuit, & mutuæ ipsorum leguntur epistolæ. Celebrantur sermones eius & epistolæ. Vide plura apud Suidam, qui etiam alterius cuiusdam eiusdem nominis meminit, tum in Musonio, tum in Marciano. Ioan. Stobæus in locis communibus multa passim & prolixa fragmenta huius philosophi citat ex libris siue sermonibus. De alimentis: Quod labor sit contemnendus: Exiliũ nõ esse malum: Quod oporteat regem philosophari: Quinam quæstus philosophis conueniat: An philosophum impediant nuptiæ: De supellectile: Quid in nuptijs præcipue spectandum. Epistolæ eius quædam Venetijs apud Aldum in uoluмine Græcarum epistolarum excusæ sunt: ubi etiam duo Musonij ad Apollonij epistolia cum epistolis Apollonij habentur.

Oratio de optimo principe, Stephano Nigro interprete, cum eiusdem Stephani lucubrationibus cæteris excusa Basileæ apud Hen. Petrum.

Stephanus Niger ex Athenæo collegit opusculũ de helluonibus & bibacibus, quod in Basilienſi æditione operum St. Nigri falsò inscribitur ex Musonio desum-
ptum esse.

MVSVLMANNVS. Vide in Meletio.

MVTIANVS Scholasticus Io. Chrysostomi episcopi Constantinop. Cõmentarium in epistolam D. Pauli ad Hebræos Latinitate donauit. Io. Gymnicus impressit Coloniæ, 1530. in 8. chartis 27.

MYIAE epistola ad Phyllidem, excusa ab Aldo in uolumine Græcarum epistolarũ. De tribus diuersis Myijs lege Suidam.

MYRINI tetrastichon lib. 2. Florilegij, & hexastichon lib. 3.

MYRO (aliâs Mœro, quod non placet) Byzantia scripsit Mnemosynen. Athenæus lib. 11. Myrûs hexastichon libro 6. Anthologij. Suidas hoc nomine duas mulieres commemorat.

MYRONIS Prienæi Messeniaca Athenæus allegat.

MYRSILVS scripsit historica paradoxa. Athenæus.

MYRSILI Lesbij de origine Italiæ & Tyrrhenorum liber 1. tertia pars est unius chartæ impressa, 1530. Basileæ cum aliquot alijs ueterum historicorum fragmentis.

MYRTILVS Athenieñ. Comicus, Lysidis filius, Hermippi Comici frater, scripsit Tanopanes & Amores. Suidas. Est & MYRTILVS unus ex Dipnosophistis apud Athenæum.

NOMINA ET LVCVBRATIONES AVTHORVM AB N. litera incipientium.

NAHVM Elkosæus propheta, prædixit subuersionem urbis Nineuiticæ (post Ionam, teste Ionathan) atq; totius regni Assyriorũ, quæ facta putatur à Nebuchadnæzar rege Chaldęorũ anno primo imperij sui. Author libri Sedar Olam scribit Ioëlem, Nahũ & Habakuk prophetasse in diebus Menasse impijssimi regis. Seb. Munsterus. Prophetiæ eius capita tria in uetere testamento habemus. Vide Epiphanium in uitis prophetarum.

NARCISSVS Augustanus, citatur in Chrysopasso Ioan. Eccij.

NATALIS Bedda. Vide Beda, & folio 203. b. in primis tribus uersib. Tomo 9. operum Des. Erasmi.

NATALIS à Boea uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

NATTA Astensis quidam iurisperitus, scripsit in statuta excludentia fœminas.

NAVCRATIS Comici Persis citatur ab Athenæo.

NAVMACHII uersus aliquot heroici plurimi & dignissimi lectu, apud Stobæum in sermone contra nuptias, quibus uirginitatem laudat: & in præceptis nuptialibus: & in uituperio diuitiarum. Videtur sanè Christianus poëta fuisse.

NAVSICRATES Comicus scripsit Naucleros & Persidem. Suidas, & Athenæus.

NAZABARVS, naturalis magiæ scriptor. Vide in Zoroastre.

NAZARII Panegyricus dictus Constantino imperatori, Basileę in 4. apud Ioan. Frobenium: chartis 4. cum aliquot aliorum panegyricis.

NEANTHIS Cyzicení Ἑλληνικὰ, περὶ τελετῆς, ὥραι, ab Athenæo allegantur. Suidas rhetorem fuisse scribit, & Philisci Milesij discipulum.

NEBRIDII epistola ad D. Augustinum de phantasia & memoria inquirens, numero septuagesima prima inter D. Augustini epistolas: ad eundem epistola 114. de amore suo erga ipsum.

NECTARII epistola ad D. Augustinum, numero 201. inter D. Augustini epistolas.

NEEMIAE prophetæ capita 13. leguntur in ueteri Testamento, non Hebraice, sed Græce tantum, ex translatione quæ existimatur 70. interpretum. Vide supra in (Esdra.

NELLVS quidam iurisperitus, scripsit de bannitis.

NEMESIANI à Tubunis uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

NEMESII philosophi & episcopi sermones summarij de natura hominis, Græce extant in Italia, & in bibliotheca Augustæ Vindelicorum: excusi sunt etiam Latine Georgio Valla interprete, Lugduni apud Gryphium, 1538. in 4.

NEOCLES Athenieñ. philosophus, frater Epicuri, scripsit de propria hæresi. Eiusdem est hæc sententia: Λάθε βιώσας. Suidas.

NEOPHRONIS senarij aliquot apud Stobæum de ira. Vide Suidam.

NEOPHYTI monachi de 24. literarum inuentione & allegoria, liber Græcus extat Romæ.

NEOPTOLEMI distichon hexametrũ apud Stobæũ de laude mortis. NEOPTOLEMI Pariani Glossas, Dionysiadem, & de epigrãmatis libros Athenæus allegat.

NEPOS de monte Albano, iurisperitus, scripsit de exceptionib.

NERATIVS Priscus I. C. antiquus, scripsit, Responsorum libros 3. Membranarum lib. 7. Regularum libros 15. citantur in Pandectis.

NERONIS (aliâs adespoton) distichon Anthologij lib. 3.

NESTEROTIS sermones, unus de scientia spiritali, alter de charismatibus diuinis, habentur in Collationibus Io. Cassiani.

NESTORIS Commentarios theatricos Athenæus allegat. NEstoris aliquot carmina libro 1. Anthologij habentur.

NESTOR poëta Græcus Iliada conscripsit, opus, ut sic dicam, monstrosum: deerant enim in eo literæ, &, ut Græci dicunt, ἀστοιχείωτον, quo modo & Tryphiodorus scripsit Odysseam. In primo enim utiq; A non reperitur, & similiter per totam rhapsodiam, &c. Vide Suidam.

NESTORII blasphemiæ, id est, duodecim anathemata, quæ totidem Cyrilli Alexandrini anathematismis aduersus ipsum scriptis opponuntur: Item exemplar sacrilegæ expositionis Nestorij: charta dimid. & uersus 33. Hen. Petrus excudit Basileæ, 1528. in fol. cum uarijs aliorum contra hæreticos scriptis. Vide apud Gennadium in catalogo illustrium uirorum.

NICAENETVS Samius epopœus & epigrammatum scriptor citatur ab Athenæo. Tetrastichon Nicæneti lib. 3. Anthologij legitur, & alterum lib. 4.

NICAGORAS Athenien. sophista, Mnesæi rhetoris filius, scripsit uitas doctorum uirorum, De Cleopatra in Troade, de legatione ad Philippum Romanorum regem, sub quo uixit. Suidas.

NICANDER Chalcedonius descripsit euentus Prusiæ. Athenæus. Idē NICANDRVM Thyatirenum nonnunquam citat.

NICANDER Colophonius, uel Aetolus secundum alios, scripsit Aetolica, Georgica, Colophoniaca, Theriaca, Glossas, Hetærœumena, Alexipharmaca, Medicationum collectanea, metaphrasin prognosticorum Hippocratis, de omnibus oraculis libros tres, & alia multa uersibus heroicis. Athenæus & Suidas. Iunioris Attali, quem Romani uicerunt, tempore floruit, grammaticus, poëta, & medicus. Præter superiora Athenæus à Nicandro, sine alio cognomine, scripta memorat: Bœotiaca, Oetaica, Melissurgica, & Peripeteias: uidentur autem planè eiusdem Nicandri esse.

Nicandri Theriaca cum interpretatione innominati authoris: & Alexipharmaca, cum diuersorum authorum, quorum nomina expressa non sunt cōmentarijs, omnia Græce excusa Venetijs apud Aldum cum Dioscoride Græco, & seorsim Coloniæ apud Ioan. Soterem, 1530. in 4. chartis 13. & dimid. Vtrūq; poëma uersibus heroicis constat, ijsq; perobscuris. In theriacis remedia docet aduersus serpentes & uaria animalia quæ morsu uel ictu uirus infligunt, quæ etiam graphice describit: in Alexipharmacis aduersus cætera uenena quæ in cibo uel potu nocent antidota præscribit. De uita authoris plura habes ab initio operis & epigrammata aliquot in eius laudem. Otho Brunfelsius in Iatrij sui medicaminū simplicium lib. 4. ueluti epitomen habet totius Nicandri. Nicandri interpretes fuisse inuenio Diphilum, uide supra: item Plutarchum, & Theonem, ex quorum commentarijs aliquis conflare inasse uidetur quæ habemus scholia. Eadem excusa sunt Latine, per Euricium Cordum carmine reddita, & prosa per Ioan. Lonicerū cum
» annotationibus. Ex præfatione Ioan. Loniceri. Nicandri eruditionem admi
» ratus est Fab. Quintilianus, dum inquit: Quid Nicandrum frustra secuti Macer,
» atq; Vergilius? Eius in poesi excellentiam suspicit M. Cicero, cum de rebus ru-
» sticis hominem ab agro remotissimum Nicandrum Colophonium, poetica quæ-
» dam facultate, non rustica, scripsisse præclare testatur, &c.

NICANDRI tetrastichon libro 3. Florilegij: sectione 5.

NICANOR Cyrenæus scripsit Metonomasias. Athenæus.

NICANOR Alexandrinus, Hermeæ filius, grāmatica aliquot opuscula ædidit, quæ Suidas commemorat. Idem tres alios NICANORES nominat, sed non inter scriptores.

NICARCHI plurima epigrammata passim leguntur in Anthologio Planud.

NICAS magnus grammaticus in etymologias nominum & uerborum Græcorum, extat in Italia. Citatur & in Miscellaneis Politiani.

NICASIVS de Voërda Mechilinienſis, natione Teuthonicus, patria Brabantinus, captus à tertio ætatis ſuæ anno oculis, in omni tamen doctrina & ſcientia tam diuina quàm humana præcipue in utroq; iure, eruditiſſimus euaſit. Aedidit celeberrimum opus quod in uniuerſitate Colonienſi multis excipientibus extraordinarie legit, T.M.1492.

Super inſtitutis, lib. 4. Quia ea quæ bene in.
Super ſententias, lib. 4. Sermones uarios, lib. 1.
Quæſtiones diuerſas. Scripſit ad me quaſdam epiſtolas, in quarum una ſatis copioſa, omnem hiſtoriam ſuæ fortunæ contexuit.

Nicaſij profeſſoris utriuſq; iuris lectura ſuper inſtitutionum libris 4. ad explanationem gloſſarum Accurſij mira breuitate congeſta: excuſa Lipſiæ, 1541. in folio, cum indice.

NICEAS Romanæ ciuitatis epiſcopus, cõpoſuit ſimplici & nitido ſermone, ſex competentibus baptiſmum inſtructionis libellos: in quibus primus continet, qualiter ſe debeant agere competẽtes, qui ad baptiſmi gratiam cupiunt peruenire. Secundus de gentilitatis erroribus, in quo indicat ſuo penè tempore Melchidium quendam patremfamiliâs ob liberalitatem, & Gadarium ruſticum ob fortitudinem eſſe inter deos relatos. Tertius liber, de fide unicæ maieſtatis. Quartus, aduerſum genethlelogiam. Quintus, de ſymbolo. Sextus, de agni paſchalis uictima. Dedit & ad lapſam uirginem libellũ, omnibus labentibus emendationis incentiuum. Gennadius. Trithemius addit, eum floruiſſe anno ſalutis, 420. T.

NICEPHORVS Blemmida (qui & monachus, & monaſtes, & presbyter, & κτήτωρ τοῦ Βλεμμίδου cognominatur: præponitur autem aliâs Blemmidæ nomen Nicephoro, aliâs poſtponit) multa & uaria ſcripſit: quorũ nos titulos uidimus, hæc ſunt.

De quinq; uocibus: & cur ſint quinq; tantum, neq; plures aut pauciores, diſquiſitio, impreſſa nuper Baſil. cũ Porphyrij introductione Ioach. Perionio interprete.

Nicephori ratio de compendiaria arte diſſerendi Georg. Vallæ interprete, impreſſa Baſileæ apud Rob. Vuinter. Vide ſupra in Georgio.

Summæ ſiue introductoriæ epitomes ad logicam libri 2. Græce extant in publica bibliotheca Auguſtæ Vindelicorum, & in multis Italiæ bibliothecis.

Blemmidæ Epitomen philoſophiæ uidi Venetijs in bibliotheca SS. Io. & Pauli, manuſcriptum uolumen in folio, craſſitudine circiter ſeſquidigitum.

De ſophiſticis elenchis cõmentarius. Liber legũ. De anima. De corpore. De meteoris capita 32. De naturalibus principijs & cauſis. Sermo qualem oporteat eſſe regem. Hæc omnia Græce extant Romæ in Vaticana.

Canones de urinis, extant Bononiæ in bibliotheca S. Saluatoris.

Στιχειώσεις ἰγ' ὑελίων. Venetijs apud Diegum Hurtadum oratorem Cæſareũ.

Demonſtratio, quod indiuiduis uita præfinita non ſit: extat in quadam Italiæ bibliotheca.

Capita numero 41. neſcio cuius argumẽti, in bibliotheca Auguſtę Vindelicorũ.

NICEPHORI Calliſti Xanthopuli opuſcula & epigrãmata, omnia ſenarijs (qui non quantitatem ſed numerum ſyllabarum obſeruant, ut in ſingulis uerſibus 12. ſint) metris conſcripta, præter Orationem confeſſoriam, quæ poſtremo loco ſoluta oratione habetur. Bebelius excudit Baſileæ, 1536. in 8. chartis 8. cum Cyro Theodoro Prodromo, &c. Inſcriptiones ſingulorum hæ ſunt.

Totius ſacræ ſcripturæ compendiaria ſynopſis.

De rebus geſtis poſt Maccabæos ad Chriſtum uſq;, & captiuitatem Hieroſolymorum, ſecundum Ioſephum. Captiuitas urbis Hieruſalem ſecundum eundem.

Liber

Genealogia patriarcharũ ad Dauidem uſq;. De rebus Moſaicis. Catalogus iudicũ Iſraelis. Reges Iſraelis. Solutio captiuitatis Babylonicę. Maccabaica. Aſſyriorum reges. Perſarum reges. Reges Aegypti, Syrorũ, & Medorum. Reges Græcorum. Reges Athenienſium. Cretenſium principes. Romanorum reges & monarchæ uſq; ad Andronicum, ſub quo uerisimile eſt ipſum uixiſſe. Patriarchæ Conſtantinopolitani. Chriſti genealogia. Patriarchæ 12. tribuũ Iſraël. Sedecim prophetæ. Decem plagæ Aegyptiorũ. Decalogus legis. Duodecim apoſtoli. Diſcipuli Chriſti 70. Euangeliſtæ & diaconi. Diſcipulæ Chriſti. Miracula Chriſti ſecundum 4. euangelia. Parabolæ Chriſti ſecundũ eadem. Acta apoſtolorum. Epiſtolæ Pauli. Enumeratio librorum utriuſq; Teſtamenti. Catalogus theologorum & hymnographorum. Paſſiones Chriſti. Nomina ſanctorum ſecundum dies ſingulorum menſium. Triodij (libri forte ſic dicti) ſynopſis. Verſus in 12. feſta. Oratio confeſſoria ad Deum, continens omnes humanas affectiones.

Eiuſdem de regibus Chriſtianorum (neſcio an pars ſuperiorum, an opus peculiare) Romæ in Vaticana.

NICEPHORI Chartophylacis epiſtola de ligandi & ſoluendi poteſtate ad Theodoſium monachum, quadrans chartæ: excuſus Baſileæ ab Hen. Petro. Vide in Io. Oecolampadio, fol. 444. a. uerſu 17.

NICEPHORI Chumni de oratione, iudicio, & operatiõe, quid ex eis amplecti, quid fugere deceat. Libellus Græcus, Romæ in Vaticana.

NICEPHORI Archiepiſcopi Conſtantinopolitani de fide, καὶ κατὰ τῶν δοξαζόντων εἰδώλοις προσκυνηκέναι κεφάλαια οδ'. Προοίμιον τῶν ὑποκειμένων χήσεων. Aduerſus Manonæ dicta contra incarnationem Chriſti. Liber Græcus Romæ in Vaticana.

NICEPHORI patriarchæ pericope ex Chronico. Ibidem Græce.

NICEPHORVS Gregoras quædam ſcripſit in Ariſtotelem. Raph. Volaterranus. Ego nihil inuenio in Ariſtotelem ab aliquo huius nominis ſcriptũ, ſed à Nicephoro Blemmida. Quibus occaſio eſt diligentius inquirant, an idem ſit † author, quod non puto, aut Volaterranus memoria lapſus ſit. Nicephori Gregoræ dialexis, Florentius, aut de ſapientia. Patriæ encomium. Romanæ hiſtoriæ, id eſt, de imperatoribus Conſtantinopolitanis libri undecim. Hæc omnia Græce uiſuntur in Vaticana Romæ.

† Apparet utrũq; ſub Andronico uixiſſe.

Hypomnema in Syneſium de inſomnijs, extat apud Diegum Hurtadum Cæſaris oratorẽ Venetijs. Orationes contra Palamitas hæreticos, Hiſtoriarum compendium decem libris comprehenſum, apud eundem.

Ad Logothetam de magno piſce, & alijs animalibus liber, habetur Florentiæ in Bibliotheca Medicum.

De illis qui calumniantur aſtronomiam. Epiſtolæ. Proſphonemata. Sermones. In Cyprum. Ad magnum Logothetam. Ad eundem adhortatoria de aſtronomia. De morte regis Andronici Palæologi. Ad eos qui fatum ſtatuunt, &c. Omnia in uno codice extant in Italica bibliotheca quadam.

NICERATI hexaſtichon libro 1. Florilegij Græci.

NICETAE Byzantij philoſophi liber contra Moameth. Eiuſdem Expoſitio confirmatiua cum demonſtratione Chriſtiani dogmatis ex communibus prænotionibus & dialectica methodo, & naturalibus argumentis, ac ſyllogiſtico artificio producta: item contradictio epiſtolæ ab Agarenis miſſæ ad Michaëlem imperatorem Theophylacti filium, quæ Chriſtianorum fidem calumniatur. Romæ in Vaticana bibliotheca.

NICETAE Choniatæ hiſtoria annorum 38. de regnis Manuelis Comneni in 7. tomis: Iſaacij Angeli, Alexij Ducæ qui & Murtzuphlus dictus eſt. Alia inſcriptio. Hiſtoria à regno Io. Comneni ad Conſtantinopolin captam. Ibidem extat, & apud

apud Diegum Hurtadum Cæsaris oratorem Venetijs.

NICETAE, qui & Dauid cognominatur, expositio in uersus Gregorij Nazianzeni, Romæ seruatur Græce: nescio an eadem sit expositio in obscuriores locos Gregorij, quæ Augustæ Vindelicorum in bibliotheca publica habetur.

NICETAE Mersiniotæ de sancti spiritus progressione cõmentarius Græcus, Romæ.

NICETAE monachi, &c. de azymis, sabbatis, ieiunio, nuptijs, & sacerdotibus. Eiusdem liber contra blasphemam Armeniorũ hæresim. Extant alicubi in Italia.

NICETAE Paneuphemi magistri epistolæ Græcæ, Romæ.

NICETAE τοῦ Σερρῶν canones κατ' ἦχον. Eiusdem alius canon. Imperatores Constantinopoli hæretici & Christiani. Ibidem Græce.

NICIAE librum de lapidibus allegat Stobæus in sermone de morbis.

NICIAE epigrammata quinq; in Florilegio. NICIAE Arcadica Athenæus citat.

NICIAS Nicenus scripsit philosophorum historiam, & successiones. Athenæus.

NICOBVLE bis apud Athenæum allegatur.

NICOCHARES Athenien. comicus, æqualis Aristophani, aliquot fabulas scripsit, quas Suidas & Athenæus nominant.

NICOCLES poëta scripsit Acarios fabulam. Athenæus libro 8.

NICODEMI Heracleotæ carmina antistrephonta 14. libro 6. Florilegij Græci.

NICODEMVS descripsit gesta Iesu Christi, quæ inuenit Theodosius magnus imperator in Ierusalem in prætorio Pontij Pilati, ex Hebraica lingua in Latinam translata, excusa sunt Antuerpiæ, 1538. in 8. Memini uidere etiam Germanice redditum Nicodemi Euangelium.

Ex NICOLAI cuiusdam collectaneis de moribus gentium multa citantur fragmenta in Locis Ioan. Stobæi.

NICOLAVS rhetor, Plutarchi Nestorij cognomine & Procli familiaris, scripsit Progymnasmata, & declamationes rhetoricas, & alia quædam. Claruit sub Leone imperatore seniori usq; ad Zenonem & Anastasium. Suidas.

NICOLAVS Myron Lyciæ, frater Dioscoridis grammatici, & Hipparchi, & Hypati patricij, Lacharis discipulus, sophista fuit Constantinopoli: artem rhetoricam & declamationes scripsit. Suidas.

NICOLAVS Actiacus, Grammaticus Græcus ut uidetur, citatur in Dictionario Ambr. Calepini in uoce Abolla.

NICOLAI Alexandrini medici Græci uetustissimi liber de compositione medicamentorum particularium secundum genera ordine literarum (falsò enim inscribitur secundum loca) translatus è Græco in Latinum à Nicolao Rhegino Calabro, nunc primũ excusus Ingolstadij, cum breuissimis annotationib. (præsertim quod ad obscura uocabula, qualia multa & quidem barbara insunt, simplicium pharmacorum) locorum difficilium Ioan. Agricolæ Ammonij: Ingolstadij, 1541. in 4. cum indice, chartis 67. deinde Venetijs in 8. apud Andream Arriuabenum, & castigatius quidem, si uerus est titulus. Non solum autem componendi singula medicamina quæ suo tempore erant in usu modum docet, & pondera definit: sed etiã quibus affectibus medeantur, & facultates eorum explicat.

Ex epistola nuncupatoria Ioan. Agricolæ. Complexus est Nicolaus noster capitula mille & centum, quum uulgatus Nicolai Præpositi codex, in quem Platearius minor commentarios scripsit uix 150. in uniuersum compositiones hinc decerpras habeat. Et paulò post. Hunc authorem uixisse arbitror ante Paulum Aeginetam: siquidem hic citat Nicolaum quempiam medicamẽtorum scriptorem libro 7. in medio capitis 17. Nouiq; authorem hunc ipsum Græce occultari ab Italis, adeoq; in ipsa urbe Roma. Simon Genueñ. translatione hac nostra usus est, quod deprehendimus in dictione apoquimatos, ubi appellat hunc Nicolai librum de compos. medicam. Vniuersalem, &c. Nicolaus Præpositus.

Nicolai Myrepsi medicinales libri 24. Græci extant in Italia: nimirũ idem opus cum prædicto, quod itidem in 24. literas alphabeti diuiditur.

NICOLAI Arelatani liber de hæreticis, excusus Lugduni in 8. De secundis nuptijs, ibidem in 8. 1536.

NICOLAI Artabasdæ institutio ψηφοφορίας, Græce extat apud Diegum Hurtadum Cæsaris legatum Venetijs.

NICOLAI Bartolemæi Lochiensis Christus Xylonicus, comœdia impressa Antuerpiæ in 8.

Eiusdem Ἔννοιαι, impressæ.

NICOLAVS Basilius. Vide in Ioan. Nauclero.

NICOLAVS Bellonus patricius Casalensis ex Monteferrato, iuris ciuilis primo loco interpres hoc tempore in Academia Dolana Burgundiæ, scripsit Repetitiones & Tractatus aliquot. Ioan. Oporinus impressit Basileæ, 1544. in fol. cum indice. Insunt autem hæc:

Repetitio Rub. Cod. de edendo, in qua præter materiam editionum in practica frequentem, examinatur doctissime quæstio illa, An quemadmodum mulier conuicta de adulterio, non potest dotem repetere, ita si sit conuicta de osculo, uel tactu libidinoso.

Tractatus in Rub. Cod. qui admitti ad bonorum possess. De bonorum possessionibus ordinarijs, & extraordinarijs.

Tractatus in Rub. ff. de officio eius cui est mandata iurisd. de iurisditione iudicis ordinarij, & delegati ad uniuersitatem, generalitatem, & singularitatem causarum: & de iurisditione uicarij, seu uice gerentis, assessoris, arbitri, arbitratoris, amicabilis compositoris, & iudicis cartularij.

Quæstio ad quem sit appellandum à subconseruatore, ubi plura de conseruatoribus: & ibi etiam, an à delegato episcopi possit appellari ad eius officialem generalem, uel ad summum Pontificem.

Repetitio. parag. item Seruiana. Instit. de actionibus. in qua plene examinatur materia pignoris, hypothecæ, & Saluiani interdicti.

Eiusdem Supputationum iuris libri 4. quibus & nouæ legum declarationes, & articulorum iuris resolutiones habentur. Ibidem excusi, 1542. & 1544. & apud Isingrinium eodem anno, ex authoris recognitione in folio: chartis 26.

In Quarto libro, Cap. 15. cum quatuor sequentibus. plura pertinentia ad intelligentiam consuetudinis generalis per totam Galliam le mort saesist le uif.

Vltimo Capite eiusdem libri, An consuetudo Ducatus Burgundiæ Vng. Chascun habile a faire testament, &c. patiatur interpretationem ab authentica, ex causa. Cod. de liber. præteri.

Oratio auctoris, quam præfationis loco habuit, cum lectiones suas Dolæ auspicaretur.

Index legum hic nouiter declaratarum, & aliùs singularum materierum.

Supputationes cur sic inscriptæ.

» Ex epistola nuncupatoria authoris scripta Dolæ, 1542. Toto hoc anno præter
» assiduas lectiones, successiuis (ut aiunt) horis, partim eorum quæ hactenus in diuer-
» sis Academijs professus sum, reuisi: aliquaq; annotaui, partim ab alijs intacta, par-
» tim fortasse non ut oportuit tractata: Et quãuis multa supereressent, quò opus ipsum
» amplius fieri facile potuisset, ea tamen in aliud tempus reiecì, atq; hæc pauca tan-
» quam specimen quoddam in primis proponenda & ædenda curaui, quæ Suppu-
» tationum iuris titulo inscripsi, dum rationes ab alijs hactenus putatas, reputatasq;,
» nouo, & (ni fallor) diligentiore adhibito calculo supputo, &c.

Super utraq; parte Institutionum lucubrationes, quas primis annis in Papiensi academia confecit. Isingrinius excudit Basileæ, 1544. in folio: chartis 59.

Super prima parte.

Repetitio rubricæ & principij de testamentis. Rub. & tit. de ex hæred. liber.

*Rub.

Rub. de uulg. ſubſtit. Rub. & tit. de pupill. ſubſtit.
Rub. & tit. de fideicommiſſ. hæred.

Super ſecunda parte.

Rub. & tit. de obligationib. Rub. & tit. quib. mod. re contrahatur oblig.
Rub. & tit. de uerb. oblig. Rub. & tit. de duob. reis.
Rub. & tit. de fideiuſſorib.

Volumen Conſiliorum 69. quo diuerſæ materiæ tum in ſcholis, tum in iudicijs utiliſſimæ, diſcutiuntur & cumulantur. Ibidem excuſum 1544. in fol. cum indice; chartis 46. cum epiſtola nuncupatoria Dolæ ſcripta ab authore, 1544. Auguſto menſe.

NICOLAI Beraldi Aurelij (quẽ ante annos 12. Aureliæ in Gallia uidi) dialogus, quo rationes quædã explicantur, quibus dicẽdi ex tempore facultas parari poteſt; deq; ipſa dicendi ex tempore facultate. Gryphius excudit Lugduni, 1534. in 8.

De iuriſprudentia uetere ac nouitia oratio, cum erudita ad antiquorũ lectionẽ ac ſtudium exhortatione. Ibidem excuſa, 1533. & Pariſijs apud Vuechelum.

Nicolaus Beraldus ad Politiani Ruſticũ, & Fr. Syluius ad Gryphum Auſonij, « multum habent ex philologia bonarum rerum accurate depromptarũ. Vives. «

Fertur etiam in Politiani Nutricia ſcripſiſſe, ſi bene memini. Phraſin purã & candidam habet.

N. Bertrucius. Vide Bertrucius.

NICOLAVS de Bibera, natione Teuthonicus, ſcripſit tam metro quàm proſa non pauca opuſcula, è quibus ego tantum uidi opus, cuius titulus eſt occultus, quod carmine & oratione ſoluta compoſuit Erfordiæ. T. cl. 1190. Erfordiæ.

De cauendo malo, lib. 1. Carminis auditor lec.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1.

NICOLAVS Boërius Iuriſperitus, ſcripſit in locum 2. Cod. Quomodo & quando iud. l. conſentaneum. De authoritate utriuſq; regij conſiſtorij, ubi & de præcedentia canon. & abbat. Super conſuetudines Bituricẽ. De cuſtodia clauſũ portarum, & caſtrorum, Conſilium incipit: Chriſti & eius genitricis, quia in hoc tempore bellicoſo. De poteſtate legati Franciæ. De præcedentia & ordine graduum utriuſq; fori. De ſeditioſis.

Additiones in Cõmentarium Io. Montaigne de parlamentis & eorum authoritate ac præcedentia: & rurſus in eiuſdem librum de authoritate & præcedentia magni Conſilij, Additiones. Conſilium, quomodo conſobrini inter ſe diuidant hæreditatem patrui. incip. An filij duorum fratrum. Conſilium, an quæſita per mulierem nomine ſuo ſint ſua, uel filiæ. An hæredes filiæ teneantur ad dimidiã debitorum ſolutorum per matrem. An ſuccedens in mobilibus, ſuccedat in uenditis, cum pacto de recatan. incip. Iaquelina.

NICOLAVS Borbonius Vandoperanus, uir utraq; lingua doctus, & elegans poëta, anno 1533. Lutetiæ Pariſiorum à me uiſus, ſcripſit tabulas Grammaticas.

Eiuſdem Pædologiam, ſiue de moribus puerorum libellum, Gryphius excudit Lugduni in 4.

Nugæ & epigrammata, excuſa Lugduni apud Gryphium, 1538. in 8. & Baſileæ apud Cratandrum aucta & recognita.

NICOLAVS Cabaſilas ſcripſit de uita in Chriſto ſermones 5. item Τίς ὁ νοῦς τῆς εἰσαγωγῆς ὅλης ἐν κεφαλαίῳ. Obſeruationem in uiſionem prophetæ Ezechielis, in qua ſuper quatuor animalibus throni ſimilitudo, & ſuper throno ſpecies hominis: Secundam ſimilitudinem. Sermones octoginta octo. De ſpiritus ſancti progreſſione aduerſus S. Thomam, ut ſupra diximus in Demetrio Cydonio.

Hæc omnia Græce extant in Italiæ bibliothecis, præſertim Romæ in Vaticana. In quibuſdã prænomen nullũ erat; ego alium Cabaſilam præter hunc eſſe non puto.

† Aliás 9. NICOLAVS (aliâs Laonicus) Athenienſis, ſcripſit libros † decem hiſtoriarū de rebus Turcicis uſq; ad Mahomet incluſiue, ubi ſimul & aliarum gentium (ut Italiæ, Galliæ, Germaniæ, &c.) hiſtoriæ nō paucæ obiter enarrantur. Eos uidi Venetijs apud Nicolaum Sophianum. Habet eundem codicem manuſcriptum illuſtris uir Leonardus Beck à Beckenſtein ciuis Auguſtanus, & Cæſaris conſiliarius, qui propediem Græce & Latinitate donatus, ut ſpero, in lucem prodibit. Chartæ ſunt 95. in folio manuſcriptæ, inſcriptio Græca huiuſmodi eſt. Ἱστορικὴ ἢ ἀποδείξεις ἱστορίων, ὅθεν τε ἤρξαντο οἱ αὐθένται τῶν τουρκῶν, καὶ πράξεις αὐτῶν, καὶ ἀνδριαγαθήματα ἕως τῶν ἀνδραγαθημάτων τοῦ μεγάλου αὐθέντου τοῦ μωάμεθ.

T. NICOLAVS Ciſtertienſ. monachus cœnobij S. crucis in Auſtria, natiõe Germanus, ſcripſit quædam, è quibus feruntur ſubiecta. Opus in laudem Virginis Mariæ, prædicatoribus utile, quod inſcripſit:

Imaginem ſanctæ Mariæ, lib. 3. Nomen uirginis Maria.
Sermones uarij, lib. 1.

Cætera, & ſi multa ferantur quæ compoſuit, ad nos minime uenerunt.

T.cl.1417. † Aliás Clymenges. NICOLAVS † Clemangis archidiaconus Baiocenſis, metro excellens & proſa, in gymnaſio Pariſienſi magiſterium ſacræ paginæ conſecutus, magnam eruditionis ſuæ euidentiã dedit. Scripſit utroq; ſtilo multa præclara uolumina: de quibus ſubiecta feruntur, Ad dominum Petrum de Aliaco epiſcopũ Cameracenſem & Cardinalem, opus inſigne quod prænotauit:

De fructu eremi, lib. 1. De corrupto eccleſiæ ſtatu, lib. 1.
De nouis feſtiuitatibus, lib. 1. De materia ſchiſmatis, lib. 1.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1. Et alia multa.

* Liber de corrupto eccleſiæ ſtatu, impreſſus eſt in Germania in 4. & fortè idem eſt tractatus de uitijs miniſtrorum eccleſiæ, quem ſupra nominaui in appendice operum Ioan. Gerſon.

Nicolai de Clamengijs (aliâs Clemengis) liber de lapſu & reparatione iuſtitiæ, impreſſus Baſileæ in 4. apud Cratandrum.

NICOLAI Clenardi inſtitutiones abſolutiſſimæ & breuiſſimæ in linguam Græcam. Annotationes in nominum uerborumq; difficultates. Inueſtigatio thematis, ſeu de uerbis anomalis. Ratio ſyntaxeos. His additæ ſunt meditationes Græcanicæ, in eorum gratiam, qui uiua præceptoris uoce deſtituuntur. Ioan. Gymnicus excudit Coloniæ, 1536. in 8. & 1538. chartis 19. Author ipſe conſcripſit Louanij, 1530.

Eadem Grammatica Græca excuſa eſt Pariſijs apud Vuechelum cum annotationibus Renati Guillonij. Eiuſdem Grammatica Hebraica, ibidem.

NICOLAVS Copernicus Torunnæus, canonicus Vuarmaciẽſis, nuper ſcripſit Reuolutionum libros, quibus terram circa cœlum immobile moueri aſſeritur. Excuſi ſunt Norimbergæ, 1543. in fol. De ijſdem libris narrationẽ antea Georgius Ioachimus Rheticus ædiderat, ut ſupra dixi.

T.M.1491. NICOLAVS de Crutzennach, natiõe Teuthonicus, ex diœceſi Moguntiñ. & comitatu Spanhemenſi, ſcripſit quædam præclara opuſcula, è quibus iſta feruntur.

Quæſtiones ſententiarum, lib. 4. Sermones uarij, lib. 2.
Collationes & orationes multæ, lib. 1. De conceptione S. Mariæ, lib. 1.

Et alia complura, quæ cum uſq; ad mortem cælauerit, ad notitiam noſtræ lectionis necdum uenire potuerunt, quæ tamen indies uentura ſunt.

T.M.1464. NICOLAVS de Cuſa, epiſcopus Brixinenſis, & eccleſiæ Romanæ tituli ſancti Petri ad uincula presbyter cardinalis, natione Teuthonicus, ex diœceſi Treuerenſi, triũ linguarum Hebraicæ, Græcæ, & Latinę peritus, ſcripſit multa præclara uolumina, de quibus extant ſubiecta.

De uiſione dei, lib. 1. Pandam nunc quæ uobis,

De pace

De pace fidei,	lib.1.	Fuit ex his qui apud.	
Reparatio Calendarij,	lib.1.	Sume sanctissime pa.	
De mathematicis cõplementis,	lib.1.	Ad laudem omnipotentis.	
Cribratio Alchorani,	lib.3.	Tanta est potestas sum.	
De uenatione sapientiæ,	lib.1.	Propositum est meas sa.	
De ludo globi mystice,	lib.2.	Cum te uideam ad sedem.	
Compendium,	lib.1.	Accipe breue compendium.	
Trialogus de Poss.	lib.1.	Cum nobis conce.	
De mathematica perfectione,	lib.1.	Sollicita est nobilis mens.	
Contra Bohœmos,	lib.1.	Nicolaus miseratione.	
De Beryllo,	lib.1.	Qui legerit ea quæ in.	
De dato patris luminum,	lib.1.	Et si iam ante p.u.no.	
De quærendo deo,	lib.1.	Desiderio tuo posse te.	
De apice theoriæ,	lib.1.	Video te quadam profun.	
De docta ignorantia,	lib.3.	Admirabitur & recte.	
De coniecturis,	lib.	Data nunc qualicunq;.	
De filiatione dei,	lib.1.	Tandem me compulit.	
De Genesi,	lib.1.	Sæpe delectabilius re.	
Idiotæ de sapientia,	lib.4.	Conuenit pauper quidam.	
De quadratura circuli,	lib.1.	De fortuna,	lib.1.
Directorium speculantis,	lib.1.	Tu nosti nos tres, &c.	
Sermones per totum annum,	lib.1.	Epistolarum ad diuersos,	lib.1.

Et alia complura. Circa Cusam natiuitatis suæ uillam ad ripas Mosellæ in opposito Vrsicastri hospitale celeberrimum in honorem sancti Nicolai episcopi construxit, quod prædijs & redditibus copiose ditauit, ac libris in omni scientia pluribus exornauit, Græcis, Latinis & alijs.

* Opera Nicolai Cusæ uel Cusani Card. impressa sunt Parisijs, 1514. in fol. apud Ascensium.

Liber de quadratura circuli, deq; recti ac curui commensuratione, impressus Norimbergæ, 1533. in fol. cum alijs quibusdam.

Cribrationum Alcorani libri tres, impressi Basileæ apud Ioan. Oporinum nuper cum Alcorano, &c.

Inuenio præterea eum ædidisse geometricos libros, de transmutationibus figurarum, & de complementis theoricis.

NICOLAVS Damascenus Peripateticus aut Platonicus, Herodi Iudæorum regi & Augusto Cæsari familiaris, scripsit historiæ catholicæ libros 80. & Institutionem uitæ Cæsaris: item de uita propria. Vide Suidam. Athenæus historiam eius duobus locis allegat: cuius etiam fragmentum libro primo Iosephi contra Appionem legitur. Eadem integra ni fallor, extat in Italiæ bibliothecis: quanquam & excerpta quædam ex eius historia Venetijs haberi amicus quidam nuper ad me scripserit, quare dubito an extet integra. Nicolai Damasceni Syngraphe Venetijs asseruatur: haud scio an diuersa ab historia prædicta.

NICOLAVS Dathus, Augustini Dathi filius, scripsit librum de laudibus eloquentiæ & uita patris sui, qui operibus Augustini præfixus habetur: quẽ tamen morte præuentus non absoluit: sunt & carmina quædam in illo libro, in patris laudem & alia de officio scribæ.

NICOLAI diaconi expositio in tetrastichas iambicas paræneses Gregorij theologi. Contradictoria capita Antisthenis & Polycratis. Græce extant Romæ.

NICOLAVS † Dinckelspule, natione Teuthonicus, Vuienẽsis gymnasij in Austria decus & rector, scripsit multa & præclara uolumina, è quorum numero subiecta feruntur.

T.cl.1420.

† Aliàs Dinckelspuel: aliqua eius impressa puto.

Super ſententias, lib. 4.
De ſeptẽ donis ſpiritus ſancti lib. 1.
De decem præceptis, lib. 1.
Super oratione dominica, lib. 1.
De octo beatitudinibus, lib. 1.
De tribus partib. pœnitentiæ, lib. 1.
De ſeptem peccatis mortalib. lib. 1.
De præcepto charitatis, lib. 1.
De peccatis linguæ, lib. 1.
Sermones de tempore, lib. 1.
Sermones morales, lib. 1.
Quæſtiones ſententiarum, lib. 1.
Scribitur Matthæi, 22.
Si quid petieritis patrem.
In Euangelio quo legitur.
De octo uitijs capitalib. lib. 1.
Notandum quod ut dici.
Duo ſunt præcepta char.
Conſequenter dicendum eſt.
Sermones de ſanctis, lib. 1.
Et alia plura.

T. cl. 1470. NICOLAVS Donis, natione Teuthonicus, ordinis diui patris Benedicti, ſcripſit non contemnenda uolumina, è quibus extat opus mirandum, cum picturis & nouis tabulis elegantiſſime ordinatis, & diligentiſſime correctis.
In coſmographiam Ptolemæi.
Ad Paulum papam II. lib. 7. Non me fugit beatiſſ.
De locis quoq; mirandis, lib. 1. Quoniam, ut ait Auguſtinus.
Epiſtolæ uariæ ad diuerſos. Et quædam alia.

T. cl. 1494. † Aliás, de Orbelli. NICOLAVS † Dorbellus, ordinis fratrum Minorum S. Franciſci prouinciæ Thuronenſis, &c, ſcripſit præclara quædam, de cuius opuſculis ſubiecta feruntur, opus inſigne,
Super ſententias, lib. 4.
Super ſummulis Pe. Hiſpani, lib. 7. Quia teſte ſapiente.
a De ſcientia Mathematica, lib. 1. Sicut dicit philoſophus.
In lib. Phyſicorũ Ariſtotelis, lib. 8. Expedita prima parte.
In lib. de cœlo & mundo, lib. 2. Natura, hic incipit liber.
In li. de generatiõe & corruptione, lib. 2. De generatione, hic inci.
In lib. Meteororum, lib. 3. De primis, Incipit liber.
In lib. de anima, lib. 3. Bonorum honorabilium.
In lib. Metaphyſicorum, lib. 12. Expedita ſecunda parte.
b In lib. Ethicorum, lib. 10. Per tract. compendioſe.
Et quædam alia. Fuit autem dictorum Ioannis Scoti profundus interpres & acerrimus defenſor, ex cuius ſcriptis philoſophiam exponens hoc ipſum opus in tres partes, mathematicam, † theologicam, et ethicam diuidens cõpendium nominauit.
* a b & reliqui intermedij libri, excuſi ſunt Baſileæ, 1505. in 4. uno uolumine, chartis 46.

† Id eſt, metaphyſicam.

T. cl. circa annum 1350. Oxoniæ. NICOLAVS Dorhin, natione Anglicus, ordinis fratrum beatiſſimæ Mariæ ſemper uirginis de monte Carmeli, ſcripſit nonnulla, è quibus extant:
Super Sententias, lib. 4. Determinationes quæſtionũ, lib. 1.
Et alia quædam.

NICOLAI Ecmondani mentio facta eſt, operum Deſ. Eraſmi Tomo 9.

NICOLAI epiſcopi Modruſienſis oratio habita in funere Petri Cardinalis S. Sixti, impreſſa alicubi in Italia (Venetijs puto) ſtilo ſatis exculto: charta 1. & dimid. cum rhetorica Ant. Mancinelli.

NICOLAVS Erythræus Venetus I. C. uir utraq; lingua doctiſſimus, Indicem collegit omnium in Virgilij operibus dictionum iuxta ordinem alphabeti, quoties ſingulę in illis reperiunt, indicantẽ, inſertis paſſim etiã annotationibus perq; eruditis. Ipſa quoq; Virgilij opera in priſtinam lectionem reſtituit, & ad rationẽ ſui indicis digeſſit: adiectis ubiq; per margines ſcholijs, cum alijs, tum quæ ad proſodiã pertinent, &c. Ab initio quoq; libellum præfixit de ratione carminũ Virgilij. Omnia ab authore ædita ſunt Venetijs, 1539. In præfatione pollicetur ædendos ſimiles indices

indices in optimos quosq; utriusq; linguæ scriptores: & ex ijsdē omnibus olim congerendos utriusq; etiam linguæ commentarios. Item librum de perfecti poëtæ institutione: & alibi librum de equis: quorum omnium nihil adhuc uidi excusum. Index in Virgilium ipsa poëtæ opera tertia circiter parte excedit mole sua.

NICOLAI Euerardi de Middelburgo Topica iuris, impressa Louanij, 1516. quæ quidem æditio melior habetur, in fol.

NICOLAVS Florentinus quidam scripsit de re militari.

NICOLAVS eximiæ doctrinæ medicus, natione Italus, patria Florentinus, ædidit T.M, 1412.
quædam in ea facultate præclara opuscula, de quibus fertur opus insigne,
Summa medicinæ, lib. 1. Et quædam alia.

* Nicolai Nicoli Florentini Sermones medicinales octo, impressi quatuor non paruis tomis Venetijs in folio basilico, apud Bernardinum de Tridino, 1491. chartis quadringentis octoginta quinq;. Quanq; octauus sermo in illa æditione quam ego uidi deerat, sed is quoq; postea impressus fertur. Ex præfatione authoris. Proposui dicta authorum in unum reducere uolumen, cum explanationibus uerissimorum expositorum: non putans omnia eorum dicta adducere, sed solum ea quæ uisa sunt mihi magis consonare ad subiectam materiam: nam & solum ista longissimam implebunt scripturam: nihilominus tamen melius fore putaui in prolixitate uerborum auctorum expositionum peccare, quàm in eorum diminutione, &c. Has aggregationes agere intendo super libris peritissimorum uirorum, philosophorum, medicorum, Græcorum, Arabum, Ebræorum & Latinorū: præcipue Hippocratis, Aristot. Dioscor. Gal. Alex. Pauli, Damasceni, Serapionis, Aliaba, Albucasis, Azararij, Isaac, Plinij, Theodori, Io. Mesue, Auenzoar, Auicennæ, Auerrois, R. Moysis, Iesu Hali, aliorumq; plurimorum, qui allegati à prædictis inueniuntur: & proborum commentatorum, expositorum, atq; doctorum eximiorum. Volo autem aggregationem istam uocari Librum sermonum scientiæ medicinæ, in quo afferam uerba auctorum, secundum quod iacent in textu, ualde autem raro afferam dicta eorum nisi secundum quod mea parua facultas poterit enodare. Et diuisi hunc sermonem in 8. sermones, in quibus tota medicinalis scientia tam partis theoricæ, quàm practicæ terminabitur.

Et primus quidem erit de subiecto medicinæ & eius conseruatione, in quo prima, secunda, & tertia sen primi Canonis Auicennæ continebitur.

Secundus erit de uniuersali curatione morborū, & de dispositionibus febrium, & eorum quæ ad notitiam febrium subsequuntur, in quo continebitur quarta sen primi Canonis Auicennæ, & prima & secunda sen quarti Canonis eiusdem.

Tertius erit de dispositionibus membrorum animatorum, in quo continentur octo primæ sen tertij Cañ. Auicennæ.

Quartus erit de dispositionibus membrorum spiritualium, in quo continentur tres sen tertij Cañ. nempe nona, decima & undecima: & sexta sen quarti Cañ.

Quintus erit de dispositionibus membrorum nutrimenti, cōtinens septem sen tertij Canonis, tertiam & nonam cum intermedijs.

Sextus erit de dispositionibus membrorum generationis, continens duas tertij Cañ. uigesimam, 21. & partem 12.

Septimus erit de anatomia & dispositionibus membrorum exteriorum & chirurgia, & de decoratione, continens in se quatuor sen. quarti Cañ. tertiam, 4. 5. 7. & uigesimam secundam sen tertij Cañ. & partem duodecimæ sen tertij Cañ.

Octauus erit de medicinis simplicibus & compositis, in quo continentur secundus & quintus Cañ. Auicennæ.

NICOLAVS Gallicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis, de monte Car- T.cl. 1270.
meli, septimus Prior generalis, scripsit inter alia opus lugubre, statum ordinis sui deplorans cum è terra sancta fratres fuissent expulsi, quod prænotauit,

Igneam ſagittam, lib. 1. Scripſit & alia.

NICOLAVS Gerbelius Phorcenſis, natione Germanus, I. C. uir utraq; lingua doctiſſimus, iam ſenex Argentorati docet. Ioan. Cuſpiani Chronica emendauit, & in ea præfatus eſt ut ſupra diximus. Scripſit Iſagogen in Tabulam Græciæ Nicolai Sophiani. Ioan. Oporinus nuper excudit Baſileæ. Expectamus etiam breui maiora.

T. NICOLAVS de Gorran, ordinis fratrum Prædicatorũ ſancti Dominici, ædidit multa uolumina, quorum lectio his qui inſtitui cupiunt in ſanctis ſcrip. non erit abijcienda, de quibus ego ad manus noſtras pauca memini peruenisſe. Feruntur autem de pluribus ſubiecta.

Super Sententiãs,	lib. 4.	In quinq; libros Moyſi,	lib. 5.
In Eſaiam prophetam,	lib. 1.	In Hieremiam quoq;,	lib. 1.
In Eccleſiaſticũ grande opus,	lib. 1.		
In Cantica canticorum,	lib. 1.	Benedictionem dabit.	
In Euangel. Matthæi,	lib. 1.	In Euangel. Marci,	lib. 1.
In Euangel. Lucæ,	lib. 1.	In Euangel. Ioannis,	lib. 1.
In epiſtolas Pauli,	lib. 1.	Dedi te in lucem gentium.	
Sermones uarij,	lib. 1.	Et quædam alia.	

Fertur præterea in totam penè Bibliam commentarios, & lecturas notabiles ædidiſſe, quæ ad notitiam noſtræ lectionis non uenerunt.

* Commentarij eius in 4. euangelia, impreſſi ſunt Coloniæ apud Quentel.
Commentarij in epiſtolas Pauli, impreſſi in fol.

NICOLAVS Grimoaldus ſcripſit Chriſtum rediuiuum, comœdiã tragicam ſacram & nouam. Impreſſa eſt Coloniæ in 8.

NICOLAI Iudeci Veneti eruditionem in omnis philoſophiæ ac medicinæ, quæcũq; Græcis literis continetur, nodis explicandis, & Latine transferendis, Io. Geneſius Sepulueda in præfatione ad Clementem VII. pont. max. commendat. Hic Nicolaus ubi præfatur in Boëtij libros de Geometria, ueterem Euclidis interpretem arguit: & Campani etiam interpretis recentioris quædam in primum elementorũ Euclidis librum errata oſtendit.

T. cl. 1440. NICOLAVS Lackmã, natione Teuthonicus, ordinis fratrum Minorum ſancti Franciſci, miniſter Saxoniæ, ſcripſit non abijciendæ lectionis opuſcula, è quorum numero ſubiecta feruntur potiora:

Super ſententias,	lib. 4.	Quæſtiones uariæ,	lib. 1.
Sermones de tempore,	lib. 1.	Sermones de ſanctis,	lib. 1.

Et alia complura.

T. in appẽdice. cl. ſub Ludouico Sphortia in Italia. NICOLAVS Leonicenus oratorum omnium ſuæ ætatis elegantiſſimus,
In Galeni opera commentarios, quos etiam Latine loqui compulit, ædidit.
Item opuſculum in eadem diſciplina, in quo omnibus ægris ſalutem & uitam reſtitui conciliariq; poſſe docuit.
Extant & quamplurimæ eiuſdem epiſtolæ, quæ maximam eius doctrinam præ ſe ferunt & elegantiam. * Epiſtolæ quædam eius extant libro 2. epiſtolarum Angeli Politiani, & lib. 2. epiſtolarum Ioan. Franc. Pici.

† Hinc etiam excerpta quædã de falſa quarundam herbarum inſcriptione à Plinio, cũ ſecundo Tomo herbarij Othonis Brunfelſij habentur chartis 22.

Nic. Leoniceni Vicentini opera medica quædam, impreſſa Baſileæ apud Henricum Petrum, 1529. in 4. chartis 42. hac inſcriptione: De Plinij & aliorũ plurium medicorum in medicina erroribus † libri 4. Accedunt quædam annotationes eiuſdem Leoniceni, de herbis & fruticibus, animalibus, metallis, ſerpentibus, Tyro ſeu uipera. Eadem rurſus Baſileæ apud Cratandrum excuſa ſunt, 1532. chartis 92. cum aliquot alijs opuſculis, nempe: De tribus doctrinis ordinatis ſecundum Galeni ſententiam lib. 1. De uirtute formatiua lib. 1. De dipſade & pluribus alijs ſerpentibus lib. 1. De tiro ſeu uipera lib. 1. De morbo Gallico lib. 1. qui

eius

eius naturam & causas, ac symptomatum quoq; proponit. Contra suarum translationum obtrectatores apologia. His accedit medici Romani anonymi, Nicolai Leonicení discipuli, Antisophista, contra sophistam quendam Patauinũ, in quo quamplures Monachi male Galenum exponentis errores, tum rationibus, tum etiã ipsius Galeni authoritatibus refelluntur: Vera Galeni sententia de tribus docendi ordinibus defenditur. Ioannis Alexandrini falsas atq; adulterinas Hippocratis epidemias enarrantis, fides atq; authoritas eleuatur. Multa obiter Hippocratis, Galeni atq; Aristotelis loca à sophista perperam allegata declarantur: ut præfatione sua Lud. Bonacíolus testatur.

De curatione morbi Gallici liber excusus Lugduni apud Antoniũ Blanchardi. 1529. in 8. cum alijs quibusdam forte idem prædicto, qui tamen nihil præter paucissima & in genere circa finem, de huius morbi cura disserit.

Ex Clau. Galeni libris Latinos fecit, artem medicinalem, quæ & parua dicitur: Artem curatiuam ad Glauconem. De differentijs febrium libros 2. De crísibus libros 3. De motu musculorũ lib. 2. & Aphorismos Hippocratis cum commentarijs Galeni.

NICOLAI Leonici Thomæi, natione Itali, uiri in philosophia & utraq; lingua doctissimi, dialogi decem (Academicorum more confecti, ut ipse loquitur in epistola dedicatoria Patauij scripta anno uicesimoquarto supra sesquimillesimum) impressi Parisijs, 1530. apud Simonem Colinæum in folio, & Lugduni apud Gryphiũ, 1532. in 8. chartis 17. & rursus ibidem, 1542. Sunt autem isti dialogorum tituli.

Trophonius, siue de diuinatione. Bembus, siue de animorum immortalitate.
Aluerotus, siue de trib. aiorũ uehiculis. Peripateticus, siue de nominũ inuentione.
Sannutus, siue de cõpescendo luctu. Seuerinus, siue de relatiuorum natura.
Sadoletus, siue de precibus. Phœbus, siue de ætatum moribus.
Bonominus siue de alica, tum tritici genere, quod & zeam & speltã dici cõfirmat: tum cibarij confectione.
Samnutus, siue de ludo talario, ubi quædã contra Gazam in Aristotelis uersione.
In alia æditione quadam, Parisiensi opinor, habetur etiam undecimus dialogus, de animorum essentia.

Eiusdem de uaria historia libri 3. in multa capita diuisi, iucundissimi lectu, & ad utriusq; linguæ ac historiarum multiplicem cognitionem apprime conducibiles, impressi Basileæ 1531. in 4. chartis 51. cum indice copioso tum rerum tum capitum in singulos libros: & Lugduni apud Gryphium.

Paraphrasis in Aristotelis libros de animalium motione ac ingressu.

Quæstiones aliquot naturales cum amatorijs problematibus 20.

† Conuersio Mechanicarum quæstionum Aristotelis, cum figuris & annotationibus quibusdam.

* Procli Lycij explicatio Platonis ex Timæo, ubi de animorũ generatione agitur, in Latinum conuersa, cum numerorum harmoniarumq; multiplici figura. Simon Colinæus excudit Parisijs, 1530. in folio.

Conuersio & explanatio primi libri Aristotelis de partibus animaliũ, nunc primum ædita Basileæ apud Oporinum, 1542. in 8. cum aliquot commentariolis Michaëlis Ephesij ex nostra uersione.

Cl. Ptolemæi inerrantium stellarum significationes, Nic. Leonico interprete: impressæ Basileæ in 4. cum alijs quibusdam.

Argumenta in aliquot libros Aristotelis paruorum naturalium, ut uocant, ex Michaële Ephesio fere translata, Latinis operibus Aristotelis Basileæ nuper impressis, inserta sunt.

NICOLAVS de Lescut, iurisperitus, à consilijs & secretis Antonij Lotharingiæ ducis, scripsit tractatum de testium examinatione, cum epistola nuncupatoria scripta

† *Hæc uersio habetur etiã cum reliquis Latinis operib. Aristot.*

* *Proclus in Timæum.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1083] - 521v

Nanceij, 1540. Stilus est ineptus & ineleganter affectatus. Ioan. Schottus excudit Argentorati in 8. chartis 12. & dimid.

NICOLAVS Liburnicus Venetus collegit Platonis gemmas siue illustriores sententias. Rob. Vuinter excudit Basileæ.

Eiusdem Exempla copiæ Latini sermonis, à quodam studioso multis in locis aucta, impressa Augustæ Vindelicorum ab Hen. Steiner, 1531. in 8. cum syntaxi Phil. Melanchthonis: chartis 13. & dimid.

NICOLAI Listhenij rudimenta Musicæ, ab authore aucta & recognita. Io. Petreius excudit Norimbergæ, 1540. in 8. chartis 5. & dimid.

T. cl. 1320. NICOLAVS de Lyra, natione Anglicus, ordinis fratrum Minorum, uir in scripturis sanctis studiosissimus, & Hebraica lingua ad perfectum instructus, scripsit:

Super Sententias, lib. 4.

m. In Genesim ad literam, lib. 1. In principio, &c. Omis.
m. In Exodum, lib. 1. Secundum quod dicit Isidorus.
m. In Leuiticum, lib. 1. Vocauit autem Mo. &c.
m. In Numeros, lib. 1. Locutus est dominus, &c.
m. In Deuteronomium, lib. 1. Declaratio sermonum.
m. In Iosue, lib. 1. Introduces eos & plan.
m. In Iudicum, lib. 1. Suscitauit dominus iudices.
m. In Ruth, lib. 1. In diebus, &c. Hic conse.
m. In Regum, lib. 4. Per me reges regnant.
m. In Paralipomenon, lib. 2. Colligite fragmenta.
m. In Esdram & Neemiam, lib. 3. Erit sacerdos super sol.
m. In Tobiam, lib. 1. Hæc oportuit facere.
m. In Iudith, lib. 1. Arfaxat, &c. Post hi.
m. In Hester, lib. 1. In diebus, &c. Postquam.
m. In Iob, lib. 1. Patientiam habe in me.
m. In Psalterium, lib. 1. Propheta magnus sur.
In Prouerbia Salomonis, lib. 1. Ecce descripsi eam tibi.
In Ecclesiasten, lib. 1. Verba Ecclesiastes.
m. In Cantica canticorum, lib. 1. Osculetur me, &c. Expe.
In librum Sapientiæ, lib. 1. Post libros historiales.
In Ecclesiasticum, lib. 1. Omnis sapientia, &c.
m. In Esaiam prophetam, lib. 1. Hierusalem Euangelistam.
m. In Hieremiam, lib. 1. Prophetam in gentibus.
m. In Threnos Hieremiæ, lib. 1. Quomodo sedet. In præce.
In librum Baruch, lib. 1. Hæc uerba, &c. Post.
m. In Ezechielem, lib. 1. Aperti sunt cœli, &c.
m. In Danielem, lib. 1. Danieli autem dedit deus.
m. In duodecim prophetas minores, lib. 1. Duodecim prophetarum.
m. In Machabæorum, lib. 2. Et factum est, &c. Post.
m. In Euangelium Matthæi, lib. 1. Quatuor facies uni.
m. In Marcum, lib. 1. Facies leonis à dextris.
m. In Lucam, lib. 1. Facies bouis à sinistris.
m. In Ioannem, lib. 1. Facies aquilæ desuper.
In epistolas Pauli, lib. 1. Ecce descripsi eam tibi.
m. In Actus apostolorum, lib. 1. Repleti sunt omnes spiri.
In epistolas canonicas, lib. 7. Iacobus, &c. Liber iste.
m. In Apocalypsin Ioannis, lib. 1. Oportet te iterum prophe.

Et rursus ex ijsdem libris quoscunq; m litera (ne eadem denuo repeti oporteret, ut fecit Trittemius) in margine notauimus, moraliter exposuit: ac eorum omnium principia

principia quoq; à Trittemio recitantur, præterquam expositionis moralis in Cantica canticorum. Scripsit præterea, inquit, idem Trittemius:

De corpore Christi, lib. 1. Sermones de sanctis, lib. 1.
Sermones de tempore, lib. 1.
Contra Iudæos, lib. 1. Primo quæritur utrum.

Alia insuper nonnulla ædidit, quæ ad manus nostras nondum uenerunt.

Tractatus de idoneo ministrante & suscipiente sacramentum altaris: charta 1. in 4. excusa in Germania cum Thomæ Aquinatis libello de eodem.

Postilla siue literalis expositio super utrũq; testamentũ excusa in fol. chartis 433. cum additionibus Pauli episcopi Burgensis, Replicisq; Matthiæ Doринck, & textu plano incluso: & rursum Basileæ cum glossa ordinaria textui inserta, & expositione morali ubiq; adiecta, 1508. Accedunt in calce. Libellus eiusdem Nicolai, continens quæstiones aliquot improbantes Iudaicam perfidiam in catholica fide: item alius contra quendam Iudæum impugnantem Christum, & eius doctrinã ex uerbis Euangelij secundum Matthæum. Ex prologo secundo authoris de intentione sua & modo procedendi. Cum Dei adiutorio intendo circa literalem sen- « sum insistere, & paucas ualde & breues expositiones mysticas aliquando interpo- « nere, licet raro. Similiter intendo, non solũ dicta doctorum catholicorum, sed etiam « Hebraicorum, maxime R. Salomon (qui inter doctores Hebræos locutus est ratio- « nabilius) ad declarationem sensus literalis inducere: aliqua etiam dicta Hebræorũ « ualde absurda aliquando, licet ualde raro, interponam, non ad tenendum ea uel se- « quendum, sed ut per hæc appareat quanta cæcitas contigerit in Israël, &c. Postre- « mo quia non sum ita peritus in lingua Hebraica uel Latina, quin in multis possim « deficere, ideo protestor quia nihil intendo dicere assertiue uel determinatiue, &c. « Ex præfatione in moralem expositionem. Iterum propono sacram scripturam « secundum mysticum sensum exponere: non tamen intendo omnes sensus mysti- « cos scribere, nec per singula uerba discurrere, sed aliqua breuiter ordinare, &c. «

Vide supra in Francisco Simenio fol. 258. a. in margine.

NICOLAVS Magni, citatur in Chrysopasso Io. Eccij.

NICOLAI Marij inuentarium in iure. Alex.

NICOLAI Maris Grammatica institutio prima ac simplicissima, cum libro Prouerbiorum Salomonis, excusa in 4. Augustæ Vindelicorum, 1523. quo loco & tempore ab authore etiam scripta est.

NICOLAI Massæ medici Veneti, liber de febre pestilentiali, pestichijs & morbillis, &c. excusus Venetijs, 1540. in 4. apud Franc. Bindo & Maphæum Pasinum.

Eiusdem de morbo Neapolitano libri sex, per capita diuisi, impressi Basileæ apud Ioan. Bebelium, 1536. in 4. cum aliquot aliorum eiusdem argumenti opusculis. Ex præfatione. Rogo fratres ut benigne uerba mea audiant: ex eis enim « multa bona accipient, quæ & ego ab alijs accepi, & diu laborans in sanandis ægris « legendisq; antiquis & modernis authoribus, experientia & ratione didici, tam de « morbi huius essentia, quàm de curatione. «

NICOLAVS de Maturellis Mutinensis, uir in utroq; iure doctus, scripsit in ciuili iure quædam præclara uolumina, è quibus feruntur, T. cl. 1340.

Super Codice, lib. 9. Super. ff. ueteri, lib. 24.
Super. ff. nouo, lib. 12. Super. ff. inforciati, lib. 14.
Et quædam alia. * Citatur in Summa Angelica.

S. NICOLAI episcopi Methonæ liber ad Latinos de S. spiritu, quod ex patre, non autem ex filio progrediatur. Romæ in Vaticana extat Græce.

NICOLAVS Myrepsus. Vide Nicolaus Alexand.

NICOLAVS de Neapoli, scripsit nonnulla in legibus opuscula: ego subiectorũ titulos duntaxat potui inuenire. T. cl. 1300.

Super Codice, lib.9. Super.ff.inforciati, lib.14.
* Commentarij eius super tribus libris Codicis, impressi. Scripsit præterea,
Super Instituta. Super 1. & 2.ff.noui.

NICOLAVS de Nyse prouincialis Franciæ super fratres minores de Obseruantia, scripsit opus super Sententias, quod Resolutio theologorũ dicitur. Impressum Rothomagi in 8.cum indice: chartis 31.& dimid.paruo charactere.

» Ex præfatione. Consideratis prolixis plærũq; & interdum ambiguis theologo
» rum disputationibus, non mediocris utilitatis opus censendum est, ea quæ de theo
» logicis doctrinis magis necessaria uidentur, pro nouellis studentibus uno breui uo
» lumine perstringi.

Eiusdem præclarissimũ opus quod inscribitur Summa uel Gemma prædican-
tium, quo plurimi sermones eius continentur: impressum Basileæ, 1508. in 4. char-
Loci cõmunes. tis 46.& dimid.cum indice locorum communium, qui in his sermonibus tractan-
» tur. Ex præfatione cuiusdam Franciscani monachi. Hæc Summa referta
» est auctoritatibus tam canonicis & ecclesiasticis, quàm philosophicis & poëticis,
» nec non theologorum plurimorum dictis: item figuris, exemplis & similitudini-
bus. Sunt autem tres libri, quorũ primus Aedificatorium, secundus Destructo-
rium, tertius Reparatorium nuncupatur.

NICOLAVS de Orbelli. Vide Nicol. Dorbellus.

NICOLAVS Oresmius philosophus & mathematicus astrologicam superstitionem
» peculiari commentario indignabundus etiam insectatur, &c. Io. Picus. Idem
citat Nicolai Orem (ijsdem titulis) librum de proportionibus proportionum.

T.M.869. NICOLAVS Papa primus, patria Romanus, multa ad utilitatem ecclesiæ catholicæ
constituit, cuius permissione & authoritate sequentiarum usus in ecclesijs Gallica
nis Notgero abbate S. Galli procurante, primum cœpit. Scripsit inter alia ex
persona sui pontificatus egregium uolumen,
Epistolarum ad diuersos, lib.1.

T.M.1191. NICOLAVS Papa quartus, ordinis fratrum Minorum, Hieronymus ante uocatus,
natione Picenus, ex Esculana ciuitate oriundus, scripsit satis egregium opus,
Super sententias, lib.4. Et quosdam sermones.
Fertur etiam in plures Bibliæ libros commentarios utiles ædidisse.

T.cl.1470. NICOLAVS Perotus Saxoferratẽsis, & Sipontinus episcopus, scripsit opus insigne
duobus uoluminibus diuisum, in Marcum Valerium Martialem poëtam, omnem
Latini sermonis elegantiam, rationem & enucleationẽ pulcherrime complectens,
quod prænotauit, cõmentariorum linguæ Latinæ uolumen, siue ut uulgo appellaẽ,
Cornucopiæ, lib.2. Barbara, &c. blanditur.
De puerorum eruditione, lib.1. De generibus metrorum, lib.1.
Orationes & uariæ epistolæ.
Alia insuper multa scripsisse dicitur, tam in diuinis literis ẽq; in humanis, ac nonnul
la è Græco transtulisse in Latinum, sed ad manus nostras non uenerunt.

* Cornucopiæ, seu Latinæ linguæ commentarij locupletissimi, cum duobus
singularum dictionum indicibus, altero Græco, altero Latino, qui iusti Dictiona-
rij uicem præstant: excusi Venetijs ab Aldo: & Basileæ apud Curionem & Valde
rum aliquoties, in fol. cum libello eiusdem N. Perotti in præfationem Plinij Secun-
di ad Vespasianum, & rursum in eum ipsum libellum Cornelij Vitellij annotatio-
nibus. Accedunt præterea, M.T. Varronis, S. Pompeij, & Nonij Marcelli libri
de lingua Latina, cum Mich. Bentini castigationibus. Indicum seorsim chartæ
sunt 37.& reliqui operis totius, 187.

» Ex epilogo authoris ad Federicum Vrbani ducem. Habes Federice princeps
» interpretationem primi libri M.V.Martialis, quod est uniuersi operis, & totius se
» rè Latinæ linguæ dimidiũ: tot enim, ac tanta, & tam uaria hoc uno libro explicata
sunt,

sunt, ut aliquanto minus sit id omne quod supereſt. Hæc author. Ego hactenus reliqui operis nihil uidi, nec ædítum quicquam puto. Hæc pars quam habemus, plena eſt philologiæ & eruditionis uariæ, ex optimis quibuſq; ueterum denſiſſima teſtimonia citans, multiplici cum ad rerum, tum ad uocabulorum cognitionem uſu: quod copioſius indicat præfatione ſua Pyrrhus Perottus, huius ſcriptoris ex fratre nepos, qui hoc opus publicum fecit: Nihil autem ferè (inquit idem Pyrrhus) de meo addidi, præterquam quod loca quædam, quæ ille, quoniã impuritate quadã atq; obſcœnitate uerborũ caſtis ac pudicis auribus execrabilia uiderentur, curſim breuiterq; tetigerit, ipſe latius expoſui. Ita præterea opus digeſſi, ut ſi quis ſola huius poetæ interpretatione contentus eſſe uelit, deterreri libri magnitudine non poſſit. Habent enim ſingula quæq; epigrammata ſententiã ſuam in principio ſummatim expreſſam. Deinde ubi rubræ ſunt ac grandiuſculę literę, uis uocabuli, ſiue fabula, ſiue hiſtoria ad cognitionẽ authoris neceſſaria ſuccincte oſtendit, &c. Et paulò poſt Domitij Calderini in Martialẽ cõmentarios notans, cuius ſuppreſſo nomine, & furta ex ſcriptis patrui ſui, ſubdit: Recognoſci aũt furta facillime poterunt ex errorũ multitudine, cuius cõmentarij eius undiq; ſcatent, quorũ bonã partem patruus meus duob. epiſtolarũ, Romanarum ſcilicet ac Peruſinarum, præclaris uoluminibus oſtendit. Nic. Perotti Cornucopiæ ſi uacet legere, non pœnitebit collocatæ in eo operæ. Viues.

Pyrrhus Perot. Domit. Calder. Nic. Perotti epiſtolæ.

Eiuſdem libellus de metris ſuper odis Horatij impreſſus eſt ab Aldo, & ni fallor cum ipſius Horatij operibus habetur.

Rudimenta Grammaticæ Latinæ. Gryphius excudit Lugduni, 1541. in 8.

Polybij hiſtorias Latinitate donauit: excuſę ſunt Venet. ab Aldo, et Lugd. 1542.

NICOLAI Perrenoti à Granuilla, Caroli v. imperatoris locũ tenẽtis, oratio in Vuormacienſi colloquio habita, excuſa Baſileæ apud Vueſthemerum in 8. cum præfatione Gilberti Cognati.

NICOLAVS Petrus Corcyræus uertit Cõmentarios Græcos Io. Philopono attributos in Ariſtot. libros de generatione animaliũ: ſed inelegante ſtylo, ſi bene memini. Impreſſi ſunt Venetijs, 1526. in fol. apud fratres de Sabio, quo tẽpore ijdem quoq; cõmentarij Græce apud eoſdẽ excuſi ſunt cum huius Nicolai præfatione Græca.

NICOLAVS Plonius Poſnonienſis iuris canonici peritus, ſcripſit: De excommunicatione. De irregularitate. De interdicto eccleſiaſticorum. De horis canonicis dicendis & cautelis circa eas.

NICOLAVS Poll Cæſareæ maieſtatis phyſicus ſcripſit libellum de cura morbi Gallici per lignum Guayacanum: charta eſt una impreſſa Baſileæ apud Bebeliũ, 1536. in 4. cum multis aliorum eiuſdem argumenti opuſculis. Maxime autem Germanorum corporibus curandis ſe accommodat. Capita ſunt 9.

NICOLAI Præpoſiti doctoris medici Diſpenſariũ ad aromatarios, ſiue introductiões in artẽ apothecariatus, multis locis auctæ, & ſcholijs per margines ornatæ, cum libello de Theriaca & erroribus circa eam. Adiectus eſt & Platearij liber de ſimplici medicina, &c. Opus impreſſum Lugduni, 1536. in paruo fol. apud Claudium Tupin. Ex præfatione Nicolai. Iſte ſolus noſter libellus ſufficiens eſt apothecario, eoq; habito nullo alio indiget: artem enim totam apothecariam in ſe comprehendit, & ubi in alijs medicorum libris prolixe diffuſeq; tradita eſt, hic breuiter & compendio pertractatur. Liber primus erit de ſimplicibus: Secundus, de compoſitis ordine alphabeti: Tertius, terminos peregrinos declarabit. Vide ſupra in Nicolao Alexandrino, & inferius in Paulo Suardo.

NICOLAVS Prucknerus Iulij Firmici, ſi bene memini, Aſtronomicõn libros 8. recognouit. Heruagius excudit Baſileæ cum aliquot alijs libris aſtronomicis.

NICOLAI Quodi epiſtola miranda nuncians de quodam nouo opere, breui Romæ emerſuro, cui Titulus: De memorabilibus Prædicatorum & Carmelitarum, ubi

illorum flagitia graphice depinguntur. Missa est ex urbe ad Hermannum Comitem de noua aquila: charta 1. impressa in Germania in 4. ut habet catalogus Basilieñ. officinæ Heruagij.

NICOLAVS de Regio transtulit libellũ de uiribus Centaurij minoris herbæ. Gentilis. Habemus etiam Cl. Galeni libros de usu partium corporis humani ex huius authoris uersione impressos: & Nicolai Alexandri opus de medicamentis compositis, ut supra dixi: & alia quædam, ut audio, non pauca ab eo uersa extant, (quæ nondum impressa sunt) licet non eleganter, fideliter tamen.

T. NICOLAVS Ritzonis, patria Tholosanus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, & Prior prouincialis in regno Siciliæ, scripsit opuscula, quorum lectio prædicatoribus uerbi non erit contemnenda: de quibus feruntur.

Sermones de tempore, lib. 1. Sermones de sanctis, lib. 1.
Quadragesimale duplex, lib. 2. Et alia mihi nondum uisa.

NICOLAVS Saguntinus, utraq; lingua disertissimus, ingenio facũdia q; iuxta promptus, interpres fuit in Concilio quod sub Eugenio IIII. inter Græcos & Latinos cum de aliis fidei articulis, tum de S. Spiritus progressu, Ferrariæ & Florentiæ habitum est. Aeneas Syluius in descriptione Europæ, cap. 54.

Transtulit Plutarchi librum de ciuilibus præceptis, quæ uersio cum reliquis Plutarchi operibus Latinis habetur: & Onosandrum Platonicum de optimo imperatore: quem Rob. Vuinter excudit Basileæ, 1541.

Citatur etiam in Chronicis Ioan. Cuspiani.

NICOLAVS Scelsius scripsit uarias lectiones epistolarum familiarium Ciceronis ex collatione uetusti codicis. Liber excusus Basileæ apud Robertũ Vuinter cum uarijs aliorum in easdem annotationibus, 1537. in 8.

T. cl. 1435. NICOLAVS Siculus, abbas Monaceñ. ordinis sancti Benedicti, ex Cathania urbe oriundus, dictus de Tudeschis, primo auditor causarum domini papæ & rotæ, postea Panormitanus archiepiscopus, & demum ecclesiæ Romanæ Cardinalis, iureconsultus omniũ celeberrimus, scripsit multa præclara uolumina, de quibus subiecta feruntur.

Super decreto imperfectum, lib. 1.
Super Decretalibus, lib. 5. Quoniam omnis ratio supernæ.
Super Clementinis, lib. 1.
Pro concilio Basilienſi, lib. 1. Quoniam ueritas uerborum.
Processus iudiciarius, lib. 1. Rex pacificus cunctorum.
Consilia centum quatuor, lib. 1. Facti contingentia talis est.
Disputationes uariæ, lib. 1. Et alia complura.

* Ex uitis iurecõsultorum per Io. Fichardum. Magnæ eloquentiæ & doctrinæ fuit: quæ utraq; si unq; aliâs, certe in Cõcilio Basilienſi, in eo summe enituerunt. Professus est anno, 1425. & aliquot multis sequentibus, ius canonicũ in schola Senensi. Aedidit cõmentaria in Decretales utilissima: multa præterea Consilia, Repetitiones, Disputationes. Mortuus est (si bene memini) nõ multo post, quàm ex Concilio in Italiam redijsset. Inuenio citari præter superiora Consiliorũ eius Volumina duo: De potestate papæ, imperatoris & Concilij. In 2. Decret. de foro compe. c. si quis contra clericum.

Syluius de Concilio Basilienſi.

Eiusdem disputatio, impressa Venetijs in fol. 1487. Commentarij in Decretal. impressi sunt Mediolani in fol. circa annum, 1510.

NICOLAVS Sophianus Cercyræus, quem ante sesquiannum Venetijs conueni, scripsit de astrolabio libellum Græcum.

Aedidit etiã tabulas Græciæ elegantissime depictas cum nomínib. locorũ antiquis & recentioribus, quæ primum Romæ, & anno superiore Basileæ apud Io. Oporinũ excusæ sunt, qui nuper etiam Nicolai Gerbelij doctissimam Isagogen in easdẽ impressit.

NICO-

NICOLAVS de Susato, natione Teuthonicus, sacræ theologiæ doctor celeberrimus, T.cl. 1417.
scripsit ingenij sui nonnulla præclara opuscula, è quibus feruntur.
Quæstiones sententiarum, lib. 1. Sermones multi, lib. 1.
Variæ quæstiones. Et alia complura.

NICOLAI Theophili diaconus, περὶ μετέωρος τῆς φιλόσοφιας. Liber Græcus hac inscriptione alicubi in Italia extat.

NICOLAVS Triuet. Vide supra in Ioan. Ludouici Viuis Commentarijs super Augustino de Ciuitate Dei.

NICOLAVS Valla uertit aliquot libros Iliadis Homeri. Rob. Vuinter excudit Basileæ. Item Hesiodi Opera & Dies heroico uersu reddidit, non ineleganter ad Pium II. pont. max. Isingrinius ibidem, cum eodem Græco poëmate, &c. & Io. Frobenius, 1518. seorsim in 4.

NICOLAVS de Vbaldis iurisperitus, scripsit de successionibus.

NICOLAI Verardi liber de locis legalibus, excusus Louanij in 4.

NICOLAVS Villagagno eques Rhodius scripsit libellum de Caroli V. imperatoris expeditione in Africam ad Argieram. Rihelius excudit Argentorati, 1542. in 8. chartis 2.

NICOLAVS de Vuachenheim, natione Teuthonicus, scripsit non spernendæ lectio- T.cl. 1480.
nis opuscula, è quibus ad me pauca peruenerunt.
Quæstiones sententiarum, lib. 1. Sermones multi, lib. 1.
Collationes plures & orationes, lib. 1. Quia approbante sacri.
Et quædam alia.

NICOLAI Vuinmanni, natione Germani, Herculis cum Antæo pugnæ allegorica & pia interpretatio. Ioan. Petreius excudit Norimbergæ, 1537. in 4.
Syncretismus siue conspiratio nobilis Germaniæ, totiusq; Christiani orbis contra impiam Turcæ tyrannidem. Ioan. Gymnicus excudit Coloniæ, 1541. in 4. chartis 34.
De arte natandi dialogus, impressus Augustæ Vindelicorum, 1538. in 8.

NICOLETVM Theatinum, theologum opinor, alicubi allegatum reperi.

NICOMACHVS Alexandrinus è Troia, Tragicus, scripsit undecim tragœdias, quarum nomina sunt apud Suidam. Athenæus unam ex illis Eilethyiam allegat: & alterius cuiusdam, ut uidetur, NICOMACHI librum de festis Aegyptijs.

NICOMACHVS Atheniensis Tragicus, Euripidem & Theognin iuniperato uicit: ex fabulis eius est Oedipus. Suidas.

NICOMACHI Geraseni arithmeticæ libri duo, excusi Græce, Parisijs apud Vuechelum, in 4. chartis 10. anno 1538. Extat & enchiridion harmonices Nicomachi (eiusdem ut coniicio) apud Diegum Hurtadum Cæsaris legatum Venetijs. Ioan. Alexander Brassicanus alicubi scribit se possidere Nicomachi Arithmeticam & Geometriam.

NICOMACHI duo Stagiritæ, unus philosophus, alter medicus. Vide Suidam de scriptis ipsorum.

NICOMEDIS librum de Orpheo Athenæus citat, & alibi NIcomedem Acanthium.

NICOMEDIS (aliâs Bassi) distichon antistrephon libro 1. Florilegij.

NICOMEDES epistolæ secundæ & 4. & 12. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coëpiscopis, lib. 1.

NICOMEDIS à Segernis uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

NICONIS citharœdum Athenæus allegat.

S. NICONIS Canones, seu definitiones, et particulares narratiões ad monachos pertinentes. Græce seruantur in Italia.

NICOPHON scripsit Pandorã, Sirenes, & Chirogastores. Athenæus. Apud Sui-

dam Nicophron dicitur, Athenien. comicus, Aristophani coæqualis.

NICOSTRATVS Macedonum rhetor, sub Marco Antonino, scripsit encomia in Marcum & alios, &c. quæ Suidas enumerat.

NICOSTRATI Comici multas fabulas Suidas nominat. Athenæus ex quindecim eius fabulis testimonia citat. Nicostrati senarij 3. leguntur apud Stobæum de garrulitate, & totidem in sermone de prosperitate.

NICOSTRATI fragmentum prolixum ex libro de nuptijs apud Stobæū in nuptialibus præceptis: & in sermone de uxoris petitione.

NICOSTRATI medici antidota citantur à Galeno lib. 2. de antidotis.

NILI Scholastici tetrastichon lib. 4. Florilegij: sectione 12.

NILVS historicus Græce extat in Italia.

NILI episcopi & martyris gnomæ quædam selectiores, impressæ Basileæ apud Rob. Vuinter, & Coloniæ apud Gymnicum.

Vide Scholastijs S. NILI orationes monasticæ Græcæ, Romæ in Vaticana. Opuscula quindecim Theologica, & capita φωτικὰ: item liber ad Charicles episcopum nimis asperum in peccatores, & dicentem quod non sola pœnitentia sufficiat ad confessionem. Ibidem extant, ni fallor, aut alibi in Italia, omnia Græce.

NONII Marcelli Tiburticensis, antiqui scriptoris, compendiosæ doctrinæ ad filiū de proprietate sermonū tractatus uarij. Chartæ sunt 26. excusæ cum Nicolai Perotti Cornucopiæ. Post superiorē titulum sequuntur & isti: Ventorū proprietates, & uocabulorū significationes. Interpretatio uocabulorum aliquot per ordinem Alphabeti. De indiscretis generibus, siue ijs uocabulis quæ in diuersis generibus apud authores ponuntur, per ordinē literarum. De uaria significatione sermonum, siue de polysemis uocabulis, per ordinem literarum. Nonnullarum dictionum, quæ idem significare uidentur, in significato differentiæ, sine ordine. De impropriis significationibus, siue metaphoricis. De contrarijs generib. uerborum, ubi actiua forma ponitur pro passiua, uel cōtra. De mutata declinatione, ut fœtis pro fœtibus. De numeris & casibus. De mutatis coniugationibus. De indiscretis aduerbijs, ut mœstiter pro mœste. De doctorum indagine, ubi aliquid apud authores dictum obseruatur contra consuetudinem, aut artem grāmaticam. De genere nauigiorū. De genere uestimentorum. De generib. uasorū & poculorū. De genere uel colore uestimentorum. De genere ciborū & potuum. De genere armorum. De propinquitate. In his omnibus nihil affert, quod non ueterum testimonijs approbet, dico Ennij, Lucilij, Plauti, Sisennæ, Virgilij frequenter, Ciceronis, Afranij, Sallustij, Varronis, Næuij, Catulli, Fabij pictoris, Turpilij, Pacuuij, Terentij.

NONNI poëtæ Panopolitani Dionysiacôn libri 48. uersu heroico scripti, extant in Italia, apud Diegum Hurtadum Cæsaris legatum, si bene memini.

Eiusdem metabole, id est, tralatio S. Euangelij secundum Ioannem, uersibus heroicis, excusa Venetijs ab Aldo: Haganoæ, 1527. apud Secerium in 8. chartis 8. & dimid. & Francfordiæ apud Brubachiū, 1541. cum Homerocentris, & Probæ Falconiæ Virgilianis centonibus. Ex præfatione Philippi Melanchthonis.

» Hoc eruditissimum Nonni carmen uice prolixi Commentarij esse potest. Ego
» prædicare non dubito multis locis ab eo me adiutum esse. Quanquam enim ita re-
» ligiose seruarit leges paraphrasis, ut de suo uix quicquam addiderit Ioanni, tamen
» plærasq; sententias mira felicitate illustrauit. Hæc ille. Suidas in Νόννος, hunc poëtam Panopolitam uocat ex Aegypto doctissimum, & hoc Euangelium ab ipso paraphrastice redditum testatur.

NOSSIDIS mulieris tetrastichon lib. 3. Florilegij, sectione 6.

T. cl. 850. NOTGERVS episcopus Leodien. ex abbate monasterij S. Galli, ordinis diui patris Benedicti, natione Teuthonicus, scripsit tam metro quàm prosa multa opuscula, de quibus

de quibus ad manus nostras pauca peruenerunt. Legi enim tantũ uolumen, quod Sequentiarum prænotauit, quod scripsit cum adhuc monachus esset in cœnobio S. Galli, ad Lutuardum episcopum Vuercellensem & archicapellanum Caroli Imperatoris magni. Huius autem operis sic incipit,

Prologus siue præfatio, epi. 1. Summæ sanctitatis meri.
Sequentiarius autem sic, lib. 1. Grates nunc omnes redda.
De musica & symphonia, lib. 1.
De expositoribus sacræ scripturæ, lib. 1. Cum prudens sis & pruden.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

* Aliâs scribitur Nodegerus.

NOVATIANVS Romanæ Ecclesiæ presbyter, aduersus Cornelium cathedram epi T. cl. 250.
scopalem conatus inuadere, cum non posset, primum in ecclesia Romana schisma concitauit, & hæresim Nouatianorum constituit, nolens apostatas pœnitentes recipere, atq; rebaptizans rite baptizatos. Huius erroris author Nouatus Cypriani presbyter fuit. Scripsit autem:

De Pascha,	lib. 1.	De cibis Iudaicis,	lib. 1.
De Sabbato,	lib. 1.	De instantia,	lib. 1.
De Circumcisione,	lib. 1.	De Attalo,	lib. 1.
De Sacerdote,	lib. 1.	De sancta Trinitate,	lib. 1.
De Oratione,	lib. 1.	Epistolas plures ad diuersos.	

* Hæc Trittemius ex Hieronymo, qui testatur hunc Nouatianum de Trinitate grande uolumen composuisse, quasi epitomen operis Tertulliani, quod plærique nescientes Cypriani existiment.

NOVATI à Thamugade uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

NVMENII librum halieuticum Athenæus allegat. Gyraldus Numenium inter gulæ scriptores numerat.

NVMENIVS Apameus ex Syria philosophus Pythagoricus, ostendit Platonem ea quæ scripsit de Deo & Mundi generatione ex Mosaicis libris suffuratũ esse, ideoq; scribit: Quid enim est Plato quam Moses Atticissans? Suidas.

NVMENIVS rhetor scripsit de figuris dictionis argumenta Thucydidis, & Demosthenis sententiarum collectaneum, & Consolationem de Antinoo ad Cæsarem Adrianum. Suidas.

NYMPHIS Heracleotes scripsit de Heraclea. Athenæus.

NYMPHODORI Syracusani Asiæ periplus, & de mirabilibus Siciliæ liber citantur ab Athenæo.

NOMINA ET LVCVBRATIONES SCRIPTORVM PER O. literam.

OBADIAE prophetia extat in uetere testamẽto, paucis uersibus comprehensa: putatur à quibusdam fuisse tempore Ahab & Izebelis. Ab Epiphanio in uitis prophetarum uocatur Abdiu, ubi plura de ipso legat qui uolet.

OBRIMI uerba ex orationibus eius pro Seuero & Protogono alicubi citat Stobæus.

OCTAVIANVS Ferrerius Mediolanensis scripsit quædam in Aristotelẽ, ut audio, & uertit Athenæum.

OCTAVIANVS Mirandula, natione Italus, diui Augustini canonicus regularis Lateranensis, collegit illustrium poëtarum flores, ex optimis & antiquis poëtis numero 25. Opus impressum est Argentorati apud Rihelium, 1538. in 8. à studioso quodam in locos communes digestum: cum indice locorum cõmunium, quorum magnus est numerus: chartis 44. Philippi Beroaldi de hisce gnomis iudicium.

» Sunt hæc ex sylua poëtarum scitissime decerpta, quibus aut sententia moralis natu-
» ralisue, aut laus uirtutis, aut censoria morum castigatio, aut præcepta saluberri-
» ma continentur. Opus prorsus non minus conducibile, quàm laboriosum.

OCTAVII Augusti Cæsaris uersus extant heroici de Virgilij Aeneide non abolenda. Vide Gyraldum de uitis poëtarum.

OCTAVII Cleophili Phanensis poëtæ uenustissimi de cœtu poëtarum liber elegiacus, quo nomina ueterum apud Græcos & Latinos poëtarũ recensetur: chartæ sunt 4. impressæ Basileæ apud Frobenium, 1518. in 4.

Eiusdem Anthropotheomachia, Iulia, Camilla, Sylua, Faneidis libri 3. &c. Impressa sunt Romæ. Ex uita ipsius per Franciscum Polyardum descripta, quæ cum aliquot aliorum illustrium uirorum uitis Francofurti nuper apud Egenolphũ
» excusa est. Ferrariæ familiaris fuit Baptistæ filio Guarini, & Nicolao Leonicẽ-
» no: cum antea Franciscus diceretur Octauius Cleophilus dici maluit: propriũ no-
» men à defuncto iamprídem patre, cognomen ex moribus sibi ascíscens. Mortuus
» est anno uitæ 43. à partu uirginis, 1490. Ingenio fuit ad poëmata parato facilíq; na
» tura, altus in heroico carmine, dulcis & iucundus in elego, in epigrãmate festiuus
» nec sale carens, soluta oratione huber & cum grauitate cultus, ubíq; candidus, fa-
Opera eius. » cilis, successuq; tanto, quanto utinam in cæteris rebus. Opuscula reliquit duode-
» uiginti, partim metro, partim soluta oratione composita, quæ ipsemet enumerat in
» epistola quadam ad Fanenses scripta eodẽ quo mortuus est anno: Anthropotheo-
» machiam, De cœtu poëtarum, Iuliam, Camillam, Syluas, Epistolas metricas ad
» Laurentium Medicen, epistolas familiares, epistolas morales, Historiã Arimínen-
» sem, Faneida, quam ipse historica prope fide scriptam asserit: Itineraria duo, De
» dictis factísq; memoratu dignis lib. 4. Epigrammatum lib. 6. De miseria hu-
» mana lib. 3. Libellum ad amicos Ferrarienses. Vulgarium carminum more Tu-
» sco in diuam Phœnicẽ lib. 2. &c. Miror quid in mentem uenerit M. Antonio Sa-
» bellico in reparatione linguæ Latinæ scriptum reliquisse, hunc utpote lasciuiamo
» ris cantatorem minime legendum.

OCTAVII Horatiani de curationibus omnium ferè morborum: De acutis, & chronícis passionibus. De mulierum accidentibus, eorumq; curis, deq; physica scientia experimentorum libri 4. Ioan. Schottus excudit argentorati, 1544. in fol. chartis 27. Primus & 2. liber inscribuntur ad Euporistum quasi hominem, cum potius ὑπομνήσεων, id est, parabiliũ medicaminũ uideantur. Tertius ad Victoriam mulierem;

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1092] - 526r
PUBLIC DOMAIN

mulierem: quartus ad Euſebium filium, ubi non procul ab initio Vindicianũ (qui Valentiniani medicus fuit) celebrat.

ODERICVS ordinis fratrum Minorum, ſcripſit inter cætera, T. cl. 1320.
Hiſtoriam peregrinationis ſuæ per Aſiam & Indiam, lib. 1.
Sermones quoq; uarios, lib. 1. Et quaſdam epiſtolas.

ODILO abbas Cluniacenſis quartus, ordinis ſancti Benedicti, cuius uitam uirtutibus & miraculis plenam Petrus Damiani epiſcopus & Cardinalis Hoſtienſis luculento ſermone deſcripſit. Compoſuit ad ædificationem fratrum ſuorum. T. M. 1048.
Sermones elegantes, lib. 1.

ODO quidam Mathematũ peritus, ſcripſit analytica numerorum & libellũ de triade. Iac. Faber in præfatione ſua ſuper Latinis operibus Euclidis.

ODO epiſcopus Cameracenſis, ſcripſit diſputationem quam habuerat cum quodam Iudæo de myſterio dominicæ incarnationis ſub dialogo, annotatis prima ſui nominis litera & Iudæi ſecum diſputantis. T.
Ad Vuilbodonem monachũ, lib. 1. In Canonem miſſæ, lib. 1.
De uillico iniquitatis, lib. 1. Homo quidam erat diues.
Homilias & epiſtolas plures.

ODO primus abbas Cluniacenſis, ordinis ſancti Benedicti, Remigij Antiſiodorenſis monachi quondam auditor, multos ad fratres ſermones compoſuit. Scripſit etiam inter cætera ingenij ſui opera, T. cl. 920.
Vitam ſancti Gerardi, lib. 1. Laudes ſancti Martini, lib. 1.
Chronicam ſuccinctam, lib. 1.
Hymnos etiam & uarios cantus in honore ſanctorum dulci & regulari melodia compoſuit. Rogantibus quoq; fratribus, libros beati Gregorij Papæ ſuper Iob abbreuians, in unum uolumen comportauit.

ODOARDVS citatur in Summa Angelica inter ſcriptores iuris. Forte idem eſt Oldradus, de quo infra.

ODOFREDVS, aliâs Otthofredus ſcribitur.

ODOFREDVS Beneuentanus, Azonis Bononienſis auditor, & Iacobi Baldeuuini poſtmodũ præceptor, uir in utroq; iure peritiſſimus, cuius multa ferunt opuſcula, T. cl. 1230.
De libellorum formatione, lib. 1. Poſtquam opus notarie.
De ordine iudiciario, lib. 1. Quemadmodum Chriſti.
De arte notariatus, lib. 1. Et alia quæ non uidi.

* Ex uitis Fichardi, qui forte hunc ipſum ROFFREDVM uocat: & alium, ut uidetur, facit Odofredum, qui non ita longo interuallo Irnerium ſecutus ſit. Obijt aũt Irnerius, anno 1290. Roffredus Beneuentanus Kiliani cuiuſdam & Azonis auditor, uir doctus & feſtiui ingenij fuit, quod eius ſcripta ſatis indicant, quibus multis in locis opportune ſuauiterq; iocatur. Poſt tranſmigrationem Bononię, ut ipſe uocat, profeſſus eſt ius ciuile publice Aretij: ubi & egregium illud opus libellorum, & Quæſtiones ſuas Sabbatinas ædidit. Floruit anno 1415. ‹‹

Ex eodem opere Fichardi. OTTHOFREDVS Beneuentanus, Iacobi Baldeuuini diſcipulus, floruit circa annũ, 1254. Profeſſus eſt Bononiæ magna cum gratia, id quod & ipſius Lecturæ ſatis oſtendunt, quæ uiuida quadam energia & lepida docendi ratione refertæ ſunt. Non enim legere illum, ſed propemodum audire Lector ſibi uidetur. Reliquit poſt ſe iam dictas Lecturas, ſuper Codicem & Digeſta. Prætèrea de formulis actionum, lib. 1. De ordine iudiciorum, lib. 1. De arte notariatus, lib. 1. & quædã alia. Mortuus eſt Bononiæ, anno 1265, ut colligitur ex epitaphio eius, quod apud Fichardum legat qui uolet. Viſum eſt tum Roffredi tum Otthofredi mentionem huc inſerere, quoniam uidentur à Trittemio confundi: quanquam etiam infra Roffredum ex Trittemio recenſebimus. ‹‹

Odofredi commentaria ſuper codice impreſſa ſunt. Eiuſdem ſcriptum de

positionibus & interrogationibus citari inuenio.

ODI de Odis Patauini physici ac medici nostri temporis, Galeni sectatoris, de cœnæ & prandij portione, id est, utram par sit largiorem fieri, libri duo, erudite ac eleganter conscripti: chartæ sunt 4. cum parastasi Petri Toleti, impressæ Lugduni, 1538. in 8. apud Germanum Rose, cum libello prisci cuiusdam medici anonymi de morbis puerorum, &c.

Pet. Toletus.

OECVMENIVS quidam (haud scio an idem Gregorio Oecumenio, cuius grammaticam Græcam extare supra dixi) ex diuersis sanctorum patrum commentarijs breues & perspicuas expositiones collegit, In Acta apostolorum, In septem epistolas canonicas, In Pauli omnes. Liber est Græcus, excusus Veronæ, 1532. in fol.

Cõmentarij quidam in epistolam Pauli ad Romanos, per Ioannem Lonicerum è Græco conuersi, ex uarijs Græcorum theologis collecti, inter quos & Oecumenius nominatur, impressi sunt Basileæ, 1537. apud Rob. Vuinter in 4.

OENOMAI distichon libro 4. Anthologij.

OENOMAVS Gadareñ. philosophus Cynicus quid scripserit Suidas enumerat.

OFFILIVS uetus I.C. scripsit Edictorum librum. De iurisdictione. De legibus uicesimæ. Vide A. Offilius in uitis Bernardini Rutilij.

OLAVS Magnus Gothus Lincopensis frater Ioannis Magni Gothi archiepiscopi hoc tempore Vpsaliæ in Suedia, ædidit tabulam amplissimam elegantissimamq; septentrionalium terrarum & mirabilium rerum tum in ipsis tum in circũiacente Oceano contentarũ, cum uarijs animalium figuris, quæ tamen uerè aut ad uiuum pictæ minime uidentur. Impressa est Venetijs, anno 1539. unà cum libello Germanico, in quo duabus chartis omnia breuiter quæ in tabula depicta sunt explicãtur. Nam rerum in ipsa tabula inscriptiones Latinæ ferè sunt. Promittit autẽ se omnia copiosius aliâs descripturum quæcunq; in illis locis admiratione digna uisuntur, quorum ipsemet magna ex parte sit oculatus testis: sed nihil aliud hactenus euulgatum uidimus, ut nec Archiepiscopi fratris eius promissam historiam, de gentib. gestis, & regibus illius regionis. Vtrũq; opus magno desiderio expectamus.

T. cl. 1330.

OLDRADVS de Laude, natione Italus, Dini Mugelani uiri doctissimi quondam auditor, scripsit in utroq; iure nonnulla præclara opuscula, è quibus uidi tantum. Consiliorum uolumen, lib. 1. In nomine domini, Amen. Fertur in iure ciuili multas post se lecturas reliquisse, quas necdum uidi.

Ex uitis Ioan. Fichardi.

* Olradus de Ponte, patria Laudensis, floruit anno 1320. Aduocatus Consistorialis Romæ, & demum auditor quoq; causarum factus, magna in existimatione fuit, potissimum apud Ioannem XXII. pont. max. Extat Consiliorum eius uolumen unum longe doctissimum: reliqua uero ipsius scripta (quæ non pauca fuisse traduntur) aut interciderunt, aut alia de causa fortè neglectui data sunt. Ex Consilijs huius Olradi multa Io. Andreas sibi ascripsit, quo solo uitio se quibusdam reprehendendum præbuit.

OLIVERII Arzignanensis in Valerium Max. Commentarij, impressi Parisijs apud Ascensium in fol.

OLYMPIADIS uersus 1. apud Stobæum in sermone de Veritate.

OLYMPIODORI doctissima in Ecclesiasten scholia, noua & Latinis auribus insueta tralatione inserta, Aquilæ uidelicet, Theodotionis, & Septuaginta. Zenobio Acciaiolo interprete, excusa † Basileæ apud Bebelium, 1536. in 8. cum indice: chartis 10. cum Gregorij Neocæs. metaphrasi in eundem, & Aristeæ libello de 72. legis Hebraicæ interpretibus.

† Et Parisijs, 1511. apud Hen. Stephanum.

OLYMPIODORI diaconi hypotheses in Hiob. Græce extant Romæ in Vaticana.

OLYMPIODORI philosophi Alexandrini: εἰς τὸ κατ' ἐνέργειαν ζωσίμου, ὅσα ἀπὸ ἑρμοῦ καὶ τῶν φιλοσόφων ἦσαν εἰρημένα. Liber hac inscriptione alicubi in Italia seruatur.

Commentarij in Meteororum libros 4. Græci, cum alibi in Italia, tum Florentiæ latent.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1094] - 527r
PUBLIC DOMAIN

tiæ latent. Vide supra in Eudemo.

Olympiodori commentaria Græca in Platonis Phædonem & Philebum, Bononiæ in Bibliotheca S. Saluatoris recondita sunt. Eadē habet illustris uir Diegus Hurtadus Cæsareus orator Venetijs, ac insuper in Gorgiā & Alcibiadē Platonis.

OLYMPVS Lydus ante Troiana tempora tibicen & elegorum poëta, &c. Suidas.

OLYMPVS, natione Hispanus, episcopus, scripsit librum fidei aduersum eos, qui naturam & non arbitrium in culpam uocāt, ostendens non creatione, sed inobedientia insertum naturæ malum. Gennadius.

OMAR. Vide Homar, folio 336. b. uersu 5.

OMEIS Bentanim Halachadite, citatur à Ioanne F. Serapionis.

OMNIBONVS Leonicenus Vicentinus uir in literis humanitatis eruditissimus Græco & Latino ad perfectum instructus eloquio, philosophus & rhetor omnium suo tempore celeberrimus. Emanuelis Chrysoloræ Constantinopolitani (qui Græcas literas reduxit in Italiam) apud Venetias quondam auditor. Scripsit multa præclara uolumina, è quibus subiecta feruntur. T. cl. 1420.

In oratorem Ciceronis,	lib. 3.	Quantum Ciceronis ora.
In Lucanum poëtam,	lib. 1.	In exponendo hoc au.
In Quintilianum,	lib. 1.	
In laudibus eloquentiæ,	lib. 1.	Quantum admirationis.

Orationes multæ. Et alia complura ædidit, quæ ad manus nostras nondum uenerunt. * Commentarij eius in libros Ciceronis de Amicitia, & de Officijs habentur impressi. Venetijs opinor. Composuit etiam in librum de Oratore Ciceronis Commentarios non ineruditos, Raphaële Volaterrano teste.

Commentaria in Valerij Maximi libros exemplorum, impressa Venetijs, 1482.

Commentaria in Lucani Pharsaliam, excusa Venetijs, 1505. in fol. cum Io. Sulpitij commentarijs in eandem. Ioannes Taberius Brixianus in præfatione scripta Brixiæ, 1486. inquit sibi uideri, hanc enarrationem utpote nimis prolixam, & infinitis erroribus plenam, non ab authore ipso ædītam esse, sed ab aliquo discipulorum exceptam eo prælegente. Deinde omnia per se castigata scribit, superflua recisa, & quædam ex Græcis Latinisq; adiecta. Io. Taberius.

In catalogo quodam inuenio nominari Omniboni scansiones: uidetur autem opus aliquod de metris uel carminibus scriptum reliquisse.

Ex Græcis conuertit,

Aliquot Aesopi fabulas, quæ habentur impressæ.

Xenophontis de uenatione libellum, qui cum cæteris Latinis operibus Xenophontis, Basileæ hoc anno, 1545. apud Isingrinium elegantissime excusus est.

Athanasij opus contra gentes & hæreticos. Non minus laudis consecutus est « in Athanasio traducendo, quàm alius quispiā in quouis gentili opere, aut ipsemet « in toto Cōmentariorum infinitorum contextu. Hieronymus Bononius in epi- « stola quadam.

ONASIM citatur à Ioanne F. Serapionis.

ONESIVS quidam citatur in Chronicis Ioan. Cuspiniani.

ONESTAE epigrammata aliquot leguntur in Florilegio Planudis: Corinthij nomen gentile semel additum inuenio.

ONKELOS uel Ankelos scripsit Targum, siue interpretationem Syriacam quinq; librorum Mosis, quam habemus impressam, Venetijs apud Bombergum. Sunt qui coniiciant hunc esse Aquilam Ponticū proselytum. Ex Petri Galatini lib. 1. cap. 3. CAPNION loquitur. Negant plærique Ionathan Pentateuchum in Chal « dæum traduxisse: ipsum enim ab Ankelos proselyto traductum aiunt: quem He- « braei sororis Titi imperatoris filium fuisse asserunt, &c. Alij nonnulli Ionathan ip- « sum nequaquam Psalterium traduxisse dicunt: sed potius illud à Rabbi Akilas, & « Chaldaicam. R. Akilas.

„ à R. Ioseph cæco in Chaldæum uersum affirmant, &c. GALATINVS. Totam
„ proculdubio Bibliam Ionathas in Chaldæum transtulit, &c. Hic etiam Ankelos
„ totam Bibliam in Chaldæũ uertit atq; expositit: cuius æditio atq; expositio, quam-
„ uis nunc præterquam in Pentateuchum, uix alicubi reperiatur; non minoris tamẽ
„ apud Iudæos est pretij, quàm ipsius Ionathæ expositio. Vtraq; licet Chaldaica sit,
„ Hebraicis elementis scripta est.

ONOSANDRI Platonici de optimo Imperatore, eiusq; officio liber ad Q. Veran-nium, per Nicolaum Saguntinum è Græco Latinus factus. Chartæ sunt 4. impressæ olim Venetijs in 4. cum Vegetio de re militari, &c. & nuper Basileæ apud Rob. Vuinter. Vidi etiam Germanice redditum à quodam.

OPPIANVS Cilix poëta, Halieutica miro splendore conscripsit, tempore Antonini imperatoris, &c. Eusebius. A patre Agesilao, uiro opulento, & præcipuo in republica, & philosopho, in omnibus liberalibus artibus eruditus est. Cum annũ ageret triceſimum, pater eius in exilium missus est quod Seuero imperatori Zarbum uenienti cum reliquis optimatibus non occurrisset: tum ipse etiam patrem comitatus in exilio clarissima poëmata scripsit, & Romam profectus Seuero iam defuncto, Antonino filio ea exhibuit: unde & regressum patris ab exilio impetrauit, & pro quolibet carmine aureum numisma suscepit. Vixit annis 30. habet stilum floridũ & planum cum facundia & maturitate, & in sententijs ac parabolis præcipue excellit.

Oppiani Halieutica, id est, de piscibus libri 5. & de uenatione libri 4. impressi Venetijs apud Aldum olim chartis 13. in 8. uersibus heroicis: cum translatione Halieuticorum per Laurentium Lippium Latino carmine. Florentiæ etiam seorsim excusa sunt Halieutica Græce. Author uitæ Oppiani, quæ ab initio Aldinæ æditionis Græce extat, testatur eum de Venatione quinq; libros scripsisse, cũ nos quatuor modo habeamus: & alios quinq; de aucupio, quod poëma Franciscus Asulanus Venetijs mihi asseruit adhuc apud se extare, sed nullo modo efficere potui ut ostenderet, & alij quidam affirmabant uanam & mendacem esse hanc eius iactationem, quod quidem huc adscribo ut is liber si habet uel per conuicium ab eo extorqueatur. Ego paraphrasin tantum authoris innominati in duos libros diuisam, Venetijs manuscriptam nancisci potui: conijcio autem ab Eutecnio scriptam esse. Nam in eodẽ uolumine in cæteros quoq; Oppiani de piscatione uenationeq; libros, & in Nicandri Alexipharmaca atq; Theriaca paraphrases inerant expresso ubiq; authoris nomine Eutecnij sophistæ: præterquam in Ixeuticis. Ibidem in Bibliotheca Bessarionis seu D. Marci libri de piscatione & uenatione seruantur cum figuris aliquot animaliũ uetustis, quas mihi depingendas curaui opera D. Arnoldi Arlenij: sed multæ ex illis minime conueniunt descriptioni poëtæ. Habeo & castigationes & lectiones uarias in eadem poëmata: Quæ omnia Deo fauente per occasionem libenter philologis omnibus communicabo. Extant quoq; scholia quædam marginibus & inter ipsos uersus sparsim adscripta in duo prædicta poëmata, nondum impressa, sed non magni momenti.

OPTATVS Afer, episcopus Miluitanus, ex parte catholica, scripsit Valentiniano et Valentino principibus, aduersum Donatianæ partis calumniam libros sex, in quibus asserit, crimen Donatianorum in nos falsò retorqueri. Hieronymus. Trit.
T. temius addit, eum floruisse anno 370. & plures epistolas, aliaq; multa scripsisse.

ORBICII cuiusdam lucubratiuncula de ordinibus exercitus, habetur Græce in Appendice Lexici Græcolatini. Bidar etc. p. m. 90.

ORIBASIVS Sardus uel Sardianus medicus, Iuliani Cæsaris archiater, plurimos in re medica libros Græce scripsit, quos ex ueteribus ferè, Galeno, & alijs collegit. Fragmenta aliquot ex eius libris apud Aëtium medicũ leguntur: Vnum, ex libris ad Eustachium & Eunapium de simplicium medicinarum facultate: cathartica quædam,

quædam, & curationem eorum qui plus æquo purgantur, & ad Ephelides.

Illustris uir Diegus Hurtadus à Mendozza Cæsareus orator Venetijs, in biblio theca sua habet Oribasij quatuordecim libros: ego inter cæteros illum inspexi qui simplicium medicaminum descriptiones solas ex Dioscoride per ordinem litera rum digestas habet.

Oribasij de simplicium pharmacorum uiribus libri 4. excusi Argẽtorati, 1544. apud Schottum, in fol. cum Trotula, Hildegardi, &c. chartis 28.

Fragmentum de uictus ratione, excusum Basileæ apud Cratandrum, 1528. in fol. cum alijs quibusdam.

Eiusdem, Euporiston, id est, paratu facilium libri tres. Quorum primus sa nitatem tuetur, & emendat symptomata sanorum. Secundus est de uirtute & electione simplicium. Tertius, de confectione ciborum, uel potius de alimen tis. Medicaminum compositorum & trochiscorũ confectio. Medicinæ com pendij lib. 1. Curationũ à capite ad pedes lib. 1. Henricus Petrus excudit Ba sileæ Latine, interprete anonymo, 1529. cum Cælio Aureliano. Sed omnia longe corruptissima sunt, & supra quàm dici possit deprauata.

Commentarij in aphorismos Hippocratis, impressi Parisijs apud Colinæum, & Basileæ apud Cratandrum, 1539. in 8. cum indice, chartis 16. per Ioannem Guinte rium Andernacum castigati cum essent deprauatissimi. Quis in Latinum sermo nem uerterit, non exprimitur. Ex præfatione authoris. Interpretes extitere « Hippocratis, Pelops, Lycus, Rufus, Soranus, Domnus, Galenus, Attalio, & multi « alij. Sed & ego ipse commentarios conscripsi, monente Ptolemæo Euergete, post « septuaginta perfectissimorum medicorum examinationem, qui unà medicinam « prælegerunt, & philosophicas quæstiones discusserunt. Ex præfatione Leo « nardi Fuchsij super commentarijs suis in Aphorismos Hip. Quis credat Ori « basium, quem Galeni studiosissimum fuisse constat, tam absurda, & multis mo « dis ab illus placitis abhorrentia, suis Commentarijs inserere uoluisse? Cui & hoc « planè adamantinum accedit argumentum, quod istorum Commentariorum au « thor, quisquis tandem fuerit, Ptolemæi Euergetis temporibus uixerit, quemadmo « dum metipse in præfatione eius operis testatur. In Commentario 93. secundi li « bri, Virgilij carmen & Terentij comœdias ægrotantibus legendas esse hortatur, « cum Oribasium Homero potius & Aristophane delectatum fuisse uerisimile sit. « Quod miror cur Andernacus, qui primus, quod sciam, hos Commentarios Ori « basio adscripsit, non animaduerterit. Ego quidem hos Commentarios ante an « nos plus minus triginta, sed parũ Latinos, transcripsi: quos Petrus Bucardus, olim « præceptor noster, quum Ratisbonæ in quadam Iudæorum bibliotheca inuenisset, « hoc nomine Iudæi commentarios appellauit. «

Ex Dictionario Suidæ. Oribasius Sardianus familiaris Iuliano apostatæ, & quæstor ab eo Constantinopoli creatus, scripsit ad illos quibus non est copia medi corum, libros quatuor. Ad Iulianum regem libros septuaginta duos. Epito mes eorundem libros nouem, ad Eustathium filium. Item de regno, & de passio nibus. Hæc Suidas. Videntur autem hi quatuor libri, quos Basileæ cum Cæ lio Aureliano impressos dixi, ijdem esse quos Suidas ait scriptos esse ad illos quib. copia medicorum non datur: sic enim præfatur in illos libros Oribasius. Petis « à me Eunapi charissime, ut manifestas sanitatum curas faciam tibi ad singulas pas « siones, & diuersorum generum adiutoria, ad discendum simplicium uirtutes me « dicaminum, peregre proficiscenti, quæ facile inueniuntur in agris per uaria loca, « ubi docti minime inueniuntur medici, qui curam impendere possint. Sunt au « tem ijdem libri quatuor numero, ut supra dixi, quanquam ab initio inscribantur Euporiston libri 3.

Ex præfatione in medicinæ compendium ad Eustathium filium. Ex iussione «

„ D. Iulíani Auguſti, collecti ſunt ex omni regione archiatri, ex quibus elegit opti-
„ mos & probatos medicos numero 72. inter quos & mea eſt electa paruitas, ut di-
„ uerſis antiquorum authorum libris in unum congregatis, ea quæ utiliora in cura-
„ tionibus poſita erant ad ſanitatem hominum, in paruis uoluminibus omnia conti-
„ nerentur: Quo facto in 72. libris à nobis comprehenſa ſunt: Ex quibus libris Sy-
„ nopſin tibi fieri ſperaſti. Hic rurſus ſe offert ſuſpicio dubitandi de cõmentariis in aphoriſmos Oribaſio attributis, quoniam ut hic de 72. medicis, ita illic de 70. men-tionem facit.

T. cl. 420. ORIESIESIS monachus & diſcipulus ſancti Pachomij, ſcripſit
De inſtructione monachorum, lib. 1. Si quid amplius ſcripſerit neſcio. Vi. de Gennadium.

Ex D. Hierony. ORIGENES, qui & Adamantius, decimo Seueri Pertinacis anno, aduerſum Chriſtianos perſecutione commota, à Leonide patre, Chriſti martyrio coronato, cum ſex fratribus & matre uidua, pauper relinquitur, annos natus circiter decem & ſeptem. Rem enim familiarem ob confeſſionem Chriſti fiſcus occupauerat. Hic Alexandriæ diſperſa eccleſia decimooctauo ætatis ſuæ anno, κατηχήσεων opus aggreſſus, poſtea à Demetrio eius urbis epiſcopo, in locum Clementis presbyteri confirmatus, permultos annos floruit, &c. Tantum in ſcripturis diuinis habuit ſtudij, ut etiam Hebręam linguam ediſceret: & exceptis 70. interpretibus, alias quoq; æditiones in unũ congregaret uolumen, Aquilæ ſcilicet Pontici proſelyti, & Theodotionis Hebionei, & Symmachi eiuſdem dogmatis, qui in Euangelium quoq; ſecundum Matthæum ſcripſit Commentarios, de quo & ſuum dogma confirmare conatur. Præterea quintam & ſextam & ſeptimam æditionem, quas etiam nos de eius bibliotheca habuimus, miro labore reperit, & cum cæteris æditionibus comparauit. Et quia indicem operum eius in uoluminibus epiſtolarũ, quas ad Paulam ſcripſimus, in quadam epiſtola contra Varronis opera conferens poſui, nunc omitto: illud de immortali eius ingenio non tacens, quod Dialecticam quoq; & Geometriam, Arithmeticam, Muſicam, Grammaticam & Rhetoricam, omniũq; philoſophorum ſectas ita didicit, ut ſtudioſos quoq; ſecularium literarum ſectatores haberet, & interpretaretur eis quotidie, &c. Plura ſuper Origenis ſtatu ſi quis ſcire uelit, primum quidem de epiſtolis, quæ poſt perſecutionem ſub Decio ad diuerſos miſſæ ſunt, deinde & de ſexto Euſebij Cæſarienſ. eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro, & pro eodem Origene in ſex uoluminibus, poterit liquidò cognoſcere. Vixit uſq; ad Gallum & Voluſianum, id eſt uſq; ad ſexageſimum nonum ætatis ſuæ annũ, & mortuus eſt Tyri, in qua urbe & ſepultus eſt. Hæc D. Hieronymus. Apud Suidam quoq; plurima de Origene, eius uita, dogmatis, & ſcriptis traduntur.

Aquila. *Theodotion.* *Symmachus.*

Origenis Adamantij opera quæ extant omnia, recens per Deſ. Eraſmum recognita, qui etiam tractatus in Matthęum, nunc primum tranſtulit, impreſſa Baſileæ apud Frobenium, per partes duas, 1536. in folio cum indice, chartis quadringentis trigintaocto. Sunt autem hæc in prima parte.

In Geneſim homiliæ 17. — In Exodum homiliæ 13.
In Leuiticum homiliæ 16. — In Numeros homiliæ 26.
In librum Ieſu Naue homiliæ 26. — In librum Iudicum homiliæ 9.
In librum Regnorum homilia 1. — In librum Iob, tractatus 3.
In Pſalmum 36. homiliæ 5. — In Pſalmum 37. homiliæ 2.
In Pſalmum 38. homiliæ 2.
In cantica canticorum explanationis prioris homiliæ 2. & poſterioris quatuor.
In Eſaiam homiliæ 9. — In Hieremiam homiliæ 14.
In Ezechielem homiliæ 14. — De principijs libri 4.
Threni ſeu planctus Origenis. — Apologia Pamphili martyris pro Origene li. 1.

Ruffinus. Ruffini de deprauatione librorum, præcipue Origenis, lib. 1.

Secunda

Secunda parte continentur,

In Matthæum tractatus 38. In Lucam homiliæ 39.
In diuersos noui Testamenti homiliæ 10. In epistolam ad Romanos lib. 10.
Contra Celsum lib. 8. * Eadem ferè Trittemius quoq; enumerat, & insuper addit ab Origene scripta: In principium Idide homil. 2. quarum principiũ non adscribit. De Helcharia lib. 1. qui incipit, Non ab initio tantummodo. Aduersum hæreticos libros 5. quorum initium est, Adamantius dixit qui. In principiũ Ioannis lib. 1. De martyribus lib. 1. & horum initia nulla posuit. In numeris librorum & homiliarum aliquot ab æditione prædicta uariat. T. M. 201.

Ab initio Frobenianæ æditionis præmittitur epistola Beati Rhenani, quæ continet laudes Origenis, & plærasq; de uita obituq; Erasmi cognitu digna: item ipsius D. Erasmi de uita, phrasi, docendi ratione, & operibus Origenis cum singulorum librorum censuris, præterquàm in libros contra Celsum, quibus cum præfigere statuisset coronidem in tanti doctoris calũniatores fato ante cõcessit. Plærisq; superiores libri, si bene memini, à Ruffino conuersi sunt, sed multa ab eo mutata, adiecta detractaue sunt pro arbitrio: sic enim solebat ille ueterum quotquot transferebat libros contaminare, & quasi suos facere. In quibusdam à librarijs pro Ruffino interprete Hieronymi nomen dolo malo suppositum est, ut emptores allicerent, ut annotauit Erasmus: qui de homilijs in Leuiticum ita scribit: Qui legit hoc opus & enarrationem epistolæ ad Romanos, incertus est utrum legat Origenem an Ruffinum: tam multa ille sustulit, adiecit, &c. De commentarijs in Iob: ego (inquit Erasmus) sentio authorem fuisse Latinũ, & Latine scripsisse, uirum in diuinis scripturis pulchre exercitatum, & ad docendum oratione fusa non uulgariter appositum, sed Arianum. Opus est imperfectum, tantum enarrat limen operis: stilus conuenit cum cõmentarijs in Matthæum. Chrysostomi titulo ferebatur, cum constet ex ipso opere authorẽ fuisse Arianũ. De cõmentarijs in tres Psalmos quoq; dubitat an sint Origenis: nec ipse qui præfatur profitetur se has homilias ex Origene uertisse, &c. Diuus Hieronymus fatetur se uertisse duas Origenis homilias in Canticum canticorum, à cõmentario uero quem Origenes scripsit in idem Canticum, sublimitate mysteriorũ, ac profunditate rerum, atq; etiam sumptuum & laborum magnitudine, fuisse deterritum quo minus aggrederetur. Inter opera uero † Hieronymi ferebatur & hic cõmentarius, quum nec Origenis sit nec Hieronymi, sed hominis Latini, pulchre docti ac bene diserti. Græcũ non fuisse uel hinc colligas licebit, quod in prologo citat Græcos uelut alienos, &c. Suspicor esse cuius extant libri de uocatione gentium, & cõmentarij in aliquot Psalmos. Quoniam autem is ob modestiam suum nomen apponere noluit, librarij præfixerunt nomen Ambrosij. Nec sunt homiliæ quemadmodum distinxerunt librarij, sed perpetuus commentarius imperfectus. Non enim excedit duo Cantici capita.

Habetur etiam cum D. Hieronymi operib. tomo 7. ubi & homiliæ Origenis 4. in Canticũ.

† Illic etiã si libet Erasmi Rot. censuram quære.

De uisione Esaiæ. D. Hieronymus in catalogo scriptorũ fatetur se hoc fragmentũ uertisse ex cõmentarijs Origenis in Esaiã. Ego prologos ab Hieronymo in Esaiam & Hieremiã sublatos fuisse suspicor, &c. Prologus in Ezechielẽ nõ dubiũ est quin sit Hieronymi. De cõmentarijs in Matthæum uide præfationẽ Erasmi suo loco præfixam. Excusum est etiã seorsim fragmentũ cõmentariorum Origenis in Matthæum Des. Erasmo interprete, Basileæ apud Io. Frobeniũ in 8. char. 14. & dimid. Origenis in Matthæum homiliæ 36. (etiamsi in æditione Badiana sint 35. postremis duabus, ut coniectura est ob eius prolixitatem confusis in unam) ab Hieronymo translatæ, uel potius ut Erasmus Rot. suspicatur, ab alio quodam incerto, inter D. Hieronymi opera habentur.

Homilias in Lucam se conuertisse Hieronymus testatur. In catalogo tamen ita facit huius operis mentionem, ut magis uideatur ex Didymo uertisse. Nusquã in homilijs Origenes tam concisus est, quàm in his. Dein quum in cæteris nihil habeatur

„ erroris, hic multa sunt uel suspecta uel damnata. Subindicat autem hoc opus pa-
„ rum fuisse elaboratum, ut ab Origene iuuene profectum: se uero in uertendo nihil
„ immutasse, sed ut apud Græcos habebatur transtulisse.

De homilijs in diuersos. In his constat quasdam esse non Origenis, sed hominis
„ Latini, reliquas à Ruffino impudenter contaminatas. Idem Ruffinus non Hie-
„ ronymus, uertit Cõmentarium in epist. ad Rom. In præfatione super libros περὶ ἀρχῶν
„ scribit se totum hoc opus ad dimidiũ ꝓpè cõtraxisse: quædã submouit ac ꝓ his
„ alia supposuit: quędã obscurius dicta ex alijs Origenis libris reddidit explanatiora.
„ De libris Origenis in genere ex eadem præfatione Erasmi. Scriptorum Origenis
Scholia. Homiliæ. „ alia dicuntur scholia: nam quoties ad iustam commentationem deerat ocium, bre-
„ ues quasdam annotatiunculas locis obscurioribus dictare solebat. Alia homiliæ, id
„ est, colloquia. Eas conciones non ipse scripsit, sed à notarijs excipi passus est: quòd
Tomi. „ tamen negant illum esse passum ante annum sexagesimum. Tertium genus ipse
„ uocabat tomos, quos tractatus siue uolumina uertere possis. Eos ipse descripsit: &
„ quoniam scripsit eruditis, abstrusiora quædam mysteria patefecit, tota (ut ait Hie-
„ ronymus) ingenij sui uela pandens. Primi generis nihil extat, secundi permulta sur-
„ persunt: tertij sunt, libri περὶ ἀρχῶν, & commentarij in Euangelium Matthæi, licet
„ imperiti hoc opus in homilias secuerint. Iam sunt quædam, quæ nullo trium gene-
„ rum cõprehendi uideantur, uelut epistolæ quas multas scripsit ad diuersos. Nam
„ quinq; libros Stromateon nescio an scholijs ascribere liceat. In his enim uarias res
„ commiscuisse uidetur, unde à picturatis stragulis nomen assumptum est. Eum ti-
„ tulum à Clemente fuit mutuatus. Sed quo in ordine ponemus exapla & tetrapla?
&c. Ex capitibus eiusdem præfationis Erasmianæ de libris Origenis qui desi-
derantur: deq; ratione docendi ac phrasi eius, ne quis prolixitatem fastidiat, nihil ex-
cerpam.

Origenis libri 16. in Leuiticum excusi sunt etiam in Cyrillo Alexandrino: uide supra circa finem folij 190. b. & in Io. Brentio in Leuiticum.

Origenis Tropologiæ à doctissimo quodam uiro olim selectæ ex cõmentarijs in Genesim, Exodum, Leuiticum, Numeros, Iosue, & Iudicũ, cum præfatione Iacobi Merlini theologi qua laudes Origenis prædicat. Io. Soter excudit Salingiaci, 1537. in 8. chartis 30. Origenis homiliæ 4. impressæ in Homiliario quod Alcuinus collegit. Qui plura cognoscere uolet de Origine, legat apud Epiphanium locis diuersis, quos index Latinæ æditionis Basilieñ. indicabit.

Origenis astrolabium Græce extat Romæ in Vaticana: item libri octo Græci contra Celsum.

Dialogus contra Marcionistas & epistola ad Africanum, Venetijs latent apud Diegum Hurtadum oratorem Cæsareum. Cõmentarij in Ioannẽ. Cõmentariorum in Matthæum tomus primus, undecimus, & 12. Philocalia: apud eundẽ Venetijs. De Philocalia ex Origenis libris collecta dixi in Basilio, fol. 138. b. uersu 40. Ex interpretationib. in Euangeliũ Matthæi tomos decimus cũ duob. subsequentib. in alia quadã Italiæ bibliotheca seruantur. Tomos 32. ex 39. illis, quorum meminit D. Hierony. idem Diegus Hurtadus nuper nactus est Græce.

Lamentum, angustius char. 1. „ Lamentum inter opera Origenis, nec ab ipso scriptum est, nec ab Hieronymo uer-
„ sum: sed figmentum est alicuius indocti, qui studuerit huiusmodi colore Origenẽ
„ infamare. Simili artificio finxerant epistolam Hieronymi titulo, in qua deplorabat
„ quod aliquando cum Origene sensisset. Erasmus.

Capita librorum 4. de principijs seu potestatibus.

Primi libri. Præfatio Ruffini, qua docet hos libros præcipue depravatos fuisse, & quid ipse in eis mutarit. De Deo. De Christo. De spiritu sancto. De diminutione uel lapsu. De rationabilib. naturis, tam bonis quàm prauis, earũq; speciebus, ordinibus, & officijs. De fine uel consummatione.

De in-

De incorporeis & corporalibus. De angelis.

Secundi. De mundi materia & anima. De perpetuitate corporeæ naturæ. De initio mundi & causis eius. Quod unus est Deus legis & prophetarum, & Domini Iesu Christi pater. De iusto & bono. De incarnatione Christi. De sancto spiritu. De anima. De mundo. De resurrectione & iudicio. De igne inferni, eiusq; pœnis. De repromissionibus.

Tertij. Præfatio Ruffini. De libertate arbitrij. De contrarijs potestatib. De triplici sapientia. De humanis tentationibus. Quod mundus ex tempore cœperit. De consummatione mundi.

Quarti. Quod scripturæ diuinitus inspiratæ sint. Quod multi spiritaliter non intelligentes scripturas, & male intelligentes, in hæreses declinarunt. Anacephalæosis de patre & filio & spiritu sancto, & cæteris quæ superius dicta sunt.

Ex præfatione in libros contra Celsum pro fidei Christianæ defensione, Christophoro Porsena interprete. Hortaris sacer Ambrosi, ut Celsi (etsi gentilis & philosophi hominis) obiectiones in Christianam religionem oblatrantis, pro nostro arbitrio refutemus, &c. "

ORION scriptor Græcus, Grammaticus ut uidetur, in Cornucopiæ Græco Phauorini Camertis citatur. ORION Alexandrinus Grammaticus scripsit Anthologion, id est, Florilegium, Atticarum dictionum collectanea, de etymologia, encomiũ Adriani Cæsaris. Suidas: & rursus, ORION Thebanus ex Aegypto, scripsit Collectanea sententiarum, siue Florilegium ad Eudociam Theodosij regis minoris uxorem, lib. 3.

ORLANDINI Rudulphini Bononiensis Summa, siue ars notaria super cõtractu ac instrumentorum formas & ordines, secundum subtilitates modernorum: chartæ sunt 25. impressæ Venetijs in 4. cum indice: phrasis est barbara.

ORMISDA papa: uide Hormisda.

ORONTII Finei Delphinatis liberaliũ disciplinarum in Academia Parisiensi nostro tempore clarissimi professoris regij, Protomathesis, opus uariũ, ac scitu non minus utile quàm iucundum, nunc primum æditum, Parisijs, 1532. in magno fol. chartis 109. apud Gerhardum Morrhiũ. Insunt autẽ: De arithmetica practica, lib. 4. De geometria lib. 2. De cosmographia siue mundi sphæra lib. 5. propriis ipsius authoris commentarijs elucidati. De solaribus horologijs & quadrantib. lib. 4. Omnia decentibus figuris ab ipsomet authore depictis, annotamentisq; marginalibus, & proprio singulorum indice sunt illustrata. Singulorum librorum partes in primo folio statim recensentur: & paulò post singulorum quoq; capitum catalogus attexitur.

Eiusdem quadrans uniuersalis astrolabicus, seorsim impressus.

Demonstrationes in sex priores libros Euclidis, ibidem excusæ.

Orbis totius recens & integra descriptio ad cordis humani effigiem, authore Orontio, impressa Parisijs, 1536. apud Hieronymum Gormontium in tabula, duabus chartis opinor.

Galliæ totius noua descriptio, Gallice ædita Parisijs apud Simonem Colinæum, 1525. in tabula, circiter sex chartarum magnitudine.

OROSIVS: uide Paulus Orosius.

ORPHEI plures extiterunt, de quibus uide Suidã, & Gyraldum in uitis poëtarum.

ORPHEI Argonautica, hymni, & de lapidibus libellus, omnia Græce heroico uersu elegãtissime scripta, Aldus excudit Venetijs in 8. chartis 10. cũ Musæo, anno 1517. Suidas Orpheũ Crotoniatam uersificatorẽ, Decaëteriã, Argonautica, & alia quædam scripsisse meminit: Hymnos aũt, duos Orpheos diuersos. Recenset etiam quę dogmata ex sacris bibliis hauserit Orpheus ille qui floruit sub Iudicibus Iudæorũ. In libelli de gemmis prologo Orpheus cum Theodamante filio Priami regis collo-

quitur. Nõ pauca de Orpheo Pausanias in Bœoticis refert, pagina 241. & 242. æditionis Aldinæ. Orphei magni poëtæ poëma de operib. & diebus, sic incipit: Ἐι δὲ γεωπονίης σε φιλομβρότου ἵμερος αἴρει. Io. Tzetzes in præfatione Scholiorũ suorum in Hesiodum. Vidi etiã Argonautica manuscripta, ubi Orpheo tribuitur cognomen magni poëtæ. Orphei uersus quinq; apud Stobæum de parentibus honorandis: item in fine libelli de mundo qui Aristoteli adscribitur, ex translatione Apuleij, aliquot Orphei uersus leguntur, qui in Græcis libellis non habentur. Argonautica Græce, cũ Latina interpretatione è regione eodem genere carminis, innominati interpretis, excusa sunt Basileæ apud Cratandrum in 4. anno 1523.

ORTVVINVS Graius, nescio quis scripsit apologiam aduersus Reuchlinum opt. & doctiss. uirum, quæ olim excusa est. ORVS, uide Horus.

T. OSBERTVS natione Anglicus, ordinis beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, scripsit quædam præclara opuscula, de quibus extant,

Super Sententias, lib. 4. Conclusio una proposita.
Determinationes uariæ, lib. 1. Quæritur utrum expu.
Sermones quoq; uarij, lib. 1.

Cætera quæ composuit ad notitiam nostræ lectionis non peruenerunt.

T. cl. 1020. OSBERTVS monachus Canthuariensis, ordinis sancti Benedicti, uarios in utraq; literatura tractatus ædidit. Scripsit inter alia,

Vitam S. Dunstani archiepiscopi, lib. 1. De musica quoq; lib. 1.

OSEAS, uel Hosea secundum Hebræos, quemadmodũ & Ioël, & Amos, & Micha, prophetauit contra decẽ tribus, id est, regnum Israël. Extant autem libri prophetiæ eius capita 14. in Biblijs. Vide plura in Epiphanio de uitis prophetarum.

T.M. 390. OSIVS episcopus Cordubensis, ante Isidorum, ad quem Chalcidius grammaticus Timæum Platonis traduxisse memoratur, iam senex factus est Arrianus. Scripsit autem adhuc catholicus, Ad sororem suam,

De laude uirginitatis. lib. 1. In concilio præfato: sententias 18. lib. 1. & plures epistolas.

OSVALDVS Myconius Lucernanus, natione Heluetius, uir summa eruditione & acri iudicio, præceptor meus unice colendus, ecclesiæ Basilicnsis hoc tempore uigilantissimus antistes, scripsit egregios commentarios in poëma Hen. Glareani de situ Heluetiæ, quo cum impressi sunt Basileæ apud Ioan. Frobenium, 1519. in 4. chartis 9.

Eiusdem ad sacerdotes Heluetiæ qui Tigurinis male loquuntur, suasoria, ut male loqui desinant, 1524. in 4. impressa Tiguri opinor.

De uita & obitu Huldrychi Zuinglij libellus, impressus cum epistolis Zuinglij & Ioan. Oecolampadij. Basileæ apud Rob. Vuinter, 1536.

In Euangeliũ Marci docta & pia expositio, iam primũ ædita, Basileæ apud Thomam Platterũ, 1538. in 8. chartis 23. Ex epistola nuncupatoria ad D. Iacobum
» Meijerũ urbis Basiliensis consulẽ. Sumpserat quidã è nostris hunc Euangelistã
» explicandũ populo, & cũ deessent cõmentarij qui satisfacerẽt, uenit ut subueniã.
» Obtemperaui: nam usum petebat ecclesiæ cõmunis. Ergo qualiter conciones sunt
» factæ, sic et scripta sunt hæc, saltim uidelicet, quæ causa est cur omnia sint minus
» æqualia.

Ioan. Oecolampadij catechismum puerorum è Germanico Latinum reddidit. Oporinus hoc anno 1545. excudit Basileæ. Præfatur etiam super Enarratione Oecolampadij in Euangelia Matthæi & Marci.

T. cl. 870. OTFRIDVS monachus, Vuissenburgensis cœnobij, ordinis diui patris Benedicti, natione Teuthonicus, Rabani Mauri abbatis Fuldensis quondam auditor, scripsit tam metro quàm prosa multa præclara opuscula. Exemplo etiam Caroli Imperatoris magni conatus est barbariem linguæ Teuthonicæ ad regulas grammaticales reducere,

ducere, quod & ex parte perfecit. Vnde ea quæ patrio sermone conscripsit non facile nostra ætate legi, & intelligi possunt, etiam ab homine quantumcunq; Teutonicæ linguæ perito. De cuius opusculis extant subiecta. Ad Luitbertum Moguntinensis ecclesiæ archiepiscopum octauum, in Euangeliũ opus grande & insigne, quod prænotauit:

Gratiam Theotistæ,	lib. 5.	Dignitatis culmine grã.	
Ad Ludouicum regem,	lib. 1.	Ludouico orientalium.	
Ad Salomonem episcopum,	lib. 1.	Salomoni episcopo Otfri.	
Ad monachos sancti Galli,	lib. 1.	Otfridus Vuissenburg.	
In Psalteriũ uolumina tria,	lib. 3.	De iudicio extremo,	lib. 1.
De gaudijs regni cœlestis,	lib. 1.	Carmina diuersi generis,	lib. 1.
Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.	Alia insuper multa cõposuit, quæ prio	

rum negligentia perdita, & ignorantia monachorum rasa & lacerata, ad me non uenerunt.

OTHO nomẽ proprium, ab alijs Otto scribitur per t duplex, quod non placet: nam & ab Ausonio corripitur, & à Græcis ὄθων profertur. Sunt ex recentioribus qui Ottho scribant in uersu.

OTHONES duo, uide in Iustino Goblero, fol. 474. a. circa finem: & inferius, Otho Senoneñ.

OTHO Brunfelsius Maguntinus, natione Germanus, primum monachus Carthusianus, deinde ludimagister Argentorati per annos 9. postea medicus, & Bernam Heluetiorum uocatus, anno 1534. obijt.

Ex præfatione ipsius scripta Bernæ. 1534. in Onomasticon medicinæ à se collectũ. Est is mihi mos, ut inter legendum punctim singula animaduertã, nihil conniueã, quod modo alicuius uideatur esse frugi, singula in suos ordines cõscribam. Quod dum annis aliquot facio, ex historijs medicinalibus primum, medicorũ catalogum concinnauimus: ex gnomis, medicinales theses: ex uocabulis, præsens Lexicon: ex rerum simplicium uestigatione, Latina & Germanica Herbaria. Restant morborum omnium methodi. Ad postremum in omnes idoneos ac ueteres medicos Index: quæ suo quoq; tempore dabimus. *Methodos & indicem morte præuentus opinor non absoluit.*

Libri Theologici ab eo æditi.

De disciplina & puerorum institutione paræneses.

Catechesis, id est, Christiana institutio puerorum in fide, literis, & moribus, ex probatissimis authoribus. Impressa Argentorati apud Egenolphum, 1529. in 8. chartis 12. & dimid. & Parisijs apud Rob. Stephanum.

Confutatio sophistices, quã collegit ex antiquis theologis. Libellus impressus Selestadij in 4.

De ratione decimarum propositiones, excusæ in 4. in Germania.

Problema unum, De ratione Euangeliorum: & alterum, Quare in parabolis locutus sit Christus. Chartæ sunt 3. excusæ Argentorati in 4.

Oratio ad Christianos principes de bello Turcis inferendo, impressa Basileæ apud Thomam Platterum, 1538. cum alijs quibusdam.

Multa eius opuscula theologica, impressa sunt cum Ioannis Huss aliquot libellis. Vide supra, fol. 427. a. uersu 31.

Annotationes in 4. Euangelia & Acta apostolorum, ex orthodoxis sacrarum literarum scriptoribus congestæ, impressæ Argentorati apud Georgium Vlrichenrum, 1535. in fol. chartis 126. sine præfatione authoris: post mortem enim eius æditæ sunt. Typographus in præfatione omnem authoris uitam diserte describit: nos ea solum inde mutuabimur quæ ad uiri scripta pertinent, quæ quidem omnia Argentinæ impressa sunt. Præter plurima (inquit) et pia opuscula, eaq; ferè ἀνώνυμα ab ipso æditа, non paucos bonorũ authorum libros, uti Ioannis Huss, Serapionis, *Brũfelsij scripta omnia.*

†Germanice impressas uidi: nescio an etiam Latine extent.

„ Rasis & Auerrois, Laurētij Phrisij medici nostra ætate præclari, emaculauit. Con-
„ scripsit & Pandectas sacræ Scripturæ. Item † Orationes patrū utriusq; Testamen-
„ ti. Locos præterea cōmunes, è sancta scriptura congestos. Tum & libellum de De-
„ cimis. In re uero medica, Catalogum medicorum, Iatrij libros tres, Prognosticon
„ (practicam uocitant) è diuinis literis, quasi ridens illos, qui tam accurate Practicas
„ illas ex astrologia iudiciaria (in qua & ipse tritissimus fuit) nobis conscribunt. Com
„ posuit quoq; Theses seu locos communes totius rei medicæ. Herbarum tomos
„ tres, quorum tertius nondum est prælo commissus. Item Onomasticon seu Lexi-
„ con totius medicinæ. Paulò deniq; sub mortem suam libellum Germanice conscri
„ ptum, de reformatione apothecarum ut uocant.

Pandectæ scripturarum ueteris & noui Testamenti secundum locos cōmunes, iam denuo post authoris mortem, partim per ipsum Othonem, partim per studio-sum eius nominis, cui id delegauerat, recognitæ & auctæ. Vuesthemerus excu dit Basileæ, 1537. in 8. chartis 43. cum indice.

Libri in re medica.

Catalogus illustrium medicorum, siue de primis medicinæ scriptoribus liber, breuiter eorum scripta commemorans, ex Galeni, Plinij, scriptorum de re rustica libris, &c. collectus: impressus Argentorati, 1530. in 4. apud Io. Schottū cum in-dice: chartis 11. Complectitur autem recentiorum etiam aliquot scripta.

Theses seu communes loci totius rei medicæ: Item de usu pharmacorum, deq; artificio suppressam aluum ciendi. Georgius Vlricher excudit Argētorati, 1532. in 8. chartis 31. cum indice singulorum capitum ab initio. Adiecta est tabula quæ continet medicamenta composita purgantia, & præparantia ad purgationē cum dosi singulorum assignata, per chartas 2. Cōmunium locorum catalogus ab ini-tio recensetur. Constant aūt hi loci testimoniis congestis ex Hippocrate in primis, deinde aphorismis Damasceni, item Sorani & Celsi libris.

Annexæ sunt etiam Collectiones medicinales Alexandri Benedicti, & sententia-rum medicinalium Arnoldi Neocomen. de morborum curationibus libri 2.

Eiusdem Arnoldi regulæ de morbis uestigandis, & aliæ de curatione febrium.

Liber de usu pharmacorum, continet ferè medicamenta commiscendi rationes, & scribendi receptas ut uocant, & materias siue simplicia enumerat, quæ ad gene-rales istas cōpositiones in usu sunt, deniq; multa cum ab alijs tum ex Bartolemæo Montagnana congesta habet. Opus est non satis maturum, nec ab ipso authore ut uidetur approbatum, qui id amico cuidam donauit, à quo æditum est. Quis non uituperet integros idq; recentiorum & barbarorum scriptorum insertos esse tra-ctatus? Sic placet aliquibus moles librorum quouis modo exaggerari, ut pretia ty-pographis accrescant, aut ut ipsi etiam plusculum mercedis acquirant â typogra-phis: aut si alia fortè sit huius rei præter auaritiam occasio, stulte tamen & impru-denter fit. Sed hæc uitia in præsentiarum prolixius discutere non uacat.

Iatrîon medicamentorum simplicium, cōtinens remedia omnium morborum, qui tam hominibus quàm pecudibus accidere possunt, opus præclarum, cui hacte-nus par in lucem non prodijt, digestum in libros 4. Ibidem excusum, 1533. in 8. chartis centum & septem, cum indice omnium ab initio.

Liber primus continet medelas omnium morborum capitis, oculorum, auriū, oris, dentium, gutturis, &c. usq; ad thoracem. Secundus, ea quæ ad pectus, uentrē, interaneaq; attinent. Tertius, quæ infernis corporis partibus accidunt, ulce-rum item omnis generis, & uulnerum remedia. Quartus, febrium, morborū muliebrium, & omnium uenenorum medicamenta. Ex præfatione authoris.

„ Authores pro hoc opere legimus non minus trigínta, tum ueteres tum neotericos,
„ ex quibus tamen Dioscoridi tantum Ruellianæ translationis, & Plinio capita &
„ libros subsignauimus, cōtenti cæteros uno tantum uerbo designasse, ex Barbaro-

rum

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1104] - 532r
PUBLIC DOMAIN

rum uidelicet penu nobis esse deprompta, cum sit & in illis quod erudiat, &c. Eo- « dem consilio Octauium Horatianum, quem alij Theodorum Priscianū appellant, « & Plinium Valerianum, cum alioqui parum uideantur conducere nostro orbi & « sæculo, tum uulgo deprauati habeantur, tamen ideo placuit adijcere, ut & ueteris « quoq; æui tum simpliciū medicamenta, tum applicandi quoq; & præparandi mo- « dus innotesceret, & quod alioqui pulchre uidebantur facere ad nostrū institutum, « etiamsi demum illorum nos cœperit tædere, unde data opera ex duobus posteriori « bus tomis exculcauimus. Ordinem seruauimus quantū in tali rerum turba licuit. « Hæc ille. Ego Plinium Valerianum etiam in tertio & quarto libris, & Octauium in quarto frequenter ab eo citari inuenio, & uidētur fermè toti ab eo exscripti esse: maxime in duobus prioribus libris, ubi non solum remedia, sed alia etiam quæ ad morborum consyderationem copiosius dicuntur ab eis ad uerbum desumpsit, ne- scio qua libidine augendi uoluminis. Non solum autem simplicia pharmaca, sed etiam composita non pauca his libris complexus est. Præter supradictos autho- res, plurima quoq; aut fortè tractatus integros ex Apuleio, Q. Sereno, Macro, & Galeno de facile parabilibus suis locis inseruit. Circa finem quarti libri epitomen Nicandri Alexipharmacorū & Theriacorum confecisse uidetur. Adducit etiā aliquando, licet rarò, Gilbertum quendam, Girhardi Viaticum, Constantinū, Pla- tearium, Rogerium, &c. In præfatione scribit, in Dioscoride & Plinio usum se opera Io. Munteri: in cæteris amanuensium scribarū; unde suspicamur hoc etiam opus præcox, & erratis refertum esse.

Octauius Horatian. Theod. Pris scianus.

Onomasticon medicinæ continens omnia nomina stirpium, medicamentorum simplicium, aliarumq; rerum omnium ferè ad medicinam pertinentium, ac philo- sophiam naturalem, historias medicorum, &c. secundum ordinem literarum, ex omni authorum genere consarcinatum: præpositis à principio tabulis nominum anatomes, & ægritudinum totius corporis humani Græce ac Latine: item Saladini iudicio de ponderibus medicinalibus. Opus impressum Argentorati, 1534. in fol. chartis nonagintatribus. Omnia uidentur temere & festinanter esse congesta, erro rum infinitus est numerus cū aliàs tum in Orthographia: & quanquā idem opus anno 1543. rursus ibidem excusum sit in fol. chartis 102. ab amicis quibusdā Brun- felsij (ut habet inscriptio) auctum & recognitum, addita uocum quarundam Ger- manica expositione iuxta ueriorem Dioscoridis historiam: metuo tamen ne fortè adhuc deprauatius & plenius erratorum monstris exiuerit: uideor enim mihi odo- rari quis sit egregius ille locupletator, alieni tantum laboris insidiator & fucus, qui nimirum sibi conscius suorum facinorum timuit ne appositio nomine suo in fronte libri deterreret emptores.

Saladinus.

Herbarum uiuæ icones ad naturæ imitationem effigiatæ, unà cum effectibus earundem, & nominibus Latinis, Græcis ac Germanicis, æditæ anno 1532. cum appendice isagogica de usu & administratione simplicium: & aliquot † tabulis ua- rij argumenti in re medica. Ioan. Schottus excudit Argentorati in folio: chartis 85. cum indice. Accessit paulò post secundus Tomus, cui præter operam Brun- felsij, aliorum quoq; diuersorum de simplicibus pharmacis censuræ aut breues de- scriptiones adiectæ sunt, ut Nicolai Leoniceni, Fuchsij, Hermāni Comitis à Nuē- nar, Hieronymi Tragi, &c.

† *Hæ tabulæ seorsim excusæ sunt Parisijs, 1540. in 16. apud Aegidium Corrozet sub titulo Epitome medicinæ.*

Tertius tomus nondum æditus est. Exiuerunt & Germanice scripti Herbarij li bri ab hoc authore, tēpore ni fallor eodē, alter copiosior, alter in 4. breuior: uterq; cum figuris. Atqui plurimum debent studiosi primis hisce laboribus Brunfelsij in restauranda herbarum historia, & plantarum figuris ab ipso primum eleganter & ad uiuum depictis. Quamuis enim nonnulli post ipsum, idem negotium me- lius quidem ac eruditius, deniq; perfectius tractauerint: multum tamen ille præsti- tit qui id tam pulchre incepit, & alijs progrediendi occasionem obtulit.

Scripsit in Huttenum, mortuum.
Phil. Melanchth. Epigr. lib. 2. p. m. 118.

Marcelli Virgilij commentarios in Dioscoridem, ubi uidebantur superflui & tanquam luxuriari resecuit: ita ut nihil inesset parergon. Impressi sunt Argentinæ opinor unà cum textu Dioscoridis Græco & Latino.

T. cl. 1160. OTTO episcopus Frisingensis in Germania Bauariæ, & ut quidam scribunt nepos Frederici Imperatoris primi, natione Teuthonicus, quem Pius papa II. allegans in quadam oratione commendat, scripsit quædam opuscula, inter quæ extat opus insigne, & omni laude prosequendum,
Historiarum, lib. 1. Et alia quæ non uidi.

* Ludouicus Viues facta mentione Supplementi chronicorum episcopi Bergomatis parũ sæpe accurati, subdit: Meliores sunt Ottho Frisingensis & Rhegino. Hoc opus Chronicon de gestis Friderici Barbarossæ impressum est Argentorati.

OTTOMARVS Luscinius Argentoratensis, natione Germanus, iurisperitus, ante annos uiginti lucubrationes aliquot minime indoctas studiosis communicauit. Sunt autem hæc quæ nos uidimus.

Grunnius sophista siue pelagus humanæ miseriæ, quo docetur utrum hominis an bruti animantis natura ad uirtutem & fœlicitatem propius accedat. Knoblouchus excudit Argentinæ, 1522. in 8. chartis 7. & dimid.

Progymnasmata Græcæ literaturæ, cum auctario quo docetur qua ratione citra præceptoris operã, Græce discere possis, locupletata. Ibidem excusa, 1525. in 8.

Seria iociq; quibus continentur, Plutarchi Cõmentarius docens quomodo deprehendas te certo profecisse circa uirtutem: & Epigrammatum Græcorum uetera rum Centuriæ duæ, Latinitati per Luscinium donatæ, cum indice rerum per epigrammata sparsim digestarum, & epitome prædicti libelli Plutarchi. Liber excusus, 1529. in 8. Argentorati opinor.

Senarij prouerbiales Græci, à Stobæo collecti, secundum locos cõmunes, à Luscinio in senarios Latinos uersi, ibidem impressi cum indice, 1521. in 8. chartis 3. & dimid.

Isocratis Paræneſis ad Demonicum, & oratio de gubernando regno ad Niocl em, eodẽ interprete: ibidẽ excusæ Græce & Latine, 1515. in 4. chartis 6. & dimid.

Ex Plutarchi opusculis moralibus nonnulla transtulit, quæ cum cæteris Latine redditis aliquot Plutarchi libri Basileæ apud Cratandrum olim excusa sunt.
Ab Ottomaro uersa hęc sunt. Quomodo oporteat adolescẽtem audire poëmata. De audiendo. De amicitia cum multis. De fortuna. De uirtute & uitio. An satis sit uitium ad infœlicitatem. Quod uirtus per doctrinam acquiri possit. Quomodo quis sentiat se uirtute proficere. Sympotiacorum libri 1. cap. 1.

OTTO Lupanus, natione Italus opinor, uertit Luciani opusculũ de dea Syria, quod etiam commentario illustrauit.

OTHO Morena Laudensis citatur inter illos scriptores, ex quibus memorabilia sua Baptista Fulgosus collegit.

OTHO Senonen. I.C. reliquit Summam, & librum de interdictis possessorijs. Vide in Iustino Goblero supra.

OTHO Vuerdmüllerus Tigurinus, unus hoc tempore ex ministris Ecclesiæ Tigurinæ, iuuenis adhuc, in bonis literis, linguis, ac disciplinis tam sacris quàm philosophicis insigniter doctus, ac eruditiõis teste honorifico titulo in Academia Vuitenbergensi ornatus, ædidit nuper duos libros de dignitate usu & methodo philosophiæ moralis, quam Aristoteles ad Nicomachũ conscripsit. In priore libro aliquot illustres sententiæ ex Aristotelis Ethicis Græce transcriptæ, redduntur Latine, & quantam utilitatem hæc philosophiæ pars afferat religioni, iurisprudentiæ, medicinæ, dialecticæ, rhetoricæ, lectioni poëtarum ac historicorum, toti denicq; ciuili uitæ, diserte aptisq; rationibus ostenditur. In posteriore omnes decem libri Ethicorũ breuiter explicantur, methodo diligenter indicata. Hieronymus Curio excudit

Basileæ

Basileæ, 1545. in 8. chartis 20.

Eiusdem Commentarius perquàm eruditus in orationem Ciceronis ad equites Romanos antequam iret in exilium, æditus sub nomine Myliandri Tigurini, Basileæ apud Rob. Vuinter, 1539. unà cum aliorum lucubrationibus in omnes orationes Ciceronis: & Parisijs apud Michaëlem Vascosanum, 1540. seorsim.

Cæterum hoc tempore Germanicum opus adornat, de Iustificatione, seu qua ratione iustitiam coram Deo & æternam salutem consequamur: quod in sex libros partitum plurimis ijsq; firmissimis argumentis demonstrat, quæ sequuntur.

Primo libro, nihil esse in humanis uiribus quod gratiã Dei ac ueram beatitudinem mereri queat.

2 Ad solam Dei misericordiam esse confugiendum.

3 Pignus misericordiæ Dei infallibile, & efficacem causam salutis nostræ atq; adeò solam esse, Christi humanitatem, mortem, resurrectionem, ascensionem, regnum, pontificatum.

4 Christi meritum fide adprehendendum: ubi natura effectusq; fidei, & quicquid ad eius tractationem pertinet, declarantur.

5 Quanquam fides operetur per dilectionem, & ex sese naturaliter proferat bona opera, nequaquam tamen propter dilectionem aut dignitatem nostrorum operum, sed propter solius Christi meritũ, cui fides innititur, Deum reconciliari. Hic simul uariæ rationes cur honestam uitam agere oporteat, enumerantur.

6 Quomodo hanc doctrinam unusquisq; sibi accommodare, ac uti debeat, prosperis & aduersis temporibus per uniuersam uitam, in ipso deniq; mortis articulo, ut unà cum omnibus Christi fidelibus æternæ uitæ particeps fiat.

Præterea Germanice scripsit interpretationem Decalogi, articulorum fidei, orationis Dominicæ, Sacramentorum: Et alia quædam, quæ suo tempore, si Christus cœptis aspiret, ac uitam authoris foueat, in lucem ædentur.

OTTHOFREDVS. Vide Odofredus.

× Eiusdem Zachariæ Monita ex msc. Aldino, inter alia Patrum Apocrypha edidit Gerh. Vossius, annexa Gregorio Nyssen. p. 130. Moguntiæ 1604. 4t.

NOMINA ET LVCVBRATIONES SCRIPTORVM QVAE inchoant à litera P.



†Hi libri Suidæ dictionario inserti sunt.

PACATVS: uide in Latino.

PACATVS, qui & Minucius & Irenæus uocatus est, Alexandrinus grammaticus, scripsit de Alexandrina dialecto uel Hellenismo libros 7. ordine alphabeti. † De Attica consuetudine in dictionibus & accentu ordine alphabeti libros 3. De proprietatibus Atticæ & Doricæ dialecti. De Atticismo, & alia multa. Suidas.

T. cl. 390.

PACHVMIVS abbas fundator Aegypti cœnobiorum, scripsit
Ad Cornelium abbatem, epistolã 1. Ad præpositos cœnobiorum, epi. 1.
Ad Syrum abbatem, epist. 1. Ad fratres foris operantes, epi. 1.
Regulam quoq; monachorũ, lib. 1. * Vide plura apud Gennadium. Tritemius Bachomium uocat. Pacomij abbatis sententiæ quædam citantur in libello Coloniæ impresso, 1531. de officio rectoris ecclesiæ.

× Bellarm. vocat eum Pacianum

PACIANVS in Pyrinæi iugis, Barcilonæ episcopus, castitate & eloquentia, & tam uita quàm sermone clarus, scripsit uaria opuscula, de quibus est κρῖσις, & contra Nouatianos. Sub Theodosio principe iã ultima senectute mortuus est. Hieronymus.

Frater PADVANVS de Grassis Barolita sacræ theologiæ magister, in gymnasio domus magnæ Venetiarum regens, scripsit Enchiridion scholasticum contradictionum quolibetalium doctoris Subtilis Scoti. Impressum est Venetijs, 1544. in 8. ad signum Cognitionis, chartis 17. & dimid. cum indice. In præfatione eodem anno scripta testatur se prius etiam Concilium Pauli, id est, harmoniam ex apostolicis monumentis hausta m, in lucem ædidisse.

PAETI cuiusdam epistola impressa cum epistolis Hippocratis: de illo enim scribit ad Artaxerxem.

PALAEPHATVS Abydenus historicus scripsit Cypriaca, Deliaca, Attica, Arabica: floruit sub Alexandro Magno, amatus Aristoteli philosopho. Suidas: uidetur autem locus corruptus.

PALAEPHATVS Aegyptius aut Athenieñ. grammaticus, scripsit Aegyptiacam theologiam. De fabulosis librum 1. Solutiones fabulose dictorum. Hypotheses in Simonidem. Troica, quæ alij ad Athenien sem Palæphatum, alij ad Parium referunt. Scripsit & historiam propriam. Suidas.

PALAEPHATVS uersificator Athenis, scripsit Cosmopœiam, Apollinis & Dianæ natiuitatem; Veneris & Cupidinis sermones. Vide plura apud Suidam.

PALAEPHATVS Parius aut Prienensis, sub Artaxerxe, scripsit apiston, id est, de nõ credendis historijs libros quinq; : quos aliqui referunt ad Palæphatum Athenien sem: sed constat & hunc scripsisse huius argumenti librum. Suidas.

Palæphati poëticarum fabularum siue de non credendis fabulosis narrationib. liber Græcus, impressus Venetijs ab Aldo cum Aesopi fabulis, &c. & Basileæ nuper apud Ioan. Oporinum Græce chartis 3. & Latine Philippo Phasianino interprete, qui in præfatione scribit Græcum exemplar sibi non integrum uideri, cum unus tantum sit liber, Suidas autẽ quinq; ab eo scriptos meminerit: & hunc etiam quem habemus pluribus in locis corruptum mutilatumq; esse, idq; ea maxime in parte ubi de Hercule agitur. Idem in præfatione plura de Palæphatis scribens ex Suida quædam non recte transfert. Ex præfatione Palæphati.

» Accedens ipse ad quàm plurima loca, & diuersas mundi regiones peragrans, se-
» nioresq; percunctatus, quæ ab ijs potissimum intellexi, quæue loca ipse uidi, & ut
unum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1108] - 534r
PUBLIC DOMAIN

unumquodq; illorum sese habere comperi, in medium affero. Hæc ille. Expo- "
nit autem simpliciter & historice plærasq; fabulas. Palæphatus uetus author, "
poëtarum fabulas ad congruentem quandam historiæ, ac ueritatis applicationem "
traducere est conatus, non omnino siniſtre, nisi quod in nonnullis aliâs deficiunt "
eum coniecturæ, aliâs fallunt. Viues. Eundem esse puto librum, qui fertur "
Græce extare Romæ in Vaticana, inscriptus: De antiquis historijs.

PALAmâs quidam scripsit epistolas Græcas, quæ extant Romæ in Vaticana biblio-
theca. Vide Isaac, fol. 467. a. uersu 35.

PALAMEDES, unus ex Dipnosophistis apud Athenæum: nec expressum reperio
quis nam fuerit: fortassis idem est de quo apud Suidã legitur: PALAmedes Elea-
tes grammaticus, scripsit de comica & tragica dictione, Onomatologon, & Com-
mentarios in Pindarum poëtam.

PALAMEDIS Argiui epopœi poëmata ab Homero aliqui ferunt abolita propter in-
uidiam. Vide plura apud Suidam.

PALLADAE plurima epigrãmata passim in Florilegio Græco leguntur, & inter cæ-
tera quædam in Themistium philosophum, unde coæuum illi fuisse apparet.

PALLADIVS Britannorum seu Scotorum insulæ Hibernien sis à Cœlestino papa T. el. 432.
primus ordinatus episcopus, natione Græcus, scripsit,
Vitam sancti Ioannis Chrysostomi, lib. 1.

PALLADII cuiusdam expositio Græca in librum Hippocratis de morbis acutis, ex-
tat Venetijs apud Cæsareum oratorem Diegum Hurtadum.

PALLADIVS ad Lausum, liber Græcus hac inscriptione extat Romæ in Vaticana. Vide Baron. T. 4. A. 388.

PALLADIVS Methonæus sophista, sub Constantino rege floruit, & scripsit de festis Vide Baron. T. 4. A. 388. n. 103. Bellarm. de Pr. Eccl. c. 16.
apud Romanos, Colloquia; Sermones diuersos, Olympiacum, Panegyricum, Iu-
ridicialem. Suidas.

PALLADIVS episcopus Helenopolitanus. Vide supra in tertio Tomo operũ Des.
Erasmi: folio 199. a. uersu 13. Vide Baron. T. 4. A. 388. n. 110.

PALLADII, urbis Suedrorum in Pamphylia magistratus epistola ad Epiphanium,
quærens de Trinitate diuina, Ancorato Epiphanij libro (de quo supra diximus)
præponitur.

PALLADII Rutilij Tauri Aemiliani uiri illustris de re rustica libri 14. impressi char-
tis 12. Lugduni apud Gryphium 1535. in 8. & alibi cum Columella & reliquis rei ru
stica scriptoribus Latinis. Primus liber generalia quædam tractat: item de ædi-
ficando, de animalibus, &c. ultimus ad Pasiphilũ continet uersus elegiacos de qua-
rundam arborum insitione charta dimid. reliqui interiacentes singuli singulorum
mensium nominibus inscribuntur. Ex præfatione authoris.

Dicendum autem nobis est (si diuina fauerint) de omni agricultura, & pascuis, & "
ædificijs rusticis, secundum fabricandi magistros, eorumq; inuentionibus & omni "
genere eorum, quæ uel facere uel nutrire oportet agricolam ratione uoluptatis, & "
usus fructus, suis tamen temporibus per uniuersa distinctis: sanè in primis hoc ser- "
uare constituí, ut eo mense, quo ponenda sunt singula, cum sua omni exequar di- "
sciplina. Ludouicus Viues cum Catonem antiquarium, & Varronem du-
rum nominasset, subiungit: Columella elegantior & tersior est: item Palladius, nisi "
quod interdum habet uocabula & idiomata Latina utiq;, uerum sui temporis: scri- "
psit enim sub Hadriano. "

PAMMACHII & Oceani epistola ad D. Hieronymum, habetur tomo 3. operum
Hieronymi.

PAMPHILA Epidauria Soteridæ filia, scripsit aliquot libros quos recenset Suidas.

PAMPHILVS presbyter, Eusebij Cesariensis episcopi necessarius, tanto bibliothecæ
diuinæ amore flagrauit, ut maximam partem Origenis uoluminum, sua manu de-
scripserit, &c. Scripsit antequam Eusebius scriberet apologeticum pro Origene, &

passus est Cæsareæ palæstinæ sub persecutione Maximini. Hieronymus. Su
T. pra quoq; in Eusebio mentionem eius fecimus. Trittemius scribit eum esse pas-
sum, anno 240. & scripsisse etiã contra Mathematicos lib. 1. item epistolas aliquot. Apologia eius pro Origene, habetur excusa cum operibus Origenis: & in secundo tomo operum D. Hieronymi.

PAMPHILVS Amphipolites, aut Sicyonius, aut Nicopolites, philosophus, cognomine Philopragmatos, scripsit Icones ordine literarum, artem grammaticam, de pictura & pictoribus claris, Georgicos libros 3. Suidas. Hunc esse puto qui in Geoponicis Constantino adscriptis allegatur.

PAMPHILVS Alexandrinus grãmaticus, Aristarchius scripsit Pratum dictionum quod Suidæ Lexico accessit: & alia multa quæ Suidas enumerat. Liber eius de nominibus & glossis ab Athenæo citatur.

PAMPHILI tetrastichon libro 3. Florilegij, sectione 24.

PAMPHILI Saxi opera quædam ædita feruntur.

PAMPHYLI cuiusdam fragmenta mulomedicinæ cum Absyrto & reliquis eiusdem argumenti leguntur.

Ex PANCHARIO quædam Græce in medicina, extant alicubi in Italia.

PANAETIVS Rhodius senior, philosophus, cuius frequens à philosophis mẽtio fit, plurimos in philosophia libros ædidit. Suidas. Citatur ab Athenæo quoq;.

PANAETIVS iunior Nicagoræ filius, Rhodius philosophus Stoicus, Diogeni familiaris, præceptor Scipionis Africani post Polybium Megalopoliten: obijt Athenis. Suidas. Hunc esse puto quem Cicero secutum se testatur in libris Officiorum.

PANCAEI cuiusdam rhetorica Græca, Romæ in Vaticana bibliotheca.

PANCRATES Arcas scripsit Opera marina, & Corchoreidem. Suidas.

PANCRATIVS sophista reliquit commentarios in artem Minuciani. Suidas. Pancratij, qui Leonis senioris tempore uixit ad Zenonem usq;, feruntur Opsarty-
† Fortè προσ- ωπήν. tica, κατ' ἐκάστην † πρόσωπον. Idem.

PANCRATII tetrastichon lib. 3. Florilegij Græci, & aliud lib. 6.

PANDVLPHI Collenutij Iurisconsulti, & equitis illustrissimi Ferrarienſium ducis legati oratio ad Aug. principem Maximilianum Cæsarem, chartis 2. dicta in Ispruchis, in auditorio Cæsaris. Impressa Basileæ apud Ioan. Frobenium in 4. anno 1520. cum multis ueterum panegyricis.

Eiusdem defensio contra Leonicenum Plinio mastigem, impressa cum secundo tomo herbarij Othonis Brunfelsij, chartis 7. præcipue super medicamentis simplicibus. Compendium historiæ Neapolitanæ, excusum typis. Basil. 1572. (cibus.

PANTAENVS Stoicæ sectæ philosophus, sub Seuero principe & Antonino Caracalla reliquit aliquot commentarios in sanctam scripturam. Vide plura apud D. Hieronymum.

PANTALEON Calderij scripsit in locum primi Cod. De re sed. uend.

PANTHALEON de Vercellis ducis Sabaudiæ protomedicus, ex Lombardia & Sabaudia in Galliã Turonensem ueniens in magno pretio habitus est, contra Gallorum consuetudinem pilulas ante cibum in omni ætate morbo & tempore secundum naturam morbi literis mandauit, ut nihil illis dulcius quàm ante cibum pilulam sumere ad longæuam ualetudinem esse potuerit: ex scriptis eius uidi tantum, a Pilularum lib. 1. b De lacticinijs lib. 1. Symphorianus Camperius.
a b Excusi sunt Lugduni, 1525. in 4.

PANYASIS Halicarnasseus uersificator: uide Suidam. Fuit & alius hoc nomine, iunior, philosophus, qui duos libros de somnijs scripsit. Suidas. Heracleadem eius citat Athenæus.
Panyasidis uersus 19. leguntur apud Stobæum in Sermone de incontinentia.

PAPIAS Ioannis auditor Hierapolitanus episcopus in Asia, quinq; tantum scripsit uolumina,

uolumina, quæ prænotauit, Explanatio sermonum Dñi, &c. Vide plura apud Hieronymum. Trittemius scribit eum claruisse circa annum, 100.

Romæ in Vaticana bibliotheca liber Græcus est hac inscriptione: Τοῦ μεγάλου παπίου τοῦ νεσόρου.

PAPIAS natione Lombardus, grammaticus omnium suo tempore clarissimus, Græco & Latino sermone instructus, in diuinis quoq; scripturis non mediocriter exercitatus, scripsit gemino stilo in utraq; literatura quædam egregia opuscula, è quibus pauca ad notitiam meam peruenerunt. T. cl. 1200.

De ordine dicendi, lib. 1.
De linguæ Latinæ uocabulis, lib. 1. Omnium in hoc libro inue.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1. De cæteris nihil reperi.

* Papiæ uocabulariū, impressum Venetijs, 1491. in fol. Hoc dictionarium scriptum ex ordine literarum aliquandiu authoritatem sibi uendicauit, præsertim apud imperitos. Raph. Volat.

PAPHNVTII episcopi Thebarum Suidas meminit, sed nihil ab eo scriptum refert. Pafnucij collatio de triplici ad seruiendum Deo uocatione & renunciatione, habetur inter Io. Cassiani Collationes.

PAPPVS Alexandrinus philosophus tempore Theodosij senioris, æqualis Theoni, scripsit in Ptolemæi canonem, Chorographiam uniuersalem, In quatuor libros magnæ constructionis Ptolemæi commentarios, De fluuijs in Libya, De interpretatione somniorum. Suidas. Comtnentarij eius in Ptolemæum etiamnum extant Græce. Inuenio & hunc titulum uoluminis in Italia extantis, nescio an eiusdem cum iam dicto: Συναγωγῆς μαθηματικῆς βιβ. 1. Vide supra fol. 252. b. bis.

PAPYRIVS Fronto, uetus I.C. scripsit Responsorum libros 4. Vide in Bernardini Rutilij uitis.

PAPYRIVS Iustus, uetus I.C. constitutionum & decretorum libros 26. ædidit.

PAPYRII Prætextati uetusti scriptoris fragmentum de Orthographia, impressum cum Q. Rhemnij Palæmonis & aliorum opusculis Grãmaticis, Basileæ apud Adamum Petrum in 8.

PARIS de Puteo iurisperitus, scripsit de bello & duello, de ludo, de milite. Eiusdem de syndicatu tractatus impressus est, Lugduni in 8.

PARMENIDES, uide Suidam. Stobæus aliqua Parmenidis citat.

PARMENIDAE Macedonis distichon lib. 1. Florilegij. PARMenionis Macedonis multa epigrammata passim in Florilegio leguntur.

PARMENO Byzantius poëta citatur ab Athenæo, & PARMenonis Rhodij ars coquinaria: item PARTHENII liber de uocabulis apud historicos, & PARTHENIVS Dionysij. Suidas etiam in Dionysio Alexandrino PARTHENII grammatici meminit.

PARTHENIVS poëta Græcus, captus à Cinna, cum Romani Mithridatẽ uicerunt, &c. Vide Suidam: qui etiam alterius Parthenij Chij poëtæ meminit ex genere Homeri. Vide Gyraldum.

PARTHENIVM de fluminibus & montibus Frobenius excudit, uelut ego sentio (inquit Ianus Cornarius in præfatione super Marcelli medicamentorum libro) quanquam inscriptio Plutarchum præferat.

PARTHENII Nicaënsis de amatorijs affectionibus liber Græce & Latine Iano Cornario interprete, impressus Basileæ apud Frobenium, 1531. in 8. chartis 7. & dimid. Recenset autem breuiter & eleganter historias amatorias numero 36. in præfatione ad Cornelium Gallum, eas se collegisse scribit, maxime ad poëtas facilius intelligendos. Cornarius hunc eundem esse putat in præfatione sua cum Parthenio poëta, de quo diximus.

PARTHENII cuiusdã dialogus de humani corporis sectione, impressus Argentinæ

apud Hen. Sybold, cum quibuſdam Georgij Vallæ opuſculis in 8. chartis 6.

PASCALIS papæ ad beatum Anſelmum epiſtola, ſe de eo quod inueſtituras eccleſiarum laicis indulſerit, excuſantis.

T.cl.500. PASCHASIVS Romanæ eccleſiæ diaconus (Gregorio teſte) inſigne uolumen cõtra errores Græcorum ſcripſit:

De ſpiritu ſancto, lib.3. Et quædam alia.

* Libri 2. de ſpiritu ſancto, quibus & ſymboli enarratio continetur, aduerſus errores Macedonij, Arianorum, Sabellianorum, & Nouatianorum. Opus peruetuſtum, ac ualde à Gregorio pont. max. probatũ, nunc primum in lucẽ æditũ, cũ eiuſdẽ epiſtola ad Eugyppiũ: Coloniæ è regione ædis D. Pauli, 1539. in 8. chartis 5. impreſſum. Vixit ſub Anaſtaſio imp. Vtrique libro ſua capita præmittuntur.

T.cl.880. PASCASIVS Ratbertus abbas Corbienſis ordinis ſancti Benedicti, Græco & Latino inſtructus eloquio, ſcripſit metro & proſa non pauca opuſcula, de quibus ego tantum reperi ſubiecta. Ad Placidum abbatem noſtri ordinis opus inſigne,

De ſacramento altaris, lib.1. Quiſquis catholicorum.

Vitam ſancti Adelhardi epiſcopi, lib.1.

† Impreſſus eſt in Italia. In Threnos Hieremiæ prophetæ, † lib.1.

De Græco etiam nonnulla tranſtulit in Latinum, & alia multa compoſuit.

T.cl.450. PASCASINVS Sicilienſis epiſcopus, ſcripſit ad Leonem papam:

De quæſtione paſchali, epi.2. Apoſtolatus ueſtri ſcripta.

Ad eundẽ de fontis miraculo, epi.1. Non nos dies una longi.

Acta Choncilij Chalcedonẽſis, lib.1. Regulas ſanctorum per ſin.

PASCENTII Comitis Ariani epiſtola ad D. Auguſtinum, numero 176. inter D. Auguſtini epiſtolas.

Narratio altercationis inter beatum Auguſtinum epiſcopum, & Comitem Paſcentium Arianum habitæ in domo Anicia Hippone: regio præſente Laurentio uiro clariſſimo iudice ab utriſq; partibus electo.

PASTOR. Vide Hermas.

T.cl.600. PATERIVS Romanæ eccleſiæ notarius & ſecundicærius, colligens omnia diuinæ ſcripturæ teſtimonia, per quæ beatus Gregorius papa obſcura ſuæ expoſitionis dilucidauit, tres libros ædidit, duos uidelicet de teſtimonijs ueteris teſtamenti, & unũ de teſtimonijs noui teſtamenti, ipſumq; codicem prænotauit,

Teſtimoniorum, lib.3. Dum beatiſſimi atq; apoſtolici.

De cæteris nihil uidi.

PATRICII Senenſis, q in factione ciuitatis ſecuri percuſſus fuit, magnopere cõmendatur oratio ſimul & eruditio. Hæc uerba alicunde tranſcripſi, nec memini authoris nomen.

PATROCLIS poëtæ, ſenarij 7. legunt apud Stobæũ in ſermõe de inſpatis euentib.

PAVLAE & Euſtochij mulierum epiſtola ad Marcellam inter D. Hieronymi epiſtolas habetur. Stilus autem (ut inquit Eraſmus) palàm indicat mulieres in hac epiſtola D. Hieronymi opera uſas fuiſſe.

PAVLINVS presbyter, diſcipulus beati Ephrem diaconi, uiuente magiſtro clarus in doctoribus eccleſiæ fuit: poſt illius autem obitum ſeparans ſe ab eccleſia ſcripſit contraria fidei multa, &c. Gennadius.

PAVLINVS cõpoſuit tractatus de initio quadrageſimæ, è quibus legi duos: De die dominico paſchæ, de obedientia, de pœnitentia, de neophytis. Gennadius.

T.cl.420. † Prænomine Pontius. †PAVLINVS presbyter, diſcipulus ſancti Auguſtini Hipponenſis, & poſtea epiſcopus Nolæ Campaniæ, ſcripſit tam metro quam proſa multa uolumina, de quibus iſta feruntur. In primis ſancto Auguſtino petente ſcripſit,

Vitã S. Ambroſij Medi. lib.1. Vitam S. Felicis Nolani epiſcopi, lib.1.

De ſacramentis quoq; lib.1. De morte baptizati infantis, lib.1.

Panegy-

Panegyricum Theodosij, lib. 1.
De contemptu mundi, lib. 1.
De benedictionib. patriarcharũ, lib. 1.
Ad Seuerum Sulpitium, epi. 4.
Hymnorũ diuerso carmine, † lib. 1.
De pœnitentia, lib. 1.
De laude martyrum, lib. 1.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

† Ex hoc quæ dã in Bedæ poetica citantur.

Alia quoq; nonnulla ædidit, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

* Hæc Trittemius ex Gennadio, apud quem leguntur eadem copiosius.

Paulini Nolani præsulis pulcherrimum est opus de martyrum laudibus. Raph. Volaterranus. Iuuencus, Sedulius, Prosper, Paulinus, Iutulentæ & perturbatæ sunt aquæ, salubres tamen, ut de quibusdam fluminibus ferunt. Viues.

Paulini epistolæ & poëmata impressa sunt. Versus aliquot eius leguntur apud Pet. Crinitum lib. 19. cap. 13.

Paulini epistola ad D. Augustinum, inter D. Augustini epistolas numero 31. & aliæ 33. 35. ad Alypium: 36. Paulini & Therasiæ epistola ad Romanianum: 38. Paulini ad Augustinum.

Paulini Nolani episcopi epistola (ut suspicatur Erasmus) ad Celantiã matronam de ratione pie uiuendi, inter D. Hieronymi epistolas habetur.

Paulini epistola ad Sebastianũ Eremitã, habetur in tomo 2. operũ Hieronymi.

Pontij Paulini epistolæ 4. ad Ausonium, inter opera Ausonij, qui & ipse multa ad Paulinum scripsit. Paulini episcopi autographum extat in Epiphanij operum Latinæ æditionis Basil. pagina 488. Plæraq; eius opuscula typis excusa sunt. Extat & D. Ambrosij uita ab eo descripta. Sunt qui Pontium Paulinum alium faciant à Paulino Nolano pontifice: sed qui sanius se sentire putant, unum & eundẽ esse uolunt. Vide plura apud Lilium Gyraldum & Petrũ Crinitũ in uitis poëtarũ.

PAVLVS I.C. antiquus: uide Iulius Paulus.

PAVLVS apostolus gentium, qui antea Saulus dicebatur, extra numerum 12. apostolorum, de tribu Beniamin fuit, &c. Scripsit autẽ nouem ad septem ecclesias epistolas, ad Romanos unam, ad Corinthios duas, ad Galatas unam, ad Ephesios unam, ad Philippenses unam, ad Colossenses unam, ad Thessalonicenses duas. Præterea ad discipulos suos: Timotheo duas, Tito unam, Philemoni unam. Epistola autem quæ fertur ad Hebræos, nõ eius creditur, propter styli sermonisq; distantiam. Sed uel Barnabæ iuxta Tertullianũ, uel Lucæ euangelistæ iuxta quosdam, uel Clementis Romanæ postea ecclesiæ episcopi, quẽ aiunt sententias Pauli proprio ordinasse & ornasse sermone, &c. Vide plura apud D. Hierony. & supra in Gaio, fol. 264. a.

PAVLVS episcopus scripsit de pœnitentia libellum, in quo dat legẽ pœnitentibus, ita debere dolere pro peccatis, ne supra mensuram tristitiæ, immensitate desperationis mergantur. Gennadius.

PAVLVS presbyter, natione (ut ex dictis eius cognoui) Pannoninus, scripsit de uirginitate seruanda & contemptu mundi, ac uitæ institutione uel morum correptione mediocri sermone, sed diuino conditos sale libros duos, ad personam cuiusdam nobilis & Christo deditæ uirginis Constantia nomine, &c. Gennadius.

PAVLVS & Acatius presbyteri archimandritę, scripserunt epistolam ad Epiphaniũ, quæ in principio operum Epiphanij impressa est.

PAVLVS epistolæ 4. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coëpiscopis, lib. 1.

PAVLVS philosophus scripsit Isagogen astrologiæ & apotelesmatica. Suidas.

PAVLI quadratura: liber impressus, ut reperi in catalogo bibliopolij cuiusdã Veneti.

PAVLVS Aegineta medicus scripsit diuersos libros medicinales. Suidas. A Ioanne filio Serapionis allegatur simpliciter Pauli nomine, & similiter ab alijs medicis.

Pauli Aeginetæ libri 7. Græci, collatione uetustorum exemplarium restituti & quibusdam in locis aucti per Hieronymũ Gemusæum doctiss. uirum, impressi Basileæ apud Cratandrũ, 1538. in paruo fol. chartis 81. cum epistola nuncupatoria Gemusæi, ubi multa de methodis docendi ac Aeginetæ laudib. disertissime dicuntur.

Argumenta in singulos libros ab initio proponuntur. Nulla autē medicinæ pars est quæ in hoc opere nō perstringatur, & perspicue doceatur, quantum cōpendio fieri potest. Apud Arabes Auicenna hunc authorem, in his præcipue quæ ad curationes morborū pertinent, secutus est, teste Manardo, qui Aeginetā quoq; Galeni
» simiam uocat. Ex præfatione authoris uerba ex tempore cōuersa. Hanc epi-
» tomen ex antiquis congessi, nec aliquid de meo adieci præter pauca quædam quæ
» in operibus artis ipse uidi & expertus sum. Legi aūt plurimos è claris medicis, ma-
Oribasius. » xime Oribasium, qui & ipse tanquam flores in uolumen suum congessit, secundū
» quē sanitatis tuendæ rationē omnē tradidimus: uixit aūt ille post Galenū, & alios
» Galeno posteriores. Ex illorū scriptis optima delegi, nec ullū ꝗd fieri potuit mor-
» bum omisi. Siquidem opus Oribasij in libros 70. diuisum, ꝯ̄uis omnia artis argu-
» menta contineat, non omnib. ob magnitudinē facile paratur. Eiusdē uero epitome
» ad Eustathiū filiū scripta, multis omnino morbis prętéritis, reliquorū etiā cōtempla
» tionē imperfectā habet, partim causas, partim discretiones, partim curationē suffi
» cientē non tradens. Hoc aūt opus nostrū, discretionē, causas, & curas omne genus
» morborū cōtinet, similariū, instrumentaliū, & cōtinui soluti, nō modo summatim,
» sed etiā copiosius quantū fieri potuit. Primus liber salubrē uictū omnē edisseret,
» ultimus simplicia & cōposita pharmaca describet. Translatio Latina Albani Ba
silea tantum, quod sciam, exiuit: Andernaci uero Coloniæ, Argentinæ, & alibi.

PAVLVS Aegyptius ἐκ τῆς λύκου, sophista, filius Besarionis q & Didymus, imperāte Cōstantino scripsit hypomnema. Suidas: nec additur quale id hypomnema fuerit.

Pauli Aegyptij liber apotelesmaticus Græce extat in Bibliotheca Augustę Vindelicorum.

Pauli ex Alexandria Aegypti, astrologiæ interpretis quædam extant in Italia Græce, quod & Io. Picus testatur: nescio an aliud præter Apotelesmatica.

PAVLI Aemilij de gestis Francorum, liber impressus.
» Gaguinus res Francorum ad sua tempora deduxit, id est ad Lodouicum undeci-
» mum, admistis, ut fama est, affectibus: meliore fide Paul. Aemilius nempe de rebus
» priscis, id est à primis Francorum regibus post excussam Romanorum dominatio
» nem ad Philippum & Carolum fratres Lodouici filios. Viues.

PAVLVS Andreas, qui Chalcidicæ oppugnationi interfuit, citatur in Chronicis Io. Cuspiniani.

PAVLI Aretini sacra responsoria, tum natali Dñi, tum Iouis, Veneris, ac sabbati sanctis dici solita, sub musicis rythmis. Aedita Venetijs apud Scotum, 1544.

PAVLI Bagellardi liber de ægritudinib. infantium, impressus olim Venetijs.

PAVLVS Belmisserus physicus, lector & doctor Bononiensis, duos priores libros Aristotelis de animalibus expressit Elegijs Latinis 36. quæ suis capitib. respondēt. Excusæ sunt Romæ, 1534. in 4.

Eiusdem Elegiæ 3. una ad Franciscum Galliarum regem, altera de discessu pontificis in Galliam, Tertia ad Clementem pont. max. de bello in Turcas mouendo. Epithalamium Henrico F. regis Francisci. Omnium charta ferè 1. impressa Basileæ apud Rob. Vuinter, cum uarijs aliorum poēmatis.

T.M.1437. PAVLVS de Castro, iureconsultus celeberrimus, multa in legibus opuscula cōdidit, è quorum numero subiecta feruntur:

Super Codice,	lib. 9.	Super. ff. ueteri,	lib. 24.
Super. ff. nouo,	lib. 12.	Super. ff. Inforciati,	lib. 14.
Super Institutis,	lib. 4.	Consilia elegantissima,	lib. 1.

Et alia complura. * Pauli de Castro, nescio an omnia, aut pars tantum, impressa in fol. Scripsit etiam Singularia, & opus Consiliorum in duo uolumina partitum. Epitaphium eius recitat Io. Fichardus in uitis iurecōsultorum. Citatur quoq; Repetitio eius in 1. ff. uet. de iudicijs. l. si de ui.

PAVLVS

PAVLVS de Cittadinis Patauinus iurisperitus, librum ædidit de rescriptis.

PAVLVS Collectionarius citatur in Boccatij genealogia.

PAVLI Constantini Phrygionis, natione Germani, Chronicon regum regnorumq; omnium catalogum, & perpetuam ab exordio mundi temporum sæculorumq; seriem complectens, ex optimis quibusq; Hebræis, Græcis & Latinis authoribus congestum. Ioan. Heruagius excudit Basileæ, 1534. in fol. chartis 145.

Ex præfatione authoris scripta Basileæ, eodem anno. Post explicatos perobscuros temporum aliquot nodos, subdit. Nonnunquam coniecturis ubi certi habui nihil, agere sui coactus, non tamen temere, sed collatione authorum, regum, regnorum, temporumq; facta, à certis & postremis ad priora numerando, ut in Hebræorum, Aegyptiorum, maxime autem in Hispaniarum regno accidit. Ritius enim & Volaterranus, qui Hispaniarum res descripsere, annos quorundam regum uel obticent, uel prætereunt, aut uariant: nec alios quos imitarer habui: nunc igitur ex Blondo, modo Roberto Gaguino & Polydoro Vergilio, cæterisq; eorum facta collegi. Et paulò post de ordine tabularũ huius operis. Annus mundi primum obtinet locum: secundum, anni à salute aquarum: tertium, regnum Hebræorum. In cæteris regnis, primus numerus regni est, alter singulorum regum. Deinde singulis regnis, quantum possibile fuit, suas adscripsi, quæ in eo factæ gestæue fuere historias, ut quid in singulis regnis eodem tempore, qualis reipub. facies fuerit, cernere possis: & quæ ab diuersis authoribus scripta sunt, quasi tabula una ob oculos depicta habeas. Postremo quo omnibus facerem fidem, singulis historijs authores adiunxi, quot eandem historiam, qui tempore eodem scripsere, quando incepere, quando scribere desierunt, adnotaui.

Commentarius in Micheam prophetam, impressus Argentorati apud Cratonem Myliũ, 1538. in 8. chartis 10. cum nũcupatione authoris scripta Tubingæ, 1536.

Commentarius in Exodum, typis excusus in Germania.

In Leuiticum explanatio, omnia eius operis mysteria, quæ multa pulcherrimaq; sunt, ita explicans, ut cuiuis doctori ecclesiastico ad ædificationem maximopere sint usui futura. Hen. Petrus excudit Basileæ, 1543. in 4. chartis 18. cum nuncupatione scripta Tubingæ, 1542.

PAVLI Constantinopolitani patriarchæ epistola ad Pontificem & eius Cardinales. Sermones tredecim de consubstantiali trinitate, eiusdem opinor authoris. Romæ uisuntur Græce in Vaticana bibliotheca.

PAVLI Cortesij protonotarij apostolici libri quatuor in Sententias Petri Lombardi, quibus ille eloquentiam cum Theologia coniunxit, æditi primum in Italia, deinde Basileæ apud Ioan. Frobenium, 1513. in fol. chartis 29. & rursus ibidem apud Hen. Petrum. Ex præfatione authoris ad Iulium II. pont. max. Cum uiderem philosophiam ut euanescentem sine colore picturam explodi, & humaniores ut uerborũ tympana contemni, permagni æstimaui quoquo modo possem quod utriusq; deerat adijcere. Itaq; quanquam separatim à nobis de principe sex scripti sint libri, multaq; præclara in philosophia sint quæ illustrioribus literis potuissent explicari, mea sum tamen magis interesse ratus, Theologiam Christianam ex intima sententiarum aurifodina ad expolitiones reuocare. Ex epilogo. *Cortesij de principe libri 6.*

De potestate pontificis iam quasi superfœtantes ingressi sumus, quos sanè libros arbitror tibi senatuiq; non iniucundos futuros, multaq; etiam separatim ædere conamur, ne cui Theologiæ loco splendidus ornatus desit.

Ludouicus Viues libro 4. de disciplinis corruptis Pauli Cortesij sententiam de imitatione Ciceroniana commendat, nescio ex quo illius libro.

Epistola eius quædam legitur libro 8. epistolarum Politiani.

PAVLVS (Diaconus cognomine) monachus Cassinensis cœnobij, ordinis S. Bene. dicti, natione Italus, propter scientiam literarum apud Carolum imperatorem in *T.cl.780.*

magno pretio habitus fuit. Hic olim ante conuersionem suam diaconus fuit Aquileiensis ecclesiæ, & Desiderij ultimi regis Longobardorum cancellarius, & cum eodem captus à Carolo in Galliam ductus, demum monachus factus est. Scripsit tam metro quàm prosa non pauca uolumina, de quibus ego tantũ reperi subiecta. Rogatu Adelburgæ filiæ Desiderij regis addidit,

Ad Chronica Eutropij, lib. 2.
Gesta episcoporũ Metensiũ, lib. 1.
Vitam Gregorij papæ 1. lib. 1.
Vitam S. Arnulphi episcopi, lib. 1.
Vitam S. Benedicti metrice, lib. 1.
Gesta Longobardorum, lib. 6.
Septentrionalis plaga.
Hymnos plures diuerso metro, lib. 1.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

Iussu Caroli ordinauit historias & lectiones per totum annum singulis festiuitatib. sanctorum congruentes. Et alia multa digessit ac scripsit.

Pauli Vuarnefridi Langobardi filij diaconi Foroiulieñ. historiæ Langobardicæ libri sex impressi Augustæ Vindelicorum, 1515. in fol. chartis 23. cum Iornande de rebus Gothorum: & Basileæ apud Frobeniũ, 1532. in fol. cum Suetonio, &c. Præponuntur autem singulis libris sua capita. Vide supra in Eutropio fol. 238. b. uersu 18. in præfatione Sigis. Gelenij.

Pauli diaconi libri 8. ad Eutropij historiam additi, excusi Venetijs apud Aldũ, 1521. in 8. cum Eutropio, &c.

Paulus diaconus Aquileiensis patria, genere Longobardus, historiæ Eutropij duos addidit libros à Iuliano principe, usq; ad primi Iustiniani tempora perscribẽs. Raph. Volaterranus, apud quem uide plura. Hi libri, ni fallor, inscribuntur aliâs, de gestis Romanorum.

Paulus Foroiuliensis historiã scripsit Longobardorũ, quorũ tempore ipse fuit. Idem Raphaël, tanquam de diuerso scriptore, cum unus habeatur.

Paulus Varnefridus descripsit Cæsares à Valentiniano ad Leonem. Viues.

PAVLI Emiseni homilia dicta in magna ecclesia Tybi, Græce extat Romæ.

PAVLVS Fagius, natione Germanus, uir de literis Hebraicis optime meritus, Ecclesiæ minister fuit primum Isnæ in Algauia, deinde Constantiæ ad Lacum Podamicum, hoc tẽpore Argentorati docet. Intra paucos annos ædi curauit libros aliquot partim Hebraicos, partim etiam à se conuersos: adiutus opera Venetijs accersiti Heliæ Leuitæ, ut ipse testatur in prefatione super Thisbiten Heliæ à se translatum. Quæ nos adhuc uidimus Isnæ uel Constantiæ impressa, hæc sunt.

Thisbi. Eliæ Leuitæ Thisbites. Vide supra in Elia Leuita. In præfatione scribit hunc librum ab authore Thisbi uocatum, à numero uocum 712. quæ in hoc opere explicantur: tantundẽ enim indicatur per Thisbi uocabulum Hebraicis literis scriptũ.

Sententiæ uere elegantes, piæ, miræq; cum ad linguam discendã, tum animum pietate excolendum utiles, ueterum sapientum Hebræorum, quas Capitula aut si mauis apophthegmata patrum nominant: in Latinum uersæ, scholijsq; illustratæ, per Paulum Fagium. Impressæ Isnæ in Algauia Latine & Hebraice, 1541. in 4. chartis 20. Apponuntur autem ubiq; nomina illorum patrum, qui Sententiarũ
» authores fuere. Ex præfatione Fagij. Hæ sententiæ centesimo demum anno
» post desolationẽ secundi templi, in scripta redigi cœperunt: ante hoc tempus enim
» fertur ab Hebræis ea memoriter docta & tradita fuisse.

Sententiæ morales ordine alphabeti ben Syræ, uetustissimi authoris Hebræi, qui à Iudæis nepos Hieremiæ prophetæ fuisse creditur, Hebraice & Latine Paulo Fagio interprete, cum succincto cõmentario eiusdem. Accedit, Tobias Hebraice, ut is adhuc hodie apud Iudæos inuenit (ex urbe Constantinopolitana recens transmissus, ita ut illic olim excusus erat) cum translatione Fagij, qui etiam puncta dictionibus in gratiam rudiorum subiecit. Ex præfatione eiusdem in Tobiam.
» Coniectura est & alios adhuc optimos libros Hebraicos, presertim bibliacos, eosq;

apocry-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1116] - 538r

apocryphos, qui in Hebræa lingua à nobis desiderantur, apud gentem Iudaicam, maxime in illis locis agentem latitare. Ego profecto à uiris fide dignis audiui, alicubi & Iesum Syrach, quem nos Ecclesiasticum uocamus, totum Hebraicum in bibliotheca quadam extare, quem adeptũ (uti spero) Hebraicæ linguæ studiosis communicare minime grauabor. Liber ibidem impressus, 1542. in 4. chartis 13. *Iesus Syrach.*

Precationes Hebraicæ, quibus in solennioribus festis, Iudæi, cũ mensæ accumbunt, adhuc hodie utuntur, & quo modo, ordine, & ritu eas dicant, ex quo uidere licet uestigia quædam ritus ueteris populi, quem & Christus in cœna sua, ut eam Euangelistæ, præsertim Lucas, describunt, in quibusdam obseruauit.

Paruus item tractatulus ex libro fidei Iudæi cuiusdam ad Christianismum cõuersi ante annos 200. in quo obiter ostendit causas aliquot propter quas multi Iudæi, etiamsi ueritatem agnoscant, ad fidem nostram accedere uerentur. Chartæ sunt quatuor ibidem impressæ, 1542. in 4. cum translatione Fagij, cuius etiam in præfatione uerba hæc sunt. Habebis à me prorium librum, annuente Deo, de ritibus Iudaicis, qui in diuinis literis obiter tanguntur: in scriptis autem Hebræorum passim plenius & explicatius habentur, &c. Operam dedi, ut quæ in istis orationib. impia & à fide nostra aliena esse uiderem, in melius commutarem, &c. Proprium quoq; libellum ædere statui, in quo diligentissime congeram præcipua Iudæorum argumenta, quibus contra fidem nostram nituntur.

Expositio dictionum Hebraicarum literalis & simplex, in quatuor capita Geneseos, pro studiosis linguæ Hebraicæ per Paulum Fagium: circa finem adijcitur paraphrasis Chaldaica Onkeli, quam Thargum uocant, in eadem capita, cum uersione Latina. In præfatione scribit Fagius se parare Annotationes in Biblia. Et paulò post. Cogito certe quomodo Hebræorum Commentaria repurgari possint, quod fieret si ex multis ijsq; præcipuis Hebræorum cõmentarijs, unum quoddam fieret, reiectis Iudaicis nænijs atq; cauillis, &c. Chartæ sunt 24. ibidem excusæ, 1542. in 4.

Liber fidei seu ueritatis, pretiosus, bonus, & iucundus, quem doctus quidam Israëlites ante multos annos ædidit, ad comprobandum fidem Christianorum perfectam esse, & niti super fundamentum sacræ ueteris Scripturæ: impressus Isnæ 1542. in 4. Hebraice, chartis 16. Item Latine, Paulo Fagio interprete, qui in præfatione scribit: Hic liber nequaquam suppositititius est, sed à nato Iudæo conscriptus: quod uel stylus ipse testatur, qui planè purus Hebraicus est, & talis, qualem nemo, nisi in ipsa lingua educatus, facile exhibere potest.

Prima quatuor capita Geneseos Hebraice, cum uersione Germanica è regione Hebraicis tamen characteribus exarata, eaq; iuxta usitatam Iudæorum interpretationem ad uerbum translata, unà cum succinctis in fine adiectis scholijs, et ratione legendi Hebræogermanica. Libellus impressus Cõstantiæ, chartis 6. anno, 1543. in 4. Ex præfatiuncula. Placuit in calce breuem institutionẽ tradere rationis Hebræorum Germanica legẽdi, quo ista ratione simul quoq; uiam pararem ad † Germanica Hebraica Biblia, quæ non sine certa causa, ut ex eius operis præfatione patet, quoq; euulgamus. † *Horum bona pars iam impressa est Cõstantiæ, nempe Pentateuchus Mosis, & libri historiales, Michaële Adamo Iudæo ad Christum conuerso ciue nostro interprete.*

Compendiaria Isagoge in linguam Hebræam authore Paulo Fagio, impressa Constantiæ, 1543. in 4. chartis 23. Ex præfatione. Si præceptiunculas istas Hebraicæ linguę studiosis gratas fore intellexero, operam dabo, ut aliquando à me & iustam Hebraicæ linguæ recte addiscendæ grammaticam habeant: Quod eò facilius & certius præstare potero, quod in hunc usum iam aliquot annis, optimos eosq; uetustissimos Hebræorum grammaticos, in lucem hactenus nũquam ædi tos, summo studio parauerim.

Commentarios R. Dauid Kimhi in priores aliquot Psalmos Hebraice & Latine ex sua uersione ædidit, in fol.

Eliæ Leuitæ præfationem Hebraicam in Lexicon eius Chaldaicũ, quod etiam imprimendum ipse curauit Isnæ, 1541. in fol.

Iosephus. Hoc tempore idem Michaël Adamus sex libros Hebraicos Iosephi de bellis Iudaicis (hoc anno, 1543. Venetijs impressos in 4. chartis 39. capitibus nonaginta septem distinctos) Germanice uertit, sed characteribus Hebraicis, ut breui ex eiusdẽ Fagij officina prodeant.

PAVLVS Florus, qui res gestas Iustiniani carmine scripsit, citatur in Chronicis Ioan. Cuspiniani.

PAVLVS Geometra Florentinus, citatur in Ioan. Boccatij Genealogia.

PAVLVS Germinus sophista scripsit, Quòd Lysiæ sint duo libri de dono Iphicratis: & Commentarios in reliquas Lysiæ orationes. Suidas.

PAVLVS Grillandus Florẽ. iurisperitus scripsit de diuersis criminibus, ubi etiam de calumniatoribus agit: Aliâs, de criminibus & pœnis eorum.

Eiusdem liber de hæreticis habetur impressus.

PAVLVS de Hæredia Hispanus, ex Iudæis ad Christianam fidem cõuersus, scripsit de omnibus ferè mysterijs fidei librum, in quem ex archanis Iudæorũ Rabinis & Cabalisticis multa scitu dignissima in Latinum sermonem pro Christianis transtulit. Impressus est in Italia ante annos 60. Vidit hunc librum & legit D. Conradus Pellicanus noster Brixiæ apud doctorem Sebastianum Stamler. Quæ de Cabalisticis passim tradiderunt, Picus, Galetinus, & Iustinianus, ex hoc opere sumpsisse uidentur.

PAVLI Hofheimeri, uiri equestri dignitate insignis, harmoniæ poëticæ, quales sub ipsam mortem cecinit, qualesq; antehac nunquã uisæ, tum uocibus humanis, tum instrumentis accommodatissimæ: Quibus præfixus est libellus plenus doctissimorum uirorum de eodem D. Paulo testimonijs. Vnà cum selectis ad hanc rem locis, è poëtis accommodatioribus, seorsim tum decantandis, tum prælegendis. Io. Petreius excudit Norimbergæ, 1539. in 8. chartis 18. & dimid.

× PAVLI Iouij Comensis, medici olim, nunc episcopi Nucerini in Italia, de Romanis piscibus libellus, excusus Basileæ apud Frobenium, 1531. in 8. chartis 9. & dimid. & alibi in 4. cum Oppiano de uenatione Latino, &c.

De uita Iacobi Mutij Attendulæ, Cottignolæ, Sfortiæ, &c. Liber impressus Basileæ apud Rob. Vuinter, cum Aegidij Hispani gestis per Ioan. Sepuluedã descriptis. Omnium chartæ sunt 19. in 8. Pasquillus quidam imperat Paulo Iouio ut bona fide historias conscribat.

Italice scripsit de rebus Turcicis, Vitas omnium Turcicorum imperatorũ, item de ordine ac disciplina Turcicæ militiæ: quæ omnia per Franciscum Nigrum Bassianatem Latine reddita, Rihelius excudit Argentorati, 1537. in 8. & Ioan. Oporinus, 1543. cum Alcorano, &c.

T. cl. 1340. PAVLVS de Lyazarijs, Ioannis Andreæ Bononiensis auditor, & Ioannis Calderini condiscipulus, uir in utroq; iure peritissimus, scripsit inter cætera insigne uolumẽ, quod dicitur,

Super Clementinis, lib. 1. Et quædam alia. * Citatur in Summa Angelica. In prima syllaba aliâs inuenio e non y. Scripsit etiam in 1. Decr. de postul. prælat. c. & si unanimiter. De electio. & c. 1. nullus. Item in 2. Decr. de causa possess. & propri. c. 1. c. pastoral. De dolo. & c. finem litibus. De rest. spol. c. 1. c. iuris. De testib. c. nuntius. & c. testimonium.

PAVLI Maioli commentarij in Hippocratem, magno uolumine, ut audio, Venetijs impressi sunt.

PAVLVS Malleolus Andelacensis scripsit Annotationes in Comœdias P. Terentij,

Petrus Marsus. impressæ sunt Argentinæ, 1506. in 4. cum Textu Terentij, & Petri Marsi annotationibus, item Lugduni, 1522.

× Pauli Iouij Nouocomensis de Moscouitarum legatione liber. Videatur in Noui Orbis Basil. 1555. in fol. p. m. 984.

Ex nun-

Ex nuncupatione Malleoli, scripta in Sorbonensi gymnasio ad Robertum Gaguinum. Terentium lacerum, mancum, denudatum, resarcire, redintegrare & amicire conati sumus. Præterea uariis ipsum cum schematibus, adagijs, adnotationib. marginarijs: tum rhetoricorum, oratorumq; coloribus, exornare pro utrili studuimus. Genera carminum in capite scenarum ferè indicauimus. De argumentis in scenas singulas, de commentariolis in Hecyræ prologum, de additionibus & appendicibus à nobis sparsim seduloq; adiectis, tuũ & eruditissimi cuiusq; iudicium expectamus.

PAVLVS Manutius Aldi filius, scripsit annotata, castigationes, & obseruationes in Ciceronem, præsertim in philosophiã eius: Quæ ipse etiam excudit Venetijs, 1541. in 8. Annotationes & castigationes eius in omnes Ciceronis epistolas, Io. Oporinus excudit Basileæ cum aliorum obseruationibus in easdem. Post obitum patris uiri de repub. literaria præclare meriti ob omne genus excellentiũ scriptorum in lucem æditum, idq; castigatissime magna ex parte, & pulcherrimis omnium typis, filius quoq; Paulus minime degener non paucos & optimos studiosis authores exhibuit, Latine, Græce, & Italice: quod si in posterum pergat ut cœpit, cum patris nomen multo celebrius, tum etiam sibi gloriam perpetuam efficiet.

PAVLVS de S. Maria, genere Iudæus, fide Christianus primo episcopus Carthagi- T. cl. 1434
nensis, ac postea Burgensis in Hispania antistes, archicancellarius regis Castellæ & Legionis, scripsit ad filium suum Alphonsum decanum Compostellanũ legum doctorem in postillas Nicolai de Lyra,

a Additiones notabiles, lib. 1. Quid tibi uis ut uiuens.
Scrutinium scripturarum, lib. 2. Scrutamini scripturas.
Et quædam alia. * a Impressæ sunt cum Postilla Nicolai de Lyra. In præfatione ad Alphonsum filium, multa de se & uita sua perscribit.

PAVLVS Marsus Piscinas poeta commentaria scripsit in Ouidij fastos. Excusa sunt Venetijs, 1492. in fol.

PAVLI medici de fracturis liber, Græce extat Venetijs in Bibliotheca oratoris Cæsarei Diegi Hurtadi: nescio an hic sit alius à Paulo Aegineta.

PAVLVS de monte Pico scripsit in 1. ff. noui, de acqui. rer. do. l. contractus. Item in 2. Inforc. de legatis. 2. l. Titia, paragr. Titia cum nuberet. & rursus, de condi. & demon. ad legem Falcid. l. in quartam.

PAVLVS Niauis, natione Teuthonicus, composuit quædã præclara opuscula, quo- T. cl. 1494
rum lectio non uenit contemnenda, de quibus subiecta feruntur. Opusculum pro nouitijs religiosis,

De institutione latinizandi, lib. 1. Cum ego sæpius cogita.
Visio cuiusdam eremitæ, lib. 1. Nemus ingens liquide.
Colores artis Rhetorices, lib. 1. Voluisti quondam eleg.
Dialogus idiotæ, lib. 1. Cum repeterem sæpe nu.
Epistolæ breues formales, lib. 1. Magnam solet uim.
Epistolæ ad idem mediocres, lib. 1. Pollicitus sum uir ho.
Epistolæ quoq; longiores, lib. 1. Magnam concipio & in.

Et quædam alia. Viuit usq; hodie in Germania uaria componens.

PAVLVS de Nongento, citatur in Chrysopasso Io. Eccij.

PAVLI ab Obba confessoris uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

PAVLVS Orianus, scripsit in 1. ff. ueteris. de officijs eius. l. 1. eodem tit. & de officio assess. l. 1. in. 3.

PAVLVS Orosius presbyter, natione Hispanus, beati Augustini quondã audito- T. cl. 4[illegible]
Ad hunc plura extant beati Augustini opuscula, & resolutiones uariæ quæstionũ scripturarum. Scripsit uero & ipse subiecta uolumina;

Apologeticum contra Pelagianos, lib. 1.
De Hormesta mũdi chronicã, lib. 7. Præceptis tuis parui.
De ratione animæ, lib. 1. Cum apud uos cœlestis.
Epistolas plures ad Augustinũ, lib. 1. Epistolarũ quoq; ad diuersos, lib. 1.
In Cantica canticorum, lib. 1.

* Vide in Gennadio de Orosio. Paul. Orosius patria Tarraconẽsis reliquit historiam ab initio mundi usq; ad Honorij principis tempora. Raph. Volaterranus, apud quem plura uide.

Orosij consultatio siue commonitorium ad Augustinum de errore Priscillianistarum & Origenistarum, præmissa est libro D. Augustini contra eosdẽ, Tomo 6.

Aduersus paganos historiarum libri 7. excusi Parisijs, 1524. in fol. cum indice: apud Ioan. Paruum aut Petrum Vidouæum: deinde Coloniæ, emẽdati ex manuscriptis aliquot exemplaribus apud Ceruicornum cum indice copioso, 1536. in 8. chartis 39. & dimid. & rursus ibidem, denuo cum manuscriptis exemplaribus collati, cum indice, apud Iasparem Genepæum in 8. 1542. Ab initio singulorum librorum enumerantur capita. Ex præfatione authoris ad Aurelium Augustinum.

» Præceperas mihi uti aduersus uaniloquam uanitatem eorum, qui alieni à ciuitate
» Dei ex locorum agrestium compitis & pagis pagani uocantur, siue gentiles, quia
» terrena sapiunt, qui cum futura non quærant, præterita aut obliuiscantur aut ne-
» sciant, præsentia tamen tempora ueluti malis extra solitum infestatissima, ob hoc
» solum, quod creditur Christus & colitur Deus, idola autem minus coluntur, infa-
» mant. Præceperas ergo ut ex omnibus quæ haberi ad præsens tempus possunt
» historiarum atq; annalium fastis, quæcunq; aut bellis grauia, aut corrupta morbis,
» aut fame tristia, aut terrarum motibus terribilia, aut inundationibus aquarum in-
» solita, aut eruptionibus ignium metuenda, aut ictibus fulminum, plagisq; grandi-
» num sæua, uel etiam parricidijs flagitijsq; misera per transacta retro sæcula reperis
» sem, ordinato breuiter uoluminis textu explicarem, &c.

Paulus Orosius ab orbe condito ad sua tempora summas rerum apte persequitur. Viues.

PAVLVS Passienus antiquus poëta, meminit eius Gyraldus in uitis poëtarum.

PAVLI Pergulensis cuiusdam Logica, liber impressus, ut legi in catalogo Italici cuiusdam Bibliopolij.

T. cl. 1350. PAVLVS de Perusio, utriusq; iuris professor, Græco & Latino instructus eloquio, custos & magister bibliothecæ Ruperti regis Siciliæ doctissimi & studiosissimi principis multo tempore fuit. Scripsit quædam præclara opuscula, è quibus extat uolumen insigne, in quo multa sunt & iocunda & utilia de dijs gentilium & aliorum, quod prænotauit:

Collectionum, lib. 1. Et quædam alia.

* Paulus Perusinus Barlaami Calabri discipulus, præceptorem suum imitatus, multa & ipse collectanea reliquit, quæ præsertim ad physiologiã aut tropologiam fabularum poëticarum pertinerent. Raph. Volaterranus. Citatur etiam in Genealogia Ioan. Boccatij, cui contemporaneus fuit.

T. cl. 1344. PAVLVS de Perusio, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, ædidit magnæ authoritatis nonnulla opuscula, è quibus extat opus celeberrimum & prope diuinum, quod in gymnasio Parisiensi recitauit,

Super sententias, lib. 4. Circa primum sententia.
Quodlibeta quoq;, lib. 1. Et quædam alia.

PAVLVS Pompilius inter recentiores grammaticos aliquid ædidit.

PAVLI Ricij Israëlitæ, uiri doctissimi, ad Christianam fidem cõuersi, & Maximiliani Cæsaris physici, Statera prudentum. Liber impressus in Germania, 1532. in 8. chartis 6. & dimid. Diuiditur in capitula siue theoremata 28. quæ in primo quaternione

ternione enumerantur: sunt autem omnia theologica de Mose & lege, Christo & euangelio.

Eiusdem uaria opuscula, impressa Augustæ Vindelicorum apud Ioan. Miller, 1515. in 4. chartis 34. Sunt autem hæc.

De sexcentum & tredecim Mosaicæ sanctionis seu pentateuchi edictis liber, cuius prior pars prohibentia, posterior affirmatiua præcepta continet. Singulis interpretatio breuis subiungitur.

Philosophica, prophetica, ac thalmudistica pro Christiana ueritate tuenda cum iuniori Hebræorum synagoga, mirabili ingenij acumine disputatio, in 3. diuisa tractatus, quorum capita recensentur ab initio. Ex præfatione authoris.

Summa huius indaginis intentio est, sacram Christi religionē à Iudæorum calumnijs protegere, eandemq; cabalistico intellectu cōprobare: non ueluti omnimode noua construendo, sed quædam iam constructa, insipida tamen, sal ipsum (ut Leuitici tertio) apponendo, sapida reddere nitar: unde & Sal fœderis præsens nostrum opus appellari libuit. *Sal fœderis.* Primus Tractatus causam Iudæorū perfidiæ ostendit. 2 Quod admissis Mosaicæ obseruantiæ fundamētis, uerus Christicola salutem assequitur. 3 Quod nemo nisi per Christi fidem fieri potest beatus. 4 Quædam Cabalistarum recondita aperiet fundamenta: quibus catholicæ fidei ueritas planius, altiusue elucescat.

In cabalistarum seu allegorizantium eruditionem Isagoge, cum epistola contra Stephani presbyteri Cabalæ obtrectatoris epistolam. Ex præfatione.

Duo hoc opus complectitur. Primum præuias oratiunculas contexit, quibus neglectis ulx sequentis negotij intellectum penetrare quis poterit. Nam quid nomen designet Cabala, quæ eius necessitas & finis, in quibus hæc alia dogmata antecellat, quis modus docendi & ordo, qui denique primarij artus, in quos tota hæc facultas absoluitur, eiusce modi sententiæ insinuant. Secundam uero huius operis portionem Tractatus, quem de Hebraico transtuli idiomate consummat, cui Portæ lucis nomen adscribitur, eiusq; auctor Castiliensis rabi Ioseph creditur, uir inter iuniores cabalistarum admodum probus & sapiens. *R. Ioseph author Portæ lucis.* Hunc autem ex uniuersa Cabalistarum bibliotheca ideo in primis excerpendum duxi: quia Isagogica huius eruditionis fundamenta leniori sermone, exactioriq; serie ab eo tractari cōspexi. Cum igitur Hebraicum huius compaginis exemplar latius nimis sermonem diffundat, ideo ne prius quàm uoluminis fructu potiatur in acidiam Lector prorumpat, plura in pauciora reduxi, nil tamen in quod potior auctoris intentio uergeret, neglexi: nec quicquam præter eiusdem sententias adieci. Et paulò post. Malui dolosa triualiū ambitione, eorumq; mentis hebetudine improperari, quàm sacra profanandi periculo exponere, &c. *Fatetur se obscurum.* Series capitum operi præmittitur.

De nouem doctrinarum ordinibus, & totius peripatetici dogmatis nexu compendium, quo exponuntur uerba Galeni ab initio artis paruæ: quid doctrina, quid ordo, quæ ordinis necessitas atq; præstantia, quotuplex in doctrina ordo.

Oratio resolutiua de triplici ordine doctrinæ.

Conclusiones, quibus Aristotelem triplicem doctrinæ ordinē exercuisse, & totius eius dogmatis nexum dijudicare poteris.

Eadem omnia quæ hactenus enumerauī (excepta Statera prudētum, & Disputatione contra Iudæos) ac insuper alia quæ iam subijcientur, impressa sunt Augustæ Vindelicorum, 1541. in fol. chartis 107.

De cœlesti agricultura libri 4. ad Carolum v. Cæsarem, & Ferdinandū eius fratrē. Sumpsit autem occasionem inscribendi ex similitudine illa seminum Matthæi 3. ut author in præfatione fusius docet. Primus liber dirigitur ad philosophantes illos, qui nihil credunt, nisi id quod ratio uel sensus palpitat. 2 Ad Iudæorū synagogam, qui nonnulla acceptant, nonnulla respuunt fidei fundamenta.

hæreticos. 3 Ad † eos qui totam pietatis fidem uenerantur & colunt, in aliquibus uero à recto intelligentiæ tramite exorbitant. 4 Ad plures fidelium, qui ea, quæ ad ueritatis fidem spectant, sedule quidem & pie credunt, rudiuscule tamen & oscitanter credendi actum exercent. Philosophi conferuntur semini quod cecidit in uiam & conculcatur: Iudæi, illi quod in petras: hæretici, quod in spinas: fideles, quod in terram fœcundam, &c.

De communi Sacramentorum ratione, dignus attentione sermo.

De archana Dei prouidentia, commentariolum in Psalmum, Beatus uir.

De anima cœli, iuxta sanctorum & philosophorum traditionem compendium.

De ratione & partibus proœmij secundum rhetores capita 4. tres sunt quadrantes

De modo indagandi statuendiq; cuiuslibet scientiæ subiectum. (chartæ.

In uirulentam immanissimamq; Turcarum rabiem, ad principes, magistratus, populosq; Germaniæ, docta & feruida oratio.

Ex Talmudæorum codice excerpta farrago, ad petitionem Maximiliani Cæsaris,

Misena, aliâs Misnaios. » chartis ferè 10. Ex præfatione. De Talmudico compendio, dicto Misena,

» circa quod uniuersa Talmudæorum studia, totaq; eorum machina uertitur,

» aliquid ædere, & uastam illorum glossam aliquo modo deflorare instituí, satis fo-

» re ducens, si clausularum summulam, & capita duntaxat rerum deprompsero.

R. Moses Aeg. Liber senatorũ. » Quod hactenus in Aegyptij R. Mosis exordium, inq; librum senatorum, quibus-

» dam cum flosculis ex Talmudica glossa decerptis, ueluti in quædam prælibamina

» præposteró quodam ordine peregi, &c.

PAVLVS Rosellus iurisperitus dialogum topicum ædidit.

PAVLVS Serratus scripsit de uirginitate. Fortassis idem est, quem supra nominaui Paul. Cerratum.

PAVLI Silentiarij epigrammatum magnus est numerus passim in Florilegio Græco, in cuius etiam calce poëmation eiusdem legitur constans dimetris hemiambijs catalecticis in thermas Pythicas. Libro septimo scribit epigramma ad Agathiam Scholasticum.

T. in appẽdice. T. cl. 2512. PAVLVS Soncinnas ordinis fratrum Prædicatorum, scripsit quæstiones Metaphysicales. Item super prædicabilia & prædicamenta.

PAVLVS Scriptoris Vuyleñ. Sueuus, Minorita pijssimus, Tubingẽsis gymnasij ornamentum sui temporis egregium, ingenio admirabili mathematicam primus docuit: sed & Scoti atq; Occam sectas ad unguem tenuit & professus est. Scripsit Explicationem in primum Sententiarum Scoti, impressam Tubingæ, anno 1498. Pro ueritate catholica (quæ nunc dicitur Lutherana) exilium passus triennio à suis monachis rediens obijt Keisersbergæ, anno 1504. Is erat solitus dicere familiaribus instare tam theologicæ doctrinæ quàm Legum mutationem magnã. Scripsit & Logices summulas suo tempore admirabiles, quæ intercidisse cum multis alijs creditur. Tubingæ tamen requiri possunt.

PAVLVS Suardus aromatarius scripsit thesaurum aromatariorum siue Antidotarium, ordine alphabeti. Liber impressus est Lugduni, 1528. in fol. chartis 15. apud Anto. Blanchardum, cum Ioan. Iacobi Manlij lumine apothecariorum, &c. Ex

» præfatione eius ad Mediolanen. collegij physicos. Cum animaduerterem quàm

» plures in nonnullis aromatariorum apothecis errores ignorantia committi, opu-

» sculum hoc hinc inde autentice eligendo componere decreui, in quo compositio-

» num omnium in communi practica existentium uirtutem, modum, tempus eligen-

» di, omniaq; eis pertinentia declarantur serie alphabetica. Hic liber propter barbariam, id est imperitiam cum rerum tum uerborum, apud eruditiores medicos & pharmacopolas, melioribus huius argumenti scriptis, qualia præcipue sunt Iacobi Syluij, non immerito postponitur: quemadmodum & obscurissima illa luminaria, & Nicolai & aliorũ antidotaria paulatim q̃uis ægre in desuetudinẽ abeunt.

PAVLVS

* M. Pauli Veneti Libri III. de regionibus orientalibus, vide in Novo Orbe. Basil. 1555. fol. p. 338. sqq.

PAVLVS Tyrius rhetor. Vide Suidam.

PAVLI Turretini iurisperiti Disputatio quædam: incip. Rex Aragonum.

PAVLI Tuccæ Parthenopæi, de obseruantia curationis febrium iuxta præceptorum eius decreta, libellus impressus in Italia, 1532. in 4. stilo semibarbaro.

* PAVLVS Venetus, ordinis fratrum eremitarum S. Augustini, multa in philosophia maxime opuscula composuit, è quibus feruntur: T. cl. 1400.

Contra Iudæos,	lib. 1.		
Summa de naturalibus,	lib. 1.	Plurimorum astrictus.	
Sermones de tempore,	lib. 1.	Sermones de sanctis,	lib. 1.
Sermones de quadragesima,	lib. 1.		
Super lib. Posteriorum,	lib. 2.	Omnis doctrina, &c.	
Super Physicorum,	lib. 8.	Naturali philosophia.	
Super Metaphysicam,	lib. 12.	Tecum sapientissime re.	
Super de anima,	lib. 2.	Tanta literarum, &c.	
Summa philosophiæ,	lib. 1.	Colloquium infa. &c.	
Logica duplex,	lib. 2.	Conspiciens, &c.	
Super de generatione & corrupt.	lib. 2.	Humanarum diuinarumq;	
Super lib. Porphyrij,	lib. 1.	Maxima & forti, &c.	
Super lib. prædicamentorum,	lib. 1.	Quærenti mihi, &c.	
Super consequentijs Strodi,	lib. 1.	Iesum deum & hominem.	

Et alia complura. * Huius authoris scripta, quæ in catalogis bibliopoliorum Italiæ typis excusa esse reperi, hæc sunt: Logica, Logica magna, Summula, Sophismata, Posteriora, Dubia. Nominatur autem in aliquot titulis Paulus simpliciter.

Magistri Pauli Veneti artiũ & theologiæ doctoris Summa philosophiæ naturalis, impressa Venetijs apud Octauiani Scoti nepotes, anno 1502. & Parisijs apud Ioan. Gran Ion. 1512. recognita, cum indice: in fol. chartis 66. Stilus est barbarus. Author in præfatione Summam siue Compendium ex maiorum dictis collectum se scribere profitetur. Opus distinguitur in sex partes.

Prima pars est liber physicorũ, in qua sunt capitula 41. 2 est de cœlo & mundo per capitula 25. 3 De generatione & corruptione per capitula 37. 4 Meteororum, per capita 30. 5 De anima, per capita 42. 6 est metaphysicorum, per capitula 43.

PAVSANIAS Lacon historicus scripsit de Hellesponto, Laconica, Chronica, de Amphictyonibus, de festis apud Lacones. Suidas.

PAVSANIAS Cæsariensis grãmaticus, æqualis Aristidis, scripsit uniuersæ Græciæ periegesin, id est, geographiam cum eius historijs. Raph. Volater. apud quem uide plura. Meminit eius tanquam mali rhetoris Philostratus in uitis sophistarũ: scripsit de syntaxi lib. 1. Problematum lib. 1. & alia. Suidas.

Pausaniæ cõmentarij Græci describentes Græciã, hoc est Atticam, Corinthiacam, Laconicam, Messeniacam, Eleam, Achaicã, Arcadicam, Bœotiam, Phocensemq; regionẽ: de Elea duo sunt libri, de cæteris singuli. Aldus excudit Venetijs, 1516. in fol. chartis 71. Ex præfatione Latina innominati cuiusdam. Hoc opus antiquæ raræq; eruditionis thesauros continet, multa recondita, multa scitu pulchra, nonnulla quæ alibi non leguntur. Admiraberis authoris accuratam & exquisitam diligentiam, siue narrationẽ rerum præclare gestarum in fronte uoluminum collocet, siue genealogias persequat: siue statuarũ tum artifices cõmemoret, tum eos cõcelebret, quorũ in honorẽ erectæ sunt. Deflebis tot urbiũ amplissimarũ interitũ, quas author opib. fortunisq; florentes adhuc memoriæ prodidit. Huc accedunt crebræ digressiones, per quas author dum diuagatur, innumeros poëtarũ locos obiter enucleat. Cæterũ hosce cõmentarios, etsi non ad unguem emendatos (nõ nusq;

„ enim insanabilibus ulceribꝫ deprauati scatebāt) codicib. tamē, qui manuscripti cir-
„ cūferebantur, correctiores publicamus: non sine titulis, qui ut supremos marginū
„ uertices amplectunt, ita qd quæqꝫ pagina doceat, breuiter perstringunt. Hæc aūt à
M. Musuru. „ nobis præstita sunt suasore adiutoreqꝫ M. Musuro, &c. Eadē ferè in Græca præfa
tione M. Musuri scribunt. Mihi animus inclinat Pausaniā huius opis authorē La-
conē potius fuisse, cꝫ Cæsariensem quod Volaterra. uoluit: quē opinor de suo adie
cisse uerbis Suidæ, Pausaniā Cæsarieñ. scripsisse piegesin Greciæ: certi nihil habeo.

PAXAMVS uir eruditus scripsit Opsartytica ordine alphabeti: Bœotica lib. 2. Do-
decatechnū. De turpibus figuris. Baphica lib. 2. Georgica lib. 2. Suidas.
Citatur etiam ab Athenæo, & in Geoponicis Constantino adscriptis.

† Ianus Lascaris, & secutus eum Ruellius, legunt Pedanius, ex uetustissimo exemplari.

† PEDACII Dioscoridæ libri 5. de medica materia, & unus de letalibus uenenis eo-
rumqꝫ præcautione & curatione: de cane rabido, decꝫ notis quæ morsus ictuúsue
animaliū uenenum relinquentiū sequuntur, & eorum curatione. Aldus excudit
Græce Venetijs cum Nicandro, &c. & Ioan. Bebelius Basileæ, 1529. seorsim cum
indice in 4. chartis 59. & Soter Coloniæ cum uersione Latina Marcelli, ac eiusdem
Commentarijs, & Hermolai Barbari corollario: & Schottus Argentinæ similiter,
sed resectis superfluis Commentariorum Marcelli per Othonem Brunfelsium. La-
tinæ uersiones seorsim diuersis interpretibus, Venetijs, Lutetiæ, & Basileæ exiue-
runt: quarum postrema ni fallor, & optima, Io. Ruellio interprete ex officina Isin-
grinij Basileæ prodijt, 1539. in 8. cum tabula omnium ferè curationum ordine lite-
rarum secundum ipsos affectus, quibus singula simplicia medentur. Dioscori-
des Anazarbeus medicus cognomento Phacâs, id est, Lentinus, quod lentigine os
dehonestaretur: uersatus est cū Cleopatra sub Antonio: scripsit libros uiginti qua-
tuor, omnes medicinales, admodum celebres. Suidas.

„ Ex opere Galeni de facultate simplicium medicamentorū. Anazarbeus autem
„ Dioscorides libris octo omnem utilem materiam descripsit, non modo herbarum,
„ sed etiam arborum & fructuum, & succorum, & liquorum, nec non omnium me-
„ tallicorum, & partium in animalibus mentione facta. Et uidetur hic uir mihi perfe-
„ ctissimam omnium materiæ pharmacorum tractationē absoluisse: multa enim su-
„ periores de eisdem scitè scripserant, nullus autem similiter de omnibus. Descri-
ptiones semper bonas habet in facultatib. aliquando reprehenditur à Galeno.
Ex præfatione Dioscoridis plusculū adscribere uisum est ob nomina authorū qui
ante ipsum de eadem materia scripsêre: utar autem Marcelli uersione, quoniā alio-
rum ad manū nō est, cꝫuis Ruellium interpretē reliquis anteponā. sic igit præfatur.
„ Post multos nō ueteres tantū, sed iuniores etiā, q de medicamentorū cōfectionib.
„ uiribus, & ꝓbatione scripserūt, conabimur & nos charissime Aree de nobis id tibi
„ ostendere, non uano nec sine ratione studio idē hoc negotiū suscepisse: ꝓpterea qꝫ
„ eorū alij rem nō absoluerūt, alij ex historia plurima tradiderūt. Bithinus siquidem
Iolas. „ Iolas, & Tarentinus Heraclides, relicta penitus herbarū doctrina, tantisper in hac
Heraclid. „ re occupati sunt, nec metallicorum odoramentorūqꝫ oēs meminerunt. Herbarius
Crateias. „ præterea Crateias & Andreas medicus (hi enim cæteris oīb. diligentius hanc partē
Andreas. „ tractasse uident) utilissimas radices multas, herbasqꝫ aliquas indescriptas reliqué-
„ runt. Verū ꝓ antiquiorib. testandum illud est, in paucis quæ tradita ab eis fuerunt,
„ ꝙd exactū erat, eos tradidisse. Iuniorib. aūt nequaqꝫ assentiendū, ex quoꝝ numero
Bassus. „ Tyleus Bassius est, Niceratus, Petronius, Nigerqꝫ et Diodotus, Asclepiadæ oēs, qui
Niceratus. „ cōmunem notāqꝫ oībus materiā exacta descriptione dignā existimantes, medicas
Petronius. „ remediorū uires, & ꝓbationes in decursu tradiderūt, nō expientia rerū uires ꝓba-
Niger. „ tionē & efficaciā metiētes, sed uano de causis sermone, usqꝫ ad cōtentionis tumorē
Diodotus. „ ubiqꝫ rē extollētes, et alia ꝓ alijs aliqñ describētes, &c. Nos aūt à prima ferè iuuētu-
Asclepiadæ. „ te indefesso quodā cognoscēdę medicę materię studio, multis ꝓgratis locis (nouisti
De seipso. „ enim & tu militarē uitā nostrā) sex libris, te hortāte, totā collegimus rē. Hortamur

itaqꝫ

itaq; te, alliosq; omnes nostra hæc lecturos, non quantum dicendo potuerim, sed in rebus cum experientia diligentiam contemplari. Cognitis enim oculata fide multaq; diligentia rebus, & ex concordi inter omnes historia, percontationeq; à locorũ incolis absolutis, conabimur diuerso ab alijs ordine utentes, genera & uires singularum rerum describere. Adijciemus his etiam, ut tota res absoluatur, domesticã & in humanæ uitæ usu quotidianam materiam.

Argumenta in singulos libros ex præfatiunculis desumpta.

1 Primo libro omnem de odoramentis, Græci dicunt aromata, oleis, unguentis, arboribus, & his quæ ex arboribus proueniunt, liquoribus scilicet, lachrymisq; & fructibus rationem tradidimus.

2 Secundo, de animalibus, lacte, adipe omni, & his quæ frumentacea dicuntur, oleribusq; agemus, additis ob cognationem suam quæcunq; acrimoniam habent herbæ, qualia sunt cepæ, allia, & sinapi: ne congenerũ uis & natura seorsim tractata, à seipsa separetur.

3 De radicibus, succis, herbis, seminibusq; tam domesticis, & quæ in quotidiano uitæ usu sunt, quàm his quæ solas medicas habent uires, agemus.

4 De reliquis herbis radicibusq;. 5 In hoc qui ultimus totius est operis, de omni uino, & his quæ metallica dicuntur, sumpto à uite principio, agemus.

6 Hunc etiam in præfatione ultimum esse scribit totius operis: argumentũ prædictum est. Et hic rursus diuiditur in duos libros, prior canis rabidi remedia, & alexipharmaca docet: posterior theriaca, de animalibus uenenum ictu morsuue relinquentibus. Eundem esse puto librum Dioscoridis de antipharmacis inscriptum: sic enim legi in catalogo cuiusdam bibliothecæ Italicæ.

Pedacij Dioscoridis de curatione à capite usq; ad pedes libri 2. Græci, extant in Bibliotheca Augustæ Vindelicorum.

PELAGIVS hæresiarches antequam proderetur hæreticus, scripsit studiosis tres necessarios de fide trinitatis libros, & pro actuali conuersatione Eulogiarum ex diuinis scripturis librũ 1. capitulorũ indicijs in modum sancti Cypriani martyris præsignatũ. Postq; hæreticus publicatus est, scripsit hæresi suæ fauentia. Gennadius.

PELAGII papæ decreta, cum reliquis Pontificum decretis excusa Coloniæ.

PELAGONius scriptor Græcus mulomedicinæ. Vide supra in præfatiõe Fl. Vegetij: fol. 245. a. Fragmẽta scriptorũ eius extãt cũ Absyrto, & in Cõstantini Geoponicis.

PELBARTVS Themesuuar (barbarus quidam theologus, ut uidetur) citatur in Io. Eccij Chrysopasso.

PEREGRINVS nomen proprium, à quibusdam hodie Pelegrinus scribitur.

PELEGRINI cuiusdam sacri sermones, impressi in Italia.

PELEGRINI nescio cuius historia amatoria extare fertur, nescio an per ipsum conscripta, aut per alium de ipso.

PELEGRINVS Moretus Mantuanus, scripsit de coloribus.

PERIANDRI ueteris sapientis Græci dicta cum reliquorũ Græciæ septem sapientum sententijs referuntur à Stobæo, Plutarcho, & alijs. Epistolã quoq; eius in uita ipsius recenset Laërtius.

PERICLES Athenieñ. primus scriptam orationẽ in foro recitauit, cum antea ex tempore diceretur. Suidas.

PERICTYONES Pythagoricæ fragmentũ Ionice scriptum, ex libro eius de mulieris harmonia, legitur apud Stobæum in sermone quod parentes à liberis honorari deceat: & aliud ex eodem libro satis prolixum in sermone Oeconomico Stobæi.

PERITI (aliâs Leonidæ) tetrastichon libro 4. Florilegij Græci: sectione 12.

PERSAE tetrasticha tria extant libro 3. Florilegij Græci, & unum lib. 4.

PERSAEVS Citiensis philosophus Stoicus, cognomine Dorotheus, floruit tempore Antigoni Gonatâ filij Demetrij, discipulus & alumnus Zenonis philosophi. Hæc

Suidas, addens superioribus, historia: fortassis indicans ex philosophorum historia hæc sibi transcripta esse. Athenæus citat huius Persæi Hypõnemata sympotica.

PERSEVALDI Belligenij cæci nati in priores duas F. Quintiliani declamatiões adnotatiunculæ, impressæ Parisijs apud Vuechelum.

PERSEI atq; Demetrij fratrũ oratiões apud Philippũ. Vuechelus excudit Parisijs.

PETILIANI Donatistæ epistola, legitur septimo Tomo operum D. Augustini.

PETRICVS de re medica scripsit uersus, quos Plinius libro 22. Naturalis historiæ memorat in Caũcali herba. Vide in Petronio.

PETRONIVS Arbiter, Massilienſis à plærisq; existimatus, Satyricũ opus uariũ cõposuit, cuius licet fragmenta ad nos tantũ peruenerint, eadẽq; parũ castigata, multæ tamẽ eruditionis hominẽ fuisse facile cognoscimus, &c. Vide plura apud Liliũ Gyraldum de Latinis poëtis. Audio aliquid eius impressum esse: & nomen eius legi in catalogis bibliopoliorũ Italiæ. Hoc addendũ, quod idẽ Gyraldus monet, hunc Petroniũ ab aliquib. perperã cõfundi cũ Petronio Bononiẽsi Antistite Christiano.

Petronius Arbiter poëta, cuius aliqua de medicina uersib. cõscripta ad nos puenerunt. Raph. Volater. Fortassis hic est Petricus, de quo supra, non Petronius.

PETRONIVS medicæ materiæ scriptor. Meminit eius Dioscorides in præfatiõe sua.

PETRONIVS Diodotus scripsit antilegomena. I. contradicta: citatur testis à Plinio.

PETRONIVS Bononiensis Italiæ ecclesiæ episcopus, uir sanctitate uitæ & monachorũ studijs ab adolescẽtia exercitatus, scripsisse putat uitas patrũ Aegypti monachorum, quas uelut specula ac normã ꝓfessionis suæ, monachi amplectunt. Legi sub eius noïe de ordinatione episcopi, ratiõe et humilitate plenũ tractatum, quẽ lingua elegantior ostẽdit nõ ipsius esse, sed ut quidã dicunt, patris eius Petronij eloquẽtissimi & eruditissimi in sæcularib. literis uiri: & credendũ. Nam præfectũ prætorio se fuisse, in ipso tractatu designat. Moritur Theodosio Archadij filio et Valentiniano regnantib. Gennadius. Trittemius scribit historiã eius adhuc legi, & obijsse eũ (anno 385.

PETRVS apostolus. Vide Simon Petrus.

PETRVS rhetor, q & magister & historicus, legatus ad Chosroën missus, grauis erat in dicendo nec poterat redargui, barbaricos animos duros & superbos delinire peritus. Scripsit historias ac de ciuili constitutione. Suidas.

PETRVS epistolæ 2. & 4. apud Cyprianũ author cũ aliq̃t alijs coëpiscopis, lib. 1.

PETRI uenerabilis opera impressa Parisijs in folio.

PETRVS de Abano: uide Petrus Aponẽ.

T. cl. 1140. PETRVS dialecticus Parisiensis, dictus Abelardus natione Gallus, insigniter quidẽ doctus, sed gaudens nouitate terminorum & altiora se scrutari tentans, oppressus à gloria plures incidit errores, & agente sancto abbate Bernardo in Senonensi concilio cum prauis suis doctrinis condemnatus. Scripsit nonnulla opuscula, è quibus extat uolumẽ dialectica obscuritate subumbratum, multis sententijs uarium, quod prænotare uoluit,

Theologiam suam, lib. 1. Scito teipsum, lib. 1. Et quædam alia.

PETRVS Aegidius fertur aliquid scripsisse (historiã ni fallor) præter id quod in Cornelio Scribonio diximus.

Eiusdem Threnodia in funus Maximiliani Cæsaris. Eiusdem epitaphia de eodem Cæsare, & alijs claris heroibus, cum aliquot epigrammatis. Mich. Hochstratanus excudit in Germania, 1519. in 4.

PETRVS Alcyonius, uir Latine & Græce doctissimus, scripsit Medicen legatum, siue de exilio librum. Aldus excudit Venetijs.

Ex Aristotelis philosophia naturali transtulit aliquot libros, cum elegantius, tum clariore sensu (consultis Græcorum commentarijs, ut apparet) quàm cæteri ante ipsum interpretes. Videlicet,

De generatione & corruptione libros 2, cum præfatione ad Leonẽ X. pont. max.

Meteo.

Meteororum libros 4. cum præfatione ad Antonium Pratum Gallum.
De sensu, & sensilibus librum 1. cum præfatione in sequentes 10. libros de animalibus à se conuersos ad Octauium Fregosium.
De memoria & reminiscentia librum 1. De somno & uigilia librum 1.
De somnijs & imaginibus librū 1. De præsensione per somnum librum 1.
De communi animalium motione librum 1.
De communi animalium gressu librum 1.
De diuturnitate & breuitate uitæ librum 1.
De iuuentute, & senectute, uita & obitu librum 1.
De spiratione librum 1. De mundo ad Alexandrū regem librum 1.
Ex præfatione ad Octauium Fregosium. Librorum de partibus & generatione animalium (negligentia Theodori Gazæ interpretis commotus) Paraphrasin confeci, docuiq; certissimis rationibus minus licere nobis recte in studio tam uetero & nobilis disciplinæ uersari Theodoro Gaza interprete: quæ omnia ita ad ædi- tionem parata sunt, ut extremam duntaxat manum expectent. Hæc an adhuc in lucem exierint, nescio.

impressi sunt cū Latinis operibus Aristotelis in postrema æditione Basilienſi.

PETRI archiepiscopi Alexandrini & martyris canones de pœnitentia: impressi Basileæ in 4.

PETRVS de Aliaco, episcopus Cameracensis, & ecclesiæ Romanæ Cardinalis, Parisiensis gymnasij quondam cancellarius, præceptor Ioannis de Gerson, scripsit multa præclara uolumina, de quibus reperi subiecta. T.cl. 1416.

Super sententias,	lib. 4.	Quænam doctrina hæc.
De laude sanctæ scripturæ,	lib. 1.	Super hanc petram ædifi.
In principium Marci,	lib. 1.	Quænam doctrina hæc.
De stabilitate ecclesiæ,	lib. 1.	Vtrum Petri ecclesia le.
Speculum considerationis,	lib. 3.	Quisquis qui à mundi.
Compendiū contemplationis,	lib. 3.	Quoniam multi sapientes.
De spiritali schala,	lib. 1.	Quatuor sunt spirita.
In Psalterio breuiter,	lib. 1.	Verbum abbreuiatum sa.
In Psal. 70. meditationes,	lib. 1.	Terret me dominus deus.
De legibus & sectis,	lib. 1.	De Concilio generali, lib. 1.
Expositionis Psalmi 70.	lib. 1.	Postulauit charitas.
In Psal. 42. meditationes,	lib. 1.	Summe sacerdos tu.
In Cantica canticorum,	lib. 1.	Osculetur, &c. Iste liber.
In septem Psal. pœnitentiales,	lib. 1.	Vera pœnitentia uelut.
De oratione dominica,	lib. 1.	Sic ergo orabitis: Pater.
Super eadem anagogice,	lib. 1.	Pater noster qui, &c. O pater.
Super Aue Maria,	lib. 1.	Cogitanti mihi ô sanctiss.
Super magnificat,	lib. 1.	Summæ trinitatis.
In canticum Zachariæ,	lib. 1.	Dicturi de cantico Zac.
In canticum Symeonis,	lib. 1.	Accedit ultimo canticum.
De electione papæ,	lib. 1.	
De exercitio spirituali,	lib. 1.	Anima deuota cupiens ad.
De 12. honorib. S. Ioseph,	lib. 1.	Si colligimus in unum.
De anima & accidentib. eius,	lib. 1.	Veterum tradit authori.
Concordiā theologiæ & astrono.	lib. 2.	De concordia theologiæ.
De sacramentis ecclesiæ,	lib. 1.	Quoniam me sæpius rogasti.
Sermones uarios,	lib. 1.	Epistolas plures ad diuersos, lib. 1.

Et quædam alia.

* Petrus de Aliaco (aliâs Eliaco, uel Haliaco, uel Alliaco) natione Alemannus, uixit ab hinc annis centum. Sunt eius in astrologia nonnulli tractatus, inter quos

de parallelis 12. ad quos reducit omnes Ptolemæi parallelos, multaq; ipsius interpo lat ac declarat. Raph. Volaterranus.

Cõmentarij eius super Sententias impressi sunt. Item liber de cõcordia astro logiæ cum theologia historicaq; Basileæ ab authore cõscriptus; & alia uaria in Ap pendice operum Ioan. Gerson, quæ supra recensui.

Quæstiones in Sphæram mundi. Ioannis de sacro busto. Liber impressus in fol. cum Petri Ciruelli commentarijs: de quo infra.

T.cl. 1100. PETRVS Alphonsus ex Iudæo cõuersus ad fidem, Moyses antea uocatus, quem rex Alphonsus de sacro fonte leuans suo agnomine insigniuit, scripsit sub nomine Moysi Iudæi quod fuerat, & Petri Christiani quod esse cœpit, insignem dialogum.

Contra Iudæos, lib. 1. Vni & æterno primo.
De scientia & philosophia, lib. 1. Et quædam alia.

* Petri Alphonsi dialogi, excusi sunt Coloniæ apud Gymnicum.

PETRI de Aluernia ordinis Prædicatorum discipuli S. Thomæ Aquinatis, Cõmen tarij in aliquot libellos Aristotelis, nempe: De motibus animalium. De longitudine & breuitate uitæ. De iuuentute & senectute. De respiratione. De morte & uita. Impressi sunt Venetijs, 1507. in fol. chartis 13. cum Thomæ Aquinatis cõmentarijs in Aristotelis libellos de sensu & sensato, de memoria, &c.

Eiusdem Additiones in commentarios Thomæ Aquinatis super libris Aristote lis de cœlo, qui morte præuentus eos non absoluerat. Adiecit autem super par tem tertij, & super quartum integrum commentarios suos hic Petrus Auernus. Impressæ Venetijs apud Scotum, 1495. in fol. & rursus, 1516.

T.cl. 1410. PETRVS de Ancharano, natione Italus, patria Bononiensis, Baldi Perusini quondã auc.tor, uir in utroq; iure peritissimus, multa in utroq; iure opuscula ædidit, è quo rum numero feruntur:

a Super Decretalibus, lib. 5. Super 6. Decretalium, lib. 1.
b Super Clementinis, lib. 1. De † regulis iuris, lib. 1.
Super. ff. ueteri, lib. 24. Super. ff. nouo, lib. 12.
Consilia plura, lib. 1. Et quædam alia.

† In aliquot po tiores regulas iuris.

* a Impressi sunt. b Impressi Lugduni, 1533.

Eadem ferè scribit Ioan. Fichardus in uitis iureconsultorum, addens eum excellen tem iureconsultum & magnæ existimationis fuisse.

Petri Ancorani Consilia in iure maxime laudantur. Raph. Volaterranus. Citan tur & repetitiones quædam eius: In 1. Decr. de constitu. c. 1. Canonum stat. In 2. Decre. de cõfessis, & de probatio. c. ex parte. & c. tertio loco. & rursus de pro batio. c. in præsentia. & de foro compe. c. postulasti.

Petrus de Anchona (idem ut uidetur superiori) scripsit Lecturam super Decre. Super sexto Decretorum. Consilia. Disputationem, quæ incipit: Antiquis et modernis temporibus. Item in Rep.

PETRI Andreæ Gammari Bononiensis dialecticæ legalis uel Topicorum libri 3. Eiusdem de ueritate & excellentia legalis scientiæ oratio. Rob. Vuinter excudit Basileæ, 1543. in 8. Vide supra Andreas Gammarus, fol. 39. a. in fine.

PETRI Andreæ Matthæoli Senensis medici præstantiss. de morbi Gallici curandi ra tione liber 1. per dialogum inter se & Francisc. Aligerum ab ipso conscriptus, do
» cte sanè & eleganter. Ex præfatione, Fortè fortuna in manus inciderũt quæ
» dam de morbo, quem Gallicum dicunt, à neotericis conscripta, quibus cum multa
» mihi comperta adijci, & plæraq; meliora fieri posse uiderẽtur, &c. Et paulò post
» Francisci ad Pet. Andream uerba subduntur. A te uero cum primis originem,
» causam, cognationem, principium, qualitatem prædicti mali, deinde uictum, absti
» nentiam, quam sustinere debeat affectus, tum potiones, medicamenta, pharmaca,
» fomenta, quibus huiusmodi noxa ferè plærũq; solet expurgari, desidero. Bebe

lius excudit

lius excudit Basileæ, 1536. in 4. chartis nouem, cum diuersis aliorum eiusdem argumenti libellis. Insunt huic operi multa rara & mirabilia experimenta authoris, ut Mercurius præcipitatus, aqua philosophica, &c.

PETRI Anteboli Allobrogis iurisperiti, de muneribus: liber extat.

PETRI patriarchæ Antiochiæ ad Constantinopolis patriarcham sermo, & alius ad episcopum Gadrentze. Extant Græce Romæ in Vaticana bibliotheca.

PETRI Apiani (dicti Benewitz) ex Leysnik, natione Germani, mathematici exercitatissimi liber Cosmographicus impressus in Germania in 4. anno, 1524. chartis 15. cum multis & uarijs figuris ac instrumentis. Inscribitur aliàs, Institutio geographica (ni fallor) ac denuo excusa est Antuerpiæ, 1540. in 4. per Gemmam Frisium restituta, cum ipsius Gemmæ opusculis duobus. Cõtinet autem partilem quoq; descriptionem quatuor partium terræ, Europæ, Asiæ, Africæ, & Americæ: cui adiecta est descriptio regionis Peru nuper inuentæ: item de horarum noctis obseruatione libellus. Ex præfatione Apiani. Vt prima elemẽta studiosis geographiæ tyrunculis notiora redderentur, hoc opusculum utcunq; conflatum conscripsimus, sequuti enim sumus doctissimos quosq; huius studij uiros. Accipe igitur hoc opus ea consummatione supputatum, qua in Ptolemæi opere legi solet. Hic ea quæ alioqui sparsim à doctissimis ingenijs elucubrata sunt sub quodã compendio collegimus. Operæpretium itaq; duximus fore si in uno uolumine totius mundi obseruatio complecteretur, ne propter nimiam prolixitatem & obscuritatem tyrunculus geographiæ tædio irretiatur, uel ne quis pauperculus propter librorum multitudinem atq; operis Ptolemæi ac precij magnitudinem absterreatur.

Instrumentum sinuum seu primi mobilis, nuper à Petro Apiano inuentum, nunc autem ab eodem diligenter recognitum & locupletatum: Cuius tractatione cum genuinus & latissime patens Sinuum usus clarissime deprehenditur, tum uero quicquid eorundem Sinuum auxilio in rebus astronomicis ratiocinando indagari potest, facillime ac celerrime conficitur. Adiectus est Quadrans uniuersalis, noua facie, in eundem usum fabrefactus, cuius usu, quicquid ex tabulis Sinuum computando elici poterat, sine negocio, sineq; numerorum molestiore tractatione facillime perspicitur. Quadrans. Ioan. Petreius excudit Norimbergæ, 1541. in fol. chartis 22. cum præfatione authoris scripta Ingolstadij, 1540. ad D. Christophorum à Stadion episcopum Augustæ Vindelicorum. Exiuerat & prius hoc Instrumentum primi mobilis, sed sine quadrante.

Petrus Apianus & Bartolemæus Amantius poëta collegerunt summo studio ac maximis impensis, liberalitate D. Raymundi Fuggeri, Inscriptiones sacrosanctæ uetustatis totius ferè orbis, expressis ubiq; figuris perquàm eleganter. Liber excusus est Ingolstadij apud ipsum Petrum Apianum, 1534. in fol. chartis 140.

Instrumentum astronomicum repræsentans folium populi, authore ni fallor Petro Apiano, excusum in Germania, 1543. in fol.

PETRVS de Apono, natione Italus, patria Patauinus, philosophus insignis, & medicus celeberrimæ opinionis, ingenio subtilis, & multarum linguarum notitia clarus, reliquit opus insigne centum & decem differentijs partitũ, quod prænotauit T. cl. 1320.

De omnimoda medicina, lib. 1. Ad Ioannẽ papam XXII. lib. 1.
In librum Ioannis Mesue, lib. 1. In problemata Aristotelis, lib. 1.
Et quædam alia. Galenum de cholera nigra, & de regimine sanitatis cum alijs multis transtulit. * Eadem scribit Symph. Champerius: à quibusdam non recte uocatur Petrus de Abano: sunt qui Conciliatorem appellent, ob librum ab eo scriptum, in quo ueterum præcepta medicorum simul connectit atq; conciliat. Raphaël Volaterranus.

Petri Aponensis Astrolabium planum in tabulis ascendens, continens qualibet hora atq; minuto æquationes domorum cœli, significationes imaginum, moram

nati in utero matris cum quodam tractatu natiuitatum, nec non horas inæquales pro quolibet climate mundi. Liber impressus est Venetijs, 1502. in 4. chartis 55.

De uenenis eorumq; remedijs liber, impressus Marpurgi apud Ceruicornum, 1537. in 8.

Tractatus aliquot Abraæ Auenzare Latinos fecit, barbaro stylo.

Conciliator differentiarum 209. philosophorum, & præcipue medicorum. Liber impressus Venetijs in magno fol. chartis 142. anno 1483. apud Ioan. Herbort Alemannum, cum catalogo differentiarum in calce operis. Ex præfatione au-
» thoris. Librum equidem contexere decreui ex problematibus unà cum socio-
» rum intellectu uigentium charissimis publice lustris inuestigans iam binis: Quo
» nempe philosophorum ac medicorum dissidiæ in medicina sopiantur apparentes
» præcipue, dicenti cuicunq; præferens ueritatem continue: quapropter ipsarum
» Conciliatorem malui appellare. In prima parte quæsita statuentur communia
» theoricæ uidelicet & practicæ. Secunda theoricæ continebit dubitata: in tertia
» practicæ, cum appendicibus quandoq;. Partes autem per differentias sequestra
» bo. In unaquaq; differentiarum semper quatuor inquirẽtur præter utriusq; par-
» tis arguta: nempe, Terminorum dubitati primitus expositio: Secundo, quod de
» ipso fuerit ab alijs præsentitum: tertio, ueritatis cum eius motiuis ostensio: quar-
» to tandem, argumentorum solutio.

De ægritudinibus corporis humani additio ad Grabadin siue medicinas particulares, id est, secundũ locos Ioannis filij Mesue: chartæ sunt 4. & dimid. cum operibus Mesuæi imprimi solitæ, ut supra diximus. Sunt autem hæc capita quæ Aponensis adiecit:

De unctionibus. De syncope. De tumoribus mamillarum.
De ægritudinibus membrorum nutritionis.
De dolore stomachi. De medicinis materiam à stomacho repellentibus & abstergentibus ac uillos eis mundificantibus. De emplastris, linimentis, & unctionib. De indigestione stomachi. De uomitu. De singultu. De siti. De appetitu mortuo. De appetitu canino. De affectibus hepatis, & splenis. De hydrope. De doloribus uentris. De fluxu uentris.

Expositio problematum Aristotelis, cum indice: impressa Venetijs apud Ioan. Herbort Alemannum, 1482. in fol. chartis 156. Ex præfatione authoris.

» Diutius huic operi insudaui. Declarationes & notabilia nonnulla subiunxi, cum
» hoc etiam interdum literales quasdam dubitationes, motiuis illarum plærũq; reti-
» citis breuiter remoui. Quæstiones in quibus ipsa problemata declarantur per
» ampliora, separatim in quadam alia æditione locaui, ne operis prolixitate in fasti-
» dium decidant sensibus delicati. Veruntamen existimo quod Aristotelis pro-
» blemata omnia, nondum ad nostram linguam peruenere, cum et quædam in libris
» de somno & uigilia atq; animalium semitradita ad hunc transmissa librum, in ipso
» minime reperiam. Post diu huius executionis problematum aggregationem ut di
» scerem, cum in Constantinopoli me transtuli, uolumen aliud problematum Ari-
» stotelis uolui reperire, quod quidem in linguam iam Latinam transduxi.

Problemata quæ habemus ex translatione Gazæ, ordine & plærisq; alijs ab hac uersione uariant. Vide supra in Hen. Cornelio de occulta philosophia.

PETRI de Argelata (uel de largelata, uel de la cerlata) Bononiensis, artium & medicinæ doctoris de chirurgia libri sex, impressi Venetijs 1497. apud Octauianũ Scotum in fol. cum indice, chartis 68. Ex præfatione authoris.

» Rogauerũt me socij mei, ut secundum quod legerem eis tertiam & quartam sen.
» quarti canonis Auicennæ receptas ordinarem, &c. In hoc opere erunt 6. libri.
Argumenta librorum. » In primo libro prosequar de capitulo in capitulum, ut Auicen. procedit, ipsius or-
» dinando Rubricas, & alias aliorum antiquorũ ponam, dimittens tamen emperica

Yameri

Yameri, Rosæ Anglicanæ, & aliorum empericorũ, & semper ad simplicia aliqua me extendam, penes etiam theoricam cum signis. 2 De omnibus apostematibus à capite usq; ad pedes: de quibus Aui. in 4. non fecit mentionẽ, & ponam semper signa. 3 De uulneribus à capite usq; ad pedes, dans modum curandi, & accidentibus succurrendi. 4 De omnibus ulceribus particularibus à capite ad pedes: quia omnium membrorũ, de quibus Auice. non fecit mentionem. 5 De decoratione à capite ad pedes. 6 De dislocatione & fracturis ossium quàm breuius potero, adiungens aliquid anatomiæ.

PETRVS Arlunus: uide Arlunus, & Ioan. Petrus Arlunus: apparet enim eundem esse authorem.

Mag. PETRVS Artopœus, natione Germanus, Stettini, ~~ni fallor~~, in Pomerania Germania hoc tempore literarum professor, Latinæ phrasis elegantias ex præcipuis authoribus conscripsit. Liber excusus Vuitenbergæ, 1534. in 8. ordine alphabeti.

Quæ sequuntur Pet. Artopœi opuscula, omnia hoc anno, 1545. Hen. Petrus excudit Basileæ in 8.

Euangelicæ conciones Dominicarum totius anni, per dialectica & rhetorica artificia breuiter tractatæ, subnexis epistolarum argumentis, cum Io. Hippini de sacris concionibus formandis compendiaria formula præfixa: chartæ sunt 26.

Psalterium Hebraice, Græce, & Latine, ad ueterum exemplariũ fidelem lectionem emendatum, & explicatum. Collocantur autem istæ tres linguæ è regione, per tres columnas: quarta columna annotatiunculis, & diuersæ translationi seruit.

Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ linguæ Grammatica, pro incipientibus ob facilitatem, pro doctioribus ob exactam diligentiam, ita conscripta, ut post tot & tantos uiros in hac re frustra elaborasse author non uideatur: sic habet inscriptio. Accedunt, Ionas propheta, & Psalmi 15. trium linguarum, cum eiusdem Petri cõmentarijs: chartæ sunt 17.

Christiana trium linguarum elementa.

De prima rerum origine uetustissimaq; theologia, ex tribus primis capitibus Geneseos. In priorem Pauli ad Timotheum epistolam Scholia, quæ iusto Commentarij munere fungi possunt. Omnia chartis 29. impressa 1545. quo etiam ab authore scripta sunt Stettini.

PETRVS Aureolus: uide Petrus de Verberia.

PETRI de Bayro opusculum de pestilentia, eiusq; curatione per præseruatiuum regimen & curatiuum: impressum Taurini, 1507. in 4. chartis 9. & dimid.

Ex præfatione. Pollicitus sum hanc quæstionem scripto determinaturum me, in qua causas ac signa pestis, distinctionemq; unius febris pestilentialis ab alia (ne quis cæcitate ductus unam pro alia accipiens leuiter caderet in errorem) curam similiter quàm breuius potero perstricturum.

PETRVS de Bella †Parthica, natione Burgundus, scripsit in legibus multa, de quibus ista feruntur,

Super Codice,	lib. 9.	Super Institutis,	lib. 4.
Super ff. ueteri,	lib. 24.	Super ff. nouo,	lib. 12.
Super ff. Infortiati,	lib. 14.	Centum disputationum,	lib. 1.

Consilia plura. Et quædam alia.

* Eadem ferè Ioan. Fichardus, citatur simpliciter Petri nomine: fuit enim illustris iureconsultus. Plæraq; eius scripta impressa feruntur, Lugduni & Parisijs. Repetitiones ab eo scriptas inuenio, quæ sequuntur.

In primum Digest. ueteris.

De edendo l. 1. & l. argentarius. paragr. cum autem. De pactis l. Iuris gentium. De iurisd. om. Iud. l. more. De feriis l. in pecuniarijs. De officio eius l. post mortem. Si quis cautio, l. etsi post tres. Si quis in ius uoc. l. ex quacunq;. De

Ofianderi prestigias repugnavit, sed Magdeburgi à D. Wigando, præsente M. Matth. Judice, et Witebergæ à Philologis grauiter, postea veluti attonitis cum admiratione, et tanquam non mortem ali extinxerit. Schlusselb. Cat. Hær. lib. 6 p. m. 248.

† Cl. 1500. † Aliâs Petratica.

Ad Petrum Bembum 4 Elegias scripsit Sabinus lib. 3. p. 70. Epist. 87. lib. 4. el. 1. p. 101. el. 7. p. 114. l. 5. el. 5. p. 153.

consti. princip. l. beneficium. De his qui sunt sui. l. si iudex. De transactionib. l. qui cum tutoribus. Ibidem. De procuratorib. l. si defunctus. Ex qui cau. ma. l. si hostibus. ibid.

Repetitiones eius in 1. Codicis.

De dona. inter ui. l. donationes. Ex del. def. l. 1. Ex quibus ca. infa. irr. l. etsi seuerior. De fide instru. l. cõparationes. De iure om. iud. l. 1. &. De legibus. l. cum quæstio. De non num. pec. l. generaliter. & de usuris l. acceptã. & Si seruo extero. l. si seruus: & de rerũ permnt. l. ex placito. & locati. l. certi iuris. De procur. l. 1. & l. exigendi: & l. inutilis. Quod cũ eo. l. & qui. De rest. mil. l. qui tempore. De Summa trinit. l. 1. De transacta l. siue apud acta.

Repetitiones in 2. Codicis.

De ed. de adr. toll. l. si. Et de uerborum signif. l. cum quidam. De collatio. l. si emancipati. De confessis. l. confessos: & ibid. De tempor. appell. l. per hanc. Et R. quorum ap. non ric. l. ab executione. Et R. unde ui. l. si quis in tantam. Et R. uti possidetis. l. uti possidetis. Et R. etiam ob chirog. pec. l. pignus. Et R. de euictionibus. l. quoniam. Et R. de iniurijs. l. si non conuicij. De furtis l. falsus procur. De instit. & substi. l. si pater filium. De sententijs quæ. l. 1.

Extant præterea eius Singularia quædam. Cõmentarij super Feudis. Disputationes 547. quarum initium est: Ita est de consuetudine in quadam ecclesia.

1° Patritij Nat. 20 Maji 1470. Obiit Roma, 18. Febr. 1547. æt. fere 77. lenta febri extincty.

PETRVS Bembus Venetus, Cardinalis, iam senex Patauij adhuc uiuit, ni fallor, uir doctissimus: & eloquentiæ Ciceronianæ summus imitator. Aliquot eius opuscula impressa sunt Lugduni apud Gryphium in 8. Cæterum quæ ego diuersis locis impressa uidi, hæc sunt. Epistolæ, excusæ Basileæ apud Frobenium, & Lugduni apud Paganum.

De imitatione sermonis lib. 1. excusus cum Io. Francisci Pici quibusdam opusculis, 1518. in 4. Basileæ.

Benacus, poëma heroicum charta dimid. impressum Basileæ apud Rob. Vuinter, cum uarijs poëmatis in 8.

De Aetna libellus, impressus Venetijs, 1530.

Petrus Bembus numeratur ab Hen. Cornelio Agrippa inter illos qui amatoria scripserunt: ut in Ioanne Boccatio dixi. Audio eum hoc tempore literis mandare Historiam Venetorum.

T. cl. 1360. † Aliàs Berscharij.

PETRVS † Berthorij, natione Gallus, patria Pictauiensis, Prior monasterij S. Eligij Parisiensis, ordinis diui Benedicti, scripsit multa præclara uolumina, è quibus ista feruntur: Ad Ioannem de Pratis episcopum Penestrinũ ecclesiæ Romanæ Cardinalem, scripsit magnum & egregium opus, quod in tribus uoluminibus iam impressum est, prædicatoribus simplicioribus non inutile, quod Dictionarium appellant, sed ipse illud prænotari uoluit

Repertorium morale, lib. 3. Reuerendo Christo pa.
Reductorium quoq; morale, lib. 4. Videte quoniam non solum in.
Inductorium morale, lib. 3.
Breuiarium historiarũ Bibliæ, lib. 1. Considerans historiæ.
Cosmographiam scripsit, lib. 1. Sermones uarios, lib. 2.

Et alia multa. Deniq; ad instantiam Ioannis regis Franciæ, Titum Liuium in Gallicam linguam conuertit. Et notandum quod trium operum moralium, quæ primo consignauimus loco, unumquodq; tribus magnis uoluminibus cõstat, quorum reductorij moralis una pars omnes libros Bibliæ historiales moraliter complectens impressa est, & incipit à Genesi sic: Deus in mundi creatione, &c. Feruntur eius ad diuersos epistolæ, & parui, sed multi tractatus.

* Repertorium morale, siue dictionarium utriusq; testamenti perutile prædicatoribus, impressum in magno fol. Tomis duobus. Ex prologo authoris.

Sicut

Sicut iamdudum in prologo Reductorij mei promiserã tractare, propono de quo- « «
libet uocabulo prædicabili secundum ordinem alphabeti, scilicet uerbũ quodlibet « «
exponendo, dilatando, distinguendo, auctoritates diuidendo, exempla naturalia, fi « «
guras, & ænigmata applicando, & secundum naturas uocabulorũ de diuersis ma- « «
teriis pertractando cum efficacia proponebam. « «

Morale reductorium super tota Biblia per libros 34. capitibus distinctum, ubi notabiliorum historiarum ac figurarum utriusq; Testamenti, præmissa compendiosa Textus summa, tropologica seu allegorica, & nonnunquam anagogica subnectitur explanatio: adiectis Bibliorum concordantijs. Adamus Petri excudit Basileæ, 1515. cum indice in fol. chartis 117. Ex præfatione. Restat post mo- « «
ralizatas proprietates creaturarum, figuras, nec non superadditas expositiones mo « «
rales ænigmatum poëtarum, moralizare & exponere figuras & parabolas scriptu « «
rarum, &c. « «

PETRVS Bertrandus Cardinalis scripsit de origine iurisditionum, seu de duabus potestatibus, temporali & spirituali.

PETRVS de Besuzio scripsit in 2. Infort. de legatis. 3. l. re coniuncti.

PETRVS de Biaxio scripsit Directorium conficiendarum electionum.

PETRVS Blesensis archidiaconus Barthonensis, Ioannis Carnoteñ. præsulis amicus familiaris, ad quem nonnullas dictauit epistolas, multa scripsit opuscula, è quibus ista feruntur. T.cl. 1160.

De amicitia Christiana,	lib. 1.	Quoniam diminutæ sunt.	
De pœnitentia salutari,	lib. 1.	Rogasti me ut tibi ali.	
De accelerando passagio,	lib. 1.	Quis dabit capiti me.	
De qualitate pœnitentiæ,	lib. 1.	Nimia tui rigoris aut.	
De studio sapientiæ,	lib. 1.	Diuisus es & cor tuum.	
Contra deprauatorem,	lib. 1.	Exhortatiunculam tuam.	
Exhortatio ad abbatem,	lib. 2.	Elect. estis à uestris.	
De officio episcopi,	lib. 1.	Petis instantius re. pater.	
De periculo prælatorum,	lib. 1.	Quotiens recolo uerba.	
De uita clericorũ curialium,	lib. 1.	Gratias ago gratiæ uestræ.	
Epistolarum numero 194.	lib. 1.	Rogatus à uobis epi.	
De præstigijs fortunæ,	lib. 2.	Scripsit & alia plura.	

PETRVS Boherius abbas sancti Auiani, ordinis diui patris Benedicti, iureconsultus & sacrarum scripturarum cultor egregius, ædidit pro fratrum suorum ædificatione nonnulla opuscula, è quibus reperi tantum. T.cl. 1300.

In regulam sancti Benedicti,	lib. 1.	In speculum monachorum,	lib. 1.
De signis locutionum,	lib. 1.	De cæteris nihil uidi.	

Qui cum esset decretorum doctor celeberrimus, regulam sancti patris Benedicti, nouo & inusitato expositionis genere commentatus est, omnia illius non solum capitula, sententias & dogmata, sed etiam quod amplioris industriæ est, uerba, consilia & præcepta, iuri pontificio conferens, mirabili subtilitate canonibus patrum approbauit.

PETRI Bolandi hymni quidam extant.

PETRVS Bonomus Tergestinus imperialis aulæ protonotarius, uir Latinæ linguæ eruditissimus, & in cudendis omnifarijs carminibus exercitatiss. scripsit plurima et soluta oratione, & uarij generis carmine, è quibus præcipue extant: T.cl. 1494.

Libri Epigrammaton. Epistolarum indefessa congeries.

Nec unquam scribere cessat. Viuit adhuc sub rege Maximiliano. * Hic postea episcopus etiam Tergesti creatus est, uir pius, doctus, & eloquens, ut fertur.

PETRVS Borrana de lacu maiori, de Brossago, scripsit aut locupletauit librum Venetijs impressum olim, qui inscribitur Corona pretiosa, ubi è regione ponũtur Vo-

cabula Latina, Italica, Græca uetera, & Græca quorum hodie usus est. Vidi authorem Tiguri iam senem anno superiore, 1544.

PETRI Brissoti medici nostri temporis liber, siue apologia, de incisione uenæ in Pleuritide morbo, impressus Parisijs apud Colinæum.

T.cl. 1485. PETRVS Brutus, natione Venetus, episcopus Catharensis, Hebraicæ ac Latinæ linguæ peritus, qui pro confirmatione fidei Christianæ multa contra perfidos Iudæos disputationũ certamina semper uictor exegit. Scripsit inter cætera ingenij sui opuscula ad senatum Vicentinum opus celeberrimum & insigne sanctarum scripturarum authoritatibus copiose instructum.

Aduersum Iudæos, lib. 1. Lectitanti mihi pluri. Et quædam alia.

PETRVS è Burgo S. Sepulchri, de Prospectiua picturæ librum composuit. Raph. Volaterranus.

T in appẽdice. M. 1507. PETRVS Burrus Belgicus, patria Brugensis, canonicus Ambianus, diuinis & humanis literis clarus fuit. Sunt autem hæc fœcundissimi illius ingenij monimenta.

Odarum,	lib. 4.	Hexametrorum,	lib. 1.
Apologorum,	lib. 1.	Elegiarum,	lib. 2.
Epigrammatum,	lib. 1.	Moralium.	

Canticorum de duob. festis, De aduentu domini.
De uigilia domini. De natiuitate domini.
De Circuncisione domini, De Epiphania.
De Ieiunio. De ingressu in Hierusalem.
De cõfessione & Eucharistia. De cœna dominica.
De laude crucis, De passione dominica.
De resurrectione dominica, De communione paschali.
De inuentione crucis, De ascensione domini.
De Pentecoste, De Trinitate.
De corpore domini. De exaltatione crucis.
De facie dominica, Hymni de omnibus sanctis.
De festo beatæ Mariæ, Epistolæ & orationes non paucæ.
Sunt & quædam alia.

T. M. 1410. PETRVS de Candia, natione Cretensis, ordinis fratrum minorum, primo episcopus Nouariensis, deinde Mediolanensis archiepiscopus, postea ecclesiæ Romanæ Cardinalis, & postremo summus pontifex Alexander V. nominatus: de cuius elegantissimis opusculis extant luculenti utilesq; commentarij.

Super Sententias, lib. 4. Sermones uarij, lib. 1. Et quædam alia.

PETRVS Candidus December Nicolai V. magister breuium fuit, posteritati magis cognitus ob conuersum Appianum Alexandrinum quàm suo sæculo. Raph. Volaterranus.

T.cl. 1330. PETRVS de Casa Lemouicensis, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, decimus & quartus Prior generalis, deinde uero episcopus Bastonensis, ac postremo (ut ferunt) patriarcha Hierosolymitanus ædidit quædam præclara uolumina, è quibus feruntur,

Super sententias,	lib. 4.	Sermones de tempore,	lib. 1.
Sermones de sanctis,	lib. 1.	Et quædam alia.	

PETRVS Cholinus Tugínus, natione Heluetius, uir trib. linguis plus quàm mediocriter doctus, & Gallici quoq; sermonis peritissimus: annos circiter uiginti in Gallijs egit, quo tempore toto partim adolescentes Latine & Græce docuit, partim libere bonis studijs uacauit: inde reuersus in Heluetiam annis aliquot Tiguri nobiscum egit, ubi post conscriptum Dictionarium Latinogermanicum, ecclesiasticos ueteris Testamenti libros Latine reddidit, optima fide, diligentia summa ex collatione plurium codicum, & puritate Latini sermonis adhibita: quo quidem opere

per

per typographum absoluto, anno 1542. eodem die pijssima morte functus est. De his libris cum utroq; Testamento in urbe nostra nuper impressis dictum est aliquid in Leone Iudæ.

Dictionarium Latinogermanicum, Germanice redditum proprijssime exactiſsimeq; per Petrum Cholinum, & Ioan. Frisium Heluetios. Froschouerus excudit Tiguri, 1541. in fol. & rursus in 4. chartis 144.

Ex epistola præliminari ad Vuernherum Steinerum. Postquam Robertus Stephanus Parisiẽsis, uir diligentissimus, & de studijs promouendis optime meritus, nobis linguæ Latinæ Thesaurum, librum suo titulo plene respondentem, ædidit: idem mox eiusdem epitomen pari diligentia, omnia quæ Thesaurus habet (omissis tantum authorum appellationibus, & obsoletis, aut in usu raris dictionibus) compendiose cõplectentem, collegit, quam inscripsit Dictionarium Latinogallicum. Is liber nostro cum multorũ doctorũ cõmuni iudicio uisus est apprime utilis studiosis omnib. nõ solũ suo cõpendio in ordinem honestissimũ digesto, sed etiã quia suis diuitijs & exquisita interpretatione superat omnia ante hoc ædita linguæ Latinæ Dictionaria. Nã præter dictiões plures q̃ ullũ aliud Dictionariũ cõprehendat, hoc sibi peculiare habet, q̃ singulari quadã & honestissima serie locutiones siue formulas loquendi Latinas ferè oẽs ex optimis authorib. selectas continet. Verũ quia uir pius, patriæ suæ studiosus, interpretationẽ singulis patria sua, id est Gallica lingua subiecit: usum est nobis, ne Germanica lingua tanto bono careret, faciendũ ut pro Gallicis Germanica supponeremus: Id quod mutuas præstantes opas, p nostra linguæ Gallicę peritia, quã multis annis adepti sumus, fidelissime, ut puto, cõfecimus, adhibito etiã in iudiciũ ipso Latinas interpretationes habente Thesauro, unde Dictionariũ hoc excerptũ esse diximus. Maiori certe q̃ quis credat diligentia curauimus, ut nõ solũ omnia, ppríe, quoad fieri potuit, redderemus, sed etiã lingua in Germania superiori usu maxime recepta, & Heluetijs simul ac Germanis cõmunissima: ita ut neutrius gentis idiomati, quando cõmunis liber futurus esset, nimiũ addicti uideremur, &c. Cæterũ ut ille suo ductus iudicio (quod in suo genere nõ improbamus) Dictionariũ ex selectis ferè, & testimonio idoneorũ authorũ, pbatis dictionib. & locutionib. cõcinnauit, omissis obsoletis & antiquis: ita nos nostro iudicio (ut sua cuiq; est sententia) & quorundã studio hoc cõcessimus, ut quicqd hactenus in alijs Dictionarijs siue obsoletũ, siue antiquũ, siue non satis usitatũ legeretur, præsertim apud Sipontinũ, & Calepinũ (pręter palàm barbara & mendosa quędã, nec non spurca, quæ ignorari q̃ sciri præstat, aut planè Græca) id omne huc cõgereremus. Et paulò post. Ergo nos, ut omnib. quoad fieri posset morẽ gereremus, Dictionariũ hoc ut accepimus è Gallia supra quintã partẽ auximus: sed ita ut sua quæq; nota signaremus, qd obsoletũ, quid antiquũ, quid insolens et inusitatũ, quid ineptũ, quid mẽdosum, & tamẽ ab alijs, p Latino annotatũ, quid in usu multis nullo tamẽ authore probatũ, quid in Biblijs lectũ nec alibi, quid ut barbarũ reijciendũ cũ alicubi pro Latino lectũ sit. Deinceps de authoribus unde hæ dictiones & locutiones desumptæ sint: deq; modo & ordine in hoc opere seruato disseritur. Rob. Steph.

Reliquit & Grammaticam Linguæ Gallicę Latine scriptam, & Germanicis exemplis illustratam, quæ nondum impressa est: Item de conspicilijs libellum.

PETRVS (Chrysologus) episcopus Rauennas, multa scripsit, de quib. ferunt, sermones & homiliæ plures lib. 1. Ad Eutychen presbyterũ epistola 1. Tristis legi tristes literas. Scripsit etiã epistolas alias plures. * Diui Petri Chrysologi archiepiscopi Rauennatis, uiri eruditissimi atq; sanctiss. insigne & puetustũ opus Homiliarũ, numero 176. nunc primũ in lucẽ æditum, Coloniæ apud Melchiorẽ Nouesianum, 1541. in fol. chartis 77. Chrysologi cognomen tulit ab aurea quadam ingenij atq; eloquentiæ ubertate. Hoc uolumen (ut præfatur typographus) nunquam Germania antehac ædidit: Italia autem, mutilum, corruptum, & depraũatum. Cata- T. cl. 450.

logus & argumenta ſingulorum ſermonum mox ab initio recenſentur poſt præfa tionem typographi: & de uita authoris nonnulla ante præfationem.

PETRI Ciruelli Darocenſis Aragonis Hiſpani cõmentarius uberrimus in Sphæram mundi Ioannis de Sacrobuſto, qui impreſſus eſt Pariſijs, 1468. in fol. chartis 42. cũ Petri de Aliaco quæſtionibus in eundem librum. In præfatione mentionem fa cit Ioan. Pici Mirandulani, quod adſcribo, ne ſit obſcurum cuius ætatis hic author ſit. Stilus eſt impurus quidem, tolerabilis tamen & apertus.

T. cla. circa 1200. ut Tritte mius conijcit.

PETRVS abbas Cluniacenſis, ordinis S. Benedicti, compoſuit opuſcula quædam, de quibus iſta feruntur.

Reuelationes multorum, lib. 1.
De conuerſatione eremitica, lib. 1. Suſcepi literas dilectionis.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1. Et alia quædam mihi incognita.

* Epiſtola D. Petri abbatis Cluniacenſis ad D. Bernhardum Claræuallis abba tem, de translatione Alcorani, ſiue Saracenorum legis, ex Arabico in Latinum: im preſſa Baſileæ apud Ioan. Oporinum cum Alcorano, &c.

T. cl. 1440.

PETRVS de Colle, ordinis fratrum Minorũ S. Franciſci, natione Teuthonicus, ſcri pſit nonnulla uolumina, è quibus extat opus inſtructum quod in Baſilieñ. concilio patribus recitauit.

De authoritate concilij, lib. 1. Pugnauit eccleſia multi.
Quæſtiones ſententiarum, lib. 1. Sermones uarij, lib. 1. Et alia cõplura.

PETRI Comeſtoris hiſtoria ſcholaſtica, impreſſa anno 1473. in magno fol. apud Gin therum Zainer, cum indice iuxta ordinem librorum & capitum. Sequitur autem hiſtorias librorum utriuſq; Teſtamenti. Prologus authoris integer.

» Reuerendo patri & domino ſuo Vilhelmo Dei gratia Senoneñ. archiepiſcopo, Pe
» trus ſeruus Chriſti presbyter Treceñ. uitam bonam, & exitum beatũ. Cauſa ſuſce
» pti laboris fuit inſtans petitio ſociorũ: qui cum hiſtoriã ſacræ ſcripturæ in ſerie &
» gloſſis diffuſam, lectitarent, breuem nimis & inexpoſitam, opus aggredi me com.
» pulerunt, ad quod pro ueritate hiſtoriæ conſequenda recurrerent: In quo ſic ani.
» mus ſtilo imperauit, ut à dictis patrum non recederem, licet nouitas fauorabilis ſit
» & mulcens aures. Porrò à coſmographia Moyſi, id eſt, à deſcriptione mundi in.
» choans, riuulum hiſtoricum deduxi uſq; ad aſcenſionem ſaluatoris, pelagus myſte
» riorum peritioribus relinquens, in quibus & uetera proſequi, & noua elidere licet.
» De hiſtorijs ꝙq; ethnicorũ, quædã incidentia pro ratione temporũ inſerui. Verũta
» men quia ſtilo rudi opus eſt lima, uobis pater inclyte limam reſeruaui.

T. cl. 1160.

PETRVS presbyter eccleſiæ Trecenſis, cognomento comeſtor ſiue manducator, ſcri pſit præter cætera ingenij ſui uolumina, inſigne opus ad Guilhelmum Senonen. ſem archiepiſcopum omnes libros Bibliæ hiſtoriales, & breuiter & utiliter expo nendo, quod iam ex uſu prænotatur,

Hiſtoria ſcholaſtica, lib. 20. Imperatoriæ maieſtatis.
De laudib. ſanctæ Mariæ, lib. 1. Sermones de tempore, lib. 1.
Sermones de ſanctis, lib. 1. Et alia complura.

PETRVS Contarenus fertur aliquid ædidiſſe. Videtur gentilis eſſe Gaſparis Conta reni de quo ſupra dictum eſt.

PETRVS Corneus quidã (Italus opinor & iureconſultus) ſcripta nonnulla reliquiſſe fertur: de Philippo Corneo dicam inferius.

PETRVS Crabbe Machlinieñ. ordinis D. Franciſci de obſeruantia Concilia omnia ab Apoſtolorum temporibus in hunc uſq; diem ex uetuſtiſſimis diuerſarũ regio num bibliothecis in duos tomos cõſcripſit. Opus impreſſum Coloniæ, 1538. in fol.

PETRI Cracouienſis artium & medicinæ doctoris Cõputus eccleſiaſticus uel aſtro nomicus, impreſſus in Germania in 4. 1501. chartis 2. & dimid. per capita 9.

PETRVS Craſſus, ſcripſit in 2. Decret. de reſti. ſpol. c. cum ad ſedem.

PETRVS Crescentiensis, senator Bononiæ, & multis legationibus functus, rogatu regis Siciliæ Caroli, circa annum Domini, 1418. scriplit de agricultura, multisq; plantarum & animalium generibus libros 12. Hen. Petrus impressit Basileæ 1538. in 4. cum indice: chartis 77. Stilus est sanè elegantior, quàm reliquorum illius ætatis scriptorum. Rerum nomina aliquando usurpat Italica & barbara, quo fit ut multis in locis ab aliarum gentium Lectoribus non intelligatur.

Ex præfatione authoris. Ego Petrus ex Crescentia, natus ciuis Bononiensi, qui tempus adolescentiæ in logica, medicina, & scientia naturali totum consumpsi, & demum nobili legum scientiæ insudaui, &c. annis triginta diuersas per prouincias cum earum rectoribus circuiui, subiectis libenter iustitiam tribuens, rectoribus fidele consilium, & ciuitates in suo iure ac statu pacifice pro posse conseruans, multosq; libros antiquorum & nouorum prudentũ perlegi, & diuersas ac uarias operationes colentium rura uidi. Demum reuersus, ad cultum ruris mentẽ animumq; conuerti: actus & cõmoda eius, & cuiuslibet generis agrorum & plantarum atq; animalium doctrinam obscure & imperfecte ab antiquis traditam & modernis satis incognitam, de sola Christi liberalitate cõfisus, dilucide tam secundum prudentum naturalis philosophiæ sententias ac rationes apertas, quàm ex approbatis experientijs tradere in scriptis proposui.

Argumenta duodecim librorum secundum uerba authoris.

Primus est de locis habitabilibus eligendis, de curijs, domib. & his quæ habitationi sunt necessaria faciendis.

2 De natura plantarum, & rerum cõmunium cultui cuiuslibet generis agrorũ.

3 De campestribus agris. 4 De uineis & uino.

5 De arboribus. 6 De hortis. 7 De pratis & memoribus.

8 De uiridarijs & rebus delectabilibus ex arboribus, herbis, & fructu ipsarum artificiose agendis.

9 De omnibus animalibus quæ nutriuntur in uillis.

10 De diuersis modis artibusq; capiendi animalia fera.

11 De regulis operationum ruris.

12 Cõpendiosa cõmemoratio omniũ, quæ singulis mensib. in rure sunt agenda.

Petrus Crescentinus & stilo & uerbis male cultus, non male agrum & uillam colit. Vtues.

PETRI Criniti uiri doctissimi opera quædam, excusa Parisijs apud Ascensium, 1515. in fol. cum indicibus: & Basileæ ab Hen. Petro, 1532. in 4. cum indice capitum per singulos libros, & altero alphabetico: chartis 8. & dimid. Sunt autem hæc.

De honesta disciplina libri 25. diuisi in multa non magna capita: opus uarium miscellaneum, & philologia plenum. Ex præfatione scripta ad Bernardinum Caraffam Neapolitanum, pontificem Antiochensem, anno 1500. Non aliud à me propemodum quęsitum est, quàm ut ea subinde adnotarem, carptimq; colligerem, quæ & honestatem eruditionis probarent, ac meliora præsertim ingenia iuuarent. Multa in his comperies, quæ ad ius ciuile & pontificium faciunt, alia rursus quæ ad institutiones ueterum & humaniores disciplinas pertinent. Necp difficiles quæstiones aut nimis anxias tractauimus, sed ciuiles in primis & honestas. Libuit autem hoc potissimum in opere quandam rerum uarietatem, & quasi syluam obseruationum admittere.

De poëtis Latinis libri 5. in quibus multa ueterum poëtarũ fragmenta referuntur. Ex præfatiõe scripta, anno 1505. A Liuio Andronico exorsi sumus, qui princeps apud Latinos habitus est in ædendis carminibus: peruentũq; est usq; ad Theodosij Aug. tempora, quibus Romana omnis eruditio simul cum maiestate imperij cõmi nuta est; idq; effecimus summa breuitate imitati Suetonium Tranquillum, his ma-

„ xime libris, quos de grammaticis ac rhetoribus Latinis compoſuit. In fine huius
Ber. Oricellarius. „ præfationis nominat Ber. Oricellarium, cuius libri (inquit) de urbe Romana facile
„ probaturi ſunt omnibus poſteris, quantum illius diligentiæ iure optimo ſit conce-
„ dendum, in obſeruandis atq; illuſtrandis antiquorũ monimentis. Poëtæ Latini quorũ uitas & ſcripta his quinq; libris recenſet Crinitus, ſunt numero 96. â Liuio Andronico ad Sidonium Apollinarem: crediderim aũt Lilium Gyraldũ quicquid in eis ſcitu dignũ legitur tranſtuliſſe in ſuũ opus de poëtis. In epilogo huius operis promittit libros de grãmaticis atq; oratoribus paulò mox in lucem prodituros: itidẽ in epilogo operis de honeſta diſcipl. libros cõplures epiſtolicarũ reſponſionũ, Poëmatũ, ſiue odarũ uariỽ argumẽti lib. 2. Ex præfatione Luceiỽ Veronenſis ad
„ Petrũ Bembum. Cupiebã magnopere hæc poëmata legere, non tantũ quia per-
„ multũ delector illius ingenio, ſed quoniã ex tuis epiſtolis ſæpe inteliexi, quantum
„ præſtaret noſtris temporib. in hoc etiã genere ſcribendi, in quo perpauci (ut uide-
„ mus) æquo animo legi poſſunt. Audio cõplura alia ab eodẽ Crinito cõpoſita eſſe,
„ eaq; haberi cum alibi locis multis, tum Ferrariæ apud Eſtenſes principes.

Ioan. Lodouicus Viues de A. Gellio ſcribens: Sanior eſt (inquit) æmulus eius Petrus Crinitus.

Epiſtolæ quædam Petri Criniti leguntur, libro 2. epiſtolarum Ioan. Franciſci Pici, & libro 12. epiſtolarum Ang. Politiani.

PETRVS Criſpus, ſcripſit in 2. Infor. de legatis 1. l. 1.

PETRI Curſiỽ ciuis Romani poëma de urbe Faliſcorũ & Veientũ, excuſum Romæ.

Eiuſdem Roma, ſiue carmen heroicum lachrymabile ad humani generis Seruatorem in Vrbis excidio: cum epiſtola ad Ludouicam Franciſci Francorum regis matrem, ſcripta ex Vrbis cadauere, ut ipſe loquitur, anno 1527. qua petit auxilium contra milites Cæſarianos. Impreſſa Baſileæ apud Rob. Vuinter, 1544. in libello uariorum poëmatum.

Liber quidã in ſcriptus Defenſio, cui reſpondit Deſ. Eraſmus, ut ſupra dictum eſt Tomo nono operum Eraſmi.

T. cl. 1300. PETRVS de Dacia, uir doctus, & Græci ſermonis non ignarus, fertur multa in aſtronomia, & arte calculatoria ſcripſiſſe opuſcula, quæ ad computum eccleſiaſticum non inutilia iudicantur:

De calculo ſeu computo,	lib. 1.	Calendarium quoq;	lib. 1.
Et tabularum ſuarum,	lib. 1.		

Cætera & ſi multa ſint quæ compoſuit, ad me tamen non uenerunt.

PETRVS Daguinus Mediatus, uide ſupra in Hen. Corneliỽ Agrippæ præfatione in artem breuem Lulliỽ.

T. cl. 1050. PETRVS Damiani ex monacho diui patris Benedicti epiſcopus Hoſtienſis, & Romanæ eccleſiæ Cardinalis, de cuius opuſculis ſubiecta feruntur. Ad Leonem eremitam, utrum ſolitarius orans horas canonicas, debeat etiam dicere, Dominus uobiſcum, quando nemo ſit qui reſpondeat, opuſculũ inſtructum quod prænotatur.

Dominus uobiſcum,	lib. 1.	Domino Leoni amore.	
Apologeticorum,	lib. 3.	Domino ſuo Nicolao uni.	
De incontinentia ſacerdotũ,	lib. 1.	Nuper habens cum nonnullis.	
De uxoribus clericorum,	lib. 1.	Vos alloquor ô lepo.	
Regula ſolitariorum,	lib. 1.	Dum feruorem ſanctæ con.	
Exhortatoriũ ad monachos,	lib. 1.	Fratribus in Gangenſi.	
Miraculorum ſui temporis,	lib. 1.	Dilectiſſimo Gerardo.	
De profectu monachorũ,	lib. 1.	Antilogion contra Iudæos,	lib. 1.
De auaritia prælatorum,	lib. 1.		
Vita Odilonis abbatis,	lib. 1.	Hugo Cluniæ abbas.	
De terrore mortis,	lib. 1.	Blancæ olim comitiſſæ.	

De me-

De meditatione mortis, lib. 1. Pensandum quippe est.
Cõtra episcopos symoniacos, lib. 1. Contra quendam episcopum, lib. 1.
De insolentia malignorum hominum, lib. 1.
Gratissimus seu probatissimus, lib. 1. Domino H. Rauennaticæ.
Declamationis rhetoricæ, lib. 1. De naturis quorundã animaliũ, lib. 1.
De Flora & Lucilla, lib. 1. Adhuc dilectissimi uir.
De Cassiano martyre, lib. 1. Admirabilis & gloriosa.
De sancto Bonifacio, lib. 1. Beati Bonifacij gloriosa.
De sancto Anastasio, lib. 1. Ad pulchrum fratres cha.
Sermonum & homiliarum, lib. 1. Et alia multa quæ non uidi.

* Vide apud Raph. Volaterranum.

PETRVS Dasypodius, natione Heluetius, uir utraq; lingua doctissimus, olim Tiguri præceptor meus, iam per aliquot annos bonas literas Argentorati magno discipulorum fructu docet. Lexicon Græcolatinum in usum iuuentutis diligenter congessit, ablatis si bene memini dictionibus obsoletis, aut barbaris, & authorum testimonijs, quæ in maioribus Lexicis habentur, ut quæ tyronibus non sint necessaria. Rihelius excudit Argentorati, 1539. in 4.

Eiusdem Dictionarium Latinogermanicum, & uiceuersa Germanicolatinum, ex optimis Latinæ linguæ scriptoribus concinnatum, cum appendice uocabulorum in locos & classes apte digestorum, quos recenset catalogus ab initio operis. Rihelius excudit Argentorati iam sępius: magno enim studiosorum applausu non immerito subinde distrahitur. Aeditio postrema, quod uiderim, exiuit anno 1541. in 8. chartis 53. recognita & locupletata per authorem, generibus nominum, uerborumq; præteritis & supinis adiectis.

PETRVS Edissenæ ecclesiæ presbyter, scripsit Syro sermone multa præclara uolumina, de quibus ad notitiam meam solis titulis paucissima uenerunt. T. cl. 450.

In Psalmos commentarij, lib. 1. In Psalmos etiam metro lusit, lib. 1.
Homilias ad populum dictauit, & habuit penè infinitas, quæ apud nos raro inueniuntur. * Vide Gennadium.

PETRI Floris Hispani carmina quædam leguntur in libro Epigrammatum Scholæ Christianæ Basileæ impresso.

PETRI Francisci Pauli ex Galenica secta medici Florẽtini tractatus de uenæ sectione aduersus Auicennam: chartæ 2. impressæ Lugduni apud Gryphium, 1534. in 8. cum alijs Nouæ academiæ Florentinæ opusculis contra Auicennam.

PETRI Galatini ordinis Minorum, artium & sacræ theologiæ doctoris, ac Laurentij Pucij Cardinalis familiaris, opus de arcanis catholicæ ueritatis, in Hebraicis libris, præsertim in Talmud inuẽtis, in defensionem præstantissimi uiri Ioan. Capnionis, & aduersus Iudaicam nostri sæculi obstinationem, dialogo æditum, atq; inuictissimo Maximiliano Cæsari semper Aug. dicatum: peractum ab authore Barij anno uirginei partus, 1516. fauente Isabella de Aragonia Mediolani ac Barij duce, impressum Orthonæ maris, 1518. in fol. chartis 156.

Impulerunt eum ad scribendum hoc opus cum alij multi, tum Cardinalis prædictus, & Leo X. pont. max. & Maximilianus Cæsar, cuius etiam epistoliũ huic operi præfixũ est. Libri sunt septem, & singuli per capita diuisi. Testimonia ubiq; creberrima adducuntur ex multis & uarijs Hebræorum libris in lingua Hebraica, eademq; mox Latine redduntur. Collocutores sunt, ipse Galatinus, Capnio, Hogostratus. Verba Capnionis in epilogo libri: Ego quidem Galatine (ut « ex animi sententia loquar) quæcunq; dixisti, adeo bene adeoq; eleganter te dixisse « arbitror, ut neminem aut melius, aut elegantius, præsertim tam breui tempore, di- « cere potuisse existimem: Quod profecto nequaquam facere ualuisses, nisi spiritu « sancto afflatus fuisses; Vt qui olim per prophetas Messiæ mysteria pronunciaue- «

„ rat, ille idem nunc per te eadem mysteria lucidius enuclearet. Vnde palàm ostendi
„ tur quàm utile, quàm proficuum, quàm conducibile sit Christianæ reipub. Chri-
„ stianum theologum Hebraicas non ignorare literas: ex quibus tot catholicæ veri-
„ tatis arcana tam exacte eruisti. Quibus non modo obstinata Iudæorum nostri tem
„ poris perfidia sic penitus conuincitur, ut ulterius nec hiscere quidem audeant:
„ uerumetiam & orthodoxæ fidei ueritas maxime confirmatur, & multa ac prope
„ infinita sacræ scripturæ ueteris instrumenti loca, quæ uel scriptorũ uitio, uel tem-
„ porum longitudine, apud Græcos Latinosq; uitiata habentur, examussim pro no-
„ stra fide emendantur.

T. PETRVS ordinis fratrum Prædicatorum, natione Gallus, & eiusdem religionis in Francia Prior prouincialis, composuit per anni circulum non spernendos,
Sermones de tempore, lib. 1. Sermones quoq; de sanctis, lib. 1.
Et alia quædam incognita mihi.

PETRVS quidam, Gallus ut puto, Maiorano & Leone imperantib. floruit. Plærisq; in locis cõmendat eum Apollinaris Sidonius, qui utraq; niteret facundia: sed eius, quod sciam, nihil hodie legitur. Gyraldus.

PETRVS Gamboñ iurisperitus, scripsit de seruitutibus.

PETRVS Garsias de Xantiua, citatur in Chrysopasso Io. Eccij, inter scriptores theologos.

PETRVS Gerardus iurisperitus ædidit Singularia.

PETRVS Gillius Albiensis, Lexicon Græcolatinum locupletauit, quod Curio impressit Basileæ, 1532. in fol. chartis 234.

PETRVS Gyllius, natione Gallus, uir utraq; lingua doctissimus, & de bonis literis perpulchre meritus, transtulit Theodoreti commentarios in 12. prophetas, qui & impressi sunt: & in præfatione Philonis quoq; libros 36. promittit.

Aeliani de animalium historia libros 16. Latinos fecit ad Franciscũ regem Gallorum, & corollaria passim suis locis adiecit ex Porphyrio, Heliodoro, Oppiano. Eiusdem liber de piscium Massilienſium Gallicis & Latinis nominibus: quibus & alia quædam Genuæ & Venetijs præsertim usitata non raro adduntur. Gryphius excudit Lugduni, 1533. in 4. chartis 79. & dimid. ex quibus libri de piscibus chartæ sunt 7.

„ Ex præfatione in libellum de piscibus. Statueram diutius cõprimere hoc opus,
„ quoad Oceani Gallica littora & Hispanica perscrutatus, huic & reliquæ tractatio-
„ ni de bestiarum nominibus terrenarum, & uolatilium, maturitatem quandam af-
„ ferre possem, &c. Ante biennium Venetijs mihi narrauit se breui in Galliam redi-
turum, opusq; suum de piscibus prælo commissurum, quod nondum ab eo præstitum puto.

PETRVS Godofredus Remeus Io. Murmellij tabularum opuscula in epitomen redegit. Gryphius excudit Lugduni.
Eiusdem erotemata siue isagoge in primas literas. Ibid. 1538.

PETRVS Heliæ scriptor iuris, citatur in Summa Angelica.

PETRI Herimontani paucula quædam legi de laudibus Germanorum, quos Italis confert & præfert: Impressa in libello de Germanorum historijs, Marpurgi ab Egenolpho, 1542. in 8.

PETRI ab Hipponezarito Martyris uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

T. cl. 1275. PETRVS Hispanus Portugalensis, episcopus Tusculanus, & Romanę ecclesiæ Cardinalis, ac postremo summus pontifex, uir in medicinis ualde eruditus, scripsit medicis non contemnenda opuscula, de quibus feruntur subiecta.
Thesaurus pauperum, lib. 1. De problematibus, lib. 1.
Canones medicinæ, lib. 1. Epistolarum ad diuersos, lib. 1.
Et quædam alia. * Eadem Symphorianus Champerius scribit.

Tractatus

Jam Romanorum Ep. ecclesiæ, tum Sanctitate cognitione insignis. Eo mortuo, ejus scripta à Petro Below Romano, amicitia et peregrinationis comite, edita. Jo. Petr. Valeriano de Literat. Infelicit. App. Tom. 2. fol. p. 55.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1140] - 550r

Tractatus sex logici, cum copulatis elucidatorijs magistrorum in Bursa montis Coloniæ regentium: impressi Coloniæ apud Hen. Quentel, 1503. in 4. Vide supra in Gerardo Listrio.

Pet. Hispani Summulæ cum interpretatione Georgij Bruxellensis, & Thomæ Bricoti quæstionibus textuq; suppositionum, &c. Iannot de Campis excudit Lugduni, 1509. in fol.

PETRVS Iacobus iurisperitus, scripsit Practicam, & librum de arbitris.

PETRI Ieremiæ sermo (theologicus opinor) impressus: ut legi in catalogo bibliopolij cuiusdam Italici.

PETRVS Hœdus. V. Io. Bocatius.

PETRVS Ioannes Oliuarius Valentinus, natione Hispanus, cum ex uetustis codicibus, tum ex interpretibus Græcis castigauit Porphyrij Isagogen, Prædicamenta Aristotelis, librum de enunciatione, & priora resolutiora. Vuechelus excudit Parisijs Græce.

Annotationes in Ciceronis opus de finibus bonorum & malorum, ibidem excusæ, 1537. in 8. & Basileæ, 1544.

Scholia in Ciceronis fragmentum de somnio Scipionis, partim emendata, partim nunc primum ædita. Item, Summa capita in Ciceronis philosophiam moralem. Rob. Vuinter excudit Basileæ, chartis 5. & dimid. cum alijs quibusdam libellis, 1538. in 4.

Annotationes in librum secundum historiæ naturalis Plinij, impressæ Parisijs à Vuechelo.

Annotationes in Pomponij Melæ de situ orbis libros tres conscriptæ ab authore Lutetiæ, anno 1536. ibidem excusæ, & Basileæ apud Rob. Vuinter in 8. chartis ferè 10. cum Hermol. Barbari castigationibus in eundem, & Solini Polyhistore.

Ex epistolio authoris ad finem Scholiorum. Quisquis es qui has nostras annotatiunculas legeris, sic habeto, me tantum curasse, ut Mela nusquam non mendosus prodiret castigatior: deinde, ut ueteribus nominibus noua redderem. Alterum præstitimus iudicio eruditissimorum uirorum, & in primis Guilielmi Budæi, &c. "

De prophetia & spiritu prophetico liber, impressus Basileæ apud Ioan. Oporinum, 1543. in 4. diuisus per 18. capita, quorũ series ab initio præmittitur: sunt aũt hæc. Præfatio. Notatio ac origo uocis prophetia, quid ꝓphetia & quæ cõplectatur. De uisione. De uerbo. Diuisio eorundẽ. De lẽmate. De ꝓphetia quæ fit per somnium. De ecstasi. De angelica & humana prophetia. Quot modis fiebat prophetia. De spiritu prophetico. Varia spiritus acceptio et multiplex. De uera acceptione spiritus prophetici. De insinuatione & inspiratione, quomodo scilicet spiritus sanctus se insinuet. De apparitione spirítali.

PETRVS episcopus nouæ ciuitatis, natione Italus ex oppido Bruniquelli, ordinis fratrum eremitarum S. Augustini, ædidit plura opuscula, è quib. feruntur subiecta. T. cl. 1410.

Opus quoddam insigne, in quo omnes noui & ueteris testamẽti historias ad alphabeti ordinem redegit, & ad singulas materias dispositi.

Super sententias,	lib. 4.	In Prouerbia Salomonis,	lib. 1.
In Ecclesiasten etiam,	lib. 1.	In Cantica canticorum,	lib. 1.

Et alia multa. Præterea uero totam fermè Bibliam optimis commentarijs exornasse dicitur.

PETRVS Lauinius, philosophus, poëta, & theologus, scripsit tropologicam enarrationem fabularum aliquot Metamorphoseos Ouidij. Impressa est Lugduni in 4.

PETRVS de Leuanderij iurisperitus libellum ædidit de doctoribus.

PETRVS † Lombardus episcopus Parisiensis ex scholastico, usq; in hodiernũ diem suis opusculis theologorum schola ubiq; exercitata, singulari ueneratione magistrum eum nominat & habet. Scripsit ex dictis sanctorũ patrũ cõmendabile opus, T. cl. 1140. † Qui magister sententiarum uocari solet.

Sententiarum, lib. 4. Cupientes aliquid de.
In totum Psalterium, lib. 1. Cum omnes prophetias spiritus.
In omnes epistolas Pauli, lib. 14. Principia rerum requiren.
Sermones uarios, lib. 1.
Alia quoq; non pauca composuit, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

* Textus Sententiarum, cum Conclusionibus Henrici Gorichem, & Concordantijs Bibliæ ac canonum, nec non in principio singularum distinctionum summarijs, nunc primum appositis. Item errores quidam Parisijs reuocati, & articuli in quibus Magister communiter non tenetur. Accedit & Index alphabeticus. Opus impressum in fol. Ex præfatione authoris. In labore multo ac sudore hoc uolumen compegimus ex testimonijs ueritatis in æternum fundatis: in quo maiorum exempla doctrinamq; reperies: in quo per Dominicæ fidei synceram professionem, uipereæ doctrinæ fraudulentiam prodidimus, aditum demonstrandæ ueritatis complexi, &c. Breui uolumine complicaui patrum sententias, appositis eorum testimonijs, ut non sit necesse quærenti librorum numerositatem euoluere, cui breuitas quod quæritur offert sine labore. Argumenta capitum siue distinctionum singulis libris præmittuntur.

PETRVS Lucensis transtulit Plutarchi opus de rebus ac ritibus Romanorũ, & aliud de rebus ac ritibus Græcorum. Habentur impressa Basileæ apud Cratandrum cum cæteris Plutarchi moralibus Latine redditis.

PETRVS de Luna: uide in Io. Gerson. Tomo eius operum primo.

PETRI Mantuani Logica impressa, ut legi in catalogo cuiusdam Bibliopolij Italici.

PETRI Marsi commentaria in libros 3. Ciceronis de natura deorum, impressa Basileæ apud Ioan. Oporinum, 1544. innumeris quibus scatebant mendis repurgata.

Explanatio in Ciceronis libros de officijs, amicitia, senectute & paradoxis, impressa Lugduni, 1514. Petrus Marsus in officia Ciceronis loquacitate penè intolerabilis. Viues.

Annotationes in Terentium, de quibus in Paulo Malleolo dixi.

PETRI Martyris ab Angleria Mediolanensis oratoris, Fernandi & Helisabeth Hispaniarum quondam regum à consilijs de insulis nuper repertis, uel de rebus Oceanicis & Orbe nouo decades 3. quibus quicquid de inuentis nuper terris traditum, nouarum rerum cupidum Lectorem retinere possit, copiose, fideliter, eruditeq; docetur. Videatur Novus Orbis edity Basil. 1555. in fol. p. m. 497.

Eiusdem præterea legationis Babylonicæ libri 3. ubi præterea oratorij muneris pulcherrimum exemplum, etiam quicquid in uariarum gentium moribus & institutis insigniter præclarum uidit, quæq; terra mariq; acciderunt, omnia lectu mire iucunda, genere dicendi politissimo traduntur. Bebelius excudit Basileæ, 1533. in fol. chartis 52. cum indice.

De peregrinationibus suis, & scriptis plura differit author in præfatione sua ad Carolum regem scripta ex Mantua Carpetana, 1516. Ex Aelij Antonij Nebrissen. præfatione. Legatio Babylonica tribus constat libellis epistolaribus, quorum primus quid Petro martyri proficiscenti legato ad Soldanum Babylonicum acciderit in itinere ex urbe Granata Venetias usq; cõtinebit: multaq; de Venetorum institutis & urbe ipsa lectu sapida. Secundus, nauigationem ipsius à Venetijs in Alexandriam Aegypti. Tertius, quid apud Soldanum orator egerit, quæ memoratu digna uiderit: de Soldani ac Mameluchorũ origine, uita & moribus, multisq; cuiq; ingenio celeberrimis, iucundissimus index erit. Petrus Martyr nauigationes oceani & orbem nouum repertum suo tempore monimentis literarum consignauit: sed postea sunt res ampliores consecutæ, & quæ fabulosæ uidebuntur ad posteros, quum sint tamen multò uerissimæ. Viues. Libro secundo de legatione Babylonica, testatur se illum conscribere anno Domini, 1502.

PETRI

PETRI Martyris, natione Itali, uiri pietate & doctrina præstantis, catechismus siue Symboli expositio Italice. Libellus impressus nuper Basileæ apud Ioan. Oporinum. Hoc tempore iam senex Argentorati sacras literas publice interpretatur, Italiam ob Euangelij professionem relinquere coactus. Multum ualet eloquentia, & in tribus linguis eruditionis est clarissimæ.

PETRVS Matthæus Carrantus, librum Italicum de gestis Mutij Attendulæ, Cottignolani, & Sphortiæ, Latinitate donauit. Impressus est Bononiæ. Is liber (ni fallor) à Paulo Iouio primum Italice scriptus est: uide supra.

PETRVS Mathesilanus scripsit in locum primi Codicis, famil. hercis. l. filium quem habentem.

PETRVS Maurocenus, patricius Venetus, ecclesiæ Romanæ episcopus Cardinalis, fertur multa præclara cudisse opuscula: sed ego usq; in præsens nihil eorum uidi. Fertur eius insigne uolumen, T. cl. 1418.

Super 6. decretalium, lib. 1. Et uariæ determinationes.

PETRI Mochij opusculũ de cruciatu exilioq; Cupidinis. Vuechel. excudit Parisijs.

PETRVS monachus ordinis S. Dominici, historiam scripsit sanctorũ, quos Iacobus è Voragine prætermerat. Raph. Volaterranus.

PETRVS de Monte præsul Brixiensis, Iuris Repertorium appellatũ ædidit. Raph. Volaterranus. Eiusdem opus Monarchia inscriptum extare fertur.

PETRVS Mosellanus Protegensis, natione Germanus, & inter primos ut arbitror politioris literaturæ nostro sæculo restauratores numerandus, claruit Lipsiæ circa annum, 1518. Ex eius scriptis ad manus nostras uenerunt, quæ sequuntur.

Pædologia in puerorum usum conscripta & aucta. Dialogi sunt 37. Gymnicus impressit Coloniæ, & Froschouerus Tiguri cum Christophori Hegendorphini dialogis 12. anno 1540. in 8.

Tabulæ de schematib. & tropis, impressæ Argentorati in 8. Ex authoris præfatione. Quæcunq; ad hanc rem pertinent ex ꝓbatissimis †scriptoribus tum Græcis tum Latinis in breuem hanc tabellam cõgessi, certaq; descriptione arctaui, &c. Primum impressæ sunt hæ tabulæ duabus aut tribus chartis ab altera parte tantũ, ita ut in parietem affigi liceret, deinde in libellis ut dixi. †Tullio, Fabio, Diomede, &c.

Præceptiones de primis apud rhetorem exercitationibus, in priuatum discipulorum suorum usum scriptæ. Excusæ Argentorati, 1534. in. 8.

Oratio de uariarum linguarum cognitione paranda: impressa Basileæ in 4.

Annotationes in A. Gellij Noctes Atticas, impressæ Coloniæ apud Soterem, 1533. in 8. chartis 12. & Basileæ à Bebelio: & Lugduni à Gryphio.

In M. Fabij Quintil. rhetoricarum Institutionum libros 7. annotationes: impressæ Basileæ apud Adamum Petrum, 1527. in 8. chartis 21. & Lugduni à Gryphio. Sub titulo in fronte libri Basileæ impressi, typographi uerba leguntur ista: Extant in hoc genere penes nos quædam in Demosthenis orationes, quæ paulò post seorsim per nos ædentur. Hæc ille. Ego hactenus nihil huius generis impressum uidi.

Dialectica Georgij Vallæ cum scholijs Petri Mosellani. Gymnicus excudit Coloniæ: chartis 6. & Bebelius Basileæ cum ipso Georg. Vallæ libello de expedita argumentatione, 1529. in 8. chartis 6. Promittit autem titulus Basilienſis Mosellani scholia in categoremata & categorias tantum.

Ex Græcis Latina fecit,

Gregorij Nazianzeni sermonem de natalitijs Christi festis: qui & impressus est. Isocratis orationem de bello fugiendo, & pace seruanda. Excusa est ea translatio Basileæ apud Thomam Vuolphium, 1522. in 4. cum præfatione ad Fridericum Saxoniæ ducem: et ibidem eodem tempore apud Frobenium Græco textui è regione posita, sine præfatione prædicta, cum Libanij quibusdam per Des. Erasmũ uersis.

PETRVS Nannius Alcmarianus transtulit orationem Demosthenis de immunitate

aduersus Leptinen. Oporinus excudit Basileæ, 1544. in 8. cum eiusdem oratione contra Androtionem per Bassianum Landum uersa.

Athenagoræ liber de resurrectione mortuorum, eodem interprete. Vuechelius impressit Parisijs.

Dialogismi Heroinarum Pe. Nannio authore, ibidem excusi.

Declamatio in eos qui negant bellum Turcæ inferendum, impressa, Basileæ ut puto, cum alijs quibusdam eiusdem argumenti.

PETRVS Niger quidam (ornamentis orationis, ut sibi uidebatur, admodum candidus) componendi leges & collocandi præcepta memoriæ literarum mandauit. Io. Lodouicus Strebæus lib. 1. cap. 4. de uerborum electione & collocatione.

PETRI Noueni Salacensis opera quædam, nescio cuius argumenti (quanquam ante biennium Basileæ mihi uisa) excusa sunt.

PETRVS Numagen Treuereñ. sacerdos in urbe nostra circa annum Domini, 1483. scripsit de Nicolao Subsyluano Heluetio, qui lõgo tempore sine cibo solitarius sancte uixisse creditur: item tractatum de spirituum apparitionibus ac phantasmatib. extant in Bibliotheca publica apud nos authoris manu, ni fallor, cõscripti. Stilus est barbarus.

T. scripsit anno 1300. Raph. Volaterranus.

PETRVS de Palude, natione Gallus, ordinis fratrum Prædicatorũ, ædidit quædam præclara in scripturis sanctis uolumina, è quibus feruntur.

Super Sententias, lib. 4. Quæstiones uariæ, lib. 1.
Et diuersi sermones, lib. 1. Et alia multa.

Multos etiam Bibliæ libros suis commentarijs ornasse dicitur & exposuisse.

* Citatur in Summa Angelica. Cõmentarij eius super tertio & quarto Sententiarum, impressi sunt Parisijs in fol. 1530.

PETRI Papæ iurisperiti Consilium, ad quem spectet electio episcopi.

PETRI Papei Samarites comœdia de Samaritano euangelico. Io. Gymnicus excudit Coloniæ, 1539. in 8. cum Erasmi Rot. carmine Bucolico.

T. cl. 1200.

PETRVS cantor Parisiensis & postea (ut ferunt) episcopus, scripsit quædam præclara opuscula, de quibus pauca ad manus nostras memini peruenisse. Volumẽ prænotatum,

Verbum abbreuiatum, lib. 1. Verbum abbreuiatum.
Distinctionum aliud, lib. 1. Abel dicitur principium.
Grammatica theologorum, lib. 1. Sermones uarios, lib. 1.
De quibusdam miraculis, lib. 1.
De sacramentis quoq;, lib. 3. Circuibat populus.

PETRVS Paulus Parisius scripsit in 2. Decret. de testibus. c. cum nuncius. Item de præscriptionibus & exceptionibus, ex eodem.

T. cl. 1420.

PETRVS Paulus Vergerius, patria Iustinopolitanus, Græco & Latino sermone ad perfectum instructus, Chrysoloræ Byzantini philosophi apud Venetias Græcas literas docentis quondam auditor: Scripsit quædam præclara opuscula, è quibus extat insigne opus, continens de gestis Carrarieñ. dominorum.

Historiam perpulchram, lib. 1. b De ingenuis moribus, lib. 1.
a In laudib. diui Hieronymi, lib. 1. Et alia multa.

* Petrus Paulus Vergerius, claruit in Concilio Constantiensi, centesimum ab hinc annum, liberalium omnium disciplinarum bene peritus, ut eius scripta, quæ permulta ædidit, testant. Andreas Diuus in dedicatione translationis suæ Homericæ ad Petrum Paulum Vergerium superioris gentilem.

Pet. Paulus Vergerius iunior.

a Laudatio D. Hieronymi: extat cum Tomo 2. operum Hieronymi impressa.

De gestis principum Mantuanorum liber, impressus opinor.

Petri Pauli Vergerij Iustinop. iurisconsulti, de repub. Veneta liber 1. excusus Romæ, 1526. in 4. chartis 5. & dimid. Circa finem promittit alterũ librum, in quo dicturus

dicturus sit de legibus Venetis & magistratibus, &c. qui, ut audio, in publicum non exiuit.

b De ingenuis moribus ac liberalibus studijs libellus ad Vbertinum Carrarien. sem, impressus Basileæ apud Robertum Vuinter, 1541. in 8. chartis ferè 4. cum L. Vitruuij Roscij de docendi studendiq; modo, & claris puerorum moribus libello. Phrasis, ut mihi uidetur, pura est & elegans. Capita hæc sunt. Qua ratione in pueris ingenia dignoscantur, & qua item tractandi sint. Quæ sint liberalia studia quibus institui adolescentes debeant.

Arriani libros de rebus gestis Alexandri Magni Latinos fecit, idq; de industria inculto sermone, ut à Sigismundo imperatore parum docto intelligi possent, quod Bartolemæus Facius in præfatione super sua translatione eorundē librorū testat.

PETRI Pellitarij commentarius in orationem pro Cecinna, impressus.

PETRVS de Perpiniano, dictus Rimi, natione Cathalanus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, ædidit multa non contemnendæ lectionis opuscula, è quibus feruntur: T.

Quæstiones sententiarum, lib. 1. In toto Psalterio, lib. 1.
Sermones uarij, lib. 1.

De alijs autem quæ composuit, nihil ad notitiam meam usquam peruenit.

PETRVS de Perusio iurisperitus, scripsit de mutatione status ecclesiarum.

PETRVS Philippus Corneus: uide Philippus Corneus.

PETRVS Pintor natione Hispanus, patria Valentinus, Alexandri Pont. sexti medicus, scripsit in medicinis plura opuscula, de quibus tantum uidi de epidimia lib. 1. Symphorianus Champerius. Alteri cuidam Petro Hispano quidam inscribunt librum circa instans (cuius Platearius author est) & plæraq; alia.

PETRI Pitati Veronensis Mathematici Almanach nouum superadditis annis v. supra ultimas hactenus ædītas Ioan. Stœfleri ephemeridas, 1551. usq; ad futurum Christi annum, 1556. cum Isagoge in Astronomia, de electionibus, reuolutionibus, mutatione aëris, horarijs tabulis, &c. cum Supplemento ephemeridum eiusdem. Opus impressum anno, 1544. Tubingæ in 4.

PETRI Pomerani Casletensis de studijs Sapientiæ liber ad F. Ferdinandū Aualum illustrissimum Piscariæ dominum: excusus Mediolani apud Caluum, 1542. in 4. chartis 3.

Eiusdem de ratione instituendi pueri ad illustrissimum uirum Ioan. Comitem in Tarnouu: charta dimid. ibidem.

PETRVS Pomponacius Mantuanus philosophus. Vide supra in libro Augustini Niphi de immortalitate animæ. f. 108.

PETRI Pontani cæci Burgensis ars Grammatica, impressa Parisijs in 8. anno 1528.

PETRI Rantæ Veromanduí dialecticæ partitiones, impressæ Parisijs in 8. anno 1543.

PETRVS Rauennas episcopus. Vide Petrus Chrysologus.

PETRI Rauennatis ars memoratiua, liber impressus.

PETRI de Rauenna I.C. scripta extare inuenio, quæ sequuntur; Aureum alphabetum, Compendium iuris ciuilis, Compendium iuris canonici, Disputatio de corpore suspensi in patibulo si remanere debeat, in aureo alphab. & an decimæ sint de iure diuino: incipit, Vidi.

PETRVS Raymundi de Insula grassa, natione Gallus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semp uirginis de mōte Carmeli, quintusdecimus Prior generalis, scripsit elegāter. T. cl. 1343.

Super Sententias, lib. 4. Et quædam alia.

PETRVS de Regio. Vide supra in Haliabenragel. fol. 298. b. uersu 20.

PETRVS clericus ecclesiæ Remensis, dictus de Riga, carmine & prosa scripsit non pauca uolumina, è quibus ego uidi opus tantum metricum insigne super Bibliam quod Auroram prænotauit, ut sequitur: T.

In Geneſim, lib.1. Initium mundi quales.
In Exodum, lib.1. Hæc duodena patrum.
In Leuiticum, lib.1. Vox autem domini Moyſen.
In Numeros, lib.1. Alloquitur Moyſen deus.
In Deuteronomium, lib.1. Hæc ſunt uerba dei.
In Ioſue, lib.1. Poſt Moyſen Ioſue.
In Iudicum, lib.1. Peccat Hebræus, ait.
In Ruth, lib.1. Ad Ruth feſtinat pe.
In Regum, lib.3. Monte manens Effra.
In Cantica canticorum, lib.1. Solus Origenes cum do.
In quartum Regum, lib.1. Regnauit Salomon.
In Danielem, lib.1. Poſtquam ſubiectos ſibi.
In Tobiam, lib.1. Qui legis hiſtoriam.
In Iob, lib.2. Librum Iob Moyſi quidam.
In librum Iudith, lib.1. Euſtochio Paulæq;.
In librum Heſter, lib.1. Vſq; ſub Aethiopes quæ.
In libros Machabæorum, lib.1. Magnus Alexander.
In Euangelicam hiſtoriam, lib.1. Claruit Herode ius re.
In Actus Apoſtolorum, lib.1. Tyberij nonodecimo.
Recapitulationum, lib.1. Hæc de lege noua uet.
De Grammatica, lib.1.

Alia inſuper multa ædidit, quæ ad notitiam meam non uenerunt. In præfatis opuſculis libros hiſtoriales Bibliæ mira breuitate expoſuit obſeruata diligẽter lege metri, hiſtorico allegoricoq; ſenſu ſingula declarauit.

PETRVS Rogerius. Vide Clemens Papa VI.

T.cl. 1420. PETRVS de Roſenhem monachus Mellicenſis cœnobij in Auſtria, ordinis ſancti Benedicti, natione Teuthonicus, ædidit tam carmine quàm proſa non abijcienda opuſcula, è quibus extat opus metricum, ad dominum Brandam Cardinalem ſancti Clementis legatum Apoſtolicum in Auſtria ſuper totius Bibliæ capita, quod prænotauit.

Ej. Rationarium Euangeliſtarum.

Roſeum memoriale diuinorũ, lib.1. Aſtripotens cœlum terram.
Hiſtoria temporũ notabilis, lib.1. Sermones uarij, lib.1.

PETRI Roſſeti poëtæ laureati, Chriſtus, lib.3. Eiuſdem Paulus de laboribus beatiſſimi apoſtoli lib.6. Ioan. Oporinus excudit Baſileæ nuper in 8.

» Ex præfatione Ioan. Oporini. Damus Petri Roſſeti Pariſienſis poëtæ nuper » adeò defuncti carmẽ, tam quod de Chriſto ex Euangelica hiſtoria tribus libris pau » lò ante obitum ſuum imperfectum adhuc reliquit, quàm alterum iſtud prius ab eo » dem de D. Pauli apoſtoli rebus geſtis ex Actis apoſtolorũ ſex libris elucubratum.

PETRVS Ruellius. Vide in Ioan. Ruellio.

PETRVS Salernus ſcripſit in locũ 1. ff. uet. de pactis. l. reſcriptũ. paragr. ſi quis pacto.

T. PETRVS de Saxonia, natione Teuthonicus, ordinis fratrum Minorum, ſcripſit in genij ſui quædam præclara uolumina, quæ ſuo tempore in pretio habebantur. E quibus extat inſigne opus confeſſoribus utile,

Summa caſuum, lib.1. Sermones de tempore, lib.1.
Sermones de ſanctis, lib.1.

Cætera quæ compoſuiſſe dicitur, ad notitiam meam non uenerunt.

T.M. 1491. PETRVS Scotus, natione Teuthonicus, patria Argentinenſis, canonicus ſancti Petri iunioris ibidem, ſcripſit tam metro quàm proſa quædam pudica elegantiſſimaq; opuſcula, quibus ſe poſteris commendauit. De ſanctis Ioanne Baptiſta, Euangeliſta, & Chryſoſtomo ſcripſit pulchrum & delectabile opus,

Carmine elegiaco, lib.1.

Laudes

Laudes Ioannis Gerſon, lib. 1. Ioannes Gerſon pari.
†Epiſtolas elegantiſſimas, lib. 1. † *Impreſſæ ſunt Argentorati.*
Carmina inſuper diuerſa, uario metrorum genere compoſuit.

PETRVS archiepiſcopus Senonenſis, ſcripſit ualde ſubtiliter ſententijs patrum appoſitis. T.
In epiſtolas Pauli omnes, lib. 14. Sermones etiam uarios, lib. 1.
Diuerſos etiam libros Bibliæ diligenter expoſuit, aliosq; tractatus & uarios & utiles ſcripſiſſe dicitur, qui ad notitiam meam non uenerunt.

PETRVS de Spira, ordinis fratrum eremitarum ſancti Auguſtini, natione Teuthonicus, ſcripſit quædam præclara opuſcula, è quorum numero feruntur. T.
Sermones de tempore, lib. 1. Sermones de ſanctis, lib. 1.
Super libros Ethicorum, lib. 8. Alia uero quæ compoſuit, ad notitiam noſtræ lectionis nondum uenerunt.

PETRVS de Stagno ſcriptor iuris, citatur in Summa Angelica.

PETRI Stellæ diſputatio de creditore, impreſſa Pariſijs apud Vuechelum.

PETRVS Subertus ſcripſit librum de uiſitatione in uinea Domini.

PETRVS Summontius omnes Ioan. Iouiniani Pontani obſcuriores locos explicauit, & præfationes aliquot operibus eius præfixit, quæ unà cum illis impreſſa habẽtur.

PETRI de Superuilla Conſilium, an Eccleſia poſſit infeudare ſine conſenſu Domini.

PETRVS Sutor monachus Carthuſianus, ſcripſit de translatione Bibliæ, librum impreſſum. Ad huius Apologiam Deſ. Eraſmus Antapologiam ædidit, quæ continetur Tomo 9. operum ipſius.

PETRVS Tataretus Pariſienſis ſcripſit expoſitionem in totam ferè philoſophiã Ariſtotelis: In logicã, phyſica, de cœlo & mundo, generatione et corruptione, meteora, de anima, de ſenſu & ſenſibili, memoria & reminiſcentia, ſomno & uigilia, longitudine & breuitate uitæ, & metaphyſica quædam. Expoſitio totius Logicæ Ariſtotelis ſeorſim excuſa eſt olim, & phyſica ſeorſim, utraq; in paruo folio (Pariſijs ut uidetur) apud Claudiũ Dauoſt aliàs de Troys: anno 1509. quo tempore etiam ipſe author claruit.
Expoſitio in Summulas Petri Hiſpani cum textu, unà cum additionibus. Liber ibidem & eodem tempore excuſus.

PETRVS de Tarantaſia ordinis Prædicatorum & poſt Gregorium decimum Papa Innocentij quinti nomine canonice conſecratus, ſedit in pontificatu ſummo menſibus tantum quinq;, ſcripſit multa præclara, è quibus extant. T. cl. 1275.
Super ſententias, lib. 4. Nunquid noſti ordinem.
† In epiſtolas Pauli omnes, lib. 14. Principia rerum inquiren. † *Extant Tiguri in publica bibliotheca manuſcripti, Petri nomine ſolum.*
In Pſalmos quoq;, lib. 1. In Cantica canticorum, lib. 1.
Scripſit & alias in Bibliam lecturas, ut dicitur plures, quas necdum uidi.
* Petrus Tarantaſien. Thomæ Aquinatis opera in epitomen redegit. Raph. Volaterranus.

PETRVS Textor Leuidenſam texuit: licebit tamen officinam eius nonnunquã conſulere, quamuis perturbatã nec ſemper certam: ut erat author literarũ Græcarum prorſum ignarus, nec in Latinis magnę dexteritatis: meruit tamen diligẽtiæ aliquã laudẽ. Io. Lod. Viues. Opinor aũt ſcribẽdũ eſſe, Io. Rauiſius Textor, de quo ſupra.

PETRVS Thomas, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper uirginis de monte Carmeli, primum epiſcopus Pacenſis, deinde Cretẽſis archiepiſcopus, nouiſſime uero patriarcha Conſtantinopolitanus, ſcripſit quædam pręclara uolumina, de quibus iſta feruntur. T. cl. 1350.
Super ſententias, lib. 4. Sermones quoq; uarij, lib. 2.
Et quædam ſimilia.

PETRVS Toletus medicus domus Hoſpitalis Lugduneñ. natione Gallus, quẽ ante

quinquenniũ Lugduni uidi, scripsit uniuersalem morbi articularis præcautionem & curationem, Ad libellum Odi de Odis de prandij & cœnæ ratione seu quantitate paraphrasin: Appendices in opusculũ annonymi cuiusdam de morbis puerorum: Epistolas quasdam prodigiosas de rebus futuris. Germanus Rose impressit Lugduni, 1534. in 8.

Ex Latinis Gallica fecit, sextum librũ Pauli Aeginetæ de chirurgia, opusculum Galeni de tumoribus contra naturã, eiusdem libellum de ratione curandi per phlebotomiam. Stephanus Doletus impressit Lugduni, 1540. in 8.

PETRI de Tusignano consilia contra epidemiam, impressa cum fasciculo medicinæ, ut supra dixi in Io. de Karthan.

De regimine sanitatis libellus, impressus Parisijs à Vuechelo.

PETRVS de Vbaldis I.C. (claruit anno, 1344.) patre natus eiusdem nominis, medico, nobili Perusino, Baldum & Angelum fratres habuit, de quibus supra diximus. Doctor fuit utriusq; iuris: sed cum canonici studiosior esset quàm ciuilis, in eo solo elaborauit, & eruditionis suæ multa monumenta reliquit, ut traditur. Ioan. Fichardus. Lucubrationes eius, quas citari inuenio, hæ sunt. De canonica episcopali. De canonica parochiali. De collectis. De duobus fratribus & alijs quibuscunq; socijs, ubi in 11. parte q. 9. tractatus de oliuis & paleis Angeli de Periglis. De muneribus. De permutatione beneficiorum. De mutatione status ecclesiarum. De unione ecclesiarum, & eius reuocatione. De præscriptionibus in 2. Decretal. c. si diligenti.

T.cl. 1317. PETRVS de Verberia, dictus Aureoli, ordinis fratrum Minorũ, & archiepiscopus Aquensis, doctor Parisiensis gymnasij, scripsit multa præclara opuscula, è quibus extant:

Super sententias,	lib. 4.	Quia disciplinati hominis.	
Breuiarium Bibliæ,	lib. 1.	Venite ascendamus.	
De conceptione S. Mariæ,	lib. 1.	Nondum erant abyssi &.	
Sermones de tempore,	lib. 1.	Sermones de sanctis,	lib. 1.

Et alia quæ non uidi. * Citatur in Summa Angelica.

PETRVS Vetruuius, scripsit de modo studendi in Iure.

PETRVS Victor, aliâs Victorius, uir nostro sæculo doctiss. agit aũt Romæ ni fallor, scripsit libellum de regionibus & locis urbis Romæ. Aldus excudit Venetijs, et Platterus Basileæ, 1538. in 8. cum alijs libellis de urbe Roma, cum indice.

vide Publij Victor

Ciceronis libros castigauit, & adiecit explicationes castigationum. Robertus Stephanus Parisijs excudit Ciceronis opera per Pet. Victorium castigata, & quibusdam in locis aucta. Annotationes in Ciceronis epistolas familiares, item castigationes in eiusdem epistolas ad Atticũ, M. Brutum, & Q. fratrẽ, utræq; seorsim excusæ sunt, cum aliorũ quorundã annotationib. in easdẽ epistolas. Basileæ apud Vuinter in 8. 1540. priores (in familiares epistolas) Gryphius quoq; Lugduni dedit. Castigationes in libros de oratore, Brutum, perfectum oratorem, & rhetorica ad Herennium, Oporinus excudit Basileæ nuper cum diuersis aliorum in rhetoricos omnes Ciceronis libros commentarijs.

Eiusdem Victorij annotationes in Catonem, Varronem, Columellam, excusæ Lugduni, 1542. in 8.

Audio expectari eius commentaria in rhetoricam Aristotelis breui excudenda Romæ, nisi fortè iam excusa sunt.

T.cl. 1230. PETRVS de Vineis, natione Teuthonicus, Frederici Imperatoris secundi scriba & cancellarius, scripsit quædam, de quibus ego tantum reperi:

Epistolarũ ex persona Imperatoris,	lib. 6.	Collegerunt pontifices.	
De potestate imperiali,	lib. 1.	* Nominatur etiam inter illos scriptores ex quibus memorabilia sua Bapt. Fulgosus collegit.	

PETRVS

PETRVS Viretus, natus Orbæ (quod oppidum est Heluetiæ Bernensium & Friburgensium ditioni commune) uir in diuinis humanisq; literis promptissimus, tribus linguis eruditus, ecclesiæ Lausannensis ad lacum Lemannū iam per annos aliquot fidelissimus antistes, in Latina lingua ad studiosos & Gallica ad erudiendum populum mire & suauiter disertus, moribus etiam & uita integer ac exemplar uiuum ecclesiæ suæ; triennio mihi Lausannæ Græcas literas profitenti perquam benignū se & familiarem exhibuit. Nihil adhuc quod sciam Latine scriptū ædidit, quamuis eruditione & eloquentia Latine scribendo plærosq; facile superaret; uerum ille maluit primitijs lucubrationum suarum Gallice cōscriptis instituere rudes ac idiotas quosq;, qui huiusmodi institutionibus ad religionē in uernacula lingua ferè destituebantur. Aedidit igitur Gallice dialogos sex Christianarum Disputationum, impressos Gebennis, 1544. in 8. chartis 61. Inscriptiones dialogorum.

1 Alchymia Purgatorij. 2 Officium pro mortuis.
3 Anniuersaria. 4 Adolescentia Missæ. 5 Inferi.
6 Funus Purgatorij, uel τὸ Requiescant in pace. Colloquunt per omnes istos dilogos, Hilarius, Eusebius, Theophilus, Thomas. Maxime autem seruat τὸ πρέπον dialogorum, nempe ut præter doctrinam, festiui quoq; sint & iucundi lectu. Dialogis singulis sua præmittuntur argumenta. Scripsit & Necromantiam Gallice, eodem stili genere dialogum, qui similiter (ut audio) Gebennis iam imprimitur aut impressus est.

Eosdem dialogos in Latinam quoq; linguam ab eo cōuerti fama est: & Gallicos Commentarios in Acta apostolorum parari. Concedat ei Dominus uitā longam & prosperam, ut Ecclesiæ suæ uoce uiua, alijs uero doctis & pijs lucubrationibus diu multumq; prosit.

PETRVS de Vnzola, ciuis Bononiensis, iureconsultus celeberrimus, scripsit ad utilitatem tabellionum, & in legali scientia studentiū egregium uolumen, super continuatione quinti, sexti, & septimi capitulorum Summæ domini Rolandini, quod prænotauit. T.

Auroram nouissimam, lib. 1. Scribarum & tabellionum.
Consultationes uarias, lib. 1.

Alia quoq; nonnulla scripsisse perhibetur, sed ad notitiam meam non uenerunt.

PHACELLI tetrastichon libro 3. Florilegij Græci, sectione 22.

PHAEDIMI Heracleam citat Athenæus.

PHAEDON Eliensis philosophus, Socratis discipulus, &c. Vide Suidam, qui & dialogos ab eo scriptos enumerat.

PHAENNI tetrasticha duo, libro 3. Florilegij Græci.

PHALARIDIS Agrigentinorū tyranni epistolæ aliquot Græcæ, chartis 9. & dimid. impressæ Venetijs in 4. apud Aldū, cum diuersis aliorū Græcis epistolis. Strobæus etiā nōnulla inde citat: & Suidas testatur eum epistolas ualde mirabiles cōposuisse.

PHANIAS aut Phænias, Eresius philosophus, Aristotelis discipulus fuit. Suid. Huius libros aliquot Athenæus allegat, nēpe: Ad sophistas. De poētis. De tyrannis Siciliæ. De plantis. Magistratus Eressi. Tyrannorum cædes ex uindicta.

PHANIAE octostichon libro 1. Florilegij Græci.

PHANOCLIS poētæ uersus aliquot elegos refert Stobæus, de morte Orphei, in sermone quod malus sit amor. PHANOCRITI librum περὶ εὐδοξίου, & PHANODEMI Athidem Athenæus citat.

PHAVORINVS, nomen proprium, apud Græcos scribitur Φαβωρῖνος: uidetur autem originis Latinæ, & scribendum per F. ab initio.

PHAVORINVS Arelatensis ex Gallia sub Traiano & Adriano Cæsaribus corpore hermaphroditus, plenus philosophia, sed rhetoricæ studiosior: in multitudine scribendi Plutarchi Chæronei æmulator. Cōposuit pluriima philosophica & historica;

ex quibus ista feruntur. De Homeri philosophia. De Socrate, & amatoria eius arte. De Platone. De philosophorum diæta, et alia: scripsit etiam Gnomologica. Suidas. Multa ex eius scriptis passim recitantur apud Stobæum.

PHELLI cuiusdam liber Græcus de rebus uarijs, Venetijs habetur manuscriptus. Sed fortè legendum est Pselli, de quo in Mich. Psello dixi, quamuis nullo huius tituli libro commemorato, nisi quis uaria eius philosophica huc referat.

PHERECRATIS fabulas 19. Athenæus citat, quæ nominantur in authorũ indice Athenæi æditioni Basilienſi præmisso. Suidas scribit Comicũ fuisse Atheniensem, qui cum Alexandro militauerit, & fabulas reliquerit 17. Citatur & à Stobæo.

PHERECYDES Syrius, Atheniensis, & Lerius, cum scriptis eorum à Suida commemorantur. Athenæus quoq; Pherecydis historiam allegat.

PHERENICVS Heracleotes Epopœus, Athenæo citatur.

PHILADELPHVS Ptolemæensis philosophus, unus ex dipnosophistis apud Athenæum.

PHILAECI epigrammata Athenæus allegat.

PHILAGRIVS Lycius Macrensis, secundũ Eugenatorẽ: uel, ut ipse Philagrius scribit in epistola ad Philemonem de iecore indurato, Epirota genere, medicus, Naumachij discipulus, Galeno posterior: medicinã Thessalonicæ plurimum exercuit, & libros medicinales reliquit, monobiblos septuaginta, & alios non paucos, item cõmentarium in Hippocratem. Suidas. Aëtius Philagrij citat aloëtica, de colliquante febre, de dulcibus consuetisq; in febri potionib. diætam calculosorũ gracilium, de seminis in somno profluuio, collyrium quoddam, ad anginas, de lienis affectionib. de calculosis renibus, de ganglio, unctionũ confectiones ad uteri suffocationem, & alia præsidia ad idem. Allegatur etiam à Ioanne F. Mesue.

PHILARETI liber de pulsibus, impressus olim cum Ioãnicio, in fol. deinde cũ Theophilo de urinis Albano Torino interprete, charta 1. & dimid. Basileæ apud Hen. Petrum, 1533. in 8.

PHILASTRIVS claruit sub Theodosio, anno salutis 380. Scripsit catalogum hæreseon, 156. Hen. Petrus excudit Basileæ, chartis 12. in 8. anno 1528. Vide supra in Epiphanio uerba Augustini. folio 221. a. uersu 30.

T. cl. 240. †aliàs Thmuis. PHILEAS episcopus † Thebaidæ ciuitatis in Aegypto, de cuius scriptis extat disputatio habita.

Contra iudicẽ iniquum, lib. 1. De laude martyrum, lib. 1.

* Vide Hieronymum.

PHILEAE epigrammatum distichon Stobæus in paregoricis citat.

PHILEMONIS Syracusij Comici Suidas meminit: idem PHILEMONEM comicũ iuniorem, filium Philemonis comici composuisse tradit fabulas 54. Permulti Philemonis senarij passim à Stobæo citantur. Vtriusq; mentionem fecit Athenæus quoq;, Philemonis Comici (sine alio nomine) uiginti fabulas nominatim allegans. Idem Atheniensis PHILEMONIS librum de Atticis nominibus & alium de uarijs oraculis citat.

S. PHILEMONIS anachoretæ περὶ τῆς αὐτοῦ πολιτείας liber Græcus seruatur in Italia.

PHILENI Lunardi & Io. Angeli Odoni Italorum, quos ante annos decem Argentorati familiariter cognoui, epistolia quædam ad Gilbertum Cognatum, impressa Basileæ apud Rob. Vuinter in 8.

PHILES quidam Græcus (Φιλῆς) scripsit uersus senarios (obseruato certo numero syllabarum magis quàm prosodia) ad Michaëlem imperatorem de animalium proprietate. Impressi sunt Venetijs olim Græce in 8. cum Arsenij Monembasiæ archiepiscopi præfatione ad Carolum V. chartis 5. & dimid.

PHILETAS Cous, tempore Philippi & Alexandri, scripsit epigrammata & elegias, &c. Suidas. Citantur uersus aliquot apud Stobæum ex eius Pægnijs. Athenæus allegat PHILETAE Atacta, & Attica.

PHILETAERVS Athenieñ. Comicus, Ariſtophanis Comici filius, fabulas ſcripſit 21. quarũ aliquæ nominantur à Suida. Athenæus etiã paſſim octo ex illis allegat.

PHILINVS rhetor citatur ab Athenæo.

PHILIPPVS nomen proprium apud Græcos, ſignificat ſtudioſum equorum: inde diminutiua PHILIPPION & PHILIPPIDES apud Suidam, qui & PHILIPPICI meminit, à quo Iuſtinianus imperator occiſus eſt.

PHILIPPIDES Athenieñ. poëta nouæ comœdiæ, olympiade 111. fabulas exhibuit 45. Suidas. Athenæus octo ex fabulis eius nominatim citat: à Stobæo etiam ter aut quater allegatur.

PHILIPPVS Aug. & Philippus Cæſar impp. in fragmentis Gregoriani codicis allegantur.

PHILIPPVS epiſcopus Cretenſis, urbis Gortynæ (cuius Dionyſius in epiſtola ſua meminit, quam ſcripſit ad eiuſdem ciuitatis eccleſiam) præclarum aduerſum Marcionem ædidit librum, temporibuſq; M. Antonini Veri, & L. Aurelij Commodi claruit. Hieronymus. Trittemius addit eum claruiſſe anno ſalutis 170.

PHILIPPVS presbyter, optimus auditor Hieronymi, commentatus eſt in Iob: ædidit ſermone ſimplici libros. Legi eius & familiares epiſtolas & ualde † falſas, ad maxime paupertatis & dolorũ tolerantiam exhortatorias. Moritur Martiano & Auito regnantibus. Gennadius. † *Fortè, fuſas.*

Commentarij eius in hiſtoriam Iob ad Nectarium epiſcopum, impreſſi ſunt Baſileæ apud Adam Petri in fol. cum indice, 1527. chartis 59. Stilus eſt non inelegans.

PHILIPPVS Amphipolites hiſtoricus, ſcripſit Rhodiacorum libros 19. ſunt autem ualde turpes. Coana, libris 2. Thyſiaca libris 2. & alia. Suidas.

PHILIPPVS ſophiſta ſcripſit de ſpiritibus ex opere Herodiani, ordine literarum: & de ſynalœphe. Suidas.

PHILIPPI Comici fabulæ ab Athenæo citantur, Obeliaphori, Philyra, Codaniaſtæ. Meminit & Suidas.

PHILIPPVS Theangelleñ. ſcripſit hiſtoriam Carum & Lelegum. Athenæus.

PHILIPPI regis Maced. epiſtola cum orationibus Demoſthenis ad Athenienſes, & alia in oratione eiuſdem de corona. Extant & aliæ eius epiſtolæ impreſſæ Venetijs apud Aldum in uolumine epiſtolarum Græcarum.

PHILIPPI cuiuſdam Græci poëtæ, plurima paſſim leguntur epigrammata in Anthologio: aliquando Macedo gentile additur: an unus ſit ſcriptor, neſcio.

PHILIPPVS quidam Græcus author Hori Apollinis hieroglyphica ex Aegyptio ſermone in Græcum tranſtulit: de ijs ſupra dixi in Horo Apolline.

PHILIPPVS quidã iuris ſcriptor, alius à Philippo Peruſino, citat in Suma Angelica.

PHILIPPVS de Bagnacauallo. Vide in Ioan. Duns Scoto, ſi libet; eius enim libros quoſdam caſtigauit.

PHILIPPVS Beroaldus, patria Bononienſis, utriuſq; linguæ peritiſſimus, grammaticorumq; ac rhetorum, oratorumq; omnium ſui ſæculi facile princeps, fœcundiſſimi ſui ingenij teſtimonia non uulgaria reliquit. *T. in appẽ. M. Bononiæ, 1540.*

Orationes in diuerſorum authorum enarratione habitas.

Orationem prouerbialem unam.

Libellum de ſeptem ſapientum ſententijs unum.

Symbolorum Pythagoræ, lib. 1.

Philoſophi, medici & oratoris declamationem.

Ebrioſi, ſcortatoris, & aleatoris declamationem.

De duobus amantibus carmen. De Cupidine deo amoris carmen.

Epigrammata uaria.

De terræmotu & peſtilentia cum annotamentis Galeni opuſculum.

Annotationes in Seruium. Annotationes in ius ciuile.

Commentaria in Propertium, In Suetonium.
In Tuſculanas quæſtiones, In Apuleium.
In Titum Liuium annotationes, In Rhetoricam Ciceronis.
In Horatium Flaccum. In Perſium. In Siluium Italicum.
Scripſit & plura alia quæ nondum ad nos peruenere.

* Philippi Beroaldi opuſcula uaria, impreſſa Lugduni, & Pariſijs, 1499. in 4. chartis 19. Sunt autem hæc. Orationes publice pronunciatæ 17.

1 Oratio habita in enarratione Georgici carminis, atq; Tranquilli, qua laus rei ruſticæ continetur.
2 In principio enarrationis Propertij, continens laudes amoris.
3 In enarratione T. Liuij ac Silij Italici, continens hiſtoriæ laudationem.
4 In enarratione epiſtolarum Ciceronis, & Lucani, continens laudem poëtices.
5 In enarratione rhetoricorum ad Herennium, continens laudationem eloquentiæ atq; Ciceronis.
6 In enarratione Iuuenalis atq; Saluſtij.
7 In enarratione Quæſtionum Tuſculanarum, & Horatij Flacci, continens laudem Muſices. 8 In enarratione Perſij poëtæ.
9 Oratio habita apud rectorem ſcholaſtici conuentus, ineuntem ſcholaſticam præfecturam.
10 Oratio habita, dum rector ſcholaſticus accepit magiſtratus inſignia.
11 Ad tribunos plebis. 12 Epiſtola, & Panegyricus ad Ludouicũ Sphortiam. Ad Bartolemæum Chalcum epiſtola.
13 In nuptias Bentiuolorum. 14 Oratio nuptialis.
15 Epiſtola ad Minum Roſcium ſenatorem Bononien. cum duobus hiſtorijs lectu iucundiſſimis, una Giſippi & Titi, altera Galeſi, Cymonis & Iphigeniæ è uernaculo in Latinum ſermonem conuerſa.
16 Oratio in enarratione Verrinarum Ciceronis.

Poëmata in eodem opere ſequentia, hæc ſunt.

Elegia laſciua de oſculo Panthiæ. Fortuna. Diræ in maledicam. Cupido, de amore ſuo in Panthiam. a Pæanes beatæ Virginis ex Franciſci Petrarchæ poëmate è uernaculo in Latinum conuerſi. Carmen lugubre de dominicæ paſſionis die. Elegia de fabula Tancredi ex Boccatio in Latinũ uerſa. Carmina de officio ſcribæ. Vir prudens. Epitaphia quædam.

Fr. Petrarchæ. a Hos Pæanes & carmen lugubre paßionis Domini, ſeorſim excudit Aſcenſius cũ ſuis commentarijs.

De nomine imperatorio, uel unde Cæſaris nomẽ dictum ſit, libellus impreſſus.

De terræmotu & peſtilentia opuſculum impreſſum, ut habetur in catalogo Baſilien. officinæ Heruagij.

Philippi Beroaldi Centuria prima, quæ continet annotationes in Ouidiũ, Horatium, Martialem, Iuuenalem, Papinium Statium, Tibullum, Lucanum, Plinij epiſtolas, Liuium, A. Gellium, Ciceronem, Plinij hiſtoriam naturalẽ, Apuleium, Pedianũ Aſconium, Quintilianũ, Aemylium Probum, D. Hieronymum, Cæſaris cõmentarios, Hieremiam prophetam & Danielem, Suetonium, Plautum, Q. Curtium, Auſonium, Iuriſconſultos. Ex iſtis ſingulis locum aliquem, ſaltem unum aut alterum explanat, emendatúe. Eiuſdem Beroaldi in Seruium Grammaticum a libellus. In Plinium annotationes. Annotationes in diuerſos. Aſcenſius excudit Pariſijs in fol. cum alijs quibuſdam.

a Vide Fr. Floridum Sabinum Succiſiu. lectionum li. 2. cap. 9. 10. & 11.

Commentarij in Ciceronis orationes Philippicas impreſſi Pariſijs apud Aſcenſium, 1529. in 4. cum ipſius Aſcenſij, Maturantij, & Trapezuntij ſcholijs in eaſdẽ.

Cõmentarij copioſi in M. Tullij Quęſtiones Tuſculanas, impreſſi Pariſijs apud Ioannem Petit. 1509. in 4. cum indice prolixo, adiecto etiam Textu Ciceronis.

Commentarij uberrimi in L. Apuleij de aſino aureo libros 10. impreſſi Venetijs apud

apud Io. Tacuinũ de Tridino, 1516. in fol. cũ índice: adiecto etiã Apuleiano Textu, chartis 91. In præfatione ſcribit ſibi in animo eſſe in reliqua quoq; Apuleiana condere annotationes: ſed has præter aliud nihil eius in Apuleium exiuiſſe reor.

Annotationes in P. Cornelium Tacitum, impreſſæ.

Commentationes in C. Suetonium, impreſſæ Pariſijs in fol.

Annotationes in libros 13. Columellæ, quibus ordine alphabeti uocabula ruſtica, & alia quædam obſcuriora ab eo explicantur. Gryphius excudit Lugduni cum ipſo Columella, &c.

Explicatio in præcepta ſeptem Græciæ ſapientum, & in ſymbola Pythagoræ. Hen. Petrus excudit Baſileæ, 1534. in 8. chartis 12.

De ſcribendis epiſtolis libellus, anguſtior charta 1. impreſſus cum appendice Margaritæ philoſophicæ Baſileæ apud Hen. Petrum.

Anticategoriæ, id eſt, mutuæ accuſatiões (ſcortatoris, ni fallor, aleatoris & ebrij) impreſſæ Coloniæ apud Gymnicum, chartis 4.

Epiſtolæ quædam eius leguntur libro 2. & 6. & 11. epiſtolarum Ang. Politiani: item libro 2. epiſtolarum Ioan. Fr. Pici.

PHILIPPI Beroaldi iunioris epiſtola, in fine operum Antonij Codri.

PHILIPPVS Callimachus, natione Italus, patria Florentinus, regis Poloniæ ſecretarius, undecunq; doctiſſ. fertur multa præclara cudiſſe opuſcula, de quorum numero ſubiecta ferunt. Opus inſigne de geſtis Attilæ regis impij, quod prænotauit: T. cl. 1490.

Attilam, lib. 1. Hiſtoria Polonica cõtra Turcã, lib. 1.
De moribus Tartarorum, lib. 1. Amorum diuerſo metro, lib. 1.

Et alia complura. Viuit uſq; hodie apud regem Poloniæ, maximo in pretio, & uaria conſcribit. * P. Callimachi Experientis Attila, impreſſus Haganoæ, 1531. in 4. Vide ſupra in Callimacho, 160. b.

PHILIPPVS de Caſſol ſcripſit de teſtamentis in 2. Codicis.

PHILIPPVS Comminus ſcripſit Gallice hiſtoriam rerum geſtarum ſub rege Ludouico undecimo, in Gallia, Burgundia, Flandria, Anglia, & Hiſpania. Liber impreſſus eſt Pariſijs, 1539. in fol. apud Engillebertum de Marnef.

PHILIPPVS Corneus I. C. Peruſij natus, mortuus eſt anno ætatis 77. anno Domini 1462. Io. Petrutij diſcipulus fuit, Ferrariæ, Piſis, & Peruſij maxima cum laude & authoritate profeſſus eſt, annis circiter quinquaginta. Reliquit Commentaria in Codicem, & quatuor uolumina Conſiliorum. Vide plura de eius uita apud Io. Fichardum. Hic idem, ni fallor, aliâs uocatur Petrus Philippus Corneus, cuius Commentarius ſuper ſexto Codicis impreſſus fertur. Papiæ in folio, 1498. Inuenio etiam ſcripta eius extare ſuper 2. Cod. Et Repetitiones, in 1. Cod. de pactis l. ſi paſcenda pecora: &, Si ad uendi. Autenti. Sacramenta puberum.

PHILIPPVS Decius Mediolanen. pluribus in locis, & pluribus annis publice profeſſus eſt, quàm quiſquam alius unquam in Italia iureconſultus, uidelicet circiter annos 65. Reliquit in utroq; iure ſcripta doctiſſima, & præterea Conſiliorum libros 4. Mortuus eſt Senis, 1535. Vide plura de eius uita apud Ioan. Fichardum. Lecturæ eius ſuper Decretal. & ſuper ff. & Cod. impreſſæ ſunt. Commentarius de regulis iuris, impreſſus Lugduni apud Paganum. Inuenio præterea ab eo ſcripta citari: Conſiliorum uolumina 4. Repetition. in 1. ff. uet. de rei uenditione. Item alibi commentarios ſuper prima & ſecunda ff. uet. & prima & 2. Codicis.

PHILIPPVS Egentinus fertur ſcripſiſſe de uita Lamberti, & quædam alia.

PHILIPPVS Ferrarienſis Tholoſanus, epiſcopus Pacenſis eccleſiæ in Hiſpania, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper uirginis de monte Carmeli, ſcripſit elegantes Sermones de tempore, lib. 1. Sermones de ſanctis, lib. 1. T.

Et quædã alia. Sunt qui ſcribant eum ad Cardinalatus honorem propter eximiam doctrinam & uitæ honeſtatem aſſumptum, de quo ego certus non ſum.

PHILIPPI Franci Perusini Commentarius super sexto Decretal. impressus Lugduni, 1534. Eiusdem super tit. de appellationibus, impress. Tridini in 8. Citatur praeterea, Disputatio eius in materia petitorij & possessorij, quae incipit: Ex hac nobilissima urbe.

T. PHILIPPVS de monte Galerio, ordinis fratrũ Minorũ sancti Francisci, scripsit pro utilitate eorũ qui declamationib. inseruiunt opuscula, è quib. reperi tantũ subiecta.

Sermones de tempore, lib. 1. Erunt signa in sole & lu.
Sermones de sanctis, lib. 1. Sermones quadragesimales, lib. 1.

Fertur praeterea & alios diuersos composuisse tractatus, & nonnullos diuinorum librorum explanasse, sed ad me nihil eorum peruenit.

PHILIPPVS Melanchthon natione Germanus, & totius Germaniae summũ decus, sacram & humanam philosophiam multis iam annis in Vuitenbergẽsi Academia clarissime docet, unus ex primis & praecipuis renascentis literariae reipub. omnisq; sapientiae reuirescentis parentibus ac restauratoribus, aeterna posterorum memoria dignissimus. Instituit enim magnis conatibus, & erudiuit felicissime, partim uiua uoce innumeros auditores, qui ad eius gymnasium iam olim confluxere, & indies confluunt: partim ubiq; gentium studiosos, doctissimis in lucem aeditis libris. Multum ei debet ecclesia, multum quicunq; bonas artes & studia amplectuntur. Vtinam Dominus Deus noster in extremam senectam ecclesiae suae incolumem hunc uirum, & optimis quibusq; studijs utilem conseruet, ac tueatur.

Lucubrationes Phil. Melanchthonis aeditas usq; ad annum, 1541. nõ omnes, sed quas opinor ipse potissimum probauit, Heruagius eodem anno excudit Basileae, cum indice: chartis quingentis & trigintaseptem.

Ex praefatione authoris quaedam decerpta huc adscribam, qui uolet plura, ibidem
» legat de uita & studijs eius. Addam igitur ipse (inquit) censuram huic aeditioni
» scriptorum meorum, in qua non solum puerilia studia recitabo, sed etiam exponã
» quaedã de mea uoluntate in Repub. & quo consilio aediderim libellos theologicos.
» Libellos dialecticos & rhetoricos casu magis & quodam iuuenili studio, ab amicis
» compulsus, ut ea quae in familiaribus colloquijs disserentem audierant, aederem,
» emisi. Si quis autem meminit quales Labyrinthi ac tricae fuerint in dialecticis, qui
» tunc soli legebantur, fatebitur tunc quidem emendationem scholarum fuisse ne-
» cessariam, &c. Collegi in duobus libellis, in locis theologicis, & in Cõmentario
» epistolae ad Romanos doctrinam ecclesiarum nostrarum, quam profecto optarim
» synceram & incorruptam ad posteros propagari, &c. Quare cum partem schola-
» stici laboris sustinerem, collegi non solum magna sedulitate, sed etiam cura & fide
» rerum summas, quas inclusi his libellis. Vsus autem sum dialectico quodam filo in
» explicandis dogmatibus. Quaedam sunt breuiora, quàm res postulat, quae si uita
» erit longior explicabimus. In caeteris theologicis quid probem, ex eo libro cui titu-
» lum feci Locorum, aestimari potest. Quaedam enim si adfuissem aditioni summo-
» uissem. Nihil dubium est librum Geneseos omnium scriptorum propheticorũ eru
» ditissimum esse. In hunc uix sunt inchoatae enarrationes, in quibus tum quidem
» etiam senibus placebat discrimẽ legis & promissionis euangelicae, sed paucae sunt
» & exiguae pagellae, cum hic liber multo copiosiorem enarrationem flagitet. In Io-
» annis euangelium quàm tenuis est lucubratio. Sunt & sententiae recentes colle
» ctae περὶ διάφωνου κυριακοῦ, quarum aliquae in illis authoribus qui citantur sunt sup-
» posititiae. Haec & similia quaedam mallem omissa esse, &c. Cõperi miram fuisse au-
» daciam & impudentiam describentium ueteres libros, qui ut imponerẽt indoctis,
» multa de suo adscripserunt pugnantia cum authoribus, &c. Haec pauca cum di
» cendum esset quos libellos probem, adieci de mea uoluntate (dixerat autem se cu-
» pere ut statueretur certa ecclesiarum concordia.) Altera pars est scriptorũ, quae
» philosophicas materias continet, quã satis apparet non ostentationis causa aeditam esse.

esse. Nullus enim ibi libellus est integer, aut absolutus, &c. Has scholasticas materias agito, quia qui in scholis regunt iuuentutis studia, hos necesse est has disputationes proponere: utilitati scholasticorum seruimus, &c. Quanquam autem aspiciens interdū æditos libellos ipse multa desidero, tamen minus me pœnitet horum laborum, cum cogito insciti am & ignauiam superiorum annorum.

Catalogus operum Tomi primi æditionis Heruagianæ.

Commentarium in Genesin.
Commentarium in Prouerbia Salomonis, impressum etiam seorsim, 1538. Halæ Sueuorum, chartis 17. & dimid.
Enarratio breuis in aliq̃t Psalmos, nēpe in Psal. 1. 2. 3. 4. 110. & deinceps usq; ad 133.
Annotatiōes in Euangeliū Matth. excusæ etiā prius, 1523. in 8. chartis 7. & dimid.
Annotationes in Euangel. Ioan. excusæ prius, 1523. apud Adamū Petri, chartis 16.
Annotationes in epistolam Pauli priorem ad Corinthios.
Oratio Didymi pro Martino Luthero aduersus Thomam Placentinum.
Apologia pro Martino Luthero aduersus Parisieñ. sophistas.
Iudicium contra Anabaptistas.
De cœna Domini sententiæ ueterum collectæ ad Fridericum Myconium: eædem habentur cum epistolis Ioan. Oecolampadij & Huld. Zuinglij.
De officio principum: uel, An principes debeant mutare impios cultus cessantib. aut prohibentibus episcopis, aut superioribus dominis.
An liceat Christianis litigare.
De arbore siue gradibus consanguinitatis & affinitatis.
† De ecclesia, & authoritate uerbi Dei, cum catalogo synodorum, & censura doctissima de ecclesiasticis scriptoribus antiquis, Origine, Dionysio, Tertulliano, Cypriano, Basilio, Gregorio Nazianz. Chrysostomo, Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Gregorio.
Sententiæ collectæ ex utroq; Testamento de promouendo euangelio.

† Hic liber seorsim exijt Vuitenbergæ, 1539. et Argētorati, chartis 6.

Tomo secundo continentur,

Commentaria in epistolam Pauli ad Romanos, cum argumento, chartis 43.
Ex præfatione ad D. Albertum archiepiscopū Moguntinum, &c. Ego pro uirili germanam ac simplicem sententiam & secum consentientem, ac consentaneam reliquis scripturis ac dogmatibus Ecclesiæ, inquisiui, ac patefacere conatus sum. Non enim delector illo interpretandi genere, in quo singula dicta transformantur in infinitas sententias. Et paulò post. Ego uero etsi hæc non sunt perpolita, uideo enim plærag; tenuius tractata esse, quàm poscebat rerum magnitudo, tamen de summa negocij hoc uere affirmare possum, me magna cura feciss e id, quod scribentibus Plato grauissime præcipit ἄνω ϖ κάτω σκοπεῖν ἓν γρόνῳ, diu multūq; re agitata & communicata cum peritioribus, explicare Pauli causam quàm planissime conatus sum & complexus sum res utiles & de spirituali & de corporali uita, Christi beneficium illustraui quantum potui, quod nisi recte cognoscatur, uerus Dei cultus existere nullus potest. Deinde ciuilia officia honestissimis laudibus ornaui, ut aduersus fanaticas opiniones noui cuiusdam generis monachorum quod nunc exoritur, iuuentutem præmunirem.
Aliud † Commentarium in eandem epistolam cum præfatione ad Philippū Landgrauium Hassiæ, &c. argumentum præfigitur per tres quadrantes unius chartæ: & post Argumentum, Summa doctrinæ in propheticis & apostolicis scriptis traditæ de Iustificatione coram Deo: cuius chartæ sunt ferè octo: reliqui cōmentarij per se, chartæ sunt 40.
Dispositio siue methodus ordinis & locorum dialectica, in epistolam Pauli ad Romanos, chartis circiter 9.
Scholia in epist. Pauli ad Colosss. prius quoq; edita Haganoæ, 1534. in 8. chartis 12.

† Hoc unà cum prolegomenis Crato Mylius seorsim excudit Argentorati, 1540. in 8. chartis 37.

Loci communes theologici, siue summa religionis pure, simpliciter, & methodice tractata per capita 39. Hoc opus sæpe antea recognitum & locupletatum ab authore impressum est, & postremò hoc anno 1545. Basileæ apud Ioan. Oporinum: inscribitur autem aliâs, Hypotyposes theologicæ.

Tomo tertio insunt,

Confessio fidei: & Apologia confessionis: qualis à Principibus quibusdam Germaniæ exhibita est Cæsari. Confessionis chartæ sunt 10. apologiæ per aliquot locos communes diuisæ, chartæ sunt 42.

Catechismus, qui continet explicationem decalogi, sacramentorum, &c. chartis 11.

Ratio breuissima concionandi à quodam docto & pio Rhapsodo Phil. Melanchthonis familiari congesta: cũ Dissertatione Melanchthonis de officio cõcionatoris.

Ratio breuis discendæ Theologiæ, angustior charta 1. Disputationes uariæ theologicæ methodo propositæ, quarum titulos omitto ne sim prolixus.

De tribus uotis ad Carthusianum quendam epistola, charta 1. & quadrante.

Epitome renouatæ ecclesiasticæ doctrinæ, paulò amplior charta 1.

Epistola ad Comitem Ioan. à Vueda, chartis duabus: impressa quoq; seorsim, 1539. Francofurti ab Egonolpho.

Tomi tertij opera philosophica.

Commentarius de anima, qui seorsim exiuit Basileæ apud Rob. Vuinter, & Vuitenbergæ, 1540. in 8. chartis 32. Tractatur autẽ in eo, quid sit anima, recte ne Cicero uerterit ψυχὴ λόγος, quid de anima hominis pie dici possit, &c. Deinde maxima pars libri sequitur de formatione fœtuum, & singulis partibus humani corporis à capite ad pedes, cum externis tum internis. De partibus similaribus. De humoribus, spiritib. & temperamentis: & ita demũ potentias animæ aggredit author.

Iaco. Milichius. » Ex præfatione. Cum inuitanda sit adolescentia ad doctrinam de anima, fuit hortator D. Iacobo Milichio, ut hic prælegeret cum alias partes physices, tum hanc quoq;, & communicatis operis syluulam collegimus, quam nunc ædidimus, neque quaquam expolitam ut uellem, &c.

In primum, secundum, tertium, & quintum libros Ethicorum Aristotelis commentarius, Philosophiæ moralis Epitome, prius excusa Argentorati à Cratone Mylio, 1539. in 8. In Politica Aristotelis, commentaria.

Tomo quinto continentur.

Grammatica Latina. Grammatica Græca, excusa prius Basileæ apud Brylingerum, 1538. in 8. chartis 13.

Dialecticæ libri 4. per sæpe prius ex authoris recognitione & locupletatione excusi: & postremo (quod ego uiderim) 1538. Argentorati.

Rhetoricæ libri 2. qui seorsim ex ultima (quod sciã) authoris recognitione, impressi sunt Vuitenbergæ, 1539. in 8. chartis 16. & dimid.

In Hesiodi opera & dies enarratio, excusa seorsim quoq; cum duabus præfationibus Francofordiæ apud Petrum Brubachium, 1541. in 8. chartis 11.

Vocabula mensurarum & rei numariæ, cum interpretatione Germanica.

Farrago epigrammatum.

Scripta Philippi Melanchthonis, quæ superioribus Tomis non continentur, partim ob breuitatem ut conijcio, partim quod ab authore non itidem approbata sint, partim posterius ædita.

Tabula de mensibus Græcorum, impressa aliquoties Basileæ in calce Lexici Græcolatini.

Eclipsium Solis & Lunæ annis iam aliquot uisarum usq; ad postremum huius anni 1540. descriptiones per Phil. Melanchthonẽ & alios, ut in Laur. Bonincontro dictum est: nescio an habeantur in Farragine epigrammatum Tomo 5.

Liber

Liber selectarum declamationum Philippi Melanchthonis, quas conscripsit, & partim ipse in schola Vuitenbergensi recitauit, partim alijs recitandas exhibuit. Adiectæ sunt eiusdem præfationes in aliquot illustres authores. Crato Mylius excudit Argentorati, 1541. in 4. chartis 109.

Catalogus Orationum, seu Declamationum.

Ad Paulinæ doctrinæ studium adhortatio.
De amore ueritatis, seu odio sophistices.
Ecclesijs opus esse doctrina, quam philosophia profitetur. Querela Lazari.
Historia de diuite & de egeno Lazaro, uersibus reddita.
De exemplo emendati Latronis propugnantis gloriam Christi in cruce.
De studijs theologicis. De artibus liberalibus.
De corrigendis adulescentiæ studijs.
Necessarias esse ad omne studiorum genus artes dicendi.
De ordine discendi. De utilitate eloquentiæ. De studio linguarum.
De concordia & communicatione studiorum atq; operarum.
De ingratitudine cuculi. De gratitudine. De legibus.
Res non iudicandas secundum arbitrium iudicis, sed secundum scriptum ius.
De scripto iure & dignitate ueterum interpretum.
De dignitate legum. In laudem artis medicæ.
Alia de dignitate medicinæ. Vita Galeni.
Vita Platonis. Vita Aristotelis. Vita S. Augustini.
Vita Rodolphi Agricolæ. Epicedion Des. Erasmi.
Apotheosis eiusdem. Vita Sigismundi imperatoris.
De Guelfo duce Bauariæ. De Friderico Barbarossa.
De Henrico III. imperatore, ac Rodolpho duce Saxoniæ.
Præfatio in Homerum. De dialectica. De dignitate Astrologiæ.
De arithmetica. Oratio funebris, Maximiliani Cæsaris.
Oratio funebris, Friderici ducis Saxoniæ.
Oratio funebris, Ioannis ducis Saxoniæ.
Oratio funebris, doctoris Sebaldi Munsteri.
De lade uitæ scholasticæ. De gradibus scholasticis.
De utilitate examinũ scholasticorũ. Deploratio captæ & direptæ urbis Romæ.
De affectatiõe nouitatis in uestitu. Vituperatio ebrietatis.
Encomium formicarũ. Encomium Sueuiæ. Encomium Franciæ.
De miseriis pædagogorum. De utilitate fabularum.

Præfationes.

Præfationes duæ in Hesiodum. In Demosthenis & Aeschinis cõtrarias orationes.
In Ptolemæi magnã cõpositionem. In Arithmeticam.
In Geometriam. In Tabulas resolutas. In Sphæram.
In Theoricas. In Alfraganum. In computum.
In Galenum. In Xenophontem. In Officia Ciceronis duæ.
In Danielem. In Turciam historiam. In Rodolphũ Agricolam.
In Metricam Ia. Micylli. In Syntaxin. In Micylli grammaticam.
In harmonias, de passione Christi: cum alia Mar. Lutheri.
Alia in Musicam. Paraphrasis præfationis Plinij in historiam mundi.

Epistolæ.

Epistola ad Oecolampadium de cœna Domini.
Epistola ad Comitem de Vueda. Epistola de conuentu Augustano.
Epistola ad Venetos.
Epistolæ contrariæ Pici & Hermolai Barbari. Oratio de restituendis scholis.
Oratio Critiæ contra Theramenem ex Xenophonte.
Præmonitio ad Alcorani Lectorẽ, cũ eodẽ impressa Basileæ apud Io. Oporinũ.

Defensio coniugij sacerdotum, excusa Argentorati, 1542. in 8.

Responsio ad scriptum quorundam delectorum à Clero Secundario Coloniæ Agrippinæ. Impressa Francfurdiæ apud Hermannum Gulfferich, 1543. in 4. chartis 7.

Commentarius in Danielem prophetam, in quo sæculi nostri status corruptissimus, & Turcicæ crudelitatis finis describitur. Item in Hieremiæ prophetæ uaticinia argumentum. Liber impressus nuper Basileæ.

Dissertatio in locum ad Colossen. Videte ne quis uos decipiat per philosophiam inanem: excusa Basileæ ab Adamo Petri, 1527. nescio an contineatur etiam cum scholijs eius ad Colossen. de quibus supra dictum est.

M. Tullij Officia ac dialogos de Amicitia & Senectute, item Paradoxa, & Somnium Scipionis (Coloniæ impressa, 1534. apud Ioan. Præl: & sequente anno Lugduni apud † Gryphium) annotationibus illustrauit.

† Et ex postrema authoris recognitione, additis nouis scholijs, Halæ Sueuorũ apud Brubachium, 1536.

Argumenta & scholia eius in familiares epistolas Ciceronis, Brubachius impressit Halæ Sueuorum, 1538.

Cõmentarios de artificio & dispositione rhetorica scripsit in aliquas Ciceronis orationes, nempe: Pro S. Roscio Amerino. Pro L. Murena. Pro P. Sylla. Pro Archia poëta, in quam & Paraphrasin ædidit. Pro M. Cælio. Pro Milone. Pro M. Marcello. Impressi sunt Basileæ apud Rob. Vuinter, cum annotationibus diuersorum in omnes Ciceronis orationes.

M. T. Ciceronis de oratore dialogi 3. passim notis quibusdam à Phil. Melanchthone illustrati, unà cum scholijs in fronte adiectis, quibus loci obscuriores explicantur. Secerius excudit Haganoæ, 1530. in 8. char. 21. & Gryph. Lugduni, 1535.

Annotationes quędam in epistolas Ciceronis familiares, impressæ Basileæ apud Rob. Vuinter.

In historias Salustij, & alios libellos ueteres, qui cum illis imprimi solent, breues annotationes Phil. Melanchthonis cum alterius cuiusdam scholijs. Ioan. Gymnicus excudit Coloniæ, 1539.

In singulas P. Terentij fabulas duplicia argumenta, cum scholijs perbreuibus in easdem. Brylingerus excudit Basileæ, 1540. & Gymnicus Coloniæ.

Scholia, & succincta quædam enarratio locorum insignium difficiliumq; in P. Ouidij Fastorum libros 6. Brubachius excudit Halæ Sueuorum, 1539.

Annotationes in Virgilij Bucolica, Georgica, & Aeneidem, excusæ Basileæ apud Brylingerum, 1545. cum operibus Virgilij. Annotationes in Georgica Vuesthemerus ibidem, 1544. excudit seorsim, cum ante annotationibus Eobani Hessi in eadem.

Syntaxis eius siue constructio Latini sermonis cum libello de Periodis & Prosodia, aucta & recognita, impressa est seorsim Coloniæ à Gymnico, 1541. & Argentinæ à Iucundo eodẽ tempore cum grãmatica eius. Vide in Vito Vuinshemio.

Præfatus est in Thomæ Linacri libros de structura Latini sermonis.

Scholia in pugnam ranarum & murium, excusa Basileæ apud Rob. Vuinter.

Ex Demosthene transtulit Olynthiacam primam, Philippicas quatuor, & duas orationes contra Aristogitonem. Adiecit & scholia nonnulla. Singulæ, opinor, seorsim impressæ sunt Haganoæ.

Ex Plutarcho uertit Symposiacorum libri septimi caput sextum.

Psalmos quosdam ex Hebræo uertit. Rihelius excudit Argentorati, 1536.

Epistola ad Ioan. Oecolampadium de theologica disputatione Lipsica, impressa in 4. Basileæ puto.

Elogion de Erasmo Rot. & Mart. Luthero, impressum cũ aliquot Lutheri operibus, ut dictum est fol. 503. a.

Annotationes in Euangelia, quæ usitato more in diebus Dominicis & Festis proponuntur:

proponuntur: omnia nunc caſtigatiora & locupletiora. Additæ ſunt Iodoci Vuillichij in eadem Euangelia expoſitiones eiuſdem argumenti. Vueſtheme-rus excudit Baſileæ, 1544. in 8. cum indice. Omnium chartæ ſunt 47.

Ex præfatione Melanchthonis. Non exiſtimaui futurum ut hos domeſticos ſer- "
mones, quos ipſe non ſcripſeram, quiſquam efferret. Quanquã autẽ prorſus opta- "
rim non eſſe æditos, tamen minus ſuccenſerem iis, qui ſpargere cœperunt, ſi mihi "
conceſſiſſent emẽdandi ſpacium, aut ſi ipſi ſeuerius emendaſſent has confuſaneas "
conciunculas. Nunc hoc mihi tantum relictũ eſt, ut alienæ ſtultitię ueniam petam. "

PHILIPPVS abbas monaſterij Otterburgenſis, diœceſis Vuormacieñ. ordinis Ci- T.
ſtercienſis, natione Teuthonicus, ædidit non contemnenda uolumina, è quorum numero ſubiecta feruntur. Opus præclarum & inſigne,

In Cantica canticorum, lib. 1. Sermones de tempore, lib. 1.
Sermones de ſanctis, lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1.

PHILIPPVS cancellarius Pariſieñ. ſcripſit de ſingulis Pſalmis duos uel tres, T.

Sermones elegantes, lib. 1. Summam theologiæ, lib. 1.
Et alia quæ non uidi. * Philippi Pariſieñ. ſermones impreſſi ſunt.

PHILIPPVS de Pergamo Prior monaſterij ſanctæ Mariæ de Auantia in Padua, or- T.
dinis ſancti Benedicti, ſcripſit nonnulla opuſcula, è quibus ego reperi tantum uo-lumen magnum,

Super Ethicam Catonis, lib. 1. Ad gloriam & laudem.
Sermones etiam ſcripſiſſe dicitur, lib. 1.

PHILIPPVS Phaſianinus Bononienſis tranſtulit librum Palæphati de fabuloſis nar rationibus. Hen. Petrus excudit Baſileæ. Vide in Palæphato.

PHILIPPVS Riboti, natione Cathalanus, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper uir- T.
ginis de monte Carmeli, & Prior prouincialis Cathalaniæ, ſcripſit quædam, è qui-bus extat uolumen non abijciendum de ordinis ſui prima inſtitutione, dilatatione & confirmatione, quod prænotauit de geſtis

Carmelitarum peculiaribus, lib. 10. Cum populum Iſraëlitici.
De illuſtribus uiris car. lib. 1. Sermones & epiſtolæ.

Alia inſuper plura compoſuit, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

PHILIPPVS de Soldeuilla, natione Cathalanus, medicus celebris, plurima commen taria ædidit, è quibus feruntur: In technam Galeni, lib. 1. De ſpiritu gigni-tiuo, lib. 1. De aſtronomica ueritate, lib. 1. Symphor. Champerius.

PHILIPPVS Strozza. Vide in Strozijs.

PHILIPPI Vlſtadij patricij Norinbergenſis, profeſſione medici, Cœlum philoſopho rum, ſeu de ſecretis naturæ liber, ſcriptus ab authore Friburgi Heluetiorum, anno 1525. Impreſſus Argentorati, 1528. in fol. chartis 32. Videtur eſſe liber medicina-lis præcipue & chymiſticus: docet enim uarias deſtillationes aquarum, &c. de quin ta eſſentia extrahenda è rebus metallicis, plurima deniq; de auro potabili, & uarijs aquis uitæ.

Eiuſdem tractatus de epidemia, impreſſus Baſileæ apud Cratandrum, 1526. in 8. chartis 11. & dimid.

PHILISCI Comici fabulas recenſet Suidas. Leguntur eius & apud Stobæum ali-quot ſenarij: quamquam in impreſſis exemplaribus non recte ſcribatur Philisbus. Idem Suidas meminit PHILISCI Cercyræi Tragici, qui tragœdias exarauerit 42. & PHILISCI Aeginetæ (bis in Philiſco) præceptoris Alexandri Macedonis, qui ſcripſit dialogos, & inter alios Codrum.

PHILISCVS Mileſius rhetor, Iſocratis auditor, &c. ſcripſit Mileſiacũ, Amphictyo-nicum, artem rhetoricam libris 2. Iſocratis apophaſin. Suidas.

PHILISCVS aut Philiſtus Syracuſanus hiſtoricus, cognatus Dionyſij tyranni, obijt in pugna nauali contra Carthaginenſes; diſcipulus fuit Eueni elegorũ poëtæ. Scri

† περὶ φυτῶν. pſit Sicelica, id eſt de uarijs Siculorũ geſtis aduerſus Græcos: Genealogiã de Phœnice, & alia quædam de inſula Sicilia. Suid. Vide plura apud eundẽ in Philiſto.

PHILISTION Pruſaẽnſis, licet Philo Sardianum faciat, ſcripſit comœdias bæologicas, Miſopſephiſtas fabulam, & Philogelon librum. Obijt, uiuente Socrate, præ nimio riſu. Suidas. PHILISTION Locrus literis mãdauit Opſartytica Athenæus.

PHILISTVS, uide Philiſcus paulò ſuperius.

PHILLIS Delius, ſcripſit de Muſica, & de tibicinibus. Athenæus.

PHILON quidam ſcripſit librum metallicum. Athenæus.

PHILONIS uerſus de antidoto (quod ab ipſo Philoniũ adhuc uocatur, & conficitur in Seplaſijs) extant apud Galenum in opere de medendo ſecundum locos.

PHILO Bíblius grammaticus prope tempora Neronis fuit, & uixit uſq; ad Macrum: ſcribit autem alicubi de ſeipſo, ſe natũ annos ſeptuaginta octo ſub Seuero Herennio conſule uixiſſe: ædidit de libris cõparandis & eligendis, libros 12. De ciuitatibus, & qui uiri clari è ſingulis nati ſint, lib. 30. De regno Adriani, ſub quo degebat: & alia. Fuit & ipſe conſul Herennij cognomine, quod de ſeſe teſtatur. Suidas.

Philon quidam grammaticus citatur in Cornucopiæ Græco Varini Camertis.

PHILONIS tetraſtichon lib. 1. Anthologij, ſectione 16.

PHILONIS Byzantij libellus Græcus de ſeptem ſpectaculis: extat etiamnum in Italia, ut Venetijs cognoui ex Nicolao Sophiano docto homine Græco. Vide ſupra in Franciſco Maurolyco, fol. 252. b. uerſu 24.

PHILON epiſcopus Carpathius ſcripſit commentarium in Canticum canticorum. Suid. Extat etiamnum (in Italia opinor) Græce.

Trittemius ſcribit eũ claruiſſe anno ſalutis 50. PHILO Iudæus, natione Alexandrinus, de genere ſacerdotum, idcirco à nobis inter ſcriptores eccleſiaſticos ponitur, quia librũ de prima Marci euangeliſtæ apud Alexandriã ſcribens eccleſia, in noſtrorũ laude uerſatus eſt, &c. Vide plura apud Hieronymũ, & Suidã. Enumerantur aũt ijdem libri à Philone ſcripti, omnes à Suida, quos & Hieronymus recitat: & inſuper, De uita Moſis, In Cherubim, id eſt, flammeam rhomphæam, In Pentateuchum Moſis, & in ipſum Moſen libros. 5. Nolui autem catalogũ librorũ eius ex Suida aut Hieronymo huc adſcribere: quia mox plærоſq; ut Latine redditi extant per Lilium Aegidiũ, enumerabo: quanquã interim apud illos non pauci nominari uidentur, qui inferius dicti non ſunt. De hoc Philone uulgo apud Græcos dicitur, εἰ πλάτων φιλωνίζει, εἰ φίλων πλατωνίζει: tanta eſt (inquit Hieronymus) ſimilitudo ſenſuum & eloquij.

Extat apud Hebræos Salomonis liber, cui Sapientia titulus, nõ qui nunc in manibus eſt Philonis opus: ſed alter, de quo in Salomone uerba Io. Pici referentur.

De legatione Philonis ad Caium Cæſarẽ Iudæorũ nomine, uide apud Ioſephũ
» lib. 18. Antiquitatũ, cap. 15. Temporibus Caij principis quãta acciderint Iudæis
» mala Philo Iudæus uoluminib. abſoluit, in quib. & ſuã legationẽ pro Iudæis apud
» ipſum imperatorẽ refert. Volumẽ eius ingẽs plures cõtinens libros ad nos puenit,
» conuerſum à Lilio Tiphernate, bibliothecæq; Vaticanæ dicatũ. Raph. Volater.

Lilius Aegidius Libellius Tiphernas ædidit interpretationum Philonis Iudæi uolumina quatuor ad Sixtum IIII. pont. max. quæ manu ſcripta ſeruantur Romæ in bibliotheca Vaticana.

Primum uolumen continet quinq; libros Philonis, qui inſcribuntur.

1 De incorruptione mundi. 2 De eo q̃ peius meliori ſupponi cõſueuit.
3 De agricultura lib. primus. 4 De cultu plantarum lib. ſecundus.
5 Quod diuinitas eſt inconuertibilis.

Secundi uoluminis totidem libri ſunt.

1 De Moſaico opificio. 2 De quibus ſacrificant Cain & Abel.
3 De Cherubim & flammeo gladio uerſatili.

4 De

4 De ijs quæ referuntur in ſpeciem legum. 5 Ne uituperentur mulieres. Hoc uolumen ordine quidem ſuo ſecundum eſt, ſed labore interpretis tertium.

Quartum uolumen ſeptem libros continet.

Primus inſcribit, poſt hexameron. 2 De confuſione linguarum.
3 De exulibus ac fugitiuis. 4 Quæ ad iudicem; uel, Quæ ſint partes iudicis. 5 De humanitate ac pietate.
Sexto loco eſt epiſtola Lilij de ſpiritu Dei ex doctrina Philonis.
7 Libellus Philonis, Quod ſobrius factus eſt Noë. Deeſt autem in exemplari ſcripto, finis quarti uoluminis, & initium quinti.

Quintum uolumen continet libros ſex.

Quintum & Sextũ uolumen Innocẽtio VIII. ab interprete dedicata ſunt.

1 De uita ſapientis, ac legibus non ſcriptis, ſiue de Abrahamo.
2 De uita politica, quæ eſt de Ioſepho.
3 De conuentu ad prima rudimenta, de Sara.
4 Quod à Deo miſſa ſint ſomnia, libri 2. his fortè coniungendus eſt eiuſdem inſcriptionis liber 1. in fine uoluminis ſexti. Fertur enim tres libros de ſomnijs ſcripſiſſe Philo. Lilius tamen ſcribit ſe primum eorum non reperiſſe.
5 De ebrietate. 6 Quod ab ebrietate reſipuit Noë.

Sextum uolumen continet libros itidem 6.

De tranſmigratione libri duo. Tertius, de animalibus quæ ſacrificijs idonea ſunt. 4 In Flaccum de prouidentia. 5 De ijs quæ ſecundum Gaium, & ipſius Philonis ad Gaium legatione, & de uirtute. 6 Tertius liber Philonis quod à Deo miſſa ſint ſomnia: priores duo continentur uolumine quinto.

Hi libri hactenus enumerati ex interpretatione Lilij, numero ſunt 29. ſed catalogum non habui integrum: puto enim omnia Philonis à Lilio conuerſa eſſe: extant aũt Græce adhuc libri 38. cũ alibi, tum in noua Bibliotheca Auguſtæ Vindelicorũ. Et alibi lego, ſermones Philonis extare unum & quinquaginta. Illuſtris uir Diegus Hurtadus Cæſaris legatus Venetijs, orationes Philonis ſeruat quadragintaocto in duobus uoluminibus. Inuenio præterea librum eius Græcum haberi, De uirtutibus, fortitudine, pietate, humanitate, pœnitentia, &c.

Plęraq; aut omnia Græca Philonis aſſeruãtur Romæ in Vaticana.

Philonis allegoriæ ſacrarum legum, extant Florentiæ in bibliotheca Medicum.

Philonis Iudæi Alexandrini libri aliquot, impreſſi Baſileæ apud Adam Petri, 1527. in fol. chartis 36. & rurſus apud filium eius Henricum, anno 1538. in 4. cum indice, chartis 34. Sunt autem iſti,

Titulus inſignis mendacio præmittit quotquot apud Græcos & Latinos extant Philonis libros.

Antiquitatum Biblicarum, incerto interprete, lib. 1. Philo Alexandrinus ab Adamo ad necẽ Saulis regis hiſtoriã ſummatim deducit. Viues. Trittemius hunc libru inſcribit de generationis ſucceſſu. Quæſtionũ & ſolutionũ in Geneſin lib. 1. De ſtatu Eſſæorũ, id eſt, monachorũ, qui temporib. Agrippæ regis monaſteria ſibi fecerunt, lib. 1. De nominib. Hebraicis per ſingulos libros Veteris Teſtamenti, D. Hieronymo interprete. Ex præfatiõe D. Hierony. Philo uir diſſertiſſimus “
Iudæorum, Origenis quoq; teſtimonio cõprobatur ædidiſſe librũ Hebraicorũ no- “
minum, eorumq; etymologias iuxta ordinem literarum è latere copulaſſe: qui cum “
uulgo habeatur à Græcis, & bibliothecas orbis impleuerit, ſtudij mihi fuit in Lati- “
nam eum linguã uertere, &c. Ac ne fortè cõſummato ædificio, quaſi extrema de- “
eſſet manus, noui Teſtamẽti uerba & nomina interpretatus ſum, imitari uolens ex “
parte Origenem: qui inter cætera ingenij ſui præclara monumenta, etiam in hoc la- “ *Origenes.*
borauit, ut quod Philo quaſi Iudæus omiſerat, hic ut Chriſtianus impleret.

De mundo liber, Gulielmo Budæo interprete, qui & Græce impreſſus eſt Baſileæ apud Vualderũ, 1533. cũ Ariſtotele de mundo, &c. Budæus in præfatione putat hunc librũ nequaquã eſſe illius Philonis, qui Platonem facundia æquauiſſe dicit, cõfert aũt eum tum ſtili genere, tum acumine ingenij Ariſtotelis libello de mundo. Ego uero omnino Platonici illius Philonis hunc librũ eſſe iudico. Nã quod Moſis

& Abrahami mentionem mox ab initio facit, Philonem Iudæũ se esse ostendit: de hoc ipso aũt, Hieronymo teste, ferebatur hæc sententia, Aut Plato Philonissat, aut Philo Platonissat. Pręterea inter cæteros Philonis Iudęi libros, Hieronymus & Suidas unũ de incorruptione mundi cõmemorant, quod potissime tractat in libro quẽ habemus: nempe an genitus uel ingenitus mundus sit: corrumpendus uel incorruptibilis: ad quã disputationẽ non pauca in utrãq; partem argumenta affert. Quare indubitatum apud me quidem est hunc librum esse Philonis Iudæi & Platonici.

PHILOCALVS Troianus quidam scripsit librum epigrammatũ, quem in Italia impressum puto: uidetur nomen esse fictum à recentiore quodam.

PHILOCHORVS Athenieñ. scripsit Atthidem, de diuinatione, Tetrapolin. Athenæus. Vide plura apud Suidam.

PHILOCLIS comici poëtæ uetusti Suidas meminit. PHILOCRATES scripsit Thessalica. Athenæus.

PHILODEMVS librum ædidit περὶ τ῀ ἐν ᾄδῃ σμινθίων. Athenæus libro 10. Vide Philomnestus.

PHILODEMI plurima epigrammata reperi in Anthologio, præsertim lib. 7.

PHILOLAVS fert scripsisse ea carmina, quæ uulgo Pythagoræ tribuũtur. Io. Picus.

PHILOMNESTVS scripsit περὶ τ῀ ἐν ᾄδῃ σμινθίων. Athenæus lib. 3. Idem lib. 10. Philodemũ testatur eiusdẽ inscriptionis librũ ædidisse: nescio an erratũ sit in noĩb.

PHILONIDIS Athenieñ. antiqui Comici fabulas quasdã numerat Suidas: eiusdem Cothurnos Athenæus allegat. Citatur nonnunquam & à Stobæo.

PHILOSOPHVS, discipulus Socratis & Platonis, multa conscripsit quæ Suidas commemorat.

PHILOSTEPHANI Cyrenæi scripta ab Athenæo citantur hæc: Delius, De Asiæ ciuitatibus, De mirabilibus fluuijs.

Ex PHILOSTORGII Ariani historia, aliquot uersus recenset Suidas in Apolinario, Eiusdẽ uerba multa de Gregorio: uide in Gregorio apud Suidam. (& alibi.

Ex Philostorgio quædam de historia ecclesiastica supersunt Græce apud Diegum Hurtadum Cæsaris legatum Venetijs.

Inuenio alicubi etiã Flauij prænomen additũ.

LHILOSTRATVS filius Philostrati (qui & Verus dicebatur) Lemnij sophistæ, & ipse sophista fuit Athenis primum, deinde Romæ, sub Seuero imperatore ad Philippum usq; scripsit declamationes, epistolas amatorias, icones seu ecphrases libris 4. Colloquia. Capras, uel de fistula. Apollonij Tyanei uitam libris 8. Forum. Heroicum. Vitas sophistarũ libris 4. Epigrammata & alia quædã. Suidas.

Philostrati Lemnij Senioris, historiæ de uita Apollonij lib. 8. Græci, excusi Venetijs olim ab Aldo: cũ Eusebij Cæsarieñ. libro cõtra Hieroclẽ Apolloniũ Christo æquiparantem. Eosdem Latine excudit Io. Gymnicus Coloniæ, 1532. cum indice, in 8. char. 30. Eusebij quidẽ interprete Zenobio Acciolo: Philostrati aũt, Alemano Rhinuccino. Omnia per Gybertũ Longolium ad Græcam ueritatem diligenter castigata sunt, adiectis per margines scholijs. Ex præfatione Philostrati.

Apollonij scripta.

» Hæc quæ de Apollonio scripturus sum, collegi partim ex ciuitatibus, quæ illũ ho.
» spitio susceperc, partim ex sacerdotũ scriptis, apud quos uersatus fuit, partim etiã
» ex ijs, quæ multorũ sermonibus de eo celebrata sunt, nõnulla etiã ex ipsiusmet scri
» ptis. Ipse enim ad reges, ad sophistas, ad Elienses, ad Delphicos, ad Aegyptios, atq;
» Indos epistolas scribens, multa de dijs, de gentib. de moribus, de legibus, quas ua.
» rijs in locis adinuenit, testatur. Plurima uero eademq; certissima ex cõmentarijs
» Damidis familiaris Apollonio desumpsi, &c. Incidi præterea in Maximi cuiusdam Aegienses libros, qui Apollonij in Aegis ciuitate res actas continebant. Sunt
» & ab ipso Apollonio testamenta perscripta, ex quibus planè perspici potest & studiosus amator philosophiæ fuerit. Neq; uero Mœragenj fides est adhibenda, qui libros de Apollonio quatuor scribens, multa eius uiri gesta ignorare uisus est.

Damis. Maximus Aegiẽn. Apollonij testamenta. Mœragenes.

Huius

Huius hiſtoriæ de uita Apollonij compendium habes libro 13. Anthropologiæ Raphaëlis Volaterrani: item Heroicorum & Iconum Philoſtrati. Hieronymus ad Paulinū presbyterū. Apollonius ille, ſiue magus, ut uulgus loquitur: ſiue philoſophus, ut Pythagorici tradunt, intrauit Perſas, pertranſiuit Caucaſum, Albanos, Scythas, Maſſagetas, opulentiſſima Indiæ regna penetrauit, et ad extremū latiſſimo Phyſon amne trāſmiſſo peruenit ad Brachmanas, ut Iarcham in throno ſedentē audiret & de Tantali ſonte potantem inter paucos diſcipulos de natura, de moribus, ac de curſu dierum, & ſyderum audiret docentem. Inde per Elamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Aſſyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabas, Palæſtinos reuerſus ad Alexandriam, perrexit ad Aethiopiā ut Gymnoſophiſtas & famoſiſſimam ſolis menſam uideret in ſabulo. Inuenit ille uir quod ubiq; diſceret, & ſemper proficiens ſemper ſe melior fieret. Scripſit ſuper hoc pleniſſime octo uoluminibus Philoſtratus. Ioan. Lud. Viues Philoſtrati ſtilum floridum & picturatum eſſe ſcribit: & alibi, Philoſtratus (inquit) in hiſtoricis magna Homeri mendacia maioribus mendacijs corrigit: & rurſus, Philoſtrati ſophiſtæ, inter quos ſunt nonnulli philoſophi & oratores, ab Eudoxo Gnidio, qui Platonem comitatus eſt in Aegyptum, pertingunt ad Aſpaſium uſq;, qui Romæ ſub Antoninis uixit. Eiuſdem Philoſtrati Apollonius penè totus figmentum eſt rabioſum ac blaſphemum, hominis in fingendo non inexercitati, quicq; hiſtorias comminiſceretur de ijs, quæ nemo unquam uel uidiſſet, uel audiſſet. Qui plura de Philoſtrato & Apollonio cognoſcere uolet, legat præfationem Zenobij Accioli in Euſebij librum aduerſus Hieroclem à ſe translatum: ubi & illum fabulatorem, & hunc fuiſſe magum audiet.

Philoſtrati ſenioris Icones, heroica, & uitæ ſophiſtarum: item Icones iunioris PHILOSTRATI. Impreſſa ſunt Græce Venetijs apud Aldum, 1503. in fol. cum operibus Luciani: chartis 28. & dimid. *Philoſtratus iunior.*

Tabula Iconū Philoſtrati, quæ ſunt accuratæ, elegantiſſimæ, & tanquam depictæ uariarum rerum florido ſtylo deſcriptiones, numero ſexagintaſex. Erant autem imagines iſtæ depictæ in porticu quadam Neapoli.

Helladia.	Scamander.	Comus.	Fabulæ.	*Hæ tabulæ in calce impreſſi codicis Græce habentur.*
Menœceus.	Nilus.	Amores.	Memnon.	
Neptunus, aut Amymone.		Paludes.	Amphion.	
Phaethon.	Boſporus.	Piſcatores.	Semele.	
Ariadne.	Paſiphaë.	Pelops, aut Hippodamea.		
Pentheus.	Tyrrheni.	Satyri.	Olympus.	
Midas.	Narciſſus.	Hyacinthus.	Andrij.	
Mercurij natiuitas.	Amphiaraus.	† Venatores.	Perſeus.	† συοθῆραι.
Pelops.	Xenia ſiue munuſcula ficuum, racemorum, &c.			
Venus.	Achillis educatio.	Centaurides.	Hippolytus.	
Rhodogune.	Arrichion.	Antilochus.	Meles.	
Panthia.	Caſſandra.	Pan.	Pindarus.	
Aiax Locrus, aut Gyræ.		Theſſalia.	Glaucus Pontius.	
Palæmon.	Inſulæ.	Cyclops.	Phorbas aut Phlegyæ.	
Atlas.	Antæus.	Hercules in Gurmæis.		
Hercules furens.	Theodamas.	Abderi ſepulchrum.		
Xenia iterum.	Mineruę natiuitas.	Telæ.	Antigone.	
Euadne.	Themiſtocles.	Palæſtra.	Dodona.	Horæ.

Tabula Heroicorum Philoſtrati: quæ ſunt dialogi, in quibus uinitor quidam cum Phœnice hoſpite ſuo multa commemorat: & inter cætera ſpecies heroum, qui apud Troiam pugnauerunt, numero 21. ut ipſe à Proteſilao didicerat breuiter docet.

Phœnix uinitor.	Proteſilaus.	Neſtor.	Antilochus.
Diomedes & Sthenelus.		Philoctetes.	Agamemnon & Menelaus.
Idomeneus.	Aiax Locrenſis.	Chiron.	Palamedes.
Vlyſſes.	Aiax Telamonius.	Teucer.	Hector.
Aeneas.	Sarpedon.	Alexander.	Helenus, Deiphobus,
& Polydamas.	Euphorbus.	Achilles.	Neoptolemus.

Tabula libri de uitis ſophiſtarum, 58.

Eudoxus,	Leo.	Aiax.	Carneades.
Philoſtratus.	Theomneſtus.	Dion.	Phauorinus.
Gorgias.	Protagoras.	Hippias.	Prodicus.
Polus.	Thraſymachus.	Antiphon.	Critias.
Iſocrates.	Aeſchines.	Niceta.	Iſæus.
Scopelianus.	Dionyſius.	Lollianus.	Marcus.
Polemon.	Secundus.	Herodes.	Theodotus.
Ariſtocles.	Antiochus.	Alexander.	Varus.
Hermogenes.	Philagrus.	Ariſtides.	Adrianus.
Chreſtus.	Pollux.	Pauſanias.	Athenodorus.
Ptolemæus.	Euodianus.	Rufus.	Oenomachus.
Apollonius.	Apollonius Athenienſis.		Proclus.
Phœnix.	Damianus.	Antipater.	Heraclides.
Hippodromus.	Laodiceus.	Cyrinus.	Philiſcus.
Aelianus.	Heliodorus.	Aſpaſius.	

Tabula Iconum 18. PHILOSTRATI iunioris.

Achilles in Scyro.	Marſyas.	Venatores.	Hercules aut Achelous.
Hercules in cunabulis.		Orpheus.	Medea in Colchis.
Ludentes Cupido & Ganymedes.		Pelops.	Pyrrhus aut Myſi.
Argo, uel Aeetes.	Heſione.	Sophocles.	Hyacinthus.
Melager.	Neſſus.	Philoctetes.	

Suidas tres PHILOSTRATOS, omnes ex Lemno natos deſcribit, unũ de quo iam uerba eius retulimus, qui uixit imperante Seuero uſq; ad Philippum: alterum, qui Neronis tempore fuit: tertium, Neruiani filium, de quibus plura lege apud ipſum Suidam: mihi ſanè uidentur nonnulla in his confundi.

Philoſtrati Icones, Græce cum ſcholijs extant Venetijs in bibliotheca SS. Ioannis & Pauli manuſcriptæ. † Eædem à Stephano Nigro Latinæ factæ ſunt.

† Philoſtrati ſenioris.

Philoſtrati epiſtolæ amatoriæ, impreſſæ Venetijs ab Aldo, chartis 3. in uolumine Græcarum epiſtolarum in 4. Philoſtrati tetraſtichon libro 4. Anthologij.

PHILOTHEI cuiuſdam Græci commentarij extant in aphoriſmos Hippocratis: quorum bonam partem Antonius Muſa Braſauolus in ſuos tranſtulit Commentarios ſuper aphoriſmis. Fortaſſis hic eſt ille Theophilus cuius & alia ſcripta Græce in medicina habemus.

PHILOTHEVS Irenæus collegit aphoriſmos ex orthodoxis patribus, Ambroſio, Auguſtino, Lactantio, &c. Rob. Vuinter excudit Baſileæ in 8. chartis 21.

Gregoras. PHILOTHEI patriarchæ Conſtantinopolitani liber contra philoſophi Gregoræ ſcripta κατὰ τε τοῦ ἱεροῦ τῆς ἐκκλησίας τόμου, καὶ θείας ἐνεργείας, καὶ θεοπαισιοῦ χάριτος, καὶ τῶ ὁραθείσης ἐν Θαβωρίῳ ὑπερφυοῦς θεοφανείας τε καὶ θεότητος.

Ad primum Gregoræ ſermonem cõtradictio prima uſq; ad duodecimũ ſermonẽ.

† Fortè addendum περὶ. Eiuſdem Philothei † τοῦ μεγάλου Βασιλείου ῥητοῦ τοῦ ἐν τοῖς πρὸς ἑυνόμιον ἀντιῤῥητικοῖς, λόγοι ἓξ.

Encomia Baſilij magni, Gregorij theologi, & Io. Chryſoſtomi. In omnes ſanctos. Epitome œconomiæ Chriſti incarnati. Hæc & alia quædã Græce condita ſunt Romæ in Vaticana bibliotheca.

Ex

Ex PHILOTHEI monachi aſceticis, &c. fragmenta quædam extant in Italia.

PHILOTIMI Opſartyticum & librum de alimento Athenæus allegat.

PHILOXENVS Alexandrinus grammaticus docuit Romę, ac ſcripſit de uerbis monoſyllabis, de ſignis in Iliade, & alia quæ Suidas recenſet. Hunc Philoxenũ eſſe puto, qui citatur in Cornucopiæ Græco Varini Camertis.

PHILOXENVS quidam, medicus opinor, allegatur à Galeno in opere de remediſs generalibus, fol. 385. Baſilieñ. æditionis Græcæ.

PHILOXENVS Cytherius Lyricus, ſcripſit Dithyrambos 24. &c. Vide Suidam. Athenæus allegat librum eius inſcriptione dîpnon.

PHILVMENI medici fragmenta in Aëtij collectaneis leguntur hæc.

Curatio febris ardentis. De uigiliis in febribus. De extinguenda ſiti. De aurium inflammatione. De hebetudine quæ à morbo cõtigerit. De lumborum doloribus. Curatio ulceris oſſis ſacri in febribus. De animi deliquio. De crapula. De cura alui fluxione laborantis. De tonſillarum inflammationib. De ulceribus earundem. De fœtus extractione ſiue ſectione. De loculo educendo. Ad mamillarum inflammationes. Ad eaſdem induratas. De uteri inflammatione. De thymis, formicis, & uerrucis uteri.

PHILYLLII Athenienſis Comici ueteris fabulæ numerantur à Suida; earũ quatuor Athenæus citat.

PHILYRINI Cineſiæ Dithyramborum poëtæ meminit Suidas.

PHLEGON Trallianus hiſtoricus, libertus Auguſti Cæſ. aliâs Adriani, ſcripſit Olympiades libris 16. &c. Vide Suidam.

PHOCIONIS grammatici fragmentum quoddam legitur in Lexico Suidæ & Varini de uarijs uermiculis.

PHOCAE grammatici (ueteris puto & laudati) liber quidem adhuc extat. Eum imitatus eſt Ael. Antonius Nebriſſenſis, ut in Ioan. Deſpauterio diximus.

PHOCYLIDES Mileſius philoſophus, æqualis Theognidi: poſt annos, 647. à bello Troiano, Olympiadæ 59. ſcripſit † carmina & elegias, Paræneſes ſiue Sententias, quas aliqui inſcribunt Κεφάλαια; ſubtracta ſunt autem ex carminibus Sybillinis. Suidas. † ἔπη.

Phocylidis ſancta & pia præcepta, cum alibi impreſſa ſunt, tum Baſileæ in officina Frobeniana cum Græcis Aeſopi fabulis. Citantur nonnunq; à Io. Stobæo.

PHOENICIDES ſcripſit fabulas, Miſumenen & Phylarchum. Athenæus.

PHOENICEN Colophonium bis allegat Athenæus, & bis eiuſdem Iambos.

PHORMI Comici Atalanta ab Athenæo citatur. Vide plura apud Suidam.

PHOTINVS de Gallogræcia, Marcelli diſcipulus, Sirmij epiſcopus ordinatus, Hebionis hæreſim inſtaurare conatus eſt, poſtea à Valentiniano principe pulſus eccleſia, plura ſcripſit uolumina, in quibus uel præcipua ſunt contra gentes, & ad Valentinianum libri. Hieronymus. Nominatur Photinus inter illos theologos, ex quorum ſcriptis anonymos quidam collegit exegeſin in epiſtolam Pauli ad Romanos: quæ impreſſa eſt Baſileæ apud Rob. Vuinter, 1537.

PHOTII patriarchæ deſcriptionis & enumerationis authorum, quotquot ipſe legerat, uolumina duo Græca, uidi Venetijs in ædibus uiri illuſtris Diegi Hurtadi à Mendozza Cæſarei oratoris oſtendente Arnoldo Arlenio Peraxylo, qui etiam poſtea per literas aliquoties pollicitus eſt id opus mihi ſe commiſſurum ut excudendum prælo curarem, quod ab ipſo hactenus non præſtitum eſt. Non ſolũ autem ſcriptorum nomina Photius enumerat, ſed etiam argumenta & ſumma librorum capita perſtringit.

Eiuſdem purgatio & defenſio ad Concilium, extat Græce in eiuſdem Diegi Hurtadi bibliotheca.

Κατὰ τῶν τὸν παλαιὸν ῥώμης capita tredecim, Romę ſeruant in Vaticana biblioth.

In alio quodam nescio cuius Italicæ bibliothecæ Græco catalogo, sequentes inscriptiones inueni. Photij patriarchæ epistola ad anatolicos thronos. De spiritus sancti progressu. De spíritu sancto. De septem synodis, liber imperfectus.

PHRAOTIS regis epistolium, ad Iarcham præceptorem & sapientes circa ipsum. Versus sunt sex, cum Apollonij epistolis impressi, in Græco uolumine Aldino uariarum epistolarum.

PHRYNICHI duo fuerunt Athenienses poëtæ, alter Tragicus, alter Comicus, de utrisq; uide Suidã. Comici fabulas 11. Athenæus quoq; allegat. Tertij quoq;

PHRYNICHI Athenienſis Tragici filij Melanthâ fabulę tres, Andromeda, Erigone, & Pyrrhicha, nominantur apud Suidam.

PHRYNICHVS sophista Bithynus, scripsit Atticistam, siue de Atticis nominibus libros 2. Sophistici apparatus libros 47. aliâs 74. item τιθωνίνων συναγωγήν. Suid.

Phrynichi eclogæ Atticorum nominum & uerborum, impressæ olim Romæ in 8. ordine literarum, si bene memini.

PHVLAMI quidam citatur à Ioanne F. Serapionis.

PHVRNVTVS, aliâs Phornutus, prænomine Polydeucos, scripsit opusculum de ærumnis Herculis, quod extat Græce Venetijs in bibliotheca SS. Ioannis & Pauli.

Eiusdem de diis cœlestibus, seu de natura deorũ gentilium Commentarius, impressus olim Græce ab Aldo cum fabulis Aesopi: & nuper Basileæ apud Io. Oporinum in 8. chartis 5. cum translatione Conradi Clauseri Tigurini, &c. Capita sunt 35. in fine libri non Phurnutus, sed κουρνοῦτος scribitur. Vide supra in Cornuto. Phurnutus & alij non pauci tentarunt ueritatem ceu nucleum ex poëticis nucibus elicere, sed parum feliciter, & mira inter se diuersitate. Viues.

PHYLARCHVS historicus apud Athenæum persæpe citatur.

PICATRIX Hispanus, Magiæ scriptor. Vide supra in libro Hen. Cornelij de occulta philosophia. Eiusdem liber, ni fallor, ab alijs adscribitur Alphonso.

PICTORII epigrammatum liber impressus.

PICTORII Villingensis commentarij, in Marbodeum de gemmis, impressi.

PIERIVS Alexandrinæ presbyter, in tantam sermonis diuersorumq; tractatum, qui usq; hodie extant, uenit elegantiam, ut Origenes iunior uocaretur. Eius est longissimus in Osee prophetam tractatus. Vide plura apud Hieronymum.

T. cl. 290. PIERVS Hypsila Aeginensis scripsit argumenta in 3. libros Claudiani de raptu Proserpinæ.

T. cl. ex coniectura Tritenhemij circa annũ Domini, 1200. PILEVS Modicensis utriusq; iuris professor, & interpres celeberrimus, de cuius opusculis inuenitur quædam summa notabilis & non spernenda, quam prænotauit:

a De ordine iudiciorum, lib. 1. Inuocato Christi nomine.

* a Pilei I. C. uetustissimi opus, seu ordo, de ciuilium atq; criminalium causarum iudicijs, à Iustino Goblero emendatum & auctum. Ioan. Oporinus excudit nuper Basileæ in 8. Vide supra in Iustino Gobl. Audio præterea citari eius Disputationes, & Summam de Feudis.

PINDARVS Thebanus, discipulus Myrtidis mulieris, floruit olympiade 65. quadragenarius fuit in expeditione Xerxis. Scripsit libris 17. Dorica dialecto quæ sequuntur: Olympionicas, Pythionicas, Prosodia, Parthenia, Enthronismos, Bacchica, Daphnephorica, Pæanes, Hyporchemata, Hymnos, Dithyrambos, Scolia, Encomia, Threnos, Fabulas tragicas 17. Epigrammata uersibus heroicis, & sermone soluto paræneses ad Græcos, deniq; alia plurima. Suidas, qui & mortem eius & alia quædam describit: alium quoq; PINDARVM Thebanum nominat, obscuriorem, ἀνεψιὸν superioris, & ipsum Lyricum.

Pindari Olympia, Pythia, Nemea, & Isthmia, id est, encomia illorum qui in quatuor istis Græciæ ludorum generibus uictores extiterunt. Aldus impressit Venetijs

netijs in 8. Græce, & Cratander Basileæ, 1526. in 8. Idem opus cum commentarijs Græcis antiquis, & recentiorum quorundam scholijs, utrisq; anonymis, nisi quod quædam Demetrij Triclinij sunt (ut in præfatiuncula quadam statim post Olympia docetur) excusa sunt Romę, 1515. in 4. chartis 61. & Florętiæ, & nuper Francofordi apud Brubachium, 1542. in 4. ab eius operis initio legitur & uita Pindari secundum Thomam magistrum. Pindarus author est grauissimus, obscurus, & egregijs sententijs refertus. Carminum genera apud nullum poętam (hic enim solus supereſt ex Græcis Lyricis) magis uaria extant. De laudibus huius poętæ & inimitabili stilo lege Horatium libro 4. carminum, ode secunda. *Demetrius Triclinius.*

PINDARI Thebani epitome ac summa uniuersæ Iliados Homeri, heroico carmine Latino. Io. Secerius excudit Haganoæ, 1531. & Rob. Vuinter Basileæ in 8. chartis 3. anno 1541. cum Darete Phrygio, &c. Quis hic Pindarus fuerit, qua lingua scripserit non inuenio. Conijcio eum scripsisse Græce, & ab aliquo (fortassis Cornelio Nepote, qui Daretem quoq; Latinum fecit) translatum esse.

PINON scriptor Græcus citatur ab Athenæo.

PINYTVS Cretensis Gnossiæ urbis episcopus, scripsit ad Dionysium Corinthi episcopum, ualde elegantem epistolam, in qua docet non semper lacte populos nutriendos, ne quasi paruuli ab ultimo occupentur die: sed & solido uesci debere cibo, ut in spiritualem proficiant senectutem. Et hic sub M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo floruit. Hieronymus.

PINYTI distichon libro 3. Anthologij, sectione 25.

PIRITHVS (scriptor quidam, ni fallor) citatur à Ioan. Stobæo.

PISANDRI Heracleam Atheniæus allegat: leguntur eius quædam & apud Stobæū.

PISANDRI tetrastichon libro 3. Anthologij, sectione 5.

PISISTRATI epistolium quoddam ad Solonem legi, nescio an apud Plutarchū aut Diogenem Laërtium.

PISONIS epistola ad Io. Coritium de conflictu Polonorum & Lituanorum cum Moscouitis. Sesquicharta scripta Vilnæ, 1514. impressa Basil. apud Io. Frobeniū, 1515. in 4. cum Iani Damiani elegia, &c.

PITACI Mitylenæi unius è septem Græciæ sapientibus dicta, à Stobæo, Plutarcho, & Laërtio in eius uita annotantur. Scripsit elegiacos uersus sexcentos, & de legib. sermone soluto: uide Suidam.

PII Papæ decreta, extant cum reliquorum pontificum decretis.

PIVS secundus, pont. max. Vide Æneas Syluius.

PII Antonij Bartolini in leges castigationes: ubi septuaginta loci in iure ciuili corriguntur, & septem legum nouæ & ueræ sententiæ aperiuntur.

Eiusdem de ordine imperatorum libellus. Ascensius excudit Parisijs in fol. cum quibusdam alijs.

PLACENTINVS natione Italus, utriusq; iuris explanator, in monte Pessulano docendo & scribendo magnam gloriam est consecutus, commendatissima quædam uolumina composuit, è quibus inter cætera extare dicitur. *T. cl. 1200.*

Summa iudiciorum,	lib. 1.	Cum essem Mantuæ.
Super codice quoq;	lib. 9.	De alijs nihil reperi.

* Placentinus Summas in Codicem & libros Cōstitutionum composuit, quæ superioribus annis apud nos demū euulgatæ, nec pœnitendæ sunt. Io. Fichardus. Summa in 9. libros Codicis, impressa est Moguntiæ apud Iuonem Schœffer, 1536. in fol. cum indice gemino, chartis 121. Summa in Institutiones ibidem impressa, anno 1535. & rursus biennio post: & Lugduni apud Frellæos recognita, 1536. in 8.

De uarietate actionū libri 6. impressi Lugduni apud Frellæos: & Mogūtiæ, 1530.

PLACENTINVS catalogum episcoporum Tungrensium conscripsit ex fabulosis annalibus, iudicium nusquā adhibens, sed ut reperiebat, ita & tradidit. Hubertus

Thomas Leodius in præfatione libelli de Tungris, &c. Impressi Argentorati, 1541.

PLATEARIVS. Vide Io. Platearius.

PLATINI Plati carmina quædam leguntur in libro Epigrammatum scholæ Christianæ Basileæ impresso.

PLATO Comicus Athenien. uiguit cum Aristophane, Phrynicho: & multas fabulas conscripsit, quæ passim ab Athenæo allegantur. Vide Suidam.

PLATO philosophus Athenien sis, θεῖος, id est, diuinus cognominatus, plus in sapientia profecit, quantumcunq; eius in uirum gentilem cadere potest, quàm humana lingua edisseri posse uideatur. Qui uitam eius & dogmata cognoscere penitius uoluerit legat Suidæ, Diogenis Laërtij, & Marsilij Ficini de ipso scripta. Vita Platonis per Marsilium, Latinæ uersioni præfigitur: ut Græca Laërtij, Græcis operib.

Platonis omnia opera Aldus excudit Venetijs in fol. Græce. Deinde Vualderus Basileæ unà cum Græcis Procli commentarijs in Timæum & Politica, adiectis etiam Græcis indicibus perquàm copiosis, anno 1534. in fol. chartis 301. Eadem Marsilio Ficino interprete excusa sunt Venetijs, 1517. apud Philippum Pincium, nuper uero Basileæ in officina Frobeniana ex recognitione Simonis Grynæi, cum indice, in fol. Adiecta sunt autem per Marsilium argumenta in singulos dialogos, & ea nonnunquã prolixa, ut uel epitomes uel cõmentarij loco haberi possint.

Platonis libri à posteris in quaternitates nouem collecti.

PRIMA quaternitas.

Euthyphro uel de sanctitate.
Apologia Socratis, id est defensio.
Crito, uel de eo quod is egit in carcere, uel de agendo.
Phœdo, uel de animi immortalitate, uel de anima.

SECVNDA.

Cratylus, uel de recta nominum ratione.
Theætetus, uel de scientia. Sophista, uel de ente.
Ciuilis, uel de regno.

TERTIA.

Parmenides, uel de uno omnium principio, & de ideis.
Philebus, uel de summo bono, uel de uoluptate.
Conuiuium, uel de amore. Phædrus, uel de pulchro.

QVARTA.

Alcibiades primus, uel de natura hominis.
Alcibiades secundus, uel de uoto.
Hipparchus, uel de studio lucrandi, uel de lucri cupiditate.
Amatores, uel de philosophia.

QVINTA.

Theages, uel de sapientia. Charmides, uel de temperantia.
Laches, uel de fortitudine. Lysis, uel de amicitia.

SEXTA.

Euthydemus, uel litigiosus.
Protagoras, uel de moribus sapientiæ professorum.
Gorgias, uel de rhetorica. Meno, uel de uirtute.

SEPTIMA.

Hippias maior, uel de pulchro, uel de honesto.
Hippias minor, uel de mendacio.
Ion, uel de furore poëtico, uel de Iliade.
Menexenus, uel de Attica antiquitate, uel Epitaphius.

OCTAVA.

Clitopho, uel exhortatorius. De re publica, libri decem, uel de iusto.

Timæus,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1168] - 564r

Timæus, de mundi natura.
Critias, uel Atlanticus, uel de Atlantica antiquitate.

NONA.

Minos, uel de lege. De legibus libri duodecim.
Epinomis, id est, legum appendix, uel philosophus.
Epistolæ duodecim: quæ etiã in Græco epistolarũ uolumine ab Aldo excusæ sunt.
Libri falso attributi Platoni, cum Græcis eiusdem operibus excusi, nam
Latine redditis Axiochum solum è sequentib. adiunctum uidi.
Axiochus siue de morte dialogus, qui refertur ad Xenocratem authorem.
a De iusto. b De uirtute, an doceri possit.
Demodocus, aut de consulendo. Eryxias, aut Erasistratus, aut de diuitijs.
Definitiones. Timæi Locri de natura liber Doricus.
a b Hi duo dialogi per nos conuersi cum Ioan. Stobæo nostro excusi sunt.
Argumentum Timæi Platonis, & capita, uide in præfatione Chalcidij commentariorum in Timæum.
De libris de republica, uide initium Macrobij in Somnium Scipionis.
Gorgiæ argumentum elegantissime habetur in præfatione Sopatri super Aristidis rhetoricam.
Platonis Phædonem dialogum negat esse Panætius. Vide Epigrammatum Græcorum sectione prima locum 44.
Gorgias, aut de rhetorica dialogus. Socratis apologia. Crito, aut quid faciendum sit. Hæc seorsim excusa sunt Græce, Argentorati apud Rihelíũ, 1541. in 4. cum Io. Sturmij prefatione de ratione interrogandi atq; collocandi dialectica.
Platonis epigrãmata circiter 24. diuersis in locis in Anthologio Planudæ legun
Ex uita Platonis per Marsilium Ficinum. (tur.

Tres sunt Platonicorum species dialogorum: aut enim sophistas confutat, aut adolescentes adhortatur, aut docet adultos. Quæ in epistolis, uel in libris de legibus, & Epinomide Plato ipse suo differit ore, certissima uult haberi: quæ uero in cæteris libris, Socratis, Timæi, Parmenidis, Zenonis ore disputat, uerisimilia. Stylus Platonis, ut ait Aristoteles, medius inter solutam orationem & carmen fluit: suauitas & copia tanta, ut Cicero Platonem & intelligendi & dicendi grauissimum authorem fuisse dixerit. Adiecit, si Iupiter humana lingua loqui uoluisset, non alia q̃ Platonis lingua fuisse locuturum. Aristoteles iam in literis prouectus, uiginti continuos annos eum audiuit: & cum ante illum omnes inter Græcos illustres ad exteras gentes sapientiæ gratia peregrinati fuissent, post Platonis tempora cæteræ nationes Athenas confluxerunt. Ciceronis uerba sunt: Malo cum Platone errare, quàm cum cæteris recte sentire. Idem cum Panætio Platonem appellat Homerum philosophorum. Mitto illud Quintiliani: Quis dubitet Platonẽ esse præcipuum, uel acumine disserendi, uel eloquendi facundia diuina quadã & Homerica? Multum enim illius oratio supra prosam orationem, & quam pedestrem Græci uocãt, surgit: ut mihi non humano ingenio, sed Delphico quodam oraculo uideatur instinctus. Augustinus in libro contra Academicos inquit, Christi authoritatem omnibus anteponendam: Si autem rationibus agendum sit, apud Platonicos repe-rire se, quod sacris Christianorum literis non repugnet. Idem Dionysius Areopagita significauit: Eusebius postea & Cyrillus latius declarauerunt. Hinc Augustinus in libro de uera religione: Platonici, inquit, paucis mutatis Christiani fierent, &c. Vide plura apud Marsilium.

PLATONIS iunioris distichon libro 1. Anthologij: & aliud lib. 4.

PLATO I.C. Vide in Triboniano.

PLATO Tyburtinus quidam transtulit Almansoris iudicia seu propositiones, ut supra diximus in Almansore.

PLATONIVS Grammaticus Græcus citatur in Miſcellaneis Ang. Politiani: legitur aliquid ſcriptorum eius ab initio Ariſtophanis impreſſi cum commentarijs. Baſilius Zanchus quoq; Platonium quendam citat inter Græcos qui extant, ex quibus ipſe aliquid in ſua epitheta tranſcripſerit.

PLINII Valeriani opus in re medica, impreſſum opinor. Vide ſupra in Othone Brunfelſio, fol. 532. a. uerſu. 3.

PLISTONICVS ab Athenæo citatur.

Plotino nato ao. 13. Imp. Sept. Sev. Qui uixit A. C. circ. Helv. 205. Claudium C. 271. Aur. Ao. 2. Imp. uixit Ao. 66. ut Porphyrius in Vita ipsius Enneadi præmissa) testatur.

Amelius Plotinum audiuit ao. 24. Porphyrius ao. 30. Plotinum audiuit ao. 31. Plotinus uixit Gallieno Imp. ao. 10.

PLOTINI, diuini illius è Platonica familia philoſophi quem celebrant tanquam alterum Platonem, de rebus philoſophicis libri 54. in enneades ſex diſtributi, à Marſilio Ficino Florentino è Græca lingua in Latinam uerſi, & inſuper doctiſſimis commentarijs illuſtrati. Io. Soter excudit Salingiaci, 1540. in fol. chartis 206. Hoc opus Græce habet Venetijs Diegus Hurtadus Cæſareus orator. a Porphyrio 24

Plotinus Lycopolites † philoſophus, diſcipulus Ammonij, qui prius fuerat σακκοφόρος, præceptor Amelij, qui diſcipulum habuit Porphyrium, Porphyrius Sopatrum. Sub Galieno iam ſenex adhuc uixit annos ſeptem, & compoſuit libros 54. qui nouenario numero diuiduntur in ſex dictas Enneades: ſcripſit & alia quædam: laborauit morbo comitiali. Suidas. Qui plura de Plotino cognoſcere deſiderat, is uitam eius operibus præfixam Porphyrio authore legat.

Plotini libri in ſex enneades diuiſi, ita ut cuiq; enneadi propria & cognata tribuantur.

Prima igitur enneas materias præcipue morales continet.
Quid animal, quid homo. De uirtutibus.
De dialectica, aliâs de triplici reditu animæ. De beatitudine.
Vtrum beatitudo in temporis productione conſiſtat.
De pulchro. De primo bono, cæteriſq; bonis.
Vnde mala. De rationali exitu ex hac uita.

Secunda enneas naturalia colligit, quæ mundi ſunt, quæ ue ad mundum attinent, in ſe complectens.
De mundo. De circulari motu. Vtrum ſtellæ aliquid agant.
De duabus materijs. De eo quod in potentia eſt, & quod in actu.
De qualitate & ſpecie. De mixtione per omnia.
Cur quæ uidentur procul exigua uideantur.
Contra putantes mundi opificem eſſe malum, mundumq; malum.

Tertia quoq; enneas quæ mundi ſunt continens, comprehendit ea quæ circa mundum conſiderantur.
De fato. De prouidentia primum. De prouidentia ſecundum.
De eo qui nos ſortitus eſt dæmone. De amore.
Quod incorporea minime patiantur. De æternitate ac tempore.
De natura, contemplatione q; & uno. De diuerſis conſiderationibus.
Has tres enneades in uno corpore placuit collocare.

Quarta poſt hæc enneas poſt libros de mundo, libros de anima comprehendit, hi uero ſunt.
De eſſentia animæ primus. De animæ eſſentia ſecundus.
De dubijs animæ primus. De ijſdem ſecundus.
De dubijs animæ tertius, uel de uiſu.
De ſenſu atq; memoria. De immortalitate animæ.
De animæ deſcenſu in corpora. Vtrum omnes animæ una ſint.

Quinta uero habet quidem de intellectu: habet etiam unuſquiſq; liber nonnihil de eo quod eſt intellectu ſuperius, atq; etiam de intellectu qui animæ ineſt, atq; de ideis.

De tribus ſubſtantijs principalibus, ſiue principij rationem habentibus.

De gene

De generatione & ordine eorum quæ sunt post primum.
De substantijs cognoscentibus atq; superiore.
Quomodo à primo fiat quod est post primum, atq; de uerbo.
Quod intelligibilia non sint extra intellectum, atq; de bono.
Quomodo quod est superius ente nõ intelligat, quidũe primo sit intelligẽs, quidũe secundo.
Vtrum singularium etiam sint ideæ.
De intelligibili pulchritudine. De intellectu, ideisq; & ente.

Quartam igitur enneadem & quintam in corpus unum redegimus, sextam uerò enneadem in unum aliud corpus cogere placuit, ut scripta Plotini omnia in tria corpora redigantur, &c.

Sunt autem hi libri enneadis sextæ.

De generibus entis primus. De generibus entis secundus.
De ijsdem tertius. Quod unum idemq; simul ubiq; sit totum, primus.
Eiusdem argumenti secundus. De numeris.
Quomodo idearum extitit multitudo, atq; de bono.
De libertate uoluntateq; unius. De bono uel uno.

Libros igitur 54. in sex enneades ita disposuimus. Inseruimus autem in libros quosdam abiq; certo ordine commentaria, quoniam amici qui nos urgebant ad cõmentandum, ea potissimũ exigebant à nobis exponi, quæ maxime declaratione apud illos egebant. Quinetiam capitula omnium secundum æditionis librorum tempora fecimus, præter quam libri de pulchro, &c. Hæc Porphyrius.

Vtinam in mysterijs Plotini interpretandis adminiculum Porphyrij, aut Eustochij, aut Procli, qui Plotini libros disposuerunt atq; exposuerunt, nobis adesset. Marsilius.

PLVTARCHVS Chæronæus ex Bœotia, tempore Traiani Cæsaris & ante ipsum floruit. Huic cum Traianus consularem dignitatem contulisset, præcepit ne quisquam præfectorum in Illyria aliquid præter eius uoluntatem ageret. Scripsit autem multa. Suidas.

Plutarchi Parallella, id est, uitæ illustrium uirorum, numero 48. Græci nominis ac Latini, ita digestæ ut semper Græco homini Latinus aliquis comparetur, ut Theseo Romulus, Alexandro Cæsar. Bebelius excudit Basileæ Græce, 1533. in fol. chartis 187. anno 1533. Prius autem Aldus excuderat Venetijs, 1519. & Philippus Iunta Florentiæ. Idem opus Latinitate donatum per diuersos interpretes typographus quidam excudit Venetijs ad Sirenes, 1538. castigatum: & Isingrinius Basileæ, cum indice, anno 1542. in fol. emendatius quàm antehac.

Index uitarum in Parallelis Plutarchi.

Theseus.	Romulus.	Solon.	Publicola.
Themistocles.	Camillus.	Aristides.	M. Cato.
Cimon.	Lucullus.	Pericles.	Fabius Maximus.
Nicias.	Crassus.	M. Gaius.	Alcibiades.
Demosthenes.	Cicero.	Demetrius.	Antonius.
Pyrrhus.	Marius.	Aratus.	Artaxerxes.
Ages & Cleomenes.	Tiberius & Gaius.	Lycurgus.	Numas.
Lysander.	Sylla.	Phocion.	Caton.
Dion.	Brutus.	Aemilius.	Timoleon.
Sertorius.	Eumenes.	Philopœmen.	Titus.
Pelopidas.	Marcellus.	Alexander.	Cæsar.
Agesilaus.	Pompeius.	Otho.	Galba.

His adiectus est etiam Euagoras ex Isocrate.

Vita Homeri authore Plutarcho, excusa est Græce aliquoties cum ipso Homero. Docet autem hoc libro Plutarchus Homerum omne artium & sapientiæ genus calluisse, ac totam philosophiam ex eius poëmate tanquã fonte uberrimo profluxisse, idq; testimonijs uersuum eius quàm plurimis confirmat.

Plutarchi opus de proprietate linguæ Græcę, siue de dialectis apud Homerum, habetur impressum in Appendice Lexici Græcolatini.

Plutarchi Chæronæi Moralia opuscula Aldus excudit Græce Venetijs olim: & nuper Frobenius Basileæ, anno 1542. in fol. chartis 223. Eadem omnia Latine Iano Cornario interprete, ut fertur, breui excudentur Basileæ ab Isingrinio. Partem uero aliquam Latine reddítam idem ante annos aliquot opinor, & †Cratander quoq; Basileæ excuderunt.

Anno 1530.

Index moralium Plutarchi operum, quæ extant Græce.

NB. De liberis educandis. Quomodo oportet adolescentem audire poëmata.
De audiendo. Quo nam modo queat quis assentatorẽ ab amico discernere.
Quomodo quis sentiat se in uirtute proficere.
Quomodo quis iuuari possit ab inimicis.
De amicitia cum multis. De fortuna.
De uirtute & uitio. Consolatoria ad Apollonium.
Sanitatis tuendæ præcepta. Nuptialia præcepta.
Septem sapientium conuiuium. De superstitione.
Apophthegmata regum ac imperatorũ. (De omnibus à Plutarcho scriptis apophthegmatibus uide in 4. Tomo operum Des. Erasmi.)
Dicteria Laconica. Mulierum uirtutes.
Vtrum aqua an ignis utilior. Res ac ritus Romanorum, capitibus 113.
Res & ritus Græcorum, cap. 61.
De placitis philosophorũ libri 5. qui physicorũ dogmatũ epitome sunt. Heruagius etiam seorsim excudit Basileæ, 1531. Græce & Latine, Gul. Budæo interprete.
De comparatione Græcorum & Romanorum capita 84.
Compendium commentarij, in quo Stoicos inopinatiora, quàm poëtas, asseruisse
De unius, & populi, & paucorũ dñatu. Belluas ratione uti. (tradit.
Quod ne uiuere quidem datur suauiter secundum Epicurum.
An recte dictum sit, lateat te uixisse.
An satis sit uitium ad infelicitatẽ. De amore erga sobolem.
De Iside & Osiride. De ijs, qui à Deo sero puniuntur.
Quod uirtus acquiri possit doctrina. De laudando seipsum citra inuidiam.
De cohibenda iracundia. De curiositate.
De tranquillitate animi. De uitiosa uerecundia.
De amore fraterno. De loquacitate.
De studio erga diuitias. Vtrum animi, an corporis morbi peiores.
De fortuna Romanorum. De fortuna & uirtute Alexandri lib. 2.
De esu carnium libri 2.
Quod maxime oportet philosophum cum principibus degere.
Ad principem indoctum. De morali uirtute.
Num seni sit gerenda respub. De capessenda republica præcepta.
Quod non oporteat mutuari. Platonicæ quæstiones.
De animi potestatibus. De primo frigido.
Vtrum Athenienses ob res bellicas, an ob doctrinam gloriosiores.
De exilio. De inuidia & odio.
Consolatoria ad suam uxorem.
De fato. De musica.
Compendium comparationis Aristophanis & Menandri.

Vitæ

NB. Libellus περὶ τοῦ τὰ ἀκούσματα ποιητῶν seorsim regig sub nom. Plutarchi græce et lat. exstitit, eundem tu non esse probare conantur Mureti Comm. in Aris oeconom. Vossius

Vitæ decem oratorum, Antiphontis, Antocidæ, Lysiæ, Isocratis, Isæi, Aeschinis, Lycurgi, Demosthenis, Hyperidæ, Dinarchi.
De pugnantibus inter se Stoicorum dictis. Galbas. Otho.
Vtra animalia prudentiora, terrena an aquatilia.
De animæ generatione in Timæo. Eiusdem libri compendium.
Amatoriæ narrationes. Causæ naturales.
Conuiuiorum libri nouem. De facie apparente in circulo Lunæ.
De eo quod Pythia non dat nunc oracula carminibus.
Ad Colotem. De cõmunibus conceptibus ad Stoicos.
De dæmonio Socratis. De malignitate Herodoti.

Stilus Plutarchi uidetur esse grauis & meditatus, neq; clarus cuiuis nisi pluscu-
lum temporis in Græcis literis uersato. Apparet eum plurimæ lectionis homi-
nem fuisse, & miræ memoriæ: tam frequens ubiq; est in recitandis ueterum histo-
riis & allegandis sententijs, ut multa potius collectanea dici mereantur, quàm scri-
pta Plutarchi: Quod quidem eo gratius nobis esse debet, postquam plæriq; autho-
res ab eo citati iam interciderunt, ex quibus saltẽ optimas & pulcherrimas quasq;
sententias nobis remansisse, beneficio & laboribus Plutarchi debemus. Apud
Athenæum locus ei est inter multiscios illos Dipnosophistas.

PLVTARCHI libellus de fluminum & montium appellatione, ac rebus quæ inue-
niuntur in eis, Græce. Frobenius excudit Basileæ in 4. 1533. chartis circiter tri-
bus. Sed quamuis inscriptio montes quoq; polliceatur, libellus tamen impressus
de solis fluuijs tractat, numero 24. quorum hæc sunt nomina: Hydaspes, Ismenus,
Hebrus, Ganges, Phasis, Arar, Pactolus, Lycormas, Mæander, Marsyas, Stry-
mon, Sagaris, Scamander, Tanais, Thermodon, in cuius historia aliquot uersus
desiderantur, Nilus, Eurotas, Inachus, Alpheus, Euphrates, Caicus, Achelous,
Araxes, Tigris, Indus. Alium autem hunc esse Plutarchum à Chæronensi-
stilus arguit; & nudum Plutarchi nomen adscriptum reperitur. Vide in Parthe
nio supra.

Suidas Herodis sophistæ meminit qui fuerit filius Ἀθηνοῦ τοῦ πλουτάρχου. Hegias
uirtutibus & literis superior fuit patre suo: & adhuc adolescens omnibus spem de
se præbuit tanquam non inferior futurus magno PLVTARCHO. Lamprias Plu
tarchi Chæronei filius composuit indicem omnium quæ pater scripserat de uniuer
sa Græca & Romana historia. Suid. L. Apuleius quoq; in præfatione Asini au-
rei scribit de origine generis sui à Plutarcho & Sexto philosophis.

PLVTARCHVS Nestorij, Atheniensis, philosophus, præceptor Syriani, &c. multa
scripsit. Suidas. Eiusdem meminit in Nicolao rhetore, Nestoriũ inquiens eum
cognominatum fuisse.

Plutarchus quidam fertur ædidisse commentarios in Nicandrum. Gyraldus.

† POGIVS Florentinus philosophus & rhetor facundus, Græco & Latino sermone T.cl. 1420.
instructus & literarum apostolicarũ multis annis scriptor. Huius acerrimus æmu- † Melius per
lus Laurentius Valla extitit, & uaria in eum scripsit. Ipse autem ædidit, duplex g.
De situ Indiæ regionis, lib. 1. In Laurentium Vallam, lib. 2.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1. Orationes uarias, lib. 1.
Et alia complura. Dionysium Siculum & alios multos Græcorum authores La
tinos fecit. Præterea in concilio Constantien. funebres orationes plurimas ha-
buit. Spurcitiarum opus quod Facetias prænotauit, ab hoc illustrium uirorum
catalogo merito censuimus repellendum, quoniam eius lectio deuotos offendit, in-
cautis nocet, carnales inficit.

* Suspicor huic Poggio prænomen fuisse Iacobi, ut in Iacobo dixi. Opera eius
excudit Hen. Petrus Basileæ.

Facetiæ opus turpissimũ, aquis & incẽdio dignum, nemine prohibente, ingens

nefas, non ſemel impreſſum eſt. Ego uidi exemplar Mediolani æditum, 1477. in 4.

Oratio de laude rei ruſticæ, minor charta dimid. impreſſa in fine Pe. Creſcentij de agricultura. Epiſtolæ eius duæ leguntur inter Aeneæ Syluij epiſtolas iuxta numeros 425. & 426. ut ſupra notauimus.

Poggius in epiſtolis garrulus, nugator, & rabula. Lud. Viues.

Mira & naturali facundia fuit, præſertim in accuſationibus & inuectiuis, quas plures tum in Philelphum potiſſime ſcripſit. Item, De uarietate fortunæ, Hiſtoriam Florentinam. Conuertit † Diodorum Siculũ, & Xenophontis pædiam. In Concilio Conſtantienſi Quintilianum & Aſconium Pedianũ dicitur reperiſſe. Raph. Volaterranus.

† Non aliud opinor, quàm de fabuloſis Aegyptiorum geſtis opus.

POLEMON Athenieñ. philoſophus, Xenocratis q. Platoni ſucceſſit diſcipulus, &c. multa ſcripſit, ex † quibus nihil extat. Suid.

† τοῦτ' ἐστὶν ἀν τοῦ φέρεται.

POLEMON Ilienſis hiſtoricus, cognomine Helladicus & περιηγητής, tẽpore Ptolemæi Epiphanis (ſecundum alios Ariſtophanis Grammatici et Panætij Rhodij tempore) ædidit Ilij deſcriptionem libris 3. De urbibus in Phocide conditis. De urbibus in Lacedæmone. De ciuitatum Ponticarum cognatione erga Athenienſes, Geographiam ſeu orbis terrarum deſcriptionem, & alia plurima. Suidas. Hunc Polemonem eſſe conijcio, cuius permulta opera paſſim ab Athenæo citantur. Vide in indice Baſilienſis æditionis in Athenæum Græcum.

POLEMON natus in Laodicea ad Lycum fluuiũ, rhetor & ſophiſta, docuit in Smyrna, præceptor Ariſtidis rhetoris, diſcipulus Timocratis philoſophi ex Heracleæ Ponti, & Scopeliani ſophiſtæ. Vixit ſub Traiano, & poſt eum. Vide plura de eius morte apud Suidam. Neſcio an hic ſit Polemon ille ſophiſta, cuius orationes quædam Græcæ in Italia extare feruntur.

PPLEMON iunior ſophiſta, & ipſe ſub Commodo uixit. Suidas.

POLEMONIS regis tetraſtichon libro 4. Anthologij, ſectione 18.

POLLES philoſophus, natus Aegis ciuitate Aſiæ prope Magneſiam & Smyrnam, ſcripſit Symbolica, de auſpicijs, arithmetica, medicamina, &c. Vide Suidam.

POLLIANI, aliàs Proliani, quatuor epigrammata leguntur lib. 2. Anthologij.

POLLIANI à Mileo uerba apud Cyprianum in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

POLLIO (apud Suidam πωλίωι) grammaticus, ſcripſit περὶ τῶ παρὰ γράμμα ἁμαρτανομένων.

POLLIO Alexandrinus, cognomine Valerius, philoſophus, tempore Adriani (cuius filius fuit Diodorus philoſophus, qui ſcripſit expoſitionem ſuper quæſtis apud 10. rhetores) ædidit Collectanea Atticarum dictionum ordine alphabeti, & alia quædam philoſophica. Suidas. Huius dictionarium Suidæ Lexico acceſſit, ut inſcriptio teſtatur.

POLYAENVS Sardianus ſophiſta, ſub primo Cæſare Caio, ſcripſit orationes forenſes, & cauſarum forenſium hypotypoſes, Triumphi Parthici libros 3. & alia. Suidas.

† τακτικά.

POLYAENVS rhetor Macedo, ſcripſit de Thebis, de † acie inſtruenda libros 3. & alia. Suidas.

Polyæni Strategematum ſeu de re militari libros Græcos Diegus Hurtadus Cæſareus orator Venetijs, & alij plures in Italia habent.

Ex præfatione eius impreſſa Baſileæ cum Gemiſto Plethone de rebus geſtis Græ-
» corum poſt pugnam ad Mantineam, M. Antonio Antimacho interprete. Victo
» riam contra Perſas & Parthos, ſacratiſſimi reges Antonine & Vere, uobis diuina
» mortales & uirtus ueſtra, ac Romanorum fortitudo præſtabunt.

Et circa

Et circa finem præfationis. Ego enim ex historia res gestas, quæ præclara aliqua « facinora militaria aduersus hostes continent, ac memoratu digna uidentur, colle- « gi: in quibus percensendis, breuem cuiuslibet mentionem faciam. Vniuersus au- « tem ordo in octo uolumina strategematum noningentorũ, quæ à Baccho primor- « dium auspicantur, redactus est. Polyæni uerba citantur interdum à Io. Stobæo. « Iulius Po- Polyæni hexastichon libro 1. Florilegij, sectione 33. alibi additur prænomẽ Iulij, eo- liænus. dem libro, sectione 25. & 31.

POLYBIVS Lyci filius Megapolites ex Arcadia, præceptor Scipionis Aphricani, quo tempore & Panætius philosophus, sub Ptolemæo Euergete. Scripsit proli- xam illam historiam Romanam libris 40. incipit autem ab exilio Cleomenis Spar- tani, & Philippi filij Persei, successioni Macedonum coniungens Romanorum res postea gestas. Quæ Polybij historiam sequuntur Posidonius Olbiopolita sophi- sta persequitur. Scripsit autem & Strabo Amasieñ. res Polybij historiam sequen- tes, libris 43. Suidas.

Polybij historiarum libri quinq, Græce & Latine, Nicolao Perotto interprete, impressi sunt Haganoæ apud Secerium, 1530. in fol. sunt aũt Græci uoluminis seor- sim chartæ 53. deinde Froben. Basileæ: & Hen. Petrus, sed Latine tantũ ut puto. Ex præfatione Vincentij Obsopœi. Non pauci loci per hosce quinq libros à Pe rotto non sunt expressi. Interdum enim totas subterfilit paginas. «

Ex præfatione Nicolai Perotti ad Nicolaum v. pont. max. In hac historia cum « magnitudine ac diuersitate rerum gestarum, splendor quoq uerborũ coniunctus « est, & suauitas orationis quibusdam quasi luminibus sententiarum respersa, ut mi- « hi uideatur uno in opere Polybius & summus historicus, & orator maximus, & « optimus philosophus fuisse. Et paulò post. Hoc scriptore nemo non modo « ex Græcis, uerumetiam ex Latinis historicis Romanorum res gestas, uel uerius, « uel copiosius, uel maiori cum diligentia complexus est: scripsit enim ut facile ex his « quinq libris intelligi potest, quæcunq à Romanis sunt gesta, à tempore quo pri- « mum extendere manus extra Latium cœperunt, quousq totius orbis imperium « adepti fuere: atq hæc ita scripsit, ut Latini ferè omnes eũ deinceps sint secuti: nam, « ut de reliquis taceam, manifestissimis argumentis deprehendi potest Titũ Liuium « Patauinum, historicorum apud Latinos principem, hunc potius, quàm Fabium « T. Liuius. Pictorem, aut Pisonem, quos ipse memorat, secutum fuisse: quippe & in his, in qui- « bus Polybius illos reprehendit, Polybij sententiam haud obscure sequitur, & ita « nonnunquam illius uestigijs inhæret, ut mihi quidẽ uigesimus primus liber Liuij, « ex tertio Polybij libro ferè ad uerbum tralatus esse uideatur: ac nihil sanè inter eos « interest, nisi quod Liuius aliquanto breuius res gestas refert, Polybius diffusius. « Liuius portenta ac prodigia plurima, & oracula, ac uisiones deorum cõmemorat: « Polybius his omnib. dimissis, præcepta quædã inserit, ad uitæ institutionẽ necessa- « ria. Postremo Liuius conciones integras atq directas, Polybius obliquas exponit. «

Fragmenta duo è sexto Polybij historiarum libro de diuersis rerum publicarum « formis, deq Romanæ præstantia, Pompilio Amasæo interprete: impressa Bono- « niæ, 1543. in 4. chartis 8.

Polybij historiarum Compendij libri octodecim, extant apud Diegum Hurta- dum Cæsaris oratorem Venetijs, & in bibliotheca publica Augustæ Vindelicorũ.

Libellus de militia siue castrametatione Romanorum Græce & Latine conscri- ptus per Ianum Lascarim, ex Polybij libris. Vide supra fol. 39. b.

POLYBI illustris medici, Hippocratis quondam discipuli & successoris, opuscula ali quot Græca cum Hippocratis operibus impressa sunt. Eadem Latine Albano Torino interprete exiuerunt Basileæ apud Io. Oporinum, 1544. in 4. chartis 26. Sunt autem hæc. De tuenda ualetudine, seu de ratione uictus sanorum, lib. 1. De seminis humani natura, lib. 1. De morbis siue affectib. corporis libri 2. quorũ utriq sua capita præmittuntur.

Polybo ne an Hippocrati aſcribendus ſit liber de morbis ſiue paſſionibus Galenus dubitat, in Commentario ſuper aphoriſmum primum, ſectione 6.

POLYCARPVS Ioannis apoſtoli diſcipulus, & ab eo Smyrnæ epiſcopus ordinatus, totius Aſiæ princeps fuit, &c. Scripſit ad Philippenſes ualde utilem epiſtolam, quæ uſq; hodie in Aſiæ conuentu legitur. Vide plura apud Hieronymũ & Suidam. Scripſit etiam ad magnum Dionyſium Areopagitam & ad alias eccleſias. Suidas.

Beati Polycarpi martyris epiſtola, cum argumento per Iacobum Fabrum. Impreſſa cum epiſtolis Ignatij, Baſileæ apud Adam Petri, 1520.

POLYCARPVS epiſtolæ 4. & 12. apud Cyprianum author cũ aliquot alijs coẽpiſcopis, lib. 1.

POLYCARPI ab Adrumeto uerba apud Cyprianum in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

POLYCRATES Epheſiorũ epiſcopus, cum cæteris epiſcopis Aſiæ, qui iuxta quandam ueterem cõſuetudinem cum Iudæis decimaquarta luna paſcha celebrabant, ſcripſit aduerſus Victorem epiſcopum Romanum epiſtolam ſynodicam, in qua docet ſe apoſtoli Ioannis & ueterum authoritatem ſequi. Inde excerpta quædam Hieronymus propoſuit, nos breuitatis cauſa omittimus. Floruit temporibus Seueri principis.

POLYCRATES Athenieñ. rhetor uehemens, qui poſt Anytum & Melitum Socratis accuſationem ſcripſit.

POLYDEVCES apud Græcos, Latine Pollux nominatur. De Iulio Polluce ſuo loco dixi. Inuenio & POLYDEVCIS de elegantia, & cuiuſdam monachi librum extare Romæ in Vaticana bibliotheca Græce: item POLYDEVCEN Furnutum de fabulis Græcorum, ibidem. Videtur autem idem eſſe Phurnuti liber quẽ ſuperius impreſſum haberi ſcripſimus.

POLYDICVS ſemel aut iterum à Stobæo citatur: legendum eſt autem Polyænus.

POLYDORI Vergilij Vrbinatis (Romani pontificis in Anglia quæſtoris, & Vuellenſis archidiaconi, ut ipſe de ſe ſcribit libro 5. hiſtoriæ Anglicæ) Dialogorũ de prodigijs libri tres: impreſſi Baſileæ apud Bebelium, 1531. in 8. chartis 8. & dimid.

Ex præfatione authoris ſcripta Londini, 1526. ad Franciſcum Mariam Vrbini ducem. In prodigiorum dialogo ſolum id quæſiui, quod in rem omniũ mortalium maxime eſſet, ut ne delirarent, neue animarum damnum facerẽt. Et paulò poſt, Chriſti doctrina inſtructus confidenter ueni in certamen cum hariolis, auguribus, haruſpicibus, uatibus, ſortilegis, quos partim diuinis partim naturalibus debilitatos, imò atq; adeò deuictos rationibus, iacere cum ſuis peſtiferis artibus uidere iam licebit.

Adagia ſelectiora ex Erasmi Adagiorũ opere collecta uide Tom. 2. edit. Basil. 1574. fol. p. m. 606. 99.

Adagiorum tum ſacrorum tum prophanorum opus, ab authore recognitum et locupletatum, impreſſum Baſileæ apud Ioan. Frobenium, 1525. in fol. cum indice, chartis 45. & rurſus apud Bebelium, ibidem.

Anglicæ hiſtoriæ libri 26. excuſi Baſileæ apud Bebelĩũ, 1534. in fol. chartis, 165. cum indicibus copioſis. Ex præfatione ad Henricum VIII. Angliæ regem, ſcripta Londini, 1533. Explicatis hiſtoriæ laudibus, ſubdit: Hæc ſcilicet una propè res eſt, quæ ad ſummam laudem regni tui Angliæ deſideranda uidebatur: quod cum rebus omnibus beatiſſimum ſit, eius tamen magnitudo in bene multarum gentium ignoratione erat, quod nulla fermè foret hiſtoria, qua cognoſcere liceret, quæ Britanniæ, quæ nunc Anglia eſt, ſoli natura, quæ gentis origo, qui regũ mores, quæ populi generatim uita, quibus artibus à principio, tantum cõparatum atq; auctum imperium, ad eam aſpiraſſet magnitudinem. Quamuis Bedas homo Anglus, ab aduentu Caij Iulij Cæſaris in inſulam, uſq; ad ſua tempora, qui floruit circiter annum ſalutis humanæ 700. res geſtas breui admodum opuſculo perſtrinxerit; & ante eum, Gildas aliquid lucis attulerit Britannorum antiquitati; ac de ea

Bedas.

Gildas.

poſt

post illos, quidam alia prodiderint, quæ etiam nunc tenebris circumfusa dilucere « nequeunt, &c. Cœpi illos ipsos Anglorum ac aliarum gẽtium annales, accuratius « euoluere, legere, hauríre, & excribere, quæ ad confectionem nouæ hístoríæ perti- « nerent. Hanc tandem aliquãdo hístoríam negocio equídem haud paruo contexui- « mus, quam ex eo, Anglicam appellare libuit, quod tale hodie est maioris partis in- « sulæ nomen, & eius imperium longe maximum. «

De rerum inuentoribus libri 8. quarto iam per authorẽ recogniti & locupletati. Est & alia inscriptio: De inuentoribus rerum libri 3. quibus adiecti sunt quinq; instituta omnia nostræ Christianæ religionis, aliarumue gentiũ, ac eorum primordia docentes. Rob. Stephanus excudit Parisijs cum indice: & Bebelius Basileæ, cum eiusdem Polydori Commentariolo in Dominicam precem, in 8. anno, 1536. chartis 38. & dimid. Cratander etiam & Frobenius antea impresserant Basileæ. Catalogus capitum in singulos libros mox ab initio habetur. Ex præfatione authoris scripta Vrbini, 1499. Ego itaq; opus de rerum inuentoribus orsus, partim ut nemo sua laude fraudaretur, partim ut qui imitari uellẽt, scirent, quos sequi « deberent, ne quid criminis subirem, quàm uerissime potui, omnia tradidi. «

POLYEVCTVS Comicus scripsit Heniochum fabulam, teste Athenæo. Suidas.

POLYIDAE uersus aliquot citat Stobæus in laude paupertatis: qui in manuscripto codice emendatiore tribuuntur Eurípidi.

POLYMARCVS epistolæ 2. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coëpiscopis, lib. 1.

EX POLYOCHI Corinthiasta senarios quosdam Athenæus refert libro 7.

POLYPHILI Hypnerotomachia, ubi humana omnia, non nisi somniũ esse ostendit, atq; obiter plurima scitu digna commemorat. Excusa Venetijs ab Aldo.

POLYSTRATI hexastichon libro 3. Anthologij, sectione 5.

POLYZELI Comici fabulæ feruntur, Lauacra, Demotyndareos, Musarum natiuitas, Dionysij natiuitas, Veneris natiuitas. Suidas. Athenæus etiam Rhodiaca eius allegat.

POMPEII Macri (legendum puto μικροῦ, ut accipiatur pro Pompeio iuniore) senarij 6. apud Stobæum, in sermone de pueris. Pompeij distichon libro 4. Anthologij: & hexastichon libro 1. licet ibi aliâs legatur Marci iunioris. Pompeij iunioris hexastichon lib. 3. ibid.

POMPILIVS Amasæus Romuli Amasæi filius (ambo uiuũt hoc tempore Bononiæ) fragmenta duo è sexto libro historiarum Polybij Latina fecit. Excusa sunt Bononiæ, 1543.

POMERIVS natione Maurus, in Gallias presbyter ordinatus, interrogantibus & rogantibus Iuliano episcopo, & Vero presbytero, dialogorum more respondens, arte dialectica & sermone ingenio apto, cõposuit de natura animę et qualitate eius, & de resurrectionis eius specialitate, in hac uita fidelium & generali omnium hominum libros 8. (Singulorum argumenta Gennadius exprimit) Memini legisse me olim eius dictatum ad quendam nomine Principium: de contemptu mundi ac rerum transiturarum hortatorium, & alium de uitijs & uirtutibus prætitulatũ. Scripsisse & alia dicitur, & adhuc scribere, quæ ad meam notitiam non uenerunt. Viuit usq; hodie, conuersatione Deo digna, apta graduí & professioni. Gennadius.

* Pomerij (aliâs Ponserij) sermones impressi Coloniæ apud Quentel.

POMPONIVS epistolæ 2. & 4. & 12. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coëpiscopis, lib. 1.

POMPONIVS Atticus: uide Cornelius Nepos.

POMPONII Gaurici (is est fortè de familia Lucæ Gaurici, de quo supra) librum de sculptura Petreius excudit Norimbergæ.

† Ex Feneſtella desumptus, ut Viues scribit.

POMPONII Læti de Romanorum † magistratibus, sacerdotijs, iurisperitis, & legib.

libellus, chartis 2. & dimid. Impressus Moguntiæ: & Basil. apud Brylingerũ, 15[illegible]8.

Eiusdem de antiquitatibus urbis Romæ libellus, excusus Basileæ apud Platterum, 1538. in 8. cum aliis diuersorum scriptis eiusdem argumenti.

De exortu Maomethis liber, excusus Basileæ apud Hen. Petrum.

Eadem omnia, quæ prædiximus (præter librum de Maomethe) & insuper Romanæ historiæ Compendium, ex multis dispersis apud scriptores locis in unũ corpus collectum, ab interitu Gordiani iunioris usq; ad Iustinum III. & epistolæ aliquot familiares ad M. Antoniũ Sabellicũ & Ang. Politianũ, et uita eius per M. Antonium Sabellicũ: impressa sunt Argentorati apud Schureriũ, 1515. in 4. cum indice, chartis 21. & dimid. Beatus Rhenanus præfatur in libellũ de antiquitatibus Romæ, & suspicatur eum non esse Pomponij, quoniam & pauca & ineleganter scripta contineat: aut certe non in id scriptũ ut æderetur, sed memorię gratia tantũ.

† impressa est in Italia.

Scripsit de arte † grammatica, primo suo tyrocinio, ex ueteri grammaticorum forma. Cum Varrone diu luctatus est, ut in integrum restitueret. In Crispo & Liuio reposuit quædam. Laurentium Vallam audiuit: fuitq; ab initio contemptor religionis: sed ingrauescente ætate cœpit res ipsa, ut mihi dicitur, curæ esse. Cætera studiorum eius monumenta (præter antedicta) si qua fuere, in direptione domus per ciuilem seditionem sub Xisto pontifice, intercidisse creduntur. Hæc ex uita eius per Sabellicum, qui & stilum eius castum magis quàm comptum esse scribit. Primus emendauit Salustium, & uitam eius scripsit, quæ simul impressa habetur. Græca ignorauit.

Pomponius Lætus exiguæ eruditionis, tota illa eius celebris diligentia circa uerba & historias aliquot, tum saxa eruta, & monimenta diruta cõsumpta est. Viues.

POMPONII Melæ natione Hispani ex Mellaria Beticæ oppido (ut è libro eius secundo manifestum fit) de situ orbis libri 3. impressi Venetijs ab Aldo, & Florentiæ, & Basileæ apud Rob. Vuinter cum scholijs Pe. Oliuarij, &c. & rursus ibidẽ cum tabulis Geographicis. D. Ioachimus Vadianus coniicit eum uixisse Claudij imperatoris tempore. Ex præfatione authoris.

» Dicam autem aliâs plura, & exactius: nunc autem ut quæq; erũt clarissima, & stri-
» ctim. Ac primo quidem, quæ sit forma totius, quæ maximæ partes, quo singulæ
» modo sint, utq; habitentur, expediam. Deinde rursus oras omnium & littora, ut
» intra extraq; sunt: atq; ut ea subit ac circumluit pelagus: additis quæ in natura re-
» gionum, incolarumq; memoranda sunt.

PONTIANI hexastichon libro 4. Florilegij Græci, sectione 9.

PONTIANI papæ decreta, cum reliquorum pontificum decretis impressa.

PONTICVS antiquus poëta haud ignobilis fuit, cuius aliquoties meminit Propertius. Gyraldus.

T. in appẽdice. Cl sub Ludouico sphortia.

PONTICVS Virmius (aliâs Virunius) patria (ut aiunt) Taruisinus, eruditissimus philosophus, Latinæ Græcæq; literaturæ studiosus, scripsit quæ subijciuntur:

In Claudianum commentaria.
In Ioannis Sacroboscensis sphæram commentaria.
De obscuris authorum locis & corruptis nominibus, libri tres.
De miseria literarum, lib. 2. carmine.
De laudibus Beatricis Mediolanensis reginæ, librum unum carmine.
Elegiarum & Epigrammatum, lib. 2.
In Erotemata Chrysoloræ commentarium.
In Achilleida Statianam commentarium.
In Ouidianam meta. commentaria. In Vergilij opera commentaria.
De arte diuinandi, libri sedecim.
Odysseam Homeri transtulit in Latinum.
Hymnorum eiusdem Homeri, lib. 4.

Euripidis

Euripidis tragœdias sex. In medicina traduxit Theophilum de pulsibus & urinis. Item Aeneum de pulsibus & urinis.

Inuectiuarum, lib. 1. De intitulationibus, lib. 1.

Apollonij argonautica in Latinũ uertit in lib. 4. Alia quoq; multa & Latina fecit & emisit. * Libanij de scribendis epistolis opusculum, Pontico Virunio interprete, extat impressum, cum alijs quibusdam.

PONTIVS Paulinus. Vide Paulinus.

PONTIVS diaconus Cypriani, usq; ad diem passionis eius, cum ipso exilium sustinens, egregium uolumen uitæ & passionis Cypriani reliquit. Hieronymus. Apud Trittemium non recte legitur Pontinus, addit autem eum floruisse anno salutis, 240.

Libellus hic de passione Cypriani, impressus est in frontispicio operũ ipsius Cypriani, charta dimid. Vide supra in C. Suetonio. Item in præfatione D. Erasmi in Cyprianum.

PORCELLIVS poëta Neapolitanus (uerum ipse Romanus dici malebat, ubi uixit et extinctus est admodum senex) uir alioquin ineruditus, &c. tantum carmina, quib. omnia referst, natura faciebat, non tam bona, quàm facilia, & penè extemporalia. Viro tamen huiusce modi admirator non defuit Fredericus Vrbini dux, qui res suas ab eo conscribi uoluit. Raph. Volaterranus. * Porcellij, Basinij, & Trebani poëtarum opuscula Colinæus excudit Parisijs, 1539. in 8.

PORPHYRIONIS grammatici, commentarij in Horatium, impressi & aliàs, & hoc anno, 1545. Basileæ apud Hen. Petrum cum Acrone in eundem, adiectis etiam carminibus Horatij in fol. Acron & Porphyrion Horatij expositores plærisq; recentiorũ longe sunt impares, dormitant crebro, atq; adeò stertunt quoq;. Viues. Vide supra Hen. Glareani præfationem super annotationes suas in Horatium.

PORPHYROGENETAE regis Constantini epitome de alimentis, Græca, asseruatur Bononiæ in bibliotheca S. Saluatoris.

PORPHYRIVS qui contra Christianos scripsit, proprie uocabatur Βασιλεὺς Tyrius philosophus, discipulus Amelij Plotini discipuli, præceptor Iamblichi, tempore Aureliani ad Diocletianum usq; libros scripsit quàm plurimos in philosophia, rhetorica & Grammatica. Vide plura apud Suidã scripta eius enumerantem: item apud Lilium Gyraldum in uitis poëtarum.

Porphyrij Isagoge in Aristotelis organum, siue de quinq; uocibus, ubiq; Aristotelis organo præponi solet. Porphyrius quæ de quinq; uocibus composuit ex libris Topicorum sumpsit. Viues.

Liber Homericarum quæstionum, & alius de Nympharum antro in Odyssea, impressi ab Aldo Venetijs: & Argentorati à Rihelio cum commentarijs Græcis anonymis in Homerum, 1539. & seorsim in 4. Romæ aut Florentiæ.

Liber de diuinis & dæmonibus, Latine opinor excusus ab Aldo, cum alijs quibusdam.

Fragmentum quoddam ex Porphyrio de animæ descensu atq; ascensu, à Marsilio Ficino decerptum, cum Mercurio Trismegisto, &c. in calce impressum est, Basileæ apud Bebelium, 1532. Vide supra in Iamblicho.

Porphyrij in Aristotelis categorias expositio per interrogationem & responsionem. Impressa Parisijs, 1543. in 4. Latine reddita, ut puto.

Expositio in Musicam Ptolemæi Latine extat, nescio an impressa.

Diegus Hurtadus à Mendozza Cæsareus orator Venetijs, Porphyrij opuscula Græca habet quæ sequuntur.

In prædicamenta. De abstinentia ab animatis. De †ascensib. ad intelligibilia. †ἀνακφορῶν.

Introductio in Ptolemæi Apotelesmaticam, quæ pars est astrologiæ.

Interpretatio Harmonicorum Ptolemæi.

Commentarios in primum Musicæ Ptolemæi, & partem secundi.

Commentaria Græca in Quadripartitum Ptolemæi, extant Venetijs manuscripta.

Liber de prosodia Græcus, seruatur ibidem in bibliotheca SS. Ioannis & Pauli, manuscriptus in fol. chartis 4. & dimid.

Porphyrij logica sine principio, Græce extant Romæ in Vaticana.

Plotini uita, authore Porphyrio, cum Plotini operibus à Marsilio Ficino Latinitate donatis, impressa est, ut supra dixi. Ex libro de anima & alijs, citantur fragmenta quædam in locis Stobæi.

PORPHYRIVS quidam poëta Latinus Constantini ætate floruit: uide Gyraldum.

PORTII Latronis, antiqui scriptoris, declamatio contra L. Catilinam, impressa cum Salustij historijs.

POSIDIPPVS Cassandreus Comicus tertio post Menandri mortem anno fabulas circiter 30. exhibuit populo. Suidas. Citantur ab Athenæo Comœdiæ eius 8. & epigrammata. In Anthologio etiam aliquot Posidippi epigrammata leguntur. Allegat & Stobæus.

T. cl. 430. POSIDONIVS Afer, episcopus Calamensis, beati Augustini quondam auditor, scripsit autem inter cætera,

† Impressa cum operibus Augustini, in fine primi Tomi Basileæ.

† Vitam sancti Augustini, lib. 1. Inspirante rerum omnium.
Indiculum librorum eius, lib. 1. Contra Paganos de.

POSIDONIOS quatuor cum ipsorum scriptis Suidas commemorat. Athenæus etiam Posidonij Apamensis historiam sæpe allegat.

POSIDONIVS calumnias quasdam aduersus Iudæos scripsit, ut meminit Iosephus libro 2. contra Appionem.

In Aëtij medici libris citantur POSIDONII fragmenta, de phrenitide, de lethargo, de caro, de comate, de uertiginosis, de mania, de melancholia, de ephialta, de epilepticis alicuius membri uitio: curatio senum & puerorum epilepticorum, item decrepitorum & infantium: de morsis à cane rabido.

POSIS Magnes scripsit Amazonidem & de magnetibus. Athenæus.

POTAMON Mitylenæus rhetor, filius Lesbonactis, docuit Romæ sub Tiberio, &c. Vide Suidam.

PRATINAS Phliasius poëta Tragicus, uide Suidam. Athenæus citat eius Dymanas siue Caritidas.

PRAXILLA Sicyonia allegatur ab Athenæo libro 13.

T. cl. 449. PRIMASIVS episcopus Africanus, & ut quidam uolunt beati Augustini quondam discipulus, multa dicitur composuisse opuscula, de quibus ego tantum reperi:
Contra hæreses ad Fortunatum episcopum, lib. 3.
In Apoca. Ioan. ad Castorium, lib. 5. De libro Apo. beati Ioan.
* Cõmentarij in Apocalypsin ex illegibili scriptura antiqua, impressi Basileæ, 1544. apud Rob. Vuinter. In epistolam ad Rom. impressi, 1537.
Catalogus librorũ quos Gymnicus excudit Coloniæ, sic habet: Primasius in Paulum, chartis 43. Gryphius Lugduni publicauit Primasij commentarios in epistolas Pauli, & in Apocalypsin.

PRIMVS epistolæ 4. & 12. apud Cyprianũ author cum aliquot alijs coëpiscopis, lib. 1.

PRIMI Felicis à Migirpa uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

T. cl. 520. PRISCIANVS grammaticus, patria Cæsariensis, scripsit in arte grãmatica quædam præclara uolumina, è quibus ista feruntur. Ad Iulianum patricium.
De partibus orationis, lib. 2. De constructione, lib. 1.
De accentibus, lib. 1. De Cosmographia, lib. 1.
De naturalibus quæstionibus ad Cosroen regem Persarum, lib. 1.

Alia

Alia quoq; nonnulla scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

* Priscianus loquacissimus meo quidem iudicatu author, nimis multa præcepta accummulat. Viues, ni fallor. Habeo authorem qui scribit, hunc ab initio Christianum, deinde fidei desertorem fuisse. Raph. Volaterranus.

Hermogenis ad oratoriam præexercitamenta, interprete Prisciano: impressa seorsim Parisijs apud Colinæum, 1526. Quæ Græce ab Hermogene scripta sunt, intercidisse puto.

Prisciani grãmatici Cæsarien sis libri omnes impressi Parisijs in fol. & alibi cum commentarijs: & Coloniæ apud Ceruicornum sine cõmentarijs, 1538. in fol. cum indice, chartis 98. Sunt autem hæc. De octo partibus orationis libri 16. De cõstructione earundẽ li. 2. De duodecim primis Aeneidos librorũ carminib. De accentibus tam nominum, quàm uerborum. De ponderibus & mensuris. De præexercitamentis rhetoricorum ex Hermogene. De uersibus comicis. De declinatione nominum liber, chartis duabus. His accedit, Rufini V. D. Grammatici Antiochensis commentarium de metris comicis & oratorijs numeris. *Rufinus.*

Ex Baptista Guarino.

Priscianus est nomen deriuatum à Prisco, sed melius à præscio uerbo, ut ipse dicit, quod fuit eruditus septem artibus liberalibus: natiuitate Romanus, sed ideo Cæsarien sis, quia ibi didicit literas, in Cæsarea inquam Palæstinæ. Scribit opus Iuliano 43. imperatori, qui fuit tempore D. Hieronymi.

Ex præfatione Prisciani ad Iulianum consulem ac patricium.

Grammaticæ authores quanto sunt iuniores, tanto perspicaciores. Quid enim Herodiani artibus certius? Quid Apollonij scrupulosis quæstionibus enucleatius posit inueniri? Cum igitur eos omnia ferè uitia, quæcunq; antiquorum Græcorum commentarijs sunt relicta artis grammaticæ, expurgasse comperio, certisq; rationis legibus emendasse: nostrorum autem neminem post illos imitatorẽ eorum exti nisse, quippe in negligentiam cadentibus studijs literarum, propter inopiam scriptorum: quamuis audacter, sed non impudenter, ut puto, conatus sum pro uirib. rem arduam quidem, sed officio professionis non indebitam, supra nominatorum præcepta uirorum, quæ congrua sunt uisa, in Latinum transferre sermonem: collectis etiam omnibus ferè, quæcunq; necessaria nostrorum quoq; inueniuntur artium commentarijs grammaticorum, &c. Spacij quoq; ueniam peto, quamuis ad Herodiani scriptorum pelagus, & ad eius patris Apollonij spacioſa uolumina, meorum compendiosa sunt existimanda scripta librorum. Titulos uniuersi operis per singulos posui libros, quo facilius, quicquid ex eis quæratur, discretis possit locis inueniri. Ante hanc præfationem catalogus ponitur plurimorum authorum in utraq; lingua ordine alphabeti, quorum densissima testimonia his libris insunt. Præfationi subijciuntur argumenta librorum 18. de partibus orationis & constructione. Apollonij uestigia in libris etiam de syntaxi, ut in superioribus, præcipue sequi se profitetur. In partitiones principalium Aeneidos uersuum nulla extat præfatio. *Herodianus.* *Apollonius.*

Prisciano quidam falsò hactenus adscripserunt translationem operis Dionysij Afri de situ orbis, cum ea sit Rhemnij Grammatici.

PRISCIANI philosophi Lydi expositio librorum Theophrasti de sensu, phantasia, & intellectu, Græce cum eisdem impressa est nuper Basileæ, chartis 5. apud Io. Oporinum: & prius in Latinum uersa (nescio quo interprete) Venetijs apud Aldum.

PRISCILLIANVS, Abilæ episcopus, qui factione Hylatij & Ithacij Treueris à Maximo tyranno cæsus est, ædidit multa opuscula, de quibus ad nos aliqua peruenerunt, &c. Hieronymus.

PRISCVS Iabolenus, uetus I. C. scripsit ex Cassio libros 15. Epistolarum lib. 14. Ad Plautium lib. 5.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1181] - 570v

PRISCVS Panites genere, sophista, Theodosij iunioris epistolarũ magister fuit, orator ab eo in Scythiam missus ad Attilam Hunnorũ regem. Scripsit historiam Constantinopolitanam, & ipsius Attilæ libris 8. & declamationes, & epistolas. Suidas. Hæc hodie historia in bibliotheca Vaticana continetur. Raph. Volaterranus. Citatur in memorabilibus Baptistæ Fulgosi.

PRISCVS epistolæ 2. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coëpiscopis, lib. 1.

PRIVATIANVS epistolæ 2. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coëpiscopis, lib. 1. Apud eundem in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis leguntur uerba PRIVATIANI à Suficula, & Priuati à Sufibus.

T. cl. 430. *ut quibusdam placet.*

PROBA mulier elegantissima, uxor Adelphi proconsulis Romani, cum Virgilium mente teneret ad uerbum, cogitauit ex illius uersibus nouũ & uetus testamentum describere, & quasi sic ille sensisset suis carminibus demonstrare. Aggressa itaque fortiter opus mente repositũ, omnes Virgilij libros solicite percurrẽs, nunc istum, nunc illum uersum, aliquando dimidium, nonnunquam particulas minores uersuum assumens, mirabili industria seruata ubiq; mensura pedum, catholica uolumina poëtæ carminibus descripsit, hocq; opus in septingentis fermè uersibus comportatum prænotauit Græco uocabulo,

Virgiliocentrones, lib. 1. Iam dudum temerasse.

Si quid amplius scripsit, nescio. * Probæ mulieris uitam Ioan. Herold in præfatione super secundo Tomo Eugyppij Thesaurorum multis uerbis describit, in posteriore præfationis parte. Vide etiam Gyraldum in uitis poëtarum.

Probæ Falconiæ Centones, id est carmen ex diuersis Vergilij uersibus & hemistichijs consarcinatum, continens descriptionẽ utriusq; Testamenti, chartis ferè 2. Impressum, ut supra dixi in Eudoxia.

PROBI catholica, liber inuentus in Italia, in cœnobio Bobij oppidi, circa annũ, 1490. ut meminit Raph. Volaterranus in eius oppidi mentione. Nescio an fortè sit Probi grammatici, cui Valerius prænomen est, ut infra dicetur.

PROCHORI Cydonæ hieromonachi scripta quædam Græca extant Romæ in Vaticana bibliotheca, nempe: Procœmium in quæstionem de lumine. Capita undecim de lumine in Thaborio: & capita quædam dialectica de eodem lumine. Liber de essentia & operatione, cum contradictionibus Io. Cantacuzeni. Tractatus de attributis.

S. Ioannis theologi & euangelistæ periodi sive miracula per PROCHORVM discipulum eius scripta, unum ex septem, & consobrinum Stephani protomartyris. Græce in Italia.

PROCLVS Mallotes è Cilicia philosophus Stoicus scripsit commentarium in Diogenis sophismata, & ad Epicurum, Fuit & alter PROCLVS Mallotes, & ipse Stoicus. Suidas.

† Ab alijs reddi tur Proculeius.

PROCLVS, † Procleius cognominatus, Themistionis filius, ex Laodicea Syriæ, hierophanta, scripsit theologiam in Pandoræ fabulam apud Hesiodum, in aurea carmina, in Nicomachi introductionẽ arithmeticæ, & alia quædã Geometrica. Suidas.

†Alias filij Nestorij, ut reddit Gyraldus.

PROCLVS Lycius, discipulus Syriani, ac Plutarchi † Nestorij philosophi auditor, & ipse philosophus Platonicus: præfuit Scholæ Athenis, ubi discipulum ac successorem Marinum Neapolitanum reliquit. Permulta scripsit philosophica & grammatica: Commentarios in totum Homerum, In Hesiodi opera & dies, περὶ χρησμοσθίας βιβλία γ', περὶ ἀγωγῆς β', in Rempub. Platonis lib. 4. In Orphei theologiam, Symphoniam Orphei, Pythagoræ, & Platonis, De oraculis libros 10. De dijs apud Homerum. Epicheremata contra Christianos 18. Librum Metroacũ, quem si quis legat uidebit non caruisse diuina inspiratione theologiam eius, sic ut non amplius molesti sint luctus qui prima fronte apparent. Suidas. Idem in Hegia Procli meminit. Vide Proculus infra.

Procli

Procli Epicheremata 18. contra Christianos quibus mundum ingenitum & incorruptibilem esse contendit, cum refutatione per Ioan. Grammaticum, extant impressa. Vide supra in Ioan. Grammatico.

Procli diadochi libellus de sphæra, siue de circulis sphæræ, impressus Græce & Latine Parisijs apud Vuechelum, & Argentorati apud Rihelium, & alibi sæpe, ut cũ Hygino Basileæ & ibidẽ cum Arato Græcis cõmentarijs explicato apud Vuderũ. Procli sphæra nimis concisa est, & ad horizonta Græciæ nõ absq; magna duorũ circulorũ cõfusione descripta. Hen. Glarea. in præfatiõe suæ Geographiç.

De usu astrolabij Proclus paucissima quædam reliquit. Viues. Conuertit ea Georgius Valla, ut supra dixi.

Enarrationum in primum Euclidis, libri 4. impressi Basileæ cum Euclide Græco. Vidi & Bononiæ in Bibliotheca S. Saluatoris manuscriptum librum.

Hymni quatuor Græci à Proclo Lycio compositi, unus in Solem, duo in Venerem, & alius in Musas, post Orphei hymnos impressi habentur. Eos Gyraldus confusis nominibus Laodicensi tribuit.

Procli diadochi hypotyposis astronomicarũ positionũ, quę est oĩm quę in Almagesto Ptolemæi demõstrant cõpendiũ, ad reminiscentiã cõducens plurimũ, Georg. Valla Placentino interprete: impressa Basileæ cũ Cl. Ptolemæo Latino, 1541.

Cõpendiaria de motu disputatio, posteriores quinq; Aristotelis de auscultatione naturali libros, mira breuitate cõplectens: impressa Basil. apud Bebeliũ, 1531. in 8. chartis 3. & nuper Argentorati apud Rihelium cum Latina uersione Iusti Velsij.

Excerpta quædã p. Marsiliũ Ficinũ ex Græcis Procli cõmentarijs in Alcibiadẽ Platonis primũ, de aĩa et dęmone: Itẽ libellus de sacrificio et magia eodẽ interprete, chartę 6. & dimi. impressę Basil. apud Bebeliũ, 1532. cũ Mercurio Trismegisto, &c.

Interpretatio in opera & dies Hesiodi, quæ circa theologiam ethnicam ferè & allegorias uersatur. Impressa cum Græcis diuersorum commentarijs in opera Hesiodi, Venetijs 1537. Vide supra in Ioanne Tzetze.

Cõmentariorũ in Platonis Timæũ libri 5. totius ueteris philosophiæ thesaurus, chartis 87. In eiusdẽ Politicen difficiliorũ † quæstionũ aliquot per capita cũ suis argumentis enarratio, præsertim earũ quæ ad poëtin, & fabulas poëtarũ, in primis Homeri, ptinent, chartis 21. Impressa sunt Basileæ, 1534. in fol. cum Platone Græco. Index in eadem, post indices in Platonem, ab operis initio positus est.

† Earum etiam epitome ex nostra uersione Tiguri impressa est.

De libris Græcis Procli Lycij, qui in Italia extant, nondũ impressi, q̃d sciam.

Christomachia, condítur in Vaticana bibliotheca Romæ.

De theologia secundũ Platonem lib. 2. * Institutio theologica elementaris in † sermones 6. diuisa. Ibidem, & apud Diegũ Hurtadũ Cæsaris oratorẽ Venetijs extant. Inueni & huiusmodi titulũ in catalogo quodã: Declaratio theologicæ institutionis, cuius capita sunt 211. subiectis statim his uerbis: πρὸς τὸ μὴ συναρπαζῶσ τοὺς ἀναγινώσκοντας ὑπὸ τῆς ἐπιφαινομένης αὐτῇ πειθανάγκης, ☙ σκανδαλίζῶσ ἢ τῆς ὑγιοῦς ἡμῶν πίστως. Apparet autem sensus imperfectus. Hæc institutio aliâs inscribitur, Propositiones metaphysicæ 211. & fertur etiam Latine extare.

* Seruatur etiã in bibliotheca Augustæ Vindelicorum: item elementa physica, & alia quædam, nescio an eiusdem authoris, ibidẽ in uno uolumine.

In Platonis Parmenidem libri 3. In Cratylum parecbolæ.

In Platonis Alcibiadem primũ explicatio: In Parmenidem sermones sex: In libros de repub. Supersunt apud Diegũ Hurtadũ Cæsareũ legatum Venetijs.

† Aliâs capit. 4.

Feruntur & in Aristotelis quædam, scripta Procli extare Romæ in Vaticana.

Procli & Theonis tabulæ quædam in astronomia Græce extant: nescio an aliæ q̃ Hypotyposes. De machina Procli uide supra in Io. Cuspiniano, in margine.

PROCLI Sophitæ liber Græcus de epistolico charactere, habet Romæ in Vaticana.

PROCLI Constantinopolitani episcopi epistola de fide, ad uenerabiles & sanctos episcopos, presbyteros, & archimandritas per Armeniã, impressa Basileæ 1528. apud Hen. Petrum: charta una, in fol. minimis characteribus cum alijs uarijs. Scripta

est Constantinopoli sub Consulatu Theodosij Augusti v. & Valentiniani IIII. Refellit præcipue hæreses Theodori Mouesteneæ ciuitatis episcopi, Sabellij, & Nestorij, de trinitate & Christi natura male sentientium.

Eadem epistola Græce & Latine impressa est Parisijs apud Guillardã in 4. Fuere & alij Procli Constantinopolitani episcopi. Procli uerba multa referuntur ab Epiphanio pagina 257. Latinæ æditionis Basiliensis.

PROCOPIVS ex illustrium ordine, Cæsariensis ex Palæstina, rhetor & sophista, scripsit historiam Romanam, bella uidelicet Belisarij quæ circa Romã & per Libyam gesta sunt. Fuit temporibus Iustiniani Cæsaris, scriba Belisarij: sed in rebus agendis uersatus, & comes illi in omnibus bellis & gestis, quæ ipse in literas retulit. Scripsit alterum quoq; librum appellatum anecdota, de rebus ipsius indubie non uulgaria continentem: nam titulus indicat non in hoc scriptũ ut æderetur: ut sint operis utriusq; uolumina nouem. Liber Procopij qui uocatur ἀνέκδοτα, cõuicia atq; comicos morsus in Iustinianum Cæsarem continèt, et eius coniugem Theodoram, atq; adeò in ipsum Belisarium & illius uxorem. Suidas.

De reb. uel bello Gothorum libri 3. Christophoro Porsena interprete. De bello Persico lib. 2. & alij duo de bello Vandalico, Raph. Volaterrano interprete. Chartæ sunt 60. impressæ Basileæ apud Heruagium, 1531. in fol. cum indice, cum Agathia, Leonardo Aretino & Iornande de reb. Gothicis: in calce eiusdẽ uoluminis adiectus est liber Græcus eiusdẽ Procopij de ædificijs Iustiniani Augusti, tum primũ excusus, chartis 12. Ab initio prælegitur Beati Rhenani erudita præfatio. Ex præfatione Raph. Volaterrani. Iustinianus princeps Orientẽ Persarum regibus adsidue tumultuantibus lacessitũ, ultra etiã Tigrim & Euphratem pacatum reddidit. His quoq; auxilia præstantes Hunnorum indomitam gentem, & Saracenorum exercitus Alamandaro duce ferocissimos compescuit. Altero Vandilos ex aquilone Aphricam petentes ac 95. annorum præscriptione possidentes penitus expulit. In tertio Gothos ex Italiæ finibus disiecit, &c. De autore sic habe, ut hunc mediocrem ac planè secundum naturam dictionem sequi iudicare possis, Asiatico tamen eidemq; patrio propiorem sermoni quàm Attico: in qua & conciones & epistolæ quædam breues admodum interueniunt, non usque quaq; in hoc genere ineptæ: uerum interpretis egebant diligentia, cum præsertim plæraq; in exemplaribus mendosa reperiantur. Procopiũ in plærisq; imitatus est Leonardus Aretinus, ut supra diximus. Summam librorum historiæ Gothicæ perstingit Agathius in præfatione sua, quã huc adscriberẽ nisi excrescentẽ libri molẽ uererer. Persequit aũt Agathius res Gothorũ quę Procopij historiã sequunt.

Iustiniani gesta per Belisarium ducem.

Libri septem historiarum iam dicti, extãt etiam Græce in Vaticana bibliotheca Romæ: & apud Diegum Hurtadum Cæsaris oratorem Venetijs.

Orationes quædam Procopij, impressæ in 8. Moguntiæ, 1538.

De Iustiniani imperatoris ædificijs libri sex, Francisco Craneueldio interprete, cum scholijs Theodorici Adamæi, excusi sunt Parisijs: uide supra in Franc. Craneueldio: & in Theodoro Cynopolita.

Procopij sophistę epistolę aliq̃t, mire elegãtes, impres. ab Aldo, chartis ferè 4. in 4. in uolumine Græcarũ epistolarũ. Scribit aũt ad Philippũ fratrẽ, Hieronymũ, Macariũ, Sozomenũ, Pancratiũ, Castorẽ, Zachariã, Eliã episcopũ, &c. Vtrũ uero à Procopio Gazęo aut Cęsariẽsi scriptę sint, nescio: q̃niã utriq; tribuit sophistę cognomẽ.

Procop.

PROCOPII Gazæi sophistæ (cuius meminit Photius patriarcha) Cõmentarij Græci in aliquot ueteris Testamẽti libros, extant apud Diegũ Hurtadũ Cæsaris oratorẽ Venetijs: nẽpe, in Genesin & Exodũ. In Esaiã prophetã. Alibi quoq; memini legere extare in Italia Commentarios eius in libros Mosis, & aliâs in Pentateuchum.

PROCOPIVS comes & magister memoriæ sub Theodosio, operam suam contulit ad codicem Theodosianum.

PROCVLVS nomen proprium, forma diminutiua, ut uidetur, à proco formatum. Græci per syncopen Proclum dicunt.

PROCVLVS uetus I.C. scripsit epistolarum libros 8.

PROCVLI (id est Procli Lycij, de quo supra) liber de causis, impressus Latine cum Thomæ Aquinatis commentario Venetijs apud Scotum, 1505. cum alijs eiusdem Thomæ in Aristotelis parua naturalia commentarijs.

PRODICVS ex insula Ceo, physicus, æqualis Democrito. Meminit eius Suidas, & sententias quasdam eius alicubi refert Stobæus.

PROMATHIDAE Heracleotis hemiambos citat Athenæus.

PROSDOCINVS de Comitibus, scripsit in 2. Decretal.

PROSDOCIVS I.C. uide Tribonianum.

PROSPER episcopus Reginensis, post Fauentium, natione Aquitanicus, scripsit multa præclara opuscula: de quibus ego tantum reperi subiecta. Ex sententijs beati Augustini episcopi uersibus hexametris & pentametris, mixtum prosa, opus pulcherrimum quod prænotare uoluit, T.cl.405. aliàs 454.

Epigrammata,	lib.1.	Dum sacris mentem placet.	
De uita contemplatiua,	lib.3.	Contemplatiua uita in.	
De libero arbitrio,	lib.1.	Domino fratri dilectissimo Ru.	
Ad capitula Gallorũ responsiones,	lib.1.	Doctrinam quam sanctæ.	
Ad obiecta Vincentianorũ,	lib.1.	Quidam Christianæ ac.	
Ad excerpta Genuensium,	lib.1.	In libris beatæ memo.	
Summã grandẽ. 330. positionũ,	lib.1.	Scientia uera est quæ.	
Contra Cassianũ de libe. arbi.	lib.1.	Chronicon historiarum,	lib.1.
Epistolarum ad diuersos,	lib.1.	De illustribus uiris,	lib.1.
De captiuitate Romæ,	lib.1.		

Alia insuper nonnulla scripsisse dicitur, sed ad manus nostras non uenerunt.

* Epistolæ quoq; papæ Leonis aduersum Eutychen, de uera Christi incarnatione ad diuersos datæ, ab ipso dictatæ creduntur. Gennadius: apud quem uide plura, & apud Gyraldum in uitis poëtarum, qui etiam de prouidentia Dei librũ 1. ab eo scriptum testatur, & alterum de ingratis, heroico carmine.

Prosperi, temporum continuatio, incipiens ab anno 382 (eousq; enim ab Hieronymo producta erat historia) usq; ad annũ 447. chartis tribus & dimid. impressa Basileæ apud Hen. Petrum cum Eusebij & aliorum Chronicis. Alicubi etiam legi extare librum eius de temporibus ab Adamo usq; ad sæculum suum.

De prædictionibus & promissionibus Dei liber in 3. partes sectus, impressus. De uita solitaria.

Epistola ad Augustinũ de reliquijs Pelagianæ hæreseos, habet Tomo 7. operũ Augustini.

Aduersus Colluctatorem Pelagianum de libero arbitrio liber. Hen. Petrus Basileæ, 1528. in fol. chartis 3. & quadr. in antidoto contra hæreses. Ante finẽ libri anacephalæosis est omnium prædictorum per duodecim definitiones aphoristicè. In fine desunt aliquot uersus: finit autem, agnoscent calumniatores.

Prosperi Aquitanici Episcopi Rhegiensis epigrãmata aliquot, cum Sedulij paschali opere impressa apud Vuesthemerum Basileæ: sunt autem hæc,

De diuinis scripturis.	De oratione Domini.	De laudando Deum.
De accelerãda cõuersione.	De timore.	De uirginitate.
De modo habendi.	De diuitijs.	De uera bonitate.
De mali impunitate.	De gaudio recto.	

Prosperi opuscula, excusa Coloniæ in 8. anno 1536. apud Gymnicum.

Prosperi opera, Lugduni apud Gryphiũ, 1539. in fol. Eadẽ uetustorũ exemplariũ collatione recognita, impressa Colo. 1540. in 8. apud Heronẽ Alopeciũ, chartis 56.

PROSPER Calanus è Sarzana Hetruriæ urbe oriundus, uir doctiſſimus, Romæ annos multos, deinde Bononiæ medicinam exercuit, optima (ut audio) & exquiſitiſſima ratione. Impartiuit autem ſtudioſis lucubrationes, quæ inſcribuntur:
De tuenda ualetudine ad Herculem Gonzagam Cardinalem Mantuanum commentarius, qui uniuſcuiuſq; ualetudini accommodari poſſe uidetur.
Paraphraſis in Galeni librum de naturalibus facultatibus.
Enchiridion de cautione à uenenatis, Clementi VII. pont. max. ſcriptum.
Duodetriginti commentaria, per quæ ipſe totidem illuſtribus & potentibus uiris in uarios morbos conſilium dedit.
Paraphraſis in Galeni libellũ de inæquali intẽperie. Impreſſa ſeorſim Lugd. à Gryphio.
Epiſtolæ q̃q; plurimæ diuerſis amicis de curatiõe certarũ ægritudinũ miſſæ.
Audio huius authoris uaria ſcripta in re medica, impreſſa eſſe apud Gryphium Lugduni, 1538. neſcio an ſuperiora omnia.

T. cl. 400. PROTERIVS epiſcopus Alexandrinus, ſcripſit inter cætera ad S. Leonem Papam,
De celebratione paſchæ, epi. 3.
Ad Hilarium de eadem re, epi. 1. Quoniam ſanctitas ueſtra orta.
Epiſtolas plures ad diuerſos. Et quædam alia.

PROTAGORAS præceptor Iſocratis, libri eius ab Athenienſibus exuſti ſunt, quod de diis dubitarent. Vide Suidam.

PROXENAS ſcripſit de republica Lacedæmoniorum. Athenæus.

PTOCHODROMI Theages & Pericles Romæ extant Græce.

PTOLEMAEVS, naturalis magiæ ſcriptor. Vide in Zoroaſtre.

PTOLEmæi quinq; omnes Grãmatici, à Suida cõmemorant cũ ſuis ſcriptis, et unus Cytherius uerſificator. Ab Athenæo allegant PTOLEMAEI regis hiſtoriarũ lib. 24. Ptolemæi filij Ageſarchi, hiſtoriæ de Philopatore: & PTOLEMæus Ariſtonici. PTOLEMAEI tetraſtichon lib. 1. Anthologij, & diſtichon lib. 3. PTOLEMAEI uerba ad Floram, cum operibus Epiphanij Latine redditis pag. 102.

PTOLEMAEI de Hiſpania liber, qui dictus eſt Argerzelli introductorius ad librũ, &c. Memini uidere opuſculum manuſcriptum.

PTOLEMAEVS Lagi, hiſtoriam regis Alexandri ſcripſit. Vide ſupra præfationem Arriani: de expeditione Alexandri.

PTOLEMAEVS Lucenſis ſcripſit magno uolumine hiſtoriam pontificum Romanorum, & breuiter attingit uiros, qui temporibus ſingulorũ claruerunt, uſq; ad Cœleſtinum V. cuius temporibus ſe dicit fuiſſe, anno 1273. Raph. Volaterranus.

PVBLICOLAE epiſtola ad D. Auguſtinum petens quæſtionum aliquot explicationem, numero 153. inter D. Auguſtini epiſtolas.

PVBLII Cornelij Taciti equitis Romani, Hiſtoriæ Auguſtę, ſiue Annaliũ ab exceſſu Auguſti lib. 16. per Beatũ Rhenanũ recogniti. Caſtigationes ſuis quæq; libris adduntur. Eiuſdem libellus de Germanorũ populis, moribus, ac ſitu. Dialogus de oratoribus, in quo Ciceronis Brutũ materia dicendi copia imitat. Vita Iulij Agricolæ ſoceri ſui. Omnia emaculatius, & unà cũ ſcholijs. Acceſſit etiã ab operis initio theſaurus cõſtructionũ, locutionũq;, & uocũ Tacito ſolenniũ, citatis etiã ex Liuio plærũq; teſtimonijs, ac in calce index copioſus: Nec deſunt aliorũ in hunc authorẽ ante ædita annotatiões præfatiõesq;, ſiue Phil. Beroaldi, ſeu Andreæ Alciati. Frobenius excudit Baſileæ, 1533. chartis 147. prius aũt Aldus Venetijs excuderat.
Cor. Tacitus ſub Adriano principe orator clariſſ. æqualis ac familiaris Plinij iunioris (et Suetonij) Belgicę Gallię ratiões, curauit, ad Veſpaſianos uſq; peruenit, ab ijſq; honoribus euectus hiſtoriã principũ conſcripſit ab Auguſto, uſq; ad Adr. quæ ad nos haud integra peruenit. Hãc igit nõ uitas imperatorũ auſus eſt inſcribere, ſed tantũ diurnales actiões, quę mediũ inter hiſtoriã & uitas tenerẽt. Stylo ſcribit compreſſo et elegãti, tũ arguto et ſententioſo: in cętera uero hiſtoria aliquãtulũ ſublimior.

Scribit

Scribit Flauius Vopiscus hunc authorem tanquã è suis progenitoribus, Tacitum imperatorem quotannis decies describi, ne liber periret, ac in omnibus bibliothecis apponi iussisse. Tertullianus autem noster eum mendaciorum loquentissimum appellat. Raph. Volaterranus. Qui plura de laudibus huius scriptoris cognoscere uolet, is legat epistolam Andreæ Alciati ad Galeatium circa finẽ operis.

P. FAVSTI Andrelini Foroliuiensis poëtæ laureati epistolæ prouerbiales & morales, excusæ Argentorati, anno 1517. in 4. chartis 3. & dimid. & rursus 1519. ex secunda recognitione. Beatus Rhenanus in præfatione commendat has epistolas tanquam eruditas, lepidas, & utiles. Etsi enim hic author (inquit) in nonnullis opusculis genuino poëtarum more lasciuiusculus sit, hic tamen integrũ ac modestum oratorem agit. Argumenta epistolarum 9.

1 Quod hactenus carminibus tantum insudauerit, & nunc demum solutam orationem aggrediatur.
2 Amico reconciliato, aut raro, aut nunquam fidendum.
3 Quod Aeneis non ab omnib. intelligatur, dubiam habens cum Iliade palmã.
4 Non esse antiquatis obliteratisq; uerbis utendum.
5 Non habendum esse cum fœmina commercium.
6 Temporis iactura nihil esse neq; pernicios̃ius, neq; detestabilius.
7 Quod pueri ab optimo præceptore candidis, tum literis, tum morib. sunt im-
8 Labores otio anteponendos. (buendi.
9 Quod ideo epistolas scribat adagijs scatentes, quia magna & moralia complectuntur.

Poëmata eius publicata sunt, uidelicet eclogæ 4. Distícha: quæ & seorsim cum commentario Lugduni à Pagano impressa sunt. Idem opus aliâs inscribitur hecatodistichon, excusum Parisijs in 4. anno 1525.

P. FRANCISCI Amerini in parentalia Platinæ carmina, in fine operũ ipsius Platinę.

P. FVRIVS † Anthinus, uetus I.C. scripsit partis edicti libros 5. † Aliâs Anthius, aliâs Anthianus.

P. IVBENTIVS Celsus uetus I.C. scripsit libros 39. Digestorum. Vide Iuuentius Celsus in uitis Bernardini Rutilij.

P. LENTVLI Pub. fi. proquæstoris ad Ciceronem epistola libro 12. familiarium: & alia ad S. P. Q. R. ibidem.

PVBLII Ouidij Nasonis opera, impressa Venetijs apud Aldum cum annotationib. in omnia Ouidij opera: & Basileæ apud Hen. Petrum, 1532. adiectis tunc primum fragmentis quibusdam ex libris quæ periere Epigrammatum, & carmine ad Pisonem: omnium chartæ sunt 72. & dimid. cum indice, & uita authoris: per Aldum excerpta è libris Ouidij: & rursus apud eundem, 1538. cum annotationibus Hen. Glareani, chartis 92. Sunt autem hæc poëmata. Metamorphoseon libri 15. heroico uersu: cætera omnia sunt elegiaca, nempe: Fastorum ad Cæsarem Germanicum, libri 6. Tristium libri 5. singuli in Elegias aliquot diuisi cum argumentis inscriptis. De Ponto libri 4. diuisi per Elegias, quæ sunt epistolæ ad diuersos amicos ex Ponto exilij sui loco missæ.
Heroidum epistolæ amatoriæ, Penelopes ad Vlyssem, Phyllidis ad Demophontẽ, Briseidis ad Achillem, Phædræ ad Hippolytum, Oenones ad Paridem, Hypsipyles ad Iasonem, Didûs ad Aeneam, Hermiones ad Orestem, Deianiræ ad Herculem, Ariadnes ad Theseum, Canaces ad Macareum, Medeæ ad Iasonẽ, Laodamiæ ad Protesilaum, Hypermnestræ ad Lyncum, Paridis ad Helenam, Helenæ ad Paridem, Leandri ad Hero, Herûs ad Leandrum, Acontij ad Cydippam, Cydippæ ad Acontium, Sapphûs ad Phaonem. Auli Sabini, ut creditur, epistolæ tres: Vlyssis ad Penelopen rescriptio, Phyllidis ad Demophoontem, Paridis ad Oenoam, Elegiarum, siue Amorum libri 3. per Elegias cum argumentis diuisi. *Aul. Sabinus.*
De arte amandi libri 3. De remedio amoris libri 3.

In Ibin, id est, inimicum suum Elegia, quem mille modis execratur.
Consolatio ad Liuiam Augustam, de morte Drusi Neronis filij eius, qui in Germania morbo periit.
De nuce elegia. De medicamine faciei.
De pulice elegia, quam constat non esse Ouidij, nec cuiusquam eruditioris.
De philomela elegia, nec ea quidem Ouidij: exprimuntur autem in ea uoces omne genus animalium per onomatopœiam.
Fragmenta quædam ex epigrammatis nuper inuenta.
Ad Pisonem Carmen heroicum, ad quem extat & Horatij ars poëtica.

Sunt qui affirment sex etiam reliquos Fastorũ libros ætate nostra inuentos esse. In Metamorphosi (quã subita relegatione turbatus nõ emendauit) idcirco lasciuior est, ut notat Quintil. cũ heroici carminis conueniat grauitati, quod uarios amores, quibus plæræcp metamorphoseon fuerunt factæ, illum sic describere oportuit, ut quanta sit uis illius affectus aperte ostenderetur. Præter enumerata composuit etiam Germanicum triumphum, Medeam Tragœdiam: Halieuticón siue de piscibus librum inchoatum, cuius fragmentum nuper impressum est à Gryphio Lugduni cum Gratio de uenatione, & alijs. Item lingua Getica libellum de laudib. Cæsaris. Qui plura cognoscere cupit de Ouidio uitam ab initio operum eius ædita legat.

» Ouidius miræ facilitatis est, eum Seneca sæculum suum amatorijs non tantum
» artibus, sed sententijs implesse merito queritur. Viues. Vide plura apud Gyraldum dialogo 4. de poëtis. Medea Tragœdia, inquit Gyraldus, hoc tempore inuenta dicitur, sed falsò, ut puto. Beatus Rhenanus à Philippo Puchaimero in epistola impressa cum libris suis de rebus Germanicis, tanquã apud ipsum extantem petit.

Metamorphoseon opus præclarissimum (sic enim uocat Lactantius) seorsim excusum reperitur, cum alibi, tum Coloniæ à Gymnico, 1534. cum Gyberti Longolij annotationibus per margines.

PVBLII Syri mimi quidam uersiculi senarij morales, Publiani dicti, & falsò quondam Senecæ inscripti, inter opera Senecæ excusi sunt. Vide Raph. Volaterra.

Hos Mimos Aul. Gellius lepidissimos, Seneca disertissimos uocat: eiuscp sententias (ut idem testatur) non piguit summos etiam rhetores æmulari.

PVBLII Porcij poëma de pugna porcorum, uersibus hexametris, impressum. Incipiunt autem omnes dictiones à p litera.

Gorgias. P. RVTILII Lupi de figuris sententiarum liber 1. ex Græco Gorgia uersus, & alter de figuris elocutionis: chartæ sunt 3. impressæ Basileæ, 1521. à Frobenio cum alijs aliquot de figuris & rhetoricis libellis. Ex præfatione Io. Frobenij. Ru-
» tilius Lupus (siquidem Quintiliano credimus) nõ infimi apud Romanos nominis
» fuisse uidetur, quem ætate sua floruisse aliquot locis testatur: cuicp etiam utriuscp
» linguæ cognitionem haud uulgarem tribuit, cum illum Græcos authores uertisse,
» nominatim Gorgiam ait, citatocp non semel: ut in nono de figuris sententiarum: Et
Gorgiæ 2. » Rutilius (inquit) Lupus, Gorgiam secutus, non illum Leontinũ, sed alium sui temporis, cuius quatuor libros in unum suum transtulit. Extant & uersus quidam Rutilij, quorum meminit Pontanus in epistola ad finem Tomi 3. operum suorum. De P. RVTILIO I.C. uide in uitis Bernardini Rutilij.

PVBLII Terentij Afri comœdiæ sex, quarum postrema ædítio cum diuersis annotationibus impressa est Basileæ nuper apud Brylingerum in 8. Vita ipsius per Ael. Donatum descripta ubicp fabulis eius præponi solet. Phormionẽ & Hecyram uertit ab Apollodoro: sed Andriam, Eunuchum, Adelphos, & Heautontimorumenon à Menandro. Vide Lilium Gyraldum in uitis poetarum.

P. VATINII imperatoris epistolæ 2. ad Ciceronem libro 5. familiarium.

P. VEL.

P. VELLEI Paterculi Hiſtoriæ Romanæ duo uolumina, ad M. Vinicium Cos. progenerum Tiberij Cæſaris, per Beatum Rhenanum Seleſtadien. ab interitu utcunq; uindicata. Deſcribit res Romanas caſtiſſimo ſtilo per epitomen ab urbe condita ad ſuam uſq; ætatem, hoc eſt tempora Tiberij Cæſaris: Et meminit quorundam, quæ nuſquam alibi hodie literis inuenias prodita. Dolendum uero eſt, quod non integrum ipſum, ſed ſemilacerum, mendiſq; corruptum habeamus. Ioan. Frobenius excudit Baſileæ, 1520. in fol. chartis 24. Acceſſerunt in calce caſtigationes quædam Ioan. Alberti Burerij. Beatus Rhenanus præfatur, & uitam authoris deſcribit.

PVBLII Vergilij Maronis opera, ſæpiſſime hactenus † impreſſa, poſtremo autem Baſileæ apud Brylingerum cum plurimis diuerſorum annotationibus: & Venetijs cum Nicolai Erythræi indice, ut ſupra dictum eſt. Sunt autem hæc. † Pariſijs apud Colinæũ, 1532. in 16.

Bucolicorum eclogæ 10. Georgicorum libri 3.
Aeneidos libri 12. quibus decimum tertium ſubtexuit Maphæus Vegius.
His accedunt uaria poëmatia, partim anonyma, partim Vergilij.
In obitum Vergilij. Laudes hortuli, ſenarijs.
De uino & Venere. De liuore.
De cantu Sirenum. De natali die.
De fortuna. De Orpheo.
De ſeipſo. De ætatibus animalium.
De ludo. De ærumnis & laboribus Herculis.

Argumenta 12. librorum Aeneid.

De Muſarum inuentis. Elegia in Mecœnatis obitum.
Epitaphia uirorum illuſtrium. De ſpeculo. Mira experientia.
De quatuor temporibus anni. De ortu ſolis.
De litera Pythagoræ. De ſignis cœleſtibus.
Summa Bucolicorum, Georgicorum, & Aeneidos.
Argumenta 12. librorũ Aeneidos, quæ puto Ouidio Naſoni falſò adſcribuntur.
Eſt & non. Vir bonus. Elegia de roſa, falſò quondam adſcripta Auſonio.
P. V. Maronis Culex, charta 1. Diræ, id eſt, carmen execratorium ad Battarum. P. V. Maronis Aetna, ſeſquicharta. Eiuſdẽ Ciris ad Meſſalam, ſeſquicharta: hanc fabulã & Ouidius puto in Metamorphoſi perſequitur. Moretum, ſiue deſcriptio condimenti ſic dicti. Copa ſaltatrix puella. Epigrãmata in Priapum, quæ quidam Vergilio, quidam Ouidio, plærisq; diuerſis adſcribunt.

Vitam Vergilij per Ael. Donatum deſcriptam habemus, quæ cum Commentarijs in Vergilium excudi ſolet. Vide etiam Gyraldum.

Summa Vergilij Bucolicorum, Georgicorum, Aeneidos.

Paſtorum Muſam uario certamine promit. *Bucolica.*
Ruris item docilis culturã carmine monſtrat. *Georgicorum* 1.
Arboribus uitem, prolem quoq; iungit oliuæ. 2.
Paſtorumq; Palen, & curam tradit equorum. 3.
Tunc apium ſeriem mellis, & dona recenſet. 4.
Aeneas profugus intrat Carthaginis oras. *Aeneidos* 1.
Conuiuio ſeries narratur Troica belli. 2.
Tertius at complet narrantis in ordine geſta. 3.
Ardet amans Dido fatum ſortita ſupremum. 4.
Quintus habet tumuli uaria ſpectacula patris. 5.
Infernos Ditis manes, & regna pererrat. 6.
In Latium Aeneas, Italas ſimul intrat in oras. 7.
Intonat hic bellum tecti de culmine Turnus. 8.
Euryalum & Niſum deflet cũ matre iuuentus. 9.

Pallanti exitiumq́, & Turni cluditur orsus. 10.
Euanderq́ simul multorum funera deflet. 11.
Mezenti interitus canitur, post funera Lausi.
Vltra de hinc fertur telo mactata Camilla.
Tum uita fugit infernas mœsta sub umbras. 12.

» Aeneis Vergilij grande opus, & plenum grauitatis, ac rerum bonarũ, & quod » Iliadi non concedat. In Bucolicis illud est animaduertendum, quod in omnibus » dramaticis, id est, in quibus loquentes personæ inducuntur, esse quædam uerba, » & dicendi formas potius ex decoro personæ, quàm ex synceritate linguæ, &c. Viues libro 3. de tradendis disciplinis. Vide Macrobium cum alibi, tum lib. 5. cap. 17. & Franc. Floridum Sabinum Succisiuarum lection. lib. 1. cap. 12. & lib. 1. cap. 6. de Priapeij carminis authore.

PVBLII Victoris (ueteris authoris) de locis & regionibus urbis Romæ libellus, siue tabulæ. Aldus excudit Venetijs, & Platterus Basileæ, 1538. charta 1. cum Pomponio Læto de antiquitatib. Romæ. Meminit huius libelli Petrus Crinitus lib. 8. cap. 5. Eundem supra non recte Petro Victori attribui.

PVDENTIANI à Cniculi uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

PVPPERI Gocchiani de libertate Christiana liber, impressus.

PVSILLI à Lamasba uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

PVTEOLANVS uetus I.C. scripsit librum Assessorum aliquot.

PYAMONIS Collatio de tribus antiquis monachorum generibus, & quarto nuper exorto, impressa cum Io. Cassiani Collationibus.

PYLADES Cilix scripsit de saltationibus, Italica, Comica, & Tragica. Suidas.

PYLADES Brixianus transtulit Genealogiam Hesiodi uersibus Latinis, libris 5. Oporinus excudit nuper Basileæ cum Hesiodi operibus Græcis & Latinis, &c.

PYNVFII sermo de satisfactione pœnitentiæ, cum Io. Cassiani Collationibus.

PYRGION scripsit de legibus Cretensium. Athenæus.

PYRRHON Eliensis, citatur ab Athenæo, uide Suidam quoq́.

PYTHAGORAE librum de rubro mari Athenæus allegat. Symbola, siue Carmina aurea, quæ circumferuntur nomine Pythagoræ, supra dixi à Philolao esse conscripta. Vide Suidam, & Diogenem Laërtium. Opinor epistolia quædam Pythagoræ extare, impressa ab Aldo.

PYTHERMI Ephesij historiam Athenæus allegat: item PYTHAENETI librum de Aegina.

PYTHONIS rhetoris Byzantij meminit Suidas: sed nihil ab eo scriptũ cõmemorat.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1190] - 575r

NOMINA ET LVCVBRATIONES SCRIPTORVM PER Q. literam.

QVADRATVS Athenienſis poſt Publium martyrem epiſcopus, ſanctorum apoſtolorum auditor quondam atq; diſcipulus, uir conſtans & incomparabilis doctrinæ, pro utilitate Chriſtianæ fidei multum laborans multum profecit, & eccleſiam metu perſequutionis diſperſam, ad unitatem fidei cõgregauit. Cum eſſet doctor inſignis, ſcripſit inter alia pro Chriſtianis ad Adrianũ principem plenum inſtructione Apologeticum, lib. 1. Et alia nobis incognita. * Hæc Trittemius ex D. Hieronymo. T. el. 120.

QVIETVS epiſtolæ 4. apud Cyprianum author cum aliquot aliis coëpiſcopis, lib. 1.

QVIETI à Burus uerba apud Cyprianum in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

QVINTILII (aliâs Quintiliani) citantur in libris Conſtantini de re ruſtica.

QVINTVS nomen proprium, aut potius prenomen, per Q. literã initialẽ deſignatur.

QVINTVS epiſtolæ 2. & 4. & 12. apud Cyprianũ author cum aliquot aliis coëpiſcopis, lib. 1.

QVINTI ab Aggiua uerba apud Cyprianum in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

QVINTVS Aſconius Pedianus. Vide Aſconius Pædianus: aliâs Quirinus Aſconius.

QVINTVS poëta Romanus admodum adoleſcens, Homeri rhapſodiam imitatus eodem carmine atq; eadem lingua Græcum poëma ſcripſit uſque ad finem belli Troiani, exordiens ubi deſinit Homerus, quod opus adhuc extat. Græci Κόιντου eum uocant. Raph. Volaterranus.

QVINTI Calabri derelictorum ab Homero libri 14. Aldus excudit olim Venetijs in 8. cum Tryphiodoro de Ilij captiuitate, & Colutho de raptu Helenæ. Eſt autem æditio corruptiſſima, ita ut ſine melioris codicis manuſcripti beneficio uix emendari poſſit.

Q. CICERonis de petitione conſulatus ad M. Tullium fratrẽ liber, impreſſus in fine operum M. T. Ciceronis. Eiuſdem epiſtola ad M. Tullium fratrem, & altera ad Tyronem, lib. 16. Familiarium.

QVINTI Curtij de rebus geſtis Alexandri Magni regis Macedonum libri 10. deſunt autem duo priores excuſi Argentorati apud Schurerium, 1518. in fol. & Venetijs ab Aldo, 1520. in 8. & Lugduni à Gryphio: & Baſileæ à Thoma Vuolfio, 1534. in 8. chartis 25. cum indice: Adiectis Deſ. Eraſmi annotationibus, & Hulderici Hutteni in eodem authore obſeruatis floribus in compendium redactis: & ſimiliter Coloniæ apud Ioan. Gymnicum, 1538. & hoc anno, 1545. apud Hen. Petrũ Baſileæ, adiectis quæ deerant à principio ex Arriani & Diodori Siculi hiſtorijs.

Q. Curtius candidus eſt, ſed criticorum quidam eiuſdem illum eſſe coloris cauſificantur. Viues.

Q. ENNIVS antiquiſſimus poëta Latinus. Vide Gyraldum.

QVINTI Fabij Pictoris de aureo ſæculo, & de origine urbis Romæ, eiuſq; deſcriptione, libri duo, anguſtiores charta 1. impreſſi Baſileæ à Bebelio, 1530. in 4. cum Myrſilo Lesbio, &c. Q. Fabius, Punico bello clarus, ſcriptor rerum Romanarum Græco ſermone: uide Dionyſij Halicarnaſei præfationem, pagina 4. operis ſui: apud Suidam nominatur Φάβιος Pictor.

Q. HAEmiliani Cimpriaci poëtæ, Epicedion in Fridericum tertium Imper. excu-

ſum Argentinæ, 1514. in 4.

Q. HORATII Flacci, qui Cæſaris & Auguſti tempore in urbe floruit, opera excuſa Venetijs ab Aldo. Argentinæ 1498. in fol. cum commentarijs Iacobi Locher, imaginibus & indice. Baſileæ, 1527. apud Curionem, cum ſcholijs Acronis & indice, in 8. & rurſus cum Acrone & Porphyrione apud Henricū Petrum, 1545. in fol. Venetijs eodem anno cum plurimis diuerſorum commentarijs. Pariſijs apud Colinæum in 16. 1540. cum libello Nico. Perotti de metris odarū Horatij. Coloniæ, 1541. in 8. cum annotationibus. Vide ſupra in Henrico Glareano, & in præfatione Annotationum Glareani quædam in laudē Horatij. Odis ſingulis argumenta ſua, & genera carminum præmittuntur.

Vita Q. Horatij ex uetuſto quodam exemplari.

Quintus Horatius Flaccus libertino patre natus in Apulia, cum parente in Sabinos migrauit: Quem cum pater puerum Romam miſiſſet in ludum literarium, parciſſimis eruditus impenſis, anguſtias patris uicit ingenio: coluitq; adoleſcens Brutum, ſub quo Tribunus militum ciuili bello militauit, captusq; à Cæſare, poſt magnum tempus, beneficio Mecœnatis non ſolum ſeruatus, ſed etiam in amicitiā receptus eſt. Quapropter Mecœnati & Auguſto in omnibus ſcriptis ſuis uenerabiliter aſſurgit. Scripſit Carminum libros 4. Carmen ſæculare. Epodon. De arte poëtica. Epiſtolarum lib. 2. Sermonum ſeu Satyrarū, duos. Commentati ſunt illum Porphyrion, Modeſtus, I. Gelenius, Acron, omnium optime C. Aemilius. Horum, præter Acronem & Porphyrionem, nullus extare fertur.

Grūquig inter hos nominatur Scaurum.

Interpretes Horatij.

» Ex F. Quintiliano. Horatius Lyricorum fere ſolus legi dignus: nam & inſurgit aliquando, & plenus eſt iucunditatis, & gratiæ, & uarijs figuris & uerbis felicisſime audax. Idem eodem loco de Lucilio loquutus: Multò eſt terſior ac purus magis Horatius, & ad notandos hominum mores præcipuus. Horatius nu merоſus, feſtiuus, translationibus, ut Quintilianus inquit, feliciter audax. Ouidij de illo teſtimonium eſt canere eum Romana lyra culta carmina: heroico carmine eſt planipes, nec obtinere poterit ſonum & maieſtatem illius. Viues.

Perſius de Horatio.

» Omne uafer uitium ridenti Flaccus amico
» Tangit, & admiſſus circum præcordia ludit,
» Callidus excuſſo populum ſuſpendere naſo.

Extant & alia in laudem eius carmina ab initio operum impreſſorum.

Q. METELLI Nepotis proconſulis, epiſtolæ duæ ad Ciceronem lib. 5. Familiarium.

Q. MVTII Scæuolæ ueteris I.C. libri 18. & ὅρων lib. 1. citantur in Digeſtis iuris.

QVINTI Rhemnij Fannij Palæmonis, Grammatici antiqui, de ponderibus & menſuris libellus hexametris conſcriptus, charta dimid. impreſſus Pariſijs apud Colinæum, cum Q. Sereno Samonico. Eiuſdem de Summa grammaticę libellus, excuſus olim Baſileæ apud Adam Petri in 8. cum aliquot alijs antiquis grāmaticis.

Q. SEPTIMIVS Romanus, Dictys Cretenſis de bello Troiano libros ſex Latinos fecit, ut ſupra diximus.

Floruit circa annum 160. uel iuxta Trittemium 200.

Q. SEPTIMII Florentis Tertulliani Carthaginenſis presbyteri, opera per Beatum Rhenanum Seleſtadienſem à ſitu uindicata, adiectis ſingulorum librorum argumentis, & nullibi non coniecturis, ac nuper uetuſti exemplaris collatione emendata, nouisq; annotationib. expoſita: excuſa Baſileæ in officina Frobeniana, 1539. in fol. chartis 205. Sunt autem hæc, quæ extant, eius opera.

De patientia,	lib. 1.	De uirginibus uelandis,	lib. 1.
De carne Chriſti,	lib. 1.	De habitu muliebri,	lib. 1.
De reſurrectione carnis,	lib. 1.	De cultu fœminarum,	lib. 1.
De præſcript. aduer. Hæret.	lib. 1.	Ad uxorem ſuam,	lib. 2.
Aduerſus Iudæos,	lib. 1.	De fuga in perſequutione,	lib. 1.

Aduer.

Aduersus Marcionem,	lib. 5.	Ad Scapulam,	lib. 1.
Aduersus Hermogenem,	lib. 1.	De exhortatione castitatis,	lib. 1.
Aduersus Valentinianos,	lib. 1.	De Monogamia,	lib. 1.
Aduersus Praxeam,	lib. 1.	De pallio,	lib. 1.
De corona militis,	lib. 1.	Apologet. aduersus gentes,	lib. 1. ex-
Ad martyres,	lib. 1.	cusus etiam ab Aldo cum Lactantio	
De pœnitentia,	lib. 1.	Firmiano.	

Trittemius præter superiora nominat etiam, Contra omnes hæreses lib. 1. cuius initium sit, Diuorum hæreticorum. Addit & alios quinq; libros, De spectaculis, De ecstasi, De pudicitia, De ieiunijs, Aduersus Apollonium: Sed horum initia, utpote non extantium, nulla apponit.

Tertullianus licet densus & argutus sit in sententijs: sermo tamen difficilis est et obscurus, atq; etiam incomptior, quemadmodum indicat Hieronymus in epistola ad Paulinum, uidelicet Lactantij iudicio subscribens. Des. Erasmus in præfatione in Cyprianum.

Q. SERENVS Samonicus, Gordiani iunioris præceptor fuit. Eius meminit Spartianus in Caracalla, his uerbis: Occisi sunt & in balneis plures, & in cœnis, inter quos Samonicus Serenus, cuius libri plurimi ad doctrinam extant. Macrobius quoq; Saturnalium tertio, carmina quædam de urbibus deuouendis in libro quinto Reconditorum Samonici Sereni reperisse se ait.

Q. Sereni Samonici de medicina, siue de curandis morbis à capite ad pedes, capita 65. uersibus hexametris descripta, Aldus excudit Venetijs, & Colinæus Parisijs, 1533. cum annotationibus Io. Cæsarij, chartis 3. & Froschouerus Tiguri cum commentarijs Gabrielis Humelbergij, 1540. in 4. Vide Gyraldum, qui alium putat esse Q. Serenum, & alium Sammonicum Serenum.

Q. TERENTII Scauri ueteris Grãmatici, de orthographia liber, impressus Basileæ apud Adam Petri olim in 8. cum Rhemnio Palæmone, & alijs.

QVIRICVS nomen proprium, corruptum uidetur uel à Quirino, uel à Cyriaco.

QVIRICVS de Augustis de Thertona, artium & medicinæ doctor, scripsit Lumen apothecariorũ. Chartæ sunt 13. impressæ Lugduni, 1528. in fol. cum Io. Iacobi Manlij Luminari maiori, &c. Ex præfatione authoris. Hoc meo in opusculo com « positiones omnes describam, quæ aromatarijs necessariæ sunt, quæq; communiter « fiunt, declarando obscura uocabula tam Græca, quàm Arabica, & Latina, quæ ab « antiquis doctoribus obscuro sermone tradita sunt. Vide in Paulo Suardo cen- « suram super hoc libro.

QVIRINVS Asconius Pedianus, uide Asconius: aliâs Quintus Asconius, quod magis placet.

QVODVVLTdei epistola ad Augustinum, petentis ut hæreseon catalogum describat, ante idem Augustini opus in principio Tomi sexti eius operum habetur.

NOMINA ET LVCVBRA-

TIONES AVTHORVM SECVN-

dum literam R.



RABANVS Anglicus monachus, ſummuſq; theologus, carmine pro ſaq; diſertus, ut ſcribunt Ricobaldus Ferrarieñ. & Ptolemæus Lucenſis: fuit præſul Meldēſis, Bedæ diſcipulus, tēpore Ludouici Piꝰ & Gregorij v. ſcripſit in librum Paralipomenon 2. & Machabæos. Habuit etiam Conciones ad populum. Scholam Pariſienſem tunc primum inchoatam ſua doctrina celebriorem reddidit. Raph. Volaterranus, & Platina in Gregorio 4. Apparet omnino eundē eſſe cum ſequente Rabano, quanquā diuerſa quædam ceu de duobus Rabanis ſcribantur, cum ille Anglicus, hic Teuthonicus dicatur, &c.

T.M.855. RABANVS Maurus ſextus archiepiſcopus Moguntinus, ex abbate Fuldenſis monaſterij ordinis ſancti Benedicti, natione Teuthonicus ex ciuitate Fuldenſi in Buchonia, Albini Anglici quondam auditor: habita ſynodo multa ad utilitatem fidelium conſtituit. Scripſit autem in monaſterio Fuldenſi adhuc conſtitutus, tam carmine quàm ſoluta oratione multa uolumina, maxime in ſcripturis ſanctis quas à principio uſque ad finem omnes explanauit. De cuius ſcriptis ſubiecta feruntur. Ad Freculphum epiſcopum Lexouienſem, cuius ſupra fecimus mentionem, ſcripſit inſigne opus,

In Geneſim,	lib. 4.	In princi. &c. plurima ſu.	
In Exodum,	lib. 4.	Exodus exitus dici.	
In Numeros,	lib. 4.	Numerorum librum multi.	
In Leuiticum,	lib. 4.	Sequentis libri. i. Leui.	
In Deuteronomium,	lib. 4.	Filij Iſrael caſtra mo.	
In Ioſue,	lib. 2.	Domino beatiſſimo uereq;.	
In Iudicum,	lib. 2.	Poſt mortem Ioſue.	
In librum Ruth,	lib. 1.	Scrutantibus ergo hiſto.	
In Regum ad Hilduinum,	lib. 4.	Fuit uir, &c. Dicamus.	
In Paralipomenon,	lib. 4.	Adam, &c. decimus ab.	
In Eſdram & Neemiam,	lib. 3.	In Tobiam,	lib. 1.
In Iudith,	lib. 7.	Domine electe & merito.	
In Heſter,	lib. 1.	Liber Heſter quem he.	
In Iob,	lib. 1.	In Pſalmos,	lib. 1.
In Prouerbia Salomonis,	lib. 1.	In Eccleſiaſten,	lib. 1.
In Cantica canticorum.			
In librum Sapientiæ,	lib. 3.	Diligite, &c. Admo.	
In Eccleſiaſticum,	lib. 10.	Omnis ſa. &c. prin. ergo.	
In Eſaiam prophetam,	lib. 8.	Domino reuerendiſſimo, &.	
In Hieremiam,	lib. 20.		
In Ezechielem,	lib. 20.	Et factum eſt, &c. uſus.	
In Danielem,	lib. 3.	In 12. prophetas minores,	lib. 12.
In Machabæorum,	lib. 3.	Et factum eſt poſtquam per.	
In Euangelium Matthæi,	lib. 8.	Expectationem itaq;.	
In Euangelium Lucæ,	lib. 3.	In euangelium Marci,	lib. 4.
In Euangelium Ioannis,	lib. 1.	Inter omnia diuinæ hiſto.	
In omnes epiſtolas Pauli,	lib. 23.	Venerando fratri Lupo.	
In epiſtolas canonicas,	lib. 7.	In Actus apoſtolorum,	lib. 1.
In Apocalypſin Ioannis,	lib. 1.		

De laude

De laude sanctæ crucis, lib. 2. Rex regum dominus, mundum.
Ad Haymonem episcopum de uniuerso, lib. 22. Primum apud Hebræos.
De uniuersali natura, lib. 1. Vniuersitatis disputa.
De institutione clericorum, lib. 3. Domino re, ac reli. Haistul.
De diuinis officijs, lib. 1.
De computo, dialogum, lib. 1. Quia te uenerande præ.
Ad Ludouicum regem, lib. 1. De quæstionibus canonum, lib. 1.
Ad Reginbaldum episcopũ, lib. 1. De benedictionib. patriarcharũ, lib. 1.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1. Sermonũ innumerabiliũ pene, lib. 1.
Alia insuper multa ædidit, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

* Liber de institutione clericorum ad Heistulphum archiepiscopũ libri 3. cum catalogo capitum in singulos libros statim ab initio post præfationẽ: in qua scribit se per omnia sequi uestigia Cypriani, Hilarij, Ambrosij, Hieronymi, Augustini, Gregorij, Ioan. Damasi, Cassiodori, & aliorum. Primus liber est de ecclesiasticis ordinibus, ueste sacerdotali, baptismo, chrismate, corpore & sanguine Domini, & officio Missæ. Secundus, De officio canonicarum horarum, ieiunio, confessione, pœnitentia, festiuitatibus, lectionibus, & cantu ecclesiastico, fide catholica, & uarijs hæresibus. Tertius, De discẽdis ac inuestigandis scripturis diuinis, deq; gentilium studijs & artibus ecclesiastico uiro utilibus, &c. De septem signis natiuitatis Domini, lib. 1. De ortu, uita, & moribus Antichristi, lib. 1. Thomas Anselmus excudit Phorcæ in Germania, 1503. in 4. chartis 27.

Commentarij in Pentateuchum, excusi. In Genesin & Exodum, Coloniæ in 8. chartis 49. Collegit autem interpretationes ex Ambrosio, Augustino, Hieronymo, Isidoro, Beda, Gregorio, &c. quibus destitutus suam addit: atq; idem obseruat in cæteris quoq; commentarijs, quos ego uiderim, expressis ubiq; patrum nominibus, ut facile distinguas quæ Mauri sint, dicta, quæ aliorum.
In Numeros, lib. 4. In Deuteronomium, lib. 4. nunc primum excusi Coloniæ apud Io. Præl, 1532. in 8. chartis 44. Desunt nõnulla ad finem in Deuteronomiũ.

Commentaria in Hieremiam prophetam, apostolicis literis consentientia, & doctrina ueræ pietatis referta. Hen. Petrus primus excudit Basileæ, 1534. in fol. chartis 117.

Delatos in Galliam ex Scotia aiunt, ad institutionẽ Parisiensis scholæ, tempore Caroli magni Claudium Dementem Britannum, Ioannẽ, Rhabanum, & Alcuinum, omnes olim Bedæ discipulos, &c. Claudius Parisijs manere iussus ad iuuenes bonis artibus instituendos. At uero Rhabanus Maurus, multa composuit uoluminа, inter quæ illud, quod ab eo est tanto labore curaq; confectum, ut per carmina literas atq; imagines, ac uarias rerum figuras explicuerit: quo ego libro nihil laboriosius, ingeniosius etiam dixerim, si non ambitiosius fuisset, affirmauerim. Scribit Platina Rhabanum Gregorio 4. pont. Romano uixisse, cum omnium Sanctorum celebritas est instituta: conditumq; ea de re à Rhabano sermonẽ, quem nunc etiam legimus. Hæc Lilius Gyraldus. *Claudius Dementes.*

MAgnentij Rabani Mauri de laudibus S. Crucis opus ad Sergium papam, erudítione, uersu, prosaq; mirificum: excusum Phorcæ in Germania, 1503. apud Thomã Anselmum in fol. chartis 43. Ex præfatione Iacobi Vuimpfelingij.

Rabanus Teuthonicus mirificum & artificiosissimum opus in laudem S. crucis laborioſissimo carmine cõtexuit: in quo multa Christianæ fidei mysteria, multos mystícos numeros, angelorum, uirtutum, donorum, beatitudinum, elementorũ, temporum, plagarũ, mensium, uentorũ, librorũ Mosi, huius nominis Adam, & aliarũ nobilium rerum uim & dignitatẽ S. Cruci cõuenire, & adaptari posse demonstrat, innectens uersum uersui, ut & figuræ suos habeant uersiculos, quibus imagines diuersæ repræsentantur, nec tamen legitimus ordo principalis carminis à suo cursu

„ uel tenore abrumpitur, aut intercipitur: ita literæ ipſæ duplici plærũq; ordini quadrant. Poſt quodlibet etiam carmẽ ſolutus ſequitur ſermo, uerſuum admirandam „ profunditatem dilucide explanans. Hæc ille. Prædicta omnia libro primo continentur. Secundus liber denuo idem argumentum eodem ordine per ſingulas figuras oratione tractat ſoluta. Sunt autem figuræ primi libri numero 28. quarũ catalogus cum argumẽtis ad finem prioris libri collocatus eſt. Syllabarum quantitas ſæculi illius uitio non ubiq; ut par erat obſeruatur. Verſus ſinguli æquali numero literarum conſtant: & per ſpacia quadrata diſponuntur æquidiſtantes literæ, ita ut ſecundi uerſus prima litera ſubijciatur primæ literæ primi uerſus, ſecunda ſecundæ, & ſic deinceps, nullis interpoſitis punctis, neq; dictionum ſeruatis interuallis: ex literis ita digeſtis non ſolum carmina recto & ſolito ordine leguntur: ſed etiam in mediis figuris literæ quædam eorundem carminũ rubrica notatæ ſenſum per ſe integrum reddunt, carminum etiam lege ſeruata: ac inſuper, uel ſimpliciter lineis incluſæ continuis certam efficiunt figuram propoſito conuenientem, uel imaginis alicuius lineamenta repræſentant, ut angeli aut aliam, cui tamen abſoluendæ leui aliqua pictoris opera ſit opus. Sed guſtus gratia (quoniã imaginis non ſat commode licet) figuræ ſaltem exemplũ eo modo expreſſum adferamus, ex prima parte figuræ 13. quæ inſcribitur de diebus conceptionis Chriſti in utero uirginis, quatuor crucibus demonſtratis, hoc eſt 276. & eiuſdem numeri ſignificatione.

Arborodorepotens		fro	ndoſouerticelata	
Quaſummauereſacr		ovf	luitordinebertas	
Ortusditatusetpa		rcu	inullusinorbeeſt	
Floribusetfoliis		mil	lenogerminediues	
Omnesexcedensalt		asg	rauitudineſyluas	
Cumtotampie	magnu	sueſtith	onosq; decusq;	
Ambituerush	onorl	aetusloq	uiturcauoto	
Stanshomoli	uorho	cnationi	denegatatri	
Dæmonishorrendus		rem	ſcirilaudemoueri	
Arborſolatenensu		ari	osuirtutecolores	
Purpureoregisſub		tac	turoſcidafulgens	
Aeternoesradioſt		ant	intenampieuinctæ	
Edesturritaeexho		cdu	dumeſtnonnebeata	
Machinaetipſadei. &c.				

Præter hos uerſus 13. qui ordine leguntur, duo etiã hexametri cõtinentur hac cruce, unus ſecundum longitudinem, Forma ſacrata crucis uenerando fulget amictu, alter ſecundum latitudinem, Magnus ueſtit honor: lætus loquor hoc nationi. Ex prologo authoris, ne ſim prolixior, nihil decerpam: reddit autẽ ibi rationem eorum quæ in his carminibus obſeruauit. Vitam ſuã ipſe deſcripſit uerſibus elegis, quæ legitur ab initio comment. in Hieremiam Baſileæ excuſi.

T. RADVLPHVS Flauiacenſis, monachus ordinis S. Benedicti, ſcripſit duo magna & præclara uolumina:

In Leuiticum, lib. 20. Cum aliquando ſermo de Iudæ.
In epiſtolas Pauli, lib. 14. Hiſtoriam Francorum, lib. 1.
Chronicam quoq; breuem, lib. 1.

Alia inſuper multa ædidit, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

* Aliâs Rathulffus ſcribitur. Commentarium eius in Leuiticum Quentel excudit Coloniæ in fol. Vide ſupra in mentione cõmentariorum Io. Brentij in Leuiticũ,

RAIMVNDVS, uide RAY mundus. (in margine.

RAMYRI Gaditani diuinatio ſyderalis, liber impreſſus ni fallor.

RAPH.

RAPHAEL †Cumanus, iuris ciuilis insignis professor, scripsit in ea facultate quædã præclara opuscula, è quibus ista feruntur. T. cl. 1416. † Alias Comensis.

Super Codice, lib. 9. Super. ff. ueteri, lib. 24.
Consiliorum quoq; lib. 1. Et complura alia.

* Consilia eius impressa sunt. Discipulus fuit Christophori de Castiliano, & claruit Patauij. Fichardus.

RAPHAEL Fulgosus, natione Placentinus, uir in utroq; iure doctissimus, quædam uolumina ædidit, è quibus subiecta feruntur. T. cl. 1416.

Super Codice, lib. 9. Super. ff. ueteri, lib. 24.
Super. ff. nouo, lib. 12. Consilia multa, lib. 1.
Et quædam alia. * Claruit Patauij, & Christophori de Castiliano Mediolanensis discipulus fuit. Consilia eius impressa sunt: & Commentarij super 2. ff. ueteris: nam super primo nondum impressi feruntur. Allegatur aliquando sim pliciter Fulgosius.

RAPHAELIS Musæi epistola in M. Lutheri defensionem, impressa Basileæ ab Adamo Petri, 1522. in 4.

RAPHAEL de Pernionibus scripsit in locũ 3. Cod. de de con. fi. deb. l. inter chartulas.

RAPHAEL Regius, natione Italus, uir undecunq; doctissimus, fertur multa præclara cudisse opuscula, de quibus extant subiecta. T. cl. 1494.

In Quintilianũ correctiones, lib. 1. Solent magnanimi be.
De laudibus eloquentiæ, lib. 1. Si quis unquam præclari.
In Epistolam unam Plinij, lib. 1. In operis huius inscriptione.
Contra Ioan. Calphurniũ, lib. 1. Tametsi grauissimo.
In eundem dialogus, lib. 1. Heri puerorum turba sti.
Orationes uariæ. Epistolæ quoq; multæ. Et alia complura.
Viuit adhuc Patauij, ut accepi, & uaria conscribit.

* Commentaria in Ouidij Metamorphosin, impressa Venetijs apud Scotum, 1493. & apud Io. Tacuinũ ibidem, 1518. in fol. cum indice & figuris: & rursus apud Scotum, 1545. cum alijs plurimorum annotationibus, & nuper ni fallor, Basileæ apud Heruagium.

Translatio Odysseæ Homeri sermone soluto, impressa Lugduni à Griph. 1541.

Ex Plutarcho transtulit, Dicteria Laconica, Apophthegmata regum ac imperatorum. Habentur impressa cum cæteris diuersorum ex Plutarcho translationibus, Basileæ apud Cratandrum.

Castigationes in Quintilianum, impressæ Parisijs apud Ascensium in fol.

RAPHAELIS Volaterrani Commentariorum urbanorum octo & trigínta libri, accuratius quàm antehac excusi, cum duplici eorundem indice secundum Tomos collecto. Item Oeconomicus Xenophontis eodẽ interprete. Opus excusum Basileæ in officina Frobeniana, 1530. in fol. chartis 244. & rursus anno 1544.

Ex præfatione ad Iulium II. pont. max. Res orbis Platonicum ferè illud, sed informe pandocheum, ex mille penè utriusq; linguæ uoluminibus quocunq; modo constipatas, in urbe tua conscripsi, &c. Enimuero singula numerosius alibi, hic aceruatim omnia uidere commodius licebit. Qualiacunq; igitur hæc candidis ante omnes ad bene beateq; uiuendum ædidi parata documenta, curiosis ingenij pabulum: Aristarchis autem interpolandi curam ac diligentiã, ut quæ opica lingua meo more exasciaui, ipsi Romana quandoq; dolent.

Libri 38. tribus cõscripti sunt Tomis: PRIMVS Geographiã ueterẽ cõtinet, ad insequentiũ temporũ indicaturã interpolatã, ac diuisam in cõmentarios 12. cũ breuiario antiquæ recentisq; historiæ uniuersi orbis, puinctiatim descriptæ. Primus liber nihil cẽ argumenta insequentiũ omnium continet: secundus methodũ cosmographicã; reliqui usq; ad duodecimũ inclusiue, singulas terrę regiones describunt.

SECVNDVS Tomus Anthropologiam habet (ordine alphabeti) hominum clarorum omnium temporum, linguarũ, gentium, libris 9. E quibus octo ueteres comprehendunt: in uno autem, hoc uicesimoprimo, neoterici scribuntur, qui proximis sæculis claruerunt, ac ante omnes ordinum & religionũ institutores primi. Deinde eorum professores ac successores, qui doctrina sanctitateq; præcellunt: deq; operibus eorum. Post hos de reliquis, qui cæteris in artibus proxime emicuerunt, ac primum in oratoria & poëtica. Demum qui in matheſi & iuris scientia præcerunt scripſitaruntq;. Reliquis autẽ duobus libris, Pontifices: deinde Imperatores Romani.

TERTIVS Tomus Philologiam continet, id est uariarũ artiũ rudimenta libris 15. quorum argumenta hæc sunt.

Liber 24. De animalibus, ac primum de homine, singulisq; eius membris & morbis. De partitione totius medicinæ, & his quæ pertinent ad ualetudinem. De pharmacorum generibus. De alimentis, excrementis, somno, uitæq; tempore.

Lib. 25. De reliquis animalibus in uniuersum. Deinde singillatim de omnib. quadrupedibus, uolucribus, piscibus, insectis, auiarijs, piscinis, uiuarijs.

Lib. 26. De plantis omnis generis, ex Aristotele & Theophr. Prognostica tempestatum.

Lib. 27. De metallicis, pigmentis, lapidibus, gemmis, ac statuis. De ædificijs ueterum & nouorum, & alia architectura & ædificijs. De uestibus, & pertinentibus ad eas.

Libri 28. 29. 30. 31. 32. Loci communes multi & uarij, morales, politici, œconomici, & alij quidam, ex uarijs scriptorum sententijs concinnati.

Libri 33. 34. 35. De artib. liberalibus & scientijs cyclicis, grammatica, poëtica, rhetorica, arithmetica, harmonica, Geometrica, Optica, catoptica, astrologica.

Libri tres ultimi Aristotelicis dicantur operib. ubi singula eius uolumina delibant. Postremo paralipomena, id est addita quædam prioribus libris, ac retractata.

Hoc non dissimulandum, non pauca hunc scriptorem è Græcis non intellecta perperam transtulisse. Nos ex Anthropologia eius sæpe nõnulla descripsimus hoc in opere, semper adiecto authoris nomine, ut in alijs quoq;, ne quis aliena pro meis mihi usurpari obijceret.

» Raphaël Volaterranus uarię uir eruditionis ac late patentis inter alios (loquitur au
» tem de mistis & philologis authoribus) est mihi reddendus. Viues; idem aliquoties alibi doctrinam & diligentiam Volaterrani commendat.

De principis ducisq; officio liber unus: seorsim excusus Basileæ à Rob. Vuinter. Opinor autem eundem extare inter cõmunes locos Philologiæ ipsius.

Libri quos uertit ex Græcis authoribus, præter Oeconomicum Xenophontis, qui iam dicto uolumine continetur.

Gregorij Nazianzeni Monodia, seu funebris oratio.

Basilij oratiunculæ decem. Eiusdem Instituta monachorũ: Vt ipse testatur mentionem faciens Gregorij Nazianzeni in Anthropologia sua.

Procopij Cæsarieñ. de bello Persico libri 2. & de bello Vandalico totidem. Impressi Basileæ apud Heruagium, 1531. in fol. &c.

RASIS medicus Arabs, aliâs Rhazis scribitur, à nonnullis citatur Almansoris nomine: in libris eius impressis nominatur Albubetri † Arazi filius Zachariæ.

† Aliâs additur Mahumeti.

Rhazæ experimentatoris liber de pestilẽtia, diuisus in capita 15. quæ enumerantur in præfatione Georgij Vallæ Placentini, qui id opus ex Arabico sermone reditum Græce, Latinum fecit. Chartæ sunt 3. impressæ Basileæ à Cratandro, 1529. in 8. cum Psello de ratione uictus, &c.

Opera aliquot Rasis, impressa Venetijs apud Bonetum Locatellũ, 1497. in fol. chartis 56. cum alijs quibusdã R. Mosis, Damasceni, Hippocratis, & Zoari libris.

Sunt

Sunt autem hæc quæ Rasis ædidit. Liber inscriptus Almansor, eò quod regis Mansoris Isaac filij iussu æditus est. Interpretis nomen nullum reperio. Ex præfatione authoris. In hoc meo libro regi aggregabo summas, & aggregationes, & flores doctrinæ medicinalis: & hoc faciam compendiose, &c.

Argumenta decem tractatuum huius operis.

Tractatus 1. anatomicus, de figura & forma membrorum.
2 De temperamentis corporum, & humoribus prævalentibus, & significatione physiognomiæ partium.
3 De uiribus ciborum, & medicinarum simplicium. Hic & seorsim excusus est Argentorati cum Ioan. Serapione de simplicibus.
4 De conseruatione sanitatis. 5 De decoratione.
6 De regimine iter agentium.
7 De aggregationibus, & summis artis chirurgiæ, & uulnerũ, & apostematum.
8 De cura uenenatorum, & morsibus animalium uenenosorum.
9 De curatione ægritudinum à capite usq; ad pedes. Hunc seorsim Andreas Vesalius docte & eleganter ex barbaro & obscuro Latinũ fecit, ut supra dixi, ubi etiam habes censuram super hoc scriptore, fol. 42. a. uersu 13. in Andr. Vesalio.
10 De febribus, & accidentibus earum.
Liber Diuisionum translatus à Gerardo Cremonensi de Arabico in Latinum, in Tilero. Diuiditur hic liber in capita 159. quibus describuntur curationes omne genus morborum internorum & externorum.
De iuncturarum ægritudinibus. De ægritudinibus puerorum.
Aphorismi. Antidotarium. De præseruatione ab ægritudine lapidis.
Introductorium medicinæ. De sectionibus, cauterijs, & uentosis.
Casus quidam, qui ad manus eius peruenerunt.
Synonyma, siue dictionarium uocabulorum Arabicorum, ordine literarum.
Tabula omnium antidotorum, quorum meminit Rasis in suis operibus.
De proprietatibus, iuuamentis, & nocumentis 60. animalium liber aggregatus ex dictis antiquorum, per capita 56.

Rasis opera omnia præter Continens, Hen. Petrus nuper impressit in fol. Citatur sæpe apud Ioannem F. Serapionis.

Rasis cunctorum ante se scriptorum commentarios ingenti uolumine coẽgit, quod medici Continentem uocant, quod cuncta contineat. Raph. Volaterranus. Hoc opus impressum uidi in Italia tomis duobus, charta basilica.

RATHBODVS quartusdecimus episcopus Traiectensis, natione Teuthonicus scri- T.M. 917.
psit nonnulla præclara opuscula, de quibus ista feruntur.
Laudes sancti Martini, lib. 1. Laudes S. Bonifacij episcopi, lib. 1.
De sancta Amalberga, lib. 1. Homiliarum & sermonum, lib. 1.
De S. Vuillibrordo flores, lib. 1.
Integrum quoq; de sancti Martini translatione officium composuit, & uarios cantus in honore sanctorum.

RATHERIVS ex monacho Lobiensis cœnobij post Hildouinum episcopus Vero- T. cl. 930.
nensis, scripsit nonnulla, de quibus feruntur:
De primo suo exilio, lib. 1. Alius de secundo prænotatus frenesis, lib. 1.
Alius qui uocatur inefficax, lib. 1. De corpore & sanguine Dñi, lib. 1.
Contra Anthropomorphitas, lib. 1. Agonisticon, id est preloquiorũ, lib. 6.
Confessionum quoq;, lib. 1. Vita S. Vrsmari Lobiẽ. lib. 1.
Alia quoq; nonnulla scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

RATHVLFFVS, uide Radulphus.

RAYMVNDVS nomen Germanicum, ut Sigmũdus, ab alijs scribitur Remundus,

Ræmundus, Ramundus: uidetur autem significare os purum, aut si Græce mauis, Catharostomum.

RAYMVNDVS Barchinonẽsis Capellanus & pœnitentiarius Gregorij noni pont. max. eiusdem auxilio, teste Platina, Decretales compilauit. Theologiæ & iuris pontificij peritissimus fuit, Bononiæ profecit & docuit. Inde à Gregorio 9. accersitus, Decretales quæ sparsæ fuerant, in uolumen coëgit, quo utuntur hodie. Scripsit quoq; Summã uocatam de pœnitentia & sponsalibus ualde probatam, &c. Raph. Volaterranus. Vide supra in Gregorio nono, pag. 278. b. & inferius Raymundus de Penna forti: est enim idem author.

RAIMVNDI Cardinalis liber de actis suis Lubeci, & in Dacia, & alij uarij libelli, impressi sunt olim in Germania in folio.

RAYMVNDVS de Forliuio scripsit de interpretatione legum.

RAMVNDVS Fraguier scripsit de religiosis sectis ac regulis.

RAYMVNDVS Lullius, uir in medicina eruditus, in sacris & diuinis literis lõgo studio exercitatus, eremita factus, & postea diuini uerbi prædicator egregius, scripsit in theologia multa. Iacobus Faber Stapulensis in huius Remundi libris uisus est sibi plurimum proficere, ut ipse fatetur in quadã epistola in principio libri Remundi eremitæ, De laudibus Mariæ, quem ipse Faber typographis imprimendum dederat. Scripsit etiam in medicinis non cõtemnenda opuscula, è quibus uidimus opus mirandum & celeberrimum de febribus, cum characteribus quibusdam & nouis tabulis elegantissime ordinatis, & alia quædam, quæ ad manus nostras nondum uenerunt. Claruit anno Christi, 1311. Symphorianus Champerius. Phrasis est inculta & barbara.

Metaphysica noua: & Philosophiæ in Auerroistas expostulatio, qui liber aliàs inscribitur, Duodecim principia philosophiæ, aut Physica. Ascensius excudit Parisijs, 1516. in 4.

Prouerbiorum libri tres, qui uaria quidem, præcipue autem theologica tractãt. Ibidem excusi, cum indice, in 4. eodem tempore.

De arte cabalistica: uel, Introductio in omnes scientias, liber impressus.

Isagoge in Rhetoricen, quæ uarias rerum uariarum & artium diuisiones ac tabulas continet. Ascensius excudit Parisijs, 1515. in 4.

Astrologia, opus impressum.

Raimundi Lullij Maiorici, medici, de secretis naturæ, siue quinta essentia, uulgo destillationem uocant, libri 2. chartæ sunt 7. & dimid. impressæ Argentorati à Balthasare Beck, 1541. in 8. cum Alberto Magno de mineralibus. Primus liber (inquit author) continet theoricam quintæ essentiæ, & modum extractionis eius à quacunq; re elementari: secundus autem qualiter omnes istæ quintæ essentiæ applicentur ad corpus humanum, ad finem, ut per illum curentur omnes morbi incurabiles secundum iudicium neotericorum medicorum. In hoc opere Lapidarij etiam à se scripti meminit.

Raymundi lilium intelligentiæ, de alchymia ni fallor. Librũ uidi manuscriptum.

Ars magna generalis & ultima, quarumcunq; artium & scientiarum ipsius Lullij assecutrix & clauigera. Iacobus Merechal impressit Lugduni, 1517. in 4. Vide supra Henrici Cornelij Agrippæ uerba in artem Raymundi Lullij, fol. 308. b. & deinceps per totam faciem primam folij 309. Ex eiusdem Hen. Cornelij in eundem librum præfatione, quæ epistolam dedicatoriam subsequitur. Raymundus Lullius composuit artem ad scientiarum inuentionem, quam ex eo artem inuentiuam nuncupauit, & ipsam per multos & uarios tractatus sparsim scriptis tradidit, quorum alium intitulauit artem demonstratiuam, alium de mixtionibus principiorum, alium uocauit artem magnam, alium artem breuem, in quo totam artem inuentiuam breuiter complectitur. Dicitur autem hæc ars inuentiua, quia docet nos inuenire

inuenire & multiplicare res & terminos, & propositiones, diffinitiones, diuisiones, "
media, loca, argumenta, quæstiones, quæstionum & argumentorũ solutiones atq; "
deductiones, ueritates & scientias, de omni re, & ad omne id quod proponitur. "

RAIMVNDVS Marlianus, uir sui temporis eruditissimus, scripsit indicem ordine literarum, quo explicat nomina populorum & locorum Gallicorũ ac finitimorum Gallijs, quæ apud Iulium Cæsarem, & Tacitum leguntur: addit plærũq; uocabula hodie usurpata, & alia scitu iucunda. Chartæ sunt 3. aliquoties iam impressæ cum commentarijs C. Iulij Cæsaris.

RAYMVNDVS de Penna forti, natione Cathalanus, siue Prouincialis, ordinis Prædicatorum tertius magister generalis, & iuris canonici notitia insignis, iussu Gregorij papæ noni comportauit. T.cl. 1230.

Decretales iuris,	lib. 5.	Rex pacificus pia mi.
a Summam de casibus,	lib. 3.	Quoniam ut ait Hierony.
Constitutiones ordinis sui,	lib. 1.	Et quædam alia.

* a Liber excusus, ut audio. Citatur etiam scriptum eius de bello & duello. Vide supra Raymundus Barchinonensis: est enim idem author.

RAYMVNDVS † Sebeide, natione Hispanus, uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, atq; in sæcularibus literis egregie doctus, artium & medicinæ doctor insignis, qui docendo & scribendo in gymnasio Tholosano magnum eruditionis suæ experimentum dedit: fertur multa præclara scripsisse opuscula, de quibus ego uidi tantum uolumẽ grande, quod in præfata uniuersitate publice legerat, in cuius principio & multa & gloriosa promittit, de quorum ueritate nonnulli sibi applaudunt tanquam experti, quod prænotauit: T.cl. 1430. † Alias Sabunde.

† Creaturarũ siue de homine,	lib. 1.	Ad laudem & gloriam.
Quæstiones disputatas,	lib. 1.	Cætera me latent.

* † Theologia naturalis, siue liber creaturarum, &c. impressus Parisijs, 1509. in 8. cum indice apud Ioan. Paruum, chartis 33. & rursus alicubi in fol.

Tituli operis sunt 330. quorum inscriptiones breuitatis gratia relinquo.

Ex prologo authoris. Ad utilitatem & salutem omnium Christianorum sequitur scientia libri creaturarum, siue libri naturæ, & scientia de homine, quæ est propria homini in quantum homo est: Quæ est necessaria omni homini, & ei naturalis & conueniens, per quam ipse illuminatur ad cognoscendum seipsum, & suũ conditorem, & omne debitum ad quod homo tenetur in quantum est homo: Et de regula naturæ, per quam etiã cognoscit quilibet omnia, ad quæ obligatur naturaliter tam Deo quàm proximo. Et non solum illuminabitur ad cognoscendum, imò per istam scientiam uoluntas mouebitur & excitabitur sponte & cum lætitia ad uolendum & faciendum ex amore. Et non solum hæc: sed ista scientia docet omnem hominem cognoscere realiter sine difficultate & labore omnem ueritatem homini necessariam, tam de homine, quàm de Deo: & omnia quæ sunt necessaria homini ad salutem & suam perfectionem, & ut perueniat ad uitam æternam. Et per istam scientiam homo cognoscit sine difficultate & realiter, quicquid in sacra scriptura cõtinetur: Et quicquid in sacra scriptura dicitur & præcipitur, per istã scientiã cognoscitur infallibiliter cũ magna certitudine, ita quod intellectus humanus cũ omni securitate & certitudine, omni dubitatione postposita, toti sacræ scripturæ assentiat: & certificatur, ut non possit dubitare quæstionem in ista scientia. Et per istam scientiam potest solui omnis quæstio quæ debet sciri, tam de Deo, quàm de seipso, et hoc sine difficultate. Et cognoscuntur in hoc libro omnes errores antiquorum philosophorum, & paganorum ac infidelium: & per istam scientiã tota fides catholica infallibiliter cognoscitur, & probatur esse uera. Et ideo nunc in fine mundi est necessaria omni Christiano, ut quilibet sit munitus, solidatus, & certus in fide catholica contra impugnatores fidei, ut nullus decipiatur, & sit paratus mori p ea. Vlterius,

„ per iſtam ſcientiam intelligit faciliter quilibet omnes doctores ſanctos. Imò iſta eſt
„ incorporata in libris eorum, ſed non apparet: ſicut alphabetum eſt incorporatum
„ in omnibus libris, &c. Vlterius, iſta ſcientia nulla alia indiget ſcientia neq; arte.
„ Non enim præſupponit grammaticam atq; logicam: neq; aliquam de liberalibus
„ ſcientijs ſiue artibus, nec phyſicam, neq; metaphyſicam: quia iſta eſt prima, & ho-
„ mini neceſſaria, & ordinat omnes alias ad bonum finem, & ad ueram hominũ ue-
„ ritatem, & utilitatem. Quia iſta ſcientia docet hominẽ cognoſcere ſeipſum, & pro-
„ pter quid factus ſit, & à quo factus ſit, quid eſt bonũ ſuum, & quid malum ſuum,
„ quid debet facere, & ad quid eſt obligatus, et cui ipſe obligatur: et niſi homo cogno
„ ſcat omnia iſta, quid proficiunt aliæ ſcientiæ? &c. Communis eſt autem tam laicis,
„ quàm clericis, & omni conditioni hominum, & poteſt haberi infra menſem, & ſine
„ labore, nec oportet aliquid inſpectorari, nec habere aliquem librum in ſcriptis: nec
„ poteſt tradi obliuioni ſi ſemel habita fuerit, &c. Quamuis autẽ huius ſcientiæ prin
„ cipia uilia & uulgaria uidentur, in fine tamen ſequit̃ fructus nobiliſſimus. Et ideo
„ non ſit alicui graue: quia plus ſciet infra menſem per iſtam ſcientiã, quàm per cen-
„ tum annos ſtudendo doctores. Et hæc ſcientia nihil allegat, neq; ſacrã ſcripturam,
„ neq; aliquos doctores, imò iſta confirmat ſacram ſcripturam, & per eam homo cre
„ dit firmiter ſacræ ſcripturæ, & ideo præcedit ſacram ſcripturã quo ad nos. Vnde
„ duo ſunt libri nobis dati à Deo: ſcilicet liber uniuerſitatis creaturarũ, ſiue liber na-
„ turæ: & alius eſt liber ſacræ ſcripturæ. Primus liber fuit datus homini à principio,
„ dum uniuerſitas rerum fuit condita: quoniam quælibet creatura non eſt niſi quæ-
„ dam litera digito Dei ſcripta: & ex pluribus creaturis, ſicut ex pluribus literis com
„ ponitur liber, ita componitur liber creaturarum, in quo etiam continetur homo,
„ & eſt principalior litera ipſius libri, &c. Nullus poteſt uidere neq; legere per ſe in
„ dicto libro ſemper aperto, niſi fuerit à Deo illuminatus, & à peccato originali mun-
„ datus. Et ideo nullus antiquorum philoſophorum paganorum poteſt legere hanc
„ ſcientiam, &c. Huius authoris mentio facta eſt ſuperius quoq; in præfatione
Hen. Cornelij Agrippæ ſuper arte breui Raymundi Lullij.

RAYMVNDVS Senilis ſcripſit in locum 2. ff. noui, de uerborũ ſignificatione. l. eum qui uectigalis.

RAYNALDVS de Forliuio ſcripſit de ſubſtitutionibus.

RAYNALDVS Lonzone ſcripſit de ſyndicatu.

RAYNERIVS, uide Reinherus.

RAYNERIVS Snoygoudanus Pſalterium Dauidis paraphraſi illuſtrauit, quæ uer-
bis Pſalmorum minuſculis literis inſerta eſt. Liber excuſus Lugduni, 1540. apud
„ Frellæos in 8. chartis 30. Ex præfatione authoris. Translatione D. Hierony-
„ mi illa utimur, quam uulgo Pſalterium Gallicanum nuncupant, &c. Iam utcunq;
„ paraphraſibus minimis, aut ſi mauis ſcholijs, non adornatum, ſed enucleatum Pſal
„ terium mecum legere potes, quicunq; in has meas chartulas fortuito incideris. Il-
„ lud tamẽ mihi uendicare auſim, modo patiantur inuiduli, hos Pſalmos me tali phra
„ ſi explanaſſe, ut ne ullum quidem uerbum ipſius textus, aut omiſſum, aut inuer-
„ ſum, aut mutatum ſit: cohæret textus gloſſulis adeò ferruminatus, ut niſi characte
„ ribus diſparibus diſtinctus foret, haud facile unum ab altero dijudicaretur. Deſu-
„ darunt plurimi in hac palæſtra, cæterum non tali ſchemate, quandoquidem Laco-
„ nica breuitate hoc opus exegi. Aemulatus ſum ueteres, ex quorum filis meam or-
„ ditus ſum telam, Hieronymum uidelicet, Auguſtinum, † Arnobium, Iſidorum,
„ Rabanum, Caſſiodorum, Remigium. Auſpicati ſumus hęc ſucciſiuo tempore,
„ dum aliquot menſes morabamur cum Adolpho à Burgundia heroẽ Beuerienſi,
„ cui à medicis fuimus in Duuelandia Zelandiæ ad aggeres æſtu maris diſruptos
„ reficiendos, anno 1533.

† Aliás Ambroſium.

REBVFFI cuiuſdam extant Concordata in iure. Eiuſdem Repetitio quædam, im-

preſſa

pressa Parisijs apud Cheuallon in 8. anno 1534.

REGINO, uide Rheginо.

REINARDVS de Fronthouen, natione Teuthonicus, ordinis (ut ferunt) fratrũ Prædicatorum, scripsit quædam opuscula, è quibus ego uidi tantum. T.

Sermones de tempore, lib. 1. Sermones de sanctis, lib. 1.

De alijs nihil uidi. Claruit (ut sui dicunt) in conuentu Confluentino, ubi & mortuus est.

REINHARDVS Lorichius Hadamarius, natione Germanus, scripsit Commentaria in Aphthonium, quæ impressa sunt.

Def. Erasmi Rot. libellum de ciuilitate morum puerilium in succinctas & memoriæ iuuandæ utiles quæstiones digessit ac locupletauit. Iacobus Iucundus excudit Argentinæ, 1538. in 8. chartis 3. & Thomas Platterus Basileæ eodẽ tẽpore.

Eiusdem de institutione principum loci cõmunes, ex diuersis ijsdemq; optimis authoribus collecti, quorum cognitio non modo ijs, qui cum imperio sunt, uerum quibuuis alijs magistratibus & subditis in primis utilis & necessaria est. Egenolphus excudit Francofurti, 1538. in 8.

T. Liuij orationes omnes, ex libris de 2. bello Punico, artificio dialectico & rhetorico illustratæ. Ex ijsdem libris miscellanea, obseruationes, & apophthegmata rerum omnium memorabilium ac insignium diligenter excerpta per Reinhardum Lorichium. Liber ibidem excusus, 1537. in 8. cum indice, chartis 27.

†REINHERVS Foroliuiensis iureconsultus omnium suo tempore celeberrimus, Bartholi de Saxoferrato præceptor, fertur in iure ciuili uaria composuisse opuscula: sed ego nihil usquam eorum potui inuenire. * Allegantur eius propositiones maiores & minores. Commentarij super Digestis, impressi Lugduni in fol. 1523. Alicubi seorsim citari inuenio commentarios eius super 1. & 2. ff. noui. In lectur. Alberici de iustitia & iure I. omnes populi. T.M. 1358. †Aliàs Raynerius. aliàs Reynerius.

Commentatus fertur in iure ciuili, sed id in obscuro est. Decessit ex uiuis Patauij & in S. Antonij, ubi nunc in circuitu uetus marmoreum illius monumentum uidetur, sepultus. Fichardus.

†REINHERVS Pisanus, natione Italus ordinis fratrũ Prædicatorũ, ut fratribus suis in iure minus expertis, in audiendis cõfessionibus præberet iter, scripsit maximam & insignem summam de casibus in duobus magnis uoluminibus secundum ordinem alphabeti, quam prænotauit: T.cl. 1300. †Aliàs Rainerius.

Pantheologiam, lib. 2. Absolutio. Circa abso.

Et quædam alia. * Rayneriana Summa, huius ni fallor authoris, habetur impressa. Raph. Volaterranus commemorato opere Bartolemæi Pisani, quod Pisanellam uocant, subdit: Circa eandem ferè materiam laborauit Rainerius Pisanus, operibusq; suis titulum non inscripsit.

REMACLI Fusch Lymburgi, natione Germani, methodus curandi morbi Hispanici siue Gallici, per ligni Guayaci decoctum. Impressa Parisijs apud Vuechelum.

Eiusdem historia omnium aquarum, quæ in communi hodie practicantiũ sunt usu. Item Tractatus conditorum & specierum aromaticarum, quorum usus frequentior apud pharmacopolas est. Chartæ sunt 4. impressæ Venetijs, 1542. in 16. eodem anno ab authore conscriptæ: ὀυσλὲψ ἱερόν.

Nomenclaturæ plantarum omnium, quarum hodie apud pharmacopolas usus est magis frequens, iuxta Græcorum, Latinorum, Gallorum, Italorum, Hispanorum, & Germanorum sententiam, iam nouiter collectæ ordine literarum, sic habet titulus: chartæ sunt 2. impressæ Venetijs, 1542. in 16. & præcedente anno Parisijs. Libellus refertus plurimis mendis quod ad orthographiam, & interpretationibus falsis, ut cum pedem columbinũ herbam speciem anagyris arboris dicit, et alia multa absurdissima. Videntur esse collectanea ex Antonij Brasauoli opere de sim-

plicibus pharmacis usitatis, quod ad uariarum nationum nomina.

T. cl. 880. REMIGIVS monachus Antisiodorensis, ordinis sancti Benedicti, & postea ut ferunt urbis eiusdem antistes, ædidit carmine & prosa multa uolumina, de quibus subiecta feruntur.

Bellarmin. de Script. Eccl. Addit: in XII. Prophet. Expositionem. Missa. p. 197. Sodal. Societ. Jesu

In Cantica canticorum, lib. 1.
In totum Psalterium, lib. 1.
In euangelium Matthæi, lib. 1.
De officijs diuinis, lib. 1.
Ad episcopum Eduorum, lib. 1.
* Prophetia diuina inspi.
In Canonem Missæ, lib. 1.
De festiuitatibus sanctorum, lib. 1.
Sermones quoq; plures, lib. 1.

Alia insuper composuit tam in sacris literis quàm etiam in sæcularibus scripturis, Donatum & ueteres authores exponendo, quæ à multis habentur.

* Commentarij eius in Psalmos, impressi sunt Coloniæ in fol.

Commentarij in Martianum Capellam de nuptijs Mercurij, extant in Bibliotheca Ecclesiæ nostræ, manuscripti.

RENATVS Casteneus D. Anselmi archiepiscopi enarrationes in epistolas Pauli à situ uindicauit, mendisq; innumeris repurgauit.

RENATVS Garnerius Lexouiensis in utroq; iure doctor, celebratur in Appendice Catalogi Io. Trittemij: scriptorum autem eius nulla mentio fit; ut assentandi gratia tantum nomen insertum uideatur.

RENATVS Guillonius scripsit annotationes in Grãmaticam Græcam Nicolai Clenardi, quæ cum eadem excusæ sunt Parisijs apud Vuechelum.

RENVCCIVS quidam epistolas M. Bruti & Hippocratis Latinas fecit ad Nicolaum V. pont. max. Impressæ sunt Florentiæ in 4. anno 1487. Vide ne idem sit Alemanus Rinuccinus de quo supra diximus.

RHAETICIVS Eduorum, id est Augustudunensis episcopus, sub Constantino celeberrimæ famæ habitus est in Gallijs. Leguntur eius commentarij in Cantica canticorum, & aliud grande uolumen aduersus Nouatianũ: nec præter hoc quicquam eius operum reperi. Hieronymus. Trittemius addit, eum claruisse anno salutis 120. & expositionem eius in Cantica à S. Hieronymo ut ineptam reprehendi.

T. cl 910. RHEGINO abbas Prumiensis cœnobij in diœcesi Treuerensi, ordinis sancti Benedicti, natione Teuthonicus, scripsit magnæ authoritatis opuscula, de quibus ego tantum reperi subiecta. Ad Alberonem primum episcopum Metensem, à natiuitate Christi usq; ad annum eiusdem, 98. continentem præcipue gesta Francorum & Germanorum. Scripsit

Historiam seu chronicam, lib. 10.
De disciplina ecclesiastica, lib. 2. In primis inquirendum.

Scripsit autem præfatum opus quod prænotatur de ecclesiastica disciplina & religione Christiana, iubente Rathbodo archiepiscopo Treuerorum, quod ex decretis sanctorum patrum, & generalium conciliorum in duobus libris comportauit, & in nongenta fermè capitula, per rubricas ex more luculenter distinxit.

* Chronicon eius impressum est: tradit autem Francorum historiam à Carolo magno usq; ad Arnulfi ultimi de Carolina stirpe Ro. imp. tempora, diligenter atq; succincte. Multa fabulosa scripsisse fertur.

RHEGINVS grammaticus scripsit librum Polymnemonem. Suidas.

RHETORII scripta quædam Græca seruantur in Italia.

RHIANI epopœi epigrammata Athenæus citat: & Stobæus in Sermone de imprudentia. Videtur autem alius esse ab Arriano, uel ut alij Ariano per simplex r.

RHINTON scripsit Amphitryonem & Herculem. Athenæus.

RHODON genere Asianus à Tatiano Romæ in scripturis eruditus, ædidit plurima, præcipuumq; aduersus Marcionem opus, in quo refert, quomodo ipsi quoq; inter se Marcionitæ discrepent, & Appellem senem alium hæreticũ † à se quondã fuisse conuentum,

† συνεστυχηκέναι αὐτοῖς.

conuentum, & risui habitum, eò quod Deum quem coleret ignorare se diceret. Meminit in eodem libro quem scripsit ad Callistionem Tatiani se Romæ fuisse auditorem. Sed & in Hexaëmeron elegantes tractatus cõposuit, & aduersum Phrygas insigne opus. Temporibusq; Commodi & Seueri floruit. Hieronymus. Tritemius scribit eum claruisse anno Domini, 200. & scripsisse in Hexaëmeron lib. 6. Contra Marcionem libros 3. à quibus diuersum facit alium ad Callistionẽ librum, contra Hieronymi uerba, ut uidetur.

RHOMANVS, uide Romanus.

RICHARDVS nomen proprium originis Germanicæ, uidetur significare prædiuitem: à quibusdam non recte sine aspiratione Ricardus scribitur.

RICHARDVS frater ordinis Prædicatorum, patria Florentinus, hinc annis ducentis, non contemnenda doctrina: cum in Asia peregrinaretur, Alcoranum doctus linguam Arabicam conuertit, contraq; commentarium ædidit, quem Demetrius Cydonius in Græcum postea transtulit sermonem. Raph. Volaterranus in Paralipomenis suis. Hunc aliqui Ricoldum uocant. Confutatio legis Mahumeticæ, translata ex Romana lingua (qua primum scripta erat à Richardo, barbare tamen) per Demetrium Cydonium in Græcam non ineleganter: deinde rursus per Bartolemæum Picenum de Montearduo è Græco in Latinum sermonem probum & purum, ad Ferdinandum regem Aragoniæ. Ioan. Oporinus excudit Basileæ nuper cũ Alcorano, &c. Græcis & Latinis è regione positis, chartis 24. Colinæus etiã Parisijs seorsim Latina solũ excudit, nescio Richardiue aut huius interpretis.

RICHARDVS Anglicus, medicus eruditus, multa composuit, è quorum numero subiecta feruntur:

De phlebetomia,	lib. 1.	De anatomia,	lib. 1.
De urinis,	lib. 1.	De signis prognosticis,	lib. 1.

De alijs adhuc nihil uidi. Symphorianus Champerius. Huius Richardi etiam esse puto librum de febribus, seu signis febriũ, qui impressus est Basileæ apud Henricum Petri, cum operibus Clementij Clementini in fol.

RICHARDVS archiepiscopus Ardmacensis & primas Hyberniæ, scripsit: T. cl. 1370.
Propositionum suarum, de quibus plura apud Tritenhemium, lib. 1. Nolite iudicare secundum.
Sermones etiam scripsit, lib. 1. Quæstiones sententiarum, lib. 1.
Et quædam alia. * Richardus episcopus Armacanus scripsit contra monachos mendicantes. Hen. Cornelius Agrippa.

RICHARDVS Bartholinus Perusinus scripsit Austriados lib. 12. ad Maximilianum Aug. non ineleganti carmine hexametro. Ioan. Schottus excudit Argentinæ, 1531. in fol. cum scholijs Iacobi Spiegelij: & cum Gunthero de gestis Friderici Cæsaris, eiusdem Spiegelij scholijs explicato: chartis 157. cum indicibus.

RICHARDVS de Bury, episcopus Dilmelmensis, Eduardi Anglorum regis III. cancellarius, ad quem Francisci Petrarchæ de insula Thyle interrogantis extat epistola, scripsit de amore librorũ & institutione dictæ bibliothecæ pulcherrimum tractatum, qui iam impressus est, quem Græco sermone prænotauit: T. cl. 1350.

Philobiblon,	lib. 1.	Thesaurus desiderabi,	
Epistolas plures,	lib. 1.	Et quædam alia.	

RICHARDVS monachus Cluniacensis, ordinis sancti Benedicti, uaria scribendo & componendo syntagmata, nomen suum ad posterítatis notitiam transmisit: Nihil tamen eorum ad manus nostras hucusq; memini peruenisse. Fertur autem eius insigne & clarum opus. T. cl. 1160.

Historiarum temporum,	lib. 1.	Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.

* Richardus monach. Cluniacen. patria Parisien. sui temporis historiã ædidit, magis illiterate quàm inepte scriptam, Hadriani IIII. & Friderici Aenobarbi tem-

poribus. Raph. Volaterranus.

RICHARDI Eremitæ liber de emẽdatione peccatoris, impressus in 8. Coloniæ, 1536.

T.cl Oxoniæ tempore VVicleffi. RICHARDVS Lauinham, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, natione Anglicus, scripsit nonnulla uolumina, de quibus ista feruntur,

Contra Lolhardos,	lib.1.	De fundatione sui ordinis,	lib.1.
Pro libro Brigidæ,	lib.1.	Sermones uarij,	lib.1.
De logica quoq;	lib.1.	Et uariæ quæstiones,	lib.1.

T.cl.Oxoniæ tempore VVicleffi. RICHARDVS Maydeſcoñ. ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, natione Anglicus, scripsit multa, è quibus ego reperi:

Contra Lolhardos Vuicleff,	lib.1.	Sermones de tempore,	lib.1.
Sermones de sanctis,	lib.1.	Cætera me latent.	

T.cl. 1310. RICHARDVS Malũbra, patria Cremonensis, Iacobi de Arena quondam auditor, et si omnium doctorum (Baldo teste) sui temporis eruditissimus fuerit, nihilominus hæresis condemnatus fuisse legitur. Scripsit in explanatione iuris ciuilis multa uolumina.

Super Codice,	lib.9.	Super institutis,	lib.4.
Super.ff.	lib.50.	Quæstiones uarias,	lib.1.

Et alia multa. * Vide plura in uitis Iureconsultorum apud Fichardũ. Multa scripsit, ut Baptista Caccialupus tradit, quorum tamen copia rara sit.

T.cl. 1290. RICHARDVS de Mediauilla, natione Anglicus, ordinis fratrum Minorum, uir in diuinis scripturis, philosophia, & iure canonico egregie doctus. Fertur multa scripsisse, è quibus tantum reperi subiecta.

Super Sententias,	lib.4.	Abscondita produxit in.	
Super dis.decreti,	lib.1.	Patres nostri omnes sub nu.	
De ordine iudiciorum,	lib.1.	In quatuor Euangelia,	lib.4.
In epistolas Pauli,	lib.14.		

Dicitur autem quod in plures sacræ paginæ libros elegantes commentarios & lecturas ædiderit, sed ad manus nostras non uenerunt. * Hic unus est ex quatuor expositoribus regulæ nostræ. Angelus author Summæ Angelicæ. Aliqui confundunt hunc & Richardum ordinis Prædicatorum Alchorani interpretem, de quo supra.

Richardus Pacæus librum ædidit de fructu qui ex literis percipitur. Vide præfationem Francisci Floridi in Apologiam suam pro Plauto.

T.cl.1270. RICHARDVS archiepiscopus Remensis in Gallia, ordinis fratrum Minorũ, scripsit:

Sermones de tempore,	lib.1.	Sermones quoq; de sanctis,	lib.1.

RICHARDI Sprulij Foroiuliani poëtæ Cæsarei in diui Maximiliani Cæsaris p. f. Aug. obitum Nænia. Charta 1. excusa in 4.

T. cl. 1300. RICHARDVS de Senis Romanæ ecclesiæ uicecancellarius, & postea diaconus Cardinalis tituli sancti Eustachij, doctor utriusq; iuris, omnium laude suo tempore celeberrimus, tertius eorum qui Sextum decretalium iussu Bonifacij papæ octaui comportarunt, cuius nomen in principio eiusdem uoluminis expressum continetur. Fertur nonnulla in iure scripsisse opuscula, sed nihil eorum ad manus nostras memini peruenisse. Lector meus studiosus illa inquirat.

T.cl,1140. RICHARDVS monachus sancti Victoris Parisiensis, ordinis canonicorum regularium S. Augustini, scripsit multa, & penè infinita opuscula, è quibus ista feruntur.

* De sancta trinitate,	lib.6.	Iustus meus ex fide ui.	
* De contemplatione,	lib.5.	Surge domine in requiem.	
De 12. patriarchis, uel de minori contemplatione,	lib.1.	Beniamin adolescenti.	
In arca mystica,	lib.5.	Mysticam illam Mosi.	
* In Cantica Canticorum,	lib.1.	In lectulo, &c. anima quæ.	
* De exterminatione mali,	lib.1.	Quid est ubi mare quod.	

*De pro.

* De promotione boni, lib.1.
Contra Iudaizantes, lib.1.
* De tabernaculo fœderis, lib.1.
* De 4.gradib. charitatis, lib.1.
De 12.apparitoribus, lib.1.
De profectu monachorum, lib.1.
De triplici holocausto, lib.1.
De authoritate Petri, lib.1.
* De potestate iudiciaria, lib.1.
* De differentia peccatorum, lib.1.
De instructione nouitiorum, lib.1.
* De spiritu blasphemiæ, lib.1.
De officijs ecclesiæ, lib.1.
Epitoma totius Bibliæ, lib.1.
In Danielem prophetam, lib.1.
* De gemino pascha, lib.1.
* Diuisionũ uel exceptionũ, †lib.24.
De uisione Nabuchodonosor, lib.1.
De quatuor uentis, lib.1.
De uerbis Esaiæ, lib.1.
De uerbis apostoli, lib.1.
De actibus apostolorum, lib.1.
* De charitate uiolenta, lib.1.
De nouitate uitæ, lib.1.
Omne caput languidum.
Ecce uirgo concipiet &.
De 42.mansionibus, lib.1.
De sacerdotio Melchisedech, lib.1.
De studio sapientiæ, lib.1.
De oratione mentali, lib.1.
Quodcunq; ligaueris.
In regeneratione.
Quoniam quæstioni tuæ, &c.
Afferte domino filios dei.
Quæ in euangelio.
De diuersis affectibus, lib.1.
* In Apocalypsin Ioannis, lib.1.
Chronica ab initio mundi, lib.1.
Deus summe bonus &. †Aliâs 4.
* De sacrificio Abrahæ, lib.1.
In illa die nutriet homo.
Quæris quomodo, &c.
Misit Herodes rex ma.
Expurgate uetus fermen.

Alia insuper multa composuit, epistolas, sermones & uarios tractatus.

* Libri asterisco notati, reperiuntur etiam impressi in sequenti æditione.

Richardi (eiusdem ni fallor) Confessionale, seorsim excusum.

Richardi sancti Victoris, ordinis canonicorum regularium S. Augustini ad muros Parisienses natione Scoti, opera omnia, quæ scripsit circa annũ, 1140. Excusa Parisijs apud Ioan. Petit. 1518. in fol. chartis 136. H. 1540. Venet. 1592.

Tituli tractatuum primæ partis.

De exterminatione mali & promotione boni, lib.3.
De statu interioris hominis, lib.3.
De eruditione hominis interioris, lib.3.
De præparatione animi ad contemplationem, aliâs Beniamin minor, lib.1.
De gratia contemplationis, aliâs Beniamin maior, lib.5.
Allegoriæ nonnullæ tabernaculi fœderis, lib.1.
De trinitate, lib. 6.
De tribus appropriatis personis in trinitate, lib.1.
De uerbo incarnato, lib.1.
De Emanuele, lib.2.
Exceptionum lib.4.
De potestate ligandi atque soluendi, lib.1.
Hunc etiam seorsim excudit Colinæus Parisijs.
De contemplatione plagarum, quæ circa finem mundi uenient, lib.1.
De iudiciaria potestate in finali iudicio, lib.1.
De spiritu blasphemiæ, lib.1.
De gradibus charitatis, lib.1.
De quatuor gradibus uiolentæ charitatis, lib.1.
De gemino paschate tractatus 1.
Sermo 1. in die paschæ.
Declarationes nonnullarum difficultatum scripturæ ad Bernardum, lib.1.
Quomodo spiritus sanctus est amor patris & filij, lib.1.
De differentia peccati mortalis & uenialis, lib.1.
Quomodo eleemosyna patris non erit in obliuione pro peccato matris, lib.1.
De superexcellenti baptismo Christi, lib.1.

Sermo de missione spiritus sancti.
De comparatione Christi ad florem, & Mariæ ad uirgam, lib. 1.
Quomodo Christus ponitur in signum populorum, lib. 1.
De differentia sacrificij Dauid & Abrahæ, lib. 1.
De differentia sacrificij Abrahæ & Mariæ, lib. 1.

Tituli tractatuum secundæ partis.

Explanatio difficultatum suborientium ex descriptione tabernaculi fœderis, lib. 1.
De templo Salomonis ad literam, lib. 1.
De concordia temporum regum corregnantium super Iudam & Israël, lib. 1.
Explanatio uiginti sex Psalmorum: seorsim quoq; impressa.
Cantici canticorum explanationis, lib. 1.
De uisione Ezechielis. De templo Ezechielis.
Decisionis aliquorum dubiorum Apostoli, lib. 1.
Explanatio in Apocalypsin Ioannis.

RICOLDVS, Vide Richaldus.

RINGMANNVS Philesius scripsit enarrationē Europæ. Liber impressus Argentinæ, 1511. in 4.

ROBERTVS nomen Germanicum, ut apparet, aliâs Rupertus scribitur, aut Rudbertus, aut Rubertus, quæ minus probo: origo nominis uidetur à barbæ colore ducta, ut Aenobarbi apud Latinos. Omnino autem pro eodem authore unus Robertum alter Rupertum scribit.

ROBERTI cuiusdam sermones in Theologia impressi sunt: aliâs Ruberti.

ROBERTVS Anglicus scripsit deliramenta quædam de Magia, ut supra dictū est in Henrici Cornelij Agrippæ præfatione super occultam philosophiā suam ad Tritemium, fol. 307. b. uersu 15.

ROBERTI Britanni encomium agriculturæ, excusum Parisijs apud Vuechelum. Eiusdem orationes duæ, una de pace, altera de philosophia, ibidem excusæ. De Parsimonia, Parisijs apud Colinæum.

ROBERTVS Gaguinus: uide in Ruperto.

† Aliâs prima litera est R. non K.

ROBERTVS †Ketenensis ex Anglosaxonib. Britannus, & tandem Archidiaconus Papiloneñ. Alcorani libros 4. in epitomen redactos, ex Arabico transtulit in sermonem Latinū (q̄ tempore Adelfonsus imperator Cauriā in Hispania expugnauit) Petri abbatis Cluniacensis hortatu. Huius translationis mentionē facit Nic. Cusanus ipso statim initio suæ Cribratiōis. Vnde facile adducor, ut credā hanc epitomen Alcorani integri existimationem apud plærosq; hactenus exposuisse. Io. Albertus Vuidmestadius l. C. in præfat. Liber excusus est Norimbergę, 1543. in 4. char. 7.

Codex authenticus doctrinæ Machumeticæ, ex Arabico uersus per Robertum Retenensem Anglum & Hermannū Dalmatam: cū præfatione eiusdem Roberti ad Petrum abbatem Cluniacensem, de Alcorani uersione. Idem liber superiori, excusus Basileæ apud Io. Oporinum, eodē anno, in fol. cum alijs multis de Alchorano & contra eum, &c.

RVDBERTVS à Mosham doctor, Decanus Patauiensis, Ferdinandi Romanorū regis cōsiliarius librum ædidit, cuius inscriptio prima talis est: Microsynodus Norinbergeñ. Romana non Germanica, quam Rudbertus à Mosham cum senatu & ecclesiastis Norinbergeñ. summo pietatis & ueritatis studio, corrigendi & emendandi Lutherismi causa celebrauit: Qua deniq; Babylonica meretrix magna, illiusq; primogenitus antichristus, in doctrina & ecclesia Lutheranorum sedens & regens, reuelatur & gladio spiritus iugulatur, simulq; Norinbergeñ. Ecclesiastarum epistolæ respondetur. Ioannes Eleutherius excudit in Germania, 1541. in 4. chartis quinquaginta tribus. Scriptus est liber ab authore in Colonia Agrippina, 1540. Audio eum nuper obijsse. Ab initio ponitur epistola authoris ad Paulum III. pontificem max. Eam sequitur epistola ad quatuor ecclesiastas Norin-

Norinbergenſes, Doctorem Venceslaum Linck, Andreã Oſiandrum, Thomam Venatorium, & Vitum Theodorum, quam idem Decanus cum ſcriptis & libellis quinq; in religionis & fidei cauſa & contentione, eiſdem eccleſiaſtis, ueluti xenioli loco, & fraternæ correctionis gratia, in diſceſſu ſuo à Norinberga reliquit, menſe octobri, anno 1539. Liber de ſummo articulo iuſtificationis, quí nunc paſſim contrauertitur ad eoſdem eccleſiaſtas: aliâs, de fide monarcha & monacha, arguit autem Lutheranos, ut quí ſolam & nudam doceant fidem, quæ uerbo & charitate careat, &c. Diſputationes Lutheri, quibus aſſerit doctrinam legis eſſe neceſſariam in eccleſia ad docendam pœnitentiam. *M. Lutherus.* Rudberti à Moſsham conſiderationes & axiomata, ueluti antitheſes ſeu contrapoſitiones quædã, quod quemadmodum pœnitentia non debet ſeparari à remiſſione peccatorum, uerbum & charitas à fide, crux ab euangelio, ſic etiã nec lex indiſcriminatim debet ſeparari à iuſtificatione, contra Martini Lutheri concluſiones prædictas, & contra Antinomos quoſdam. Quartum ſcriptum de actis & lectis coram Septemuiris à Senatu Norinbergeñ. delegatis ad cauſam ipſius Raudberti audiendam, Germanice annexum eſt, cum propter temporis anguſtiam in linguam Latinam transferri non poſſet. Eſt autem inter alia præcipuum quiddam, ſcilicet: quod in eccleſia Dei magna & uniuerſali quatuor capitales & principales Antichriſti ſedeant atque regnent: quorum duo manifeſtantur, alter in Papiſmo, alter uero in Lutheriſmo: reliqui uero duo Cæſareæ & regiæ maieſtati unà cum ſeptem principibus electoribus reuelandi & publicandi reſeruantur.

Quinti libelli titulus eſt, Reſponſum Theodidacticum, ad quæſtionẽ & ſophiſma Andreæ Oſiandri, quod ad confutandam & eleuandam deificatam illam Vnitrini tatem uerbi cœlitus donatam & repertam, nempe uerbi, fidei, & charitatis confinxit, interrogando an Deus pater ſit incarnatus.

Argumentum in ea quæ ſubnectuntur, & præſertim in epiſtolam Andreæ Oſiandri ẽ Eccleſiaſtarũ Norinbergeñ. qua libellis & ſcriptis Ruberti à Moſsham ſupra dictis reſpondent. Inſcripſit autem epiſtolam illam Norinbergenſium Rudbertus, Crucem & paſſionem unitrini uerbi.

† Monarchia atque Monachiſmus fidei, quo Oſiandriſmus Norinbergeñ. & Antichriſtianiſmus in Lutheriſmo reuelatur, & gladio ſpiritus extinguitur atque iugulatur: quo denicp epiſtolæ Oſiandri ſuorumcp collegarum reſpondetur: & Vni. trini uerbi maieſtas & unitas, atque nomen Chriſti contra Antichriſtum defendi. tur atcp illuſtratur. Hæc omnia planè ad uerbum ex uariis prædicti uolumi. nis inſcriptionibus tranſcripſi: de meo ne iota quidem addidi. Sæpius autẽ mentionem facit magni operis à ſe ſcripti, De monarchia & palingeneſia fidei, quod æditum eſſe non opinor. *† Huius libri per ſe charta ſunt 35.*

ROB. Rich. ſcripſit exegeſim in canonem diui Auguſtini.

ROBERTVS Saluiatus nominatur inter illos, quorum epiſtolæ Io. Pici epiſtolis coniunctæ ſunt.

ROBERTI Senalis epiſcopi Abrincenſis, theologi doctoris ordine & origine Pariſienſis, de uera menſurarũ ponderumcp ratione opus de integro inſtauratũ, impreſſum Pariſijs apud Io. Roigny, 1535. in 8. cum indice, chartis 17. Ex præfatiuncula ſiue Satisfactione ad Lectorem. Perluſtratis enim Budæi, Alciati, Georgij Agricolæ, Leonardi Porcij, uirorum in omni dicendi genere conſummatorũ, collatiſcp inuicem eorum rationibus & placitis, lux quędam ueluti per tranſennã nobis adfulſiſſe uiſa eſt, qua non tantũ ueritatẽ, certiſſimumcp in ea re iudicium me attigiſſe exiſtimo, quinetiam ad ueræ ſymẽtriæ ſcopum omnium inter ſe menſurarũ peruenisſe, omnibus facile perſuaſum iri nullatenus dubito, niſi me mea uehemenˇter fallit opinio. Qua in re ſi quid feliciter actum eſt, eorum quos ſupra commemorauí, & diligentiæ & eruditioni acceptum referri uolo. Hanc præfationem ſe.

quitur Panegyris ad Franciſcũ regem Francorum. Multi etiam loci in ſacris literis q̃ ad pondera & menſuras in hoc opere illuſtrant̃, Pariſinæ menſuræ docentur, & res numaria obiter explicatur. Adiectæ ſunt menſurarum figuræ in tabula.

ROBERTVS Stephanus natione Gallus, typographus Pariſiẽſis hoc tempore, permultos ex officina ſua libros pulcherrimis characteribus & emendatiſſime elaboratos ſtudioſis propoſuit, unus & haud poſtremus ex optimis, qui pauciſſimi hodie ſunt, typographis. Atqui non modo excudit, uerum etiam diligentia ſua ipſe confecit nobiliſſima uolumina, quæ hic nominantur.

Dictionarium ſeu Latinæ linguæ Theſaurus, non ſingulas modo dictiones continens, ſed integras quoq; Latine & loquendi & ſcribendi formulas: ex Catone, Varrone, Cæſare, Cicerone, Liuio, Columella, Plinio auunculo, Plinio Secundo, Plauto, Terentio, Virgilio, Martiale, cum Latina tum Grammaticorum, tum uarij generis ſcriptorum interpretatione. Opus excuſum Pariſijs apud authorem ſuum, in magno fol. diuiſum in Tomos duos, anno 1536. & rurſus circiter annum 1542. ingenti acceſſione auctum. Inſertæ ſunt paſſim etiam Gallicæ uocabulorum interpretationes.

Lexicon Latinogallicum, quod eſt Epitome prædicti Theſauri: ſed copioſius & diligentius ſingula interpretatur Gallice. Vide ſupra in Petro Cholino, fol. 1547. a. in margine. Idem rurſus Gallicolatinum, ubi Gallicæ uoces præcedunt, expoſitio Latina ſequitur. Vtrũq; ibidem impreſſum eſt, in fol.

Elucidarius poëticus, non ille prior, ſed totus planè alter, ac ita auctus & expolitus, ut ſtudioſus adoleſcens nihil cum ijs quæ ad poëtarum, tum ad oratorum ſpectant intelligentiam deſyderare poſſit: ſic habet inſcriptio operis ibidem nuper excuſi, & poſtea Baſileæ quoq;. Ex præfatione Rob. Stephani. Nos ab alijs tradita omnia ſtudioſe collegimus: fabulas ex Seruio, Acrone, cæterisq; nobilibus Grammaticis deprompſimus: clarorũ utrorum hiſtoriã à præſtantiſſimis quibuſq; rerũ ſcriptoribus mutuati, quod cõmode facere potuimus, eos ſuis dictis factisq; illuſtrauimus. Quod aũt attinet ad locorũ rationem, urbium ſitum, fluminũ magnitudinẽ, omnia tanto ſtudio curaq; perſequimur, ut nõ tam à nobis ſcripta, q̃ ab auctoribus ipſis, Plinio, Strabone, Ptolemæo, dictata eſſe uideantur. Hæc ille. Ego totum hunc Elucidarium & alterũ Ioannis Cibenij cum proprijs omnibus in Ambroſij Calepini Dictionario uocabulis in unum uolumen literarum ordine redegi: quod & adiectum eſt Calepini Dictionario ante annũ ex recognitione & locupletatione noſtra Baſileæ ædito: In quo quidem opere nihil me hercle tam ſpectaui, q̃ ut ſtudioſis prodeſſem, impellente me ad hoc laboris ſuſcipiendum typographo: & alijs non leuibus cauſis in præfatione illic enumeratis.

ROBERTI Valturij de re militari libri 12. additis ubiq; picturis bellicis, excuſi Pariſijs apud Vuechelum, 1532. in fol.

ROBERTI Vuaufeld de Hebraicæ linguæ laudibus, libellus impreſſus.

ROCHERIVS à quibuſdam ſcribitur pro Rogerius.

ROCH. de Curte ſcripſit de iure patronatus: & in 1. Decret. de conſuetudinæ. c. fin.

RODERICVS nomen proprium uideri poteſt corruptum à Theodoricho.

RODERICI de S. Ella Hiſpani, artiũ & theologiæ magiſtri, oratio habita corã Sixto IIII. pont. max. anno 1477. Impreſſa in 4. (ſtilo ſatis puro) chartis 2. alicubi in Italia. Argumentum eſt, de myſterio crucis & Chriſti paſſione.

RODERICVS epiſcopus Palentinus, & RODERICVS Toletanus, numerãtur inter illos authores, ex quibus memorabilia ſua Baptiſta Fulgoſus decerpſit. Rodericus Toletanus præſul res Hiſpanas poſteris prodidit. Ludouicus Viues.

T. cl. 1470. RODERICVS epiſcopus Samorenſis, ſcripſit nõ cõtemnendæ authoritatis opuſcula, de quibus ego uidi adhuc tantum uolumen unum quod prænotauit: Speculum humanæ uitæ, lib. 2. Super cunctas humanas. Cætera non uidi.

* Rodoici

* Rodoici episcopi Zamroēnsis speculum humanæ uitæ, cuius præcipuum argumentum est de humanorum studiorum uanitate, stilo barbaro scriptum, uidi impressum in fol. in Italia.

RODVLPHVS, nomen Germanicū, uidetur eum significare qui cōsilijs iuuet alios, Latine Consultum, Græce Eubulum dixeris, scribitur autem uarijs modis, Rudolphus, Rodolphus, & Rathulfus.

RODVLPHVS quidam scripsit uitam Christi, liber est impressus.

RVDOLPHVS abbas sancti Trudonis in diœcesi Leodiensi, ordinis diui patris Benedicti, natione Teuthonicus, scripsit utroq; stilo non spernenda opuscula, de quibus feruntur: T. cl. 1115.

Contra Symoniacos, lib. 7. Chronica quoq;, lib. 1.
Carmina multa. Cantus etiam in laude sanctorum plures.

RODOLPHVS Agricola de Gruningen, natione Friso, Græci & Latini sermonis peritus, & Hebraicæ linguæ non ignarus, scripsit quædā ingenij sui excellentissima opuscula, de quibus extant subiecta. T. M. 1485.

Vita Francisci Petrarchæ, lib. 1.
Carmen de sancta Anna, lib. 1. Anna parens summæ ge.
Dialectica subtilissima, lib. 3. Epistolæ & orationes uariæ, lib. 1.

Varia insuper & elegantissima carmina ædidit, quibus ingenium suum prope diuinum ostendit. Transtulit ex Hebraico Psalterium, ex Græco quædam opera Platonis. Dionysij Ariopagitæ uolumina traducere incipiens morte immatura præuentus, imperfecta reliquit, scripsit etiam alia.

* Rodolphi Agricolæ Frisij lucubratiōes aliquot lectu dignissimæ, in hanc usq; diem nusquam prius æditæ, cæteraq; eiusdem uiri omnia, quæ extare creduntur, opuscula, nunc demum ad autographorum exemplariū fidem per Alardū Aemstelredamum emendata, & additis scholijs illustrata. Io. Gymnicus excudit Coloniæ, 1539. in 4. Tomis duobus, chartis 114. Insunt autem hæc, in Tomo 1. Epistola Ioan. Phrissemij. Philippi Melanchthonis epistola, mores, eruditionē, uitamq; Rodolphi compendio perstringens. Rodolphi Agric. de inuentione dialectica libri omnes, integri, recogniti, & annotationibus illustrati. Hi libri cum doctorum omnium consensu docte, eleganter, & copiose inuentionis artificiū tradant, in plærisq; gymnasijs publice iuuentuti exponuntur. De uniuersalibus quæstiones aliquot singulares. Propædeumatum dialecticæ inuentionis opusculum, circumstantias siue attributa personarum & rerum ad Rodolphi locos redacta, simul & exemplis aliquot explicata, compendio pertractans. Scholia in orationem pro lege Manilia, quibus ea potissimum, quæ ad Dialecticen pertinent, explicantur.

Tomus alter continet,

Aphthonij sophistę progymnasmata, Rod. Agric. interprete. Vide in Aphthonio.
Prisciani Cæsariensis præexercitamenta, ex Hermogene translata.
Commentariola in aliquot L. Annei Senecæ declamationes. Hæc etiam seorsim excudit Bebelius Basileæ, 1529. in 8. chartis 6.

Orationes Rodolphi.

1. De natiuitate, siue immensa natalis Christi lætitia.
2. In laudem Matthiæ Richili rectoris designati.
3. Oratio dicta in studiorum ad hyemem innouatione.
4. Oratio gratulatoria dicta Innocentio VIII.

Epistolæ: inter quas conijcio & illam extare, quæ seorsim aliquoties impressa est, de studio formando.

Ex Græcis translata.

Paræneses Isocratis ad Demonicum. Eiusdem de regno libellus.

Luciani libellus de non credendis delationibus. Eiusdem Micyllus siue Gallus. Axiochus Platoni inscriptus de contemnenda morte.

Carmina & epitaphia Rodolphi.

Hæc sunt quæ Colonienſi æditione simul excusa sunt.

Rodol. Agricolæ, & Ioan. Murmellij scholia in Seuerini Boëtij libros 5. de consolatione philosophiæ, impressa Coloniæ apud Ceruicornum, 1535. in 8. chartis 28.

RODOLPHVS Agricola iunior poëta laureatus, scripsit Congratulationem ad Sigismundum de Erberstain consiliariũ Maximiliani Cæs. fœliciter à Moscis reuersum. Impressa est in 4. Cracouiæ, 1518. cum Ioannis Dantisci Soterijs ad eundem.

RODOLPHI Auantij libellus carminum, impressus opinor.

RODOLPHVS de Auricuria scripsit super Institut.

RODVLPHVS Brughensis Cl. Ptolemæi Planisphærium transtulit è Græco in Latinum sermonem, cum præfatione ad Theodorichum Platonicũ præceptorẽ suum, scripta Tholosæ anno 1144. Vualderus impressit Basileæ, 1536. in 4. cum Arato Græco commentarijs Græcis explicato, &c.

T. cl. 1430. RVDOLPHVS de Buxella uico Sueuiæ, natione Teuthonicus, Spirensis diœcesis, scripsit non spernenda opuscula, uidelicet,

Quæstiones sententiarum, lib. 1. Sermones perutiles, lib. 1.
Quæstiones uarias, lib. 1.
Orationes plures ad patres, lib. 1. Et si sancta mater. Et alia multa.

RODOLPHVS Gualtherus Tigurinus Heluetius, clarissimi uiri beatæ memoriæ Huldrychi Zuinglij gener, iuuenis adhuc ætate, sed ingenio doctrinaq; maturus, in locum optimi uiri Leonis Iudæ electus, ecclesiæ Tigurinæ parti ministerio uerbi fœliciter præest, eloquentia natiua & linguarum cognitione non parum ornatus: quæ intra paucos annos ex tempore ferè lucubratus in lucem ædidit, hæc sunt.

In secundam & tertiam Ciceronis de lege Agraria contra Rullum orationem, & in Verrinam quintam, Annotationes, sub nomine Eubuli Dynateri, Basileæ impressæ simul & scriptæ, apud Rob. Vuinter, cum alijs diuersorum Annotationib. in omnes Ciceronis orationes.

Iulij Pollucis Onomasticum, id est, instructissimum rerum & uerborum Dictionariũ, Latinitate donatũ. Excudit Rob. Vuinter Basileæ, 1541. in 4. chartis 62.

Quæ sequuntur, omnia Tiguri excusa sunt apud Froschouerum.

Monomachia Dauidis & Goliæ, & Allegorica eiusdem expositio, Heroico carmine descripta. Addita sunt huic æditioni eodem authore, Epicedia Eobani Hessi, Heinrychi Lafateri, Nicolai Partrigij Angli, Friderichi Pistorij Niddani, 1541. chartis 9.

Apotheosis Simonis Grynæi, uersibus elegis, in tabula.

Epicedium in mortem Margaritæ Blaureræ, ad Ambrosium & Thomam Blaureros fratres.

De ratione Syllabarum & carminis libri duo. Addita est in fine de Germanicæ nobilitatis studijs Elegia ad nobilem iuuenem Eberardum à Bruch, 1542. in 8. chartis 13.

Argumenta omnium tam ueteris quàm noui Testamenti capitũ, Elegiaco carmine conscripta, 1543. in 8. chartis 18. Eadem adiuncta sunt translationi Bibliorũ Leonis Iudæ, &c. in fol.

Ioannis Cantacuzeni Constantinopolitani regis contra Mahometicam fidem Apologias quatuor & orationes totidem è Græco in Latinum transtulit, 1543. Basileæ apud Oporinum, in folio.

Collatio noui Testamenti ad Græcam ueritatem. Vide in Leone Iudæ.

H. Zuinglij libri circiter 34. è Germanico in Latinum sermonẽ translati. Vide supra in Huld. Zuinglio.

Ad

Ad Catholicam ecclesiam omnemq́ fidelium posteritatem, pro Huld. Zuinglio & operum eiusdem æditione Apologia, quæ & Zuinglij operibus præfixa & seorsim excusa extat, 1545. in 8.

Orthodoxa fidei & doctrinæ Confessio per Tigurinæ ecclesiæ ministros contra Lutheri calumnias & conuitia Germanice scripta, eodem interprete Latinitate donata est, 1545. in 8.

Scribit nunc inter alia, quæ nondum excusa sunt, Homilias quinq́ de nouissimis temporibus & Antichristo, in locum Pauli 2. Thessal. 2. quas tam Germanice quàm Latine breui æditurus est, Deo fauente.

RODVLPHVS Langius, natione Teuthonicus, monasterienſis ecclesię in Vuestphalia canonicus, scripsit tam metro quàm prosa multa præclara opuscula, de quibus extant subiecta. Ad Hermannum Langium eiusdem ecclesiæ decanum. T. cl. 1494.

De urbe Hierosolyma, lib. 2. Splendidissimæ quondam.
Ad decanum Colonien. carminum, lib. 1. Clara quem uirtus supe.
De obsidione Nusien. urbis, lib. 1. De tribus Magis carmen, lib. 1.
Epistolæ plures ad diuersos. Carmina quoq́ uaria. Et alia complura.
Viuit adhuc admodum senex in ciuitate Monasterienſi, multa cõponens sub Maximiliano rege.

ROFREDVS patria Beneuentanus, doctor in utroq́ iure clarissimus, scripsit quædam, de quibus tamen pauca potuimus inuenire quæ & subiecimus, uolumẽ perutile continens. T.

Quæstiones iuris ciuilis, lib. 1. Si considerarem ingenium.
Quæstiones iuris canonici, lib. 1. Super omnibus actionibus.
Summam iuris, lib. 1.
Quicquid amplius ædidit, ad notitiam meam adhuc minime peruenit.

* Cõmentarius Rofredi de libellis impressus est Lugduni in 4. 1538. apud Matthiam Bonhomen. Allegantur etiã Disputationes eius. Vide supra in Odofredo de hoc Roffredo: uidentur enim confundi.

ROGATIANVS author epistolarum aliquot apud Cyprianum cum aliquot alijs coepiscopis, scilicet secundæ, 4. & 12. libro 1.

ROGATIANI à Noua uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

ROGATVS epistolæ 2. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coẽpiscopis, lib. 1.

† ROGERII Bachonis perspectiua extat: uide supra fol. 523. a. uersu 7. ibi enim æden dam à se promittit Franciscus Maurolycus. Vide etiam supra Henrici Cornelij præfationem in occultam philosophiam, & in Bacho Rogerius: quamuis ea malim huc referri, ut Rogerius prænomen sit. † Aliâs Rochea rij.

ROGERII canonici Varadiensis historici nomen alicubi citatum legisse memini.

ROGERIVS quidam citatur in Tacuinis Elluchasem medici.

ROGERII liber de phlebotomia uenarum omnium, eiusq́ usu ac utilitate: impressus Basileæ ab Henrico Petro.

Rogerij practica medicinalis, impressa Venetijs, 1499. cum uarijs chirurgorũ aliquot opusculis, chartis 12. in 4. tractatus diuisis, in fol. Ex præfatiõe authoris. Cum ab antiquis philosophis in Viatico, Alexandr. Passionario, multa minus perfecte proposita, tam in generalibus, quàm in particularibus reperiantur. Duximus dignũ, ea quæ circa ista tria uolumina sunt faciẽda, sub breui doctrina cõstringere. "

ROGERIVS monachus ordinis S. Benedicti, ad quem Guimundus Auersanus episcopus adhuc in cœnobio constitutus, libros tres contra Berengarium scripsisse dicitur, satis luculento sermone descripsit T. cl. 1040.

Vitam Brunonis episcopi Colonien sis, lib. 1.
Et quædam alia. * Rogerius quidam Summista allegatur in Sũma Angelica.

ROGERII iuriſperiti liber de præſcriptionibus, impreſſus opinor.

T. † ROLANDINVS de Romancijs, iuris utriuſq; profeſſor & interpres celeberrimus, ſcripſit in ea facultate quædam præclara opuſcula, è quibus ego tantum reperi ſummam

† Aliâs Rolandus de Romuncijs.

De ordine maleficiorum, lib. 1. Incipit paruus libellus.
Determinationes & quæſtiones. Et alia quædam mihi non uiſa.
Rolandina Practica impreſſa cum autora. & additionibus notis Taurini additis per Io. Neuizanem opinor. Rolandina Summa in Germanicum ſermonem uerſa, impreſſa eſt nuper Ingolſtadij in fol.

ROLANDINVS Paſſagerius iuriſperitus, ſcripſit de ſucceſſionibus, de donatione cauſa mortis, de codicillis, de teſtamentis.

ROLANDI Capelluti Chryſopolitani philoſophi Parmeñ. ad Petrum de Gnalandris Chirurgum, Tractatus de curatione peſtiferorum apoſtematum (uixit author circa annum, 1468.) ſtilo barbaro. Seſquicharta ferè, impreſſa alicubi in Italia, in 4.

Rolandus Parmenſis ædidit libellos 4. de chirurgia ſermone barbaro. Chartæ
» ſunt 6. impreſſæ Venetijs, 1499. cum diuerſis alijs chirurgis. In omnib. (inquit)
» ſenſum & literaturam Rogerij ſum ſecutus: nec mirum ſi imperitia mea hoc ege-
» rit, cum penè omnes ſapientes hoc egiſſe noſcantur. Sunt qui hunc librum Rolandinam uocant.

Rolandi de ratione medendi internis externiſq; morbis libri 4. Hen. Petrus excudit Baſileæ: neſcio an alij ſint à ſuperioribus, ſed non uidetur.

ROMANVS quidam ſcriptor Græcus, grammaticus ut uidetur, nominatur inter cæteros, ex quibus Cornucopiæ ſuum Varinus Camers congeſſit.

† Aliâs Rhomani cum aſpiratione.

† ROMANI Aquilæ de nominibus figurarum (Græcis et Latinis) & exemplis earum liber ex Alexandro Numenio: chartæ ſunt ferè 3. impreſſæ Baſileæ, 1521. apud Io. Frobenium, cum alijs eiuſdem argumenti ſcriptoribus. Quæ hic reliquit, ea Iulius Rufinianus perſequitur uocans eum Aquilam Romanum. Cæterum hic Alexander Numenius, fortaſſis eſt Numenius ille, cuius libellum Græcum de figuris extare ſupra diximus.

ROMVLVS quidam ad Tybertinum filium librum ſcripſit, quem ab imitatione apologorum Aeſopi illius Phrygis, fabulas Aeſopi nũcupauit: non, ut aliqui rati ſunt, tranſtulit. Parmenſes quidam anxie, non Romulum libelli huius authorem aſſe-
Salo. runt, ſed ſuum quendam Salonẽ municipem, qui poëta dum Athenis ſtuderet, è Græco fabulas has noſtris moribus (ut aiunt) aptando, carmine compoſuerit. Sed certe hoc ipſo uel Romulo uel Salone, me puero nullus liber æque triuialibus magiſtris terebatur, poſt Alexandri ineptias. Gyraldus in poëtis.

ROMVLVS Amaſæus uir utraq; lingua cum paucis eruditus (quem ante biennium Bononiæ uidi) tranſtulit Xenophontis libros 7. de Cyri minoris expeditione: qui cum reliquis Xenophontis operibus Latinis impreſſi ſunt Baſileæ nuper ab Iſingrinio. Audio & Pauſaniam ab eo conuerſum, ſed nondum eſſe publicatum. De filio eius Pompilio ſupra dixi.

ROSINI philoſophi tractatus quidam extat, in alchymia, ni fallor barbarus. Vidi manuſcriptum.

T. ROSVIDA nobilis mulier in Saxonia nata, in Gandeshemenſi cœnobio, quod non longe ab Hildeshem diſtat, ſacromonialis, miro ingenio et doctrina claruit, & in utroq; ſcribendi genere admirabilis. Ad uirgines enim ſacratas caſtitatem & continentiam hortando Latino ſermone conſcripſit, Comœdias ſex. De geſtis Ottonum panegyricum uerſu hexametro. In laudes beatæ uirginis elegiaco & hexametro uerſu, lib. 1. Vnica ſpes. Item paſſionem S. Dionyſij carmine elegiaco. Item de S. Gangolpho, & alijs ſanctis plura. Græcæ etiam linguę notitiã habuit. Coætanea Ioan. Anglici fuit, qui doctrina ſua papatũ meruit. *Eadẽ Gyraldus.

RVBIRVFI (si recte legi) architecti, libri quidam cum figuris extare feruntur in membranis descripti, in bibliotheca Des. Erasmi Rot.

RVFINVS Nicaensis, unus ex Dipnosophistis apud Athenæum, medicus opinor.

RVFINI cuiusdam epigrammata, numero 28. libro 7. Anthologij.

RVFINI † V. D. Grammatici Antiochensis, commentarium in metra Terentiana, impressum cum Prisciano grammatico, chartis duabus, & dimid. Aliâs inscribitur, De metris comicis, & oratorijs numeris.

† *Legendum uidetur, uiri doctissimi.*

RVFINVS monachus & Aquileiensis ecclesiæ presbyter, scripsit T. cl. 400.

In Osee prophetam, lib. 1.
In Amos prophetam, lib. 1.
In Iohel prophetam, lib. 1.
De sua fide ad Laurentiũ episcopũ, lib. 1.
Mihi quidem fidelissimi.
Inuectiuarũ cõtra Hieronymũ, lib. 2.
Perlegi scripta tua.
De sua fide ad Anastasiũ, lib. 1.
Audiui quosdam cum.
De bñdictionib. patriarcharũ, lib. 1.
De sacramentis, lib. 1.
Exhortationis ad Probã, lib. 1.
Additiões ecclesiasticæ histo. lib. 2.
Epistolarum ad diuersos, lib. 2.

Alia insuper multa composuisse dicitur, sed ad manus nostras non uenerunt.

* Aliâs uocatur, Ruffinus Toranus presbyter.

Ex Gennadio. Ruffinus presbyter non minima pars ecclesiæ doctorum, in transferendo de Græco in Latinum elegans ingenium habuit. Denicp maximam partem Græcorum bibliothecæ Latinis exhibuit, Basilij scilicet Cæsariẽ. Cappadociæ episcopi, Gregorij Nazianzeni eloquentissimi hominis, Clementis Romani Recognitionum libros, Eusebij Cæsariensis Palæstinæ ecclesiasticam historiam, a Xysti sententias, b Euagrij sententias, Pamphili martyris aduersum mathematicos. Horum omnium quæcunp præmissis prologis à Latinis leguntur, à Rufino interpretata sunt: quæ autem sine prologo, ab alio translata sunt, qui prologũ facere noluit. Origenis autem non omnia, quia & Hieronymus transtulit aliquanta, quæ suo prologo discernuntur. Proprio autem labore, imò gratiæ Dei dono exposuit idem Rufinus symbolum, ut in eius comparatione alij non exposuisse credantur. Disseruit & benedictionem Iacob super patriarchas triplici, id est historico, morali, & mystico sensu. Scripsit epistolas ad timorem Dei hortatorias multas, inter quas præeminent illæ quas ad Probam dedit. Historiæ etiam ecclesiasticæ, quam ab Eusebio conscriptam, & ab isto dixímus interpretatam, addidit decimum & undecimum librum. Sed & obtrectatori opusculorum suorum respondit duobus uoluminibus, arguens & conuincens se Dei intuitu & ecclesiæ utilitate, auxiliante Domino ingeniũ agitauisse, illum uero æmulationis stimulo incitatum, ad obloquium stilum uertisse.

a. b. Apud Raphaelem Volaterranum legitur Sexti & Euangeli.

Inter opera D. Hieronymi, Tomo 4. Basilienses æditionis, continentur Rufini Symbolum: de quo uide etiam in præfatione Erasmi in Cyprianum.

De sua fide, lib. 1.
Inuectiuarum libri 2.

De traductione librorum Eusebij historiæ ecclesiasticæ, & additionibus in eandem, copiose dictum est superius diuersis locis inter Eusebij opera: adiectis etiam uerbis ipsius ex præfatione ad Chromatium.

Clementis Rom. episcopi libros Recognitionum transtulit, & præfationem adiecit: uide supra in Clemente.

Iosephum conuertit in Latinum, cuius originalis est Mediolani in S. Ambrosij fano, Longobardis characteribus curiosissimis. Ambrosius Calepinus in Aquileiæ mentione.

Rufini opusculum de deprauatione librorum, præcipue Origenis, impressum cum operibus Origenis in fine primæ partis: item Tomo 2. operũ D. Hieronymi.

Vertit etiam Apologeticũ Pamphili martyris pro Origene, chartæ sunt ferè 7.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1215] - 587v

in prima parte operum Origenis, Basilieñ. æditionis. Addidit insuper suam apologiam (charta 1. & quadrante) ubi contrarias sententias in libris Origenis ob eorũ deprauationem natas ostendit.

Præfatio eius in libros Origenis de principijs, habetur in tertio Tomo operum D. Hieronymi, adiuncta per Des. Erasmum, ut facilius intelligerentur Apologiæ D. Hieronymi. Eiusdem Symbolum, ibidem.

Transtulit orationes aliquot Gregorij Nazianzeni, ut supra dictum est.

Basilij librum de uita monachorum conuertit. Vide supra in præfatione Iani Cornarij super duos posteriores Tomos Basilij, fol. 139. a. uersu 3.

Aemulus atq; obtrectator fuit D. Hieronymi, ut Origenis adsertor, quodq; ab eo reprehensus sit quod eius libros περὶ τῶν ἀρχῶν, qui contra fidem sunt, conuerterit. Ex epistolis autem inter se missis constat, quę sit utriusq; ingenij, uitæq; ac morum differentia. Raph. Volaterranus.

Reprehenditur in plærisq; translationibus suis, quod multa pro arbitrio suo immutauerit, addiderit, omiserit, transposuerit.

» Extant sub titulo Hieronymi inter opera eius in Iesum Naue homiliæ 26. Addita
» est his præfatio, sed quæ magis Ruffinum referat quàm Hieronymum. Et haud
» scio an in uetustis exemplaribus Ruffini nomen scriptum habeatur, quorum dum
» hæc nobis scriberentur non erat copia. Certe Merlini iudicio non admodum fido
» hac sanè in parte. Hæc Erasmus Rot.

RVFVS, aliàs per f duplex scribitur.

RVFVS medicus apud Ioannem F. Serapionis citatur. Extant & apud Aëtium non pauca ex eius scriptis fragmenta, nempe: De uomitu, de aquis, de pestilentia, de morsis à cane rabido, de lacte, de uenereis: de renibus cruorem excernentibus, inflammatis, suppuratis: de uesicæ inflammatione & ulceribus: de uenis eleuatis & incuruis podagricorũ: de memoria deperdita, de sanguinis eruptione & crustam inducentibus, de menstruorum retentione: Curatio earum, quæ nimia caliditate non purgantur. Hiera Rufi ex libro eius de melancholia. Ex Rufo, Galeno, & Posidonio collectus de melancholia liber, cum operibus Galeni, & Hippocratis, & Aëtij impressus est. Eundem esse puto Rufum, de quo uerba Suidæ hæc sunt. Rufus Ephesius medicus Traiani tempore claruit cum Critone. Permulti eius libri feruntur, inter quos etiam isti. De diæta libri 5. De diæta nauigantium lib. 1. De uulnerarijs pharmacis lib. 1. De uulneratione artuum lib. 1. De ficis 1. De antiqua medicina lib. 1. De lacte lib. 1. De uino lib. 1. De melle.

RVFI Domestici distichon libro 7. Anthologij, fol. 276. Aldinæ æditionis.

RVFVS conscripsit librum ex dictis Epicteti de amicitia, qui cum alibi apud Stobæũ citatur, tum in Sermone, Quod euentus rerum fortiter sint feredi.

RVFVS Auienus transtulit Arati Phænomena Latinis uersibus, quorum adhuc fragmenta quædam extant, impressa, cum Ciceronis, & Germanici translationibus in eadem: adiecta Ioach. Perionij translationi Ethicorum.

Ex Lilio Gyraldo.

Ruffus Festus Auienus, qui & in antiquis codicibus Abidnus dicitur, & in Seruij etiam commentarijs. Ab aliquibus Hispanus est existimatus, ego certe nihil habeo quo id affirmare possim. Hic Dionysij Punici de situ orbis uersus ex Græcis Latinos fecit, item Aratea Phænomena, quod utrumq; opus extat carmine hexametro expressum. Et præter hæc de oris maritimis librũ ædidit, carmine trimetro iambico, ad Probum uirum consularẽ, ad quem etiam Cl. Claudianus scripsit, &c. Seruius Grammaticus Auienum ait Vergilianas fabulas, & Liuium, iambicis uersibus descripsisse. Sunt qui hunc ipsum Auienũ esse putent, quem Macrobius in Saturnalibus loquentem induxit. Vtcũq; tolerabilis est poëta, & dignus saltem ob rerum cognitionem, ut aliquando legatur. Extat & libellus ad Theodosium imperatorem,

imperatorem, huius, ut putatur Auieni, nisi nos fallat inscriptio: in quo plærosq; Aesopi apologos elego carmine complexus est: qui an legitimus sit, non multum esse pretium operæ ut disquiramus, existimo. Cuius, quisquis ille fuit, hæc uerba sunt ex præfatione: Huius (inquit) materiæ ducem nobis esse Aesopum noueris, qui responso Delphici Apollinis monitus, ridicula orsus est, ut legenda firmaret. Verum has pro exemplo fabulas & Socrates diuinis operibus indidit, & poëmati suo Flaccus optauit, quod in se sub iocorum communium specie, uitæ argumenta contineant, quas Græcis iambis † Babrius repetens, in duo uolumina coartauit, Phædrus etiam partem aliquam quinq; in libellos resoluit. De his ergo usq; ad 42. in unum redactas fabulas ædidi, quas rudi Latinitate compositas elegis sum explicare conatus. Hæc ille. Vide infra de Sexto Rufo: opinor enim eundem esse, si Sextus pro Festo, ut Volaterrano Raphaëli placet, non recte scribitur.

† Forte Gabrias. Phædrus.

†RVGERVS Venray, natione Teuthonicus, ordinis canonicorũ regularium S. Augustini cœnobij diui apostoli Petri, quod non longe à Vuormacia situm, Heyne dicitur, scripsit metro & prosa quædam non spernenda opuscula, de quibus extant subiecta. Tetralogus, quem prænotauit

T. cl. 1490.

† Aliàs Rutgerus.

De institutione puerili,	lib. 2.	Cum pueriles animaduerte.
De inquisitione beatæ uitæ,	lib. 2.	Sub anno quo ceres ie.
Hymnorũ de sancta Maria,	lib. 2.	Ecce dei matris Mariæ.
De uario usu literarum,	lib. 2.	Tametsi optime Petre.
De re mirabili, aliàs reb. mirabilib.	lib. 2.	Ad cognoscendam uersu.
De rebus nouis,	lib. 2.	Complura animo uolutanti.
De metrorum generibus,	lib. 1.	Familiarissime in Christo.
De accentibus Latinorum,	lib. 2.	Hic tetralogus qui de.
Panegyricus ad me,	lib. 1.	Reuerendo in Christo patri.

Epigrammata uaria. Et quædam alia. Audio eum ad me opus cudere de calamitatibus horum temporũ, quod necdum uidi. Epistolas tam ad me quàm ad alios carmine ac oratione soluta plurimas perscripsit non inelegantes. Viuit usq; hodie & uaria componit sub Maximiliano rege Romanorum.

* Hæc eadem repetuntur etiam in Appendice catalogi Trittemiani: Et præter superiora ibidem nominatur, Panegyricus ad Io. Spanhemensem S. Martini abbatem, diuersus à tractatu de calamitatibus suorum temporum ad eundem.

RVGERVS Suicetus Anglus, maximum dedit incrementum calculationibus, quæ sunt cauillationes stultarũ subtilitatũ, quas idcirco Io. Picus quisquilias Suiceticas solitus erat aptissimo nomine nũcupare. Lod. Viues libro 4. de corruptis artibus.

RVGGANDVS episcopus Metensis, Pippini regis ex sorore nepos, scripsit pro clericis Metensis ecclesiæ satis instructam & utilem,

T. cl. 760.

Regulam canonicorum,	lib. 1.	Et quædam alia.

RVPERTVS. Vide Robertus.

RVPERTVS abbas monasterij Cassinensis, ordinis S Benedicti, scripsit elegantes Sermones, lib. 1.

T.

Alia quoq; nonnulla ædidit, quæ ad notitiam nostram adhuc non uenerunt.

RVPERTVS abbas Tuitiensis cœnobij iuxta Coloniam Agrippinã, ordinis sancti Benedicti natione Teuthonicus, de cuius opusculis ego tantum ad præsens reperi subiecta. Ad Cunonem abbatem Sigebergẽsem postea episcopũ Ratisponensem.

T. cl. 1124.

De uictoria uerbi dei,	lib. 13.	Nuper cum tu hospes op.
In Genesim,	lib. 9.	Quicunq; fideli animæ dum.
In Cantica canticorum,	lib. 7.	Qui contra hominem similem.
In librum sancti Iob,	lib. 10.	In libros Regum de Dauid, lib. 13.
De sancta trinitate in uetus testa.	lib. 42.	
In Apocalypsim Ioannis,	lib. 12. aliàs 22.	Vt tu quoq; uenerabi.
De officijs diuinis,	lib. 12.	Ea quæ per circulum anni.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1217] - 588v
PUBLIC DOMAIN

Meditationes de incendio Tuitiẽ. lib.3. Ecce quomodo criminator.
In 12. prophetas minores, lib.30. In Euangelium Matthæi, lib.8.
In Euangelium Ioannis, lib.14. Super regulam S. Benedicti, lib.1.
Apologeticũ eiusdem operis, lib.1. Epistolarum ad diuersos, lib.1.
Denique fertur & alia plura scripsisse, & nouum ac uetus testamentum pro maiori parte in multis libris explanasse, de quibus usq; in præsens nihil uidimus.
* Opera eius impressa sunt Coloniæ, 1533. apud Arnoldũ Birckman in fol. Et seorsim Cõmentariorum in Apocalypsin lib.22. Parisijs sub insigni Mortarij aurei.

T.cl. 930. RVPERTVS rex Franciæ, inter ecclesiasticos scriptores locũ merito recipit, quippe qui cantus & responsoria dulci & regulari modulamine scripsit. Eius est illa uulgata Sequentia, quæ cantatur diebus pentecostes.
De sancto spiritu, .s. Veni sancte spiritus.
Responsoriũ de S. Petro, .s. Cornelius Centurio.
De natiuitate domini, .s. Iudæa & Hierusalem no.
Et illud Alleluia, .s. Eripe me de inimicis.
Et alia multa quæ nescio. * Attribuitur ei & hæc Sequentia, quæ incipit: Sancti spiritus assit nobis gratia.

T.cl. 1494. RVPERTVS Gaguinus, natiõe Gallus, ordinis sanctæ Trinitatis generalis minister, doctor decretorum insignis, scripsit utroq; stili genere multa præclara opuscula, è quib. extant subiecta. Opus insigni carmine ad Arnoldũ Bostium Carmelitã Gandaui morantem, contra Vincentium de Castronouo, ordinis Prædicatorum.
De cõceptione sanctæ Mariæ, lib.1. Est mihi mens æquis te.
De eadem re, prosaice, lib.1. Nemo Christianæ reli.
De misera hois conditione, lib.1. Inter multa quibus se.
De arte metrificandi, lib.3. Quæ de conficiendis uer.
Orationes multæ elegantiss. lib.1. Epistolarum quoq; lib.1.
Epigrãmata innumera. Et alia complura. Viuit adhuc Parisijs apud S. Maturinum residẽs. Et uaria scribit indies publicãda, sub Maximiliano Romanorũ rege.
* Fertur & Chronica scripsisse, quæ nisi fallor excusa sunt.

T. RVPERTVS natione Gallus, ordinis fratrũ beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, edidit uaria in scripturis sanctis opuscula. Erat aũt prædicator uerbi diuini egregius, & multa scripsit declamatorib. sermonũ utilia: De quib. ista feruntur
Super sententias, lib.4. In epistolas Pauli, lib.14.
Sermones de tempore, lib.1. Sermones de sanctis, lib.1.
Alia insuper multa composuit, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

T.M. 1349. RVPERTVS Holkoth, natione Anglicus, ordinis fratrum Prædicatorum, scripsit multa præclara opuscula, è quibus ista feruntur.
a Super Sententias, lib.4. Vtrum quilibet uiator.
In librum sapientiæ, lib.1. Dominus petra mea & ro.
De septem peccatis mortalib. lib.1. Hæc est uia, ambulate.
Moralizationes, lib.1. Theodosius de uita.
De immortalitate animæ, lib.1. In Cantica canticorum, lib.1.
In Ecclesiasticum imperfecte, lib.1. Et alia plura.
* a Cõmentarij eius super Sententias impressi sunt, itẽ Quadragesimale, ut uocãt.

T.cl. 1430. RVPERTVS de Licio, episcopus Aquilæ Marsorum seu Aprucij urbis, ordinis fratrum Minorum, scripsit quædam præclara uolumina, de quib. feruntur subiecta.
Sermones de tempore, lib.1. Nox præcessit, &c. uerba.
De laudibus sanctorum, lib.1. Non glorietur sapiens in.
De pœnitentia per quadragesimã, lib.1. Multi sunt uo. &c. propter.
De peccatis quoq; lib.1. Et quædam alia.

T. RVPERTVS episcopus Linconiensis, scripsit multa opuscula, de quibus ad manus nostras

nostras pauca peruenerunt. Feruntur autem ista:

Summa theologiæ,	lib. 1.	Super libris Dionysij,	lib. 4.
Sũma quæ numerale dicit,	lib. 1.	Qui bene præsunt pres.	
a De sphæra cœlesti,	lib. 1.	Intentio nostra in hoc tract.	
De computo ecclesiastico,	lib. 1.	Computus est scientia nume.	
Calendarium pulchrum,	lib. 1.	Et alia multa quæ non uidi.	* Numeratur à Trittemio inter illos qui claruerunt anno, 1140.

Summa eius super 8. libris physicorum Aristotelis, impressa est Venetijs, 1506. & 1504. in fol. apud Scotum: ibidem cum Thomæ Aquinatis in eosdem libros interpretatione.

a Compendium sphæræ, angustius sesquicharta, impressum Venetijs. 108. in fol. cum Io. de Sacrobusto de Sphæra & alijs. Intentio nostra (inquit) in hoc tractatu est describere figuram machinæ mundanæ, & situm & figuras elemẽtorum eam cõstituentium, & motus corporum superiorum, & figuras circulorũ suorum.

Inuenio etiam citari libellum eius de lineis physicis.

RVPERTVS abbas cœnobij Lympurgensis in diœcesi Spirensi, ordinis sancti Benedicti, natione Teuthonicus, scripsit non contemnendæ lectionis opuscula, de quibus ego tantum reperi subiecta. T. cl. 1124.

In Cantica canticorum,	lib. 4.	Quicunq; suijpsius rerum.	
De contemptu mundi,	lib. 2.	Mundus indebito nomine.	
De sancto Ioanne Baptista,	lib. 1.	Refert historicus euan.	
Reuelationum suarum,	lib. 1.	Anno dominicæ incarnatio.	

Scripsit quosdam sermones de sanctis, quorum corpora uel patrocinia in eodem Lympurgensi monasterio habebantur.

RVPERTus ordinis fratrũ Prædicatorũ, ædidit quædã nõ cõtemnenda, è quib. extãt. T. cl. 1320.

Super Sententias,	lib. 4.	Sermones de tempore,	lib. 1.
Sermones de sanctis,	lib. 1.		

Multos præterea libros Aristotelis commentarijs elegantissimis exornauit.

RVPERTVS monachus cœnobij S. Remigij in diœcesi Remẽsi, ordinis diui patris Benedicti, natione Gallicus, scripsit nõnulla ingenij sui opuscula, è quibus ego tantum uidi gestorũ in terra sancta per Christianos tẽpore Vrbani II. contra infideles. T. cl. 1120.

Historiam insignem,	lib. 10.	Inter omnes historiogra.	

* Bellorum Christianorum principum, præcipue Gallorum contra Saracenos Roberto monacho authore, Hen. Petrus excudit Basileæ.

RVPERTVS de Rusia ordinis fratrum Minorum, scripsit nonnulla præclara opuscula, è quibus extat ad Haymonem Anglicum ordinis sui ministrum generalem uirum æque doctissimum declaratio, T. cl. 1280.

In regulam sancti Francisci,	lib. 1.	Super sententias quoq;,	lib. 4.
Sermones uarij,	lib. 1.	Et quædam alia.	

RVSTICI diaconi contra acephalos liber, incerto interprete. Hen. Petrus excudit Basileæ, 1528. in folio, chartæ sunt 15. cum alijs ueterum theologorum scriptis cõtra hæreses. Defendit autem definitionem de fide Synodi Chalcedonensis, per dialogũ orthodoxi & hæretici.

RVTILII Galli poëtæ elegia quædam iter suum continens, haud ignobilis, nuper inuenta est. Raph. Volaterranus, eandem alibi in cœnobio quodam ad Bobium Italiæ oppidum inuentum scribit. Eundem RVtilium Numantianum poetam uocans, Basilius Zanchus in Dictionum Latinarum catalogo citat. Vide Gyraldum in Rutilio Gemino.

RVTILIVS Geminus citatur à Fulgentio. Vide Gyraldum.

RVTILII Romani historiam Romanã Athenæus citat. Rutilius Rufus sub Scipione tribunus militũ fuit, & eius temporis historiã cõscripsit, teste Appiano in Romana historia. Suid.

NOMINA ET LVCVBRATIONES SCRIPTORVM PER literam S.

SAncti patris noſtri SABA Typicum eccleſiaſticæ traditionis & conſectationis diuæ Lauræ Hieroſolymis. Liber Græcus hac inſcriptione ſeruatur in quadam Bibliotheca Italiæ.

SABBATIVS Gallicanæ prouinciæ epiſcopus, rogatus à quadam caſta & Chriſto dicata uirgine Secunda nomine, cõpoſuit librum de fide aduerſum Marcionem & Valentinianum eius authorem, & aduerſum Eunomium, & eius magiſtrum Aëtium, &c. Hæc Gennadius, qui & argumenta eorundem librorum addit. Trittemius ſcribit eum claruiſſe anno ſalutis 440.

SABELLVS poëta impudicus fuit Domitiani & Neruæ temporibus: dignus ſanè cuius ſcripta perierint.

SABINVS uetus I.C. ſcripſit iuris ciuilis libros 3. Vide in Fabio Sabino eius filio.

SABINVS ſophiſta ſub Adriano Cæſare ſcripſit introductionem & argumentum materiæ declamatoriæ libris 4. Commentarios in Thucydidem, & Acuſilaum, & alios. Suid. Hunc Aphthonij filium fuiſſe puto: uide in Sergio infra.

SABINI tetraſtichon libro 6. Anthologij, ſectione 7.

SABOR, aliâs Sapor rex Medorum, filius Girges, citatur à Meſue.

SACAS poëta fuit Tragicus. Suid. Eſt & Ammonij philoſophi cognomen.

SAEVS (Σαῖος) ſcripſit de repub. Lacedæmoniorum. Athenæus lib. 4.

SAGADINVS nominatur inter illos ſcriptores, ex quibus memorabilia ſua Baptiſta Fulgoſus collegit.

Rabbi SAHADIAS Geon ædidit Commentarium Hebraicum in Danielem, qui extat impreſſus Venetijs apud Bambergum.

SALADINVS de Eſculo ſcripſit barbaro ſtylo Compendiũ Aromatariorum, quod habetur excuſum cum Ioannis Meſue operibus, quæ in folio adiectis commentarijs publicata ſunt.

Eiuſdem Iudicium de ponderibus medicinalibus. Quadrans eſt chartæ, impreſſus ab initio Onomaſtici Othonis Brunfelſij.

SALEIVS Baſſus in pangendis heroicis claruit, amatus à Veſpaſiano, atque ab eo quinquaginta ſeſtertijs donatus, &c. Gyraldus.

SALEMVIA quidam citatur à Ioanne F. Serapionis.

SALICETI Commentarij ſuper 1. & 2. Codicis, & in Digeſtum uetus, impreſſi ſunt. Lego autem peculiariter ſcripta eius citari in 2. ff. uet. & in Rubr. Infortiati 1. Soluto matri. l. ſemel mora.

SALMONII Macrini Iuliodunenſis, natione Galli, cubicularij regis Franciſci, Hymnorum libri 6. Eiuſdem, Hymnorum ſelectorum lib. 3. Robertus Stephanus excudit Pariſijs.

Carminum libellus 1. chartis 2. impreſſus à Colinæo Pariſijs.

Carminum uel Odarum libri 4. quibus Odas Horatij tum carmine tum argumento (nonnunquam laſciuo) imitatur. Ibidem impreſſi 1530. in 8. chartis 9. & dimid.

SALO, uide in Romulo.

SALOMONIS filij Dauid, regis Iſraël, libros tres in ueteri Teſtamẽto habemus, nempe: Prouerbia, Canticum canticorum, & Eccleſiaſten.

» Extat apud Hebræos Salomonis liber, cui Sapientia titulus, non qui nunc in manibus eſt Philonis opus: ſed alter Hieroſolyma, quã uocant, ſecretiore lingua compoſitus

situs, in quo uir naturæ rerum sicuti putatur interpres, omnem se illiusmodi disci- " plinam fatetur de Mosaicæ legis penetralib. accepisse, Io. Picus in comment. super " Genesin.

SALOMON eben Hasem, aliâs Sulahin eben Hahasen, citatur à Ioanne F. Serapionis.

SALOMON, naturalis magiæ scriptor. Vide in Zoroastre.

R. SALOMONIS Iarchi Galli (qui fertur scripsisse in Rhodo insula circa annum Domini, 1217.) commentaria extant impressa Hebraice in aliquot ueteris Testamenti libros, nempe: In quinq; libros Mosis. In Iosue, Iudicum, Ruth, Samuelis, Regum, & Paralipomenon. In Isaiam, Ieremiam, Ezechielem, duodecim prophetas minores, Psalterium, Cantica canticorum, Lamentationes Ieremiæ, Ecclesiasten, Hester, Esdram, Neemiam.

SALONII explicatio in Salomonem, impressa in 4. Hunc Salonium esse puto Viennensem episcopum, ad quem Saluianus scribit.

SALVIANVS Massiliensis presbyter, diuina & humana literatura instructus, & (ut absq; inuidia loquar) episcoporum magister, scripsit scholastico & aperto sermone multa, ex quibus ista legi: De uirginitatis bono ad Marcellum presbyterum libros tres: Aduersum auaritiam libros 4. De præsenti iudicio libros quinq; & pro eorum merito Satisfactionis ad Salonium episcopum librum unum: Et expositionis extremæ partis Ecclesiastis ad Claudianum episcopum Viennensem librum unum. Epistolarum librum unum: Et in morem Græcorum de principio Geneseos usq; ad conditionem hominis, composuit uersu quasi Hexameron librum unum: Homilias episcopus factus, multas: Sacramentorũ uero quantas, nec recordor. Viuit usq; hodie in senectute bona. Gennadius. Trittemius scribit eum claruisse anno 480.

De uero iudicio & prouidentia Dei & ipsius gubernatione hominum & rerum mundi huius, ad S. Salonium episcopum Viennensem' libri 8. cura Io. Alexandri Brassicani I. C. æditi, ac scholijs illustrati. Frobenius excudit Basileæ, 1530. in fol. chartis 30. His accedunt, Anticimenon libri 3. in quibus continentur Quæstiones ueteris ac noui Testamenti, de locis in speciẽ pugnantibus, incerto authore per interrogationem & responsionem, chartis seorsim 21.

Saluianus de Christo ita scripsit rebusq; Christianis, ut nihilominus historias plurimas, resq; temporũ illorũ gestas, ijsdem & coniunxerit, & inter differendũ explicauerit. Dum enim Dei opt. max. res, mysteriaq; admirabilia cõprobare nititur, & suorum & præteritorum temporum res in exemplum adducit. Iouianus Pontanus. " " "

Stilus est & elegans, & iucundus lectu, sed insunt dictiones quædã sæculi gentisq; uitio non satis puræ. Laudes eius in præfatione celebrauit Io. Alex. Brassicanus.

Idem Saluianus præfatus est ad Salonium episcopum, in librum Timothei, cur Timotheus hoc nomen suo suppresso confinxerit, & cur ad totam ecclesiam scripserit. *Timotheus.*

SALVIANI à Gazaufala martyris uerba apud Cyprianũ in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

SALVIVS Iulianus, uetus I. C. scripsit Digestorum libros 99. Ad Minutium Natalem libros 6. Ad Vrserium Ferocem libros 4.

SALVSTII philosophi Cynici meminit Suidas, sed nil ab eo scriptum refert.

SALVSTIVS Mopseates medicus sub Tiberio Cæsare scripsit medicinalia. Suid.

SAMII tetrastichon libro 3. Anthologij, sectione 23. aliâs scribitur per duplex mî Σαμμίου, ut alibi σιμμίου: an diuersi authores sint, aut male scripserint librarij, nescio.

SAMPSATINES. Vide in Io. Cantacuzeno.

SAMVELIS Iudæi Israëlitæ epistola prorsus Christiana & erudita ad Rabbi Isaac

Synagogæ magiſtrum tranſmiſſa, anno poſt Chriſtum natum milleſimo, de Iudæorum uana expectatione: uel, Quod Iudæi Meſſiam, qui uenit, ceu uenturum temere expectent. Impreſſa Coloniæ apud Io. Ruremundanum, 1538. & prius Argentorati apud Heruagium, 1523. & nuper etiam Germanice reddita.

R. SAMVEL filius Naaman citatur à Petro Galatino: alibi inuenio R. Samuël Gallus. Extant eius laudes quas ſcripſit in æditionem ſecundam Bibliorum opinor.

T.cl.430. SAMVEL Ediſſenæ eccleſiæ presbyter, ſcripſit tam Græco quàm Syro ſermone penè infinita opuſcula: de quibus ad notitiam meam pauciſſima peruenerunt. Reperi enim tantum,

Aduerſum Neſtorianos, lib. 1.
Aduerſum Eutychianos, lib. 1.
Aduerſum Timotheanos, lib. 1. * Vide Gennadium.

SANCHONIATHON (σαγχωνιάθων) Tyrius philoſophus, tempore belli Troiani, ſcripſit de phyſiologia Mercurij, quæ & translata eſt (nimirũ in Græcum ſermonem) ex † patria Tyriorũ Phœnicũ dialecto: Aegyptiacã theologiã, & alia quædã. Suid.

† Hic locus in Græco uidetur corruptus.

SANCTES nomen proprium, ab alijs ſine c ſcribitur Santes, aliàs Sanctius.

T. cl. 2430. SANCTES de Arduinis ex Piſaurenſi urbe natus, uir in philoſophia & medicina doctiſſimus, ædidit huiuſce facultatis quædã præclara opuſcula, è quibus extat opus de omnibus naturalibus & artificialibus

Venenis notabile, lib. 1.
De odoratione quoq; lib. 1.
De prolificatione, lib. 1. Et quædam alia.

* Eadem Symphorianus Champerius: ſed non recte ſcribit eum ædidiſſe de uenis lib. 1. & de omnibus naturalibus ac artificialibus librum 1. Legendum enim eſt ut Trittemius habet.

SANTIS Pagnini Lucenſis, Prædicatorij ordinis, concionatoris apoſtolici Hebraicæ inſtitutiones abſolutiſſimæ, in quatuor libros diuiſæ, quorũ capita ſingillatim mox ab initio proponuntur. Antonius de Ry excudit Lugduni, 1526. in paruo fol. maiuſculis characteribus, chartis 53. nam ob magnitudinem characterum, & paruitatem papyri, non aliter chartas computo quàm ſi liber eſſet in 4. minoribus literis. Titulus operis. Quicquid eſt Hebraicæ grammatices, & ab Hebræis grammaticis proditum, his libris ad amuſſim edocetur: de literis, punctis, accentibus, nomine, & nominum ſpeciebus, de pronominibus, & eorum cum nominibus & uerbis coniunctione: de uerbo & uerborum coniugationibus & diſtinctione in perfecta, quieſcentia, defectiua, geminata, de partibus indeclinabilibus, præpoſitionib. coniunctionibus, aduerbijs: de regulis exponendi arcanas literas, denicp de figuris.

Earundem inſtitutionum abbreuiatio, excuſa Lugduni à Gryphio, 1528. in 8.

Iſagogæ ad ſacras literas liber 1. Iſagogæ ad myſticos ſacræ ſcripturæ ſenſus libri 18. Hugo à Porta impreſſit Lugduni, 1536. in magno fol. chartis 214. & Petrus Quentel Coloniæ.

Vtriuſcp inſtrumenti noua translatio ex Hebraica & Græca ueritate, ferè ad uerbum. Accedit liber de interpretamentis Hebraicorum, Aramæorum, Græcorumcp nominũ, ſacris in literis contentorum ordine alphabeti, in quo iuxta idioma cuiuſcunqp linguæ, propriæ ponuntur interpretationes, deriuationes ac eorũ compoſitiones diligenter diſquiruntur, citantur loca, et codicum Latinorum uarietates ſubnotantur, & corrupta ac deprauata propriæ reſtituuntur ſcriptioni, accentus ãcp per impoſitas uirgulas cõmonſtrantur, ſingulis in capitibus quot ſint uerſus in Hebræis codicib. recenſetur. Habes & in libri fronte eiuſdẽ epitomen, id eſt, abbreuiationẽ librorum hiſtorialiũ ueteris inſtrumẽti, & erratorũ caſtigationes: duas Io. Franc. Pici epiſtolas ad eundẽ; epiſtolam translatoris ad Clementem VII. pont. max.

max. & procœmium in quo maximis efferuntur laudibus sacræ literæ. Hæc ex titulo operis impressi Lugduni apud Antonium de Ry, anno 1528. in 4. magna forma papyri. Qui plura de ipso authore cognoscere uolet, is legat epistolam eius ad Clementem.

Thesaurus linguæ sanctæ, siue Lexicon Hebraicum, ex quo non solum uocularum significata, sed & abstrusiores quoscp sacræ scripturæ sensus, è uarijs Rabinorum commentarijs selectos, haurire licet. Sebastianus Gryphius excudit Lugduni, 1529. in fol. chartis 353. cum indice copioso Latinarum uocum, unde quis statim quam uoluerit uocem Latinam Hebraice reddità inueniat. Vocabulorum Hebraicorum simplices & nudæ significationes ubicp per margines obuiæ sunt, ita ut expositionum & testimoniorum prolixitas festinanti nullo sit impedimento. Ex præfatione authoris ad Federicum Fregosium archiepiscopum Salernitanum.

Lexicon modo ædimus, nullis antea sæculis usum, in quo non modo ordine alphabetico, uerum etiam secundum seriem coniugationum, ac nominũ, & eorundem cum pronominibus affixiones, & cum literis deseruientibus uarietates, miro artificio, tanta copia Hebræas congessimus uoces, ut illi & Hebrçi ipsi inuidere possint. Citamus capita, citamus uersus capitum: ut Hebraice discere cupientibus, omnem auferamus laborem, ut quàm citissime, quod cupiunt perquirũtcp inueniant. Post propriam interpretationem D. Hieronymũ, Targhum, Rab. Selomoh, Ra. Abra. Auenhezra, Ra. Dauid Chimchi, Ra. Moseh, Ra. Leui, Ra. Himã, Ra. Sahadiah, Rab. Ionah, Rab. Iehudah, & nonnullos alios, quum opus est, citamus. Et quum locus occurrit difficilis, exponitur, ut admodum pauca sint desideranda. Postremo ut tirunculi Hebraicæ linguæ, omnium radices, id est, primitiua perfacile inuenire possint, nomina composita à literis deseruientibus, & simplicia defectiua, quiescentia, & geminata seorsim præposui secundum ordinem literarum deseruientiũ sex, quas Heæmanti uocant.

In fine adiecta est tabula, qua singulorum ueteris testamenti librorum secundum capita loci aliquot obscuriores ob idiomatis Hebraici difficultatem, è Rabinorum commentarijs hoc in opere elucidati, indicantur.

Ex præfatione Sebastiani Munsteri in Dictionarium suum Hebraicum.

Conflauit & Santes è radicibus Ra. Dauid Kimhi ingens suum Lexicon, sed quod ob sui immensam extensionem parum frugi esse poterit Hebraice studiosis. Quid enim opus erat in singulis uerbis ostendere personas præteriti & futuri, quum id doceatur in grãmatica? Facile libri crescunt in magnã molem, si hoc pacto eadem cantilena sexcenties repetatur.

Ex carminibus authoris post epistolam nuncupatoriam Thesauri, de uita sua & scriptis.

Me uarios annos audiuit Roma legentem
Hebræos fontes, grammata Græca simul,
Edocui uarios: & si sua fata tenaci
Firmabunt grauiter pollice fila, dabo.
Conscripsi scribam, doctorum dogmata clara
Sermone Hebræo stant decorata lyra.
Me uenere duce, in lucem documenta decoram,
Quæ legere assiduo tu potes ore modo.
Et uarij uenient sermones, Christus olympi
Si dederit spacium stellifer ille mihi.

SANCTIVS Caranza. Vide in epistola Des. Erasmi ad Bozhemum operibus eius præfixa: & operum eius Tomo 9. supra.

SANDON Hellanici philosophus, scripsit Hypotheses in Orpheum lib. 1. Suid.

SANGAE Romani poëtæ beneficio Latinum Athenæũ debemus. Paulus Iouius

in libro de piscibus: sed nihil huius authoris impressum reperio.

SANNYRION Athenieñ. Comicus, fabulas scripsit, Gelon, Danaën, Io, Psychastas, teste Athenæo in Dipnosophistis. Suid.

SANSONIS cuiusdam (barbari scriptoris opinor) Metaphysica impressa sunt, ut legi in catalogo Bibliopolij cuiusdam Veneti.

SAPPHO Lesbia Lyrica, floruit Olympiade 42. scripsit Epigrammata, Elegias, Iambos, Monodias, & Carminum Lyricorum libros 9. Prima plectrum inuenit. Vide Suidam. Citatur ab Athenæo, & Stobæo. Distichon eius extat lib. 3. Florilegij, sectione 4. & tetrastichon ibid. sectione 12.

SARAPION, nomen proprium, à nonnullis Serapion scribitur. Serapin etiam deum Aegyptiorum Græci uocant σάραπιν. Sarapodem Alcæus cognominabat Pittacum philosophum διὰ τὸ πλαδύνουν εἶναι καὶ σύφλην τὼ πόδε.

SARAPION, cognomine Aelius, rhetor Alexandrinus, scripsit de erratis declamationum lib. 7. Panegyricum Adriani regis. Consilia Alexandrinis. Artem rhetoricam. An Plato iure Homerum à sua repub. ablegauerit, & alia multa. Suid. idem & alterius cuiusdam SARAPIONIS philosophi aut theologi, sed gentilis, ut uidetur, mirabilem uitam describit. SARAPIONIS tetrastichon lib. 3. Anthologij, sectione 6.

SARAPION ὁμώνυμος Aegypti urbis episcopus, qui ob elegantiã ingenij, cognomen scholastici meruit, charus Antonij monachi, ædidit aduersum Manichæum egregium librum, & de Psalmorum titulis alium, & ad diuersos utiles epistolas. Et sub Constantio principe, etiam in confessione inclytus fuit. Hieronymus. Trithemius hunc Serapionem uocat, & floruisse ait anno 340. De SERAPIONE Antiocheno episcopo infra dicetur.

SASGERI de libero arbitrio, liber impressus.

SATII à Sicilippa uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

SATIVS epistolæ 2. & 4. & 12. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coëpiscopis, lib. 1.

SATVRNINVS uetus I. C. scripsit Edictorum libros 10.

SATVRNINI tres diuersi, authores epistolæ cuiusdam apud Cyprianum lib. 1. cum aliquot alijs coëpiscopis: item epistolæ duodecimæ, ibid. SATVRNINI duo, authores epistolæ 4. ibidem. SATVRNINI ab Itinis, & SATVRNINI à Tucca confessoris, & SATVRNINI à Victoriana uerba referuntur apud Cyprianum in Sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

SATYRVS peripateticus scripsit uitas, & inter cæteras Philippi, & librum de characteribus: allegantur ab Athenæo. SATYRI tetrastichon, & octosticha duo, libro 1. Anthologij, sectione 56. Hexastichon lib. 4. sectione 12. & aliud lib. 6. sectione 15. Semel legitur Satyrij, & semel additur cognomen Thyilli.

SAXONIS Grammatici Sialandici, Danorum historiæ libri sedecim ad Andream episcopum Daniæ, trecentis ab hinc annis conscripti, tanta dictionis elegantia, rerumq; gestarũ uarietate, ut cum omni uetustate contendere uideri possint. Opus excusum Basileæ apud Bebelium, 1534. in fol. cum indice, chartis 103. item Parisijs in fol.

Des. Erasmi Eulogium de Saxone frontispicio operis inscriptum.

» In Daniam nauigare malo, quæ nobis dedit Saxonem Grammaticũ, qui suæ gen-
» tis historiam splendide magnificeq; contexuit. Probo uiuidum & ardens inge-
» nium, orationem nusquam remissam aut dormitantem, tum miram uerborum co-
» piam, sententias crebras, & figurarum admirabilem uarietatem, ut satis admirari
» non queam, unde illa ætate homini Dano tanta uis eloquendi.
» Io. Lod. Viuis censura. Saxo Grammaticus de Danis ea scribit, quæ fabulositatem

resipiunt,

resipiunt, ut in admirationem aliarum gentium conficta credas. Sed mireris quoq; in illo sæculo atq; illa regione uerba & elegantiam dictionis. "

SCAMON scripsit de inuentis. Athenæus.

SCHIARCHANDI, citatur in Tacuinis Elluchasem medici.

SCIPIONIS Capycij uiri doctissimi de uate Maximo libri 3. erudito carmine conscripti, quod cum ueterum etiam maiestate conferri queat, ut habet inscriptio. Ioan. Oporinus excudit nuper Basileæ, cum alijs quibusdam Christianis poëmatijs.

SCIPIO Carteromachus Pistoriensis præfixit epistolam Græcam Thesauro seu Cornucopiæ Græco Varini Camertis excuso apud Aldum: Aristidis Smyrnæi orationem de laudibus urbis Romæ Latinitate donauit, quæ & impressa est Latine. Eiusdem epistola, libro 12. epistolarum Ang. Politiani.

De eq. fuby Jo. Pier. Valer. ang. lib. 2. de Literat. Infel. p. 190.

SCHOLARII expositio Græca in quinque uoces Porphyrij: in Aristotelis prædicamenta, de interpretatione, Priorum, & de anima libros: Seruantur manuscripta Venetijs. Alium esse puto Scholarium, de quo supra diximus, prænomine Gennadij.

SCHOLASTICI cuiusdam, Nili, Marci monachi, Diadochi, capita φωτικῆς. Itē Theodori Edesseni Ascetica, & aliorum multorum diuersa capita, Græce extant apud Diegum Hurtadum Cæsaris oratorem Venetijs.

Vide reliqua.

SCLERIAE poëtæ senarios Stobæus citat in sermone de incontinentia, & alios in sermone de felicitate.

SCOPELIANVS Clazomenius sophista tēpore Neruæ, quādo & Apollonius Tyaneus uixit, audiuit Nicetam: scripsit & epistolas ad eum Apollonius. Suid.

SCRIBONII Largi medici uetustissimi, de compositione medicamentorum liber, Io. Ruellij opera è tenebris erutus, & à situ uindicatus. Cratander impressit Basileæ, 1529. in 8. chartis 12. & dimid. cum indice capitum singulorum, quæ sunt 271. adiecto libello Antonij Beniuenij de abditis nonnullis ac mirandis morborum & sanationum causis.

Vixit ætate Tiberij Cæsaris: Commendat eum Galenus, & aliquoties medicamenta eius citat in libris κατὰ τόπους. Ex præfatione authoris ad Caium Iulium Callistum, qua medicamentorū usum necessarium esse probat. Vt cæteris (inquit) partibus disciplinæ, ita huic quoq; quæ per medicamenta uirtutem suam exhibet, curiose institimus: eò magis, quod percipiebamus indies ex usu profectus eius, quos interdum supra fidem atq; opinionem plurimorum exhibebamus. Ignosces autem si paucæ uisæ tibi fuerint compositiones, & non ad omnia uitia scriptæ. Sumus enim (ut scis) peregre, nec sequitur nos nisi necessarius admodū numerus librorum. Postea tamen, si & tibi uidebitur, ad singula quæq; uitia plures compositiones colligemus. Oportet enim copiam quoq; earum selectā habere: Quoniam reuera quædam quibusdam magis, & non omnes omnibus conueniunt, propter differentiam scilicet corporum. Quarum initium à capite faciemus: summū enim & primum locum hoc obtinet, dantes operam ut simplicia primò ponamus. Interdum enim hæc efficaciora sunt, quàm ex pluribus composita medicamenta. Scribonij Largi (aliàs Cornelij Celsi) epistola impressa ab initio Marcelli empirici. Vide Iani Cornarij præfationem in idem opus Marcelli, ex qua supra quoq; nonnihil descripsimus in Marcelli mentione, cuius operi totus hic Scribonius diuersis locis insertus est. Græce ne an Latine scripserit dubitatur. Cornario probabilius uidetur quod Græce scripserit, & postea ab aliquo translatus sit. In epilogo testatur Scribonius, se harum compositionum plurimas ipsum composuisse & expertum esse: sed ualde paucas (inquit) ab amicis, quibus æque ac mihi credo, acceptas adieci: quas cum iureiurando adfirmauerūt sese ipsos expertos esse, ut benefacientes scire ad uitia quæ scripta sunt. "

SCYRAS Tarentinus Italicæ Comœdiæ poëta scripsit Meleagrum. Athenæus lib. 9.

SCYTHICI Teῦ hiſtoriam Athenæus allegat.

SEBALDI Heyden de arte canendi ac uero ſignorum in cantibus uſu libri duo, excuſi Norimbergæ apud Ioan. Petreium 1537. in 4. & rurſus ibidem 1540. aucti & recogniti per authorem, chartis 20. & dimid. in 4.

Nomenclatura rerum, per claſſes digeſta uarias. Multa inſunt barbara, ſed quorum Latina uocabula non extant: multa uero Latina perperam Germanice reddit. Formulæ colloquiorum puerilium, omnis Latinitatis et copiæ. Et alia quædam huius inſtituti non aſpernanda. Omnia multo quàm antea locupletiora & caſtigatiora. Froſchouerus excudit Tiguri in 8. chartis 7.

SEBASTIANI Aquilani Galeni ſectatoris, ad Ludouicum de Gonzaga Mantuæ epiſcopum, de morbo Gallico liber, cuius curationes omnes, quibus noſtro tempore utuntur, ex hoc authore mutuati ſunt medici: ſic habet inſcriptio operis. Eiuſdē de febri ſanguinea Quæſtio. Henricus Petri impreſſit Baſileæ, 1537. & Vincentius de Portonarijs Lugduni, 1532. in 8. cum Mar. Gatinaria, chartis ferè duabus. Quod ad Gallicum morbum, inquirit primum de eius nomine, mox de unitate & pluralitate eius, poſtremo de modo curationis ipſius.

SEBASTIANI Auſtrij Rubeaquenſis, natione Germani, explanatio in Pauli Aeginetæ librum, uniuerſam ſuper hac re materiam amplectens, impreſſa Argentorati apud Ioan. Schottum, 1538. in 4. cum indice, chartis 43. cum præfatione authoris ſcripta Argentuariæ ſiue Colmariæ, 1537.

Cornelij archiatri Mechelingenſis liber, de puerorum infantiúmue morborum dignotione & curatione ad Philippum Hiſpanorum regem, archiducem Auſtriæ, per Sebaſtianum Auſtrium repurgatus, & ex barbaro Latinior factus cum præfatione ad Ferdinandum Romanorum regē, &c. Philippi filium. Vueſthemerus excudit Baſileæ, 1540. in 8. chartis 17. cum indice.

Bibliſ. T. ch. 1494. Ej. Memorabilia Euangel. Stanislai

SEBASTIANVS Titio, aliâs Brant, Argentineñ. natione Teuthonicus, utriuſq; iuris profeſſor, ſcripſit tam metro quàm proſa quædam haud contemnendæ lectionis opuſcula, è quibus extant:

a Super titulis utriuſq; iuris, lib. 1.
Roſarium diuæ Mariæ ſapphicum.
In laudem uirginis ænigmata ue. teſta.
Virginalem conceptū poſſibilē probat.
Admiratio Mariæ adueniente angelo.
Salutatio angeli.
De locis mirificis beatæ uirginis.
Compaſſio uirginalis.
Conſolatio Chriſti ad matrem.
De colaphis Chriſti.
De ingratitudine edentium manna.
In laudem ſancti Sebaſtiani.
Vita ſancti Onophrij.
In laudem ſancti Valentini.
In laudem ſancti Iuonis.
Vita ſancti Bernardi.
In laudem ordinis Carthuſieñ.
De contemptu ſæculi.
Laudes beatæ Chriſtianæ prope Baſileā.
Contra aduocatos calumniantes.
De captiuitate regis Maximiliani.
Elegia in mortē imperatoris Frederici.
Ad diuum Maximilianum regem.
Cum difficile.
Stirpis humanæ.
Quæ paris.
Huc ades ô.
Quid tibi uis.
Miſſus ab excelſo.
Si tua uirgo.
Nate patris.
Quid gemis ô.
Reſpice quæ tulerim.
Sorte ſub hac.
Quid tuas coner.
Noſtris carminibus.
Laudibus ô præſul.
Carminis exorſum.
O utinam mihi.
Spiritus ſancti.
Tu quicunq; uoles.
Poſtea quàm meritis.
Aduocatorum mores.
Accipite ô reges.
Mirum nuper erat.
Quid iuuat inclyte rex.

Variorum

Variorum epigrammaton, lib. 1. Commendatitia carmina in uarias impressiones. Compilauit praeterea mira arte & ingenio, uulgari tamen & uernacula lingua libellum quendam, quem † nauem Narragoniae appellauit. In quo causam & radicem omnium stultitiarum adeò eleganter expressit, mores hominum carpit, & quaedam salutaria remedia singulis tradit, ut non iure stultorum librum, sed diuinampotius Satyram opus illud appellasset. Nescio enim si quid tempestatis nostrae usibus salubrius, aut iocundius legi posset. Aiunt eum magnopere anniti, ut & Latine, carmine pariter & oratione soluta opus illud quàm primum prodeat. Viuit adhuc apud Basileam, annos habens aetatis 36.

† *Vidi opus impressum Germanice et Latine, cum figuris siue picturis ad singula stultitiae uitia.*

a * Iuris ciuilis & canonici omnium titulorum expositiones siue declarationes: impressae Basileae apud Michaëlem Furter, 1505. in 4. chartis 38. & dimid. ex recognitione authoris, cum libello Io. Baptistae de Gazalupis de modo studendi in utroq; iure, & nominibus scriptorum in iure. Ex praefatione authoris eodem anno scripta Basileae ad Andream Helmut iuris doctorem, praeceptorem suum. In hac interpretatione multa quidem pluribus cognita, grata tamen & utilia iuuenibus reperies: nonnulla tamen quae uel altius repetenda, uel copiosius differenda fuerunt, stricti̇m enarrauimus, ne magnitudo principij plus q̃ par est excresceret. "

Varia carmina in laudes Sanctorum, & Epithalamion Maximiliani regis, & Blancae Mariae reginae Romanorum: chartae sunt 12. excusae in 4.

SEBASTIANI Castalionis uiri hoc tempore doctissimi, dialogorum ad linguam stimul & mores puerorum formandos libri 4. quibus praecipuae tam Veteris quàm Noui testamenti historiae ita eleganter tenellae aetati proponuntur, ut nihil ad pietatis ac linguae eadem opera perdiscendae rationem parari accommodatius posse uideatur. Ioan. Oporinus excudit Basileae, 1543. in 8. chartis 14. In primo libro puerorum ruditati seruiens, sermone facillimo eoq; minus eleganti, & tamen Latino utitur: & pueris quasi praemansum cibum in os inserit, ut ipse praefatur.

SEBASTIANI Corradi in omnes epistolas familiares Ciceronis, impressae Basileae apud Rob. Vuinter, aut Ioan. Oporinum, cum aliorum quoq; scholijs in easdem.

Ex praefatione authoris ad Franciscum Sessium, scripta Venetijs, anno 1537.

Volebas enim tibi illa paucis explicari, quae sunt in epistolis difficillima: historias " quum priuatae rei, tum publicae reconditas, leges, senatusconsulta: praetorum edicta, mores, interdicta, iocos, aenigmata, literarum significationes, signa, notas, atq; " adeò nutus (ut ille uocat) loquaces. Nec illud iam non maxime cupiebas, ut, si quid " à librarijs per tot annos perperam descriptum esset, quod tamen omnium etiam " concessu praeteriri posset, id à nobis restitueretur. Itaq; libri plures manuscripti no- " bis erant legendi, &c. "

In Ciceronis ad Atticum epistolas Annotationes breuissimae, excusae Venetijs apud Scotum in fol. 1544.

Annotata in Quaestiones Ciceronis. Venetijs in 8.

SEBASTIANVS Derrerus Arestauionensis I.C. & legum professor ordinarius Friburgi Brisgoae in Germania, scripsit Iurisprudentiae lib. 1. instar disciplinae institutum, & axiomatibus magna ex parte conscriptum. Frellaei excudèbat Lugduni, 1540. in 4.

SEBASTIANVS Guldebek Tigurinus Graecae & Latinae linguae peritissimus, uertit Hesiodi Theogonia ad uerbum. Io. Oporinus excudit nuper Basileae, quamuis non adiecto interpretis nomine, cum caeteris Hesiodis Graecis & Latine redditis operibus in 8.

SEBASTIANI Linckij declamatio de primorum studiorum ordine et ratione, Ingolstadij habita, anno 1537. in 8. chartis tribus.

SEBASTIANI Meyer natione Germani, ecclesiastae Bernensis, & Argentoratensis postea, Commentarius in Apocalypsin Ioannis nostro huic saeculo accommodus.

Obijt nuper Argentorati.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1227] - 593v

Froschouerus excudit Tiguri in fol. chartis 60.

» Ex præfatione authoris. Ego igitur Apocalypsim Ioannis hac ratione exponere
» aggressus sum, quod uideam ueteres non potuisse cum pro natura oraculorũ, tum
» pro ratione temporum (quæ oracula tandem in lucem proferunt) huius libri myste
» ria adsequi. Deinde quod uideam plures hac nostra tempestate, præter scripturæ
» dignitatem, ac sine Dei metu in huius libri mysteriis explicandis uersari, ne dicam
» ineptire. Nos, adspirante Deo, certiora adferemus, etiamsi non omnia pro myste-
» riorum altitudine, ut res est explicauerimus. Postremo ut eruditioribus calcar ad-
» moueam, quo tandem prodeant & ipsi.

SEBASTIANI Montui natione Galli, medici nostri temporis, Medicinalium dialexeon libri duo. Adiectus est de his quę ad rationalis medici disciplinam, munus, laudes, consilia & præmia pertinent, libellus. Michaël Parmanterius impressit Lugduni, 1537. in 4.

SEBALDI Munsteri oratio de legibus, impressa in Germania cum alijs quibusdam.

SEBASTIANVS Munsterus natione Germanus, uir cum in uarijs linguis, tum Hebraica præcipue doctus: & uarijs scientijs, maxime uero mathematicis pręclare imbutus: ingenijsis ac pijs lucubrationibus Germanice, Latine, & Hebraice conscriptis, de bonis literis omnibus, linguis, philosophia, & theologia, optime meritus est. Profitetur hodie Basileæ, nec unquam acerrimum laborem ac diligentiam iuuandi studiosos, & noua uolumina componendi remittit. Dominus ei incolumem & uegetam senectutem diu concedat, ut ex scriptis eius doctissimis uberior fructus ad rempub. literariam redeat. Quæ in lucem hactenus ædidit, mihi quidem cognita, hæc sunt:

Omnes eius libri impressi sunt Basileæ in officina Hen. Petri & Frobeniana.

Horologiographia, uel horologiorum compositio, recognita & aucta, adiectis multis nouis descriptionibus & figuris, in plano, concauo, conuexo, erecta superficie, &c. Hen. Petrus excudit Basileæ, 1533. in 4. cum indice, chartis 49. In præfatione uaria horologiorum genera enumerat: inde subnectitur catalogus capitum totius libri, numero 31.

Organum Vranicum, in quo explicantur theoricæ omnium planetarum: atq; eorundem singuli & quotidiani motus, ad annos usq; centum & ultra exprimuntur: Lunæ quoq; in lumine crescentis, senescentis, & per eclipsim deficientis: item Solis deliquium patientis omnis uarietas: quibus omnibus commodi adiecti sunt canones. Opus ibid. excusum, 1536. in fol. chartis 29.

Canones super nouum instrumentum luminarium, docentes quo pacto per illud inueniantur Solis & Lunæ medij & ueri motus, lunationes, coniunctiones, oppositiones, caput draconis, eclipses, horæ inæquales & nocturnæ æquales, ortus Solis & occasus, ascendens cœli, interuallum, aureus numerus, &c. Excudit Cratander Basileæ, 1534. in 4.

Tabulæ quædam nouæ ad Geographiam Ptolemæi adiectæ: quæ nunc etiam dum hæc scribimus auctæ ab ipso sub prælo sunt Basileæ.

Explicatio tabulæ Cusanæ.

Depictio urbis Basiliensis, cum descriptione circumiacentis regionis.

Introductio in librum noui orbis.

Cosmographia Germanica, cum plurimis tabulis geographicis: opus ingens, in quo perstringuntur omnes regiones, regna, & principatus mundi, potissimum Germaniæ, quando orti sint singuli ducatus, ciuitates, & alia dominia, & quæ in eis temporum successu contigerunt notatu digna: conscriptum sermone Germanico, & impressum anno 1543. & rursus hac æstate 1545. insigniter locupletatum excuditur.

Scholia in libros Pomponij Melæ, & C. Iulij Solini, impressa.

Libri

Libri Sebastiani Munsteri ad Hebraicæ linguæ cognitionem ab eo scripti, uel ex Hebræis translati.

Isagoge elementalis in Hebraicã linguam. Item Lectio Hebraica ex euangelio Matthæi: chartæ sunt 2. impressæ à Frobenio in 8. anno 1535.

Tabula coniugationum Hebraicarum, ibidem.

Hebraicæ grammaticæ præcipua illa pars, quæ est de uerborum coniugationibus & eorum affixis, per chartas 6. Vnà cum Tabula coniugationum absoluta, chartis 3. Hen. Petrus impressit, 1536. in 8.

R. Mosche Kimhi Grammatica iuxta Hebraismum uersa. Accessit in eandem Eliæ Leuitæ commentarium, id quoq; uersum. Cratander excudit, 1531. in 8. chartis 6.

Grammatica Hebræa Eliæ Leuitæ Latinitate donata, & iam ultima manu scholijs illustrata. Item † institutio elementalis in eandem linguam, ex Eliæ uarijs libellis concinnata, iam denuo plurimum aucta. Quibus omnibus & Tabula coniugationum pulchre explicata accessit. Frobenius excudit, 1537. in 8. chartis 33.

† Hæc prius etiam per authorem aucta exiuerat ex eadem officina, 1529.

Composita uerborum & nominum Hebraicorum, opus Romæ Elia Leuita authore æditum, & nuper à Sebastiano Munstero translatum, Hebraicæ linguæ studiosis necessarium. Io. Frobenius excudit, 1525. in 8. chartis 10. & dimid.

Hebraicæ institutiones, inscriptæ Capitula Cantici, specierum, proprietatum, & officiorum, in quibus scilicet agitur de literis, punctis, & quibusdam accentibus Hebraicis, authore Elia Leuita, Latinitate donatæ: ibidem excusæ, anno 1527.

Vocabula Hebraica irregularia, quæ uel ordine, uel coniugatione, aut tempore componuntur, per Eliam Leuiten pulchre explicata atq; in ordinẽ alphabeticum digesta, interprete Sebastiano Munstero. Hen. Petrus excudit, 1536. in 8. chartis 12. & dimid.

Accentuum Hebraicorum liber 1. ab Elia Iudæo æditus. Item liber Traditionum eodem authore: cui uberrima accessit præfatio, quæ totam Hebraicæ linguæ explicat rationem, traditq; ea, quæ Grammaticæ hactenus deesse uidebantur. Ex his multa Latine sunt reddita per Sebastianum Munsterum, præsertim ea quæ inexercitatum Lectorem iuuare poterunt. Hen. Petrus excudit, 1539. in 8. char. 29.

Opus grammaticum Hebraicum absolutũ ex uarijs Elianis libris, cõplectens:

Elementarium consummatum. Numerandi rationem.
Pronominum declinationes. Verborum integras coniugationes.
Artificium subijciendorũ affixorũ. Nominũ uarias formulas & mutationes.
Consignificatiuorũ explicationes. Magistrales abbreuiationes.
Accentuum tractationem. Metrorum compositionem.

Additus est liber Tobiæ, quem Hebraicum suppeditarunt Iudæi Constantinopolitani, cum uersione & annotationibus Sebastiani Munsteri. Opus ibidem excusum, 1542. in 4. chartis 46. Versio Latina textui Hebraico respondet è regione. *Tobiæ.*

Dictionarium Hebraicum, siue Hebraicolatinum, ex Rabbinorum commentarijs, cum Chaldaicis uocabulis quorum in Biblijs usus est. Frobenius impressit, 1525. in 8. chartis 46. Idem iam tertio auctum & recognitum ab authore ex eadem officina prodijt, 1535. in 8. chartis 55. Ex præfatione authoris. Accessit magna commoditas ex radicibus R. Dauid Kimhi. Nam ea quæ Rabi ille sparsim in commentarijs explicat, hæc eadem in radicibus simul docet. Tenuimus autem hunc ordinem, ut primum posuerimus radices ipsas, et mox illis subiecerimus deriuata & interpretationes probatissimorum Rabinorum. *R. Dauid Kimhi.*

Kalendarium Hebraicum, ex Hebræorum penetralibus iam recens æditum, quod nõ tam Hebraice studiosis quàm historiographis & Astronomiæ peritis subseruire poterit. Io. Frobenius impressit, 1527. in 4. chartis 29.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1229] - 594v

Chaldaica Grammatica Sebastiani Munsteri (qui primus omnium eam conscripsit) non tam ad Chaldaicos interpretes, quàm Hebræorum commentarios intelligendos utilis. Item, In commentaria Hebræorum regulæ aliquot generales. Modi loquendi Hebraice plurimi. Abbreuiaturæ Hebraicæ generales, nec non plurimæ speciales, Latine & Hebraice explicatæ. Opus ex eadem officina æditum, 1527. in 4. chartis 28.

Aruch, seu Dictionarium Chaldaicum, ex eadem officina.

Prouerbia Salomonis iuxta Hebraicam ueritatem translata, & annotationibus grammaticis illustrata. Liber excusus Basileæ, 1524. in 8. chartis 17. cum textu Hebraico & Latino è regione.

R. Dauid Kimhi. Isaias Hebraice & Græce cum duplici Latina uersione, & succincto commentario Hebraico ex Rabi Dauid Kimhi collecto.

† Hebraica Biblia cum planè noua Sebastiani Munsteri translatione è regione locata, quoad fieri potuit Hebraicæ ueritati cõformata, collatis ubiq; uetustissimis & probatissimis eius linguæ scriptoribus: adiectis insuper è Rabinorum commentarijs annotationibus haud pœnitendis, pulchre & uoces ambiguas, & obscuriora quæq; elucidantibus, in Tomos duos distincta. Impressa Basileæ, 1535. in fol. Eadem translatio (sine Hebraico textu, ac sine commentarijs) adiectis libris apocryphis siue ecclesiasticis è Lxx. uersione: & Nouo Testamento Des. Erasmo interprete, impressa est Tiguri, 1539. in 4. † Idem opus integrum, Hebraice inquam & Latine cum cõmentarijs, denuo hac ipsa ætate anni, 1545. sub prælo est.

Matthæus. Matthæus in lingua Hebraica, cum uersione Latina, atq; succinctis annotationibus Sebastiani Munsteri, æditus Basileæ ab Hen. Petro.

R. Abenezra. Rabi Aben Ezræ commentariolus Hebraicus in Decalogum, cum uersione Sebastiani Munsteri è regione, impressus Basileæ à Io. Frobenio, 1527. in 8. char. 4.

Historiarum Iudaicarum libri quinq; ex Iosepho Hebræo in Latinam linguam translati. Vide supra in Fl. Iosepho, fol. 243. b. & sequente.

R. Moses. Tredecim articuli fidei Iudæorum R. Mosis.

Iosippus. Iosippi compendium elegans historiarum Iosephi, complectens, Acta Lxx. interpretum, Gesta Machabæorum, & Herodum, & excidium Hierosolymitanum. Item 10. captiuitates Iudæorũ, incerti ni fallor authoris. Omnia Hebraice cum Latina interpretatione Sebastiani Munsteri è regione: impressa sunt Vuormaciæ apud Petrum Schœfer, 1529. in 8. chartis 23.

R. Symeonis logica Latina fecit. Vide infra.

Dictionarium trilingue, in quo Latinis uocabulis in ordinem alphabeticum digestis Græca & Hebraica respondent. Hebraicis adiecta sunt magistralia & Chaldaica. Hen. Petrus impressit, 1530. in fol. chartis 60. Et rursus postea, adiecto libro de Hebræis urbium, fluminum, montium, & aliorum locorum nominibus.

» Ex præfatione ad Lectorem. Eo potissimum consilio hoc suscepi onus, quo & » mihi & tibi facile suppeterent uocabula Hebraica quibus in scribendis literis pro » tempore ad Iudæos iuuaremur. Et paulò post. Vtuntur uero Hebræi nõ tam » Hebraicis quàm Chaldaicis & Thalmudicis uocabulis, quæ magistralia uocant, » ut in farragine Hebraicarum epistolarum aliquando uidebis: suntq; ex uarijs lin» guis, præsertim Græca, collecta, eò quod puro Hebraismo, qui hodie ex sacris dun» taxat habetur Biblijs, multæ rerum desint uoces & signa. Proderit deinde, ut puto, » & hic liber ijs, qui suo Marte pergunt ediscere sacrã linguã, quibus primum non» nullus labor est in eruendis & quærendis deriuatorum defectiuorumq; radicibus » seu integris thematibus, præsertim si in uerborum nominumq; ordinibus non sint » exercitatissimi. Boni igitur consule hunc nostrum laborem, certe non sine multo » partum sudore, dum non tam Hebræa cq; Græca & Chaldaica uocabula sigillatim » ex Dictionarijs mihi fuerint conquirenda. Ab initio etiã scribit se in Hebraicis

potissimum

potissimum multam diligentiam adhibuisse.

Colloquiũ cum Iudæo pertinaciter suis de Messia opinionib, addicto, Hebraice & Latine conscriptum per Seb. Munsterum. Hen. Petrus excudit, 1539. in 8.

SEBASTIANVS Murrho Colmariensis, natione Teuthonicus, presbyter et canonicus in Colmaria, trium linguarũ, Hebraicæ, Græcæ ac Latinæ, peritus, &c. Scripsit inter alia, Ad Iacobũ Vuimphelingũ Sletstetensem, breuem, sed perpulchram Epitomã de laudib. Germanorũ, lib. 1. In Baptistæ Mant. opera, lib. 1. Epistolas plures ad diuersos. Et quædam alia. T. cl. 1494.

Viuit hodie in Colmaria ubi canonicus est & uaria conscribit, quæ indies publicanda speramus. * Prima & secunda Baptistæ Mantuani Parthenice, cum annotatiunculis Seb. Murrhonis in marginibus: excusæ Argentorati, 1518. in 4. apud Io. Knoblouchum.

Epitomen rerum Germanicarum ab eo cœptam, Iacobus Vuimpfelingius absoluit, ut supra dictum est.

SEBASTIANVS Nouimola Duisburgeñ. Ioannis Despauterij Syntaxim in absolutam redegit methodum. Huic accedunt, Libellus de reciprocis, ac ordine in declaratione grãmatica seruando. Eiusdem de syncategorematis, de proprietate graduũ cõparationis, & de specieb. numeri libellus utilisſ. Postremo Des. Erasmi de ratione studij Paræneſis. Io. Gymnicus impressit Coloniæ, 1539. in 8. char. 10.

SEBASTIANVS Sapia iurisperitus scripsit Repetitiones in aliquot Rubricas & leges primi ff. uet. scilicet, De officio eius. In leg. 1. eiusdem tit. In l. fin. eodem. Super Rubr. de offic. assess. In l. diem functo. Super Rubr. de iurisd. om. iud. In l. ius dicentis. ibid. In l. cui iurisdictio. ibid. In l. imperium. ibid. In l. cum quidam. & l. fin. ibid. In l. iubere cauere. ibid. & l. more.

SEBASTIANI Serlij de architectura tomi duo, Venetijs impressi.

SEBASTIANI Sigmarij, encomium cicadæ ad iuuenũ animos recte inflammandos, chartis duabus conscriptum Viennæ Austriæ, anno 1539. & sequente anno impressum in Germania. Composuit & alia uaria, nondumædita quod sciam.

SECAEI (Σηκαίου) tetrastichon libro 7. Anthologij, fol. 280. Aldinæ æditionis.

SECVNDIANI à Tabetis martyris, & SECVNDINI à Carpis, & SECVNDINI à Chezas uerba, leguntur apud Cyprianum in Sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

SECVNDINVS epistolæ 2. & 4. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coẽpiscopis, lib. 1.

SECVNDINI Manichæi epistola ad S. Augustinum sexto eius operũ Tomo legitur, ante librum quem Augustinus contra eundem scripsit.

SECVNDI hexastichon libro 1. Anthologij, sectione 33. & aliud sect. 57. & octostichon lib. 4. sect. 12.

SECVNDVS Athenienſis sophista, cognomine Plynius, & Epiurus à quibusdam dictus, utpote filius fabri. Præceptor fuit Herodoti sophistæ, & scripsit declamationes rhetoricas. Suid.

SEDATVS epistolæ 4. & 12. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coẽpiscopis, lib. 1.

SEDATI à Tuborbo uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

SEDVLIVS presbyter. Vide Cœlius, & Io. Trittemium in Sedulio.

SEDVLIVS author epistolæ 11. apud Cyprianum cum alijs presbyteris, lib. 1.

SELEVCVS Alexandrinus, & alter Emisenus, utercp Grammaticus: eorum scripta Suidas enumerat. Athenæus citat Seleuci glossas, & librum de Hellenismo: item SELEVCI Tarsensis halieuticum. Nominatur etiam SELEVCVS inter illos grammaticos, ex quibus suum Cornucopiæ Græcum Varinus Camers cõgessit.

SELLIVS uel Sillius, qui & Homerus, grammaticus fuit ante Menandrum. Suid.

SEMVS (Σημός) Elienſis grammaticus non pauca ſcripſit, de quibus lege Suidam. Hunc Athenæus uocat Semum Delium, allegans eius Pæanes, Deliadem, & Νησιάδα.

SEPTIMII Seueri Afri uerſiculi quidam extant de laudibus Iani. Vide Gyraldum, qui & alibi imperatoris eiuſdem nominis ac gentis meminit, qui uitam ipſe ſuam tum publicam tum priuatam perſcripſit, quæ nunc non extat.

SERAPION. Vide Sarapion.

T. cl. 193. SERAPION ex Anachoreta, eccleſię Antiochenæ octauus epiſcopus, multa ſcripſit, de quorum numero habentur:

Ad Dommonẽ Iudaizantẽ, lib. 1. Ad Carinum de Montano, lib. 1.
De Euangelio ſub noĩe Petri, lib. 1.
Epiſtolæ breues ſed plures, lib. 1.

SERAPIONIS ſermo de impugnatione omnium uitiorum, extat inter Collationes Io. Caſſiani.

De SERAPIONIS libris contra ſectas Galenus ait ſe ſcripſiſſe duos libros.

SERAPIONIS ſenarij duo citantur Stobæo in ſermone de iniuſtitia.

SERBIDIVS Scæuola uetus I. C. ſcripſit, Quæſtionum, aliâs uariarum quæſtionum, lib. 20. Reſponſorum libros 6. Regularum libros 4. Libros ſingulares. De quæſtione familiæ, lib. 1. Quæſtionum publice tractatarum, lib. 1. Digeſtorum, lib. 40.

SERENVS, qui & Athenæus, cognomine Aelius grammaticus, ſcripſit epitomen Tractatuş Philonis, de urbibus, & qui in ſingulis claruerint libros 3. Epitomen ſcriptorum Philoxeni. In Homerum, lib 1. Suidas.

SERENI de Cylindri ſectione libri duo Græci, extant Romæ in Bibliotheca Pontificia, & apud Diegum Hurtadum Cæſaris oratorem Venetijs. Feruntur etiam Latine extare. Fran. Maurolycus, ſupra fol. 252. b. uerſu 9. Sereni Cylindrica in lucẽ ſe daturum promittit.

SERENI ſermones 2. unus de ſpiritalibus nequitijs, alter de principatibus ac poteſtatibus, cum Io. Caſſiani Collationibus habentur.

SERINI Apomnemoneumata, id eſt, librum de memorabilibus dictis non raro allegat Stobæus.

SERGIVS Zeugmateus, Aphthonij filius, ἀπὸ δικηγόρων † ὑπάρχων, & ipſe præfectus prætorij, & † exconſul, & patricius fuit, ſcripſit epitaphium ſophiſtæ & fratri ſuo Sabino: & alium librum pro cauſidicis ad Ariſtidem. Suid. Eſt & SERIVS proprium nomen apud Suidam, corruptum, ut apparet, à Sergio.

† ἀπὸ ὑπάτων.

SERGII monachi ſermones Græci extant in Bibliotheca Auguſtæ Vindelic.

SERGIVS Grammaticus. Vide in Seruio: apparet enim eundem eſſe ſcriptorem.

T. cl. 1350. SERTORIVS, quem Fortanerium nonnulli appellant, ordinis fratrum Minorum decimus & nonus miniſter generalis, natione Anglicus, patria Galenſis deinde archiepiſcopus Rauennatenſis, ac poſtremo Grandienſis patriarcha, & eccleſiæ Romanæ Cardinalis, ædidit quædam præclara uolumina, è quibus extat opus inſigne.

Sup. Auguſtino de ciuitate dei, lib. 22. De cæteris nihil reperi.
Deniq; fertur etiam in Bibliorum libros uaria ſyntagmata lucubraſſe.

SERVITOR. Vide Albucaſin: eſt enim idem author.

SERVII Galbæ ad Ciceronem epiſtola, legitur libro 10. familiarium Ciceronis epiſtolarum.

SERVIVS Maurus Honoratus: aliâs præpoſitum aliâs poſtpoſitum inuenio Mauri nomen: eundem eſſe conijcio qui Marius Sergius appellatur: nam & Seruius Marius Honoratus ſcribitur: eſt quando M. litera ſola præponitur: eadem uero opera in diuerſis

in diuersis æditionibus nunc Seruio nunc Sergio atribui reperias. Seruius Ho « noratus philologus est, ut facile credat quiuis, diligens, sed multa affirmat incom- « perta: notas in eum aliquot Philippus Beroaldus cõposuit, homo non multo quàm « Seruius ipse accuratior. Cæterum sunt in Seruio complura, quæ promptius sit di- « cere esse falsa, quàm aperta ratione confutare. Viues. «

Sergij, aliâs Seruij, cõmentarij in utrãq; artem Aelij Donati. Rob. Stephanus excudit Parisijs: & Adamus Petrus Basileæ unà cũ libello de quantitate syllabarũ.

Seruij, aliâs Sergij Centimetrum ad Albinum de totidem carminũ usitatorum generibus, excusum ab Aldo cum Horatio: & cum Io. Despauterij opere uersifica torio circa finem, charta dimid.

Libelli duo, unus de pedibus uersuum, alter de syllabarum quantitate, impressi Tubingæ, 1537. ab Vlricho Morhardo in 4. cũ Marij Victorini de orthographia & ratione carminum libris 4. &c.

Opusculum de litera, inuentum ante annos circiter quinquaginta in cœnobio quodam Italiæ ad Bobium oppidum. Raph. Volaterranus, in Geographia sua.

Commentarij in opera P. Virgilij Maronis, cum indice eorum quę à Seruio explicantur, excusi Parisijs, 1532. in fol. ex antiquis exemplaribus restituti, & nuper Basileæ apud Hieron. Curionem, & olim Venetijs.

Memini alicubi legere citatum Seruij librum de Græcis Latinis nominib. nec scio an extet.

SERVIVS Sulpitius uetus I.C. Ciceroni coniunctissimus, aliqui P. Seruium Rufum Lemoniam appellant, scripsit edictorum lib. 2. ad Brutum. Ad Neratium lib. 4. Ad Vitelliũ Sabinum lib. 4. Notas in Q. Mutiũ Sceuolam. Vitam eius prolixe Bernardinus Rutilius describit. Extant eius epistolæ 2. ad Ciceronem, libro 4. Familiarium epistolarum Ciceronis, doctissime conscriptæ.

SERVVS Dei † episcopus, scripsit aduersum eos qui dicũt Christũ in hac uita degentem non uidisse carneis suis oculis patrem, sed post resurrectionem ex mortuis & ascensionem in cœlis, &c. Gennadius. Trittemius addit eum claruisse anno 480. Alius est Theodulus, quanquam & hoc nomen Seruus Dei interpretetur, de quo infra. † *Incertum cuius ecclesiæ.*

SEVERIANI cuiusdam ethnici Græci, tempore Zenonis imperatoris, uitam describit Suidas: & epistolas aliquot egregie ab eo scriptas testatur.

SEVERIANVS Gabalẽsis ecclesiæ episcopus in diuinis scripturis eruditus, & in homilijs declamator admirabilis fuit, unde & frequẽter ab episcopo Ioãne & Archadio imperatore ad faciendũ sermonẽ Cõstantinopolim uocabat. Legi eius expositionem in epistolam ad Galatas, & de baptismo & Theophaniæ solennitate libelliũ gratissimum. Moritur iuniore Theodosio imperante. Gennadius. De scriptis eius (inquit Trittemius) apud Latinos pauca habẽtur, & ad manus nostras pauciora uenerunt: quæ sunt, *T. el. 400.*

In ecclesia Constantinopolitana, ho. 1. In aduentu domini & salua.
De morte innocentum, ho. 1. Zelus quo tendat, quo.

Extant illius apud nos & aliæ quædã homiliæ, breues quidem, sed ualde utiles.

* Homilia eius de pace cum suspectus esset à Io. Chrysost. habetur inter homilias secundi Tomi Chrysostomi, quæ primo loco ponunt, numero 18. æditiõis Basilien. Latinæ. Nominatur Seuerianus & inter illos theologos ex quib. desumpta est Exegesis in Epist. Pauli ad Rom. impressa Basileæ à Rob. Vuinter, 1537. Io. Lonicero interprete. Conciones eius 14. in Genesin Græcas Io. Alexander Brassicanus in Bibliotheca sua Viennæ se possidere scribit. Est etiam sermo eius unus cum homilijs patrum, quas Alcuinus Leuita collegit.

D. SEVERI Aug. Nouellarum liber. Titulus est unus cum interpretatione. De abrogatis capitibus iniustis legis Diui Maioriani. Excudit Hen. Petrus Basil.

cum codice Theodosij, 1528 in fol. Quadrante chartæ. Præponitur aũt Seuero imperatoris Leonis nomen. Citatur etiã Seuerus in fragmentis Gregoriani codicis.

T.cl. 580. SEVERVS Malacitanæ urbis episcopus, scripsit contra Vincentiũ Cæsaraugustanæ urbis episcopũ, qui de catholica fide in Arianam prauitatem fuerat deuolutus. Correctorium, lib. 1. De uirginitate ad sororem, lib. 1. Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

SEVERVS presbyter cognomẽto Sulpicius Aquitanicæ prouinciæ, charus Martini Turonẽn. episcopi & Paulini Nolani, scripsit epistolas ad amorem Dei & contemptum mundi exhortatorias: scripsit sorori suæ duas, quæ & notæ sunt: & ad Paulinum Nolanum duas, & ad alios alias. Chronica. Vitã beati Martini episcopi. Collationẽ Posthumiani & Galli de conuersatione monachorũ orientaliũ & ipsius Martini, per dialogum. Hæc ex Gennadio, qui eadem copiosius persequitur.

T.cl. 420. * De uita S. Martini libri 3. adhuc extant, hoc initio: Plærique mortalium. Item Collatio Posthumiani & Galli, quæ incipit: Cum in unum locum ego.

SEVERI epistola ad D. Augustinum, numero tricesima septima inter D. Augustini epistolas.

SEVERVS poëta fuit tempore Ouidij, ad quem extat Elegia in quarto de Ponto.

SEVERI sophistæ Romani genere Afri sub Anthemio rege, historiam scribit Suidas, sed nihil ab eo scriptum refert.

SEVERI medici scriptorum fragmenta leguntur in libris Aëtij, nempe: Curatio communis ulcerum oculi, & confectio succi fœnograeci. De carbunculis genarum. De ægilope. De inurentibus tempora. De arteriæ sectione. De linimentis totius capitis.

SEXTILIVS Hena Hispanus Cordubensis uersus scripsit de Ciceronis morte.

SEXTVS sub imperatore Seuero librum de resurrectione scripsit. Hieronymus.

SEXTVS Chæroneus Plutarchi sororis filius, philosophus, tempore Marci Antonini Cæsaris, discipulus Herodoti Philadelphæi, sectæ Pyrrhoniæ, in tanto honore apud regem fuit, ut etiam litigaret cum eo, scripsit ethica, episceptica libris 10. Suid. Sextus Afer philosophus scripsit ethica libris 10. Pyrrhonia. Suidas.

Sexti Pyrrhoniarum hypotyposeon libri 3. Græci, extant in biblioth. Augustæ Vindelicorum.

† Aliàs Academici. Sexti † empirici, Sceptici sermones decem, aliàs Sceptica, siue contra omnes scientias. Opus Græcum satis magnum extat apud Diegum Hurtadum Cæsaris oratorem Venetijs, & ibidem in bibliotheca SS. Ioannis & Pauli.

Sexti philosophi Platonici de medicina animalium, bestiarum, pecorum, & auium liber, impressus Tiguri apud Froschouerum, 1539. cum scholijs Gabrielis Humelbergij. Melius inscriberetur de medicinis ex animalibus & partibus eorum. Ex præfatione Humelbergij. Huius Sexti sententias & medicinas » sæpiuscule citant uiri doctissimi, & in primis Petrus Hispanus in Thesauro paupe » rum, & Petrus Largilata in Chirurgia sua, cuius authoritate Sextum Platonicum » scripsimus, non Placitum, uti perperam exemplar nostrum habet. Hic Plutar» chi fuit ex sorore nepos: audiuit eum M. Antoninus, uti Iulius Capitolinus scribit, &c. Idem liber impressus est Norimbergæ apud Petreium, 1538. in 4. titulo, Sexti Placiti Papyriensis.

SEXTI Pythagorici enchiridion. Vide in Xysto.

SEXTVS Aelius I.C. uetus, scripsit Tripartita de legibus.

SEXTI Aurelij Propertij Vmbri Elegiarũ lib. 4. impressi & alibi cum Tibullo & Catullo, & Basileæ apud Hen. Petrũ, chartis 10. & dimid. Oriundus fuit ex Meuania, uel ut alijs placet Assisia oppido Vmbriæ, Mecœnati et Cor. Gallo maxime acceptus: Ouidij q̃q̃, Tibulli, & Bassi amicus. C. Plinius in epist. ad Romanũ, in elegijs egregiũ ac præcipuũ extitisse scribit. In hisce 4. libris, ferè suos calores, et Hostię puellæ

puellæ(quam mutato nomine Cynthiam appellauit) laudem ac formam celebrat. Alicubi se Callimachum Romanum uocat. Secutus est enim in carmine Callimachum præcipue Cyrenæũ, Mimnermã & Philetam Græcos poëtas. Et ut illi apud Græcos in Elegia consensu omnium longe præstiterunt, ita Propertius apud Latinos eorum imitatione primas uidetur quorundã iudicio consecutus. Fabius Quintilianus cum Tibullum maxime cõmendauerit, non deesse tamen inquit qui Propertium malint, cum sit Ouidius lasciuior, Gallus in Elegia durior. Ouidius sæpe Propertium blandum, tenerum, ac dulcem appellat, multumq; illius carmini semper concessit, & recensenti auditor affuit: quin & Valerius Martialis plurimum eius ingenio tribuit. Fuisse alterum PROPERTIVM Fulgentius ostendit, qui in libro ad Chalcidium de prisco sermone & uerba hæc ex Propertio refert: Catillata geris uadimonia Publicum prostibulum. Hæc ex Petro Crinito, nec alia Gyraldus habet. Elegiæ eius ferè omnes lasciuæ sunt & libidinosæ: ut salua ingeniorum castitate uix legi possint, uix quinq; aut sex castæ sunt, utinam cæteræ omnes perijssent.

SEXTVS Aurelius Victor scripsit de uitis & moribus imperatorum Romanorum à D. Cæsare Augusto usq; ad Theodosium: ex quo opere excerpta quędam & abbreuiata habemus, chartis 3. aut 4. impressa ab Aldo, & Argentinæ apud Matthiã Schurerium, 1505. cum præfatione Laur. Abstemij (cuius opera primum exiuit hic author) conquerítur autem se unicum, & nonnullis in locis mendosum exemplar habuisse. Gryphius etiam excudit Lugduni, 1542. & Cratander Basileæ, 1530. in 8. & Frobenius cum C. Suetonio, &c. Hunc scriptorem in Cæsarum serie & gestis Eutropius potissimum uidetur secutus: & multa eius ex Eutropio emendari poterunt.

SEXTI Iulij Frontini uiri consularis strategematicôn & strategematum libri 3. excusi Parisijs apud Vuechelũ, & Coloniæ apud Ceruicornũ, 1532. chartis 7. & dimid. in 8. cum Fl. Vegetio, ut supra dixi. Ex præfatione authoris. Cum ad instruendam rei militaris scientiam, unus ex numero studiosorum eius accesserim, « eiq; destinationi, quantum cura nostra ualuit, satisfeciſſe uisus sim: deberi adhuc « institutæ arbitror operæ, ut solertia ducum facta, quæ à Græcis una strategemati- « côn appellatione comprehensa sunt, expeditis amplectar commentarijs. Et pau- « lò post. In primo libro erunt exempla, quę competant prælio nondum cõmisso. « In secundo, quæ ad prælium, & confectam pacationem pertineant. Tertius in- « ferendæ soluendæq; obsidionis habebit strategemata: quibus deinceps generibus « suas species attribui. Fl. Vegetius Frontinum numerat cum alijs quos imitatus « sit in libris suis de re militari.

De aquæductibus urbis Romæ libri 2. impressi Basileæ apud Bebelium, 1530. in 4. chartis 5. cum Myrsilo Lesbio, &c. & Florentiæ, 1522. cum M. Vitruuio. In præfatione scribit aquarum officium (tum ad usum, tum ad salubritatem, atque etiam ad securitatem urbis pertinens) à Nerua Augusto sibi iniunctũ: deinde proponit quid in hoc opere tractaturus sit: nomina primum aquarum, quæ in urbem influunt: tum per quos quæq; earum, & quibus consulibus, & quoto post urbem conditam anno perductæ sint, quibus ex locis, à quoto miliario, quantum subterraneo riuo, &c.

Iul. Frontini liber de qualitate agrorum, inuentus in cœnobio quodã Bobij oppidi in Italia. Raph. Volaterranus. Nescio an idẽ liber sit, qui habetur impressus (Basileæ ni fallor apud Hen. Petrum, cum Theodosij codice, 1528.) de mensurarum ratione & limitum controuersijs inscriptus.

SEXTI Pompeij Festi fragmentorum de significatione uerborum ueterum libri 19. chartis ferè 15. impressi cum Nic. Perotti Cornucopiæ, & alibi. Est autem Dictionarium linguæ Latinæ ordine literarũ, ita ut singulis literis libri singuli tribuantur.

Fragmenti uocabulum passim inseritur, unde constat mutilum esse opus: authores allegat, Ennium, Sinnium, Plautum, Anacreontem, Terentium, Næuium, Pacuuium, Opilium, Vergilium, Catonem, Gracchum Semproniũ, Cincium, Aelium Stilonem. Præfigitur autem in libris impressis epistola Pauli pontificis ad Carolum regem: Quam quidem (inquit typographus) hic ponere placuit, non quod digna lectu uideretur, sed ut plenior testimonio foret, ab arroganti homine doctissimas Pompeij lucubrationes indigne ac inique diminutas & laceratas fuisse.

» Cupiens aliquid uestris bibliothecis addere (uerba sunt Pauli) quia ex proprio pe-
» parum ualeo, necessario ex alieno mutuaui. Festus denique Pompeius Romanis stu
» diis affatim eruditus, tam sermonem abditorum, quàm etiam quarundã causarum
» origines aperiens, opus suum ad uiginti usque prolixa uolumina extendit. Ex qua
» ego prolixitate superflua quæque, & minus necessaria prætergrediens, & quædam
» abstrusa penitus stilo proprio enucleans, nonnulla sta, ut erant posita, relinquens,
» hæc uestræ celsitudini legendum compendio obtuli. In cuius serie tamẽ, si lectum
» ire non dedignabimini, quædam secundum artem, quædam secundum etymolo-
» giam non incõuenienter posita inuenietis, & præcipue ciuitatis uestræ Romuleæ,
» portarum, uiarum, montium, locorum, tribuumque uocabula diserta reperietis. Ri-
» tus præterea gentilium & cõsuetudines uarias; dictiones quoque poëtis & historio-
» graphis familiares.

SEXTVS Pomponius uetus I. C. scripsit ad Q. Mutium lectionum libros 15.
Ad Sabinum, lib. 35. Epistolarum, lib. 20. Ad Plautium, lib. 7.
Fideicommissorum, lib. 5. Senatusconsultorum, lib. 5. Enchiridij, lib. 2.
Regularum, lib. 1. Variarum lectionum, siue quæstionum, alias ad edictum ex uarijs lectionibus, lib. 15.

SEXTI Ruffi uiri cõsularis epitome de historia Romana, excusa Basileæ apud Hen. Petrum, & ibidem apud Heruagium, 1532. in fol. cum L. Floro: & Coloniæ apud Gymnicum, 1537. multo quàm antea emaculatior. Raphaël Volaterranus non Sextum, sed Festum Rufum scribendum asserit: quod si uerum est, uidetur idem esse author de quo supra diximus Rufi Festi Auieni nomine.

SEXTVS Turpilius Comicus Terentio amicus fuit. Vide Gyraldum.

SIBERTVS, Sigebertus, & Sigisbertus, diuersis modis scripta uocabula, eiusdem originis Germanicæ uidentur, à uictoria facto nomine.

T. cl. 1320. SIBERTVS de Beka, natione Teuthonicus, patria Gelrensis, ordinis beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, Prior prouincialis Alemaniæ inferioris, scripsit quædam, è quibus feruntur:
Super sententias, lib. 4.
Summa censurarũ noui iuris, lib. 1. Super regulam ordinis sui, lib. 1.
Et quædam alia. Ordinale quoque ordinis sui sagaci intentione correxit.

SIBYLLINORVM oraculorũ libri 8. uersibus heroicis Græce scripti, nunc primum in lucem æditi: adiecta quoque sunt Lactantij excerpta de his testimonia, cum annotationibus per Xystum Betuleium Augustanum, quibus confert hæc ipsa carmina cum illis quæ apud Lactantium & Augustinum reperiuntur. Adijciuntur etiam in fine, diuersarum Sibyllarum (Persicæ, Delphicæ, Cimeriæ, Samiæ, Cumanæ, Hellespõticæ, Phrygiæ, Europææ, Tyburtinæ, Agrippę, Erythrææ) de Christo uaticinia, Latinitate iam olim donata, & ex uetustissimo codice descripta, uersibus heroicis: constant autem senis uersibus uaticinia singularum. Io. Oporinus excudit Basileæ, hoc anno 1545. chartis 15. in 4. Versus plærique partim corrupti sunt, partim ab initio non uidentur satis accurate ad syllabarum quantitatem compositi aut excepti. Vide Gyraldum: & Suidam de Sibyllis, qui etiam de Sibylla Erythræa scribit in Herophilæ nomine, cuius & illa acrosticha sunt de fine mundi & extremo iudicio, quæ Latine translata leguntur apud Augustinũ de ciuitate Dei, lib. 18.

lib.18. cap. 23. & Græce etiam in hoc opere leguntur. In Bibliotheca Vaticana Romæ feruntur extare libri quatuordecim Sibyllæ: est & alterius uoluminis ibidē hic titulus, Ἐκ τῶ προφητικῶν σιβύλλης λόγος θ, μέχρι τοῦ ιε.

SIBYNTIVS Theodectæ Phaselitæ lector & famulus, scripsit artem rhetoricā. Suid.

SICARDVS præsul Cremonensis scripsit historiam pontificum. Raph. Volater.

SICHARDI cuiusdam Summam, in iure canonico opinor, uidi manuscriptam.

SICVLI Flacci cuiusdam scriptum in iuris prudentia apud se extare Ioan. Sichardus meminit in præfatione super codice Theodosij.

SIDONII, Maximi, Vrbani, & Macarij epistolium ad Cyprianum libro 3. epistola 14. apud Cyprianum.

SIDONEM Ponti filiam, hymnorum inuentricē, Sanchuniathon Byblius apud Eusebium asserit.

SIFRIDVS episcopus Cirenensis titulatus, ordinis fratrum Prædicatorum, natione Teuthonicus, archiepiscopi Moguntini Theoderici in pontificalibus uicarius, Hebraicæ & Latinæ linguæ peritus, scripsit quædam digna lectione opuscula, de quibus extant subiecta, ad Theodericum archiepiscopum prædictum. T.

De Iudæorum usura,	lib.1.	Quæritur in foro conscientiæ.	
De censibus & reemptione,	lib.1.	Quærebatur primo an.	
Sermones & collationes,	lib.1.	Quæstiones uariæ,	lib.1.

Et quædam alia.

SIGEBERTVS monachus Gemblacēsis, ordinis sancti Benedicti, natione Gallicus, carmine & prosa scripsit multa uolumina. Quid scripserit, in fine illustriū uirorum aperte declarauit, uidelicet: T.cl.1110.

Vitā S. Theoderici episcopi,	lib.1.	Passionē S. Luciæ metrice.	lib.1.
De translatione eiusdem,	lib.1.	Vitam Sigeberti regis,	lib.1.
Passionem Thebeorum,	lib.1.	Vitam sancti Guiberti,	lib.1.
Gesta abbatum Gemblacen.	lib.1.	Vitam sancti Maclouij,	lib.1.
Vitam sancti Theobardi,	lib.1.	Contra papam Gregorium,	lib.1.
Apologiam ad imperatorem,	lib.1.	Cōtra epistolā Paschalis papæ,	lib.1.
In Ecclesiasten heroico metro,	lib.1.	Historiarū post Eusebium,	lib.1.
De illustribus uiris,	lib.1.	Marcellus Marci ur.	
De computo ecclesiastico,	lib.1.	Sermonum quoq;	lib.1.
Epistolarum ad diuersos,	lib.1.		

Alia etiam post hæc ædidit, quæ cum supra scriptis opusculis non signauit, Chronicam suam perduxit usq; ad annum, M. CXI.

* Sigisberti Chronica, impressa in Gallia, Parisijs puto. Audio eum multa habere fabulosa. Excerpsit inde nonnulla Antoninus in suis Chronicis.

Sigisbertus monachus usq; ad annum, 1131. historiam pontificum conscripsit Raphaël Volaterranus.

SIGISMVNDI Fulginatis secretarij apostolici carmina in exequijs Platinæ, in fine operum ipsius Platinæ.

SIGISMVNDVS Gelenius, uir diuersis linguis & uariarum rerum cognitione doctissimus, & summus amicus meus, Basileæ iam aliquot annis prælis officinæ Frobenianæ omnium clarissimæ præfuit, tanta fide & diligentia, ut nihil non emendatissimum ac elegantissimum ex officina illa in manus doctorū peruenerit. Scripsit,

Lexicon Symphonum, quo quatuor linguarum Europæ familiarium, Græcæ scilicet, Latinæ, Germanicæ ac Sclauinicæ concordia consonantiaq; indicatur, partim διὰ τεσσάρων, ubi in omnibus prædictis linguis eiusdem significationis uocabula è regione ponuntur, quæ etiam literis & pronunciatione conueniunt, uel omnia uel aliqua: partim διὰ τριῶν, partim διὰ δυοῖν. Frobenius excudit Basileæ, 1537. & postea Robertus Vuinter, 1544. in 4. duplo auctius.

Annotationes eius in T. Liuium, Basileæ cum ipso Liuio excusæ: & Lugduni seorsim, 1541.

Annotationes in Plinij historiam naturalem, cum eadem excusæ Basileæ.

Præfatus est in Eutropij historiam.

SIGISMVNDI ab Herberstem itinerarius, impressus opinor.

SIGISMVNDVS Lupulus Rotenburgius collegit rudimenta prima Grammaticæ, Syntaxin Latinæ linguæ, excusam Argentinæ apud Iacobū Iucundum, 1544. in 8. chartis 27. reuisam ac emendatā. Authores è quorum monumentis collecta hæc sunt: Theobaldus Billicanus, Philippus Melanchthon, Henricus Glareanus, Priscianus Cæsariensis, Ael. Donatus, Thomas Robertsonus, Erasmus Rot. Thomas Linacer, Ioan. Despauterius, Petrus Dasypodius, cui quicquid Germanicum adponitur, acceptum refert.

SIGNOROLVS (aliquando additur cognomen de Homedeis, ut citatur in Summa Angelica: nescio an idem sit author) scripsit in Rubricas primi Digesti uet. de adoptionibus. l. si arrogator. & de legibus. l. princeps legibus ante sua consilia. In 2. ff. uet. de iureiurando. l. nam & postea. paragr. minor. In Rubr. primi ff. noui, de don. can. mor. l. ubi ita donatur. In 1. Inforciati, de iniust. rup. l. si ego. & in Rubr. soluto matri. l. si extimatis. In 2. Inforciati, de legatis 2. l. peto. paragr. frater. In 1. Cod. de summa trinitate. l. nemo. & l. 1. &, de iuris & facti. l. cum quis. &, de sacrosanc. eccl. Auten. Ingressi. In 2. Cod. de insti. & substi. l. 1. &, de fideic. com. l. post mortem. &, unde liberi, l. qui se patris. Præterea scripsit de præcellentia doctoris & militis, Consilia, ex quibus peculiariter nominatur Consilium, quomdo intelligatur iuratum super negotio lucis Supposito statuto.

SILANION poëta alicubi citatur à Plutarcho.

SILENI glossas, & SILENI Calatiani Sicelica Athenæus citat.

SILLIVS nomen proprium, aliâs Sellius ut supra.

SILII Italici poëtæ de bello Punico libri 17. quibus bellorum Carthaginensium ingeniosissima consilia describuntur: excusi Venetijs apud Aldū, 1523. in 8. & Basileæ apud Hen. Petrum. Sylius Italicus diligens plus artis quàm naturæ habet, quod Plinio est uisum. Vide Gyraldum.

SILLANVS de Nigris nominatur à Symphoriano Campegio inter scriptores rei medicæ.

SILVANVS (σιλβανὸς) philosophus, uir probus quidem & innocens, sed moribus simplex & leuis. Suidas.

SIMACHVM de Attali institutione, SIMARI & alibi SIMARISTI Synonyma citat Athenæus.

SIMEON, uide Symeon. Inuenio etiam Simon & Simeon confusa.

SIMMIAS Rhodius Grammaticus, & SIMMIAS Thebanus multa scripserunt, quę Suidas commemorat: Athenæus allegat Simmiæ γοργώ. SIMMIAE tetrastichon libro 3. Anthologij, sectione 24. Hexasticha duo lib. 7. sectione 15.

SIMOCATVS, uide Theophylactus.

SIMONIS cuiusdam orationes & preces, seruantur Græce in Bibliotheca quadā Italiæ: nisi forte legendum est, Symeonis.

SIMONIS Boyleau genere Galli iuuenis in Musica eximij Motteta quatuor uocum, nunc primum impressa Venetijs, anno 1544. apud Scotum.

SIMON Brabantinus de Quercu cantor ducum Mediolanen. scripsit opusculum Musices de Gregoriana & figuratiua, & contrapuncto simplici, cum exemplis. Impressum in urbe Germaniæ Landshuot in 4. anno 1518.

SIMON Brosserius totius naturalis philosophiæ breuissimam epitomen ædidit, excusam Lutetiæ à Colinæo, 1536. quo tempore etiam ab authore scripta est Vindocinij, cum procœmio ad Andream Brosserium theologum & Montaurensium Augusti-

norum

norum pref. patruelem ſuum, in quo ſe plærag tractare aſſerit ex D. Aurelij Auguſtini ſententia. Vide ſupra in Hieronymo Rupeo.

SIMON de Caſſia, ordinis fratrum eremitarum ſancti Auguſtini, ſcripſit multa, è quibus opus inſigne reperi ſuper euangelium totum, quod uulgo prænotatur. T.cl.1340.

Geſta Saluatoris,	lib.15.	A bono & ſuper bono,	
De doctrina Chriſtiana,	lib.1.	De patientia,	lib.1.
Expoſitionem Symboli,	lib.1.	De ſpeculo crucis,	lib.1.
De diſciplina ſpiritalium,	lib.1.		

* Raph. Volaterranus Simonem Carſulanum uocat, ex patria quam Caſcinam nunc dicunt.

De geſtis Domini Saluatoris in quatuor Euangeliſtas libri 15. impreſſi Coloniæ apud Ceruicornum, anno 1540. in fol. chartis 267. Statim ab initio multa de authoris uita recenſentur ex horum commentariorum libri octaui capite 40.

SIMON de Cremona, ordinis fratrum eremitarum ſancti Auguſtini, ſcripſit ad inſtructionem ſimplicium prædicatorum non ſpernenda opuſcula, de quibus extãt ſubiecta. Ad Antonium Germanum ſuum presbyterum Sermones. T.

Super Euangelia,	lib.1.	Leuate capita ueſtra quoniam,	
Super Epiſtolas quoq,	lib.1.	Abijciamus opera tene,	

Cætera quæ compoſuit, ad notitiam noſtræ lectionis nondum uenerunt.

SIMON Grynæus natione Germanus, annis aliquot philoſophiam & theologiã publice docuit Baſileæ, ubi ante quadriennium ferè fatis conceſſit, magno eruditis & pijs omnibus deſiderio ſui relicto: ea enim erat hominis doctrina ſingulari pietati coniuncta, ut maximum & præclarum inde fructum ad omnes bonos & eruditos homines, imò uniuerſam Chriſtianam rempub. redundaturum nemo non ſperaret, ſi Dominus eum ſuperſtitem nobis diutius relinquere uoluiſſet. De obitu eius diſſeruit Ioachimus Camerarius in præfatione ſuper Græca Theophraſti opera, & Epicedion addidit.

Ex Græcis tranſtulit,

Ageſilai uitam in Parallelis Plutarchi, quæ cum reliquis Latine redditis Baſileæ ædita eſt.

Item alium Plutarchi librum, qui inſcribitur: Sitne rationis aliqua in beſtijs uis, tum utra animantium plus huius habeant, terreſtriáne an aquatica, Bebelius excudit Baſileæ, 1534. in 8. adiuncto etiã Græco exemplari multò caſtigatiore, quàm prius impreſſum eſſet.

Ariſtotelis Elenchorum libros duos, qui cum cæteris Latinis operibus Ariſtotelis Baſileæ excuſi ſunt.

Eiuſdem de uirtutibus libellum, adiecta exactiori quadam de uirtutibus diuiſione. Rob. Vuinter impreſſit Baſileæ.

Eiuſdem de Mundo librum ad Alexandrum doctiſſimis commentarijs illuſtrauit. Vualderus ibidem impreſſit, in 8.

Annotationes in 8. librum Topicorum, exceptæ ab ore profitentis D. Simonis Grynæi per Sebaſtianum Lepuſculum Heluetium, amicum noſtrũ, impreſſæ Baſileæ, 1545. in 8. apud Hieronymum Curionem, cum Græco textu, chartis 11. adiecta etiam tabula, chartis 2. qua continetur typus omnium præceptorum Ariſtotelicorum, quæ in octauo libro Topicorum interroganti & reſpondenti dantur. Seb. Lepuſcul.

Ex præfatione Lepuſculi. Si per Simonis Grynæi hæredes licebit, emittam et reliqua ex ipſius ore collecta, in Hermogenem de ſtatibus & ideis. In epiſtolam ad Romanos & Corinthios. Item στοιχεῖα quæ ad recte iudicandam orationem, & explicandam perneceſſaria ſunt. Deinde enumerat etiam alia, de quibus breuiæ dendis ſpem facit, ex ore doctiſſimorum uirorum publice docentium Io. Oecolampadij in ſacris literis, & Hieron. Gemuſæi in libros Ariſtotelis excepta.

Homilias Chriſoſtomi in primam ad Corinthios, quę poſt uigeſimam ſunt, uſq; ad 44. Latinas fecit.

Epistolæ eius, & præfationes doctissimæ in libros aliquot Basileæ impressos.

Epistola ad Oecolampadium, libro 4. epistolarum Oecolampadij & Zuinglij, numero 22.
Epistola de obitu Io. Oecolampadij, ab initio eiusdem operis impressa.
In Iulium Pollucem. In Absyrtum & reliquos authores Græcos hippiatros.
In Lexicon Græcolatinum ante annos circiter quinq; ædítum in 4.
In Plutarchi uitas Latine impressas: in quo opere etiam integro multa restituit, & locos aliquot declarauit. Bebelius excudit Basileæ, 1535. in fol.
In Euclidis elementa Geometrica Græca (excusa, 1533) præfatio, chartis ferè duabus: ubi de disciplinis mathematicis egregie disserit.
In Cl. Ptolemæi magnæ constructionis libros Græcos, 1538.
Præfatiuncula in Hugonis Latimeri orationem de regni statu per Euangelium in Anglia reformando.
Opera Platonis à Marsilio Ficino uersa emendauit, & cum exemplaribus Græcis contulit, adiecta præfatiuncula. Frobenius excudit, 1539.

T. SIMON monachus Haffligemeñ. ordinis sancti Benedicti, abbreuiauit
Moralia Gregorij papæ, lib. 10. In Cantica scripsit sermones, lib. 1.
Visionem cuiusdã conuersi, lib. 1. Sermones plures, lib. 1.
Epistolas etiam ad diuersos, lib. 1. Et alia plura.
Collegit etiam excerpta de sermonibus beati Gregorij papæ in Ezechielem.
De collationibus quoq; sanctorum patrum ex Richardo sancti Victoris de 12. patriarchis & contemplatione, & ex uarijs uaria non spernenda.

SIMONIS Hessi Apologia aduersus D. Roffensem episcopum Anglicanum, super concertatione eius cum Vlrico Veleno, an Petrus fuerit Romæ: Et quid de primatu Romani pontificis sit censendum. Addita est epistola de ecclesiasticorum pastorum authoritate & officijs in subditos, & subditorum in superiores obedientia. Liber impressus in Germania in 4. chartis 6. & dimid.

SIMON Ianuensis (aut Genuensis potius) & Abraham Iudæus, transtulerunt Io. F. Serapionis opus de simplicibus medicamentis ex Arabico in Latinum sermonem.

SIMONIS Lemnij, natione Germani, quem audio in Curia Rhetorum oppido Scholis puerorum præesse, Epeisodia de Hioachimo Marchione Brandeburgensi & eius coniuge: impressa anno 1539. in 8.
Vertit etiam Dionysium de situ orbis, uersibus heroicis. Liber excusus in 8. chartis 5. 1543. Venetijs, cum nuncupatione ad Herculem Estensem ducem.

SIMON Petrus apostolus, &c. scripsit duas epistolas quæ catholicæ nominãtur, quarum secunda à plerisq; eius esse negatur, propter styli cum priore dissonantiam. Sed & euangelium iuxta Marcum, qui auditor eius & interpres fuit, huius dicitur. Libri autem eius, è quibus unus actorum eius inscribitur, alius euangelij, tertius prædicationis, quartus Apocalypsis, quintus iudicij, inter apocryphas scripturas reputantur. Hæc ex D. Hieronymo.

SIMON Portius philosophus insignis scripsit Encomium de dolore capitis: Et de Incendio Puteolano: & alia quædam. Profitetur Neapoli.

T. SYMON de Spira, natione Teuthonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, magister Parisiensis, scripsit insigne uolumen.
Super Sententias, lib. 4. Contra Iudæos quoq;, lib. 1.
Postillam Coloniæ lectam, lib. 1.
Alia insuper nonnulla ædidit, sed ad notitiam nostram minime uenerunt.

SIMON Sultzærus, natiõe Heluetius, uir in sacris humanisq; literis, & utraq; lingua non mediocriter doctus, ecclesiastes Bernæ Heluetiorum hoc tempore, Acta synodi Bernensis è Germanico sermone in Latinum transtulit. Cratander impressit Basileæ

Basileæ, 1532. in 4. chartis 9. Titulus libri huiusmodi est. Constitutio uitæ doctrinæq; formulam, quam uerbi ministri, urbis ac ditionis Bernatium sequantur, complectens, addita uberiore quadam Christi & sacramentorum interpretatione, in Synodo habita istic IX. Ianuarij, concorditer facta & recepta.

SIMON Thomas. Vide in Laur. Laurentiano.

SIMON de Tornaco presbyter, uir quidem doctus, sed dum Aristotelem nimium sequitur, errasse in quibusdam inuenitur. Scripsit autem quædã ingenij sui opuscula, de quibus feruntur subiecta. T.

Sententiarum suarum, lib. 1. Quæstiones uariæ, lib. 1.
In symbolum Athanasij, lib. 1. Et alia mihi ignota.

SIMONIS Valamberti epigrammata, Paganus excudit Lugduni.

SIMONIDES Cous Lyricus, & alter etiam Cous prioris ex filia nepos, & SIMONIDES Magnes epopœus, & SIMONIDES Carystius aut Eretriensis, epopœus, & SIMONIDES philosophus sub Iouiano rege, denicp SIMONIDES Amorginus iambographus, omnes à Suida commemorantur. Simonidis Amorgij iambos Athenæus etiam citat.

Simonidis simpliciter (illius opinor, quem primo loco nominaui) plurimos passim uersus Io. Stobæus allegat. Simonidis epigrammata duo libro 1. Florilegij: & undecim, libro 3. & sex, libro 4. duo in sexto, unum septimo.

SIMPLICIANVS Mediolanensis post sanctum Ambrosium episcopus, ad Augustinum alios q; diuersos utiles conscripsit epistolas, quæ partim hinc inde reperiuntur. * Vide Gennadium. T. cl. 420.

SIMPLICIVS papa, natione Tyburtinus, nõnulla conscripsit, de quibus legi tantũ. T. M. 483.

Ad Ioannẽ Rauennatis episcopũ, epi. 1. Si quis est intuitus eccle.
Ad Florentiũ & Equitiũ episcopos, epi. 1. Relatio nos uestræ.
Ad Seuerum episcopum, epi. 1. Sed & alias multas scripsit epistolas, quas nondum uidi. * Impressa sunt eius decreta cum cæteris pontificijs.

SIMPLICIVS magnus philosophus, Alexandró, Themistio, Ammonio, Philopono, Eudemo, Porphyrio, Adrasto, Syriano, pbatis apud Græcos Aristotelicorũ operũ interpretibus ut recentior, ita præstantior, ut qui illorum omnium scripta legerit: prolixior etiam, dum uarias eorum sententias aut recenset aut refutat. Platonem plærunq; contra Aristotelem defendit, aut saltem conciliare nititur, aut differentias opinionum simpliciter ostendit. Multa ex ueterum libris fragmenta recitat, ut poëmatum Parmenidis, Empedoclis, Melissi, & aliorum. Nulli sectæ addictus fuisse uidetur. Alexandrum Aphrodisieum præcipue, raro Ioannem Grammaticum, qui doctrinarum Aristotelis & Platonis diuortia sæpenumero faciunt, acerrime reprehendit, teste Lucillo Philaltheo. Christianus nõ fuit: meminí enim alicubi legere, eum ægre tulisse Philoponi scripta contra Proclũ de æternitate mundi. Vide Suidam in Damascio, ubi Simplicium Phrygẽ fuisse, & circa Iustiniani tempora floruisse apparet. Scripta eius quæ etiamnum extant, hæc sunt.

In Aristotelis physicæ auscultationis libros 8. commentarij Græci cum ipso Aristotelis textu. Excusi Venetijs in officina Aldina, 1526. in fol. chartis 164. & Latine Lucillo Philaltheo interprete, ibidem apud Scotum, 1543. Præmittitur autem eadem præfatio his commentarijs, quæ & Themistij paraphrasibus in eosdẽ libros Aristotelis, ita ut dubites uter huius præfationis author sit.

Cõmentarij Græci in libros 4. de cœlo Aristotelis, unà cum Textu: ibidem excusi, 1526. in fol. chartis 88.

Commentarij Græci in tres libros Aristotelis de anima, cum textu: deest autem initium procemij: ibidem excusi, 1527. in fol. chartis 48. cum alijs quibusdam Alexandri, & Michaëlis Ephesi.

Commentarij Græci in decem prædicamenta Aristotelis, excusi in Italia in fol.

chartis 85. & Latinitate donati per Guilelmum Dorotheum, unà cum sex principijs ab eodem authore æditis. Venetijs apud Scotum, 1541. in fol. chartis 39.

Interpretatio Græca doctissima & dignissima lectu in Enchiridion Epicteti, impressa Venetijs, 1538. apud fratres de Sabio in 4. chartis 26. Sed multa in illa æditione corrupta sunt, & non pauca desiderantur, quæ ego Bononiæ & Venetijs ad Politiani & alterius cuiusdam docti exemplaria castigaui & expleui in meo codice, qui fortassis aliquando committetur prælo.

Epicteti epistolæ Græcæ cum expositione Simplicij, extant Græce Florentiæ, in Bibliotheca Medicum.

Commentarij in Iamblichi de Pythagorica secta libros 3. Romæ seruantur in bibliotheca Vaticana. Raph. Volaterranus.

SIMYLI uersus 12. senarios legimus apud Stobæum in sermone pro artibus.

SINIBALDVS, uide supra in Innocentio quarto.

SIRACH narratio impia, & uoces animalium. Liber Græcus hoc titulo, extat Romæ in Vaticana biblioth.

T.M.358. SIRICIVS papa, natione Romanus, scripsit inter cætera, ad Hemerium episcopum Terraconensem.

Decretale opusculum, lib.1. Contra Iouinianũ & Auxentiũ, lib.1.

* Decreta eius habentur impressa, cum reliquis Pontificijs.

Syricius papa ad Mediolanensem ecclesiam, narrans quid actum sit contra hæreticos, qui sub uelamento pij nominis serpentino sermone catholicam ueritatem corrumpere, ac fideles Christianos sauciare moliti sunt: admonensq; ut ab illis se custodiant: in decimo libro epistolarum S. Ambrosij.

SIRICIVS sophista Neapolitanus ex Palæstina, discipulus Andromachi, docuit aliquandiu Athenis: scripsit Progymnasmata, & declamationes. Suidas.

T.M.1484. SIXTVS papa IIII. natione Ligurgus, ex Sauona urbe maritima natus, Franciscus antea uocatus, ordinis fratrum Minorum minister generalis, scripsit ante pontificatum quædam præclara opuscula, è quibus ista feruntur.

De futuris contingentibus, lib.1. De potentia dei, lib.1.
De sanguine Christi, lib.1. De conceptione S. Mariæ, lib.1.
Et quædam alia.

* SIXTORVM aliquot pontificum decreta, cum cæteris Pontificijs impressa.

SISINNIVS Nouationorũ episcopus, uir doctus, summus philosophus & ualde dialecticus, multa scripsit: bis de eo scribit Suidas, eadem repetens.

T. SMARAGDVS abbas monasterij S. Michaëlis, ordinis diui patris Benedicti, scripsit multa præclara opuscula, de quibus ego tantum reperi subiecta.

In regulam S. Benedicti, lib.1. Cum turbas plurimorum.
Diadema monachorum, lib.1. Hunc modicum libellum.
In totum Psalterium, lib.1. In epist. & euang. per annũ, lib.2.
Sermones quoq; plures, lib.1.

De cæteris autem opusculis eius nihil usquã potui inuenire. Dicitur autem quod multos in diuinis scripturis commentariorum tractatus ædiderit. Sed & Donatũ maiorem exposuit, & multos sæcularium literarum authores explanauit.

* Smaragdi postilla, habetur impressa.

Eadem ex Gasparis Hedionis uersione Germanice impressa est, 1536. Sunt autem Commentarij in Euangelia & epistolas per totum annum, ex patribus collecti.

SMYRNAEI Bucolici (aliâs Bionis) uersus Dorici, apud Stobæum in Sermone de assiduitate.

SOCRATIS Rhodij bellum intestinum, ἐμφύλιον, & librum περὶ ὄρνεων & περὶ ἐρώτων καὶ πλέων Athenæus allegat.

T. SOCRATES quidam natione Græcus, scripsit à tempore primi Constantini magni impera-

imperatoris, usq; ad imperium Theodosij iunioris, uolumen Ecclesiasticæ historiæ, lib. 1.

Alia quoq; nonnulla scripsisse dicitur, sed in manus nostras non uenerunt. †Et notandum quod tres Græci authores, uidelicet Theodoritus episcopus Cyrensis, Sozomenus, & Socrates iste, rerum ecclesiasticarum singuli scripserunt, penè uno tempore, historias, quas Epiphanius scholasticus in Latinũ, ut iacebant, transtulit, ex quibus Cassiodorus senator et monachus unam historiam continuã fecit, quam tripartitam appellauit.

* Socrates Constantinopolitanus, historiam ecclesiasticam scripsit, quo tempore fuisse par est. Raph. Volaterranus. Socrat. Constantinop. monachus Iustiniani temporibus rerum Romanarum epitomen fecit.

Historiam ecclesiasticã Socratis Græcam Rob. Stephanus excudit Parisijs hoc anno, 1545. cum alijs quibusdam Græcis ueterum theologorum. Feruntur autem esse tomi 5. qui etiam Venetijs manuscripti extant.

† Historia Tripartita, cuius meminit Trittemius, impressa est Basileæ apud Io. Frobeniũ in fol. 1523. cum indice, cum Eusebij Pamphili historia ecclesiastica Rufino interprete: additis passim Græcis epistolis Synodorum ac Impp. è Tomis Theoditi. Discipulus fuit hic Socrates Helladij & Ammonij grammaticorum, scripsit historiam ad preces Theodori, Sozomenicæ simillimam, quantum ad tempus attinet.

SOEBADIVS Agenni Galliarum episcopus, ædidit contra Arianos librum. Dicuntur & eius esse alia opuscula, quæ necdum legi. Viuit usq; hodie decrepita senectute. Hieronymus.

SOLON legislator Athenieñ. Vide Diogenem Laërtium, & Suidam, & alios qui septem sapientũ dicta annotarunt, ut Stobæũ. Solonis iambos Athenæus allegat.

SONCINI cuiusdam metaphysica, impressa in Italia.

SOPATRI simpliciter, SOPATRI Paphij, SOPATRI Phacij Parœdi, & SOPATRI Phlyacographi uaria scripta citat Athenæus, quæ in authorũ ei familiarium indice recensentur. Allegat & Stobæus in sermone de magistratu multa fragmenta ex epistola SOPATRI, quam ille scripsit ad Hemerium fratrem quomodo magistratus ei commissus administrandus sit. De SOPATRO Apameo sophista, uide bis apud Suidam: item de SOPATRO Comico.

SOPATRI ad Alexandrũ prolegomena in libros Aristidis de rhetorica, cum eisdem impressa sunt.

SOPATRI quæstiones de cõponendis declamationibus, in causis præcipue iudicialibus. Aldus impressit olim Græce, cum alijs quibusdam.

SOPATRI cõmentarij Græci in Hermogenis Rhetorica, ibidẽ impressi, 1509. in paruo fol. cũ Syriani & Marcellini quoq; cõmentarijs, & Aphthonij ,pgymnasmatis.

SOPATER quidam Porphyrij discipulus fuit, teste Suida in Plotino.

SOPHILI Comici quinq; fabulas Athenæus citat. Vide σώφιλος apud Suidam.

SOPHOCLES Tragicus Athenieñ. & alter etiam eiusdem artis & patriæ, nepos prioris: uide plura apud Suidam. Sophoclis fabulas numero 33. nominatim allegat Athenæus: uide catalogũ authorũ in principio Athenæi Græci Basilieñ. æditionis. Tragœdiarũ Sophoclis non leue fuit semper pretiũ, etsi huic Euripides præfertur. Viues. Tragœdias primus in lucẽ Aeschylus protulit, sed longe clarius illustrarunt Sophocles atq; Euripides. Polemon princeps Academiæ Athenis, cum Sophocle & Homero poëtis in primis gauderet, Homerum alterum †Sophoclem esse dixit carmine: Sophoclem uero Homerum referre tragœdijs. † σοφοκλῆ ἐπικόν.

Sophoclis Tragœdiæ septẽ, nempe: Aiax flagellifer, Electra, Oedipus tyrãnus, Antigone, Oedipus Coloneus, Trachiniæ, Philoctetes. Aldus impressit Græce Venetijs in 8. & Colinæus Parisijs, 1528. in 8. & Secerius, ni fallor, Haganoæ cum

commentarijs Ioach. Camerarij in fabulas argumenti Thebaidos.

Sophoclis qdã esse putãt Rhesum inter Euripidis tragœdias, ut supra diximus.

Sophocleus, Theon, & Lucillus, Sophoclis interpretes, citãtur ab Ambrosio Calepino in Endymione. Ista sanè cõmentaria Græca, quæ nos habemus in septem tragœdias Sophoclis, impressa in Italia, Romæ puto, in Gymnasio Mediceo Caballinimontis, in 4. hunc unum titulum habent: Scholia antiqua ualde probatorum interpretum in eas quæ extant, Sophoclis tragœdias.

SOPHONIA propheta, uide Zephania.

SOPHRON Syracusius, Artaxerxis & Euripidis tempore, scripsit mimos uiriles & muliebres, &c. Suid.

SOPHRONIS Comici octo fabulas Athenæus nominatim citat: meminit & Suidas.

SOPHRONIVS uir apprime eruditus, laudes Bethleem adhuc puer, et nuper de subuersione Serapis, insignem librum cõposuit: de uirginitate quoq; ad Eustochium, & uitam Hilarionis monachi, opuscula mea, in Grecũ eleganti sermone transtulit: Psalterium quoq; & prophetas, quos nos de Hebræo in Latinum uertimus. Hieronymus. Idem D. Hieronymi scriptorum ecclesiasticorũ uitas è Latina lingua in Græcam transtulit. Liber excusus Græce & Latine è regione, Basileæ apud Cratandrum, 1539. in 4. cum scholijs Des. Erasmi, &c.

Cyri Sophronij (aliâs sine rhô legitur Sophonij) paraphrasis Græca in Aristotelis libros de anima, extat Florentiæ in Bibliotheca Medicum. Item, in libellum de memoria & sequentes.

SORANI Ephesij medici duo fuere, de quorum scriptis lege Suidam.

Sorani Ephesij in artem medendi Isagoge, impressa Basileæ apud Cratandrum 1528. in fol. cum alijs quibusdam Apulej, & Plinij de re medica libris. Citatur alicubi apud Galenum in libris de compos. pharmac. secundũ locos. Aëtius quoq; hæc eius fragmenta refert: Confectionem ex succo uuæ acerbæ: de gonorrhœa, de uteri imbecillitate, de uterino furore, de uteri resolutione: de uteri procidentia, œdemate, & satyriasi. Quomodo fœcundæ mulieres dignoscantur. De scirrho & scirrhomate uteri. Nimirum hæc omnia ex libris quatuor muliebrium Sorani iunioris, quorum Suidas meminit, decerpta sunt.

SOSIADES quidam conscripsit sententias septem sapientum, quas habet Stobæus in sermone de temperantia.

SOSIBIVS Lacon grammaticus, scripsit epilytica, &c. Suidas. Athenæus Sosibij librum de Alcmane citat.

SOSICLES Syracusanus tragicus, scripsit fabulas 73. &c. Suidas.

SOSICRATIS Diadochas, Cretica, & Philadelphos Athenæus citat: & SOSICRATIS Phanagoritæ ὄιους. SOSICRATIS distichon iambicum apud Stobæum de philautia. SOSIMI librum de temporibus, Athenæus allegat.

SOSIPATRI catapseudomenon Athenæus citat.

SOSIPHANIS distichon iambicum Stobæus recitat in sermone de ira: & sex alios senarios in serm. de superbia.

SOSITHEVS, unus ex Pleiade poëtarum, claruit olympiade 164. scripsit ligato & soluto sermone, &c. Suidas. Sosithei Tragici Daphnin aut Lityersam Athenæus allegat. Ex Aëthlio eius fabula distichon citatur à Ioan. Stobæo in laude audaciæ.

SOSTRATI librum de animalibus Athenæus allegat. Eiusdẽ librum Fabulosorũ Stobæus, in sermone de morbis, & librum secundum de uenatione in uituperio Veneris.

SOTADES Athenieñ. comicus mediæ tragœdiæ. Suidas. Citantur & apud Stobæum non raro nescio cuius Sotadis sentẽtiæ: alicubi Sotatis legitur pro Socratis.

SOTADES Creteñ. Maronita iambographus, &c. Vide Suidam, qui huic attribuit Encleiomenas

Encleiomenas & Paralytrumenon fabulas ab Athenæo citatas tanquam Sotadis Comici, de quo prius dictum est.

SOTERIS papæ decreta cum reliquis pontificijs impressa.

SOTERICHVS uersificator sub Diocletiano fuit: uide Suidã, qui & SOTERIDAS duos scriptores commemorat.

SOTIONIS Alexandrini Diadochas & librum de sillis Timonis Athenæus citat. Stobæus cum alia quædam Sotionis, tum ex libro de ira allegat. Citatur etiam SOTION in Constantini Geoponicis.

SOZOMENVS natione Græcus, scripsit nonnulla, è quibus extat opus insigne ad Theodosium iuniorem principem, à tertio consulatu Crispi & Constantini Cæsarum, usq; ad eiusdem Theodosij XVII. T. cl. 430.

Historiæ ecclesiasticæ, lib. 9. Cogitatio mihi aliquando.

* Indicat se uersatũ in actionibus forensibus apud Constantinopolin, cum Aquilini sodalis sui meminit à febre liberati. Libri eius nouem historiæ ecclesiasticæ integri excusi sunt Græce Parisijs apud Rob. Stephanum, cum Eusebij, Socratis, & Theodoriti eiusdem argumenti libris. Vide supra in Socrate.

SOZOMENVS presbyter Pistoriẽsis, historiæ uniuersalis immẽsum ædidit uolumẽ.

SPERANTIVS comes sacri consistorij sub Theodosio cum aliquot alijs in Theodosiano codice conscribendo elaborauit.

SPHAERVS scripsit de repub. Lacedæmoniorum. Athenæus.

SPEVSIPPI libellus de Platonis definitionibus, impressus Græce cum Alcinoo de doctrina Platonis, Parisijs. Idem, ni fallor, habetur cum Græcis operibus Platonis. Athenæus citat ὁμοιότητας Speusippi. Eiusdem distichon lib. 3. Anthologij, sect. 33.

SPLENII philosophi de generatione hominis liber Græcus, extat Romæ in Vaticana bibliotheca.

STASIMI (aliâs Stasini) hexametros duos ex opere Cypriaco Stobæus recitat in sermone de uerecundia.

STATYLLII Flacci hexastichon libro 4. Anthologij, sectione 12. & rursus 5. uersus lib. 6. sectione 3.

STATII Papinij Neapolitani Syluarum libri 5. Thebaidos libri 12. Achilleidos lib. 2. Accedit orthographia & flexus dictionũ Græcarum apud Statium, cum accentibus & generib. ex uarijs utriusq; linguæ authoribus. Hen. Petrus excudit Basileæ, 1541. in 8. chartis 39. Aldus etiam prius excudit Venetijs. Ab alijs scribitur Pub. Papinius Statius, quod magis probo. Vide Gyraldum dialogo 4. de poëtis: qui eum scribit summo honore apud Domitianum fuisse.

STELLA Aurelienſis scripsit in Rubr. 1. ff. uet. de offi. procu. & legati. l. nec quicq; paragr. decretum. In Rub. 2. ff. uet. de condi. tritic. l. repetitio. In Rubr. 1. Cod. de pactis. l. si creditores.

STEPHANI papæ decreta, cum reliquis pontificijs impressa.

STEPHANI Opsartytica Athenæus citat: item STEPHANI Comici Philolaconem.

STEPHANVS I. C. Vide in Triboniano.

STEPHANus philosophus Haliabbatis opus regale Latinitate donauit, ut supra dixi.

STEPHANVS quidam grammaticus Græcus scripsit de urbium & aliorũ locorum nominibus ordine alphabeti, siue Lexicon geographicũ: in quo præter situs, & descriptiones locorũ, gentilia etiã nomina in masculino & fœminino sexu, quæ à singulis formant, ostendit. Excusum Florentiæ apud Iuntas, 1521. & Venetijs apud Aldũ: utrobiq; corruptũ & mutilum. Existimant autẽ plærique doctorũ hoc opus (quod habemus) non esse ipsius Stephani scriptũ, sed epitomen inde decerptam ab Hermolao Constantinopolitano grammatico, cuius mentio facta est superius. Stephanus indicem descripsit, cui fidere multum non ausim: & nominũ mutilatio apud eum multam inducit obscuritatem. Hen. Glareanus.

STEPHANI philosophi & œcumenici doctoris de sacra & magna scientia liber Græcus, seruatur in quadam Bibliotheca Italiæ. Vocant aũt chymisticã artem sacrã.

STEPHANVS quidam iurisperitus recentior scripsit de notis, & de mutatione ecclesiarum.

STEPHANI medici cognomento magistri collyrium. Vide in Matthia Theodoro Melanelio supra.

T.cl.uoc. STEPHANVS Anglicus, gymnasij Parisiensis quondã decus, scripsit ut accepi subiecta opuscula.

In quinq; libros Moysi, lib. 5. In Iosue, lib. 1.
In librum quoq; Iudicum, lib. 1. In Regum quoq;, lib. 4.
In 12. prophetas minores, lib. 12. Alia insuper multa ædidit, quæ ad notitiam meam necdum uenerunt.

STEPHANI Aquæi Bituricensis in omnes Plinij libros commentarij, impressi Parisijs, 1530. in fol. De hisce obseruationibus in Plinium uide principium epistolæ Beati Rhenani, quæ impressa est in calce trium librorum Rhenani de rebus Germanicis. » In primis (inquit) ipsum uolumen non est exiguum, ex uarijs congestum authoribus, quod usui pauperculis esse possit, qui non habent bibliothecam » instructam: puta Aristotelem & Albertum de animalibus, Raphaëlem Volaterranum, ex quo integra fermè capita author transcripsit bona fide, hoc est, unà cum » ipsis mendis ne syllaba quidem mutata, Cœlium Rhodiginũ, Columellam etiam, » Palladiumq;, & similes scriptores. Nam hoc præcipue habet studio citare testimonia authorum, qui cum Plinio faciunt, de uerbis ipsis minime solicitus, quod illi penitus puerile uidetur. In summa liber talis est, qui si non magnopere iuuet, excitet » tamen literas, & Plinium ipsum uulgo fortassis commendet, &c.

STEPHANVS Aufrerus scripsit de potestate sæcularium super ecclesiasticas personas, & econtra. De recusationibus.

Eiusdem commentarius in Clem. de officiorum ordina. c. ut clericorum: excusus est typis.

STEPHANVS Bertrandus ædidit Cõsiliorum in iure uolumina quatuor, quæ & impressa sunt.

STEPHANVS Burlifer scripsit super sententijs. Liber impressus in Italia.

T.cl.1480. STEPHANVS de Caieta Neapolitanus, scripsit ad Ioannem Bapt. de Benteuolis de Saxo ferrato, Ferdinandi Siciliæ regis consiliarum, opus celeberrimum,

De sacramentis, lib. 7. Ad limina beati Petri.
Et quædam alia.

STEPHANVS Costa Iurisperitus scripsit de ludo, & de sententijs excommunicationis.

STEPHANVS Doletus Aurelius, natione Gallus, ad institutionem linguæ Latinæ castigatissimo stilo non pauca conscripsit intra paucos annos, partim ex officina propria (nam & typographum hoc tempore Lugduni agit) partim à Sebastiano Gryphio ædita. Ex quibus mihi cognita hæc sunt.

De re nauali ad Baysium liber.

Dialogus de imitatione Ciceroniana pro Christophoro Longolio contra Des. Eras. impressus apud Gryphium, 1536. in 4.

Orationes duæ in Tholosam. Epistolarum libri duo.
Carminum libri duo. Epistolarum amicorum ad ipsum Doletum, lib. 1. Omnia simul impressa in 8.

Carminum libri quatuor, in ipsius officina impressi, 1538. in 4.

De gestis Francisci Valesij regis Francorũ libri duo, quibus describitur quicqd per Gallos gestum est ab anno salutis, 1513. usque ad annum, 1539. primum Latine per Stephanũ Doletum cõpositi, deinde in Gallicam linguã translati per eundem, in offi-

in officina eius excusi sunt, 1540. in 4. chartis 10. promittit autem similiter de cæteris Gallorum gestis, quæcunq; uiuente ipso acciderint, deinceps se scripturum. Eodem anno alter libellus itidem ab eo Gallice scriptus ex officina eius prodijt, De laudabili translatione ex una lingua in aliam: item de punctis & accentibus linguæ Gallicæ, chartis 5. in 4.

Cõmentariorum linguæ Latinę Tomi duo, impressi Lugduni apud Gryphium in fol. 1536. cum præfatione authoris ad Guilielmũ Budæum: in qua integram gentis Gallicæ historiam pollicetur se conscripturum: & ab adolescentia sibi Ciceronianæ lectionis studioso hos Tomos paulatim esse collectos. Inuehitur obiter aduersus Ciceronianum dialogum siue Ciceromastigem Des. Erasmi, quem etiam in ipso opere indigne contumelioseq; tractat. Tertius ab eo promissus Tomus de collocatione oratoria ni fallor, aut cõposito & numeroso sermone in uniuersum, nondum ab eo æditus est.

In primo Tomo (sine certo ordine, ut mihi uidetur, nisi quod affinia interdum & opposita coniungit) uocabula plurima linguæ Latinæ interpretatur breuiter, ubiq; uero Ciceronis, aut Terentij, Cæsaris, Sallustij, sed ut plurimum Ciceronis, testimonia adiungit, ex quibus appareat quomodo ijsdem uocabulis aut per se aut alijs adiunctis eleganter utamur. Secundus Tomus præter multa uocabula similiter tractata, etiam ordines quosdam rerum habet, quibus omnes dictiones ad eas pertinentes cum authorum testimonijs inseruntur, qualia sunt: Vocabula bellica, nautica, rustica, rei cœlestis, bonæ & malæ ualetudinis, homo, partes corporis, cibus & potus, &c.

Eorundem commentariorum, primi inquam & secundi Tomi Epitome ab eruditio quodam cõcinnata, impressa est Basileæ apud Rob. Vuinter in 8. anno 1537. & rursus 1540. chartis 113. cum indicibus uocabulorum similium, affinium, & contrariorum, quæ eodem ordine in hac epitome ponuntur, quem ipse author seruauit: cætera autem uocabula in alphabeticum ordinem digesta sunt.

Formulæ Latinarum locutionum illustriorum, in tres partes diuisæ. Prima conflatas ex nomine & uerbo locutiones habet. Secunda significationem, & constructionem uerborum profert. Tertia usum particularum indeclinabilium demonstrat. Ex his prima tantum hactenus impressa est, Lugduni apud ipsum authorem, 1539. in fol. chartis 51. In præfatione scribit se in his formulis breuiorem esse, quàm in Tomis supra dictis. Itaq; sic habeto (inquit) multas hic à me dictiones explicari, quas in Tomis nostris non reperies. Eas uerò, quæ iam in Tomis expositæ sunt, breuius hîc enucleari: nullis scilicet, nisi admodũ necessarijs, exemplis: non uerbosa interpretatione, facili tantum compendio, &c. Sequitur autem ordinem alphabeticum.

Stephani Dutemplæi tabulæ in Galeni libros de morbis & symptomatibus, impressæ Lugduni apud Gryphium.

STEPHANI de † Phedericis Brixiensis clarissimi iureconsulti, de interpretatione iuris siue legum Commentarij quatuor, recens restituti & repurgati. Impressi Lugduni apud Frellæos, 1536. in 8. prius etiam in fol. excusi erant.

† Aliàs Fredericis.

STEPHANVS Fliscus de Soncino scripsit Synonyma uerborum.

Eiusdem Synonyma siue uariationes sententiarum, secundum locos quosdam digestæ, & epistolis scribendis accommodatæ: quæ magis placerent (per transennam enim solum inspexi) si formulis dicendi à probis authoribus desumptis uti, quàm pro suo arbitrio confictis maluisset. Adiecit quidam singulis sententijs Germanicã expositionem. In nullo pretio uel usu quod sciam hodie habentur: quanquã permulta insint bene & eleganter, atq; ex priscis ut uidetur collecta, sed eorum nominibus omissis. Excusus est liber in 4. chartis circiter 29.

Ex epilogo authoris. Ego uero ad compositionem elimandam & imitationem «

„ perficiendam iam accedo: Similiter in præfatione: Libellum (inquit) compositionis, „ præceptorumq; commodæ elocutionis propediem expecta.

STEPHANVS Forcatulus Blyterensis sc. penũ iuris ciuilis, unde quis possit depromere, quicquid usquam in iure ciuili ad rem alimentariam faciat, cum uarijs iurisprudentum responsis noua interpretatione illustratis. Lugduni impressit Michaël Parmenterius. 1542. in quarto, chartis 14.

T.M.1107. STEPHANVS qui & Herrandus Halberstatensis ecclesiæ quartusdecimus episcopus, ex abbate Ilsenburgensis cœnobij, ordinis sancti Benedicti, natione Teuthonicus, scripsit in persona Ludouici comitis elegantissimam & utilem epistolam ad Vualtramum episcopum Nienburgensis ecclesiæ defendentem Henricum rebellem ecclesiæ Romanæ.

Defensorium papæ, lib. 1. Sicut bonus homo de bo.
Et plures epistolas ad diuersos, lib. 1. Et quædam alia.

T.M.1471. STEPHANVS Hoëst Laudenburgensis, ecclesiæ Spirensis olim canonicus, natione Teuthonicus, scripsit non spernenda opuscula, è quibus extat.

In libros Ethicorum, lib. 10. Sermones & collationes, lib. 1.
Carmina & quædam alia.

T.cl. 910. STEPHANVS ex clerico Metensis ecclesiæ, episcopus Leodien. scripsit Ad Hermannum archiepiscopum Colonien sem,

Vitam S. Lamberti, lib. 1. Ad Rupertum episcopum Metensem, lib. 1.
Et quædam alia. Scripsit etiam cantũ de sancta trinitate ex Alcuino, quo in octauis pentecostes utimur, de inuentione S. Stephani, & cantum nocturnum, de S. Lamberto episcopo & martyre, quos omnes cum quibusdã alijs autentica & dulci modulatione composuit.

STEPHANVS Maleretus I.C. scripsit de electionib. Vbi de potestate regia cum eam.

STEPHANI Nigri Mediolanensis uiri utraq; lingua doctissimi, opera quædam impressa sunt Mediolani, 1521. in 4. peculiariter autem inuenio nominari Dialogos eius ibidem excusos.

Heroica Philostrati per Steph. Nigrum conuersa, cum eiusdem obseruationib. in Pausaniam. Impressa, ni fallor, in Italia: hoc certum est, quod ibi extent.

Ex Græcis præterea transtulit, Iconum Philostrati libros 2. Aurea carmina Pythagoræ. Orationem Musonij de optimo principe. Isocratis orationem de regijs muneribus. Collectanea quædam ex Athenæi Symposiacis, nempe: De helluonibus ac bibacibus, De generibus poculorũ, De inuentione coronarum conuiualium, De unguentis, De musicis instrumentis, De bellarijs, De saltationibus, De parasitis, De generibus placentarum, De scortis insignibus, De uino. His accedunt, quæ ipse conscripsit: Commentaria in aurea carmina Pythagoræ. Præfationes in Homerum, Pindarum, & T. Liuium. Hen. Petrus excudit Basileæ in 4. cum indice, 1532. chartis 54. Opus translatũ ex Athenæo, inscribitur aliâs, De nimio uitæ luxu.

Chriæ 5.

Ex Plutarcho transtulit de fraterna beneuolentia librum, & consolatoriam orationem ad Apollonium. Impressa sunt Basileæ cum reliquis Plutarchi moralib. opusculis Latinitate donatis.

T. Cl. Oxoniæ cũ VVicleffius combustus est. STEPHANVS Petringoñ. natione Anglicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, ædidit non spernenda opuscula, è quibus sunt:

Contra Vuicleffitas, lib. 1. Repertorium argumentorũ, lib. 1.
Lectura quædam notabilis, lib. 1. Sermones de tempore, lib. 1.
Sermones de sanctis, lib. 1. Et alia non pauca.

T.cl. 1330. STEPHANVS de Prouincia, utriusq; iuris professor & interpres eximius, scripsit quædam non negligenda uolumina, è quibus est opus insigne,

Super Clementinis, lib. 1.

Quæstiones

Quæstiones uariæ, lib.1. De cæteris nihil reperi.
* Citatur in Summa Angelica.

STEPHANVS Rosinus ex Augusta Vindelicorum, canonicus Viennæ Austriæ, supputauit tabulam declinationum stellarum fixarum & uaria prognostica.

STEPHANVS Salutatus Piscensis Philonis episcopi Carpathij in canticum cantico rum interpretationē, Latinitate donauit. Vuechel Parisijs excudit in 8. anno 1537.

STESICHORVS Himeræus poëta lyricus, scripsit libros 26. Dorica lingua. Vide Suidam. Athenæus Helenam eius & Syotheras allegat. Citatur & apud Stobæū semel ac iterum. STHENELVM poëtam Athenæus nominat libro 10.

STHENIDAE Locri Pythagorici fragmentū de regno, citatur apud Stobæum in ser mone de regno.

STILPON Megarensis philosophus apud primum Ptolemæū floruit, &c. dialogos scripsit non pauciores uigenis. Suidas.

STRABONIS Amasei philosophi Geographicorum libri 17. olim, ut putatur, à Gua rino Veronensi ac Gregorio Tifernate Latinitate donati, iam denuo à Conrado Heresbachio LL. doctore, ad fidem Græci exemplaris, authorumq; qui huc face re uidebantur, recogniti, ac plærisq; locis de integro uersi. Item,
Epitomæ eorundem librorum incerto authore, nunc primum in Latinum sermo nem è Græco conuersæ, Hieronymo Gemusæo interprete. Opus excusum Ba sileæ in officina Curionis, 1539. in fol. adiecto indice copiosissimo, chartis 166. Epi tomes per se chartæ sunt 20. indicis 7.
Vitam authoris Conradus Heresbachius in Latina æditione mox à præfatione subiecit: & subinde amplissimum catalogum authorum, qui à Strabone citantur. Philosophus fuit Stoicus, amicitia usus est Aelij Galli, cum quo Nilum nauigauit, ac totam ferè Aegyptum, bonamq; Africæ partē lustrauit. Quin & totam Vlyssis nauigationē peregrinationib. imitatus, ut eam diligentius interpretaret, insigniora orbis loca circūlustrauit. Claruit † Romæ temporibus Augusti ac Tiberij: scripsit item de Parthorum moribus, de rebus Italicis, & de gestis Pompeij: quem librum Iosephus in Antiquitatibus citat, & alicubi ad uerbum nōnulla indidē transcribit. † Vide inferius in Stratone.
Ex præfatione authoris. Varia est huius instituti utilitas, quædam ad res urba- "
nas, actionesq; principum, nonnulla ad cœlestium, terrestrium, rerumq; maritima "
rum scientiam, animalium, plantarum, fructuum, & aliorum, quæ penes uniuer- "
sos cernuntur. Permulta passim Homeri carmina citat & interpretatur. Stra "
bo Homericæ philosophiæ admirator, ac diligens rerum omnium indagator, cho- "
rographiam nobis uerius quàm Geographiam tradidit. Hen. Glareanus. Cui "
uacat, is & Hieron. Gemusæi præfationem legat de laudibus Strabonis.
Idem opus Græce excusum est Venetijs apud Aldum, 1516. in fol. & Latine ibi dem 1511. apud Bartolemæum de Zanis.

†STRABVS monachus Fuldensis, natione Teuthonicus, Rabani abbatis quondam auditor & scriba, scripsit in sacris uoluminibus expositis non pauca opuscula, imi tatus magistrum suum Rabanum. † T. cl. 840. † Aliás Strabo.
In Genesim, lib.1. In Exodum, lib.1.
In Leuiticum, lib.1. Libri Leuitici breuiss.
Et alia multa. Hic denique Strabus glossam, quæ ordinaria nunc dicitur, super totam Bibliam ex dictis sanctorum patrum primus cōportasse memoratur, quam alij multis postmodum adiunctis sententijs patrum ampliarunt.
* Vide supra in Haymone, fol. 300. a. uersu 8.

STRABI Galli poëtæ ad Grimaldum abbatem hortulus amœnissimus, hexametro carmine, eleganti sanè & non indocto, de quarundam herbarum uiribus: libellus est paulò maior charta 1. Impressus Argentorati apud Hen. Sybold. 1530. in 8. cum Hel. Eobani præceptis bonæ ualetudinis conseruandæ.

STRABO philosophus Amaseus, fuit tempore Tiberij Cæsaris, & scripsit geographiam libris septem. Suidas. Hæc supra ex Conrado Heresbachio de Strabone scripsimus: & uidetur sanè sic accipiendum: quanquam & Strabonis suo loco Suidas meminerit, Amaseum philosophum & geographum uocans. In numero librorum facile committi potuit erratum, iota omisso, denarij signo. Testatur sanè ipse Strabo, se nouisse Posidonium Stoicum philosophũ, quem Scipioni Africano familiarem fuisse constat.

STRATO comicus mediæ comœdiæ fuit. Suidas. Athenæus Lepnomedã eius & Phœnicidem allegat.

STRATO Lampsacenus philosophus, Theophrasto familiaris, &c. multa scripsit. Suidas.

STRATONIS distichon lib. 1. Florilegij, sectione 75. tetrastichon lib. 2. sectione 5. & aliud lib. 4. sect. 12. (quanquam id aliâs Meleagro tribuitur.) decastichon lib. 2. sect. 22. & hexastichon, sect. 47.

STRATTIS Atheniensis Tragicus multas fabulas scripsit, quæ citant ab Athenæo, & à Suida quoq; nominantur.

STRATTIS Olynthius historicus scripsit Ephemeridum Alexandri libros quinq;. De fluuijs, fontibus, & paludibus. De morte Alexandri. Suidas.

STRODI cuiusdam extant commentarij in Aristotelem barbari.

STROZAE, aliâs Strozij, pater & filius, hic Hercules, ille Titus prænomine, poëtæ Ferrarienses: poëmata eorum Aldus excudit Venetijs. Fuit & alius Philippus Strozza, à quo tamen nihil scriptum puto.

SVCCESSVS epistolæ 2. & 4. & 12. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coëpiscopis, lib. 1.

SVCCESSI à Birgermaniciana uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

SVDINES quidam citatur aliquando ab Erasmo Stella in libello de gemmis.

SVETONIVS Optatianus principes Romanos descripsit. Raph. Volaterranus.

SVEVIVS uetustus poëta scripsit Moretum, & alia poëmata. Gyraldus.

SVIDAS quidam, uel Sudas secundum alios, quod minus probo, Græcum Dictionarium scripsit, cui accessere uaria aliorum Lexica. Exponuntur autem in eo opere non dictiones solum, sed historiæ quoq; plurimæ passim, ad uerbum ex aliorum libris descriptæ: Vitæ clarorum uirorum, & authorum scripta perstringuntur: quæ nos inde conuertimus, aut Lectorem illuc remisimus: Multa etiam ex ecclesiasticis historijs insunt, & sæpe de scriptoribus ecclesiasticis eadem planè uerba ponuntur, quæ à D. Hieronymo. Excusum est in Italia Romæ opinor, & Venetijs apud Aldum, & Basileæ in officina Frobeniana, anno 1544. in fol. chartis 198.

Authores ex quibus Suidæ Dictionarium auctum est, hi sunt.

Eudemus rhetor de dictionibus ordine alphabeti.
Helladius similiter, qui uixit sub Theodosio iuniore.
Eugenius ex Augustopoli Phrygiæ urbe, de uarijs dictionibus, ordine alphabeti.
Zosimus Gazæus de dictionibus rhetoricis ordine alphabeti.
Cæcilij Siculi ecloge dictionum, ordine alphabeti.
Longinus Cassius de dictionibus ordine alphabeti.
Luperci Berytij Atticæ dictiones.
Iustini Iulij sophistæ epitome glossarum Pamphili, librorum 91.
Pacatus de consuetudine Attica, ordine alphabeti.
Pamphili pratum uariarum dictionum, quod continetur libris 95. nempe, ab e tenui, usq; o magnum. Nam quæ ab alpha usque ad delta sunt, Zopyrion fecerat.
Polionis Alexandrini Atticarum dictionum Collectanea, ordine literarum.

Non

Non dubito quinetiam ex alijs multa in hoc opus congesta sint: nam & Harpocrationis plæraq; insunt, ut supra dixi: & multa ex uarijs gentilium & Christianorum historiographis, quorum nullus nominatur inter illos undecim. Vide doctissimũ de Suida & hoc opere iudicium dialogo 3. Gyraldi de poëtis Latinis.

SVLAHIN citatur à Ioanne F. Serapionis. Vide Salomon.

SVLPITII Victoris ad M. Silonem generum de arte oratoria liber, ex Græco sermone, ut uidetur, translatus. Chartæ sunt nouem, impressæ Basileæ, 1521. in 4. cum diuersis aliorum ueterum libellis de figuris & rhetorica.
Ex præfatione authoris. Contuli in ordinẽ ea, quæ ferè de oratoria arte traduntur, secundum institutum magistrorum meorum, Zenonis præcepta maxime persecutus, ita tamen, ut ex arbitrio meo aliqua præterirem, plæraq; ordine immutato referrem, nonnulla ex alijs, quæ necessaria uidebantur, insererem. " Zeno.

SVLPITII de syllabarum quantitate liber excusus, in 4.

SVLPITII carmen hexametrum, & 70. epigrammata, inuenta in cœnobio quodam Italiæ iuxta Bobium oppidum, anno 1494. Raph. Volaterranus.

SVLPITIVS poëta & orator haud ignobilis, cum tribunus plebis esset, orta contentione cum C. Cæsare ædili, & L. Cæsare prætore fratribus, causa fuit bellorum ciuilium, &c. Gyraldus ex Asconio Pediano: nihil autem refert quod ab eo scriptum extet.

SVLPITII Carthaginensis carmẽ quoddam excusum uidi, in fine operum Virgilij, quæ Brylingerus Basileæ hoc anno, 1545. publicauit.

SVLTO Germanus, theologus opinor, citatur in Chrysopasso Io. Eccij.

SVNIAETHON scripsit historiam Phœnicum. Athenæus.

SVPERIANVS sophista Isaurus. Suidas: sed nullum eius scriptum refert.

SVSARIONIS senarij 4. apud Stobæum in sermone, quod nuptiæ alijs prosint, alijs obsint.

SVSANNAEI ludorum libri, excusi Parisijs apud Colinæum.

SYAGRIVS scripsit de fide aduersum præsumptuosa hæreticorum uocabula, quæ ad destruenda uel immutanda sanctæ Trinitatis nomina usurpata sunt, &c. Sub huius Syagrij nomine, septem de fide & regulis fidei libros prætitulatos inueni: sed quia lingua uariantur non eius credidi esse. Gennadius.

SYMBALDVS, uide Innocentius 4.

SYLVERII papæ decreta, & Syluestri papæ excerptiones ex decretis: Impressa Coloniæ cum reliquis pontificum decretis.

SILVESTER de Prierio Bononien. ordinis fratrum Prædicatorum doctor, ac clarissimus sanè doctrinæ sancti Thomæ Aquinatis expositor. Scripsit defensorium doctrinæ S. Thomæ quæstio. Io. Capeoli scripta breuians. Scripsit etiã introductorium logicæ. Item summã sermonum quæ rosa aurea nuncupatur. Item summam de casibus cõscientiæ. Item malleum Scotistarum. Item super 4. libros sententiarum. * Syluestrina summa, typis excusa. T in appẽdice. Ch. 1512.

SYLVESTRI de Prierio feudi Astensis, liber de ueritate Romanæ ecclesiæ contra f. Martinum Lutherum. Sylvestri Prieriatis S. Palatii Apost. Magistri Dialogus contra Lutheri Conclus. Vide T. 1. Op. Luth. W. L. p. 169. T. 1. Op. Luth. W. L. p. 160. 188.
Replica ad Mart. Lutherum, charta 1. excusa in 4. Vide supra in operibus M. Lutheri fol. 502. b. uersu 40. & sequente.

SYMEON nomen proprium, à nonnullis per iota scribitur. Sunt qui perperam cum Simone confundant.

Rabi SYMEON Ben Ioachim, super Leuiticũ, amplissimum uolumen scripsit, in quo penè omnium rerum naturas discutiens ostendit, quo modo Moyses secundum triplicis mundi conuenientiam & rerum naturam, arcam, tabernaculum, uasa, uestes, ritus, sacrificia, & reliqua mysteria ad Deum & uirtutes cœlestes placandas, & ad expiandum horum imaginem hominẽ ordinauit: & hanc expositionẽ multi

cabaliſtæ ſequuntur, illi uidelicet qui de Breſith, hoc eſt de creatis tractant: Nam illi qui de Mercana, hoc eſt de tribunali Dei diſſerentes per numeros, per figuras, per reuolutiones, per ſymbolicas rationes omnia in ipſum referunt archetypū; hi anagogicum ſenſum ſcrutantur. Hæc, ni fallor, ex Io. Pico deſcripſi.

Rabi Simeonis commentarij Hebraici in Ezdram, Neemiam, & Paralipomenon: impreſſi Venetijs apud Bambergum.

R. Simeonis logica per Sebaſtianum Munſterum Latine iuxta Hebraiſmum uerſa, ad Hebræorum commentaria legenda utilis ac neceſſaria. Io. Frobenius excudit Baſileæ, 1527. in 8. chartis 8.

SYMEON (ſic enim plærunq; lego: licet Raph. Volaterranus, unde hæc deſcribo, Simon habeat) Conſtantinopolitanus, ludimagiſter, circiter annos ab hinc ducentos, compoſuit Græce metaphraſtas, id eſt, ſanctorū uitas, quæ ſingulis menſibus proprie leguntur, habenturq; in Bibliotheca Vaticana. Simeonis metaphraſtæ legendæ ſanctorum, extant Græce in biblioth. Auguſtæ Vindelicorum.

SYMEONIS Beſtij liber Græcus de naturalium philoſophorum opinionibus, ſeruatur in Italia. Neſcio an idem ſit, qui inſcribitur: Simeonis magiſtri Phyſica contemplatio, in Bibliotheca Græcorum uoluminū Diegi Hurtadi oratoris Cæſarei apud Venetos.

SYMEONIS Logothetæ Gnomica, id eſt, ſententiarum collectanea, ni fallor. Liber Græcus in Italia.

SYMEONIS Meſopotamiæ ſermo Græcus, de eo quod ſemper in animo habere debeamus diem exitus uitæ, ſeruatur in Italia.

SYMEONIS presbyteri (eiuſdem nimirum) ſermones & hymni extant Græce in bibliotheca Auguſtæ Vindelicorum.

S. SYMEONIS noui theologi, liber Græcus de oratione, ſiue de tribus modis orandi: extat in Bibliotheca quadam Italiæ.

SYMEONIS Sethi magiſtri Antiochiæ liber Græcus de cibariorum (cōdimentorum quoq;, aromatum, odoramentorum, & aliorum quorundam ſimplicium) facultatibus per ordinem literarum. Michaël Iſingrinius excudit Baſileæ, 1538. in 8. Græce, & Latine Lilio Gregorio Gyraldo interprete: chartis 12. & dimid.

» Ex præfatione authoris ad Michaëlem Ducam imperatorem. Cum plurimi, & » quidem docti, non ſolum Græcorum, ſed & Perſarum, & Agarenorum, & Indo» rum, de nutrimentorum facultate conſcripſerint, ac in quibuſdā conſona ſcribere » uideantur, in quibuſdam uero miniме, diu cogitaui de cunctis meliora & uera ma» gis ſcrutari, tuæq; maieſtati offerre, uti cum ſingulorum nutrimentorum uires & » proprietatem noueris, his commode uti queas. Vocabulis quibuſdam cibario» rum ſui temporis utitur, quæ apud ueteres Græcos non reperias. Vide ſupra in Michaële Pſello, ab initio folij 513.

Symeonis Seth τὸ κατὰ συφανίτην καὶ ἰχνηλάτην, liber Græcus in bibliotheca Auguſtæ Vindelicorum.

SYMEON Xerocerci principis capita practica & theologica centum.

† Forte gnomica. Eiuſdem † gnoſtica & theologica capita 25. Extant Græce in bibliotheca Diegi Hurtadi legati Cæſaris apud Venetos.

T. M. 515. SYMMACHVS papa, natione Sardus, ſcripſit quaſdam epiſtolas & non contemnenda opuſcula, de quibus ego reperi.

Decretum primæ ſynodi,	lib. 1.	Propter frequentes am.
Decretum ſynodi Romanæ,	lib. 1.	Cum in unum apud beatum.
Geſta alterius ſynodi Romanæ,	lib. 1.	Quarta ſynodus habi.
De exceſſibus clericorum,	lib. 1.	Bene quidem fraterni.
Epiſtolarum ad diuerſos,	lib. 1.	* Decreta eius, cum cæteris Pontificijs impreſſa ſunt Coloniæ in Volumine Conciliorum 4.

SYMMACHI episcopi Romani apologeticus aduersus Anastasiũ Imp. charta 1. cum Chromatij libello: adijcitur & ecclesiæ orientalis scriptũ ad eundem Symmachũ. Sozat. H.E. l. 5. c. 14.

SYMMACHVS Patricius, senator & consul Romanus, socer Boetij, fertur nonnulla T.M. 524. composuisse opuscula, de quibus ego tantum reperire potui uolumen quidem breue, sed elegans:

Epistolarum ad diuersos, lib. 1. Nempe derides quod de.

* Huius authoris epistolæ familiares, impressæ Venetijs in 4. adiectis argumentis in singulas, cum astronomicis quorundam opusculis.

Symmachus nec magnitudine rerũ nec gratia sermonis potuit conseruare famam posterorum: Verba sunt Lud. Viuis, si bene memini.

SYMMACHI urbis præfecti epistola persuadentis ritus ueteres circa cultũ deorum esse seruandos: ad Valentinianum, Theodosium & Arcadium Augg. habetur libro 5. epistolarum S. Ambrosij: & cum operibus Aurelij Prudentij.

SYMPHORIANI Campegij (alias Champerij) Lugdunensis, natione Galli, equitis aurati ac Lotharingorum principis archiatri, Castigationes seu emendationes pharmacopolarum, ac Arabum medicorum, Mesuæ, Serapionis, Rasis, Alpharabij, & aliorum iuniorum medicorum, in 4. libros diuisæ.

Liber 1. agit de simplicibus medicamentis.

Secundus castigat Antidotariũ Mesuæ, Nicolai, Serapionis, & aliorũ recentiorũ.

Tertius est de modo curandi per medicinas laxatiuas.

Quartus cõplectit curationes ac remedia ægritudinũ principaliũ humani corporis.

His accedit officina apothecariorũ & iuniorũ medicorũ: ubi antidota seu cõposita medicamenta recentiorũ emẽdantur. Secreta sublimia, pilulæ, & experimenta.

De phlebotomia in uiscerum inflammationibus præsertim Pleuritide.

Quæstio de uino exhibendo in febribus. Quæstio de eodem Iacobi Syluij.

Chartæ sunt 21. excusæ Lugduni, 1532. in 8. apud Io. Crespin.

Eiusdem uaria opuscula, & aliorum quorundam impressa Lugduni in 8. chartis 24. Sunt autem hæc.

De claris scriptoribus medicinæ ueteribus & recentioribus liber 1. Inde nos etiam nonnulla mutuati sumus. Descripsit autem non pauca ex Io. Trittemij catalogo ad uerbum.

De legum diuinarum conditoribus, unà cum impugnatione sectæ Mahometicæ, siue Alchorani, lib. 1. nouus, & historijs refertus.

Dialogus in legem Mahometicam.

De corporum animorumq; morbis, ac remedijs eorum libelli duo, quorum primus introducit in practicam Galeni: secundus curat animi ægritudines.

Euangelicæ Christianæq; religionis ex scriptis gentilium & poëtarum & philosophorum, ualidissimis argumentis comprobatio.

Aphorismi siue collectiones medicinales.

His adijciuntur aphorismi Alex. Benedicti, Alex. Aphrodisiei de febrib. lib. 2. Georg. Valla interprete. Opuscula quædã Hippocratis Andr. Brentio interprete.

Eiusdem Hortus Gallicus, liber in re medica, quo recensentur, si bene memini simplicia medicamenta, quæ in ipsis Gallijs per diuersa loca proueniunt. Excusus est enchiridij forma.

Monarchia Gallorum, liber impressus. Practica, excusa typis.

Galeni campi historiales ex omnibus Galeni libri excerpti, & in quatuor libros digesti per Symph. Campegiũ, & eiusdem cõmentarijs explicati: narrantur autem in eis omnia Galeni experimenta, & reliqua quoquo modo ad medicinã pertinentia, quæ ipse Galenus sparsim in operibus suis se uidisse aut obseruasse testatur: Campos inscribit à nomine Campegiorum; nam & Thomæ Campegio Protonotario apostolico eos dedicat. Eiusdem campi clysteriorum secundum Galeni &

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1253] - 606v

Græcorum doctrinam, contra Arabum traditionem congestū.
Eiusdem libri duo de apologetica disceptatione inter Andream Turinum, & Matthæum Curtium, quibus docetur per quæ loca sanguis mitti debeat in Pleuritide, et plurimorum authorum diuersæ super eadem re sententiæ ad uerbum referuntur. Cratander impressit Basileæ, 1532. in fol, cum indice: chartis 42.

De Dialectica, rhetorica, geometria, arithmetica, astronomia, musica, philosophia naturali, medicina, theologia, item de legibus, politica, & ethica. Hæc omnia sunt tractata ex Aristotelis & Platonis sententia: (quod ipse non affero, sed titulum describo.) Pollicitis diues quilibet esse potest. Hen. Petrus excudit Basileæ 1537. in 8. chartis 8. & dimid. satis paruo libello post tot & tantas pollicitationes, quales ne Thessalus quidem medicus suis discipulis promittebat.

SYNESIVS è Pentapoli Africæ philosophus Christianus, præsul Ptolemaidis factus, scripsit libros in Grammatica, philosophia, sermones regios, panegyricos uel demonstratiuos, encomium caluitij, de prouidentia sermonem mirabilem charactere Græco: & alios plurimos ac diuersos libros composuit, & admirandas epistolas. Suid. Alicubi additur Cyrenæus gentile.

» Omnia Synesij scripta seruantur in Italia Græce. Philostratus floridus ac pi-
» cturatus: dilucidus magis & simplex Libanius: Ex nostris Synesius elaboratus,
» & translationibus paulò obscurioribus frequens. Viues: quasi uero Latine scripserit Synesius.

De interpretatione somniorum liber Græcus, impressus Venetijs ab Aldo in 8. cū Artemidoro de somnijs: et Latine ibidē, Marsi. Ficino interprete, si bene memini.

Caluitij laus, Latinitate donata, Io. Phrea interprete, impressa olim Basileæ apud Io. Frobeniū (cum Des. Erasmi Moria) adiectis Be. Rhenani scholijs. Præfatur autem interpres, omnes Synesij libros (hoc uno excepto) tot ac tantis obstrui difficultatibus, ut eis uertendis manus adhuc admouerit nemo.

Epistolæ eius Græcæ, excusæ Venetijs ab Aldo, in uolumine epistolarum diuersorum authorum in 4. chartis 14. scribit autem ad episcopos aliquot, & alios.

Epistola S. Synesij πρὸς τὴν πίστιν, id est, ad fidem, extat in Italia: nec scio an cum superioribus ab Aldo impressa sit.

Synesij philosophi ad Dioscorum in librum Democriti, ueluti scholia. Græce in Italia.

Sermones eius Græci extant Romæ: nominantur autē inter alios, de regno, de domo, de uita sua. Seruantur etiam in Bibliotheca Augustæ Vindelicorum, de prouidentia libri 2. de regno lib. 1. de caluitio lib. 1. omnes Græce.

Synesij philosophi monosticha 2. lib. 4. Florilegij: alterum sectione 4. alterum 5.

SYNESII Scholastici hexastichon ibid. lib. 4. sect. 13.

SYNTHIS grammatici cuiusdam barbari nomen alicubi legi.

SYRIANI, Sopatri & Marcellini Commentarij Græci in Hermogenis rhetorica, impressi ab Aldo, 1509. in paruo fol. Eiusdem authoris esse puto librum hac inscriptione Romæ in Bibliotheca Vaticana conditum: Syriani sophistæ & aliorum super aliquas partes rhetoricæ.

Syriani solutiones quæstionum in tertio libro metaphysicorum Aristotelis, Venetijs extant Græce in biblioth. SS. Io. & Pauli. Commentaria Græca in tres posteriores libros (alias εἰς τὸ β'. γ'. δ'.) metaphysicorum: apud Diegū Hurtadum Cæsaris oratorem Venetijs, & alibi in Italia.

SYRICIVS. Vide Siricius.

NOMINA ET SCRIPTA
AVTHORVM PER LITERAM T.

TABARI citatur à Ioanne F. Serapionis.

TACVINVS quidam medicus, ante annos circiter 30. fertur quædã ædidisse, impressa in Italia. Sunt & Tacuini dictæ tabulæ in re medica Elluchasemi cuiusdam.

TANCREDVS doctor iuris canonici citatur in Summa Angelica. Scripsit Compendiosam.

Tancred prouinciale manuscriptum uidi, chartis circiter 5. in quo enumerantur omnes episcopatus prouinciatim.

TARANTINVS Paternus uetus I. C. scripsit de re militari libros 4.

TARENTINVS citatur in Constantini Geoponicis.

† TARRHAEI & Didymi prouerbia, & ea quæ apud Suidã aliosq; habentur, Aldus excudit Venetijs Græce, cum fabulis Aesopi, ordine alphabeti, in paruo fol. † *Aliâs Lucilij Tarrhæi.*

TARSIANI & Matidij & aliorum presbyterorum epistola scripta è Pamphylia urbe Suedrorum ad S. Epiphanium, in qua petunt de fide in patrem & filium & S. spiritum edoceri, & de alijs eiusdem fidei partib. Præponitur libro Ancorato Epiphanij, de quo supra diximus.

TATIANVS hæresiarches, Iustini martyris auditor, scripsit insignem librum contra gentes. * Vide plura apud Hieronymum. TAtiani Assyrij ex Hellenismo ad Christum conuersi oratio ad Græcos, qua nihil eorum quibus Græci gloriantur in Græcia natum esse, sed omnia à barbaris inuenta, per inductionem elegante admodum sermone Græco declarat, & multa Græcorum mala recenset: Videtur autem non alia esse oratio cuius meminit Hieronymus. Attulit eam nuper ad nos Io. Frisius noster ex bibliotheca Diegi Hurtadi Cæsaris apud Venetos legati, & breui Deo iuuante in lucẽ dabit: uidentur futuræ chartæ circiter 4. si liber impressus fuerit. Quære supra in Ammonio fol. 36. a. uersu 36. & in Amachio apud Suidam. Factus est martyr sub Iuliano apostata. *T. cl. 170.*

TAVRVS Berytius philosophus Platonicus, sub Antonino Pio, scripsit de differentia dogmatum Platonis & Aristotelis, de corporibus, & incorporeis, & alia plurima. Suid.

TEBITH, nomen barbarum diuersis modis scribitur, aliâs prima litera tantum aspirata, aliâs ultima. Thebit ben Corat, citatur in Summa Alberti Magni. Extat liber eius de significationibus planetarum, capitis & caudæ draconis.

Tebitij rudimenta quædam, & de motu octauæ sphæræ librum, & Demonstrationes in Almagestum ubi Ptolemæi demonstratio deficit: & Additiones in sphæricam Menelai: Franciscus Maurolycus æditurum se pollicetur, ut supra dixi.

Tebith naturalis magiæ scriptor. Vide in Zoroastre.

TELEPHI Pergameni grammatici scripta multa & uaria Suidas commemorat.

TELETIS librorum de autarcia, de casibus, de exilio, de imperturbatione, fragmenta in Collectaneis Stobæi supersunt.

TELESILLAE poëtriæ Argiuæ, quam cum alijs mulieríb. armatam Lacedæmonij fugerunt, Suidas meminit.

TELESPHORI papæ decreta, cum reliquis pontificijs impressa.

TENARVM Grammaticum Athenæus libro 15. citat.

TENAX epistolæ 4. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coëpiscopis, lib. 1.

TENACIS ab Horreis Cæliæ, & TERAPII à Bulla cõfessoris uerba, leguntur apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

TERENTIANVS Maurus Carthaginensis per eadem tempora excelluit in poëtica,

quibus Alphius Auitus, Septimus, Petronius Arbiter, & Aurelius Apollinaris. Grammatici ueteres, ut Seruius & Priscianus, inter recentiores authores eum referunt. Opus composuit uario multiplicique carminum genere, de literis, syllabis, pedibus, & uarijs metris: in quo habita ratione utilitatis, omnem propè gratiam contemplit: & cum ualde laboraret in scribenda atque explicanda uarietate carminum, minime alienum existimauit ab officio eruditionis, si eorum poëtarum exemplis uteretur, qui suis prope temporibus aliquid scripsissent, ut Alphij Auiti, Septimij, atque aliorum. Meminit eius etiam Augustinus, referens illius uersiculum de M. Varrone. Filium habuit nomine Bassum, & Nouatum generum. Hæc ex Petro Crinito. Impressum est hoc opus Francofordi apud Egenolphum, 1532. in 4. chartis 12. ex emendatione Iacobi Micylli, qui ubi corruptum aliquid aut omissum apparebat, asteriscos adiecit, & lectionis diuersitatem in margine notauit. Plæraque ex hoc opere in Aldi Manutij grãmaticis institutionibus de prosodia transcripta sunt.

Iaco. Micyllus.

TERENTIVS Clemens uetus I. C. scripsit de legibus lib. 20.

TERPANDER poëta primus heptachordum lyram inuenit, & carmina lyrica scripsit. Suidas.

TERPSICLES scripsit de Venereis. Athenæus.

TERTII Damiani Vissenaci Decipolitani Theorica medicinæ & chirurgiæ, cum libello περὶ τῆς ἱδρωτόσου, id est, morbo sudorifico, sic autem opinor Gallicum morbum uocat. Antonius Idumæus excudit Antuerpiæ, 1541.

TERTVLLIANVS uetus I. C. scripsit, Quæstionum libros 3.
De castrensi peculio lib. 1. De senatusconsultis lib. 1.
Ad senatusconsultum Libonianum & Ophitianum.

TERTVLLVS epistolæ undecimæ, & 12. author apud Cyprianum, lib. 1. cum alijs presbyteris.

THADAEVS Romanus, qui res Friderici primi carmine descripsit, citatur in Chronicis Io. Cuspiniani.

T. cl. 1280.

THADAEVS natione Florentinus, medicæ artis peritissimus doctor, scripsit

In aphorismos Hippocratis,	lib. 1.	In prognosticos eiusdem,	lib. 1.
In opus acutorum eiusdem,	lib. 1.	In Tegni Galieni,	lib. 1.
In Isagogas Iohannitij,	lib. 1.	De conseruanda sanitate,	lib. 1.
Consilia uaria,	lib. 1.	Et quædam alia.	

* Vide Trittemium, & Symphorianum Campegium, de ingenti mercede, quam à principibus uocatus in diem solebat pacisci, &c.

Abbâ THALASSII Libyis & Africani monachi de amore, continentia, & gubernatione animi ad Paulum presbyterum hecatontas prima usque ad quartam Græce extant. Thalassium Suidas in Theophilo nominat.

Hecatontades eædem quatuor Ioan. Oecolampadio interprete, impressæ sunt Augustæ Vindelicorum apud Sigismundum Grim̃, 1520. in 4. chartis 5. & dimid. Sunt autem numero circiter 400. diuinæ & utiles pijs sententiæ. Singularum hecatondadum primis sententiarum literis inter se connexis, certæ sententiæ constituuntur.

THALETIS Milesij unius ex septem sapientibus Græciæ dicta referuntur à Plutarcho, Stobæo, Diogene Laërtio. Vide Suidam.

THALETAS Cres aut Illyrius Lyricus, ante Homeri ætatem carmina scripsit. Suid.

THALETAS Cnossius Rhapsodus ædidit poëmata quædam fabulosa. Suid.

THALLI hexastichon lib. 2. Florilegij, sectione 1.

THAMYRIS uel Thamyras epopœus ante Homerum. Vide Suidam.

THEAETETVS Athenienſis astrologus Philosophus, Socratis discipulus, primus scripsit τὰ πέντε καλούμενα σχήματα. Suidas bis de eodem opinor.

THEA-

THEANÛS ex libro de uirtute Dorico citantur fragmenta apud Stobæum in sermone de prudentia duobus in locis: sed Θεαγοῦς legitur pro Θεανοῦς. THEANO Locris poëtria & THEANO Metapontina aut Thuria, et alia Cressa, cõmemorant à Suida.

Theanûs epistola de liberorũ educatione ad Eubulam. Consolatoria ad Nicostratam zelotypam. Admonitoria ad Callisto quomodo ancillis præesse deceat. Aldus excudit Venetijs Græce in uolumine epistolarum diuersorum authorum.

THEMISONIS Pallenidem Athenæus citat.

THEMISTII Euphradæ (ob eloquentiam sic dicti) Peripatetici nobilissimi tempore Iuliani apostatæ, à quo & †prætor creatus est Cõstantinopoli, opera omnia, excusa Græce Venetijs in officina Aldi, 1534. in fol. cum Alexandri Aphrod. libris de anima & de fato. Omnium chartæ sunt 89. Sunt autem hæc. Paraphrases in Aristotelis Posteriora analytica. De naturali auscultatione. De anima. De memoria & reminiscentia. De somno & uigilia. De insomnijs. De diuinatione per somnum. †ὑπαρχῷ.

Eiusdem orationes 8.

Philosophus. Ad patrẽ suum. De amicitia. Sophista. De humanitate imperatoris. De facilitate principis ad audiendum. Exhortatoria Nicomedensibus ad philosophiam. Ad eum qui rogauerat ut ex tempore orationẽ haberet.

Eædem paraphrases (in quib. Aristotelis uerba, aliâs copiosius, aliâs breuius redditi, interdum & ordinem sententiarum transponit, prout plusculũ lucis accessuris scriptis philosophi uidebatur) excusæ sunt Latine Hermolao Barbaro interprete, Basileæ in officina Curionis, 1533. in 4. cum indice copioso, chartis 87. & dimid. Scribit autem Hermolaus in præfatione sua non Euphraden, sed Ecphrasten eum cognominatum esse, ab ecphrasi quæ est mera puraq; enarratio.

Orationes eius quod sciam, à nemine adhuc translatæ sunt. Extant autem præter superiores, sex aliæ nondum æditæ Venetijs apud Diegum Hurtadum Cæsaris oratorem.

Themistij sophistæ & præfecti (ὑπάρχου) sermo in calamitose affectos sub Valente, & in alios. Græce extat in Italia. Meminit & Sozomenus libro 8. tripartitæ historiæ, libri Themistij ad Valentem in quo perorat eum esse non oportere crudelem in consubstantialitatis cultores, &c. Apud Stobæum etiam ex libris eius fragmenta aliquot citantur. Superiore sæculo lucidus doctor cognominabatur.

De characteribus opusculum Græcum, Romæ in biblioth. Vaticana.

Suidas præter superiores Paraphrases in Aristotelem, ait eum scripsisse etiam propria quædam de scopo & inscriptione prædicamentorum lib. 1. & dialexes.

THEMISTOCLES Athenieñ. scripsit epistolas grauitate plenas. Suidas.

THEMISTOGENES Syracusanus historicus Cyri expeditionem, quæ inter Xenophontis Græcanica historia censetur, & alia quædã de patria sua cõposuit. Suidas.

THEOBALDI Gerlachij Billicani Nordlingiacensis ecclesiastæ, scholia in Micheam prophetam, impressa Augustæ Vindelicorum, 1524. in 8.

Apologia ad Io. Stoplerum cancellarium Brunsuicensem de commento reuocationis (in religione) per æmulos uulgato. Impressa Vuormatiæ in 8.

Epistola ad Vrbanum Regium de uerbis cœnæ Dominicæ & opinionum uarietate, cum responso Vrbani Regij. Libellus excusus, 1526. in 8. chartis 2. & dimid.

Epitome dialecticæ, impressa Haganoæ apud Secerium in 8. 1527.

THEOBVLI gnomas aliquas Stobæus allegat.

THEOCLYTI Horas Athenæus allegat.

THEOCRITVS Chîus rhetor, &c. scripsit Chrias, Historiam Libyæ, & epistolas mirabiles. Suidas.

THEOCRITI ueteris poëtæ Græci Idyllia siue poëmatia uariŋ argumenti numero 36. hexametris uersibus scripta, dialecto Dorica: item epigrammata 19. Bipennis, Ala, & Ara. Impressa Græce in 8. Venetijs, & Haganoæ à Secerio, & Basileæ à Cratandro, 1530. in 8. chartis 12. & dimid. & Romæ in 8. cum commentarijs Græcis anonymis. Vixit tempore Ptolemæi Lagoi, & propter ingenium magnam ex Bucolicis carminibus gloriam consequutus est. Sunt qui dicant Moschum prius uocatum, postea Theocritum cognominatum esse. Vide Suidam. Citantur eius epigrammata 4. in diuersis Florilegijs locis.

Eadem Latine. Vide in Helio Eobano.

THEOCTISTI presbyteri mentionem facit Hieronymus in uitis scriptorum ecclesiasticorum de Ambrosio Origenis contemporaneo loquens.

A THEOCTISTO & Alexandro Cæsareæ & Hierosolymorũ episcopis Origenes presbyter ordinatus est. Hieronymus de uita scriptorum in Origene.

Theoctisti sententiæ quædam Græcæ iuxta literarum seriem, habentur in fine Collectaneorum Ioan. Stobæi.

THEODECTAE Phasiletæ rhetores, pater & filius. Vide Suidam. Pater etiam fabulas scripsit, quarum testimonijs Stobæus utitur. Athenæus quoq; semel Theodecten citat.

THEODERICVS, nomen ut uidetur corruptum à Theodorito, siue Theodoreto: unde & THEODORICVS, uel Theodorichus interpolata uidentur: quamuis apud Suidam quoq; Θεοδώριχος legatur. Nempe ex omnibus illis nulli astipulatur compositionis & etymi ratio, quàm quod Græce Θεοδώρητος, id est, à Deo datus scribitur: inuenio & THEVDERICHVS apud Suidam, (ut Theudosius pro Theodosius) quod proxime accedit ad Germanicum Dieterich.

T.cl.1200. THEODERICVS abbas ordinis S. Benedicti, natione Teuthonicus. Fertur nonnulla composuisse opuscula, de quibus ego tantum uidi ad quosdam abbates.

Vitam sanctæ Hildegardis, lib. 4. In Romana repub.
Et quasdam epistolas.

T.cl.1040. THEODERICVS monachus ordinis sancti Benedicti, natione Teuthonicus. Fertur quædam opuscula scripsisse, de quibus ad meam notitiam pauca peruenerunt. Legi tantum ad Richardum abbatem Fuldensem.

De uita sancti Benedicti, lib. 1. Cum cœlestium sacramen.
De translatiõe corporis eiusdẽ, lib. 1. Cum diu gens Longo.
Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

THEODERICI Dorstenij medici Botanicon, continens herbarum, aliorumq; simplicium, quorum usus in medicinis est, descriptiones & imagines, ex præcipuis utriusq; linguæ authoribus, cum corollario eorum quæ à Neotericis obseruata usuq; comprobata sunt. Egenolphus excudit Francofurti, 1540. in fol. chartis 158. πολλὰ μὴ ἑδλὰ μεμιγμένα, aliunde collecta: πολλὰ δὲ λυγρά.

T.cl.1476. THEODERICVS de Herxen, natione Teuthonicus, ordinis fratrum clericorum in communi uiuentium uisitator, multa scripsit è quibus ista feruntur.

In toto Psalterio, lib. 1.
Super oratione dominica, lib. 1.
Super Aue Maria, lib. 1. De passione Domini, lib. 1.
De moriendi desiderio, lib. 1. Et alia multa.

[illegible] THEODERICVS de Osenbruck, natione Teuthonicus, ordinis fratrum Minorum prouinciæ Colonieñ. legit mihi nuper dum Coloniæ mecum esset, opusculum insigne & deuotioni congruum, quod cõposuerat ad instantiam Hermanni archiepiscopi Colonien sis,

De passione Domini, lib. 1. Reuerendissim. in Christo.
Manuale simplicium, lib. 1. Quia sicut Augusti.

De

De exercitio interiori, lib. 1. Qui perseuerauerit.
Et quædam alia.

THEODERICVS abbas monasterij S. Trudonis Leodiensis diocœsis, ordinis diui patris Benedicti, natione Teuthonicus, scripsit utroq; stilo quædam præclara opuscula, è quibus feruntur subiecta, eleganti metro conscripta. T. cl. 1100.

Vita sancti Trudonis. lib. 1. Vita sancti Bauonis, lib. 1.
Vita sancti Remoldi, lib. 1. Et alia plura.

THEODERICVS de Sustern citatur in Chrysopasso Io. Eccij.

THEODERICVS Vlsenius homo Phrysius singularis eruditionis & peritiæ in carmine & oratione. Inter quæ extant eius, T. cl. 1494.

Elegiæ cultæ. Et alia epigrammata. Et alia plura quæ ad posteritatem uentura sunt.

THEODOLVS: uide Theodulus.

In THEODAE Isagogen Galeni commentarij quinq; scripti non extant.

THEODONTII Grammatici nomen citatum legi in Genealogia Boccatij.

THEODORICI Adamæi Sallembergi annotationes in Procopij rhetoris libros sex de Iustiniani imperatoris ædificijs, à Francisco Craneueldio conuersos: excusæ Parisijs, ut supra dictum est.

Eiusdem Panegyricus gratulatorius de Christiani orbis concordia, impressus Parisijs apud Vuechelum.

De insula Rhodo & militarium ordinum institutione liber: ibidem.

Cebetis tabula Latinitate donata: ibidem.

THEODORICVS: uide Theoderitus.

THEODORICI Francorum regis latæ leges Riboariorum. Libellus impressus in 8. Basileæ puto. Theuderichi Francorum regis Suidas meminit.

THEODORICVS Cortohoeuius Adagia Des. Erasmi redegit in locos communes. Liber impressus Coloniæ, 1533. in 8. apud Io. Præl.

THEODORICI episcopi Ceruiensis, ordinis Prædicatorum, chirurgia secundum medicationem Hugonis de Luca, sermone barbaro, impressa Venetijs chartis 19. anno 1499. in fol. cum alijs diuersis chirurgis.

THEODORICVS Gerardus Gaudanus transtulit ex Galeno librum de curandi ratione per sanguinis missionem. De sanguisugis, reuulsione, cucurbitula, & scarificatione libellum. Habentur cum cæteris Latine redditis Galeni operibus impressa. Item de simplicium medicamentorum facultatibus libros 11. eiusdem.

THEODORICVS Gresmunt de Meschede scripsit de regimine sanitatis tempore pestis, ut dictum est in Godescalco de Meschede.

THEODORICHO Platonico præceptori suo, Rodulphus Brugensis nuncupat uersionem suam Planisphærij Ptolemæi.

THEODORICVS Morellus Campanus scripsit Enchiridion ad uerborum copiam frugiferum, ex optimis quibusq; authoribus, præcipue ex prouerbijs Erasmi, &c. Ioan. Gymnicus excudit Coloniæ, 1531. in 8. chartis 12.

THEODORICI à Niem historia de schismate, quod in Ecclesia Romana inter Vrbanum Papam, & Clementem antipapam, eorumq; successores, per 39. annos, ab anno Christi, 1379. usq; ad Concilium Constantiense durauit, in tres libros diuisa: quibus non solum pontificum, uerumetiam regum, principum, ac totius imperij res gestæ eius temporis magna ex parte continentur. Toto autem eo tempore huius operis author semper alterius partis pontificibus familiaris atq; à literis fuit. Hic habes Romanorum Cardinalium, ac totius Curiæ Romanæ ingenia, mores, artes, reliquaq; ornamenta, quibus usi ecclesiam hactenus tam fœliciter administrarunt. Sic habet inscriptio operis impressi Norimbergæ apud Ioan. Petreium, 1532. in fol. chartis 49.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1259] - 609v

THEODRIDAM Syracusanum Athenæus citat.

THEODORETVM & THEODORITVM sine discrimine ponemus: quanquam & apud Suidam in penultima per iota scriptum inueniam, tanquam aliud nomen ab eo quod per ητα, id est, e longum scribitur.

T.cl.390. THEODORITVS episcopus urbis quæ à fundatore suo Persarum rege Cyro, Cyria est uocata. Fertur autem eius insigne opus post Hieronymum æditum. Ecclesiasticæ historiæ, lib. 1. De incarnatione Dñi cõtra Eutychẽ, lib. 1. Eius historia nunc tripartitæ historiæ inserta est. * Vide Gennadium, à quo hæc sumpsit Trittemius. De historia Tripartita dictum est in Socrate. Excudit eam Frobenius olim Basileæ. Sed etiam integræ Theodoreti historiæ libri 5. Græci Parisijs nuper à Roberto Stephano impressi sunt, cum aliorum ueterum historijs ecclesiasticis: Et seorsim Basileæ apud Frobenium, 1535.

Libri Theodoreti Cyrensis, qui etiamnum Græce in Italiæ bibliothecis reperiuntur.

In Pentateuchum. Dubia & solutiones in Biblia, usq; ad Paralipomena, inclusiue ut uocant: aliâs, in Octoteuchum Dubia & solutiones. In cantica. In Psalterium. In Hieremiam prophetam, & Threnos. In omnes D. Pauli epistolas. De constitutione humani corporis, uel de opificio Dei sermones duo. Hæc omnia tum alibi, tum apud Diegum Hurtadum Cæsaris oratorem Venetijs extant. Commentarius in Psalmos habetur etiam in biblioth. Augustæ Vindelicorum. Extant præterea alibi: Commentarius in uisiones Daniel, Bononiæ ad S. Salua torem. In Ezechielem, ibid. opus magnum. In duodecim prophetas minores. De prouidentia sermones decẽ. Eranista, aut polymorphus, siue cõtra hæreses. Hæreticæ malignitatis epitome, Romæ. Curatio Græcanicorum affectuum. Orationes monasticæ, Romæ.

Commentarij in prophetas 12. minores Latinitate donati, impressi sunt Lugduni apud Gryphium, 1533. in 8. chartis 24. Petro Gillio Albiensi interprete: & Parisijs apud Hen. Stephanum. Author in præfatione testatur se ueterum insistere uestigijs, & undequaq; præclare dicta colligendo unum ex omnibus uolumen contexuisse.

Theodoretus Cyri episcopus scripsit ad Ioannem Antiochenum reprehensionem duodecim capitum siue anathematum, quæ Cyrillus contra Nestorium scripserat. Vide in Cyrillo.

Vide supra in Eucherio 225. b. uersu 20. in præfatione Brassicani in librum Eucherij de formulis spiritalibus.

Ex Theodoreti & aliorum ueterum commentarijs scholia in epistolam Pauli ad Romanos, Io. Lonicero interprete, excusa Basileæ apud Rob. Vuinter in 4.

Meminit ipse passim in historia sua de alijs quoq; libris à se conscriptis, ut Responsionum ad Magos Persarum, & Historiæ de martyribus.

Theodoriti Cyrensis episcopi de Euangelicæ ueritatis ex Græcorum atq; gentium philosophia cognitione, siue de Græcarum affectionum curatione, libri 12. Zenobio Acciaolo Florentino interprete: cum indice. Ioan. Steelsius Antuerpiæ impressit, 1540. in 8. & Hen. Stephanus Parisijs.

Perioche singulorum librorum ex prologo authoris.

I. Pro fide. Prima disputatio Christianorum fidem, Apostolorumq;, ut illorum uerbis utar, rudítatem defendit, argumẽtis subnixa, quæ de Græcis philosophis depromuntur.

II. De principijs. Secunda, clarissimorum Græcorum, & eorum qui post eos philosophi appellati sunt, de principijs rerũ opiniones sentẽtiasq; percensẽt, ac subinde Moseos ipsius, qui multò eos ante præcessit, ueram theologiã ex aduerso cõstituens, illorum quidem men-

dem mendacia falsitatemq; refellit, Mosaicæ uero doctrinæ clarissimam ueritatem ostendit.

Tertia disputatio nobis indicat cuiusmodi ea sint, quæ Græci de suis illis fabulantur diis, quos secundarios uocant: qualia item quæ de incorporeis quidē, sed creatis tamen naturis sacrarum literarum monumenta nos docent, ut hîc quoq; proposita comparatione appareat, quantopere laudanda sint quæ nos pio cultu uenerамur numina & prosequimur, quamq; sint abominabiles Græcorū fabulæ, quàm obscœnæ, quàm putidæ. III. De diis ac dæmonibus malis.

Quarta circa rerum materiam mundumq; uersatur, ostenditq; nostram illam mundi genituram, magis rationi consentaneam esse, quàm quæ statuitur à Platone cæterisq; philosophis. IIII. De materia.

Quinta disputatio de natura hominis certamen suscepit, ostensisq; super hac re tum Græcorum, tum Christianorum sententijs, probe nos docet quanta sit lucem inter ac tenebras differentia. V. De natura hominis.

Sextum disputationis locum sermo de prouidentia sibi uendicat: par enim fuit, ut cæteros sermones, qui de Deo præcesserant, noster hic sermo de prouidentia sequeretur, qui Diagoræ quidem indeitatem refelleret, Epicuriq; maledicta, ipsiusq; adeò Aristotelis exilem illum de prouidentia parcumq; sermonem: comprobaret autem Platonis ac Plotini doctrinam, cæterorumq; philosophorum, qui cum illis de prouidentia bene sentiunt: Tum & rationibus ostēderet à natura rerum petitis, prouidentiam in mundi cōstitutione spectari, singulisq; in rebus quæ à Deo factæ sunt maxime esse conspicuam. VI. De prouidentia.

Quia uero & ostendendum fuit superflua esse tot numero sacrificia, septima disputatio sibi huius rei demonstrandæ sumpsit officiū. Nam philosophicis quidem rationibus damnat Græcorum ac gentium sacrificia. Propheticis autem argumentis authoritatibusq; nos docet, quàm puerilis fuerit legis Iudaicæ literalis ille cultus & obseruatio. VII. De sacrificijs.

Octaua illorū adducit obiectiones, qui nos iccirco accusant, quod honore martyres prosequamur. Sed & nostram quoq; defensionem cōplectitur authoritatum præsidio, quas sibi de philosophis, deq; historiarum scriptoribus, ac poëtis desumit, planè indicans Græcos atq; gentium populos non libamina solum, sed etiam sacrificia, honorandis mortuis impendisse, quorum alios quidem deos, alios uero semideos, heroas alios nuncuparent, eorumq; plæroscq; magnis, dum uixerunt, flagitijs inquinatos fuisse. VIII. Pro martyribus.

Magnum uero me operæpretiū facturum existimaui, si celeberrimis apud Græcos legum latoribus, Christianæ religionis duces conferrem, nostros inquam piscatores, nostrum sutorem, nostrum publicanum, ut cōparatione proposita, quid inter se differant, innotescat. Cum eorum quidē leges unà cum defunctis latoribus, obliuioni ac tenebris datæ sint: at uero nostrorum leges, non solū apud ipsos Græcos, sed apud Scythas, Sauromatas, Persas, barbarasq; alias nationes polleant & efflorescant. Hanc uero comparationem nostra complectitur disputatio. IX. De legib.

Decima uero ostendit cuiusmodi illa fuerint, quæ per Dei ueri oracula prædicta sunt, quàm uidelicet authorem Deum decentia, quamq; etiam uiris prudentibus consentanea: cōtra uero qualia illa fuerint, quæ Pythius Apollo, Dodonæusq; Iupiter, aliiq; falsi uates gentium prædixerunt: In quibus sanè ipsis, & mendaces, et futurorum ignari deprehensi sunt, cum ea uaticinati fuerint, quæ nullus quidem, qui probus homo censeatur, effari uelit. X. De oraculis.

Cum uero & ignaros docendos esse existimarim, quæ ab ipsis Græcis, quæq; item à nostris, de ipso mundi fine supremoq; iudicio afferantur, harum rerum doctrinam undecima disputatio lecturis offert & pollicetur. XI. De iudicio.

Sed enim quid in actuosa quoq; ac morali uirtute nostri Græcis hominibus ac XII. De actiua uirtute.

gentibus præstent ostendendum putaui. Nam cum & Græcorum ueterum philosophorum sodalitates atq; collegia, communemq; uiuendi societatem iactari ab illis audiam, qui efferre illorũ uitam laudibus studeant, duodecima disputatione ostendam, esse indignam eorum hominũ uitam, quæ laudatis mancipijs, nedum probis philosophis ascribatur. Cum contra apostolorum uita, eorumq; qui apostolorum uestigia consectati sunt, inueniatur humana conditione longe superior, magisq; illis esse persimilis, qui corporeis uinculis exoluti, cœlestes incolunt sedes.

THEODORITI grammatici distichon, lib. 2. Anthologij, sectione 1.

THEODORITI quædam de spiritibus, impressa cum Grammatica Vrbani.

THEODORI sermo, de prosperis & aduersis huius sæculi, et causis flagellorum Dei: habetur inter Collationes Io. Cassiani.

THEODORVS, postea Gregorius appellatus, Neocæsareæ Ponti episcopus, &c. Vide Hieronymum in Theodoro, uel Suidam in Gregorio. Supra de eo dictum est in Gregorio Neocæsariensi.

THEODORI episcopi Alaniæ Ethicorũ libri 10. Græci, in bibliotheca quadã Italiæ.

THEODORI Therapeutica Græce, in Italia extant. Legendum conijcio Theodoriti, cuius therapeutica, id est, curationem Græcarum affectionum habemus.

THEODORI electi antigramma contra Ioannem Chrysostomum, Græce superest in Italia.

THEODORI Anagnostæ, id est, lectoris libri duo Græci Collectaneorum ex historia ecclesiastica, impressi cum ecclesiasticis historijs ueterum theologorum, Parisijs nuper à Rob. Stephano. Cum essem Venetijs ante biennium, audiebã quædam huius authoris nuper allata esse ex Græcia, nescio an aliquid aliud præter libros 2. hîc nominatos. Theodorus ex lectoribus magnæ ecclesiæ Constantinopolitanæ, scripsit historiam ecclesiasticam à temporibus Constantini, usq; ad regnum Iustiniani. Suidas.

THEODORVS Ancyranus, Galatiæ episcopus, scripsit aduersus Nestorium, adhuc Epheſi positus, librum redargutionis & confutationis. Gennadius.

T. THEODORVS Antiochenæ ecclesiæ presbyter, scripsit aduersus Apollinaristas & Eunomianos, opus magnificum & insigne, quod inscripsit
De incarnatione domini, lib. 15.
Alia quoq; multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non uenerunt.
* Eadem à Gennadio copiosius dicuntur, explicatis librorum argumentis. Hi libri de incarnatione etiamnum extant Græce in Italia alicubi.

THEODORVS Heraclíæ Thraciarum episcopus, æ didit sub Constantino principe commentarios in Matthæum in Ioan. in Apostolum, & in Psalterium. Trittemius addit eum claruisse anno 340.

THEODORVS presbyter, successor abbatis Pachumij scripsit ad alia monasteria exhortationis scripturarum sanctarum epistolas 3. sermone digestas, &c. Gennadius. Trittemius addit, eum claruisse anno 420.

THEODORI episcopi pars homiliæ dictæ in Chalcedone cum essent abituri. Eiusdem epistola ad Alexandrum Hieropolitanum scripta à Chalcedone. Robertus Vuinter excudit in 8. Basileæ, 1542. cum alijs quibusdam synodicis constitutionibus.

T.M.690. THEODORVS septimus archiepiscopus Cantuariensis, natione Græcus, scripsit inter cætera ingenij sui monimenta, egregium opus de qualitate pœnitentiæ iniungendæ his qui in multis criminibus deliquissent, cuius operis titulus est, Pœnitentiale Theodori, lib. 1. Epistolas nonnullas ad diuersos.

THEODORVS poëta, diuersa argumenta carminibus tractauit: & carmina ad Cleopatram scripsit. Suidas. Idem THEODORI hæretici meminit, qui Christum asserebat merum fuisse hominem, &c.

THEO-

THEODORVS Byzantius sophista, logodædalus à Platone dictus, scripsit contra Thrasybulum, contra Andocidem, & alia quædam.

De THEODORO Atheo, et THEODORO Gadareo sophista, eorumq; scriptis: uide Suidam. THEODORI Atticas glossas, & THEODORI Hierapolitæ librũ de agonibus Athenęus citat. THEODORI distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & THEODORI Anthi distichon ibid. lib. 3. sectione 7.

Ex THEODORI transformationibus leguntur quædam apud Stobæum in uitupe-rio Veneris.

THEODORVS Cynulcus philosophus Cynicus, unus ex Dipnosophistis apud Athenæum.

THEODORI Cynopolitæ (aut Procopij) Prosopopœia. Liber Græcus in bibliotheca Augustæ Vindelicorum.

In magistrum THEODORVM Decapoliten sermo quidam Græcus extat.

Eiusdem in diuersos sanctos καὶ ἀναστασιολεξάσλας.

Magistri THEODORI eclogæ 33. ex diuersis sermonibus Chrysostomi.

THEODORI episcopi Charran, cognominati Abbucoræ, cum infideli (forte Colloquium) de orthodoxa fide. Interrogatio Arabum ad Christianum, & aliorum ad eundem, nescio an eiusdem authoris. Græce extant in Italia.

THEODORVS Bibliander, natione Heluetius, colendissimus præceptor meus, uir ut incomparabilis doctrinæ, eloquentiæ, ac tribus in linguis præstantiæ, sic pietate, moribus & uita exemplar omnibus optimum, iam decimoquarto anno sacras literas in Tigurino gymnasio publice interpretatur. Donet eum nobis Dominus diu superstitem & incolumem, quo maior indies in ecclesia nostra sanctæ doctrinæ profectus augeatur.

Quæ ab eo scripta in lucem hactenus exiuere, hæc sunt.

Oratio ad enarrationem Esaiæ prophetæ de sermone prophetico, impressa Tiguri apud Froschouerum, 1532. in 8.

Purgatio scriptorum, DD. Ioannis Oecolampadij & Huldrichi Zuinglij, qua & acta eorum obiter defenduntur cõtra calumniatores: præfixa operi epistolarum eorundem impresso Basileæ, 1536. in fol. apud Robertum Vuinter.

Apologia ad reuerendissimos patres ac dominos, episcopos & doctores ecclesiæ Christianæ, præfixa uolumini quod continet Alcoranum & eius cõfutationes & uitas Mahumetis atq; successorum ipsius: in qua rationes redduntur æditionis illius. Ioan. Oporinus excudit Basileæ, 1543. in fol. Emendauit quoq; textum eiusdem Alcorani, collatis exemplaribus Latinis & Arab. & marginibus apposuit Annotationes, quibus doctrinæ Machumeticæ absurditas, contradictiones, origines errorum, diuinæq; scripturæ deprauationes, atq; alia id genus indicantur.

Nahum propheta Latine redditus, iuxta ueritatem Ebraicam, adiecta etiam exegesi, qua uersionis ratio redditur, & prophetæ sententia explicatur. Froschouerus excudit Tiguri in 8. anno, 1534.

Epositio uaticinij de restitutione Israëlis, de instauranda urbe Ierusalem & templo, terraq; diuidenda rursus inter tribus, quod ultimis octo capitibus Ezechielis legitur. Inserta est D. Conradi Pellicani commentarijs in Biblia.

Consultatio ad socios nominis Christiani, quánam ratione possit ac debeat repelli dira potentia Turcarum à populo Christiano. Ioan. Oporinus impressit Basileæ, 1542. in 8.

Relatio fidelis ad omnium ordinum reipublicæ Christianæ principes uiros, populumq; Christianũ: quod à solo uerbo filioq; Dei petenda sit exacta cognitio temporum præsentium & futurorum, & rerum Antichristi, optimaq; moderatio reipub. & totius uitæ Christianæ: In qua oratione ut uerbi diuini usus amplissimus & necessarius ostenditur, ita Romanus Papa, qui sibi arrogat titulum uicarij Christi,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1263] - 611v

redarguitur esse ipsissimus Antichristus magnus, & pestis nocentissima uniuersi orbis. Obiter etiam, ut argumentum tulit, reuelatio Domini Iesu Christi per Ioannem Euangelistam scripta explicatur, & refelluntur nonnulla perperam uulgata in populo Christiano de ultimis temporibus & consummatione mundi. Ibidem impressa, 1543. in 4.

Institutionum grammaticarum de lingua Ebraica liber 1. in quo rudimenta linguæ sanctæ explicantur, optimaq; ratio discendi eam linguam ostenditur. Froschouerus excudit Tiguri, 1535. in 8.

De optimo genere grammaticorum Ebraicorum liber 1. in quo disseritur quomodo optime possit explicari Ebraica lingua. Hieronymus Curio impressit Basileæ, 1542 in 4.

Nondum æditæ lucubrationes eius.

Commentariorum de sacrosancta Ebraica lingua, hoc est principe atq; parente omnium linguarũ & literarum libri 24. in quibus opes atq; copiæ sermonis Ebraici ea methodo sunt digestæ, ut minimo negotio disci queat, atq; ad omnem usum scribendo, interpretando, dicendoq; accommodari.

De numeris, ponderibus, & mensuris diuinæ scripturæ libri quatuor. Et alia quædam Grammatici operis, cæterum intelligentiæ sacrarum literarum seruientia, quæ studiosis ueræ theologiæ communicabit, si Dominus Christus uitam & otium concesserit.

THEODORI Diaconi liber Græcus sacrorum canonum, tum apostolorum, tum synodorum, & œcumenicorum & particularium, aliorumq; sanctorum patrũ, &c. in quadam bibliotheca Italiæ.

THEODORVS Diaconus ecclesiæ Romanæ. Vide supra in tertio Tomo operum Des. Erasmi, fol. 199. a. uersu 14.

THEODORI Duca Lascari imperatoris, encomium in martyrem Tryphonem. Græce extat alicubi in Italia.

THEODORI Edesseni Ascetica, extant Græce apud Diegum Hurtadum Cæsaris oratorem Venetijs.

Obijt anno 1478. THEODORVS Gaza Thessalonicensis, Græcæ Latinæq; linguæ omnium suo tempore doctissimus, ex Græcis uertendo nonnunquam Latina uocabula confinxit, non temere, sed eleganter & analogice, ut plantarum in Theophrasto, animalium in Aristotele, & alia quædam. Mirifice doctrinam eius laudat Hermolaus Barbarus in præfatione paraphrasis Themistij in Posteriora à se translata. Primus Aristotelem ex barbarie in Latium reduxit: sic ut ei quamuis homini Græco permultum debeat Latina lingua. Stilo usus est, non affectato, sed puro, & facili, ueteres Latinos imitatus. Theodorus Gaza plurimum locupletare potest nostram linguam, uertendis ad nos Græcis. Viues: & alibi, Ad uertendum proprie (inquit) Theodorus Gaza conducet.

Introductionis Grammaticæ libri 4. Græci, diuersis locis impressi sunt, Venetijs apud Aldum, Basileæ apud Curionem, Parisijs apud Vuechelum in 8. & plærunq; cum uersione Latina. Postremo Basileæ apud Nicolaum Brylingerũ, 1540. in 8. chartis 44.

De mensibus Atticis liber Græcus, impressus Basileæ apud Rob. Vuinter, in 8. cum Latina uersione Io. Perrelli.

Ciceronis de senectute & Somnio Scipionis libri in Græcum sermonem ab eo translati, aliquoties iam excusi sunt.

Libri à Theodoro Gaza ex Græco sermone uersi.

Aeliani de instruendis aciebus liber, impressus Coloniæ in 8. cũ alijs quibusdã.

Dionysij Halicarnassei liber de compositione orationis, &c. Vide supra 312. b. uersu 32.

Theophrasti

Saturnina quâdam iniquitate horam horũ coctũm partem abstinuit, et D tam parca sibi labori et vigiliæ fuit, ut nec sexto M. P. M. cui libros scripsit de Hist. Animal. nũcupauerit) tot scripta esset, indignatus rei exitio raty, insolabili gestabit spiritu. Ita. Jo. Pier. Valerian. de Literat. Infeli. l. 2. p. 169.

Theophrasti de historia & causis plantarum libri 15.

Aristotelis de historia animalium, lib. 9 De partibus animalium & earum causis, libri 4. De generatione animalium, libri 5. Problematum sectiones 38. Hæc omnia ex Theod. Gazæ uersione cum cæteris operibus Aristotelis Latinitate donatis aliquoties iam impressa sunt.

Alexandri Aphrodisiensis problematum libri duo, excusi Basileæ apud Cratandrum, 1537. in fol. cum problematibus Aristotelis ab eodem uersis.

Chrysostomi homiliæ quinq, de incomprehensibili Dei natura: impressæ cum cæteris Chrysostomi Latinis factis operibus. Scribit autem Theodorus in præfatione super has homilias, se etiam Mauritij imperatoris libros de re militari uertisse. Vide supra in secundo Tomo operum Chrysostomi.

Petrus Alcyonius in præfatione super libro Aristotelis de sensu à se translato, Theodori Gazæ uersiones uituperat: ut partim supra quoq; ex Alcyonij uerbis dictum est, fol. 545. a. uersu 12.

THEODORI magni Logothetæ Metochitæ Physica Græca, siue cõmentarij in Aristotelis libros de auscultatione naturali usq; ad librum de memoria, in uno uolumine: A libro de Memoria usq; ad librum de sensu. In bibliotheca Diegi Hurtadi Cæsarei oratoris apud Venetos.

Gnomicæ semeioses, id est, sententiosæ obseruationes, ibidem.

Eiusdem Mathematica, & commentarij in Ptolemæi magnam compositionem, ibidem.

THEODORI philosophi dialexis ad Nestorianum. Alia dialexis eiusdem. Græce extant in Italia.

THEODORI Prisciani archiatri ad Timotheũ fratrem Phænomenων euporistων, id est, facilium paratu medicaminum, liber 1. Logicus, liber secundus. Gynæcea, id est, muliebria ad Saluinam, liber 3. Opus nunc primum æditum Basileæ apud Frobenium, 1532. in 4. chartis 19. In præfatione testatur author se etiã Græce quosdam libellos de re medica scripsisse. Apparet eum methodicæ sectæ studiosum fuisse: nam constrictionis & relaxationis aliquoties meminit alibi, & semel in fine Gynæciorum. Stilus est Latinus & purus. Hos libros Sigismundus Gelenius ad diuersa exemplaria contulit & restituit. Otho Brunfelsius hunc authorem ab alijs Octauium Horatianum dici testatur, de quo supra dictum est.

THEODORI (nescio an eiusdem) Diæta, quibus uel salubriter utendum, uel cautius abstinendum sit. Ioan. Schottus excudit Argentorati, 1544. in fol. chartis 3. cum Trotula, Hildegardi, &c.

Cyri THEODORI Prodromi beatissimi philosophi in posteriora Aristotelis interpretatio. Græca. Eiusdem uersus, item περὶ ἐνθουσιαστικῶν.

Interpretatio in canones in sacris Dominicis festis expositos à sanctis & doctis poëtis Cosma & Ioanne: Συντελειδεύσης τῆ σεβασοφαοφίστῃ κυρίου εἰρήνη. Omnia extant Græce, Romæ in Vaticana bibliotheca. Vide supra in Cyro Theodoro Prodromo, in litera C. Præponitur autem Cyri nomẽ honoris tantum gratia, dominum significans recentioribus Græcis usurpatum pro Kyrios.

THEODORI Reysman Epistola elegiaca de Cæsaris Caroli v. in Germaniã aduentu. Impressa Augustæ Vindelicorum, 1530. in 8.

S. THEODORI Suditi ad discipulum suum Gregorium de futura† restitutione, liber Græcus alicubi in Italia. † ἀναστάσεως.

THEODOSIVS, aliâs scribitur Theudosius apud Suidam.

De THEODOSIO maiore & iuniore, uide multa apud Suidam: quãuis nihil de scriptis eorum referat.

THEODOSIANI codicis libri 16. chartis 45. excusi Basileæ apud Hen. Petrum, 1528. in fol. Eiusdem Theodosij, Valentiniani, Martiani, &c. Nouellarum legum li-

ber 1. chartis ferè 9. in eodem uolumine excusus. Vbiq; sanè in Nouellis Theodosio adiungitur Valentiniani nomen, utpote eiusdē studij ac diligentiæ in hoc opere sanciendo collegæ. Codex autem Theodosio inscriptus, per excellentes uiros collectus est, nempe: Antiochum, Maximinum (aliâs Maximum) Martyrium, Sperantium, Apollodorum, Epigenem, & Procopium. Cæterum authores legum in hoc Codice hi sunt: Theodosius, Constantinus, Valentinianus, Arcadius, Iulianus Cæsar, Gratianus, Valens, Honorius, Constantius semel, & Constans semel. Mox ab initio singulorum librorum capita recensentur.

» Theodosij codex superiore anno prodijt non solum concisus, sed etiam depra-
» uatus, ut ne dicam parum utilem, cum ex præcepto Iustiniani, nihil ex eo, quam-
» uis integer esset, liceat in iudicium testimonij loco producere: accesserūt quædam
» reliquiæ sententiarum Pauli, & institutionum Caij (si modo credimus) æque inuti-
les. Gregor. Haloander in præfatione sua super Codicem à se castigatum.

Ex Theodosij Imper. libro de recta fide ferè desumptus est liber de incarnatione uerbi unigeniti, etsi copiosiore stilo ea quæ diuinitatis & humanitatis sunt in Christo hîc exponantur expendanturq;, scripturæ locis ascitis, quàm apud Theodosiū. Robertus Vuinter excudit Basileæ, 1542. cum synodicis constitutionibus quibusdam in 8.

THEODOSIVS Tripolites scripsit carmina in uer, & alia diuersa.

THEODOSIVS philosophus scripsit sphærica libris 3. Commentarios in Theudæ capita, in Archimedis ephodion. De diebus & noctibus libros 2. Descriptiones domuum, lib. 3. Sceptica capita, astrologica, de habitationibus. Suid.

Sphærica eius, ut audio, impressa sunt. Extant Græce Venetijs apud Cæsaris oratorem Diegum Hurtadum, & Romæ in Vaticana.

Franciscus Maurolycus, ut supra dixi, promisit se æditurum, Theodosij sphærica, De habitationibus, De noctibus & diebus libros. Extant & Apparentia eius ni fallor.

THEODOSIVS citatur in Tacuinis Elluchasem medici.

T. cl. 180. THEODOTION Ephesinus, Tatiani philosophi cum adhuc fidelis esset quondam discipulus, uir certe undecunq; doctissimus, & diuinarum scripturarum tertius interpres. Præter translationē scripturarum, quam ex Hebræo Latinam fecit, etiam alia quædam conscripsit opuscula, quæ tamen ad manus nostras adhuc minime peruenerunt. * Vide supra in Aquila & Daniele.

T. cl. 840. THEODVLPHVS episcopus Aurelianensis, ex abbate Floriacensis cœnobij ordinis sancti Benedicti, carmine & prosa fertur nonnulla composuisse opuscula, sed in manus nostras adhuc minime uenerunt. Hic à Ludouico Imperatore nescio ob quam suspicionem innocenter missus in carcerem, hymnum, Gloria laus compositit. Scripsit autem inter cætera diuerso metro.

Hymnorum, lib. 1. Epistolarum, lib. 1. * Eadem ferè Gyraldus.

THEODVLI nomen Seruum Dei significat: sunt qui Theodolum scribant: nisi id fortè ex Theodoro corruptum sit, quod non puto.

T. cl. 480. THEODOLVS presbyter in Cœlesyria, natione Italus, uaria cōponens, nomē suum transmisit ad posteros: De cuius opusculis ego tantum reperi opus metricum de miraculis ueteris testamenti & fabulis poëtarum, cui titulum imposuit,

Aeglogarum, lib. 1. Aethiopum terras.

De consonantia scripturarum, lib. 1. De cæteris nihil reperi.

* Vide Gennadiū, qui argumentū libri de cōsonantia scripturarū plurib. exponit.

THEODOLI commentarius in sententias Catonis, impressus olim in 4. chartis 31.

THEODVLVS martyr sub Iuliano apostata fuit. Vide Suidam in Theodulo & in Amachio.

THEODOLI monachi opus extat de Atticismo uel elegantia Attica, Raph. Volater.

Cyri

Cyri THEODVLI magiſtri uaria opuſcula Græca extant in bibliotheca quadam Italiæ: nempe, Encomium in Io. Prodromum. Ad Athenienſes in Olynthijs. De nauigatione è Theſſalonica Byzantium, & rurſus Byzantio Theſſalonicam. Oratio in legatione habita ad regem Andronicũ Palæologum. De regno. De republica, & alia quædam. Vide infra in Thoma magiſtro.

THEODVLVS, uide ſupra in Io. Lonicero in epiſtolam ad Romanos.

THEOGENIS ab Hippone regio uerba apud Cyprianum in ſentẽtijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

THEOGNETI Comici fabulæ quædam citantur ab Athenæo: meminit & Suidas.

THEOGNIS Megarenſis ex Megaris Siciliæ, claruit Olympiade 59. ſcripſit elegiam in Syracuſanos in obſidione ſeruatos. Ad Cyrnum quẽ amabat Gnomologiam elegis, & alias ſententias admonitorias, omnia carmine. Sed quanquam Paræneſes ſcripſerit: ſcelera tamen intermixta ſunt, & pueriles amores, & alia inhoneſta. Fuit & Tragicus poëta THEOGNIS ualde frigidus, unde & Niuis cognomẽ meruit. Suidas.

Theognidis Siculi ſententiæ elegiacæ, chartis 2. & dimid. impreſſæ Græce, Baſileæ apud Frobeniũ, 1521. cum Græcis Aeſopi fabulis, &c. Allegant elegos eius, Plato, Stobæus, Athenæus.

THEOGNOSTVS numeratur inter grammaticos Græcos, ex quibus Cornucopiæ ſuum Varinus Camers congeſſit.

THEOGONVS, uide Theoteuctus.

THEOLYTI Methymnæi carmina Bacchica Athenæus allegat.

THEOMNESTI hippiatri ſcriptoris Græci quædam leguntur cum Abſyrto, ut ſupra dixi.

THEONAE abbatis in ulteriori Aegypti partibus ſermones tres; uide ſupra in Collationibus Io. Caſſiani, fol. 401. a. uerſu 8.

THEON Antiochenus philoſophus Stoicus, ſcripſit apologiam Socratis. Suidas. Vide apud eundem de THEONE Alexandrino philoſopho Stoico, qui floruit Auguſti tempore: & de THEONE Aegyptio philoſopho Alexandrino, ſub Theodoſio maiore, & de tribus alijs eodem nomine ſophiſtis.

Ex THEONE uini bilim purgantis præparatio apud Aëtium deſcribitur.

THEONIS Alexandrini hexaſtichon, in Anthologij libro 1. ſect. 55. & Theonis ſimpliciter, monoſtichum in hebdomadẽ, ſect. 94. Ζεὺς, ἄρης, παφίη, μήνη, κρόνος, ἥλιος, ἑρμῆς.

Theonis Alexandrini philoſophi commentarij Græci in Arati Apparentia, & γνωſtica tempeſtatũ excuſa Baſileæ in officina Curionis in 4. cũ ipſo textu Arati: & alijs diuerſorũ de ſphæræ & aſtrorũ ratione opuſculis, 1536. In fine cõmentariorum alloquitur Iulianũ, & ſe omnia ſimpliciter ac breuiter expoſuiſſe teſtatur. Neſcio an idem ſit Theon, quem cõmentarios cõpoſuiſſe in Nicandrũ alicubi legi. Theon, Lucillus, & Sophocleus, Sophoclis interpretes, citantur ab Ambroſio Calepino in Endymione.

Theonis Alexandrini cõmentariorum libri undecim Græci in Cl. Ptolemæi magnæ conſtructionis libros: excuſi Baſileæ, 1538. cum eodem opere Ptolemæi, ut ſupra diximus. Vide Simonis Grynæi uerba in laudem Theonis, fol. 175. a. ad finem: & b. in principio. Audio eoſdem commentarios Latine redditos extare.

Theonis & Procli tabulæ Græcæ in Aſtronomia, in quadam bibliotheca Italiæ.

Ephodos per epitomen in canones προχείρους Ptolemæi, ibidem. Meminit huius operis Suidas etiam, & plurium aliorum.

THEONIS Smyrnæi philoſophi Platonici (cuius nomen ſolum Suidas refert) de locis mathematicis, qui ad lectionem librorum Platonis cõducunt, liber Græcus, quem uidi Bononiæ in Bibliotheca S. Saluatoris manuſcriptum in fol. chartis 18. Extat

quoq; apud Diegum Hurtadum Cæsaris oratorem Venetijs.

Inueni & hunc titulum in catalogo bibliothecæ cuiusdã Italicæ: Theonis Smyrnæi Theologumena & Mathematica Platonis. Videntur aũt diuersa esse opera.

THEONIS Sophistæ progymnasmata rhetorica, uarijs exemplis ad exercendam eloquentiam instructissima. Ioan. Oporinus excudit Basileæ, 1541. in 8. Græce, & Latine Ioachimo Camerario interprete, qui Græcum etiam librũ innumeris mendis expurgauit. Accessit & Index. Audio eiusdem Theonis multa paradigmata rhetoricæ exercitationis, manuscripta extare Venetijs in hac æditione non excusa. Suidas tres huius nominis sophistas commemorat, qui omnes de rhetorica scripserint, sed unum tantum Alexandrinum cognomine Aelij, progymnasmatum authorem.

THEOPHANIS tetrastichon libro 3. Anthologij, sectione 6. & hexastichon, sect. 22. Theophanis dictum citatur apud Stobęũ de audacia, sed aliãs legitur Theophrasti.

THEOPHANIS episcopi (aliãs metropolitani) Niceæ, contra Iudæos capita. Epistola didascalica ad sacerdotes & reliquos clericos, de sacerdotio, & qualẽ oporteat esse cui id cõmissum est. Epistola ad Nicaënses, quomodo oporteat Christianum præsentia omnia tum suauia tum molesta contemnere. Omnia Græce seruantur alicubi in Italia.

Ex THEOPHILI comici septẽ fabulis testimonia diuersis in locis allegat Athenæus. Meminit & Suidas fabularum eius.

T. 1. 390. THEOPHILVS Alexandrinæ ecclesiæ uicesimus primus episcopus. Extat eius ad diuersos in uarijs negotijs,

Epistolarum, lib. 1.
Ad Epiphanium de hæresib. lib. 1. Domino dilectissimo & a.
De pascha, lib. 1.

Alia quoq; multa ædidit, sicut ex epistola beati Hieronymi ad eũ directa colligitur.

* Theophilus Alexandrinus episcopus, scripsit contra Origenẽ uolumen grande. Aduersum Anthropomorphitas hæreticos. Paschalem etiã recursum, quod magna apud Niceam Synodus post 95. annos, agi in tempore & die & luna secundũ statũ suum inuenerat, additis quibusdã ipsius festiuitatis rationib. & expositionib. Legi & tres de fide libros sub nomine eius titulatos: sed quia lingua incõsonans est, nõ ualde credidi. Hęc Gennad. q & reliquorũ librorũ argumẽta copiosius recẽset.

Reprehenditur hic Theophilus in uita Ioan. Chrysostomi per Des. Erasmum conscripta.

Epistola eius ad Epiphanium, extat in tertio Tomo D. Hieronymi operum.

Theophili Alexandrinæ urbis episcopi ad totius Aegypti episcopos libri paschales 4. D. Hierony. interprete, chartis 7. & trib. quad. Hen. Petrus impressit Basil. 1528. in fol. cum uarijs aliorum contra hæreticos operibus. Impugnat autem præcipue in illis libris Origenis opiniones.

Ex epistola D. Hieronymi ad Theophilũ Alexandrinũ traductioni eius præposita.

» Magnum laborẽ sustinui in hac translatione, ut omnes sententias pari uenustate
» transferrem, & Græcæ eloquentiæ Latinum aliqua ex parte responderet eloquiũ.
» In principio philosopharis, & generaliter agens dum omnes eruditis, unũ iugulas.
» In reliquis aũt quod difficillimũ est, rhetoricę eloquẽtiæ iungis philosophos, & Demosthenem atq; Platonẽ nobis consocias. O quanta dicuntur in luxuriã, quantis
» præconijs extollitur cõtinentia, & de intimis sapiẽtiæ disciplinis diei ac noctis, lunę
» cursus ac solis ratio, mũdi istius natura describitur. Et hanc ipsam disputationẽ ad
» scripturarum refers authoritatem, ne in paschali libro uidereris de sæcularibus
» quicq; fontibus mutuatus. Quid plura? In hijs laudare te uereor, ne assentandi cri
» men incurrã. Optimus liber est, & in philosophis, & agens susceptã causam absq;
» inuidia personarum. Et rursus: Neq; uero ut diserti interpretes faciunt, uerbum uerbo

uerbo reddidi: nec adnumerauí pecuniam, quam mihi per partes dederas, ſed pari- "
ter attendi ut nihil deſit ex ſenſibus, cum aliquid deſit ex uerbis. "

Argumentum in epiſtolas huius authoris, ex Caſſiano Scytha, quatuor paſcha-libus libris eius præponitur: an uero adhuc extent epiſtolæ illæ, ignoro.

THEOPHILI neſcio cuius, Græca quædã ſcripta extãt Romæ in Vaticana biblioth.

THEOPHILVS ſextus Antiochenſis eccleſiæ epiſcopus, ſub imperatore M. Antonino Vero, librum contra Marcionẽ cõpoſuit, qui uſq; hodie extat. Feruntur eius & ad Autolycum tria uolumina, & contra hæreſim Hermogenis liber 1. & alij breues elegantesq; tractatus ad ædificationẽ eccleſiæ pertinentes. Legi ſub nomine eius in Euangelium & in Prouerbia Solomonis cõmentarios, qui mihi cum ſuperiorũ uoluminum elegantia & phraſi non uidentur cõgruere. D. Hieronymus. Tritemius addit, eum claruiſſe anno 173. & tractatus eius apud Latinos raro ſimul inueniri. Ad Autolycum libri 3. elegantiſſimi contra gentes, quos laudat Euſebius in hiſtoria eccleſiaſtica, Græce extant Venetijs in Bibliotheca Diegi Hurtadi oratoris Cæſarei: eoſdem Io. Friſius noſter nuper aduexit ſecum ex Italia, curaturus ut breui publicentur. Haud ſcio an hic ſit ille Theophilus, cuius meminit Suidas, inquiens eum ex India reuerſum Antiochiæ manſiſſe, & miraculis claruiſſe, &c. quamuis nihil ab eo ſcriptum referat.

THEOPHILVS Cęſareæ Palæſtinæ (quę olim turris Stratonis uocabatur) epiſcopus, ſub Seuero principe aduerſum eos, qui decimaquarta luna cũ Iudæis paſcha faciebant, cũ cæteris epiſcopis ſynodicã ualde utilem cõpoſuit epiſtolã. Hieronymus.

THEOPHILVS Anteceſſor Inſtitutiones Iuſtinianeas iuris ciuilis in Græcam linguam olim traduxit, ac fuſius planiusq; explicauit. Hæ primum in lucem prodiuerunt reſtitutæ & recognitæ cura & ſtudio Vigilij Zuichemi Phryſij, cum eiuſdem doctiſſima præfatione ad Carolum V. Cæſ. qua eximiam huius translationis utilitatem abunde declarat. Frobenius excudit Baſileæ, 1534. in fol. chartis 79. Impreſſæ ſunt etiam Pariſijs apud Vuechelum, Græce ni fallor, & Latinitate per quempiam donatæ.

THEOPHILVS iureconſultus. Vide in Triboniano.

THEOPHILI Protoſpatarij de fabrica humani corporis libri 5. ſiue in Galeni de uſu partium libros epitome, Iunio Paulo Patauino interprete. Conradus Neobarius excudit Pariſijs, 1540. in 8. chartis circiter 10. & Rob. Vuinter Baſileæ. Conſtat hunc Theophilum Galeno poſteriorem & Chriſtianũ fuiſſe: ſed quo tempore uixerit incertum eſt.

THEOPHILI quædam Græca ſcripta in re medica extant in Italiæ bibliothecis, ex quibus hæc ſunt. Liber de excrementis & de pulſibus, Commentarij in aphoriſmos Hippocratis. Venetijs apud Diegum Hurtadum Cæſaris oratorem. Vide ſupra in Philotheo illo, quem ante alios huius nominis primum poſuimus.

Theophili de cognitione urinæ liber: chartis 4. impreſſus Baſileæ apud Hen. Petrum, 1533. in 8. cum Philareto de pulſibus, Albano Torino interprete. Idem impreſſus eſt cum Ioannitio, de quo ſupra.

THEOPHILI philoſophi opus περὶ καῦσεχῶν πολεμικῶν. Græce extat Romæ in Bibliotheca Pontificia.

THEOPHILVS quidam pulcherrimum de uitrificatoria librum conſcripſit. Hen. Cornelius Agrippa.

THEOPHRASTI Ereſſei, primum quidẽ Platonis, mox Ariſtotelis quoq; diſcipuli, & in philoſophiæ profeſſione ſucceſſoris, omnium uero philoſophorum, M. Tullij quoq; teſtimonio elegantiſſimi atq; eruditiſſimi opera Græca, quæ quidem à tot ſæculis adhuc reſtant, omnia: nunc primum in unum uolumen redacta, & à multis mendis doctorũ induſtria, ac meliorũ exemplariũ ope repurgata. Io. Oporinus impreſſit Baſil. 1541. in fol. chartis 77. Acceſſit quoq; Ioachimi Camerarij præ-

fatio, in qua cum de præstita in hisce omnibus opera, tum de Simonis Grynæi pietate, eruditione, ac obitu disseritur: unà cum Epicedio in eundem. Contenta in hoc uolumine. Theophrasti uita ex Diogene Laërtio.

De plantarum historia, lib. 10. sed decimi libri paucissimi tantum uersus extant.

De plantarum causis,	lib. 6.	Aristotelis de plantis,	lib. 2.
Theophr. de lapidibus,	lib. 1.	De piscibus,	lib. 1.
De igne,	lib. 1.	De uentis,	lib. 1.
De signis aquarũ & uentorũ,	lib. 1.		
De uertigine oculorum,	lib. 1.	De laboribus,	lib. 1.
De odoribus,	lib. 1.	De sudoribus,	lib. 1.
Characteres morales, siue de notis,	lib. 1.	Metaphysicorum,	lib. 1.

Prisciani philosophi Lydi expositio Theophrasti de sensu.

Eiusdem expositio, Theophrasti de phantasia.

Libri de historia & causis plantarum Theodoro Gaza interprete, excusi sunt Parisijs apud Vuechelum in 8. cum duplici indice uocabulorum rariorum Græcorum, ut plantarũ & huiusmodi, cum interpretatione Gazæ: in uno Græca præponuntur, in altero Latina. & Basileæ apud Cratandrum in fol. cum indice copioso, adiectis etiam Aristotelis problematibus eodẽ interprete. Characteres etiam siue notæ morum à Cratandro impressæ sunt seorsim, Græce & Latine, Ang. Politiano interprete. Metaphysicorum liber cum Latinis operibus Aristotelis Basileæ nuper impressis translatus habetur. Reliqui libelli quod sciã à nemine traducti sunt, utpote magna ex parte manci & corrupti. Aliquot eorum Aldus olim excudit Græce cum Græcis operibus Aristotelis. In libris de plantis permulta insunt plantarũ nomina, quæ neq; medicis nec alijs eruditis hodie cognoscuntur, mutatis nimirũ nominibus apud posteriores: haud enim similia apud alium quenquam eiusdem argumenti authorem inueniuntur. Theophrasti librum de legibus allegat Iosephus libro 1. contra Appionem. Vide Suidam.

THEOPHRASTUS Bombast ex Hohenheim, natione Germanus, Eremita, utriusq; medicinæ professor: alicubi se Paracelsum uocat. Germanice scripsit interpretationem cometæ, qui apparuit apud nos anno 1531. quo & libellus apud nos impressus est. Galenum, Hippocratem, & omnes ueteres medicos contemnebat. Vidi chartã impressam Basileæ, anno 1527. qua promittit se longe alio modo omnes medicinæ partes edocturũ, q̃s à priscis medicis factum esset: erat autẽ amplo stipendio Basileæ conductus, & plærũq; in Gymnasio Germanice docebat, ob imperitiã opinor Latinæ linguæ: sed nihil egregij eũ præstitisse audio, quin potius impostorem fuisse, ac frequenter narcoticis ex opio medicamentis usum. Reliquit de chirurgia opus Germanicum. De gradibus & compositionibus receptorum ac naturaliũ libros 7. Latine, ad Christophorum Clauserum nostrum, apud quem eos uidi manuscriptos, dictionibus & sententijs obscuris, barbaris, affectatis, ineptis. Obijt, ni fallor, ante aliquot annos. Composuit etiam ad abbatem S. Galli nescio quæ theologica opera, quæ publicata non puto.

THEOPHYLACTI archiepiscopi Bulgariæ in quatuor Euangelia enarratio Græca. Est autem ueluti summa quædam è Chrysostomi commentarijs decerpta. Cæterum in ea æditione, quæ superioribus annis Latina facta est, multa desunt, plura uero perperam habentur, siue ueteris exemplaris, siue interpretis ea culpa fuerit. Opus excusum Romæ, 1542. in fol. elegantissimis characteribus.

Eiusdem operis translatio, sed mutila ut iam diximus, impressa est Coloniæ in 8. apud Petrum Quentel.

In omnes D. Pauli epistolas enarratiões, Christophoro Porsena Romano interprete, qui eas falsò olim sub Athanasij nomine publicauit: nec animaduertit hunc errorẽ Des. Erasmus, cũ in Athanasij opera præfatus est. Vide supra fol. 38. a. uersu 5.

ſur 5. Opus excuſum primò Romæ tempore Sixti, cui interpres id nuncupauit, anno 1469. deinde Coloniæ apud Petrum Quentel, 1531. in fol. chartis 88. cum indice epiſtolarum Dominicalium, aliorumq; feſtorum. Citantur aliquando in his enarrationibus Baſilius & Gregorius Nyſſenus Athanaſio poſteriores. Quod autem Theophylacti ſint, non Athanaſij, teſtis eſt Iacobus Faber: & Nicolaus Beraldus, cuius præfatiuncula quoq; huic æditioni præfigitur. Vnum hoc ſatis conſtat (inquit Beraldus) in his commentarijs pia eſſe omnia & orthodoxa: ubiq; apoſtoli cum pectus non modo explicat huius operis author, ſed etiam refert, ſapit, ac ſpirat, &c.

Eædem enarrationes in omnes D. Pauli epiſtolas, item in prophetas aliquot minores per Ioan. Lonicerum translatæ, excuſæ ſunt Pariſijs apud Vaſcoſanum, 1542. in fol.

Commentarij Theophylacti in Oſeam integri (quorum antehac fragmentum duntaxat habuimus) & in totum Micheam, quorũ hactenus nihil habuimus: item epiſtolæ ex antiquiſſimo codice deſcriptæ, allato nuper ex Patmo inſula: Græce extant in bibliotheca Diegi Hurtadi Cæſarei oratoris apud Venetos.

THEOPHYLACTVS ſophiſta cognomine Simocates. Suid.

Theophylacti Scholaſtici Simocati, epiſtolæ Græcæ morales, ruſticæ, & meretriciæ impreſſæ Venetijs ab Aldo chartis ferè quinq;, in uolumine Græcarum epiſtolarum uariorum authorum.

Simocati hiſtoria œcumenica, id eſt, totius orbis, Græce extat apud Diegum Hurtadum Cæſaris oratorem Venetijs.

Eiuſdem de rebus geſtis Mauricij imperatoris liber Græcus, Romæ in Vaticana bibliotheca.

THEOPHYLACTI de differentijs & dubitationibus phyſicis liber Græcus, in bibliotheca quadam Italica.

THEOPHYLACTI monachi, &c. de ſobrietate breues admonitiões, alicubi in Italia.

THEOPOMPVS Athenieñ. Comicus: & alius Chius rhetor & hiſtoricus: uide Suidam. Athenæus 14. fabulas nominat Theopompi Comici, & multos paſſim libros THEOPOMPI Chij, & THEOP. Colophonij epopœi harmation.

THEOSEBIAE tetraſtichon libro 3. Anthologij: ſectione 15.

THEOTEVCTI, aliâs Theogoni, uel potius Theodectis, ut in manuſcripto codice legi, ſenarij quinq; apud Stobæum in ſermone de impudentia.

THEOTIMVS Scythiæ Tomorum epiſcopus, in morem dialogorum & ueteris eloquentiæ, breues commaticoſq; tractatus ædidit: audio eum & alia ſcribere. D. Hieronymus.

THERASIAE & Paulini ad D. Auguſtinũ epiſtola, numero 36. inter D. Auguſtini epiſtolas.

THESEVS hiſtoricus ſcripſit uitas illuſtrium uirorum libris 5. Corinthiaca libris tribus. Suidas.

THESPIS poëta tragicus, olympiade 61. claruit. Vide Suidam.

THESSALVS, Hippocratis illius clariſſimi uiri filius, medicus Cous: qui etiam filios habuit Gorgiam & Hippocratem. Scripſit medicinales libros ſex. Suid. Vide ſupra in Herophilo.

THESSALI Hippocratis filij oratio in Athenienſiũ ſenatu habita cum operibus Hippocratis excuſa eſt.

THETEL naturalis magiæ ſcriptor. Vide in Zoroaſtre.

THEVDAS. Vide in Theodoſio philoſopho.

THEVDERICHVS (pro Theoderichus) uide ſupra in Theodorico. Suidas THEVDERICI regis Gotthorũ, & THEVDERICI Afri meminit, & THEVDERTI regis Francorũ, & THEVDIBERTI filij Theuderichi. Eſt & THEVDIBALDVS apud

eundem nomen proprium, idem nimirum quod aliâs Theobaldus, Germanis Diebolt: & THEVDOSIVS pro Theodosio. Hæc obiter annotare libuit.

THOMAE patricij tetrastichon libro 5. Anthologij: & aliud THOmæ Scholastici lib. 4. sectione 31.

THOBIAS: uide Tobias.

THOMAE Anglico quidam tribuunt Summam Logicæ Aristotelis, quæ sub Thomæ Aquinatis nomine impressa habetur, ut inferius dicam.

T.M.1274. THOMAS de Aquino, ordinis fratrum Prædicatorum, Alberti magni in conuentu Colonienſi auditor, ſcripſit,

Super ſententias,	lib. 4.	Ego ſapientia effudi.	
Summam theologiæ,	lib. 4.	Quia catholicæ ueri.	
Contra gentiles,	lib. 4.	Veritatem meditabitur.	
Contra errores Græcorum,	lib. 1.	Libellum ab excellentia.	
Contra Armenos & Saracenos,	lib. 1.	Beatus Petrus apoſtolus.	
Compendium theologiæ,	lib. 3.	Aeterni patris uerbum.	
De præceptis charitatis,	lib. 1.	Tria ſunt homini neceſſaria.	
De fide & ſacramentis,	lib. 1.	Poſtulat à me ueſtra.	
Super oratione dominica,	lib. 1.	Pater noſter, Inter alias.	
Super Aue Maria,	lib.	Aue Maria, &c. In ſa.	
Super ſymbolo apoſtolorum,	lib.	Credo, &c. Primum quod eſt.	
De centum octo articulis,	lib.	Primo conſiderandum eſt.	
De xlij. articulis,	lib.	Reuerendo in Chriſto.	
De 36. articulis,	lib.	Lectis ueſtris literis in eis.	
De ſex articulis,	lib.	Chariſſimo ſibi in Chriſto.	
De differentia diuini uerbi & humani,	lib. 1.	Ad intellectum huius.	
De natura uerbi,	lib. 1.	Quoniam circa naturam uerbi.	
De ſubſtantijs ſeparatis,	lib. 1.	Quia ſacris angelorum.	
Contra Auerroiſtas de intellectu,	lib. 1.	Sicut omnes homines natu.	
Aduerſum detrectatores religionis,	lib. 1.	Chriſtianæ religionis.	
De perfectione uitæ ſpiritalis,	lib. 1.	Quoniam quidam perfectionis.	
Contra impugnatores ordinis,	lib. 1.	Ecce inimici tuæ ſo.	
De regimine principum,	lib. 4.	Cogitanti mihi quid.	
De forma abſolutionis,	lib. 1.	Perfecto libello à uo.	
De regimine Iudæorum,	lib. 1.	Excellentiæ ueſtræ re.	
Expoſitionē primæ decretalis,	lib. 1.	Saluator noſter diſcipulos.	
Epoſitionē ſecūdæ decretalis,	lib. 1.	Damnamus ergo & re.	
In Eſaiam prophetam,	lib. 1.	In Hieremiam,	lib. 1.
In Threnos eiuſdem,	lib. 1.	In Cantica Canticorum,	lib. 1.
In tres nocturnos Pſal.	lib. 1.		
In Iob ad literam,	lib. 1.	Sicut autem in rebus quæ.	
Continuum in euangelia,	lib. 4.	Sanctiſſimo ac reue.	
Lecturam in euangelia,	lib. 4.	In epiſtolas Pauli,	lib. 14.
In epiſtolas canonicas,	lib. 7.		
De ſacramento altaris,	lib. 1.	Memoriam fecit mira.	
De humanitate Chriſti,	lib. 1.	Chriſtus Ieſus uenit.	
De dilectione dei & proximi,	lib. 1.	Magiſter quod eſt mand.	
De diuinis moribus,	lib. 1.	Perfecti eſtote ſicut.	
De beatitudine,	lib. 1.	Beati qui habitant in domino.	
De puritate conſcientiæ,	lib. 1.	Quoniam fundamentum &.	
De officio ſacerdotis,	lib. 1.	Quia ſacerdotis offici.	
De ſignificatione miſſæ,	lib. 1.	In uirtute ſanctæ crucis.	

De

De uitijs & uirtutibus,	lib. 1.	Quatuor ſunt uirtutum.
De emptione reddituum,	lib. 1.	Recepi literas ueſtras in.
De ueritate ſummam,	lib. 1.	Quid eſt ueritas &.
De potentia dei diſpu.	lib. 1.	Quæſtio eſt de poten.
De actione Iudæorum,	lib. 1.	Illuſtri dominæ Alheidi.
Quodlibeta 12.	lib. 1.	Quæſitum eſt à deo.
Super Boetio de trinitate,	lib. 1.	Ab initio natiuitatis.
Super eodē de hebdomadib.	lib. 1.	Præcurre prior in do.
Super libris Dionyſij,	lib. 4.	
De ſortibus,	lib. 1.	Poſtulauit à me ueſtra.
De iudicijs aſtrorum,	lib. 1.	Quia petiſti ut tibi.
De æternitate mundi,	lib. 1.	Suppoſito ſecundum fidem.
De fato,	lib. 1.	Quæritur de fato an ſit.
De principio indiuiduationis,	lib. 1.	Quoniam duæ ſunt in homine.
De ente & eſſentia,	lib. 1.	Quia paruus error in.
De principijs naturæ,	lib. 1.	Quoniam quoddam poteſt eſſe.
De materia & dimenſionib.	lib. 1.	Poſtquam de principijs ſer.
De mixtione elementorum,	lib. 1.	Dubium apud multos.
De occultis operibus naturæ,	lib. 1.	Quoniam in quibuſdam natu.
De motu cordis,	lib. 1.	Quia omne quod moue.
De inſtantibus,	lib. 1.	Quoniam omnem durationem.
De quatuor oppoſitis,	lib. 1.	Quoniam quatuor ſunt opi.
De demonſtratione,	lib. 1.	Ad habendum cognitio.
De fallacijs,	lib. 1.	Quia logica eſt ratio.
De propoſitionib. modalib.	lib. 1.	Quia propoſitio moda.
De natura accidentis,	lib. 1.	Quoniam omnis cognitio hu.
De naturis generis,	lib. 1.	Quoniam omnis natura gene.
De principijs animæ,	lib. 1.	Vt adiutorium homini.
De tempore,	lib. 1.	Sicut uult philoſophus.
De pluralitate formarum,	lib. 1.	Quoniam ſanctum eſt hono.
De natura ſyllogiſmorum,	lib. 1.	Quoniam ſcire eſt cauſam rei.
De ſenſu & intellectu,	lib. 1.	Circa conſiderationem.
De inuentione medij,	lib. 1.	Quoniam principium ſyllogi.
De natura luminis,	lib. 1.	Conſiderandum eſt de na.
De natura loci,	lib. 1.	Ad ſciendum naturam.
De uniuerſalibus,	lib. 2.	Circa uniuerſalia mul.
De intellectu & intelligibili,	lib. 1.	Sciendum quod de ratione.
Dictorum ſuorū concordiā,	lib. 1.	Pertranſibunt multi &.
Sermones multos,	lib. 1.	Contra Guil. de ſancto amore, lib. 1.

Iubente Vrbano papa IIII. †officium feſti corporis Chriſti compoſuit. In omnes Ariſtotelis ac Porphyrij libros commentatus eſt. Alia quoq; multa ædidit tam in diuinis ſcripturis q̄ in ſæculari philoſophia, quæ ad manus noſtras minime uenerūt. * Thomas Aquinas expoſitor per excellentiam dictus, quo curioſior, uberior & clarior inuentus eſt nemo. Auguſtinus Niphus Sueſſanus.

†Id eſt, Sequentiam de corpore Chriſti: Lauda Sion Saluatorē, etc. Extant et hymni quidam eius.

Quæſtiones de ueritate S. Thomæ, typis excuſæ.

Tractatus de corpore Chriſti, ſiue ſacramento Euchariſtiæ, chartis ferè tribus in Germania olim excuſus in 4.

Tabula de paſſione Chriſti. Catena aurea. Contra gentiles.

Commentarij ſuper quatuor libros Sententiarum, excuſi in fol. anno 1513.

Commentarij in quatuor euangelia, excuſi Coloniæ anno 1535. in 8. apud Gymnicum, & Pariſijs, 1537. in fol.

In epistolas Pauli, Parisijs 1532. in fol. & 1526.

Summa, impressa Lugduni, 1520. in 8. & Venetijs apud Scotum, 1505. & Haganoæ apud Knoblouchum, 1510. in fol. cum indicibus, chartis trecentis quinquaginta sex. Diuiditur autem in partes tres.

» Ex præfatione authoris. Propositum nostræ intentionis in hoc opere est, ea quæ
» ad Christianam religionem pertinent, ea modo tradere, secundum quod congruit
» ad eruditionem incipientium. Tentabimus igitur cum confidentia diuini auxilij,
» ea quæ ad sacram doctrinam pertinent breuiter ac lucide prosequi, secundū quod
» materia patietur. Primi tomi quæstiones sunt 119. in quibus disseritur de Deo, & diuina simplicitate, perfectione, bonitate, infinitate, immutabilitate, æternitate, unitate, scientia, & nominibus Dei. De uita Dei, uoluntate, amore, iustitia & misericordia, prouidentia, prædestinatione, potentia, beatitudine. De trinitate. De angelis & dæmonibus. De opere sex dierum. De anima hominis, & uarijs eius facultatibus. De corporis productione, deq; primi hominis statu. De generatione prolis. De paradiso, &c. De angelorum actu, locutione, ordinatione, & alia multa.

» De secunda parte iudicium Io. Ludouici Viuis. Extant de ethicis decem Aristo
» telis ad Nicomachū filium uolumina, &c. Simile est huic opus D. Thomæ Aqui-
» natis, secundæ partis Summæ, quod duos in Tomos diuiditur, scriptoris de schola
» omnium sanissimi ac minime inepti: hi libri concinnati sunt, partim ex sacris, par-
» tim ex prophanis scriptoribus, tum receptis uulgo opinionibus: multis in locis fa-
» cile intelligas secutum illum esse alienum iudicium, suum non adhibuisse, quod
» fuit ei commune cum scholasticis. Hæc Viues libro 3. de tradendis disciplinis.

Secundæ partis primi Tomi Quæstiones sunt 114. De hominis ultimo fine, beatitudine, uoluntario & inuoluntario, uoluntate, fruitione, intentione, electione, consilio, consensu, &c. De bonitate & malitia humanorum actuum internorum & externorum. De passionibus siue affectibus animæ in generali & speciali. De habitibus animi, uirtutib. & uitijs siue peccatis in genere. De præceptis utriusq; testamenti. De gratia Dei. De merito.

Secundæ partis secundi Tomi Quæstiones sunt 189. quæ omnes sunt de uirtutibus & uitijs singillatim.

Tertiæ partis Quæstiones 99. omnes sacræ & theologicæ: ut, De conuenientia incarnationis Christi, De modo unionis uerbi incarnati, de gratia Christi, de defectibus quos Christus assumpsit quantum ad animam, de baptismo, circūcisione, miraculis, sacramentis, resurrectione, &c.

Quodlibetales Quæstiones impressæ Venetijs apud Scotum, 1501. chartis 30. in fol. Sunt autem Quæstiones de angelis, anima, beatitudine, bigamis, charitate, cœlo empyreo, conscientia, corpore glorioso, cruce signatis, correctione, damnatis, decimis. De Dei potentia, scientia, præscientia & prædestinatione: & aliæ uariæ innumeræ.

Commentarij in Boëtij libros de consolatione philosophiæ & disciplina scholarium, impressi cum ipsis operibus Boëtij.

De esse & essentia, liber impressus.

De ente & essentia, liber impressus in folio cum commentarijs.

De unitate intellectus, liber impressus.

De commentarijs Thomæ Aquinatis in libros Aristotelis, qui omnes Venetijs impressi sunt.

Summa totius Logicæ Aristotelis exceptis topicis & elenchis, impressa Venetijs apud Simonem Biuilaquam, 1496. in 4. chartis 11. & dimid. Alij hanc Summam tribuunt Herueo Britoni, alij Thomæ Anglico.

Commentarij super Logica Aristotelis. In librum peri hermenias, & In posteriora,

ſteriora, in folio, 1496. cum quæſtionibus Dominici de Flandria, Venetijs.

In octo libros Phyſicorum Cõmentarij, impreſſi in fol. 1480. & 1504. apud Scotum, cum Roberti Linconienſis Summa in eoſdem libros.

Libri de cœlo & mundo cum translatione antiqua & Ioan. Argyropyli: illuſtrati interpretatione D. Thomæ Aquinatis, annotationibus textuum & commentorum Auerroys, deniq; additionibus Petri Aluerniatis, &c. Lucantonius de Iunta excudit Venetijs, 1516. in fol. Eoſdem commentarios Aquinatis & additionem Pet. de Aluernia Scotus impreſſerat ibid. 1495. in fol.

Commentaria in libros de generatione & corruptione cum textu Ariſtotelis. Ibid. excuſa, 1498. in fol. apud Petrum Liechtenſtein.

In libros de anima, ibid. 1503. in fol.

In parua naturalia commentarij, de ſenſu & ſenſili, de memoria & reminiſcentia, de ſomno & uigilia: cum additionibus Petri de Aluernia, ut ſupra diximus: & libro Proculi de cauſis, qui & ipſe Thomæ Aquinatis commentario illuſtratur. Opus impreſſum Venetijs, 1505.

Super Ethica Cõmentarij, publicati in folio Venetijs, 1519. chartis 83. cum Leonardi Aretini & Io. Argyropyli translationibus. In metaphyſica. In Politica. Hæc ſunt quæcunq; nobis impreſſa eſſe conſtat: Audio etiam neſcio quæ opuſcula eius ibidem (Venetijs opinor) prodijſſe anno 1508.

THOMAS de Argentina, natione Teuthonicus, ordinis fratrum eremitarum ſancti Auguſtini, Prior generalis, ſcripſit nonnulla, è quibus extat luculentiſſimũ opus. T. 1350.

Super Sententias, lib. 4. Dedit abyſſus uocem.
Conſtitutiones ordinis ſui, lib. 1. Et quædam alia.

THOMAS Branduardinus (aliàs Brauardinus) Anglicus, egregius theologus, ſcripſit de Caſa Dei (aliàs de cauſis Dei, & de uirtute Dei cauſæ cauſarum) contra Pelagianos, & alia quædam. Claruit anno 1357. Raph. Volaterranus. Audio à quibuſdam hunc librum inſcriptum, Summa doctoris profundi Thomæ Brauardini, &c. extare Romæ in Vaticana, ſcriptum anno 1411.

THOMAE Bricoti textus ſuppoſitionum Logicæ Petri Hiſpani, & quæſtiones in fine ſingulorum librorum, &c. impreſſa ſunt cum Georgij Bruxellenſis Logica, ut ſupra dictum eſt. Lugduni, 1504. in fol. & 1509. apud Iannot de Campis in folio, ἀνοίγω ὑγιές.

THOMAS Calanchus ſcripſit in Rubricam 1. Infortiati. de uulg. & pub. l. 1. in 3. & l. hæredes. ff. de uulg. & pup.

THOMAS de Cantiprato, natione Brabantinus, ordinis fratrum prædicatorum, Alberti magni (quondam (ut ferunt) diſcipulus. Fertur quædam præclara ſcripſiſſe uolumina, è quibus extat opus de apibus myſticis, quod prænotauit. T. cl. 1270.

Bonum uniuerſale, lib. 2. Reuerendo in Chriſto.
De rerum natura, lib. 1. Vita ſanctæ Chriſtinæ, lib. 1.
Et cætera quæ non uidi. Et ſunt qui ſcribant eum Græci ſermonis habuiſſe peritiam, & libros Ariſtotelis quorum iam uſus in ſcholis eſt tranſtuliſſe.

THOMAS Carinus in librum Latomi.

THOMAS Dinus, uel potius Dini de Garbo filius. Vide Thom. de Garbo.

THOMAS Faxioli, ſcripſit de dubijs Rotæ.

THOMAS de Garbo, patria Florentinus, Dini quondam medici filius, uir in medicinis doctus, ueſtigijs eruditiſſimi patris inhærens, ædidit in ſua facultate medicis nõ ſpernenda opuſcula, è quibus extat ualde notabilis. T. cl. 1340. aliàs 1311.

Summa medicinæ, lib. 1. Et quædam alia. * Eadem Symph. Champerius.

Thomas de Garbo in Galenum: impreſſus olim in 4.

THOMAS Gualenſis, ordinis fratrum Prædicatorũ, natione Anglicus, ſcripſit multa præclara in ſcripturis ſanctis opuſcula, de quibus tamẽ pauca ad manus noſtras peruenerunt. Reperi enim tantum ſubiecta, T.

In toto Psalterio,	lib. 1.	Beatus qui custodit.	
In Prouerbia Salomonis,	lib. 1.	In absconditis parabo.	
In Augustinū de ciuitate dei,	lib. 10.	Fluminis impetus læti.	
In Cantica canticorum,	lib. 1.		

Claruit in uniuersitate Oxonien. ubi multa dicitur composuisse uolumina, & præsertim lecturas diuersas in plures Bibliæ libros. * Vide supra Thomas Valeis folio, 434. a. in Io. Lud. Viue. in margine.

T. cl. 1410. THOMAS de Haselbach, natione Teuthonicus, ingenio præstans, & sermone scholasticus, sed nimis diffusus & prolixus, scripsit nonnulla in scripturis diuinis opuscula, de quibus feruntur subiecta multa uolumina.

In Esaiam prophetam,	lib. 1.	Super Sententias,	lib. 4.
De decem præceptis,	lib. 1.		
De quinq; sensibus hominis,	lib. 1.	Postquam dei dono taliter.	
Sermones de tempore,	lib. 1.	Sermones de sanctis,	lib. 1.

Et alia multa. * Thomas de Heselbach scriptor Annalium, citatur in Chronicis Io. Cuspiniani.

THOMAS de Hibernia. Vide supra in Ioanne Valeis.

T. cl. 1410. THOMAS de Kempis, natione Teuthonicus, ordinis canonicorum regularium sancti Augustini mōtis diuæ martyris & uirginis Agnetis, prope Zuuollis in diœcesi Traiectensi, scripsit multa, de quibus feruntur subiecta.

De contemptu mundi,	lib. 4.	Qui sequitur me, non.	
Sermones ad nouicios,	lib. 3.	Ecce quàm bonum & quàm iocun.	
Sermones ad fratres,	lib. 1.	Qui non renunciauerit.	
Dialogus nouiciorum,	lib. 1.	Rogo te pater charissime.	
De uita solitaria,	lib. 1.	Charissime cum esses in.	
De tribus tabernaculis,	lib. 1.	Est scriptum in Prophe.	
De uera compunctione,	lib. 1.	Flete mecum omnes amici.	
Hortulus rosarum,	lib. 1.	Cum sancto sanctus eris.	
Vallis liliorum,	lib. 1.	Ego flos campi, & lilium.	
Alphabetum monachi,	lib. 1.	Vias tuas domine demon.	
Consolatio pauperum,	lib. 1.	Consolamini consolamini.	
Epitaphium monachi,	lib. 1.	Via iustorum recta fa.	
Qualis debeat esse monachus,	lib. 1.	Audi religiose mona.	
Manuale paruulorum,	lib. 1.	Sinite paruulos ueni.	
Doctrinale iuuenum,	lib. 1.	Fili à iuuentute tua ex.	
De contemptu mundi alius,	lib. 1.	Dominus regit me & nihil.	
Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.	Charissime frater liben.	

Et quædam alia. * De imitatione Christi, & contemptu uanitatum mundi libri eius tres, Tiguri apud nos impressi sunt in Germanicum sermonem transfusi, nullo authoris expresso nomine, in 16. hoc anno, 1545.

THOMAS Linacer, natione Anglus, medicinæ professor, uir utraq; lingua doctissimus, & politissimi stili, magnam scriptis suis laudem & gratiam apud eruditos meruit: sic ut grammaticus optimus, & præstantissimus Galeni interpretū habeatur.

» Legat discipulus seorsim in arte grammatica Thomam Linacrū, à quo multa sunt
» Latinæ linguæ mysteria ostensa, ac sine impietate prodita. Io. Lud. Viues.

Thomæ Linacri Rudimenta grammaticæ, impressa Parisijs à Rob. Stephano, & à Vuechelo ibid. & Basileæ à Brylingero, & Lugduni à Gryphio.

De Latini sermonis emendata structura libri 6. copiosi, docti, & omnium in hoc genere præstantissimi. Rob. Stephanus excudit Parisijs, 1527. in 4. cum indice copioso: & Vuechelus ibidem: & Cratander Basileæ, 1530. in 4. & Gymnicus Coloniæ, 1539. in 8. chartis 31. Postremo Gryphius Lugduni 1541.

Ex

Ex Cl. Galeni operibus Latinitate donauit,

De temperamentis, lib. 3. De inæquali intemperie, lib. 1.
Methodum medendi, uel de morbis curandis, libros 14. ad Henricum VIII. Anglię regem. De sanitate tuenda, libros 6.
De naturalibus facultatibus, lib. 3. De pulsuum usu, lib. 1.
Hæc omnia ex eius uersione, cum reliquis Galeni operibus Latinis impressa sunt Basileæ. Methodum medendi ipso interprete, seorsim impressam uidi ex Martini Gregorij recognitione. Parisijs apud Cheuallonium, 1538. in 8. cum indice copiosissimo.

Transtulit quoq; Sphæram Procli, sæpe iam excusam, & alibi, & Parisijs apud Gourmontium Græce Latineq;.

THOMAS Lombe, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, natione Anglicus, scripsit egregium opus *T. Cl. eo tempore, quo Ioan. Vuicleffus in Anglia commutus est.*

Super sententias, lib. 4. Contra Lollardos, lib. 1.
De incarnatione domini, lib. 1. Sermones quoq;, lib. 1.
Et uarias quæstiones. Et quædam alia.

THOMAE magistri grammatici Græci quædam leguntur ab initio impressorum operum Aristophanis, Euripidis, & Pindari.

Thomæ magistri eclogæ siue delectus Atticorum nominum ordine alphabeti. Liber impressus Parisijs. In exemplari quodam manuscripto, Theoduli nomen non Thomæ magistri in titulo reperi: de Theodulo autem supra diximus.

THOMAS Morus natione Anglus ab Henrico VIII. Anglorum rege, capitis damnatus (cuius uitam & mortem descripsit Desid. Erasmus) Luciani dialogos aliquot transtulit, qui excusi sunt Basileæ apud Frobenium, 1534. in 8. & postea Francfordiæ cum omnibus Luciani operibus Latinis.

Eiusdem Vtopiam impressam uidi. Germanus Brixius Antimoron contra hunc uirum ædidit, in quo eum tanquam indoctum & prosodiæ etiam ignarum traducit. Io. Lud. Viues, ubi de poëtis loquitur: Acutus est (inquit) Thomas Morus, & plenus aculeis ac ingenij.

Epigrammata eius, quorum plurima uersa sunt ex Græcis, Io. Frobenius excudit Basileæ, 1520. in 4. chartis 14. & dimid.

THOMAS Murnar natione Germanus, doctor iuris opinor (nam inter cæcos strabo regnat) scripsit Chartiludium in Instituta Iustiniani. Eadem in tabulas redegit, quæ nuper Venetijs impressæ sunt, chartis 6.

Thomæ Murner Argentini diuinarum literarum baccalaurij Cracouiensis ordinis Minorum, honestorum poëmatum cõdigna laudatio, impudicorum uero miranda castigatio. Hic titulus est insulsissimi ineptissimiq; libri, impressi olim in Germania, chartis 6. in 4. Scripsit & orationes, & alia quædam, omnia indigna, quorum uel recensione Lectorem oneremus.

THOMAE Naogeorgi Straubingensis natione Germani, Pammachius tragœdia noua, impressa Augustæ Vindelic. apud Alexandrum Vueissenhorn, 1537. in 8.

Annotationes in primam epistolam Ioannis, excusæ Francfordiæ apud Brubachium, 1544. in 8.

THOMAS Parpalia scripsit Præludia Feudalia. In Rubri. 2. ff. uet. Si certũ petatur. l. si quis nec causam. In 1. Inforciati. In eiusdem Rubri. Soluto matri. l. 1. & 2. In locum l. Cod. de sacrosanc. eccl. l. placet. & De transact. l. si quis maior.

THOMAS Plonatatius patricius Constantinopolitanus I. C. circa annum 1508. scripsit ad Ioan. Sfortiam Pisauri dominum, de præstantia doctorum, qui à Phoroneo Inachi Argiuorum rege, ad hæc usq; tempora nostra defluxerunt: in quibus Iureconsultorum uitas legaliter & historice complectitur. Alexander Gabuardus in epistola, quæ præfixa est libris Arriani de rebus gestis Alexandri, ex Bartolemæi Facij uersione.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1277] - 618v

THOMAS Robertſonus, uir utriuſq; linguæ peritiſſimus, & optimus grammaticus, ſcripſit Annotationes in Regulas Gulielmi Liliĳ de Latinorum nominum generibus, uerborum, præteritis & ſupinis. Adiecit inſuper Appendicem de nominib. heteroclitis, uerbis defectiuis, & uerſibus pangendis, appoſitis ubiq; annotationb. Bebelius excudit Baſileæ, 1532. in 4.

THOMAS Valois, idem qui iam dictus eſt Thomas Gualenſis.

THOMAE Venatorĳ eruditiſſimi uiri, natione Germani, (noſtro tempore clari, Norimbergæ opinor) de uirtute Chriſtiana libri tres. Fœdericus Peypus excudit Norimbergæ, 1529. in 8. cum indice, chartis 26.

Draco Myſticus ſiue uenatio, uerſibus hexametris, chartæ ſunt 2. excuſæ in Germania, 1530.

Ariſtophanis Plutum comœdiam facetiſſimam Latinis uerſibus reddidit. Petreius excudit Norimbergæ, 1531. in 4. Græce & Latine è regione: chartis 13. Fertur & carmina quædam compoſuiſſe de cruce.

THOMAE de Vio Caietani Cardinalis S. Xyſti, aduerſus Lutheranos opuſcula, uidelicet: De fide & operibus. De communione. De confeſſione. De ſatisfactione. De inuocatione ſanctorum. Excuſa Lugduni, 1536. in 8. apud Frellæos.

Eiuſdem Summula de peccatis.

Thomæ de Vio, liber de cambĳs. Thomæ de Vio Papienſis, defenſorium montis pietatis.

THOMAE Vuolphĳ Germani epiſtola quædam, cum Adoleſcētia Iacobi Vuimpſelingĳ impreſſa.

T.M.1430. THOMAS Vualden, ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemper uirginis de monte Carmeli, natione Anglicus, & Prior prouinciæ Anglicanæ generalis, ſcripſit inter cætera ingenĳ ſui monimenta, opus inſigne tribus magnis uoluminibus diſtinctum contra Vuicleffitas & Huſſitas. Hoc opus prænotatur

Doctrinale eccleſiæ,	lib. 3.	Exurgat deus & diſſipen.	
Super ſententias quoq;	lib. 4.	In lib. Ethicorum,	lib. 10.
In lib. Phyſicorum,	lib. 8.	In lib. de cœlo & mundo,	lib. 4.
In de generatione & corrup.	lib. 2.	In lib. Meteororum,	lib. 4.
In libros de anima,	lib. 4.		

Alia inſuper multa ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

* Eiuſdem de ſacramentis liber impreſſus. Neſcio an idem ſit liber, quem Martino quinto nuncupauit, contra Vicleuiſtas: meminit eius Raph. Volaterranus.

T. THOMASINVS patria Ferrarienſis, ordinis fratrum Prædicatorum ſancti Dominici, fertur quædā præclara cudiſſe opuſcula, de quorū numero potiſſime feruntur.

Sermones de tempore,	lib. 1.	Sermones de ſanctis,	lib. 1.
Sermones per quadrageſimā,	lib. 1.		

Cætera uero quæ compoſuit, ad notitiam noſtram hucuſq; non uenerunt.

THRACESIVS quidam citatur in Chronicis Io. Cuſpiniani.

Ex THRASYLLI Aegyptiacis quædā citantur apud Stobæū in ſermone de morbis.

THRASYMACHVS Chalcedonius ſophiſta, diſcipulus Platonis & Iſocratis, ſcripſit rhetorica quædam, &c. Suidas. Citatur ab Athenæo quoq; Thraſymachus.

THVCYCIDIS Athenienſis hiſtoriographi de bello Peloponnenſium & Athenienſium (cui ipſe interfuit, circa olympiadem 87.) libri octo Græci, impreſſi Florentiæ apud Bernardum Iuntam, 1506. in fol. cum antiquis & utiliſſimis cōmentarĳs Græcis anonymis, ubiq; iuxta textū adiectis: chartis 80. & Baſileæ apud Heruagium, 1540. in fol. chartis 99. ex caſtigatione Ioachimi Camerarĳ, cum annotationibus eiuſdem: ſed in hac æditione commentarĳ ſeorſim excuſi ſunt, non ad textum appoſiti, author commentariorum ignoratur: nos ſupra de Herone quodā diximus, qui in Thucydidem ſcholia reliquerit, ſed an illius alteriúsue ſint quæ habemus, incertum

incertum est. Vide apud Suidam de Thucydide, & encomion eius in Aphthonij progymnasmatis: & alia quæ ex Marcellino, Dionysio, &c. Græcæ æditioni præmittuntur de uita & scriptis huius authoris. Idem opus à Laurentio Valla Latinitate donatum, & per Conrad. Heresbachium recognitum, impressum est Coloniæ, 1527. & rursus 1543. in fol. cum indice, in quo etiã indicatur quæ passim Thucydides de seipso scripsit. Demosthenes oratorum præstantissimus ut Thucydidis stilum familiarem sibi faceret, octies historiam eius transcripsisse dicitur.

THVRAE de Castello Bononiensis liber de balneis Porretanis, impressus olim Venetijs, cum alijs quibusdam, sermone barbaro.

THYILLI octostichon lib. 3. Anthologij, sect. 12.

TIBERIANVS Bæticus, scripsit pro suspicione qua cum Priscilliano accusabatur hæreseos, apologeticum, tumenti compositoq; sermone, &c. Hieronymus.

TIBERII fragmenta quædam, impressa cum Absyrto, & reliquis hippiatis Græcis.

TIBERIVS philosophus & sophista uarios rhetoricos libros conscripsit, quos Suidas recenset.

Tiberij de figuris seu schematibus rhetoricis liber; extat Græce Venetijs apud Diegum Hurtadum Cæsaris oratorem.

TIBERII hexastichon lib. 1. Anthologij, sect. 33. TIBERII Illi tetrastichon & octostichon, ibid. sect. 33.

TICONIVS Afer, (aliâs Tichonius) scripsit non pauca, è quibus ista feruntur, uidelicet, T. cl. 390.

De bello intestino, lib. 3. Expositoriũ diuersarũ causarũ, lib. 1.
Regularis sacræ scripturæ, lib. 1.
In Apocalypsin Ioannis, lib. 1.
Epistolæ plures ad diuersos. Et alia multa. * Vide copiosius apud Gennadiũ.

TILLIVS. Vide Tyllius.

TILMANNVS Aquensis, natione Teuthonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli, scripsit quædam, è quibus fertur lectura, quam Coloniæ legit publice. T.

In euangelium Matthæi, lib. 1. Super sententias quoq;, lib. 4.
Sermones etiam & uarios in Biblia cõmentarios composuisse dicitur mihi ignotos.

TILMANNVS ordinis canonicorum regularium sancti Augustini, præpositus cœnobij diui martyris Christophori in Rauengirsburg, scripsit simplici & aperto sermone quædam plena deuotionis & charitatis opuscula, è quibus extant ista. T. M. 1485.

De uinea spirituali, lib. 1. Mirarer charissime.
De institutione nouitiorum, lib. 1. Ingressus charissime.
Et quædam parua exercitia.

TILMANNVS de Hachenberg, ordinis fratrum Minorum, natione Teuthonicus, ex diœcesi Treuerorum, scripsit quædam opuscula, è quibus extant T. cl. Confluentiæ.

Sermones de tempore, lib. 1. Erunt signa, &c. hic prædi.
Sermones de sanctis, lib. 1. Sermones per quadragesimã, lib. 1.
Et quædam alia.

TIMACHIDAS Rhodius scripsit carmine libros undecim conuiuiorum. Suidas. Citatur & ab Athenæo.

TIMAEVS historicus, & TIMAEVS Andromachi Tauromenites, uide Suidam: allegatur etiam ab Athenæo.

TIMAEVS Locrus philosophus Pythagoricus, scripsit mathematica, de natura, & de uita Pythagoræ. Suidas. Extat in fine Græcorum Platonis operum impressus libellus Timæi Locri de natura & anima mundi, paulò maior charta 1. Doríca dialecto. Quinetiam in dialogo Timæo, ipsum de natura differentem Platone inducit.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1279] - 619v

TIMAGENES historicus scripsit Periplum totius maris libris quinq. Suidas.

TIMARCHVS scripsit de Eratosthenis Mercurio. Athenæus.

TIMAGORAE librum primum de fluuijs Stobæus citat in sermone de morbis.

TIMESITHEI Tragici fabulæ nominantur apud Suidam.

TIMOCLES duo Comici fuere, quorum fabulas enumerat Suidas ex Athenæo. Citantur & apud Stobæum senarij eius bis aut ter.

TIMOCREON Rhodius Comicus ueteris comœdiæ, scripsit contra Themistoclem & Simonidem poëtam. Suidas.

TIMOLAVS Lariſſæus rhetor singulis uersibus Iliadis Homericæ singulos de suo inseruit: Initium eius poëmatis Suidas recitat.

TIMOMACHVS in literas retulit Cypriaca. Athenæus.

TIMON Phliasius philosophus scripsit Sillos siue Vituperia philosophorum libris tribus. Suid. Allegantur hi Silli ab Athenæo, qui Pyrrhonium eum fuisse scribit. Timonis distichon Florilegij libro 2. sectione 7.

TIMOTHEI episcopi ad ecclesiam catholicam toto orbe diffusam libri 4. in quibus asserit officium esse Christiani hominis, ut dum in hac uita est, diuitias mũdi huius pro Dei nomine atque honore consumat: Secundum autem, ut si id uel metu, uel infirmitate, uel causa, uel necessitate aliqua præpeditus fortè non fecerit, saltem moriens uniuersa dispenset. Hen. Petrus excudit Basileæ, 1528. chartis 10. in folio, cum Saluiani episcopi præfatione, in qua ostenditur, hoc non uerum esse authoris, sed fictum nomen: neque ab aliquo antiquo, sed sui temporis homine conscriptum esse opus, & cur uniuersæ ecclesiæ id inscripserit. Quisquis tandem fuit, eruditus sanè & eloquens hæreditatum ecclesiasticarum patronus est: purgatorij interim & Missarum pro defunctis nullam facit mentionem, fortè quod nondum inuenta essent hæc remedia. Io. Sichardus scriptorem hunc elegantem, totiusq; uetustatis pereruditum uocat.

TIMOTHEVS I.C. Vide in Triboniano.

TIMOTHEVS episcopus, composuit librum de natiuitate Domini secundũ carnem, quam credit in Ephiphania factam. Gennadius.

TIMOTHEVS extincto ab Alexandrinis Proterio episcopo, in locũ illius non legitime substitutus, scripsit ad Leonem imperatorẽ libellũ, &c. Viuere adhuc in exilio iam hæresiarches dicitur. Hunc ipsum libellũ cognoscẽdi gratia ego rogatus à fratrib. in Latinũ transtuli, & cauendũ prætitulaui. Vide copiosius apud Gennadiũ.

TIMOTHEVS Gazæus grammaticus scripsit tragœdiam in Anastasium regem, & poëmata de quadrupedibus, auibus, & serpentibus uarijs & peregrinis. Suid.

TIMOTHEVS Milesius Lyricus poëta, &c. Vide Suidam de scriptis eius. Athenæus Cynarion, Nautilon, & Nioben eius allegat.

TINDARVS iurisperitus scripsit de compensationibus, & de testibus uariantibus.

TIRAMI cuiusdam historia fabulosa extat.

TISBERVS barbarus interpres Aristotelis, nescio quos commentarios reliquit.

TITVS nomen per T. literam apud ueteres designabatur.

TITVS Caius I.C. uetus, scripsit Institutionũ libros 3. ex quibus extant duo, impressi cum Institutionibus Iustiniani Moguntiæ apud Ioan. Schœffer, 1529. in 8. & Basileæ apud Hen. Petrum cum Theodosij codice. Citantur præterea scripti ab eo libri: Ad edictum prouinciale lib. 32. Ad leges lib. 15. Ad edictum publicum (aliâs urbicum) qui haberi potuerunt libri 10. Aureorũ siue rerum quotidianarũ lib. 7. Dodecadelti libri 6. aliâs 16. De manumissionibus, lib. 3. Fideicommissorum, lib. 2. De uerborũ obligationibus, lib. 3. Ad edictũ ædilium curuliũ, lib. 2. Libri singulares. De casibus Regularũ. Dotalium. Ad hypothecariã formulã.

TITVS Bostrinus episcopus, sub Iuliano & Iouiano principib. fortes aduersum Manichæũ scripsit libros, & nõnulla alia. Moritur aũt sub Valente. Hieronymus.

Trittemius

Trittemius addit eum claruisse anno 340. & ædidisse contra Manichæos lib. 2. Commentariorum euangelij lib. 1. Titus aduersum Manichæos, numeratur inter illos scriptores, ex quibus excerpta sunt scholia in epistolam ad Romanos impressa Basileæ Io. Lonicero interprete, 1537. in 4. apud Rob. Vuinter.

Titi episcopi Bostrensis expositio Græca in Lucam ex Chrysostomo, extat alicubi in Italia.

TITI Calphurnij Siculi (qui Diocletiano Cæsare, & Constantijs principibus floruit) Bucolicorum eclogæ septem: chartis ferè 2. impressæ Lugduni apud Gryphium, cum Gratio de uenatione, &c. & Tiguri apud Froschouerum: & in Italia, Venetijs puto, cum commentarijs.

T. LIVII Patauini Latinæ historiæ principis Decades tres cum dimidia, longe quàm nuper emaculatiores, quod nunc demum ad uetera exemplaria collatæ sint, ubi quantum sit deprehensum mendorum, facile indicabunt Beati Rhenani & Sigismundi Gelenij adiunctæ annotationes. Addita est Chronologia Hen. Glareani ab ipso recognita & aucta, cum indice copioso. Frobenius excudit Basileæ, 1535. in magno fol. & postea Heruagius, 1543. eadem prorsus inscriptione: & Gryphius similiter Lugduni, 1542. Primus autem Aldus Venetijs tres decades impresserat: nam dimidiam ultimam Simon Grynæus reperit in bibliotheca monasterij Laurissensi, aut, ut uulgo, Lorsensis, è regione Vuormaciæ trans Rhenum. Author ipse in libros tantum non in decades suum opus diuisit. Crinitus lib. 7. cap. 12. Lactea eius eloquentia iam olim omnibus nota est, nec eget nostro nimis humili præconio. Vide supra in Polybio.

TITI Lucretij Cari poëtæ & philosophi antiquissimi (fuit enim paulò antiquior Terentio Varrone & M. Tullio) de rerum natura libri 6. heroicis uersibus grauiter ele ganter & docte scripti. Hen. Petrus impressit Basileæ, 1531. in 8. chartis 20. uarijs lectionibus per margines annotatis: plurimi autem uersus corrupti sunt. Aldus impressit Venetijs, & nescio quis Florentiæ, & Gryphius Lugduni, 1536. Idem opus alicubi cum commentarijs Pet. Aponi puto impressum est. Videtur Epicureus fuisse, impie sentit de prouidentia diuina, & animorum immortalitate. Vide Petrum Crinitum & Gyraldum.

Singulorum librorum argumenta, & capita præcipua, quæ copiosius ab initio impressorum codicum recensentur.

Liber 1. De primis elementis, inani, & infinito.

2 De primorũ corporum motu & figuris, quod infinita sint, insensilia, sine omni colore & qualitate. De fortuita generatione huius mũdi, & aliorũ innumerabiliũ.

3 De animi natura.

4 Simulachra à rebus mitti. De imaginibus speculorum, & optica quædã. De sensib. externis eorumq; obiectis. De animo, cogitatione, &c. De somno, insomnijs, coitu, amore, prolis similitudine ad parentes, & causis sterilitatis.

5 Natum & interiturum esse mundum. De syderum motu, magnitudine. De solis & lunæ motu & lumine. De monstris. De hominum prima uita, sermone, igne inuento, urbibus conditis. De metallis.

6 De meteoris. De causis pestis. Descriptio magnæ pestilentiæ Athenis.

T. POMponius Atticus uir doctissimus, ad quem extant Ciceronis epistolæ. Vide in Cornelio Nepote: & apud Gyraldum. Titus Stroza. Vide Strozæ.

TITI Valgij ueteris poëtæ uersus quidam citantur apud Crinitum & Seruium. Vide Gyraldum.

TOBIAS à Iudæis Constantinopolitanis in lingua Hebraica suppeditatus, impressus est Basileæ apud Hen. Petrum, 1542. cum uersione & annotationibus Seb. Munsteri, unà cum opere Grammatico ex uarijs Eliæ libellis, &c. Eodem tempore impressus est etiam Isnæ Paulo Fagio interprete, ut in Paulo diximus.

TORELLI Saraynæ Veronenſis Leg. doct. de origine & amplitudine ciuitatis Veronæ. Eiuſdē, De uiris illuſtribus antiquis Veronenſibus. De his qui potiti fuerunt dominio ciuitatis Veronæ. De monumentis antiquis urbis & agri Veronenſis. De interpretatione literarum antiquarū, ordine alphabeti digeſtis, unde quis adiutus ueteres inſcriptiones plærasq; abſq; negocio legat. Antonius Putelletus impreſſit Veronæ, 1540. in fol. cum indice copioſo: chartis quadraginta. Inſunt autem permultæ picturæ ædificiorum antiquorū ſcite & eleganter efficiæ, urbis Veronæ, Theatri, Amphitheatri, & aliorum quæ tum ad architecturæ, tum ad antiquitatis rationē digna cognitu iucundaq; ſunt. Præmittitur autē præfatio authoris ad Io. Matthæū Gybertū epiſcopū Veronæ. Phraſis eſt pura & dilucida.

Τοῦ ΤΟΡνίκη θείου ἄνυσμα, Romæ in Vaticana bibliotheca.

TRAIANI epiſtolæ, libro decimo epiſtolarum C. Plinij. Vide ſupra in titulo Fl. Vegetij de re militari. Traiani regis diſtichon libro 2. Anthologij, ſect. 13.

TREBELLIVS Pollio ſcripſit uitas ſiue hiſtorias Gallieni utriuſq;, triginta tyrannorum, Titi, Cenſorini, & Diui Claudij: chartæ ſunt ferè ſeptē, impreſſæ cum C. Suetonio & alijs, Baſileæ in officina Frobeniana, 1533. in fol. Stilus uidetur nitidus, & qualis decet hiſtoricum, id eſt grandiuſculus.

TRIBONIANVS (aliâs, A. Tribonianus) uir prudentiſſimus, exqueſtor et exconſul, cum illuſtribus uiris Cōſtantino comite ſacrarū largitionū, & magiſtro ſcrinij libellorum ſacrarumq; cognitionum, & Theophilo iuriſperito, & Dorotheo quæſtore, & Anatolio qui leges docuerant apud Berytienſes: & Cratino uiro illuſtri comite ſacrarum largitionum ac anteceſſore in urbe Conſtantinopoli: unà cum Stephano, Mœna, Proſdocio, Eutolmio, Timotheo, Leonide, Leontio, Platone, Iacobo, Conſtantino, iuriſprudentiſſimis, qui patroni fuêre cauſarum apud maximam ſedem præfecturæ, quæ orientalibus prætorijs præſidebat: diſperſum antea infinitis uoluminibus ciuile ius, in hanc quæ poſt mille annos adhuc durat, breuitatem concordiamq; contraxit. Vide in uitis iureconſultorum Bernardini Rutilij. Suid.2.

TRIPHYLLIVS Cypri Ledrenſis, ſiue λευκῶν epiſcopus, eloquentiſſimus ſuæ ætatis & ſub rege Conſtantio celeberrimus fuit. Legi eius in Cantica canticorum commentarios. Et multa alia compoſuiſſe refertur quæ in noſtras manus minime peruenerunt. Hieronymus. Trittemius addit eum claruiſſe anno 350.

TRISTANNI cuiuſdā (barbari ſcriptoris, ut uidetur) hiſtoria amatoria fabuloſa extare fertur.

TROGI Pompeij hiſtorias Iuſtinus in Epitomen redegit. Vide ſupra.

TROILI, Tiberij & aliorū uaria ſcripta in rhetorica, extant Græce. Diegus Hurtadus Cæſareus orator apud Venetos Troili ſophiſtę in Hermogenis rhetorica Commentarios Græcos habet: nec ſcio an aliquid eius præterea extet.

TROILVS Maluitius iuriſperitus ſcripſit de ludo, de oblatiōibus, de ſortibus, de epiſcopi dignitate, de canonizatione ſanctorum. Conſilium de commenda beneficiorum. Incipit: Quidam Vrbanus in tractatu ſuo de ſortibus.

TROPHILI uerba ex mirabilīū auſcultationū collectaneis citantur apud Stobæum in ſermone de morbis. Quanquam in eodem ſermone idem liber Ariſtoteli tribuatur. Vide ſupra in mentione huius libri inter Ariſtotelis ſcripta.

TROTVLAE (mulieris) curandarum ægritudinum muliebrium, ante, in, & poſt partum lib. 1. quo fœminis accidentes paſſiones: infantium & puerorum à partu cura, nutricis delectus, & huiuſmodi docentur. Item diſpoſitiones quædam utriq; ſexui contingentes. Experimenta deniq; uariarum ægritudinum, cum quibuſdam medicamentis decorationi corporis inſeruientibus. Io. Schottus excudit Argentinæ, 1544. in fol. chartis 8. cum alijs quibuſdam medicis.

TRYPHIODORVS Aegyptius grammaticus, epopœus, ſcripſit Marathoniaca, Ilij captiuitatem, de Hippodamea, Odyſſeam lipogrammaton. Suidas, & iterum, de eodem

eodem opinor Tryphiodorus diuersa scripsit uersibus heroicis, paraphrasin parabolarum Homeri, & alia plurima. Ilij captiuitas huius authoris impressa est Græce Venetijs olim ab Aldo cum Q. Calabro.

TRYPHON Origenis auditor, ad quem nonnullæ eius extant epistolæ, in scripturis eruditissimus fuit, quod quidem & multa eius sparsim ostendũt opuscula, sed præcipue liber, quem composuit de uacca rufa in Deuteronomio, & de dichotomimatibus quæ cum columba & turture ponuntur in Genesi. Hieronymus. Tritemius addit eum floruisse anno, 230.

TRYPHON Ammonij Alexandrinus circa Augusti tempora floruit, grãmaticus & poëta, plurima conscripsit opuscula grãmatica, quæ apud Suidam enumerantur. Athenæus citat librũ eius de nomenclaturis, & alium de plantis. Nominatur etiã inter istos grammaticos ex quibus Cornucopiæ suum Varinus Camers collegit. Extat libellus eius Græcus de passionibus dictionũ, impressus cum Grammatica Vrbani, & in Appendice Lexici Græcolatini. *Bibl. ek. p. m. 900.*

Tryphonis Mercurij tetrastichon in Terpen citharœdum, &c. libro 1. Anthologij, sectione 37.

TVCCIVS Marianus Florentinus scripsit uitam C. Suetonij Tranquilli, quæ præponitur uitis Cæsarum Suetonij.

TVNDINVS scripsit de Geomantia, teste Hen. Cornelio Agrippa.

TVRPINVS archiepiscopus Remensis, Caroli imperatoris magni amicus & secretarius, qui se cũ Carolo prorijs manibus & armis Sarracænos sæpe fatetur expugnasse: Scripsit eleganter Gesta Caroli magni, lib. 2. Epistolarũ ad diuersos, lib. 1. T. cl. 830.

* Citatur in Chronicis Ioan. Cuspiniani, & à Io. Lud. Viue.

TYDEI Acciarini epistola libro 7. epistolarum Ang. Politiani.

TYLLII Gemini hexastichon libro 1. Anthologij: & alia duo libro 4. Nescio an idem sit Geminus philosophus, de quo supra.

TYLLIVS nomen proprium, nimirum à Tullio Latinorum: semel per iota scriptum reperi: nam Tillij Laureæ octostichon citatur libro 3. Anthologij, sectione 25.

TYMNEΩ cuiusdam epigrammata 4. leguntur in Anthologij libro 3. & 4.

TYRANNION Messenius philosophus, scripsit de auspicijs libros tres, & alia plura utilia. Suidas.

TYRANNION Amisenus, cum Theophrastus antea diceretur, ab Hestiæo Amiseno præceptore suo Tyrannion nominatus est. Hunc Lucullus Mithridate debellato Romam captiuum duxit, ubi gloria & diuitijs florens uoluminũ supra triginta milia conquisiuit, &c. Suidas: nihil autem ab eo scriptum refert.

TYRANNION iunior Phœnix, Diocles primum dictus, præceptoris deinde sui ueteris Tyrannionis nomen assumpsit, &c. scripsit libros 68. quorũ aliquot grammaticos Suidas commemorat. Citatur in Varini Camertis Cornucopiæ Græco.

TYRANNVS sophista scripsit de statibus & diuisione orationis libros 10. Suidas.

TYRTAEVS elegiarum poëta, & tibicẽ, &c. circa olympiadẽ 35. scripsit Lacedæmonijs de republica, & admonitiões uersibus, & carminum classicorũ libros quinq;. Suidas. Horum carminum, quæ ad militum animos in acie incitandũ ut fortius pugnam subeant, miro ingenio scripta sunt, non pauca adhuc leguntur apud Stobæum tribus in locis, in sermonibus de bello & de audacia.

NOMINA ET LVCVBRA-
TIONES AVTHORVM, AB V
litera incipientium.



AGELLII poëtæ amici sui Seneca meminit.
VALENS Cæsar allegatur in Codice Theodosij.
VALENTIS Antiocheni Anthologicũ opus, id est, Florilegiũ (aliud à Florilegio Max. Planudis toties in hoc opere citato) Græce extat Romæ. Vide infra, Vesti Valentis.
D. VALENTINIANI imperatoris Augusti legum nouellarum liber, impressus Basileæ apud Hen. Petrum cum codice Theodosiano, 1528. in fol. chartis 6. & dimid.

Tituli operis XII.

De fructibus inter maritum & uxorem expensis, filijs uel hæredibus minime imputandis.
De Manichæis. De homicidio casu & uoluntate facto.
De testamentis. De sepulchris.
De libertis & successionibus eorũ. De indulgentijs reliquorum.
De XXX. annorum præscriptione omnibus causis opponenda.
De colonis uagis, uel agnatione eorum, & de aduenis.
De confirmandis hijs quæ administrantibus, uel publicum officium gerentibus distracta sunt uel donata, & de aduocatis, uel de cæteris negocijs.
De parentibus, qui filios suos per necessitatem distraxerunt: Et ne ingenui Barbaris uenundentur, neq; ad transmarina ducantur: Et qui eos comparant, quale debeant recipere pretium.
De Episcopali iudicio, & diuersis negocijs Clericorum. Omnia cum interpretatione compendiosa. Citantur in his Nouellis Theodosius etiã & Honorius, quorundam titulorum authores: & uicissim in Theodosij codice frequens est Valentiniani allegatio.
Valentiniani nomen in quinq; titulis Martiani legum nouellarum semper præponitur, quamuis prima libri inscriptio Martianum solum authorem faciat.
Valentiniani & Martiani Impp. sanctio contra Eutychianos hæreticos, cum recognitionibus Clementis. Gyraldus Valentinianum imperat. etiam inter poëtas numerat.
VALENTINI epistola, folio 79. operum Latinorum Basilienſis æditionis Epiphanij.
VALENTINI episcopi Hildesemensis statuta synodalia, impressa Venetijs, 1543. apud Io. Francesium in 8. cum canonibus Concilij prouincialis Colonienſis celebrati, anno 1536.
VALENTINVS Cratoaldus scripsit commentarios in Genesin. Impressi sunt Argentinæ, 1530. in 8.
VALENTINI Polydami de re medica libri aliquot, impressi in Germania, 1540. in 8. chartis 35. Sunt autem hi. De pulsibus cum propriis & dilucidis interpretationibus lib. 1. ad Andream de Valentinis Mutinensem Sigismundi regis Poloniæ physicum. De urinarum iudicijs ex optimis authoribus aggregati libri 2. De quouis dolore capitis, cum experimentis aliquot & adhortationib. ad ægrum. In laudem artis medicæ oratio ad Ioannem episcopum Lundensem. Epistolarum aliquot libellus. Promittitur & Elegiarum libellus in titulo: sed nullus adiectus est. Stilo utitur affectato, nec satis puro, & rhetoricas figuras inepte captat, cum in genere didascalico perspicua simplicitas stili probetur.
VALERANDI Machecrier Abbauillæi methodus poëtica, impressa Parisijs apud Rob. Stephanum, 1529. in 8. chartis 8. Ex præfatione authoris scripta Parisijs in gymnasio

gymnasio Montisacuti, eodem tempore. Excerpsi passim ea, quibus & figurari « & ornari carmẽ posse uidebatur: deinde syluram quandam poëticarum dictionum « electione solum Virgilij, & Ouidij, eaq; tumultuaria ac præcipiti, uelut opera suc- « cisiua depromptam subieci. «

VALERIANVS Aug. in fragmentis Gregoriani codicis allegatur.

VALERII de ducenda uxore opusculũ extat impressum inter opera D. Hieronymi.

VALERII Anselmi Ryd medici nostro tempore Bernæ Heluetiorum doctissimi diligentissimiq; uiri, catalogus annorum & principum geminus ab homine condito, usq; in præsentem à nato Christo, 1540. annum deductus & continuatus. Opus excusum Bernæ, 1540. in fol. chartis 37. Perstringit autem omnia memoratu digna mirabili breuitate, & ueluti per tabulas sub oculos ponit, adiectis cum alijs quibusdam figuris, tum imaginibus Cæsarum. Authores secutus est, Annium Viterbiensem præcipue, Philonem Iudæum, Berosum, Manethonẽ, Metasthenem, Appianum & Eusebium, deniq; Paparum & Impp. receptas Chronicas.

VALERIVS Cato grammaticus & poëta temporibus Syllæ claruit. Gyrald.

VALERII Maximi factorum dictorumq; memorabilium exempla, ab illustribus electa authoribus, & in locos cõmunes digesta libris 9. ad Tiberium Cæsarem. Impressa Argentinæ apud Knoblouchum, 1521. in 8. & Lugduni apud Sebast. Gryphium, 1534. in 8. cum indice propriorum nominum & rerum memorabilium: & rursus ibidẽ, 1541. in 8. & Basileæ apud Hen. Petrũ, 1540. in 8. cum Caij Titi Probi in decimum librum huius operis epitome: chartis 35. Item Venetijs apud Io. de Forliuio, 1482. cum Omniboni Leoniceni commentarijs, in fol.

Valerius maximus ad orationis picturam multa ornamenta adferre uerborum ac « sententiarum poterit, quas habet initio & fine cuiusq; capitis, fortassis concinnio- « res quàm interdum deceret grauitatem exemplorum. Viues: & alibi: Sparsim « inquit attingit historias multarum gentium, dum exempla generatim colligit. So- « let ab initio singulorum capitum Romana, postea externa exempla proponere. Andr. Alciatus libro 4. Disputationum cap. 1. scribit extare penes se quoddã Valerij Maximi opusculum, inscriptum de nominibus Romanorum.

VALERII Probi Grammatici de literis antiquis opusculum, impressum cum Lucio Fenestella, cum ab alijs, tum Basileæ à Curione, & Brylingero ibid. 1538. in 8. Vide supra in Probo. Raph. Volaterranus alicubi in Anthropologia M. Valerij Probi meminit.

Eiusdem cõmentarij in Bucolica & Georgica Virgilij, impressi Venetijs, 1520. in 4. Numerat eum Viues inter præcipuos interpretes Vergilij, quanquam pauca eius supersint. Indicat plærũq; Probus diuersitatẽ lectiõis ex collatione codicũ.

VALERII Sorani poëtæ antiquissimi meminit Gyraldus.

VALESCVS de Taranta protomedicus regis Franciæ scripsit tractatulum de peste & epidimia: ut uidi titulum libri cuiusdã impressi cum aliquot alijs opusculis; ubi hoc tamen non adiunctum erat.

* Eiusdem Practica, uulgo dicta Philonium, de curatione morborũ omne genus, à capite ad pedes, & aliorum: prolixa & barbare scripta: non inutilis tamen opinor. Impressa olim in 4. Lugduni, 1490. chartis 90. apud Alemannum Trechsel. Continet autem morborum causas, prognostica, signa, declarationes, &c.

VAREMVNDI Luitholdi libellus, per quos steterit quo minus initum sit Haganoæ colloquium de religione. Impressus in 8.

VARINVS, aliâs scribitur Guarinus.

VARINI Phauorini Camertis Nucerini episcopi, Dictionarium Græcum, & totius linguæ Græcæ cõmentarius, multis uarijsq; ex authoribus collectus. Impressus in Italia, Romæ opinor, deinde Basileæ apud Robertum Vuinter, 1538. in fol. minimis characteribus, chartis 241.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1285] - 622v

Verba quædam authoris ex præfatione Græca ad Iulium Cardinalem Medicē, sic
» uertimus: Cum uiderem omnes linguæ Græcæ expositores & interpretes, sepa
» ratim & non comprehensim nec simul, quæ ad poëtarum ac rhetorum interpreta-
» tionem pertinent, collegisse: sed aliquem poëticas tantum dictiones, alium rhetori-
» cas, & sic uocabula in multis & diuersis uoluminibus dispersa negotium studiosis
» facessere, omnia quoad possem congregare decreui, quemadmodum adhuc iuue-
» nis Copiæ cornu Petro fratri tuo concinnaui. Hæc ille. Miror autē quod Suidæ & Hesychij mentionem non faciat, à quibus tamen ferè omnia desumpsisse uide-
tur, adiectis insuper alijs non paucis. Nullas autem historias tractat, & pauca pro-
pria nomina attingit, quæ apud Suidam abundant. Harpocrationis Dictiona-
rium peculiariter obseruaui totum in hoc uolumine comprehendi, exceptis qui-
busdam propríjs.

Eiusdem Thesaurus, siue Cornucopiæ & horti Adonidis, ut habet inscriptio. Sunt autē diuersa collectanea ex ueteribus Græcis grāmaticis. Aldus impressit Venetijs, 1504. in fol. chartis 140. Insunt autem hæc.

Aelij Dionysij libellus de indeclinabilibus uerbis.

Ex commentarijs Eustathij & aliorum grammaticorum (quorum catalogus præ-
mittitur) electa per ordinem literarum. Huius Dictionarij per se sunt chartæ 88. continet autem maxime poëticas & Homericas dictiones, & quæ à communi-
bus grāmaticæ regulis recedunt, ac etymologias & formationes eorundē, &c.

Formationes uerborum εἰμὶ καὶ ἔιμι, id est sum & eo.

De uerbis quæ sedere significant. Item de illis quæ ire significant.

Ex scriptis Herodiani excerpta quædam de magno uerbo scitu dignissima, & quæ non passim reperies. Multa & uaria grammatica huic Herodiani libro insunt.

Ex eodem deductiones difficulter declinatorum uerborum.

† Chæroboſci ad eos, qui in omnibus uerbis regulas quærunt & similitudines.

† Eiusdem in quibus ob malesonantiam attrahatur nī.

† De anomalis & inæqualibus uerbis secundum ordinem alphabeti.

Herodiani de inclinatis & encliticis & coëncliticis dictiunculis.

Ex scriptis Chæroboſci de ijs quæ inclinantur siue encliticis.

Aelij Dionysij de eisdem. Etrursus anonymi de eisdem.

† Ex scriptis Ioannis grammatici de idiomatibus.

Eustathij de idiomatibus quæ apud Homerum sunt.

† Etrursus de idiomatibus à Corintho decerpta.

De fœmininis nominibus quæ desinunt in omega.

Quinq; isti libri crucis signo ad marginem notati, habentur etiam in Appendice Græcolatini Lexici, Græce & Latine è regione.

Transtulit etiam apophthegmata quædam ex Io. Stobæi locis selecta, sed plæ-
runq; perperam, ita ut appareat eum non usq; adeò Græcæ linguæ peritum fuisse. Libellus excusus est Cracouiæ in Sarmatia, 1522. in 8. chartis 6.

VARII Epici poëtæ ante Virgilium uersus aliquot ex libro de morte Gyraldus citat.

VBERS Decembrius Angeli pater, Mediolanensium primus ætate nostra Græcas li-
teras dicitur ex præceptore Chrysolora didicisse, ac transtulisse Demosthenis et Ly
siæ Platonisq; orationes & epistolas, & præter eius decem summi philosophi de R. P. libros, eiusdem argumenti libros 4. suo Marte scriptos ad præsentem Insu-
brium ducem Philippū Mariam ædidisse. Hæc in Politia sua Angelus Decemb.

VBERTVS: uide Hubertus.

VDRVS numeratur inter Dipnosophistas Athenæi.

VELII Longi de orthographia liber, inuentus anno 1594. in cœnobio quodam Bobij Italiæ oppidi. Raph. Volaterranus.

VENANTIVS Honorius Fortunatus, poëta Christianus, Rauennæ eruditus, &c.

Plura

Plura & uaria opera ædidit, quibus ingenij facilitatem, minimeq; uulgarem doctrinam demonstrat. Leguntur adhuc eius poëmata, & hymni complures, qui magnopere commendati sunt à nostris grammaticis. Sed & libros quatuor fecit de gestis diui Martini uersibus hexametris: præfatus tali opere se imitari Christianos poëtas, ut Alcymum, Prudentium, Iuuencum, Paulinum, & alios plures. Hæc Petrus Crinitus libro quinto de poëtis Latinis. Vide Gyraldum qui permulta eius opera enumerat Dialogo quinto de poëtis.

VENANTIVS epistolæ 4. apud Cyprianũ lib. 1. cum aliquot alijs coëpiscopis author.

VENANTII à Tinisa confessoris uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

VENCESLAI Brack artium professoris & examinatoris in Constantia, circa annum 1483. Vocabularius (ineptus & barbarus) secundum ordines rerum digestus, cum Germanica interpretatione: adiectæ sunt etiam elegantiæ quædam linguæ Latinæ & formulæ epistolarum. Opus impressum olim in Germania in fol. eodẽ anno.

VENCESLAI Linck, Andreæ Osiandri, Viti Theodori, et Thomæ Venatorij, ecclesiastarum Norinbergensium epistola ad Rudbertum de Mosshani, qua præcipue, ut puto, tractatur, Iustificationis causa de fide & operibus cum uarijs eiusdẽ Rudberti libellis impressa: chartis 3.

VENCESLAI Philomathis de Noua domo, uiri non inerudíti, Musicorum libri 4. compendioso carmine elucubrati Viennæ Austriæ, 1512. & impressi Argentinæ apud Iacobum Iucundum, 1543. in 8. chartis 5. & dimid.

VENVLEIVS Saturninus uetus I.C. scripsit Stipulationum libros 19. Actionum libros 10. De officio proconsulis libros 4. Publicorum lib. 3. De interdictis lib. 6. De pœnis paganorum lib. 1.

VERGILII Porti Mutinensis physici epigrammata aliquot leguntur in fine operum Antonij Codri, de laudibus ipsius Codri.

VERSORIS in logica Pet. Hispani commentarij barbari impressi olim in Germania in fol. 1487.

VERVS episcopus Hispalensis prouinciæ Beticæ, scripsit T.cl.780 Vitam Eutropij episcopi, lib. 1. Et quædam alia.

VESPASIANI epistolium ad Apollonium (uersibus tribus) excusum inter Apollonij epistolas.

VESTINVS cognomine Iulius, sophista, scripsit epitomen glossarum Pamphili libris 4. &c. Vide Suid.

VESTI Valentis Antiocheni ex primo libro Floridorum excerpta quædam, de naturis planetarum, & ratione effectionum: libellus angustior charta 1. impressus Norimbergæ, 1532. cum uarijs astrologicis Græcis & Latinis, cura Ioach. Camerarij. Vide supra, Valentis Antiocheni.

VGO & VGOLINVS. Vide Hugo & Hugolinus.

VIBII Sequestri aliquid impressum est ab Aldo Venetijs cum Pomponio Mela, &c.

VICTOR tertiusdecimus Romanæ urbis episcopus, super quæstione Paschæ, & alia quædam scribens opuscula, rexit ecclesiam sub Seuero principe annis decem. Hieronymus.

Victoris Papæ Decreta cum reliquis Pontificijs impressa sunt.

VICTORIS episcopi fidei ratio exigenti Hunerico regi Vuandalorũ reddita. Henricus Petrus excudit Basileæ, 1528. in fol. chartis 2. in Antidoto contra hæreses.

* Nimirum hic est episcopus Vticensis, de quo infra.

VICTOR episcopus Capuanus, fertur nonnulla scripsisse opuscula, sed paucissima T.cl.480 eorum ad notitiam meam peruenerunt. Redarguit errorem Victorij Aquitanici, qui iubente Hilario Papa, scribens cyclos paschales docebat esse celebrandum pascha XV. Calendas Maij, in anno Domini, CCCCLV. quod rectius erat celebran

dum eo anno, VII. Calendas Maij. Scripsit ergo hac occasione suborta.
De pascha, lib. 1. Vnum euangelium ex quatuor, lib. 1.
* Victor Capuanus transtulit Ammonij Alexandrini siue Tatiani, ut ipse suspicatur, consonantiam Euangeliorum. Vide supra in Ammonio.

T. cl. 450. VICTOR Cartennæ Mauritaniæ ciuitatis episcopus, scripsit quædam, è quibus ista feruntur.
Aduersum Arianos, lib. 1.
Aduersum Donatistas, lib. 1. Ad Basilium consolatorius, lib. 1.
De pœnitentia quoq; , lib. 1. Homiliarum ad populum, lib. 2.
Alia quoq; non pauca ædidit, quæ ad notitiam meam non uenerunt. * Vide Gennadium.

VICTOR epistolæ 2. & 4. & 11. & 12. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coëpiscopis, lib. 1.

VICTORIS ab Assuris Confessoris, Victoris à Gor, & Victoris ab Octauo uerba leguntur apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

T. cl. 540. VICTOR episcopus Cummenensis ecclesiæ Africanæ, scripsit inter cætera opuscula, ab initio mundi usq; ad primum Iustini iunioris imperij annum, De rebus gestis & bellis ecclesiasticis ualde utilem.
Historiam, lib. 1. Pro defensione trium capitulorũ, lib. 1.
Et quædam alia.

VICTOR Pisanus patricius Venetus nostro tempore scripsit eruditissima commentaria in Oratorem Ciceronis ad M. Brutum. Excusa sunt Venetijs, & Lugduni apud Seb. Gryphium, 1536. in 4. chartis 14. & Parisijs apud Rob. Stephanum.

Beati VICTORIS episcopi Vticensis libri tres historiæ persecutionum Vandalicarum, quas in Africa olim circa D. Augustini tempora, circiter annũ Domini, 430. Christiani perpessi sunt sub Genserycho & Hunerycho Vandalorum regibus. His inseruntur Eugenij Carthaginensis episcopi Confessio fidei & S. Trinitatis: item alia Rebaptistarum opiniones redarguentia. Ceruicornus excudit Coloniæ, 1537. in 8. chartis 9. Eundem puto esse Victorem episcopum, cuius extat fidei ratio ad Hunericum regem, de quo superius.

T. cl. 450. VICTORIANVS Buconius, Castellianæ urbis Mauritaniæ episcopus, multa dicitur scripsisse opuscula, de quibus præcipua feruntur ista.
Aduersum Iudæos, lib. 1. Aduersum Arianos, lib. 1.
Aduersum omnes hæreticos, lib. 2. De sacramentis quoq; , lib. 1.

VICTORIANVS, Victorinus, Victor, Victorius, & Vincentius, eiusdem deriuationis propria nomina sunt: apud Græcos eis respondet Nicetas, Nicasius, Nicas, Nicolaus, Laonicus.

VICTORICVS epistolæ 2. & 4. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coëpiscopis, lib. 1.

VICTORICI à Thabraca uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

De Mario VICTORINO rhetore, supra dictum est.

T. cl. 410. VICTORINVS Massilienſis rhetor, ædidit ad filium suum Etherium commentarios rum à principio usq; ad mortem Abrahæ patriarchæ,
In Genesim, lib. 4. Et quædam alia quæ nos latent.
* Quidam non recte Marium Victorinum rhetorem Massilienſem faciunt, ut annotauit Gyraldus.

T. cl. 270. VICTORINVS episcopus Pictauiensis, de cuius scriptis subiecta feruntur.
In Genesim, lib. 1. In Abacuc, lib. 1.
In Exodum, lib. 1. In Ecclesiasten, lib. 1.
In Leuiticum, lib. 1. In Cantica canticorum, lib. 1.
In Esaiam

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1288] - 624r
PUBLIC DOMAIN

In Esaiam prophetam, lib. 1. In Apocalypsim, lib. 1.
In Ezechielem, lib. 1. Aduersum omnes hæreses, lib. 1.
Et alia multa.

*Hieronymus scribit fuisse episcopū Pitabionensem. Cōmentaria eius in Apocalypsin Vascosanus nuper impressit Parisijs, cū quibusdā Theophylacti operib.

VICTORINVS Leonensis, citatur à Io. Stœfflero.

VICTORIVS natione Aquitanicus, dicitur quædam sui ingenij reliquisse opuscula, quæ ad notitiam meam adhuc minime uenerunt. Hic iubente Papa Hilario scripsit pro inueniendo termino paschali, T. cl. 400.

Cyclum magnū annorū, 532. lib. 1.

Hic dicitur magnus cyclus annorum, 532. quibus euolutis omnes supputationes luminarium in idem redeunt, quem Dionysius Abbas emendauit postea, & usq; in hanc nostram ætatem, licet in aliquibus defecerit tamen, perseuerat. Scripsit etiam Victorius iste quasdam epistolas.

* De cursu eius Paschali plura scribit Gennadius. In Trittemio non recte Victorinus legebatur.

VIGILANTIVS presbyter natione Gallus, in Hispania Barcilonensis parrochiæ ecclesiam tenuit: scripsit & ipse zelo quidem religionis aliqua, seductus humana laude, & præsumens supra uires suas, homo lingua politus, non sensu scripturarum exercitatus, exposuit prauo ingenio secundam Danielis uisionem: & alia locutus est friuola, quæ in Catalogo hæreticorum necessario exponentur. Gennadius.

VIGILII Papæ decreta, cum reliquis Pontificijs impressa.

VIGILIVS episcopus scripsit ad quendam Simplicianum in laudem martyrum libellum, & epistolā cōtinentē gesta sui temporis apud Barbaros martyrū. Gennadius.

VIGILIVS diaconus composuit ex traditione patrum, monachorum regulam, quæ in cœnobio ad profectum fratrum in conuentu legitur breuiato & aperto sermone, totius monasticæ professionis in se tenentem disciplinam. Gennadius. Trittemius addit, eum claruisse anno, 420.

VIGILII Martyris & episcopi Tridentini libri quinq; pij & elegantes, quos ille ante mille annos contra Eutychen, & alios hæreticos, parum pie de naturarum Christi proprietate, & personæ unitate sentientes conscripsit. Froschouerus impressit Tiguri, 1539. in 8.

VIGILIVS Zuichemus Frisius I.C. & utriusq; linguę peritus, Theophili Antecessoris Institutiones iuris ciuilis in Græcum sermonē translatas, in lucem eruit, ac studiosis publicas fecit, cum doctissima præfatione ad Carolum v. Cæs. Vide supra in Theophilo.

Commentaria in decem titulos secundi libri Institutionum iuris ciuilis, nempe in titulum de testamentis ordinandis, & nouem sequentes: quibus omnia penè testamentorum iura eleganter ac dilucide explicantur: scripta per authorem Patauij 1533. & impressa sequente statim anno, Basileæ in officina Frobeniana, chartis 52. in fol.

VINCENTINVS quidam numeratur inter scriptores, à quibus Memorabilia sua collegit Baptista Fulgosus.

VINCENTIVS iurisperitus (fortè qui Herculanus cognominatur, de quo inferius) scripsit de bello Italico.

S. VINCENTII sermo impressus, ut legi in Italici cuiusdam Bibliopolij indice.

VINCENTIVS presbyter natione Gallus, in diuinis scripturis exercitatus, linguam habens usu loquendi, & maiorum lectione politam: commentatus est in Psalmos, cuius operis legit aliqua sancto homini Dei Cannati me audiente, promittens simul si Dominus uitam & uires daret, se in toto Psalterio eodem studio laboraturum. Gennadius. Trittemius addit, eum claruisse anno 450.

T.cl.430. VINCENTIVS monachus & presbyter monasterij Lirinensis insulæ, natione Gallus. Extat eius insigne opus quod sub peregrini nomine composuit, à ueteribus doctoribus percelebre laudatum, de erroribus & collegijs hæreticorũ fugiendis, Contra omnes hæreticos, lib. 2. Et alia quædam mihi ignota. * Hæc Trittemius ex Gennadio.

Vincentij Lirinensis monachi Galli, pro catholicæ fidei antiquitate & uniuersitate, † (aduersus profanas omnium hæreseon nouationes) liber impressus Basileæ ab Hen. Petro, 1528. in fol. chartis 5. & trib. quad. cum alijs uarijs contra hæreticos

† Aliàs contra Nouatianos.

» scriptis. Verba authoris in fine libri. Hæc sunt ferè, quæ duobus commonitorijs latius disserta, aliquanto nunc breuius recapitulandi lege constricta sunt, ut » memoria mea, cui admiculandæ ista confecimus, & cõmonendi assiduitate reparetur, & prolixitatis fastidio non obruatur. Claruit tempore S. Cyrilli Alexandrini, ut ex hoc libro intelligitur.

VINCENTIVS epistolæ 4. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coëpiscopis, lib. 1.

T.cl.1240. VINCENTIVS Gallus natione Burgundus, ordinis Prædicatorũ dictus Beluacensis, petente & sumptus ministrante rege Francorum, grande & admirabile opus speculorum de omni (ut ita dixerim) re scibili in multis uoluminibus maximis laboribus comportauit, quod ita prænotauit atq; distinxit.

Speculum historiale,	lib. 32.	Deus est substantia in.
Speculum naturale,	lib. 33.	Quoniam multitudo libro.
Speculum morale,	lib. 3.	In omnibus tuis memora.
Speculum doctrinale,	lib. 13.	Quoniam multitudo libro.
De gratia dei quoq;,	lib. 4.	Liber generationis, &c.
De laudibus sanctæ Mariæ,	lib. 1.	Si deum ore prophetico iu.
De laudib. S. Ioannis Euang.	lib. 1.	Beatus Ioannes euangelist.
De institutione puerorum,	lib. 1.	Filij tibi sunt erudi il.
Consolationẽ super mortuo,	lib. 1.	In primis igitur aduerte.
Epistolarum ad diuersos,	lib. 1.	

Alia insuper nonnulla ædidit, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

* Hæc quatuor specula, in totidem permagnis uoluminibus impressa sunt olim Basileæ apud Io. Amerbachium, in fol. charta basilica. Ex præfationis capite primo pauca exscripsi; tota enim præfatio, qua scriptorum suorum rationem redit capitibus 20. constat. Quoniã multitudo librorum inquit, & temporis breuitas, memoriæ quoq; labilitas, non patiuntur cuncta quæ scripta sunt pariter animo comprehendi: mihi omnium fratrum minimo plurimorum libros assidue reuolenti, ac longo tempore studiose legenti, usum est tandem accedente etiam maiorum meorum consilio, quosdam flores pro modulo ingenij mei electos, ex omnibus ferè quos legere potui, siue nostrorum, id est, catholicorum doctorũ, siue gentilium, scilicet philosophorum & poëtarum, & ex utrisq; historicorũ, in unum corpus uoluminis quodam compendio & ordine summatim redigere. Ex his dunta xat præcipue quæ pertinere uidentur uel ad fidei nostræ dogmatis astructionem: uel ad morum instructionem, siue ad excitandam charitatis deuotionem, aut diuinarum scripturarum mysticam expositionem, uel etiam ad ipsius ueritatis manifestam aut symbolicam declarationem, &c.

Summa Speculi naturalis librorum 33. qui duobus magnis uoluminibus continentur.

Primus liber enumerat solum argumenta & capita sequentium omnium.

2 De mundi creatione, de ipso creatore, prima materia, & angelica creatura.
3 De mundo sensibili, opere primi diei.
4 De opere secundæ diei, firmamento & cœlo.

5 De

5 De cæteris mundi partibus, elementis, & meteoris.
6 De opere tertiæ diei, de aquis, &c.
7 De terra, re rustica, & terrenis quibusdam corporibus.
8 De mineralibus & metallis. 9 De lapidibus omnis generis.
10 De secundo opere tertiæ diei, de plantis in genere, & in specie.
11 De herbis quæ nascuntur in locis cultis, hortis, & agris.
12 De seminibus, granis, & succis.
13 De arboribus agrestibus, & primum in genere de arboribus.
14 De arborib. cultis & frugiferis. 15 De arborum fructibus & succis.
16 De opere quarti diei, id est, de luminarib. cœli, signis, temporib. et huiusmodi.
17 De opere quintæ diei, id est, uolucribus cœli.
18 De piscibus, & monstris marinis.
19 De opere sextæ diei, id est, de animalibus terrestribus, & primo de iumentis siue pecoribus & armentis. 20 De bestijs.
21 De cæteris animalibus, scilicet serpentibus, reptilibus, uermibus.
22 De communi natura animalium, & de singulis partibus eorum.
23 De nutrimento animalium, motu, generatione, & humiditatibus.
24 De hominis creatione, & primo de anima humana.
25 De facultatibus animæ uitali & animali.
26 De facultate sensibili externa & interna.
27 De animæ humanæ impressione, quam suscipit abrepta quodammodo à corporis sensibus, siue dormiendo, siue uigilando per ecstasin.
28 De uirib. animæ quæ sensum corporis excedũt, & magis ꝓpriæ sunt homini.
29 De formatione humani corporis, & eius natura, per singulas partes.
30 De uniuersitate rerum, in qua Deus præter illa prima sex dierum opera, à quibus die septimo requieuit, operatur multipliciter usq; modo.
31 De homine, & eius primo statu & immutatione, &c.
32 De humana generatione secundum statum culpæ, ac de rebus homini naturalibus, & hominum uarietate.
33 De locis hominis habitabilibus, ac de temporibus quib. per generationum successiones usq; ad finem decurrit humanum genus.

Summa Speculi Doctrinalis librorum 18. qui uno uolumine magno continentur.

Primus liber sequentium argumenta per singula capita recenset. 2. De hominis reparatione per doctrinã & studiũ philosophiæ, & scientiã linguæ. Item de uocabulorũ aliqt, præcipue Latinorũ atq; Græcorũ plurimis ignota significatiõe.
3 De arte grammatica. 4 De logica, rhetorica, & poëtica.
5 De practicis siue moralibus scientijs: & primum de monastica, siue uirtute singulorum, & item uitijs.
6 Hic est quasi complementum quinti libri, mores hominum, qui in superiore generaliter descripti sunt, particulariter iuxta discrimina conditionis, sexus, & ætatis tractans. Postremo de bona & mala hominũ uita: de eloquentia, gloria, & amicitia, ac rebus cæteris iuxta Tullium expetendis. 7 De scientia œconomica.
8 De politica, id est, de ciuitatibus, earumq; rectoribus: de legibus, iure multiplici, personis publicis & priuatis, rebus sacris & non sacris.
9 De illa parte iuris, quæ pertinet ad actiones, processu causarum ac litium, & ordine iudiciario.
10 De criminibus, siue iudicijs criminum, quæ committuntur in Deum, secundum quod pertinent ad utrũq; forum, sæculare & ecclesiasticum.
11 De criminibus quæ committit homo in proximum, uel etiam in seipsum.
12 De artibus mechanicis, uestibus, & uasis, lanificio, architectura, fabrili, arma-

tura & militari, theatrica, nauigatione, mercatura, uenatione, agricultura, & alchy
13 De practica medicinæ. 14 De theorica medicinæ. (mia.
15 De cunctis speciebus ægritudinum, ac signis particularibus & causis earum.
16 De naturali philosophia, ubi præter uniuersalia rursus multa dicuntur de lapidibus, mundi præcipuis partibus, meteoris, metallis, & animalibus, ordine alphabeti. Item parua naturalia.
17 De mathematicis, eiusq; speciebus, & de metaphysicis.
18 De theologia, & primo quidem fabulosa theologia poëtarum eliminatur, inde ad ueram ascenditur.

Libri 32. Speculi historialis, ab initio mundi usq; ad sua tempora 1260. historias continent: & in tres partes subdiuiduntur: singulorum librorum argumenta ne sim prolixior prætereo.

Speculũ morale, theologico modo tractatum, diuiditur in tres libros: Primo libro tractatur de affectibus animi: lege naturali, humana, diuina, morali & decalogo, noua seu Euangelij. De gratia, merito, & uirtutibus in genere. De uirtutibus theologicis, fide, spe, charitate, &c. De prudentia, iustitia, religione, pietate, ueritate, fortitudine, & multis alijs uirtutibus, donis, beatitudinibus. Liber secundus est, de nouissimo tempore, loco, &c. de morte naturali, spirituali: de purgatorio. De Antichristo, cõflagratione mundi, resurrectione, extremo iudicio, resurrectione, pœna damnatorum, beatitudine animæ & corporis in altero sæculo. Tertius liber est de uarijs peccatis, & uitijs particulatim: de 7. peccatis mortalibus. De pœnitentia, cõtritione, cõfessione, satisfactione, eleemosyna, ieiunio, oratione.

Vincentij Belluacensis libri aliquot impressi Basileæ apud Io. Amerbachium, 1481. chartis 169.

Sunt autem isti (capita singulorum ab initio præmittuntur.)
De gratia siue mysterio redemptionis humanæ libri 4. ex patrum dictis cõcinnati. In primo agitur, de æterno temporaliq; nostri creatoris generatione. In secundo, de filij in diuinis miraculosa incarnatione, educationis, cohabitationis, & conuersationis modo. In tertio de passione Domini, eius die, causis, effectu, utilitate, &c. In quarto de resurrectione, ascensione, & sancti spiritus missione, Iudæorum cæcitate & totius diuini mysterij completione. His accedunt:
De gestis, moribus, & uita uirginis Mariæ lib. 1. ex authenticis patrum scriptis col. (lectus.
De sancto Io. Euangelista, lib. 1.
De regulariũ puerorũ eruditione, quomodo & in quib. libris potissimũ Christiani sint instituẽdi, lib. 1. Cõsolatorius de morte amici: siue, de specialib. generalibusq; cõsolationis præceptis, & potissimũ in aduersitatib. quę in amicorũ morte uersant.

VINCENTII Cingault iurisperiti, Consilium de alienatione iustitiæ, uel iurisditionis, Incipit: Dominus alleuiatio.

T.cl.1418. VINCENTIVS Ferrarius de Valentia, ordinis fratrum Prædicatorum, ad quem Iohannis de Gerson nonnullæ extant epistolæ, scripsit elegantes,
Sermones de tempore, lib. 1. Benedictus qui uenit in.
Sermones de sanctis, lib. 1. Diues est in omnes qui in.
Sermones per quadragesimã, lib. 1. Epistolas quasdam.

T.cl.1410. VINCENTIVS Gruner, natione Teuthonicus, ædidit non spernendæ lectionis opuscula, è quibus extat lectura notabilis, quam in nouella plantatione Liptzensis gymnasij coram scholaribus publice scripsit & legit,
Super officio missæ, lib. 3. Ad honorem benedictæ.
Quæstiones disputatæ, lib. 1. Et quædam alia.

* Vincentius Grunerius, Lipsensis gymnasij primus decanus ex Pragensi Academia, in Cella grammata quædam, & explanationes in officium missæ cõscripsit.
Michaël Mitris in præfatione super Claudiano Mamerto de statu animæ.

VIN.

Errat. Non enim fuit ex numero eorum q ex Pragensi Academia discesserunt. Sed antea iam adfuit.

fortasse: Grammatica. scripsit n. Grãatica lib. 1. et Rhetorica lib. 1. teste Anonymo apud Maderum in Catal. script. Lips.

VINCENTIVS Herculanus iurisperitus, scripsit super 1. & 2. ff. noui. Super 1. & 2. Inforciati. Disputationem, quæ incipit: Perusinus quidam.

VINCENTIVS Obsopœus, natione Germanus, uir Græce et Latine doctus, ac optime de bonis literis meritus, erutis sua cura exemplaribus aliquot Græcis, quæ aliter interitura forsan fuerant, & in publicum usum æditis. Obijt ante paucos annos: legi de morte ipsius, Elegias Ioach. Camerarij & Thomæ Venatorij in principio Historiæ Græcæ Diodori Siculi, quæ Basileæ exiuit, 1539. per eundem Vincentium oblata typographo.

Compendiosa explicatio Græca incerti authoris in errores Vlyssis, per contemplationem moralem, cum Græco Symposio Xenophontis: ædita Haganoæ apud Secerium, 1531. opera ac studio Vincentij Obsopœi.

Precationes Græce per eundem æditæ in 16.

In Demosthenis orationes, castigationes ac diuersæ lectiones, uetustissimi cuiusdam exemplaris subsidio collectæ: nõ solum æditioni Aldinæ, sed etiam postremæ Basiliensi ex officina Heruagij, non sine fructu accommodatæ. Ioan. Petreius excudit Norimbergæ, 1534. in 4.

Annotationes doctissimæ in quatuor libros Græcorum epigrãmatum, impressæ nuper Basileæ apud Io. Oporinum, cum indice.

Homeri Iliados libri aliquot partim à Nicolao Valla, partim à Vincentio Obsopœo uersi, excusi Basileæ.

VINCENTIVS ab Ocha Bononiensis scripsit in Rubr. 1. Infortiati. Soluto matri.

VINCENTIVS de Palleot iurisperitus scripsit de dote. (l. 1. & 2.

VINCENTII à Thibari uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

VINDAONII quædam citantur in Geoponicis Constantini.

VINDICIANI comitis archiatrorum librum de expertis remedijs ad Valentinianũ Imperatorem, Marcellus uir illustris transtulit in suum, de quo supra dixi, & Vindiciani præfationem ab initio apposuit.

VIRDVMNI cuiusdam Epitome Almaesti extat Viennæ Austriæ.

VIRIDARII somnium de potestate Papæ & principum sæcularium.

VISITARINVS scripsit in Rubr. primi Infort. Soluto matri. l. 1.

VITALIANI Papæ Decreta, cum reliquorum Pontificum Decretis impressa.

VITALIS de Cabanis iurisperitus scripsit de clausulis.

VITALIS à Furno de re medica liber impressus.

VITALIS Hemans iurisperitus scripsit de collationibus.

VITALIS Nemausensis scripsit in 3. Decret. de parrochijs. C. Ioannes.

VITARDVS scriptor citatur à Raphaële Volaterrano libro 16. Anthropologiæ, ubi de Gildardo & Medardo episcopis loquitur.

VITELLIONIS Mathematici doctissimi περὶ ὀπτικῆς, id est, de natura, ratione, & proiectione radiorum usus, luminum, colorum, atq; formarum, quam uulgò perspectiuam uocant, libri 10. Habes in hoc opere plurima Geometriæ elementa, quæ in Euclide nusquam extant. De speculorum omne genus imaginum ratione, & cur quædam opposita Soli urant: decq; umbris ac uarijs circa usum deceptionibus, à quibus magna pars Magiæ naturalis dependet. Exiuit autem hoc opus nunc primum opera Mathematicorum præstantiss. dd. Georgij Tanstetter, & Petri Apiani. Ioan. Petreius excudit Norimbergæ, 1535. in fol. chartis 151. Hunc librum scribit Vitellio filius Thuringorum & Polonorum, ad fratrem Guilhermum de Morbeka pœnitentiarium Romanæ ecclesiæ. Præfationem authoris sequitur diuisio operis, & argumenta in decem libros: quorum primus Euclidis, Appollonij Progæi & alia quædam axiomata continet. Stilus est mediocris nec impurus. Libros ueterum (uerba sunt præfationis) tibi super hoc negocio per-

„ quirenti, occurrit tædium uerbositatis Arabicæ, implicationis Græcæ, paucitas
„ quoq; exarationis Latinæ. At ego uelle tuum suscipiens pro mandato, maioris
„ negotij, quod de ordine entium olim conscribendum susceperam capitulum, in
„ tempus semoui, præsentisq; operis dispendiũ pro meis uiribus adij conscribendũ.
„ Et in argumento operis; Plurima (inquit) quæ in hoc primo libro præmittimus,
„ continentur in eo libro, quem de elementatis conclusionibus nominamus, in quo
„ uniuersaliter omnia conscripsimus, quæ nobis uisa sunt, & quæ ad nos peruene-
„ runt à uiris posterioribus Euclide, pro particularium necessitate scientiarum uni-
„ uersaliter concluſa.
„ Ex præfatione Petri Apiani. Hic author unus merito omnibus, qui de hac
„ re scripserunt, anteferendus est. Non male quidem scripsit super hac materia
„ Pomponius Gauricus, sed paucioribus, quàm ut susceptо respondeat argumen-
Authores Perspectiuæ. „ to, ex ueteribus supersunt monumenta, Alhazen, Bachonis, Rogerij, Balneoli,
„ Ioannis Pisani Anglici, fratris Theodorici ordinis Prædicatorum, & fortè aliorum
„ quæ aliquando ædentur. In Vitellione ædendo nihil neglectum est, nos eum figu-
„ ris quoq;, & omnibus ad hanc rem necessarijs illustrauimus.

T. cl. 560. VITELLIVS Afer, Donatianorum schisma defendens, scripsit Aduersus gentes, lib. 1. Quod odio sint mundo serui dei, lib. 1. Aduersum nostros querimoniarum, lib. 1. Et alia mihi incognita. * Hæc Trittemius ex Gennadio.

VITVS Amerbachius, natione Germanus, uir nostro tempore doctissimus, scripsit Antiparadoxa cum orationibus de laudibus patriæ & de ratione studiorum.

Commentaria in Ciceronis tres libros de officijs. Gryphius impressit Lugduni: & Crato Mylius Argentorati recognita & aucta, 1539. in 8. chartis 9.

Eiusdem Paraphrasis in orationem Ciceronis pro Archia poëta, impressa Vuitenbergæ, 1539. in 8.

Duplex interpretatio in poëmata Pythagoræ & Phocylidis. Argentorati, 1539. in 8. chartis 11. apud Mylium.

Interpretatio in Meteora Io. Iouiani Pontani, ibidem excusa eodem tempore, chartis 15. in 8.

De anima libri 4. ibidem, chartis 25. anno 1542. cum præfatione authoris ad regem Christianum scripta Vuitenbergæ, anno 1541. cum indice.

VITVS Theodorus concionator Norimbergensis, collegit & diuulgauit commentarium M. Lutheri in Micham prophetam, & annotationes in 11. capita Geneſis (quibus & præfationem appoſuit) cum alijs coadiuuantibus: ut supra dixi.

Eiusdem annotationes, quæ commentarij uice esse possunt in Psalterium Dauidis carmine redditum per Eobanũ Hessum: excusæ Argentorati à Mylio, 1539. in 8. chartis 26.

VITI Vuinsemij natione Germani declamatio, in qua recitatur, qmodo Guelphus dux Bauariæ liberatus sit periculo in obsidione Vuinsbergensi, consilio honesto sed uafro coniugis suæ: impressa cũ declamationibus Phil. Melanchthonis, de quibus supra.

Demosthenis contra Aristogitonẽ oratio secunda, eodem interprete, impressa Hganoæ, 1527. in 8.

Philippi Melanchthonis syntaxis à Vito Vuinsemio locupletata, ut sit ad usũm scholarum accommodatior, cum præfatione Phil. Melanchthonis. Argentorati apud Mylium, 1538. in 8.

VIVIO Helt nobilis Groningensis, natione Phrysius, hoc tempore, ut audio, dialecticam scribit.

VLPIANI Emeseni, et VLPIANI Antiochensi sophistarum cum eorum scriptis Suidas meminit. Idem de VLPIANO fratre Isidori philosophi multa, sed nullum eius scriptum

ſcriptum commemorat. VLPIANI Gazæi nomen ſolum affert.

VLPIANI commentaria Græca in 18. Demoſthenis orationes, cum eiſdem excuſa, ut ſupra diximus. VLPIanum I. C. in Domitio require.

VLPIanus Tyrius, unus ex Dipnoſophiſtis Athenæi: κειδύκεσ cognomine.

VLPIANVS de Zanis Bononienſis ſcripſit ſuper Inſtitut. de iure natur.

VLPIVS Franekerenſis natione Friſius, uir utraq; lingua doctiſſimus, ante paucos annos immatura morte obiit. Heſiodi opera & dies carmine reddidit, ita ut ſingulos Græcos uerſus ſingulis Latinis exprimeret, ut inſeruiret illis qui utrāq; linguam conferre cupiunt. Michaël Iſingrinius impreſſit Baſileæ, 1540. in 8. Græcis & Latinis è regione poſitis. Scripſit & collectanea quædam Prouerbiorum, quæ in Chiliadib. Eraſmi nō habētur, & alia quædā imperfecta ob mortē authoris.

VLPIVS Marcellus uetus I. C. ſcripſit Digeſtorū lib. 31. Ad leges lib. 6. Reſponſorum lib. 1. In hunc notas ædidit Martianus.

VLRICHVS: uide Huldrichus.

VMBERTVS: aliâs Humbertus uel Hymbertus, nomen proprium.

VMBERTVS Viennenſis Theologus, horarum modum, quo nunc ordo utitur, inſtituit, ac libros plurimos de uita religioſorum ædidit. Raph. Volaterranus.

VOCONIVS Caſtellani Mauritaniæ oppidi epiſcopus, ſcripſit aduerſus eccleſiæ inimicos, Iudæos & Arianos, & alios hæreticos. Compoſuit etiam ſacramentorum egregium uolumen. Gennadius.

VOLCATIVS (aliâs Vulcatius) Gallicanus quintum conſul, ſcripſit uitas Impp. ad Diocletianum. Eius tantū extat nunc Auidij Caſſij † uita. Raph. Volaterranus.

† Impreſſa cū C. Suetonio Baſileæ in officina Froben. 1533. anguſtior ſeſquicharta.

VOLCATII Sedigiti de comicis poëtis Latinis ſenarij 13. ab initio Comœdiarum Terentij habentur.

VOLVSIANI epiſtola ad D. Auguſtinum inquirens de dubijs quibuſdā conceptionis & humanæ naturæ Chriſti, cū D. Auguſtini epiſtolis habeē numero ſecunda.

VOLVSIVS Metianus: uide ſupra in L. Voluſio.

S. VRANOPHRONIS liber Græcus continens paræneticos ſermones, in bibliotheca quadam Italiæ.

VRBANI Papæ decreta cum reliquis Pontificijs impreſſa.

VRBANI, Maximi, Sidonij, & Macarij epiſtolium ad Cyprianum libro 3. epiſtola 14. apud Cyprianum.

VRBANI Bellunenſis monachi Franciſcani, Inſtitutionum Grammaticarum in linguam Græcam libri duo, docte & accurate conſcripti. Impreſſi Baſileæ in officina Curionis, 1535. & 1539. in 4. chartis 60. Vtriuſq; libri capitum index in calce adijcitur. Libro primo tractantur quæ ad ſimpliciorem octo partium orationis rationem pertinent: ſecundo uerò, quæ ad accuratiorem earundem explicationem, uarias dialectos, & regulas generales ſpectant.

VRBANVS Regius natione Germanus, uir eruditus & in ſacris literis diligēter uerſatus, noſtro tempore ſcripſit Collationē doctrinæ nouæ ſiue religiōis Romanæ ad ueterem euangelicā & apoſtolicā: chartæ ſunt 5. impreſſæ in Germania, 1526. in 8. Tractantur aūt in eis capita 21. De ſacramentis, de pœnitentia, de confeſſione, de ſatisfactiōe, de libero arbitrio, de fide et operib. de merito, de peccato, de diuorū cultu, de cœna Dñi, de ciborū delectu, de ieiunio, de dierū diſcrimine, de oratiōe, de uoto, de conſilijs, de matrimonio, de epiſcopis, de traditionib. humanis, de concilijs.

Idē prophetias ueteris Teſtamenti de Chriſto collegit & explicauit. Liber impreſſus eſt Francfordiæ, 1542. in fol. Neſcio an idem ſit liber qui inſcribitur De regno Chriſti, impreſſus Hamburgi in 8. ut legi in catalogo quodam.

Eiuſdem libellus conſolatorius ad eos, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, cum enarratione ſuccincta Pſalmi 123. Impreſſus 1543. in 8.

Responsio ad duos libros, primũ & tertium de Missa Io. Eccij, quibus Missam esse sacrificium ex scripturis ostendere, & aduersæ partis obiecta diluere conatur. Item epistolæ duæ, una Io. Eccij, altera Vrbani. Henricus Steiner excudit Augustæ, 1529. in 8. chartis 17. & dimid. In catalogo quodam hæc uerba legi: Vrbani Regij liber de Missa: impressus Hamburgi in 8. 1536. Videtur autem idem esse liber.

Commentarius in Psal. 47. in 8. Hamburgi.

De fide & resurrectione liber, impressus Francfordiæ in 8.

VRSINVS monachus scripsit opus insigne de non rebaptizandis hæreticis, &c. Gennadius.

T.cl.440. VRSONIS cuiusdam liber extat de somniorum expositione: memini uidere manuscriptum. Audio etiam de urinis eum scripsisse, & ab Aegidio eiusdem argumenti scriptore citari.

VTHEI uerba quædam citantur apud Io. Stobæum in sermone de prosperitate.

T.cl.700. V.in Mela. VVALAFRIDVS abbas sancti Galli ut dicitur, natione Germanus, scripsit

Vitam sancti Galli prosaice, lib. 1. Eandem postea metrice, lib. 1.
De officijs diuinis, lib. 1. Epistolas plures ad diuersos.

VVALDENSIVM confessio & apologia fidei ad Vladislaum regem Vngariæ. Eorundẽ excusatio contra binas literas doctoris Augustini datas ad regem. Chartæ sunt 9. impressæ in Germania in fol. cũ Aeneæ Syluij epe de cõcilio Basilienſi, &c.

T.cl.850. VVANDELBERTVS diaconus & monachus Prumiensis cœnobij, ordinis S. Benedicti Treuerensis diœcesis, natione Teuthonicus, scripsit tam metro q̃ prosa nõ pauca uolumina, de quibus ego tantum uidi ad Marcuardum abbatem quendam.

Vitam S. Goaris presbyteri, lib. 1.
Miracula eiusdem, lib. 1. Martyrologium metrice, lib. 1.

T.cl.1080. VVENERICVS episcopus Vercellensis ex clerico ecclesiæ Treuerensis, natione Teuthonicus, nomen suum scribendo notificauit posteris, quãuis ad nostræ lectionis notitiam eius opuscula nõ peruenerint, scripsit ex persona Theoderici Virdunensis episcopi cum adhuc Treueris esset clericus, ad Papam Gregoriũ uolumen, amicabili affectu quasi dolentis suggerens ei omnia quæ contra ius legum & fas æquitatis eum fecisse fama erat, quod prænotauit,

De discordia regni & sacerdotij, lib. 1.

VVERNERVS, ab alijs Guernerus scribitur.

T.cl.1194. VVERNERVS Roleuinck de Laer, natione Teuthonicus, patria Vuestphalus, ordinis Carthusiensium, domus sanctæ Barbaræ in Colonia Agrippina, ædidit multa præclara opuscula, è quibus extant subiecta, opus grande super omnes epistolas Pauli, quod prænotauit.

Doctrinam Pauli, lib. 14. Doctrina Pauli Apostoli.
De uita quoq; Pauli, lib. 7. Sicut fui cum Moyse sic.
a De ualore missarum, lib. 1. De regimine principum, lib. 1.
De studio Theologiæ, lib. 1.
b Fasciculus temporum, lib. 1. Generatio & genera.
Paradisus conscientiæ, lib. 1. Tulit dominus deus hominem.
Sermones multi, lib. 1. Et alia complura.

a De sacramẽto eucharistiæ & fructu missarũ. Libellus impressus Coloniæ apud Gasparem Genepæum, 1535. in 8.

b Impressus olim in Germania in fol. sine nomine authoris, ex diuersis aliorũ chronicis collectis, & ueluti in tabulas digestus, sermone parum Latino.

T.cl.1200. VVERNHERVS, aliâs Hirnerius, iuris ciuilis professor & interpres, ius ciuile glosulis primus exposuit, & sine exemplo cæteris illuminandi iuris exemplum dedit. Et ab hinc utriusq; iuris professores in copia semper claruerunt, & uolumina suæ institutionis

ſtitutionis uſq; in hodiernum diem explanare cœperunt. Docuit autem in utroq; tam Romæ quàm Bononiæ multo tempore. Extant eius gloſulæ & monimẽta præ clara in legibus, quæ apud profeſſores huius induſtriæ notiſſima ſunt. * Vide ſupra in Irnerio.

VVESSELI, id eſt Baſilij (alij non recte Ioannem Vueſſelum aut Vueſaliæ uocant) Groningenſis, natione Friſij, de moribus ueterum hæreticorum liber, impreſſus Lipſiæ, 1537. in 8.

De cauſis incarnationis, de magnitudine & amaritudine Dominicæ paſſionis libri duo: impreſſi in Germania (Antuerpiæ ut uidetur) in 8. chartis 22.

Farrago rerum Theologicarum, multò quàm antea emendatior, authore Vueſſelo.

1 De Dei prouidentia.

2 De cauſis, myſterijs, & effectibus Dominicæ incarnationis & paſſionis.

3 De dignitate & poteſtate eccleſiaſtica. De uera obedientia: & quantum obligent mandata & ſtatuta prælatorum.

4 De ſacramento pœnitentiæ, & quæ ſint claues eccleſiæ. De poteſtate ligandi & ſoluendi.

5 Quæ ſit uera communio ſanctorum. De theſauro eccleſiæ. De participatione & diſpenſatione huius theſauri. De Fraternitatibus, &c.

6 De purgatorio, quis & qualis ſit ignis purgatorius. De ſtatu & profectu animarum poſt hanc uitam, &c.

7 De eiſdem ferè rebus, eiuſdem aliquot epiſtolæ. Adamus Petri excudit Baſileæ, 1523. in 4. chartis 33.

Ex præfatione M. Lutheri. Prodijt en Vueſſelus, uir admirabilis ingenij, rari & magni ſpiritus, quem & ipſum apparet eſſe uere theodidactum, quales propheta- « uit fore Chriſtianos Eſaias: neq; enim ex hominibus accepiſſe iudicari poteſt, ſicut « nec ego. Hic ſi mihi antea fuiſſet lectus, poterat hoſtib. meis uideri Lutherus om- « nia ex Vueſſelo hauſiſſe, adeò ſpiritus utriuſq; conſpirat in unum, &c. Stilus eſt « triuialis, ac pro ſeculo ſuo: res ipſa tractatur modeſte ac fideliter. Et ſi in ſtercoribus « Ennij legit aurum Vergilius, poterit & ex Vueſſelo noſtro legere quod opibus elo « quentiæ ſuæ addat theologus. «

VVILBERTVS epiſcopus Carnotenſis, ſcripſit inſigne opuſculum de hac prophetia: Non auferetur ſceptrum de Iuda. T. conijcit eum claruiſſe circa annum 1100.

Contra Iudæos, lib. 1.
De natiuitate S. Mariæ, ſer. 1. Approbatæ conſuetud.
Sermones uarios, lib. 1.

Alia quoq; nonnulla ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non uenerunt.

VVILHELMVS. Vide GVILHELMVS.

VVILHELMI Vuidefordi ordinis Minorum liber contra 18. articulos (qui ab initio enumerantur) Io. Vuiclephi Angli ad Thomam Cantuarienſem archiepiſcopum, ſub quo damnatus eſt Vuiclephus, anno Domini 1396. chartæ ſunt 24. impreſſæ in Germania cum Aenea Syluio de concilio Baſilienſi, &c. in fol.

VVILLERAMVS abbas Mersburgen. ordinis ſancti Benedicti, natione Teuthonicus: De cuius opuſculis ego tantum legi uolumen metro & carmine mixta proſa, pulchra uarietate compoſitum, de nuptijs Chriſti & eccleſiæ, T. cl. 1070.

In Cantica canticorum, lib. 3. Cum maiorum ſtudia intu.

De cæteris nihil uidi.

VVILLIBALDVS primus epiſcopus Eiſtetenſis, natione Scotus, ſcripſit T. cl. 760.

Vitã ſancti Bonifacij epiſcopi, lib. 1. Illuſtrem igitur ac uere. Neſcio ſi quid amplius ædidit.

VVINDICHINVS monachus Corbeienſis cœnobij in Saxonia, ordinis ſancti Bene T. cl. 950.

dicti, natione Teuthonicus, metro excellens & prosa. Scripsit alterno stilo multa præclara opuscula, de quibus ego tantum adhuc reperi subiecta. Ab exordio Saxonum usq; ad mortẽ Ottonis Imperatoris primi, scripsit ad Mechtildã eius filiam,

Historiam Saxonum, lib. 3. Flore uirginali cum ma.
Gesta Ottonis primi, lib. 1. Passionẽ Teclæ uirginis metricæ, lib. 1.
Vitam Pauli primi eremitæ, lib. 1.

* Vuitichindi Saxonis monachi Benedictini de rebus gestis Saxonum, & Henrici primi, & Ottonis primi, aliorũq; succedentium imperatorũ, lib. 3. chartis 13. impressi Basileæ apud Heruagium, 1532. in fol. cum annotationibus Martini Frechti, & aliis diuersorum historicis opusculis. Ex præfatione authoris ad Mathildam
» reginam. Nam cum nostro labore patris potentissimi, auiq; tui gloriosissimi res
» gestas memoriæ traditas legeris, habes unde ex optima & glorioſissima melior glo-
» riosiorq; efficiaris. Sed & de origine statuq; gentis, in qua ipse rerũ dominus Hen-
» ricus primus regnauit, pauca scribere curaui.

VVLCATIVS: uide Volcatius.

VVOLFGANGVS, aliàs Vuolphgangus, uel Guolphangus, uel Guolfgangus, nomen proprium apud Germanos.

VVOLFGANGVS Anemœcius M. T. Ciceronis officia plus centum locis castigauit & restituit. Brylingerus impressit Basileæ, 1544. in 8.

VVOLFGANGVS Fabritius Capito doctor theologus, natione Germanus, ecclesiæ Argentoratensis minister fidelissimus, in tribus linguis eruditus, præcipue autem Hebraice doctissimus, & nulli opinor ætatis nostræ secundus: obijt Argentorati ante annos quinq; si bene memini: adolescens ego quondam per aliquot menses ei inseruiui, & singularem uiri pietatem atq; doctrinam domestica cõsuetudine sum expertus. Lucubrationes eius, quas ipse uidi, hæ sunt.

Institutionum Hebraicarum libri duo, excusi Argentorati apud Cephalæum,
» 1525. in 8. chartis 14. Ex præfatione. Quatuor libris uniuersam uim Hebrai-
» cæ grammaticæ uideor mihi quodammodo absoluisse. Primus, summã habet re-
» liquorum. Secundus, uerba exactius prosequitur. Tertius, nomina per species
» docet & condeclinia, consignificatiuaq;. Quartus autem punctorũ, accentuum,
» totiusq; prosodiæ rationẽ latissime describit. An duo posteriores æditi sint, ignoro.

Epistola ad Albertum archiepiscopum Moguntinum, &c. Paræneſis prior ad Theodorum lapsum, ex Chrysostomo translata cum præfatione ad eundem Albertum. Simul excusa in 4. Basileæ.

Eadem paræneſis, & Homilia in dictum Apostoli: Vtinã toleraſſetis paululum quiddam insipientiæ meæ, ab ipso translatæ, cum cæteris operibus Chrysostomi per diuersos translatis, impressæ sunt.

De formando à puero theologo, epistola excusa in fronte Physicorum Iacobi Summerhart.

Vita Io. Oecolampadij per Vuolfgangum F. Capitonem descripta: eiusdẽ Oecolampadij & Zuinglij epistolarum uolumini præponitur.

Responsio de Missa, Matrimonio, & iure magistratus in religionem, ab ipso recognita. Rihelius excudit Argentorati, 1540. in 8.

Explicatio doctissima in Hexemeron opus Dei, ab eodem, excusa, 1539. in 8. chartis 38. & dimid. cum indice.

Enarrationes in Habakuk prophetam. Argentorati apud Cephalæum, 1525. in 8. chartis 6. & dimid.

Commentarij in Hoseam prophetam, excusi in 8. ibid.

Precationes Psalmorum ex eius translatione, Rihelius ibidẽ excudit, 1536. in 16.

VVOLFGANGVS Musculus Dusanus, natione Germanus, in ecclesia Augustana Vindelicorum hoc tempore Verbi minister doctus & pius, Io. Chrysostomi in ali-

quot

quot D. Pauli epiſtolas cõmentarios Latinitate donauit: Heruagius impreſſit Baſileæ, 1536. in fol. cum cæteris per alios cõuerſis in reliquas Pauli epiſtolas eiuſdem Chryſoſtomi commentarijs. A Vuolfg. Muſculo autem translati hi ſunt: In epiſtolas ad Romanos, Epheſios, Philippenſes, Coloſſenſes, & Theſſalonicenſes.

Eiuſdem ſermones duo cõtra Miſſam Ratisbonæ habiti, Vuitenbergæ excuſi.

In Euangeliſtam Matthæum commentarij tribus tomis digeſti, quibus non ſolum ſingula quæq; exponuntur: ſed & quid ſingulis Marci & Lucæ differentibus locis notandum ſit diligenter expenditur. Impreſſi Baſileæ, 1544. apud Heruagium in folio, cum indice, chartis 165.

Ex præfatione authoris eodem anno ſcripta ad Senatum Auguſtanum. Nonnulli ex Symmyſtis meis Cõmentarios iſtos non omnino inutiles futuros arbitrati ſunt, ijs præſertim, quos oblectat non admodum acuta quidem, attamẽ aliquouſq; preſſa uerborum Chriſti conſideratio & enucleatio: quam etſi nõ ſum, ut par erat, aſſequutus, hactenus tamen attigiſſe mihi uideor, ut cauſam præbuerim fratribus, quibus plus eſt ſpiritus & exercitij, ſingula preſſius intuendi & expendendi.

Antiochlæus primus, aduerſus libellum Io. Cochlæi pro ſacerdotij ac ſacrificij nouæ legis defenſione æditum: chartæ ſunt 14. impreſſæ Auguſtæ Vindelicorũ apud Philippum Vlhardum, 1544. in 4.

VVOLFGANGVS Vueiſſenburgius mathematicus & theologus, hoc tẽpore unus ex miniſtris eccleſiæ Baſilienſis, ædidit Terrę ſanctæ deſcriptionem iuxta ordinem alphabeti, quæ ad ſcripturam proxime directa eſt. Rihelius excudit Argentorati cum Iacobi Ziegleri eiuſdem argumenti libro et tabulis, &c. ut ſupra dictũ eſt.

Deſcriptio Terræ ſanctæ per eundem in tabula ſeptem chartarum digeſta, ita ut in parietem affigi poſſit, cum libello (chartæ unius) eandem declarante. Ibidem excuſa eſt, 1538.

NOMINA ET LVCVBRA-
TIONES SCRIPTORVM PER
literam X.

XANTHVS Lydus scripsit Lydiaca. Athenæus. Vide Suidam.
XARCHA Indus, citatur à Ioan. F. Serapiõis. Forte Iarcha legendũ.
XENARCHI Comici fabulæ, Pentathlon, Priapus, Purpura, Scythæ, Somnus, citantur Athenæo. Meminit & Suidas.
Ex XENOCHARTI Didymis senarij aliquot apud Athenæum.
XENOCRATIS dicta aliquot à Stobæo citantur. Sunt qui Axiochum dialogum de morte Platonis uulgo creditum, in Xenocratem referant, si bene memini. Vide bis apud Suidam.
XENOCRATIS tetrastichon libro 4. Florilegij, sectione 12.
XENOCRITI octostichon libro 3. Florilegij, sectione 22.
XENOPHANIS Colophonij elegias & Parodas, Athenæus allegat. Elegos eius aliquot Suidas refert.
XENOPHON Antiochensis historicus scripsit Babylonica: sunt aũt amatoria. Suid.
XENOPHON Ephesius & XENOPHON Cyprius uterq; suæ gentis historias amatorias scripserunt, &c. Suidas.
XENOPHON Grylli filius, Atheniensis, Socratis discipulus, primus scripsit uitas philosophorum, &c. Vide bis apud Suidam. Quintilianus iucunditatem eius inaffectatam dixit, quam nulla affectatio consequi possit.

Xenophontis opera Græca omnia, excusa Venetijs apud Aldum, & Florentiæ in folio, & Halæ Sueuorum apud Brubachium, 1540. in 8. chartis 121. cum præfatione Phil. Melanchthonis. Insunt autem hæc.
Vita authoris ex Diogene Laërtio, in cuius fine plures alij Xenophontes enumerantur. De institutione Cyri regis libri 8. De Cyri ascensu siue expeditione in Persidem, libri 7. quorum argumentum habes in uita authoris apud Laërtium. Vide supra in Themistogene. De rebus Græcorum libri 7. Lacedæmoniorum respublica: qui liber non est integer. Citantur enim quædam in Collectaneis Stobæi ex hoc libro, quæ hîc non reperias. Athenienſium respublica. De factis & dictis Socratis memoratu dignis, lib. 4. Oeconomica. De Agesilai regis Lacedæmoniorum laudibus oratio. Apologia pro Socrate. Hieron, siue de uita tyrannorũ. Vectigalia, siue de redditibus liber: est autẽ encomium Atticæ regionis, & indicat consilia politica quomodo ditescere possint Athenienses, ita ut multis redditibus quotannis abundẽt. De arte equestri, equis emendis, pullis informandis, & equo bellicoso. Hipparchicus, siue de officio præfecti equitum, & equis ad usum belli comparandis. De uenatione. Symposium, siue conuiuium philosophicum.

Hæc omnia Latine etiam hoc anno, 1545. excusa sunt Basileæ apud Isingrinium in 8. pulcherrimis typis & castigatissime. Nã in priore æditione Latina Cratandri opuscula quædam non erant translata.

In collectaneis Stobæi etiam fragmenta quædã ex epistolis Xenophontis leguntur, & apud eundem in sermone de temperantia nõ recte legitur Xenophanis pro Xenophontis.

Ex præfatione Thomæ Venatorij in libros rerum Græcarum à Bilibaldo Birckeimero uersos. In hisce libris crebro se offerunt grauissimæ, & ductis ab arte argumentis, ad persuadendum ualidissimæ orationes, &c. Cognominatus est Xenophon à priscorum eruditis Attica Musa: & Cicero sermonẽ illius melle quoq; dulciorem dicit. Cyropædiam eius Scipio Africanus in tantũ probauit, ut eam nunquam

quam è manibus depoſuiſſe legatur. Et merito quidem. Nam ubiq; ſui ſimilis Xe-
nophon, amœnus iuxta ac fœcundus: neq; ſterilis, neq; aridus unquã: non tamen
ſupra quàm oportet, effuſus.

Sympoſium Xenophontis, ſeorſim excuſum Haganoæ, 1531. apud Secerium.

Xenophontis paralipomena adhuc extant. Eſt autem hiſtoria Peloponneſiaci belli, ac eorum quæ Athenienſes poſt Thucydidem geſſerunt. Raph. Volaterra. Excuſa ſunt Græce Venetijs ab Aldo. Non puto autem aliud eſſe uolumẽ, quàm libros illos ſeptem, quos iam dixi de rebus Græcorum inſcribi.

XYSTVS, aliàs Xiſtus ſcribitur, alij cum Sexto confundunt.

XYSTVS urbis Romæ epiſcopus, decretũ Synodi aduerſum Neſtoriũ habitũ uolumine deſcribens ad orientis et occidentis eccleſias dedit, cõfirmans duabus in Chriſto manentibus perfecte naturis, unam filij Dei credendam eſſe perſonã. Similiter etiam Xyſtus ſucceſſor Celeſtini, pro eadem re & ad ipſum Neſtoriũ & ad orientis epiſcopos aduerſus errorem eius ſuccidendum ſententias direxit. Gennadius.

Xiſti epiſtola impreſſa Baſileæ cum Recognitionibus Clementis cum alijs Pontifi. cum epiſtolis: habetur etiam, ni fallor, cum Decretis Pontificum Coloniæ excuſis.

XYSTI philoſophi (aliàs Sexti Pythagorici enchiridion) ſentẽtiæ piæ & Chriſtianæ, impreſſæ Baſileæ in 4. chartis 3. à Beato Rhenano recognitæ ad antiquum exemplar, quod apud diuam Fidem Seleſtadij habetur.

Ex B. Rhenani præfatione. Diuus Aur. Auguſtinus ſecundo Retractationũ libro, cap. 42. ſic ſcribit. Librum quo Pelagio reſpondi, defendens gratiã non contra naturam, ſed per quam natura liberatur & regitur, de natura & gratia nuncupaui, in quo uerba quædam uelut SYXTI Romani epiſcopi & martyris Pelagius poſuit, ita defendi tanquam reuera eiuſdem Syxti eſſent: id enim putaueram. Sed poſtea legi Syxti philoſophi eſſe, non Chriſtiani. Hactenus Auguſtinus. Cæterum qui libellum hunc è Græco uertit, ſiue is Rufinus fuit, ſiue alius quiſpiam (quanquam phraſis ipſa planè Rufinum olere uidetur, aſtipulantibus etiam uetuſtis exemplaribus) Syxti martyris titulo legi uoluit, nimirum quo Chriſtiani illum cupidius amplecterentur.

XYSTVS Betuleius Auguſtanus, natione Germanus, doctiſſimus utriuſq; linguæ, & poëta optimus, Auguſtæ Vindelicorum hoc tempore iuuentutem in bonis literis inſtituit. Scripſit autem,

Iudith, Drama comicotragicũ, quod eſt Exemplum reipub. recte inſtitutæ, unde diſcitur quomodo arma contra Turcam ſint capienda. Chartæ ſunt 10. excuſæ Auguſtæ à Philippo Vlhardo in 8.

Eiuſdem Suſanna comœdia tragica, impreſſa Tiguri apud Froſchouerũ, 1538. in 8. chartis 5. & dimid.

Ludus de uera nobilitate. Vide ſupra in Bonagarſo Piſtoienſe.

Commentarij eruditiſſimi in Ciceronis libros de officijs, amicitia, & ſenectute, cum præfatione ad Senatum Auguſtanum, qua docetur, quod cuiuſq; in republica hominis officium ad iuuanda literarum ſtudia ſit. Impreſſi Baſileæ apud Ioan. Oporinum, 1544. in 4.

Annotationes & collationes quædã in carmina Sibyllina, ut in Sibyllis dictũ eſt.

Symphonia in nouum teſtamentum, cõcordantiarum inſtar, breui excudenda ut audio, aut fortè iam excuſa, Baſileæ ab Oporino.

YHVDA filius Muſce. Vide ſupra in Hali Abenragel. Sed nullũ nomen per ypſilon ab initio ſine aſpiratione ſcribi debet.

NOMINA ET LVCVBRA-

TIONES SCRIPTORVM PER Z literam.

T.M.752.

ZACHARIAE filij Barachiæ prophetia Hebraice ſcripta, habetur in uetere teſtamento. Vide Epiphanium in uitis prophetarum.

ZACHARIAS Papa natione Græcus, quatuor libros dialogorum beati Gregorij Papæ magni de Latino in Græcum tranſtulit. Scripſit etiam de ſua uena Latino ſermone,

Ad diuerſos epiſtolas, lib. 1. In quibus ad ſanctum Bonifacium archiepiſcopum Moguntinum plures extant. * Epiſtolæ eius impreſſæ ſunt cum Decretis Pontificum Coloniæ.

ZACHARIAE Scholaſtici (aliâs ſophiſtæ) & epiſcopi Mitylenenſis, Dialogus qui inſcribitur Ammonius aut philoſophus, Græce extat Venetijs apud Diegum Hurtadum Cæſareum legatum. Eundem eſſe puto librum, quem aliâs ſub huius authoris nomine inſcribi reperio de mundi æternitate. Fertur & Romæ quippiam Zachariæ philoſophi extare.

ZACHARIAS Babylonius naturalis magiæ ſcriptor: uide in Zoroaſtre.

ZACHARIAE Chryſopolitani harmonia euangelica, impreſſa Coloniæ in fol.

ZACHARIAS Preyerius Faſtorum tabulam congeſſit ex libris Ouidij & aliorum: charta eſt 1. impreſſa Ingolſtadij opinor, 1542.

ZACHARIAS Triuiſanus: uide ſupra in Franciſco Barbaro in margine.

ZACHARIAE Lilij Vicentini canonici regularis de ſitu orbis libellus, ſiue Orbis breuiarium, fide, compendio, ordineq; captu ac memoratu facillimum: chartæ ſunt undecim, impreſſæ Venetijs in 8. cum præfatione authoris ad Matthæum Boſſum, de quo ſupra. Enumerantur hoc in libello totius orbis prouinciæ, regiones, inſulæ, ac peninſulæ, &c. ex Græcis Latiniſq; ſcriptoribus (ut author promittit) ſecundum ordinem alphabeti, additis quæ in natura regionum incolarumq; memoranda ſunt.

ZAHEL Bembiz Iſmaëlitæ authoris Arabis libri, De interrogationibus. De electionibus. De temporum ſignificationibus in iudicijs. Impreſſi Venetijs, chartis 10. in fol. anno 1493. cum quadripartito Ptolemæi: & poſtea Baſileæ apud Heruagium cum Iul. Firmico. Aliâs ſcribitur ZAEL, aliâs ZEEL. Vide infra in Zoroaſtre.

ZAνῦ octoſtichon libro 3. Florilegij: ſectione 22. fortaſſis legendum ζωνᾶ, ut infra.

ZARIDA Andronicus: uide ſupra in Georgio Lecapeno.

ZEID ſcriptor Arabs citatur à Io. Meſue.

ZELOTAE epigrammata duo libro 1. Florilegij: ſectione 57.

ZENEVS Chius ſcripſit de Chio inſula. Athenæus.

ZENO, uide ſupra in Sulpitio Victore.

ZENO Cittieus ſcripſit de repub. Athenæus.

Zenonis uerba citat Galenus libro 2. de Hippocratis & Platonis dogmatibus.

Apud Suidam multi ZENONES cum ſuis ſcriptis commemorantur.

ZENOBII grammatici diſtichon libro 4. Florilegij: ſectione 27. Citatur etiam in Cornucopiæ Græco Varini Camertis.

Prouerbiorum Græcorum compendium à Zenobio collectum, impreſſum eſt Haganoæ, 1535. in 8. Vide Suidam.

ZENOBIVS Acciaiolus Florentinus tranſtulit Euſebij librum contra Hieroclem, & Olympiodori ſcholia in Eccleſiaſten, ut ſupra in Euſebio & Olymp. dictum eſt:

Item

Item Theodoreti Cyrenſis libros duodecim de Græcarum affectionum curatione.
Eiuſdem epiſtola ad Io. Franciſcum Picum, legitur primo epiſtolarum Pici.

ZENODOTVS Epheſius, & ZENODOTVS Alexandrinus. Vide Suidam.
Zenodoti epitomas Athenæus allegat.
Extant & Prouerbia Zenodoti, impreſſa ni fallor.
Zenodoti diſtichon, lib. 1. Florilegij, ſectione 27.

ZENOPHANIS liber Syngenicus citatur ab Athenæo libro 10.

ZENOTENVS naturalis magiæ ſcriptor. Vide infra in Zoroaſtre.

ZENZELINVS doctor iuris canonici, citatur in Summa Angelica.

ZEPHANIAE è tribu Symeon (noſtri Sophoniam ſcribunt) in uetere Teſtamento legitur prophetia. Vide Epiphanium in uitis prophetarum.

ZEPHYRINI Papæ decreta cum reliquis Pontificijs impreſſa: & epiſtola eius unà cum Recognitionibus Clementis Baſileæ.

ZOAR cuiuſdam libellus de cura calculi, anguſtior charta dimid. impreſſus Venetijs, 1497. cum Raſi ad Almanſorem, &c. Initium huiuſmodi eſt.
Canon quem ſcripſit Alguazir Abualezor filius Abmeleth filij Zor imperatori "
Saracenorum Haly filio Ioſephi filij Teſiphin, de curatione lapidis. "

ZOILVS Amphipolites Homeromaſtix. Vide Suidam.

ZOILVS grammaticus elegantiſſimus, unus ex Dipnoſophiſtis apud Athenæum.

ZONAE (ζωναὶ) hexaſtichon lib. 1. Florilegij: ſectione 20. & octoſtichon ſect. 60. & alia duo hexaſticha libro 6. ſect. 14. & 15.

ZOPYRIONIS dictionarium à litera alpha uſque ad delta, Suidæ Lexico acceſſit.

ZOROASTRES aſtronomus Perſomedes ſub Nino rege Aſſyriorum, annis quingentis ante bellū Troianum, primus magorū, ſcripſit de natura libros 4. de lapidibus pretioſis unum, & Aſteroſcopica apoteleſmatica libris 5. Suidas. Vide Lilium Gyraldum de poëtis.

Magica oracula Græca magorum à Zoroaſtre, uerſibus hexametris, cum ſcholijs Græcis: chartæ ſunt 2. excuſæ Pariſijs apud Lodoicum Tiletanum, 1538. in 4. Græce & rurſus Latine ibidem. Citatur etiam Zoraſtres in Geoponicis Conſtantini.

Zoroaſtes, Hermes, Eurantes rex Arabum, Zacharias Babylonius, Ioſeph Hebræus, Bocus, Aaron, Zenotenus, Kiranides, Almadal, Thetel, Alchindus, Abel, Ptolemæus, Geber, Zahel, Nazabarus, Tebith, Berith, Salomon, Aſtaphon, Hipparchus, Alchmeon, Apollonius Tryphon, & plærique alij de naturalis magiæ operibus ſcripſerunt, quorum aliqua opera adhuc integra, & plæraque fragmenta adhuc extant, & ad manus meas aliquando peruenerunt. Henricus Cornelius Agrippa in libro de Vanitate ſcientiarum cap. 42.

ZOROMASDRES Chaldæus ſapiens ſcripſit mathematica & phyſica. Suidas.

ZOSIMVS Papa, natione Græcus, ſcripſit pro ſtatu eccleſiaſtico ad diuerſos. T.M.419.

Epiſtolarum,	lib. 1.	Ex relatione fratris noſtri.
De Paſcha ad Hilarium,	lib. 1.	
De ſacerdotio ad Eſytium,	lib. 1.	Exigit dilectio tua præ.

* Decreta eius cum reliquis Pontificijs habentur excuſa.

ZOSIMI tetraſtichon libro 6. Florilegij, ſectione 15. & ZOSIMI Thaſij hexaſtichon libro 1. ſect. 55. & alia tria, lib. 6. ſect. 15.

Abbâ ZOSIMI Græce ſcripta quædam extant Romæ in Vaticana bibliotheca, & ZOSIMI Aſcalonitæ commentarij in Demoſthenem Græci, ibidem.

ZOSIMVS Gazæus aut Aſcalonites, ſophiſta, tempore Anaſtaſij regis ſcripſit librū de rhetoricis dictionibus ordine literarum. (Hic liber acceſſit Suidæ Dictionario) item commentarios in Demoſthenem (quos extare iam dixi) & in Lyſiam. Suid.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1303] - 631v

ZOSIMVS Alexandrinus philosophus scripsit Chymeutica siue Chirocmeta ad Theosebiam sororem libris 28. ordine literarum: & uitam Platonis. Suidas.

ZOSIMI cuiusdam Historiarum libri quinq; Græci, seruantur alicubi in Italia.

ZOSIMI à Tharasia uerba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

ZYZYMI scriptoris rerum Turchicarum meminit Andreas Alciatus in præfatione castigationum suarum in P. Cornel. Tacitum.

FINIS.


EMENDANDVM.

Eliam Leuitam falsus rumor ad nos detulerat, obijsse: sed amicus quidã noster postea & uiuum adhuc eum Venetijs se reperisse, & nescio quæ conscribentem iam decrepitum testatus est.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1304]


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1306] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1307] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1308] - -

ligatori 13 ßer. opp constat 2 fl

GWLB Hannover
036 855 235
35

XLII 2

4°.
28

2

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1309] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1310] - -
PUBLIC DOMAIN



Signatur: Leibn. Marg. 64:1, [1311] - null